


REAL
326


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17



UNIVERSITARIA



UNIVERSITARIA

R-10.018

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

IN multis, magnisque beneficijs, quæ per sacram Tridentinam Synodum Ecclesiæ suæ Deus contulit, id in primis numerandũ videtur, quod inter tot Latinas editiones Diuinarum scripturarum, solã veterem, ac vulgatam, quæ longo tot sæculorũ vsu in Ecclesia probata fuerat, grauissimo Decreto authenticam declarauit. Nam, vt illud omittamus, quod ex recentibus editionibus non paucę ad hęreses huius temporis confirmandas licenter detortæ videbantur: ipsa certè tanta versionum varietas, atque diuersitas magnã in Ecclesia Dei confusionem parere potuisset. Iam enim hac nostra ætate illud ferè euenisse cõstat, quod S. Hieronymus tempore suo accidisse testatus est, tot scilicet fuisse exẽplaria, quot codices: cum vnusquisq. pro arbitrio suo adderet, vel detraheret. Huius autẽ veteris, ac vulgatæ Editionis tanta semper fuit auctoritas, tamq excellens præstantia, vt eam cęteris omnibus Latinis editionibus longè anteferendã esse, apud æquos Iudices in dubiũ reuocari non posset. Qui namq; in ea Libri cõtinentur, (vt à maioribus nostris quasi per manus traditum nobis est) partim ex S. Hieronymi translatione, vel emendatione susceptí sunt, partim retenti ex antiquissima quadam editione Latina, quam S. Hieronymus Communem, & Vulgatam, S. Augustinus Italam, S. Gregorius Veterem trãslationem appellat. Ac de Veteris quidẽ huius, siue Italæ editionis sinceritate, atque præstantia præclarum S. Augustini testimonium extat in secundo Libro de Doctrina Christiana, vbi Latinis omnibus editionibus, quæ tunc plurimæ circumferebantur, Italam præferendam cẽsuit, quod esset, vt ipse loquitur, verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. De sancto verò Hieronymo multa extant veterũ patrum egregia testimonia: eum enim S. Augustinus hominem doctissimum, ac trium linguarum peritissimũ vocat, atque eius translationem ipsorum quoq. Hebræorum testimonio veracẽ esse confirmat. Eundem S. Gregorius ita prædicat, vt eius translationem, quã nouam appellat, ex Hebræo eloquio cũcta verius transfudisse dicat: atque idcirco dignissimã esse, cui fides in omnibus habeatur. Sanctus autem Isidorus non vno in loco Hieronymianam versionem cęteris omnibus anteponit, eamq. ab ecclesijs Christianis communiter recipi, ac probari affirmat, quod sit in verbis clarior, & veracior in sententijs. Sophronius quoque vir eruditissimus S. Hieronymi trãslationem non Latinis modo, sed etiam Græcis valde probari animaduertens, tanti eã fecit, vt Psalterium, & Prophetas ex Hieronymi versione in Græcum eleganti sermone transtulerit. Porrò qui secuti sunt, viri doctissimi, Remigius, Beda, Rabanus, Haymo, Anselmus, Petrus Damiani, Richardus, Hugo, Bernardus, Rupertus, Petrus Lombardus, Alexander, Albertus, Thomas, Bonauentura, ceterique oẽs, qui his nongentis annis in Ecclesia floruerũt, S. Hieronymi versione ita sunt vsi, vt ceteræ, quæ pene innumerabiles erant, quasi lapsæ de manibus Theologorum penitus obsoleuerint. Quare non immeritò Catholica Ecclesia S. Hieronymum Doctorẽ maximum, atque ad Scripturas sacras interpretandas diuinitus excitatum, ita celebrat, vt iam difficile non sit illorum omnium damnare iudicium, qui vel tam eximij Doctoris lucubrationibus non acquiescunt, vel etiam meliora, aut certè paria præstare se posse confidunt. Cęterũ ne tam fidelis translatio, tamq. in omnes partes Ecclesiæ vtilis, vel iniuria temporum, vel impressorum incuria, vel temerè emendantium audacia, vlla ex parte corrumperetur, eadem sacrosancta Synodus Tridentina illud Decreto suo sapienter adiecit, vt hæc ipsa vetus, ac vulgata Editio emendatissimè, quoad fieri posset, imprimeretur: neque vlli liceret eam sine facultate, & approbatione Superiorum excudere. Quo Decreto simul typographorum temeritati, ac licentiæ modum imposuit, & Pastorum Ecclesiæ in tanto bono quam diligentissimè retinendo, & conseruando, vigilantiam, atque industriam excitauit. Et quamuis insigniũ Academiarum Theologi in Editione vulgata priſtino suo nitori restituenda magna cum laude laborauerint: quia tamen in tanta re nulla potest esse nimia diligentia, & codices manuscripti complures, & vetustiores Summi Pontificis iussu conquisiti, atque in vrbem aduecti erant: & demum, quoniam executio generalium Conciliorum, & ipsa Scripturarum integritas, ac puritas ad curam Apostolicæ Sedis potissimum pertinere cognoscitur; ideo Pius IV. Pontifex Maximus pro sua

Præf. in Iosue.

S. Hier. in c. 49. Isaiæ.

August. Lib. 2. Doctri. Christianæ c. 15.

S. Greg. Epistol. Dedic. ad Leandrũ c. 5. in fin.

S. Aug. vbi supra.

Lib. 18. de Ciu. Dei. cap. 43.

Lib. 20. Mor. 24.

Lib. 6. Ety. c. 4.

Lib. 1. de Diu. off. 12.

in omnes Ecclesiæ partes incredibili vigilantia, lectissimis aliquot S. R. E. Cardinalibus, alijsque tum sacrarum literarum, tum variarum linguarum peritissimis viris, eam prouinciam demandauit, vt vulgatam editionem Latinam, adhibitis antiquissimis codicibus manuscriptis, inspectis quoque Hebraicis, Græcisque Bibliorum fontibus; consultis denique veterum Patrũ commentarijs, accuratissimè castigarent. Quod itidem institutum Pius V. prosecutus est. Verum Conuentum illum ob varias, grauissimasque Sedis Apostolicæ occupationes iamdudum intermissum, Sixtus V. diuina prouidentia ad summum Sacerdotium euocatus, ardẽtissimo studio reuocauit, & opus tandem confectum typis mandari iussit. Quod cum iam esset excusum, & vt in lucem emitteretur, idem Pontifex operam daret, animaduertens non pauca in sacra Biblia præli vitio irrepsisse, quæ iterata diligentia indigere viderentur, totum opus sub incudẽ reuocandum censuit, atq. decreuit. Id verò cum morte præuentus præstare nõ potuisset, Gregorius XIIII. qui post Vrbani VII. duodecim dierum Pontificatum Sixto successerat, eius animi intentionem executus perficere aggressus est, amplissimis aliquot Cardinalibus, alijsque doctissimis viris ad hoc iterum deputatis. Sed eo quoque, & qui illi successit, Innocentio IX. breuissimo tempore de hac luce subtractis: tandem sub initium Pontificatus Clemens VIII. qui nunc Ecclesiæ vniuersæ gubernacula tenet, opus, in quod Sixtus V. Intenderat, Deo benè iuuante perfectum est. Accipe igitur Christiane Lector, eodem Clemente Summo Pontifice annuente, ex Vaticana Typographia veterem, ac vulgatam sacræ Scripturæ Editionem, quanta fieri potuit diligentia castigãtam: quam quidem sicut omnibus numeris absolutam, pro humana imbecillitate affirmare difficile est, ita ceteris omnibus, quæ ad hanc, vsque diem prodierũt, emendatiorem, purioremque esse, minimè dubitandum. Et verò quamuis in hac Bibliorum recognitione in codicibus manuscriptis, Hebræis, Græcisque fontibus, & ipsis veterum Patrum commentarijs conferendis non mediocre studium adhibitum fuerit: in hac tamen peruulgata Lectione sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia, quæ mutanda videbantur, consulto immutata relicta sunt: tum quod ita faciendum esse ad offensionem populorum vitandam S. Hieronymus nõ semel admonuit: tum quod facilè fieri posse credendum est, vt maiores nostri, qui ex Hebræis, & Græcis Latina fecerunt, copiam meliorum, & emendatiorum librorum habuerint, quam ij, qui post illorum ætatem ad nos peruenerunt, qui fortasse tam longo tempore identidem describendo minus puri, atque integri euaserunt: tum denique quia sacrę Cõgregationi Amplissimorum Cardinalium, alijsque eruditissimis viris ad hoc opus à Sede Apostolica delectis propositum non fuit, nouam aliquam editionem cudere, vel antiquum Interpretẽ vlla ex parte corrigere, vel emendare: sed ipsam veterem, ac vulgatam Editionem Latinam a mendis veterum librariorum, necnon prauarum emendationum erroribus repurgatã, suæ pristinæ integritati, ac puritati, quoad eius fieri potuit restituere, eaque restituta, vt quam emendatissimè imprimeretur iuxta Concilij Oecumenici Decretum pro viribus operam dare. Porrò in hac Editione nihil non canonicum, nihil adscititium, nihil extraneum apponere visum est: atque ea causa fuit, cur Liber tertius, & quartus Esdræ inscripti, quos inter Canonicos Libros Sacra Tridentina Synodus non annumeratuit, ipsa etiam Manassæ regis Oratio, quæ neque Hebraicè, neque Græcè quidem extat, neque in manuscriptis antiquioribus inuenitur, neq. pars est vllius Canonici Libri, extra Canonicæ Scripturæ seriem posita sint: & nullæ ad marginem concordantiæ, (quæ posthac inibi apponi non prohibentur,) nullæ notæ, nullæ variæ lectiones, nullæ denique præfationes, nulla argumenta ad librorum initia conspiciantur. Sed sicut Apostolica Sedes industriam eorum non damnat, qui concordantias locorum, varias lectiones, præfationes S. Hieronymi, & alia id genus in alijs editionibus inseruerunt: ita quoque non prohibet, quin alio genere characteris in hac ipsa Vaticana editione eiusmodi adiumenta pro studiosorum commoditate, atque vtilitate in posterum adijciantur: ita tamen, vt lectiones variæ ad marginem ipsius Textus minimè annotentur.

Epist. ad Sũniam & Fretelã. Præf. Euãgel. ad Damasum.

DE CANONICIS SCRIPTVRIS DECRETVM EX CONCILIO TRIDENTINO

SESSIONE QVARTA.

SACROSANCTA Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuò ante oculos proponens, vt sublatis erroribus, puritas ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur. Et infra.

Sacrorum verò Librorum Indicem huic Decreto ascribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt verò infrascripti: Testamenti veteris Quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Iosue, Iudicum, Ruth: Quatuor Regum, Duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secũdus, qui dicitur Neemias: Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Dauidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus, & secundus. Testamenti noui: Quatuor Euangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum, à Luca Euangelista conscripti: Quatuordecim Epistolæ Pauli Ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apostoli duæ: Ioannis Apostoli tres: Iacobi Apostoli vna: Iudæ Apostoli vna: & Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem Libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit, anathema sit.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VM sacrorum Bibliorum vulgatæ editionis Textus summis laboribus, ac vigiljs restitutus, & quã accuratissimè mendis expurgatus, Benedicente Domino, ex nostra Typographia Vaticana in lucem prodeat; Nos, vt in posterum idem Textus incorruptus, vt decet, cõseruetur, opportune prouidere volentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium districtius inhibemus, ne intra decem annos à data præsentium numerãdos, tam citra, quam vltra montes alibi, quam in nostra Vaticana Typographia à quoquam imprimatur. Elapso autem præfato decennio: eam cautionem adhiberi præcipimus, vt nemo hanc sanctarum Scripturarum editionem typis mandare præsumat, nisi habito prius exemplari in Typographia Vaticana excuso: cuius exemplaris forma, ne minima quidem particula de Textu mutata, addita, vel ab eo detracta, nisi aliquod occurrat, quod Typographicæ incuriæ manifestè adscribendum sit, inuiolabiliter obseruetur. Si quis verò Typographus in quibuscumque Regnis, Ciuitatibus, Prouincijs, & locis tam nostræ, & S. R. E. ditioni in temporalibus subiectis, quam non subiectis, hanc eandem sacrarum Scripturarum editionem intra Decennium prædictum quoquo modo, elapso autem Decẽnio, aliter quam iuxta huiusmodi exemplar, vt præfertur, imprimere, vendere, venales habere, aut alias edere, vel euulgare, aut si quis Bibliopola à se vel ab alijs quibusuis, post datam præsentiũ, huius Editionis impressos libros, seu imprimẽdos à præfato restituto, & correcto Textu in aliquo discrepantes, seu ab alio, quam à Typographo Vaticano, intra Decennium excusos, pariter vendere, venales proponere, vel euulgare præsumpserit, vltra amissionem omnium librorum, & aliàs arbitrio nostro infligendas pœnas temporales, etiam maioris excommunicationis sententiam eo ipso incurrat: à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutus, absolui non possit. Mandamus itaq. vniuersis, & singulis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, & locorum, etiam regularium Prælatis, vt præsentes literas in suis quisque Ecclesijs, & iurisdictionibus ab omnibus inuiolatè perpetuò obseruari curent, ac faciant, Contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliaq. opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Generalibus, Prouincialibus, vel Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus, ac quarumcumq; Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum, Collegiorum, atq. Vniuersitatum, etiam Studiorum generalium iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac priuilegijs, indultis, ac literis Apostolicis in contrarium quomodocumque emanatis, & emanandis: quibus omnibus ad hunc effectum latissimè derogamus, ac derogatum esse decernimus. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam in ipsis voluminibus impressis eadem, in iudicio, & extra, fides vbiq. adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibẽretur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, Die 9. Nouembris, 1592. Pontif. Nostri Anno I.

M. Vestrius Barbianus.

HIE-

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.

IGINTI, & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua, & Chaldæorum testatur, quæ Hebraea magna ex parte confinis est, nam & ipsi viginti duo elementa habent scilicet, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum, & apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas repetisse, quibus nunc vtimur: cum ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorum, & Hebraeorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum, ac sacerdotum censu, mysticè offenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus, vsque hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi trigesimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus vndecimus, & centesimus decimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quamquam diuersis scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? ijdem alphabetis, vel incisionibus supputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade, aliter enim scribuntur per has principia, mediatesque verborum, aliter fines. Vnde, & quinque à plerisque libri, duplices æstimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamin, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis, & exordijs in Dei doctrina, tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia.

Primus, apud eos liber, vocatur בראשית Bereith: quem nos Genesim dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle semoth; qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaijcra, id est Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedaber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi, quos propriè תורה Thora, id est, Lepem appellant.

Secundum, prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iosue ben Nun, dicitur.

Deinde subtexunt שופטים Sophetim, id est Iudicum librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum, & secundum dicimus.

Quartus, מלכים Melachim, id est, Regum, qui tertio, & quarto Regum volumine continetur.

Melius que multo est מלכים Melachim, id est Regum: quam ממלכות Mamlachot, id est Regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribuous duodecim continetur.

Quintus, est ישעיה Isaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, Liber duodecim Prophetarum, qui apud illos vocatur תרי עשר There asar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet.

Et primus liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid: quem quinque Incisionibus, & vno psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est שלמה Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Misle, id est, Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiastem, id est קוהלת Coheleth.

Quintus. Canticus canticorum, quem titulo שיר השירים Sir hassirim prænotant.

Sextus, est דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibre haiamin, id est Verba dierum; quod significantius, Chronicon totius diuinæ historiæ posterius appellare. qui liber apud nos Paralipomenon primus, & secundus inscribitur.

Octauus, עזרא Esdras: & qui & ipse similiter apud Græcos, & Latinos, in duos libros diuisus est.

Nonus, אסתר Esther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri viginti duo: id est Moysi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quamquam nonnulli רות וקינות Ruth, & Cinoth, inter Hagiographa ponunt, & hos libros in suo putent numero supputãdos: ac per hoc esse priscæ legis libros viginti quatuor: quos sub numero viginti quatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit adorantes Agnum, &

coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes: ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis ante, & retro, id eſt, in præteritum, & in futurum reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Hic prologus. Scripturarum quaſi galeatum principium, omnibus libris quos de Hæbreo vertimus in Latinum, conuenire poteſt: vt ſcire valeamus, quidquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapiẽtia, quæ vulgò Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus eſt, quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. Quæ cum ita ſe habeant, obſecro te Lector, ne laborem meum, reprehẽſionem exiſtimes antiquorum. In templo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt: alij aurum, argentum, & lapides precioſos: alij byſſum, & purpuram, & coccum offerunt: & hyacinthum: nobiſcum bene agitur, ſi obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apoſtolus contemptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Vnde, & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies, Eccleſiæ præſentis futuræque diſtinctio, pellibus tegitur, & cilicijs, ardoremque ſolis, & iniuriam imbrium ea, quæ viliora ſunt prohibent. Lege ergo primum Samuel, & Melachim meum: meum, inquam, meum. Quidquid enim crebrius vertendo, & emendando ſollicitius, & didicimus, & tenemus, noſtrum eſt. Et cum intellexeris, quod antea neſciebas, vel interpretem me æſtimato, ſi gratus es, vel Paraphraſten, ſi ingratus, quanquam mihi omninò conſcius non ſim, mutaſſe me quippiam de Hebraica veritate. Certè ſi incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum ijs opuſculis, quæ nuper emendauimus: & vbicumque diſcrepare inter ſe videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem: & ſi noſtra firmauerit, puto quod eum non æſtimes coniectorem, vt in eodem loco mecum ſimiliter diuinarit. Sed, & vos famulas Chriſti rogo (quæ Domini diſcumbentis pretioſiſſima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem quæritis in ſepulchro, quibus iam ad Patrem Chriſtus aſcendit) vt contra latrantes canes, qui aduerſum me rabido ore deſæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atque in eo ſe doctos arbitrantur ſi alijs detrahant, orationum veſtrarum clypeos opponatis. Ego ſciens humilitatem meam, illius ſemper ſententiæ recordabor, Dixi, cuſtodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo Pſ.38. cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me, Obmutui, & humiliatus ſum: & ſilui à bonis.

HIERONYMVS PAVLINO.

FRATER Ambroſius tua mihi munuſcula perferens, detulit ſimul, & ſuauiſſimas literas, quę à principio amicitiarũ, fidem probatæ iam fidei, & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa neceſſitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præſentia tantum corporum, non ſubdola, & palpans adulatio: ſed Dei timor, & Diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Legimus in veteribus hiſtorijs quoſdam luſtraſſe prouincias, nouos adiſſe populos, maria tranſiſſe: vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Mamphiticos vates, ſic Plato Ægyptum, & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſſimè peragrauit: vt qui Athenis magiſter erat, & potens, cuiuſque doctrinam Academiæ gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus, atque diſcipulus: malens aliena verecundè diſcere, &c. quam ſua impudenter ingerere. Denique dum literas quaſi toto fugientes orbe perſequitur, captus à piratis, & venundatus, etiam tyranno crudeliſſimo paruit, captiuus, vinctus, & ſeruus, tamen, quia philoſophus, maior emente ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hiſpaniç Galliarumq; finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus: & quos, ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſæculis, celebrandumque miraculum, vt vrbem tantam ingreſſi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, ſiue ille magus, vt vulgus loquitur, ſiue philoſophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſſima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latiſſimo Phiſon amne tranſmiſſo, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de natura, de moribus ſiderum, ac dierum curſu audiret docentem. Inde per Ælamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſtinos, reuerſus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſſimam Solis menſam videret in ſabulo. Inuenit ille vir vbique: quod diſceret, & ſemper proficiens, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſimè octo voluminib. Philoſtratus. Quid loquar de ſæculi hominibus, cum Act.9.a.11. Apoſtolus Paulus, vas electionis, & magiſter

Gen.

1.Cor.13.1. Gentium, qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebantur, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcũ Arabiamq. luſtratã, aſcenderit Ieroſolymam, vt videret Petrum, & manſerit apud eum diebus quindecim? Hoc enim myſterio hebdomadis, & ogdoadis futurus Gẽtiũ prædicator inſtruẽdus erat. Rurſumq. poſt annos Gal.2.a. quatuordecim, aſſumpto Barnaba, & Tito expoſuerit Apoſtolis Euãgelium, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Habet enim neſcio quid latentis ἐνεργείας, viua vox, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa, fortius ſonat: Vnde, & Aſchines cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atq.

III. laudantibus ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua verba reſonantem? Hæc non dico, quod ſit in me aliquid tale, quod vel poſſis à me audire, vel velis diſcere: ſed quod ardor tuus, & diſcendi ſtudium etiam abſque nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile, & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras conſideramus. Mol- Act.22.a. lis cera, & ad formandum facilis, etiam ſi artificis, & plaſtæ ceſſent manus: tamen virtute totum eſt, quidquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolus ad pedes Gamalielis legem Moyſi, & Prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt armatus ſpiritualibus 2.Cor.10.b. telis, poſtea diceret confidenter: Arma noſtræ militiæ, non carnalia ſunt: ſed potentia Dei, ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Chriſto, 2.Tim.3.d. & parati ſubiugare omnem inobediẽtiam. Ad Timotheum ſcribit ab infantia. Sacris literis 1.Tim.4.d. eruditum, & hortatur ad ſtudium lectionis, ne negligat gratiam quæ data ſit ei per impoſitionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt Tit.1.b. inter cęteras virtutes epiſcopi, quem breui ſermone depinxit, ſcientiam quoque in eo eligat Scripturarum, Obtinentem, inquit, eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & con-

IV. tradicentes reuincere. Sancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum no- Agg.2.b. cet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta, immo per Aggæum Dominus. interroga, ait, ſacerdotes Legem: intantum ſa- Deu.32.a. cerdotis officium eſt interrogatum reſpondere de Lege. Et in Deuteronomio legimus Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. In Pſalmo quoque centeſimo decimooctauo, Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri cum eum Pſal.2. Dauid arbori vitæ, quæ eſt in paradiſo compararet, inter cęteras virtutes, & hoc intulit, In lege Domini voluntas eius, & in lege eius me- Dan.12.b. ditabitur die, ac nocte, Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis ait, iuſtos fulgere ſicut ſtellas, & intelligentes, id eſt, doctos, quaſi firmamentum. Vides quantum inter ſe diſtent iſta ruſticitas, & docta iuſtitia? Alij ſtellis, alij cælo comparantur. Quamquam iuxta, &c. Hebraicam veritatem vtrunque de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam eru- Act.4.a. diunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apoſtolus vas electionis? Nempe, quia legis, & Scripturarum ſanctarum erat armarium. Phariſæi ſtupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro, & Ioanne, quomodo legem ſciant, cum lite- Iſa.54.d. ras non didicerint. Quidquid enim alijs exer- Ioan.6.a. citatio, &c. quotidiana in lege meditatio Luc.2.f. tribuere ſolet, illis hoc ſpiritus ſanctus ſuggerebat, & erant iuxta, quod ſcriptum eſt, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo ſenes de quæſtionibus legis interrogans, magis docet dum prudẽter interrogat. Niſi fortè ruſticum Petrum, ruſticum dicimus Ioannem, quorum vterque dicere poterat, Etſi imperitus ſermone, non tamẽ ſcien- 2.Cor.1.b. tia. Ioannes ruſticus, piſcator, indoctus? & vn- Io.1.a. de illa vox obſecto, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbũ: logos enim Græcè multa ſignificat, nam & λόγος eſt, & ratio, & ſupputatio, & cauſa vniuſcuiuſque rei, per quam ſunt ſingula, quæ

V. ſubſiſtunt: quæ vniuerſa rectè intelligimus in Chriſto. Hoc doctus Plato neſciuit, hoc De- And.1.d. moſthenes eloquẽs ignorauit. Perdam, inquit, Iſa.29.e. ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudẽ- 1.Cor.1.c. tium reprobabo. Vera ſapientia perdet falſam ſapientiam: & quamquam ſtultitia præ- 1.Cor.2.b. dicationis in cruce ſit, tamen Paulus ſapientiam loquitur inter perfectos: ſapientiam autem non ſæculi huius, nec principum ſæculi iſtius, quæ deſtruitur; ſed loquitur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula. Dei ſapientia, Chriſtus eſt. Chriſtus enim, Dei virtus, &c. Dei ſapientia. Hæc ſapientia, in myſterio abſcondita eſt: de qua & noni pſalmi titulus prænotatur, pro occultis filij, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Coloſ.2. Et qui in myſterio abſconditus erat, prædeſtinatus eſt ante ſæcula: prædeſtinatus autem, & præfiguratus in Lege, & Prophetis. Vnde Prophetæ appellabantur, videntes: quia videbant eum, quem cęteri non videbant. Io.8.g. Abraham vidit diem eius, & lætatus eſt. Ape- Eze.1.a. riebantur cęli Ezechieli, qui populo peccato- Pſ.118. ri clauſi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos Ro.7.c. meos, &c. conſiderabo mirabilia de lege tua. 2.Cor.3. Lex enim ſpiritualis eſt, & reuelatione opus d. eſt, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei glo- Apoc.5.a. riam contemplemur. Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur: quem ſi de- Iſa.29.d. deris homini ſcienti literas, vt legat, reſpondebit tibi. Non poſſum: figuratus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe literas, tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi [illegible]

[illegible]

Apoc.3.b. reſerauerit? qui habet clauem Dauid; qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit?

Act.8.c In actibus Apoſtolorum ſanctus Eunuchus, immo, vir (ſic enim eum Scriptura cognominat) cum legeret Iſaiam prophetam, interrogatus à Philippo, Putaſne intelligis, quæ legis? reſpondit, Quomodo poſſum, niſi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, qui de Æthiopia, id eſt, de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator legis, diuinæq. ſcientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret Litteras ſacras. Et tamen cum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labijs perſonaret, ignorabat eum, quẽ in libro neſciens venerabatur. Venit Philippus, oſtendit ei Ieſum, qui clauſus latebat in litera. O mira doctoris virtus eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis, & ſanctus factus eſt, ac magiſter de diſcipulo, plus in deſerto fonte Eccleſiæ, quam in aurato ſynagogæ templo reperit. Hæc à me perſtricta ſũt breuiter (neque enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in Scripturis ſacris ſine præuio, & monſtrãte ſe-
VI. mitam non poſſe ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philoſophis, geometris, dialecticis, muſicis, aſtronomis, aſtrologis, medicis, quorum ſcientia mortalibus vel vtiliſſima eſt, & in tres partes ſcinditur.

τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν.

Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quam manu adminiſtrantur, Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumque cæſores, lanarij quoque, & fullones, & cæteri, qui variam ſupellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſque doctore eſſe non poſſunt quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri, ſola Scripturarum ars eſt, quam ſibi paſſim omnes vindicant. Scribimus indocti, doctiq. poemata paſſim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. Alij adducto ſupercilio, grandia verba trutinantes inter mulierculas de ſacris literis philoſophãtur. Alij diſcunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant, & ne parum hoc ſit, quadam facilitate verborum, immo audacia ediſſerunt alijs quod ipſi non intelligunt. Taceo de mei ſimilibus, qui ſi fortè ad Scripturas ſanctas poſt ſæculares literas venerint, & ſermone cõpoſito aures populi mulſerint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant. nec ſcire dignantur quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſẽſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia: quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, deprauare ſententias, & ad voluntatem ſuam, Scripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianũ quia ſcripſerit: Iam redit, & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et patrem loquentem ad Filiũ, Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus. Et poſt verba Saluatoris in Cruce, Talia perſtabat memorans fixuſque manebat. Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo ſimilia, docere quod ignores: immo, vt cum ſtomacho loquar, ne hoc quidem ſcire quod neſcias.

Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuiſione terræ, de confuſione linguarum, & gentium, vſque ad exitum ſeruitus Hebræorum. VII. Geneſis

Paret Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum myſticis diuiniſq. præceptis. Exod⁹.

In promptu eſt Leuiticus liber, in quo ſingula ſacrificia, immo ſingulæ pene ſyllabæ, & veſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus ſpirant cæleſtia ſacramenta. Leuit.

Numeri verò, nonne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum manſionum myſteria continent? Nume.

Deuteronomiũ quoque ſecunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nonne ſic ea habet quæ priora ſunt, vt tamen noua ſint omnia de veteribus? Hucuſque Moyſes, hucuſque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui ſe velle Apoſtolus in Eccleſia gloriatur. Deuter. 1. Cor. 14.d.

Iob exemplar patientiæ, quæ non myſteria ſuo ſermone complectitur? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur: omneſq. leges dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, cõfirmatione, concluſione determinat. Singula in eo verba, plena ſunt ſenſibus. Et (vt de cæteris ſileam) reſurrectionem corporum ſic prophetat, vt nullus de ea vel manifeſtius, vel cautius ſcripſerit. Scio, inquit, quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Iob.

Veniam ad Ieſum Naue, qui typum Domini non ſolum geſtis, verum etiam nomine pręfert, tranſit Iordanem, hoſtium regna ſubuertit, diuidit terram victori populo, & per ſingulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atque confinia, Eccleſiæ cæleſtiſq. Ieruſalem ſpiritualia regna deſcribit. Ioſue, ſiue Ieſus Naue.

In iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ ſunt. Lib. Iudic.

Ruth Moabitis, Iſaiæ explet vaticinium dicentis, Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Sion. Ruth. Iſa. 16. a.

Samuel in Heli mortuo, & in occiſo Saul, veterem legem abolitam monſtrat. Porrò in Sadoc, atque Dauid, noui ſacerdotij, nouique imperij ſacramenta teſtatur. Reg. I. & II.

Malachim, id eſt, tertius, & quartus Regum liber, à Salomone vſque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat vſque ad Oſee, qui ductus eſt in Aſſyrios, regnum Iuda, & regnum Reg. III. & IIII.

deſcr.

deſcribit Iſrael. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in literis ſenſum latentem inſpexeris, Eccleſiæ paucitas, & hæreticorum cõtra Eccleſiam bella narrantur.

Duodecim prophetæ in vnius voluminis anguſtias coarctati, multo aliud, quam ſonet in litera, præfigurant.

Oſee. Oſee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioſeph, Iezrahel, & vxorem fornicariã, & fornicationis filios, & adulterã cubiculo clauſam mariti, multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri, viri ad ſe reditum præſtolari.

Ioel. Ioel filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuũ, eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtante conſumptam: & poſt euerſionẽ prioris populi, effuſum iri Spiritum ſanctum ſuper Seruos Dei, & ancillas, id eſt, ſuper centum viginti credentium nomina, & effuſum iri in cœnaculo Sion, Qui centum viginti ab vno vſque
Act.2.c ad quindecim paulatim, & per incrementa ſurgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in pſalterio myſticè continentur.

Amos. Amos paſtor, & ruſticus, & ruborum mora diſtringens paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim dignè exprimat tria, aut quatuor ſcelera Damaſci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab, & in ſeptimo, & octauo gradu Iudæ, & Iſrael? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ ſunt in Samariæ monte, ruituram domum maiorem, minoremq teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtæ, & ſtantẽ Dominum ſuper murum litum, vel adamantinũ & vncinum pomorum, attrahentem ſupplicia peccatoribus, & famem in terram, non famem panis nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.

Abdias. Abdias, qui interpretatur ſeruus Dei, perſonat contra Edom ſanguineum, terrenumq. hominem, fratris quoque Iacob ſemper æmulũ, haſta percutit ſpirituali.

Ionas. Ionas columba pulcherrima naufragio ſuo paſſionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue, Gentibus ſalutem nunciat.

Michę. Michæas de Moraſthi coheres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis, & obſidionem ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael.

Nahũ. Nahum conſolator orbis increpat ciuitatẽ ſanguinum, & poſt euerſionem illius loquitur, Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem.

Habac. Habacuc luctator fortis, & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem, vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat: Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

Sophonias. Sophonias ſpeculator & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piſcium, & eiulatũ à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoq. vlulatũ habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt vniuerſi, qui inuoluti erant argento.

Aggæus feſtiuus, & lætus, qui ſeminauit in lacrymis, vt in gaudio meteret, deſtructũ templum ædificat, Deumq. patrem inducit loquentem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus. Aggęus

Zacharias memor Domini ſui, multiplex in prophetia, Ieſum veſtibus ſordidis indutum, & lapidem oculorum ſeptem: candelabrumq. aureum cum totidẽ lucernis quot oculis: duas quoq. oliuas à ſiniſtris lampadis cernit, & dextris: vt poſt equos nigros, rufos, albos, & varios & diſſipatas quadrigas ex Ephraim, & equus de Ieruſalem, pauperem regem vaticinetur, & prædicet, ſedentem ſuper pullum filium aſinę ſubiugalis. Zachar.

Malachias apertè, & in fine omniũ prophetarum, de abiectione Iſrael, & vocatione Gentium, Non eſt mihi, ait, voluntas in vobis dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiã de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gẽtibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: Malac.

Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis poteſt vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, ſed Euangelium. Iſaias.

Secundus virgam nuceam, & ollam ſuccenſam à facie Aquilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus, & quadruplex diuerſis metris nectit alphabetum. Ierem.

Tertius principia, & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur. Ezech.

Quartus verò, qui extremus inter quatuor prophetas temporũ conſcius, & totius mundi φιλίστωρ, lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubuertentem, claro ſermone pronunciat. Daniel.

Dauid Simonides noſter. Pindarus, & Alcæus Flaccus quoq. Catullus, atq. Serenus, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem. Dauid.

Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam iungit, & Chriſtum ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. Prou. Eccleſiaſtes. Canticum

Eſther in Eccleſiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Amã, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrẽ mittit in poſteros. Eſther.

Paralipomenon liber, id eſt, inſtrumenti veteris, ἐπιτομὴ tantus ac talis eſt, vt abſque illo ſi quis ſcientiam Scripturarum ſibi voluerit arrogare ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina, iuncturaſque verborum, & prætermiſſæ in Regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæſtiones. Parali.

Eſdras, & Nehemias, adiutor videlicet, Eſdras, & Nehem.

con- 5

consolator à Domino, in vnum volumen co-
arctantur, instaurant templũ, muros extruunt
ciuitatis: omnisque illa turba populi redeuntis
in patriam, & descriptio sacerdotum, leuita-
rum, Israelis, proselytorum, ac per singulas fa-
milias murorũ, ac turrium opera diuisa, aliud
in cortice præferunt, aliud retinent in medul-
la. Cernis me Scripturarum amore raptum, ex
cessisse modum epistolę, & tamen non implesse
Ps. 118. c. se quod volui. Audiuimus tantum quid nosse,
quid cupere debeamus, vt nos quoq. possimus
dicere, Concupiuit anima mea desiderare iu-
stificationes tuas in omni tempore. Ceterum il
lud Socraticum impletur in nobis. Hoc tan-
tum scio, quod nescio.

Tangam & nouum breuiter testamentum.
Matth. Matthęus, Marcus, Lucas, & Ioãnes quadri-
Marc. ga Domini, & verum Cherubim, quod inter-
Lucas pretatur scientię multitudo, per totum corpus
Ioannes oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt ful-
Ezech. 1 gura, pedes habent rectos, & in sublime tendẽ
tes, terga pennata, & vbiq. volitantia, tenent se
mutuo, sibique perplexi sunt, & quasi rota in
rota voluuntur, & pergunt quocumque eos fla
tus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias
Paulus Aposto- octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra nu
lus. merum ponitur. Timotheum instruit, ac Ti-
tum, & Philemonem pro fugitiuo famulo de-
precatur. Super quo melius tacere puto, quam
pauca scribere.

Actus Apostolorũ nudam quidem sonare
Actus Apost. videntur historiam, & nascẽtis Ecclesiæ infan
tiam texere; sed si nouerimus scriptorem eorũ
Lucam esse, medicum, cuius laus est in Euãge
lio, animaduertemus pariter, omnia verba il-
lius, animæ languentis esse medicinam.

Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas septem epi-
stolas ediderunt tam mysticas, quam succin-
2. Cor. 2. ctas, & breues pariter ac longas: breues in ver-
Iacobus bis, longas in sententijs, vt rarus sit, qui non in
Petrus. earum lectione cæcutiat.
Ioannes Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta
Iudas. quot verba. Parum dixi, & pro merito volumi
Apocal. nis laus omnis inferior est. In verbis singulis
multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater
charissime, inter hæc viuere, ista meditari, ni-
hil aliud nosse, nihil quærere. Nonne tibi vide
tur iam hic in terris regni cælestis habitaculũ?
Nolo offendaris in Scripturis sanctis simplici-
tate, & quasi vtilitate verborum, quæ vel vitio
interpretum, vel de industria sic prolata sunt, Matth. 7
vt rusticam concionem facilius instruerent, & a.
in vna eademque sentẽtia aliter doctus, aliter Luc. 11.
audiret indoctus. Non sum tam petulans, & b.
hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fru
ctus capere, quorum radices in cælo fixę sunt:
sed velle fateor. Sedenti me præfero, magistrũ
renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pul
santi aperitur, quærens inuenit. Discamus in
terris, quorum scientia nobis perseueret in cę-
lo. Obuijs te manibus excipiam, & (vt ineptẽ
aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiã)
quidquid quæsieris, tecum scire conabor. Ha-
bes hic amantissimum tui fratrem Eusebium
qui literarum tuarum mihi gratiam duplica-
uit, referens honestatem morum tuorum, con
temptum sæculi, fidem amicitiæ, amorẽ Chri
sti. Nam prudentiam, & eloquij venustatem
etiam absq. illo ipsa epistola præferebat. Festi-
na, quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funẽ VIII.
magis præcide, quam solue. Nemo renũciatu-
rus sæculo bene potest vendere quæ contẽpsit
vt venderent. Quidquid in sũptus de tuo tule
ris, pro lucro computa. Antiquum dictum est,
auaro tam deest quod habet, quam quod non Prouer.
habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: 17.
infidelis autem etiam obolo indiget, Sic viua-
mus tamquam nihil habentes, & omnia possi-
dentes. Victus, & vestitus diuitiæ Christiano- 2. Cor. 6.
rũ sunt. Si habes in potestate rem tuam, vẽde: b.
si non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pal- Matth. 5
liũ relinquendũ est. Scilicet nisi tu, semper re- g.
crastinans, & diẽ de die trahens, caute, & pede-
tentim tuas possessiunculas vendideris, nõ ha
bet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Mat. 4.
Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauẽ Mar. 12
tantum, & retia reliquerunt. vidua duo æra d.
misit in gazophylacium, & pręfertur Crœsi di- Luc. 1
uitijs. Facilè contemnit omnia, qui se semper a.
cogitat esse moriturum.

PRÆ-

PRÆFATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN PENTATEVCVM MOYSI

AD DESIDERIVM.

DESIDERII mei deside-ra-
tas accepi epistolas, qui
quodam præsagio futuro-
Dan. 9. rum cum Daniele sortitus
est nomen, obsecrantis, vt
translatum in Latinã lin-
guam de Hebræo sermo-
ne Pentateuchum, nostro-
rum auribus traderẽ. Pe-
riculosum opus certè, & obtrectatorum meo-
rũ latratibus patens: qui me asserunt in septua-
ginta interpretum sugillationem noua pro ve-
teribus cudere, ita ingenium quasi vinum pro-
Exo. 35. bantes: cum ego sæpissimè testatus sim me pro
virili portione in Tabernaculo Dei offerre, quę
possim, nec opes alterius aliorũ paupertate fœ-
dari. Quod vt auderem Origenis me studium
prouocauit, qui editioni antiquæ translationẽ
Theodotionis miscuit, asterisco, & obelo opus
omne distinguens: dũ aut illucescere facit, quæ
minus ante fuerant, aut superflua quæque iu-
gulat, & confodit, maximè quæ Euangelistarũ,
& Apostolorũ auctoritas promulgauit. In qui-
bus multa de Veteri testamento legimus, quæ
in nostris codicibus non habentur, vt est illud.
Ex Ægypto vocaui filium meum: & Quoniã
Nazaręus vocabitur: &, Videbunt in quem cõ-
punxerunt: & Flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ: & Quæ nec oculus vidit, nec auris
audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ
præparauit Deus diligentibus se: & multa alia,
quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interro-
gemus ergo eos vbi hæc scripta sint: & cum di-
cere non potuerint de libris Hebraicis profera-
Osee 11. mus. Primum testimonium est in Osee, secun-
Isa. 11. dum in Isaia, tertium in Zacharia, quartum in
Zach 12 Prouerbijs, quintum æquè in Isaia. Quod mul-
Prou. 18 ti ignorantes, apocryphorum deliramenta se-
Isa. 64. ctãtur: & Hiberas nęnias libris authenticis prę-
ferunt. Causas erroris nõ est meum exponere,
Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio: ne
Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud He-
bræos duplicem diuinitatem deprehenderet.
Quod maximè idcircò faciebant, quia in Plato-
nis dogma cadere videbatur. Deniq. vbicũque
sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre,
& Filio, & Spiritu sancto, aut aliter interpreta-
ti sunt, aut omninò tacuerunt: vt & regi satisfa-
cerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et ne-
scio quis primus auctor septuaginta cellulas
Alexandriæ mendacio suo extruxerit: quibus
diuisi eadem scriptitarint: cum Aristæas eiusdẽ
Ptolemæus ὑπερασπιστὴς, & multo post tem-
pore Iosephus nihil tale retulerint: sed in vna
basilica cõgregatos, contulisse scribant, nõ pro-
phetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse in-
terpretem, ibi Spiritus vẽtura prædicit: hic eru-
ditio, & verborum copia, ea quæ intelligit trãs-
fert. Nisi fortè putandus est. Tullius Oecono-
micum Xenophontis, & Platonis Protagorã,
& Demosthenis pro Ctesiphonte, orationẽ af-
flatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter
de eisdem libris per Septuaginta interpretes,
aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimo-
nia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptũ esse
mentiti sint. Quid igitur? damnamus veteres?
Minimè. Sed post priorũ studia, in domo Do-
mini, quod possumus laboramus. Illi interpre-
tati sunt ante aduentum Christi, & quod ne-
sciebant, dubijs protulere sententijs: nos verò
post passionem, & resurrectionem eius non tã
prophetiam, quam historiam scribimus, aliter
enim audita: aliter visa narrantur, quod me-
lius intelligimus, melius & proferimus. Audi
igitur æmule, obtrectator ausculta: non dam-
no, non reprehendo Septuaginta: sed confiden
ter cunctis illis Apostolos præfero. Per isto-
rum os mihi Christus sonat, quos ante prophe
tas inter spiritalia charismata positos lego in
quibus vltimum penè gradum interpretes te-
nent. Quid liuore torqueris? quid imperiorum
animos contra me concitas? Sicubi in transla-
tione tibi videor errare, interroga Hebręos, di-
uersarum vrbium magistros consule. Quod il-
li habent de Christo, tui codices non habent.
Aliud est si contra se postea ab Apostolis vsur-
pata testimonia probauerunt, & emendatiora
sunt exemplaria Latina, quam Græca, & Græ-
ca, quam Hebraica. Verum hæc contra inui-
dos. Nunc te precor, Desideri charissime, vt
me, quia tantum opus subire fecisti, & à Gene-
si exordium capere, orationibus iuues, quo pos-
sim eodem spiritu, quo scripti sunt libri, in La-
tinum eos transferre sermonem.

Eiusdem in Iosue Præfatio.

TAndem finito Pentateucho Moysi, velut
grãdi fænore liberati, ad Iesum filium Na-
ue manum mittamus, quẽ Hebræi חושע בן נון
id est, Iosue filium Nun vocant: & ad Iudi-
cum librum, quem שפטים appellant: ad Ruth
quoque & Esther, quos eisdem nominibus ef-
ferunt. Monemusque lectorem, vt siluam He-
braicorum nominum, & distinctiones per mẽ-
bra diuisas diligens scriptor conseruet: ne &
noster labor, & illius studium pereat: Et vt in
primis, quod sæpè testatus sum sciat me nõ in

repre-

reprehensionē veterum noua cudere, sicut æmuli mei criminātur, sed pro virili parte offer re linguæ meæ hominibus, quos tū nostra delectant: vt pro Græcorum ἐξαπαλοῖς, quæ & sumptu, & labore maximo indigent, editionē nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminū lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt: maximè cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit, vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique non possit verum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua, vel suspicijens, si placet: vel contemnēs, si displicet: meminerit que illorum versuum,

Ps. 49. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens, aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quod calumniandi eis, & irridendi Christianos sit ablata occasio, & Ecclesiæ homines id despicere, immo lacerare, vnde aduersarij torqueantur: Quod si vetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nihil extra recipiendum putant, cur ea, quæ sub asteriscis, & obelis vel addita sunt, vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem ecclesiæ suscperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili, cunctas editiones similiter disserentes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare potuerunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus nō habentur? Hæc dicimus, ne omninò calumniantibus tacere videamur. Cæterum post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est, & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare nō potui, decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere, & omissum iam diu opus, quasi quodam postliminio, repetere: præsertim cum & admirabilis, sanctusque vir Pammachius, hoc idem literis flagitet, & nos ad patriam festinantes, mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

PRÆFATIONEM EIVSDEM Sancti Hieronymi in libros Regum supra reperies, ideo in principio positam, quod librorum sacrorum ordinem contineat. Inscribitur autem, Prologus Galeatus.

Eiusdem in librum Paralipomenon Præfatio.

SI Septuaginta interpretum, pura, & vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me, Chromati episcoporum sanctissime, atque doctissime, impelleres, vt Hebræa tibi volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel autes hominum occupauerat, & nascentis ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc verò cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata: nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibusque Iudæis, cornicum, vt dicitur, oculos configere. Alexandria & Ægyptus in Septuaginta tuis Hesychium laudat auctorem: Constantinopolis vsque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt: quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pāphilus vulgauerunt: totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non solum exempla composuit quattuor editionum, è regione singula verba describens, vt vnus differentiens, statim ceteris inter se consentientibus arguatur: sed, quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit asteriscis designans, quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere quod semel susceperant: & post Septuaginta cellulas, quæ vulgo sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocque in ecclesijs legitur quod Septuaginta nesciuerunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, &, quod his maius est, Apostolis auctoribus comprobem: Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, offendens illa de Euangelio, Ex Ægyptp vocaui filium meum: &, Mat. 2.
Quoniam Nazaræus vocabitur: &, videbunt Ioā. 19.
in quem compunxerunt: & illud Apostoli, 1. Cor. 2.
Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus illum: ceteraque his similia in Hebraorum libris inueniri. Certè Apostoli, & Euangelistæ, Septuaginta interpretes nouerant: & vnde eis hæc, quæ in Septuaginta interpretibus non habentur? Christus Dominus noster vtriusque testamenti conditor, in Euangelio secundum Ioannem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit Scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtique scriptum est quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendū est, vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, ijdem & accusatores, & defensores, cum in alijs probent quod in me reprobant: quasi virtus, & vitium non in rebus sit, sed cū auctore mutetur. Cæterum memini editionem Septuaginta translatorum, olim de Græco emendatam tribuisse me nostris; nec inimi- Ioan. 7.

cum debere existimari eorum quos in conflictu fratrum semper edissero. Et quod nunc דברי הימים, id est, verba dierū, interpretatus sum: ideò feci, vt inexplicabiles moras, & filiam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio, sentiumque barbariem apertius, & per versuum cola digererem, mihi metipsi, & meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdæ sunt ceterorum.

Ad Domnionem, & Rogatianum in eundem Præfatio eiusdem.

QVomodo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint, & tertū Virgilij librum, qui à Troade per Leucatem, & Actoceraunia, ad Siciliam, & inde ad ostia Tiberis nauigauerint: ita sanctam Scripturam facilius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit, & antiquarum vrbium memorias, locorumque, vel eadem vocabula, vel mutata cognouit. Vnde, & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire: vt circumirentur prouinciam, quam vniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim, mi Domnion, & Rogatiane charissimi, nunquam me in diuinis voluminibus, proprijs vitibus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum, quanto magis de his super quibus anceps eram? Denique, cum à me nuper literis flagitassetis, vt vobis librum Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tiberiade quendam legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi, & contuli eum eo à vertice, vt aiunt, vsque ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere, quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor ita in Græcis, & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, vt non tam Hebræa, quam Barbara quædam, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt transtulerant, sed scriptorum culpæ ascribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant: & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt, vel è regione vnum nomen, propter latitudinem suam in duo, vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines, vt plerique existimant, sed vrbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonant, & obliquè sub interpretatione, & figura eorum, quædam narrantur historiæ: de quibus in Regnorum libro dicitur, Nonne ecce hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Quæ vtique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud Hebræos, liber Paralipomenon, vnus sit: & apud illos vocatus, דברי הימים, id est, verba dierum: qui propter magnitudinem, apud nos diuisus est, quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo faciunt, vt cum in tres partes secent, cum vnus à suo Auctore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina, non vocabula hominum, sed rerum, vt dixi, significantia sonant. Ad extremum, quod omnis eruditio Scripturarum in hoc continetur: & historiæ, quæ vel præterm issæ sunt in suis locis vel perstrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, nisi librum benevolis placiturum, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæque, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique, quam discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interrogat Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem, textumq. sermonis, & cunc nostro labori, si potuerit, detrahat: Vbicumque ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebraeo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, transtuerla scilicet virga præposita est, illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

EIVSDEM AD DOMNIONEM, & Rogatianum, & in Esdram, & Nehemiam præfatio.

VTrum difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, nedum statui, nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi tacerunices premit, vt ante sub fasce tuendum sit, quam leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant; & interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant quod occultè legunt, in tantum vt clamare compellar, & dicere: Domine, libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est quod semper scribitis, atque rescribitis vt Esdræ librum, & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quidquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus consumendum sit. Frustra autem, vt ait quidam, niti, neque aliud fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tātum de alijs, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent, his tributis exemplar: admonentes, vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distinctè, & per interualla transcribant. Nihil enim proderint emendasse librum, nisi emendatio, librariorum diligentia, conseruetur. Nec quemquam moueat, quod vnus à nobis liber editus est: nec apocryphorum tertij, & quarti somnis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ. Nehemiqque sermones in vnum volumen coarctantur, & quæ non Ps. 119.

habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abijcienda. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata, & inuersa demonstrat, nec potest vtique verum asseri, quod diuersum est: mittite eum ad Euangelia: in quibus multa ponuntur quasi de Veteri testamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur, velut illud, Quoniã Nazaræus vocabitur. &, Ex Ægypto vocaui filium meum. &, Videbunt in quem cõpunxerunt multaque alia, quæ latiori operi reiecimus: & quærite ab eo vbi scripta sint. cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus, quæ nuper à nobis edita, maledicorũ quotidie linguis confodiuntur. Sed, vt ad compendium veniam, certè quod iilaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quam a me verum est? Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos: & ipsis auctoribus, translationi meæ, vel arrogent, vel derogent fidem. Porrò aliud est, si caussis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitãtur Græcorum studium, ac beneuolentiam, qui post Septuaginta translatores, iam Christi Euangelio coruscante, Iudæos, & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesijs dedicauerunt. Quanto magis Latini grati esse debeant, quod exultantem cernerent Græciam, à se aliquid mutuari? Primum enim magnorum sumptuum est, & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, &c. Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum Scripturæ sensum relinquens, vniuscuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autẽ qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcumque sermo non deest, & de alijs magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet hydria sibilet, victorq; Sinon incendia iactet: numquam meum, iuuante Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant, qui volunt: qui nolunt abijciant. Euentilen rapices, literas calumnientur: magis vestra charitate prouocabor ad studium, quam illorum detractione, &c. odio deterrebor.

EIVSDEM AD CHROMATIVM & Eliodorum in Tobiam præfatio.

MIrari non desino exactionis vestræ instantiam. exigitis enim, vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, mãciparunt. Feci satis desiderio vestro, nõ tamen meo studio. Arguunt, & nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem, Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potuit: Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripuit. & quidquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario, sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me, quod iubere estis dignati, complesse.

Eiusdem Præfatio in Librum Iudith.

APud Hebræos liber Iudith inter hagiographia legitur: cuius auctoritas ad roborandam illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, immo exactioni: & sepositis occupationibus, quib. vehementer arctabar, huic vnam lucubratiuncula dedi, magis sensum è sensu, quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triũphali laude perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim non solum feminis, sed & viris imitabile Deus dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictũ omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

Eiusdem in Librum Esther præfatio.

LIbrum Esther varijs translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de archiuijs Hebræorum reuelans, verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata, laciniosis hinc inde verborum sinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriam passus est, vel qui iniuriã fecit. Vos autem, ô Paula, & Eustochium, quoniam, & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librum per singula verba nostram translationem aspicite: vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus nõ timemus: quoniã Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placere desiderant: & secundũ Apostolum. Qui eiusmodi sunt, serui Christi esse nõ possunt. Rursum in libro Esther alphabetum ex minio vsq. ad Teth literam fecimus diuersis in locis, volentes scilicet, Septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studiosò lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

Eiusdem in librum Iob præfatio.

COgor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non, & apud Græcos Aquila, Symanchus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediè temperatum genus translationis expresserint, & omnia Veteris instrumenti volumina Origenes obelis, asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos, translationi antiquæ inseruit, probãs defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipuè in Iob: cui si ea, quæ sub asteriscis additta sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc dumtaxat apud Græcos. Ceterum apud Latinos. ante eam translationem, quam sub asteriscis, & obelis nuper edidimus, septingenti fermè, aut octingenti versus desunt, vt decurtatus, & lacerratus corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nũc simul vtrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hæbræos totus liber fertur & lubricus: & quòd Græci rethores vocãt, ἐσχηματισμένος, dum qui aliud loquitur, aliud agit: vt si velis anguillam, vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lydeum quemdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina, an aliquid profecerim, nescio: hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porrò à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo: vsque ad locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, idcircò ipse me reprehẽdo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere: hexametri versus sũt, dactylo, spondeoque currentes: & propter linguæ idioma, crebro recipientes, & alios pedes, non earumdem syllabarum, sed eorumdem temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis, & tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis, quam simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum comma, quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcircò me in hoc volũmine laborasse, nõ vt interpretationem antiquam reprehenderẽ, sed, vt ea, quæ in illa, aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent: Vt qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos, & rethores, & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Græcos post Septuaginta editionem, iam Christi Euangelio coruscante, Iudæus Aquila, &c. Symmachus, ac Theodotio, Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in ἐξαπλοῖς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentib. Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro, & fideli aperire sermone, vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus, non debeo reprobari? Habeant, qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro, argentoque descriptos, vel vncialibus, vt vulgo aiunt, literis onera magis exarata, quam codices: dummodo mihi meisq. permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quã emendatos. Vtraq. autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis, quam maleuolum probet.

Alia eiusdem Præfatio.

SI autem fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panẽ, & ventris opus sollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem, quia iuxta sẽtentiam Saluatoris, volo operari cibum, qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum vim sentibus, virgultisque purgare error mihi germinus infligitur: corrector vitiorum, falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiam confessa pleriique vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices, quam emendatos. Qua propter, ô fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis, & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportellisq. munusculis monacho-

BIBLIOTECA

rum, spiritalia hæc, & mansura dona suscipite, ac beatum Iob, qui ad huc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat errorum, integrum, immaculatumque gaudete. Quomodo enim post probationem, atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiserat. Igitur, & vos, & vnumquemque lectorem solita præfatione commoneo, & in principijs librorum eadem semper annectens, rogo, vt vbicumque præcedentes virgulas videritis, sciatis ea quæ subiecta sunt in Hebraicis voluminibus non haberi. Porrò, vbi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt, neēnon, & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, vt sensum legētibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile, quid ex otio meo ecclesijs Christi venturum ratus, quam ex aliorum negocio.

Eiusdem in Psalterium, quod secundum Septuaginta editionem correxit, præfatio.

PSalterium Romę dudum positus emendaram: & iuxta Septuaginta interpretes, licèt cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videris, ò Paula, & Eustochium, scriptorum vitio depraua tum, plusque antiquum errorem, quam nouam emendationem valere: me cogitis, vt veluti quodam nouali, sciffum iam arium exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem: æquum esse dicētes, vt quod crebrò male pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quam eos, qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cū cura, & diligentia transcribantur. Noter sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est, obelos, vel asteriscos. Et vbicumque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsq. ad duo puncta, quæ impressimus, sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi. Vbi autem perspexerit stellæ similitudinē, de Hebræis voluminibus additum nouerit æque vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis dumtaxat editionem, qui simplicitate sermonis à Septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis, & studioso cuique fecisse me sciēs: non ambiguo multos forè, qui vel inuidia, vel supercilio malint contemnere videri præclara, quam discere: & de turbulento magis riuo, quam de purissimo fonte potare.

Eiusdem Præfatio in libros Salomonis.

IVngar epistola, quos iungit sacerdotium: Immo charta non diuidat, quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiam, quos poscitis, scripsissem si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum, notarios nostros, & libratios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium: quasi aut æquium sit, me vobis esurientibus, alijs laborare: aut in ratione dati, & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus, hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum משלי quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat. קהלת quē Græcè Ecclesiasten: Latinè concionatorem possumus dicere, שיר השירים quod in nostra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur, & Panæretos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi: non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iunctiunt Ecclesiastes, & Canticum canticorum: vt similitudinem Salomonis, non solum librorum numero, sed etiā materiarum genere coequaret. Secundus apud Hebræos nusquam est, quin & ipse stylus, Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hęc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sane Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tamen cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas trāsfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimæ cōmendata testæ, suum saporem seruauerint.

Ad Paulam, & Eustochium in translationem Isaiæ ex Hebraica veritate, eiusdem præfatio.

NEmo cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis, & operibus Salomonis: sed quod in Demosthene, & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur, & commata, qui vtique prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaia sciendum, quod in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis, & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admixtum. Vnde accidit, vt præ ceteris, florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adijciendum, quod non tam propheta dicendus sit, quam euangelista. Ita enim vniuersa Christi, Ecclesiæque mysteria ad liquidū prosecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conijcio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicuè Ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionē legeritis, ab illis animaduerteris abscōdita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facilè quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morsibus plurimorū, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo, & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post Septuaginta translatores Aquilā, & Symmachū, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretē. Legant prius, & postea despiciant: ne videantur, non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Isaias in Ierusalem, & in Iudæa, necdū decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commixtim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiā, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam, tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aduentu Christi est: Quem quanto plus amatis, ò Paula, & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtestatione præsenti, qua me indefinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate Scripturarum ecclesijs eius diutius insultarent.

Eiusdem in Ieremiam præfatio.

IEremias Propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaiæ & Osee, & quibusdam alijs prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij, à loco ei, in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsque hodie vicus, tribus ab Ierosolymis distans millibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus virginitate sua euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans: Hic vaticinari exorsus est puer, & captiuitatem vrbis, atque Iudææ non solum spiritu, sed & oculi carnis intuitus est. Iam decem tribus Israel Assyrij in Medos trāstulerant, iam terras earum, colonię Gentiū possidebant. Vnde in Iuda tātum, & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Græcos, & Latinos omninò confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnib. maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Ceterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quam quotidie noui aliquid scripturantem inuidorum insaniam prouocare.

Eiusdem in Ezechielem præfatio.

EZechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibique ijs, qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quod ad Ieremiæ vaticinium se vltro aduersarijs tradidissent, & viderent adhuc vrbem Ierosolymam stare, quam ille casurā esse prædixerat. Tricesimo autē ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licèt posterior, hic in Chaldæa. Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est: sed ex vtroque mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis, & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio nō multum distat ab Hebraico. Vnde non satis miror quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes: in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint. Legite igitur, & hūc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus, & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei, & hunc subsannauerint, dicite eis quod nemo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis euenat quod Græce significantius dicitur, vt vocentur φαγολοίδορος, quod est, manducantes sannas.

Eiusdem in Dianelem præfatio.

DAnielem prophetā iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione, & hoc cur accidierit, nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare, siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignorās: hoc vnū affirmare possum, quod multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendū quippe est Danielem maximè, & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldæo sermone conscriptos, & vnā Ieremiæ pericopen: Iob quoque cū Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique, & ego adolescentulus post Quintiliani, & Tulij lectionē ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius pistrinum reclusissem: & multo sudore, multoq. tempore vix cepissem anhelantia, stridentiaq. verba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem: & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem

veterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente. Labor improbus omnia vincit: & qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos cępi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque ad præsētem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere, & intelligere, quam sonare. Hæc idcircò refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, &c. nec Belis, draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito, easque iugulante subiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudeæorum, cum Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio, quo eam diceret esse confictam: illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου χίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco sermone descendere. Cuius rei vos intelligentiam nostris hanc possumus dare: Vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eũ, illico pereas: & à lentisco, in letente comminuat angelus: vel non lente pereas: aut lentus, idest, flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino ęstuantis incendij metro luderent: &c. per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent, aut quod miraculum, diuinæq. aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, quam prophetali essent spiritu perpetrata? Cũ verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum, vbi legissemus in toto veteri testamento quemquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, cui cum quidam è nostris satis ad loquēdum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum: derisit hominē, & ex ipso volumine demonstrauit, Ezechielē in spiritu se vidisse transpositum: Denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus: nescio, Deus scit: His & talibus argumētis apo-
2. Cor. 12. cryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas: sed inter eos, qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est in quinque, & octo, & in vndecim libros &c. de quo non est huius temporis differere. Quæ autem ex hoc propheta, immo contra hunc librũ Porphyrius obijciat: testes sũt Methodius, Eusebius, & Apollinarius; qui multis versuum millibus eius vesaniæ respondentes, nescio, an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos, O Paula, & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile Ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudicijs oblatrantium non satis moueor: qui in vtramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

Eiusdem in xij. Prophetas præfatio.

NOn est idem ordo duodecim prophetarũ apud Hebręos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt, Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens Ioel planus in principijs: in fine obscurior. Et vsq. ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quem Esdram scribam, legisque doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantũ vos ò Paula & Eustochium admonitos volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: & Osee synchronon Isaiæ. Malachiam verò Aggæi, & Zacharię fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo: sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus, & hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

Eiusdem in Euangelistas ad Damasum præfatio.

NOuum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de ceteris, ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam, & canescentem iam mundum &c. ad initia trahere paruulorum &c. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & saliua, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod & tu, qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur: Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda respondeant quibus: tot enim sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus male reddita: vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius: vel à librarijs dormitantibus, aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? neque verò ergo de veteri disputo testamento: quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu ad nos, vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodorion inter nouos, & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quam Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento: quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa euangelium CHRISTI Hebraicis literis edidit. Hoc certè cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit: vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices, quos à Luciano, & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit peruersa contentio, quibus vtique nec in toto Veteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare, quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante trāslata, doceat falsa esse quę addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicũ, Grecorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperauimus, vt his tantum, quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant Canones quoque quos Eusebius Cęsariensis episcopus Alexandrinus secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse, quæ in Euangelijs, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio, quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eumdem sensum alius aliter expressit, ille, qui vnum è quatuor primum legerat, ad eius exemplum ceteros quoque existimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura, Lucæ, atque Matthæi. Rursum in Matthæo plura Ioannis, & Marci, & in ceteris reliquorum, quæ alijs propria sunt, inueniantur. Cum itaque canones legeris, qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthęus. Marcus. In septimo duo, Matthęus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo. Lucas, Ioannes; in decimo propria quique, quæ non habentur in alijs, ediderunt. Singulis verò Euangelijs ab vno incipiens vsq. ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore descriptus, sub se habet aliũ ex minio discolorem numerum, qui ad decem vsq. procedens, indicat prior numerus, in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice, verbi gratia, illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiusdem Euangelistæ, qui & ipse ex inscriptione signatur, inuenies, atque vicino ceterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, & cum scieris recurres ad volumina singulorum, & sine mora repertis numeris quo ante signaueras, reperies, & loca in quibus, vel eadē, vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuoluat, quod sicubi in subnotatione canonum distinctorum &c. in canone quolibet tres Euangelistæ bis, ter vel quater, aut etiam amplius eumdem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus ècontrario, discrepantes, quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi stant contra prædictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in vno quolibet eorum, aut etiam duobus idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & dispares inueniantur in ceteris: dubium non erit, quin id, quod illius, illorumve canonis numerus bis terque repetitum ab his in volumine semel dictum esse ostendit, alter alterius eorum toties vno, atque eodem sensu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione seruabitur. Ceterum in decimo (quoniam propria singulorum tantummodò continentur) non potest contra id comparatio esse, quod solum est. Opto vt in Christo valeas, &c. memineris mei, Papa beatissime.

Eiusdem ex Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

PAulus Apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Beniamin, & oppido Iudæ Gischalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob studia legis missus Ierosolymam: à Gamaliel viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos, qui Christo crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de &c. persecutore translatus est. Cumque primum ad prædicationem eius Sergius Paulus Procōsul Cypri credidisset, ab eo, quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertensque Ierosolymam, à Petro, Iacoboque, & Ioanne, Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conuersatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini vicesimoquinto anno, id est, secũdo Neronis, eo tem-

tempore quo Festus procurator Iudææ successit Felici. Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historię) Paulum, à Nerone dimissum, vt Euangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum (eo tempore quo, & passus est, de vinculis dictat epistolam.) In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem. Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cæleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat. Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini trigesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem Ecclesias, Epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter styli sermonisque distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ Euangelistæ iuxta quosdam: vel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse, & ornasse sermone, vel certè, quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat: scripserat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quod à ceteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam, & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

Eiusdem ex Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

IAcobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, vt nonnulli existimant, Ioseph, ex alia vxore, vt autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum Episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem catholicis est: quę & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egesippus vicinus Apostolorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait, Suscepit Ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus, multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum, & siceram non bibit, carnem nullam comedit, numquam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo, huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: solusque ingrediebatur templum: & fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum, vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit, & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vigesimo libro Antiquitatum refert, & Clemens in septimo ὑποτυπώσεων, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum: quia cum necdũ ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum, vt Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit, qui cum præcipitatus de pina templi, confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cælum manus diceret, Domine ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste quo vda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoque, quod appellatur secundum Hebręos, & à me nuper in Græcum, Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sæpè vtitur, post resurrectionem Saluatoris refert. Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam, & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacob iusto, & dixit ei. Frater mi, comede panẽ tuum, quia resurrexit Filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis texit Ecclesiam, id est, vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum, vbi & præcipitatus fuerat sepultus est. Titulum, vsque ad obsidionem Titi, & vltimam Hadriani nouissimum habuit. Quidam è nostris in Monte Olueti eum conditum putant; sed falsa eorum opinio est.

Eiusdem

Eiusdem ex Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

SImon Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilęæ, vico Bethsaida, frater Andrææ Apostoli, & princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique vigintiquinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est, decimumquartum. A quo, & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignum vt sic crucifigeretur vt Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum secunda, à plerisque eius esse negatur, propter styli cũ priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius, & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem è quibus vnus actorum eius inscribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

Eiusdem ex Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

IVdas frater Iacobi paruam quidem, quę de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reijcitur: tamen auctoritatem vetustate iam, & vsu meruit, & inter sanctas scripturas co-

ORDO

ORDO LIBRORVM
VETERIS TESTAMENTI.

	Fol.
Genesis.	1
Exodus	44
Leuiticus	81
Numeri	103
Deuteronomium	129
Iosue	152
Liber Iudicum	170
Ruth	189
Regum I.	192
Regum II.	217
Regum III.	237
Regum IV.	264
Paralipomenon I.	286
Paralipomenon II.	305
Esdræ I.	329
Esdræ II.	336
Tobias	346
Iudith	353
Esther	362
Iob	371
Liber Psalmorum	393
Prouerbia Salomonis	342
Ecclesiastes	458
Canticum Canticorum	463
Liber Sapientiæ	466
Ecclesiasticus	476
Isaiæ Prophetæ	503
Ieremiæ	535
Baruch	576
Ezechielis	581
Danielis	615
Osee	630
Ioelis	635
Amos	637
Abdiæ	641
Ionæ	643
Michææ	645
Nahum	648
Habacuc	650
Sophoniæ	652
Aggæi	654
Zachariæ	656
Malachiæ	662
Machabæorum I.	664
Machabæorum II.	684

ORDO LIBRORVM
NOVI TESTAMENTI.

Euangelium secundum Matthæum	699
Euangelium secundũ Marcum.	737
Euangelium secundum Lucam	755
Euangelium secundum Iohannem	788
Actus Apostolorum	809
Pauli Epistola ad Romanos	833
Ad Corinthios I. 846. & II.	851
Ad Galatas	857
Ad Ephesios	869
Ad Philippenses	863
Ad Colossenses	865
Ad Thessalonicenses I. 867. & II.	869
Ad Timotheum I. 870. & II.	872
Ad Titum	874
Ad Philemonem	875
Ad Hebræos	876
Iacobi Epistola	882
Petri Epistola I.	885
Petri Epistola II.	887
Iohannis Epistola I.	889
Iohannis Epistolæ II. & III.	892
Iudæ Epistola	893
Apocalypsis	894
Liber Esdræ III. 910. & IV.	920

LIBER

LIBER GENESIS,
HEBRAICE BERESITH.

CAPVT PRIMVM.

IN principio creauit 1 Deus cælũ & terram. A
* Terra autem erat 2 inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi; & spiritus Dei ferebatur super aquas. * Dixitq; 3 Deus: " Fiat lux. Et facta est lux. * Et vidit 4 Deus lucem quòd esset bona: & diuisit lucẽ à tenebris, * Appellauitq. lucem diem, & tenebras Noctem: factumq. est vespere, & mane, dies vnus. * Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. * Et fecit Deus firmamentum, diuisitq. aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, " quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. * Vocauitque 8 Deus firmamentum, Cælum: & factũ est vespere & mane, dies secundus. * Dixit verò 9 Deus: Congregẽtur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnum, & appareat arida. Et factũ est ita. * Et vocauit Deus aridam Terram, 10 congregationesque aquarum appellauit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum. * Et 11 ait, Germiner terra herbam virentem, & faciẽtem semen & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terrã. Et factum est ita. 12 * Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumq. faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Et vi- 13 dit Deus quod esset bonum. * Et factum 14 est vespere, & mane, dies tertius. * Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem, ac noctem, & " sint " in signa, & tempora, & dies, & annos: " 15 * vt luceant in firmamento cæli, & illumi- 16 nent terrã: Et factum est ita. * Fecitq. Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præ- 17 esset nocti: & stellas. * Et posuit eas in firmamento cæli, vt lucerent super terram, 18 * et præessent diei ac nocti. & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset 19 bonum. * Et factum est vespere, & mane, 20 dies quartus. * Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli. 21 * Creauitq. Deus Cete grandia, & omnẽ animam viuentem, atque motabilem, quã produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus 22 quòd esset bonum, * Benedixitq. eis, dicẽs:

Act. 14. c. 15. 17. f. 24. Ps. 32. a. 6. 135. a. 5. Eccl. 18. a. 1. " Heb. 11 a. 3.

Ps. 135. b. 5. Iere. 10. b. 12. 51. b. 15. Ps. 148. a. 4. Ps. 32. b. 7. 88. b. 12. 135 a 6.

Iob 38. a. 4.

" Ps. 135. b. 7.

A Crescite,

Crescite, & multiplicamini, & replete aquas
maris: auesq; multiplicentur super terram.
* Et factum est vespere, & mane, dies quin- 23
tus. * Dixit quoq; Deus. Producat terra ani- 24
mam viuentē in genere suo, iumenta, & re-
tilia, & bestias terræ secundum species suas,
factumq. est ita. * Et fecit Deus bestias terræ 25
iuxta species suas, & iumenta, & omne repti-
le terræ in genere suo. Et vidit Deus qd esset
bonum, * & ait: faciamus hominē ad " ima- 26
ginem, & similitudinem nostram: & præsit
piscibus maris, & volatilibus cœli, & be-
stijs; vniuersæq; terræ omniq. reptili, quod
mouetur in terra. * Et creauit Deus homi- 27
nem ad imaginem suam: ad imaginem Dei D
creauit illum, " masculum, & fœminā crea-
uit eos. * Benedixitq. illis Deus, & ait: Cre- 28
scite, & multiplicamini, & replete terram,
& subijcite eam, & dominamini piscibus
maris, & volatilibus cœli, & vniuersis ani-
mantibus, quæ mouentur super terram.
* Dixitq. Deus: Ecce dedi vobis omnem 29
herbam afferentem semen super terram, &
vniuersa lignā, quæ habent in semetipsis se-
mentem generis sui, " vt sint vobis in escā;
* & cunctis animantibus terræ, omniq. vo 30
lucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in ter-
ra, & in quibus est anima viuens, vt habeant
ad vescendum. Et factum est ita. * " Vidit 31
que Deus cuncta quæ fecerat: & erant val-
de bona. Et factum est vespere, & mane,
dies sextus.

" Col. 3. b. 10. Infra 5. a. 1. 9. a. 6. 1. Cor. 11. b. 7. " Sap. 1. c. 22. Mat. 19. a. 4. Eccl. 17. a. 1. Inf. 8. c. 17. 9. a. 1 " Inf. 9. a. 3. " Eccle. 39. c. 21. Mat. 7. d. 37.

CAP. II.

I Gitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. * Compleuitq. Deus 1
die septimo opus suum quod fecerat: & " A 2
requieuit die septimo ab vniuerso opere
quod patrarat. * Et benedixit diei septimo, 3
& sanctificauit illum: quia in ipso cessaue-
rat ab omni opere suo, quod creauit Deus
vt faceret. * Istæ sunt generationes cœli, & 4
terræ, quando creata sunt in die, quo fecit
Dominus Deus cœlum, & terram: * Et omne 5
virgultum agri antequam oriretur in terra,
omnemq. herbam regionis priusquam
germinaret; non enim pluerat Dominus
Deus super terram, & homo non erat, qui
operaretur terram: * Sed fons ascendebat e 6
terra, irrigans vniuersam superficiem ter-
ræ. * Formauit igitur Dominus Deus homi- 7
nem de limo terræ, & inspirauit in faciem
eius spiraculum vitæ, & " factus est homo 8
in animam viuentem. * Plantauerat autem B
Dñs Deus paradisum voluptatis à prin-
cipio: in quo posuit hominem quem for-
mauerat. * Produxitq. Dñs Deus de humo 9
omne lignū pulchrum visu, & ad vescendū
suaue: lignum etiam vitæ in medio para-
disi, lignumq. scientiæ boni, & mali. * Et flu- 10
uius egrediebatur de loco voluptatis ad ir-
rigandum paradisum, qui inde diuiditur in
quatuor capita. * Nomen vni " Phison: ip- 11
se est, qui circuit omnem terram Heu-
12 lath, vbi nascitur aurum: * Et aurum terræ
illius optimum est: ibi inuenitur bdellium,
13 & lapis onychinus. * Et nomen fluuij se-
cundi Gehon: ipse est qui circuit omnem
14 terram Aethiopiæ. * Nomen vero flumi-
C nis tertij, Tygris: ipse vadit contra Assyrios.
Fluuius autem quartus, ipse est Euphrates.
15 * Tulit ergo Dominus Deus hominem, &
posuit eum in paradiso voluptatis, vt ope-
16 raretur, & custodiret illum. * Præcepitq. ei
dicens: Ex omni ligno paradisi comede:
17 * De ligno autem scientiæ boni, & mali ne
comedas, in quocūque enim die comede-
18 ris ex eo, morte morieris. * Dixit quoque
Dominus Deus: Non est bonum esse ho-
minem solum: faciamus ei adiutorium si-
19 mile sibi. * Formatis igitur, Dominus Deus
de humo cunctis animantibus terræ, & vni-
uersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adā,
vt videret quid vocaret ea: omne enim qd
vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est
20 nomen eius. * Appellauitq. Adam nomi-
D nibus suis cuncta animantia, & vniuersa
volatilia cœli, & omnes bestias terræ: Adæ
verò non inueniebatur adiutor similis eius
21 * Immisit ergo Dominus Deus soporem in
Adam, cumq. obdormisset, tulit vnam de-
22 costis eius, & replenit carnem pro ea * Et
ædificauit Dominus Deus costam, quam tu-
lerat de Adam, in mulierem; & adduxit eā
23 ad Adam. * Dixitq. Adam: " Hoc nunc, os
ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc
vocabitur Virago, quoniam de viro sum-
24 pta est. * Quamobrem relinquet homo pa-
trē suum, & matrē, & adhærebit vxori suę:
25 " & erunt duo in carne vna. * Erat autem
vterque nudus, Adam scilicet, & vxor eius:
& non erubescebant.

" Exod. 20. b. 11. 31. d. 17. Deut. 5. b. 14. Hebr. 4. b. 4. " 1. Cor. 15. f. 45. " 1. Cor. 11. b. 9. Mat. 19. a. 5. Mat. 10. a. 7. Ephe. 5. g. 31. " 1. Cor. 6. g. 16.

CAP. III.

1 A Sed, & serpens erat calidior cunctis ani-
mantibus terræ, quæ fecerat Dominus
Deus. Qui dixit ad mulierē: Cur præcepit
vobis Deus vt non comederetis de omni li-
2 gno paradisi? * Cui respondit mulier: De
fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, ve-
3 scimur: * de fructu verò ligni, quod est in
medio paradisi, præcepit nobis Deus ne co-
mederemus: & ne tangeremus illud, ne for-
4 te moriamur. * Dixit autem serpens ad mu-
lierem: " Nequaquam morte morieminī. " 1. Cor. 11. a. 3.
5 * Scit enim Deus quod in quocumque die
comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, &
eritis sicut dij, scientes bonum, & malum.
6 * Vidit igitur mulier quòd bonum esset li-
gnum ad vescendum, & pulchrum oculis,
aspectuq. delectabile, & tulit de fructu illius
7 & * comedit: deditq. viro suo, qui comedit.
B " Et aperti sunt oculi amborum: cumq. co-
gnouissent se esse nudos, consuerunt folia fi-
8 cus, & fecerunt sibi perizomata. * Et cum
audissent vocem Domini Dei deambu-
lantis in paradiso ad auram post meridiē,
abscondit se Adam, & vxor eius à facie Do-
mini

" Ecclesi. 25. d. 33. 1. Tim. d. 14.

mini Dei in medio ligni paradisi. * Voca- 9
uitq. Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi
es? * Qui ait: Vocem tuam audiui in para- 10
diso: & timui, eo quod nudus essem, & ab-
scondi me. * Cui dixit: Quis enim indica- 11
uit tibi quod nudus esset, nisi quod ex ligno
de quo præceperam tibi ne comederes, co-
medisti? * Dixitq. Adam: Mulier, quam de- 12
disti mihi sociam, dedit mihi de ligno, &
comedi. * Et dixit Dominus Deus ad mu- 13
lierem: Quare hoc fecisti? Quæ respondit: C
Serpens decepit me, & comedi. * Et ait Do- 14
minus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc,
maledictus es inter omnia animantia, & be-
stias terræ: super pectus tuum gradieris, &
terrā comedes cunctis diebus vitę tuę. * Ini- 15
micitias ponam inter te, & mulierem, & se-
men tuum, & semen illius: ipsa conteret ca-
put tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.
* Mulieri quoque dixit: Multiplicabo erum- 16
nas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries
filios, & sub viri potestate eris, " & ipse do-
minabitur tui. * Adæ verò dixit: Quia audi- 17
sti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno,
ex quo præceperam tibi, ne comederis, ma-
ledicta terra in opere tuo: in laboribus co-
medes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, * 18
Spinas, & tribulos germinabit tibi, & come-
des herbam terræ. * In sudore vultus tui 19
vesceris pane, donec reuertaris in terram de D
qua sumptus es: quia puluis es, & in puluere
reuerteris. * Et vocauit Adam nomen 20
vxoris suæ, Heua: eo quod mater esset cun-
ctorum viuentium. * Fecit quoque Domi- 21
nus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelli-
ceas, & induit eos. * Et ait Ecce Adā quasi 22
vnus ex nobis factus est, sciens bonum, &
malum: nunc ergo ne forte mittat manum
suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & co-
23 medat, & viuat in æternum. * Et emisit
eum Dominus Deus de paradiso volupta-
tis, vt operaretur terram, de qua sumptus
24 est. * Eiecitq. Adam, & collocauit ante para-
disum voluptatis Cherubim, & flammeum
gladium, atq; versatilem, ad custodiendam
viam ligni vitæ.

" 1. Cor. 14. f. 34.

CAP. IV.

1 A Adam vero cognouit vxorem suam He
uam: quæ concepit, & peperit Cain, di-
2 cens: Possedi hominem per Deum. * Rur-
sumq. peperit fratrem eius Abel. Fuit autē
3 Abel pastor ouium, & Cain agricola. * Fa-
ctum est autem post multos dies, vt offer- Heb. 11.
4 ret Cain de fructibus terræ munera Domi- a. 4.
no. * Abel quoque obtulit de primogenitis
gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit
5 Dominus ad Abel, & ad munera eius. * Ad
Cain verò, & ad munera illius non respexit
iratusque est Cain vehementer, & concidit
6 vultus eius. * Dixitque Dominus ad eum:
Quare iratus es? & cur concidit facies tua?
7 * Nonne si bene egeris, recipies: sin autem
B male, statim in foribus peccatum aderit?
sed sub te erit appetitus eius, & tu domina-
8 beris illius. * Dixitq. Cain ad Abel fratrem
suum: Egrediamur foras. Cumq. essent in a-
gro, consurrexit Cain aduersus fratrē suum
9 Abel, & " interfecit eum: * Et ait Dominus " Sap. 10.
ad Cain. Vbi est Abel frater tuus? Qui respō 23. Mat.
dit: Nescio: Num custos fratris mei sum e- 23. e. 35.
10 go. * Dixitq. ad eum. Quid fecisti? vox san- 1. Io. 3. b.
guinis fratris tui clamat ad me de terra. 12. Iude
11 * Nunc igitur maledictus eris super terrā, 1. d. 11.
quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem
12 fratris tui de manu tua. * Cum operatus
fueris eam, non dabit tibi fructus suos: va-

gus,& profugus eris ſuper terram. * Dixit- 13
que Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas
mea,quam vt veniam merear. * Ecce eijcis 14
me hodie à facie terræ,& à facie tua abſcon- C
dar,& ero vagus,& profugus in terra:omnis
igitur,qui inuenerit me,occidet me.* Dixit- 15
que ei Dominus: Nequaquam ita fiet: ſed
omnis,qui occiderit Cain, ſeptuplum punie-
tur. Poſuitque Dominus Cain ſignum,vt nõ
interficeret eum omnis,qui inueniſſet eum.
*Egreſſuſque Cain à facie Domini,habitauit 16
profugus in terra ad orientalem plagam
Eden.*Cognouit autem Cain vxorem ſuã, 17
quæ concepit,& peperit Henoch:& ædifica-
uit ciuitatem, vocauitq. nomẽ eius ex nõie fi
lij ſui, Henoch.*Porro Henoch genuit Irad, 18
& Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit
Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech.
*Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, 19
& nomen alteri Sella.* Genuitque Ada Ia- 20
bel, qui fuit pater habitantium in tentorijs,
atque paſtorum.* Et nomen fratris eius Iu- 21
bal:ipſe fuit pater canentium cithara, & or- D
gano. * Sella quoque genuit Tubalcain, qui 22
fuit malleator,& faber in cuncta opera æris,
& ferri,Soror verò Tubalcain, Noema.*Di- 23
xitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ:
Audite vocem meã vxores Lamech,auſcul-
tate ſermonem meum: quoniam occidi vi-
rum in vulnus meum,& adoleſcentulum in
liuorem meum. * Septuplum vltio dabitur 24
de Cain:de Lamech verò ſeptuagies ſepties.
* Cognouit quoque adhuc Adam vxorem 25
ſuam: & peperit filium, vocauitque nomen
eius Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen
aliud pro Abel,quem occidit Cain.* Sed & 26
Seth natus eſt filius,quem vocauit Enos:iſte
cœpit inuocare nomen Domini.

CAP. V.

1 HIc eſt liber generationis Adam. In die,
A qua creauit Deus hominem," ad ſimi- " Sap. 2.
2 litudinem Dei fecit illum.* Maſculum, & d.24.
fẹminã creauit eos, & benedixit illis: & vo- Eccl. 17.
cauit nomen eorum Adam, in die quo crea- a 1.
3 ti ſunt.* Vixit autem Adam centum triginta Sap. 1. d.
annis:& genuit filium ad imaginem: & ſimi 28.
litudinem ſuam, vocauitq. nomẽ eius Seth. Inf 9.a.6
4 * Et facti ſunt dies "Adam,poſtquam genuit " 1. Par, 1
Seth,octingenti anni, genuitque filios, & a.1.
5 filias, & factum eſt omne tempus, quod vi-
xit Adam, anni nongenti triginta, & mor-
6 tuus eſt. * Vixit quoque Seth centum quinq.
7 annis,& genuit Enos. * Vixitque Seth poſt-
quam genuit Enos, octingentis ſeptem an-
8 nis,genuitq. filios,& filias. Et facti ſunt om-
B nes dies Seth nongentorum duodecim an-
9 norum, & mortuus eſt. * Vixit verò Enos
10 nonaginta annis, & genuit Cainan. * Poſt
cuius ortum vixit octingentis quindecim
11 annis,& genuit filios,& filias.* Factiq. ſunt
omnes dies Enos nongenti quinque anni,&
12 mortuus eſt.* Vixit quoque Cainan ſeptua-
13 ginta annis, & genuit Malaleel. * Et vixit
Cainan poſtquam genuit Malaleel octingen
tis quadraginta annis,genuitq. filios,& filias.
14* Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti
15 decem anni,& mortuus eſt.* Vixit aũt Ma-
laleel ſexaginta quinque annis, & genuit Ia-
16 red.* Et vixit Malaleel poſtquam genuit Ia
red,octingẽtis triginta annis: & genuit filios
17 & filias. * Et facti ſunt omnes dies Malaleel
octingenti nonaginta quinque anni, & mor-
18 tuus eſt * Vixitq. Iared cẽtum ſexaginta duo
19 bus annis,& genuit Henoch.* Et vixit Iared
C poſtquam genuit Henoch octingẽtis annis,
20 & genuit filios, & filias. * Et facti ſunt oẽs
dies

Eccl. 44. dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, &
c.15. mortuus eſt.* Porro Henoch vixit,ſexagin- 21
Heb. 11. ta quinque annis,& genuit Mathuſalẽ. * Et 22
a.5. ambulauit Henoch cum Deo: & vixit,poſt-
quam genuit Mathuſalem,trecẽtis annis, &
genuit filios,& filias. * Et facti ſunt omnes 23
dies Henoch trecenti ſexaginta quinque an-
ni.*Ambulauitq. cum Deo,& nõ apparuit: 24
quia tulit eum Deus.* Vixit quoq. Mathuſa 25
lem centum octoginta ſeptem annis, & ge-
nuit Lamech.* Et vixit Mathuſalem, poſtq̃ 26
genuit Lamech,ſeptingentis octoginta duo-
bus annis,& genuit filios,& filias. * Et facti 27
D ſunt omnes dies Mathuſalem nongenti ſe-
28 xaginta nouem anni,& mortuus eſt.* Vixit
autem Lamech centum octoginta duobus
29 annis,& genuit filium: *vocauitque nomen
eius Noe,dicens: Iſte cõſolabitur nos ab ope-
ribus, & laboribus manuum noſtrarum in
30 terra,cui maledixit Dominus.* Vixitq. La-
mech,poſtquã genuit Noe,quingentis nona-
ginta quinq. annis, & genuit filios, & filias.
31 * Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptin-
genti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus
eſt. Noe verò cum quingentorum eſſet an-
norum genuit Sem, Cham, & Iaphet.



CAP. VI.

CVmq. cœpiſſent homines multiplicari 1
ſuper terrã,& filias procreaſſent. * Vi- A
dentes filij Dei, filias hoĩum,quod eſſent pul 2
chræ, acceperunt ſibi vxores ex omnib. quas
elegerant.*Dixitq. Deus. Nõ permanebit ſpi- 3
ritus meus in homine in æternum,quia caro
eſt: eruntq. dies illius centum viginti anno-
rum.*Gigantes autem erant ſuper terram in 4
diebus illis, poſtquam enim ingreſſi ſunt fi-
lij Dei ad filias hominum, illæque genue-
runt, iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi.
* Videns autem Deus, quod multa malitia 5
hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio
cordis intenta eſſet ad malum omni tempo-
re,* pœnituit eũ, quod hominem feciſſet in 6
terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus. B
"Infr.8. "* Delebo,inquit, hominem,quem creaui, à 7
d.21. facie terræ,ab homine, vſq. ad animantia, à
Matt.15. reptili,vſq. ad volucres cẹli,pẹnitet enim me
d.19. feciſſe eos.* Noe verò inuenit gratiam corã 8
" Eccle. Dño.* Hæ ſunt generationes Noe:"Noe vir 9
44.c.27. iuſtus, atq. perfectus fuit in generationibus
ſuis,cum Deo ambulauit.* Et genuit tres fi- 10
11 lios,Sem,Cham, & Iapheth. * Corrupta eſt
autem terra coram Deo,& repleta eſt iniqui-
12 tate.* Cumq. vidiſſet Deus terram eſſe cor-
C ruptam, (omnis quippe caro corruperat viã
13 ſuam ſuper terram,)*dixit ad Noe. Finis v-
niuerſæ carnis venit corã me:repleta eſt ter-
ra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdã
14 eos cum terra.* Fac tibi arcam,de lignis leui-
gatis:manſiuculas in arca facies,& bitumine,
15 lineis intrinſecus, & extrinſecus. * Et ſic fa-
cies eam: Trecentorum cubitorum erit lõgi-
tudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo,
16 & triginta cubitorum altitudo illius.* Fene-
ſtram in arca facies, & in cubito conſũmabis
ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones
ex latere:deorſum,cẹnacula,& triſtega facies
17 in ea.* Ecce ego adducã aquas diluuij ſuper
terram,vt interficiam omnem carnẽ: in qua
ſpiritus vitæ eſt ſubter cælũ: Vniuerſa,quẹ in
18 terra ſunt conſumentur.* Ponamq. fœdus
meum tecum,& ingredieris arcam tu,& filij
D tui,vxor tua, & vxores filiorum tuorũ tecũ.
19 * Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis
bina induces in arcã, vt viuant tecũ maſculi-
20 ni ſexus,& feminini. * De volucribus iuxta

genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suu: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere.* Tolles igitur tecum ex omnib. 21
b Heb. 11 b. 7. escis, quæ mandi possunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quam illis in cibũ. * Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat il- 22
li Deus.

CAP. VII.

2. Pet. 1. a. 5. DIxitq. Dominus ad eum. Ingredere tu, 1
& omnis domus tua in arcam: te enim A
vidi iustum coram me in generatione hac.
* Ex omnibus animantibus mundis tolle se- 2
ptena & septena, masculum & fœminam: de
animantibus verò immundis duo, & duo,
masculum, & fœminam.* Sed & de volatili- 3
bus cæli septena, & septena, masculum & fe-
minam: vt saluetur semen super faciem vniu-
ersæ terræ. * Adhuc enim, & post dies se- 4
ptem ego pluam super terram quadraginta
diebus, & quadraginta noctibus: & delebo
omnem substãtiam, quam feci, de superficie
terræ.* Fecit ergo Noe omnia, quæ manda- 5
uerat ei Dominus. * Eratque sex centorum 6
annorum, quando diluuij aquæ inundaue- B
Matth. 24. d. 32. Luc. 17. f. 26. 1. Pet. 3. d. 20. runt super terram. * Et ingressus est Noe, 7
& filij eius, vxor eius, & vxores filiorum
eius cum eo in arcam propter aquas dilu-
uij.* De animantibus quoque mundis, & im- 8
mundis, & de volucribus, & ex omni, quod
mouetur super terram,* duo & duo ingres- 9
sa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmi-
na, sicut præceperat Dominus Noe.* Cum- 10
que transissent septem dies, aquæ diluuij in-
iunndauerunt super terram.* Anno sexcen- 11
tesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo-
decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes
abyssi magnæ, & cataractę cœli apertæ sunt:
* & facta est pluuia super terram quadra- 12
ginta diebus, & quadraginta noctibus. * In 13
articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, C
& Cham, & Iapheth filij eius: vxor illius, &
tres vxores filiorum eius cum eis in arcam:
* ipsi & omne animal secũdum genus suum 14
vniuersaque iumenta in genere suo, & omne
quod mouetur super terram in genere suo,
cunctumque volatile secundum genus suũ,
vniuersæ aues, omneque volucres* ingres- 15
sæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex
omni carne, in qua erat spiritus vitæ. * Et 16
quæ ingressa sunt, masculus, & fœmina, ex
omni carne introierunt, sicut præceperat ei
Deus: & inclusit eum Dominus de foris. * 17
Factumque est diluuium quadraginta die-
bus super terram, & multiplicatæ sunt aquę,
& eleuauerunt arcam in sublime à terra. * 18
Vehementer enim inundauerunt & omnia
repleuerunt in superficie terræ, porrò arca
ferebatur super aquas.* Et aquæ præualue- 19
runt nimis super terram operique sunt om-
nes montes excelsi, sub vniuerso cælo. * 20
Quindecim cubitis altior fuit aqua super
omnes montes, quos operuerat. * " Con- 21
sumpraque est omnis caro, quæ mouebatur " Sap. 10. a. 4. Ecc. 39. c. 28.
super terram, volucrum, animantium, be-
stiarum omniumque reptilium, quæ reptãt
22 super terram, vniuersi homines, * & cun- 1. Pet. 3. d. 20.
cta, in quibus spiraculum vitæ est in terra,
23 mortua sunt.* Et deletuit omnem substãtiam, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus, tam reptile, quam volucres cæli: & deleta sunt de terra, remansit autem
24 solus Noe, & qui cum eo erant in arca * Obtinuerunt q. aquæ terram centum quinquaginta diebus.

CAP. VIII.

1 A RecordatusAutem Deus Noe, cuncto-
rumque animantium, & omnium iu-
mentorum, quæ erant cum eo in arca, ad du-
xit spiritum super terram, & imminutæ
2 sunt aquæ. * Et clausi sunt fontes abyssi,
cataractæ cæli: & prohibitæ sunt pluuiæ
3 de cælo. * Reuersæque sunt aquæ de terra
euntes, & redeuntes: & ceperunt minui post
4 centum quinquaginta dies. * Requieuitque
arca mense septimo, vigesimseptimo die
5 mensis super montes Armeniæ. * At verò
aquæ ibant, & decrescebant vsque ad de-
cimum mensem: decimo enim mense pri-
ma die mensis, apparuerunt cacumina mon-
6 tium. * Cunque transissent quadraginta
B dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fe-
7 cerat dimisit corvum:* qui egrediebatur, &
non reuertebatur, donec siccarentur aquæ
8 super terram. * Emisit quoque columbam
post eum, vt videret si iam cessassent aquæ
9 super faciem terræ.* Quæ cum non inuenis-
set vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad
eum in arcam: aquæ enim erant super vni-
uersam terram, extenditque manum, & ap-
10 prehensam intulit in arcam. * Expectatis
autem vltra septem diebus alijs, rursum di-
11 misit columbam ex Arca. * At illa venit ad
eum ad vesperam, portans ramum olivæ vi-
rentibus foliis in ore suo, intellexit ergo Noe
12 quòd cessassent aquæ super terram.* Expe-
C ctauitque nihilominus septem alios dies: &
emisit columbam, quæ non est reuersa vltra
13 ad eum * Igitur sexcentesimo primo anno,
primo mense, prima die mensis imminutæ
sunt aquæ super terram: & aperiens Noe te-
ctũ arcæ, aspexit, viditque quòd exicata esset
14 superficies terræ.* Mense secũdo, septimo,
15 & vigesimo die mensis arefacta est terra. *
16 Locutus est autem Deus ad Noe dicens:*
Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui, &
17 vxores filiorum tuorum tecum: * Cuncta
animantia, quæ sunt apud te, ex omni car-
ne, tam in volatilibus, quam in bestijs, & v-
niuersis reptilibus, quæ reptant super ter-
ram, educ tecum, & ingredimini super ter-
ram: " crescite & multiplicamini super " Sup. 1. d. 28.
18 eam. Egressus est ergo Noe, & filij eius, Inf. 9. a. 1
D vxor illius, & vxores filiorum eius cum
19 eo. Sed & omnia animantia iumenta,
&

& reptilia, quæ reptant super terram secũdum genus suum, egressa sunt de arca.
* Ædificauit autem Noe altare Domino: 20
& tollens de cunctis pecoribus, & volucri-
bus mundis, obtulit holocausta super alta-
re. * Odoratusque est Dominus odorem 21
suauitatis, & ait: Nequaquam vltra male-
dicam terræ propter homines:" sensus enim
Sup. 6. a. 5. Mat. 15. b. 19. & cogitatio humani cordis in malum pro-
na sunt ab adolescentia sua: non igitur vl-
tra percutiam omnem animam viuentem
sicut feci. * Cunctis diebus terræ, sementis 22
& messis, frigus, & æstus, æstas, & hiems,
nox & dies non requiescent.

CAP. IX.

Sup. 1. c. 22. 8. c. 17 B Enedixitque Deus Noe, & filijs eius. Et 1
dixit ad eos: Crescite, & multiplicami- A
ni, & replete terram. * Et terror vester, ac 2
tremor sit super cuncta animalia terræ, &
super omnes volucres cæli, cum vniuersis,
quæ mouentur super terram: omnes pisces
Sup. 1. g. 29. maris manui vestræ traditi sunt. * Et omne 3
ne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in
cibum: quasi olera virentia tradidi vobis
Ier. 17. d 14. omnia. * Excepto, quòd carnem cum san- 4
guine non comedetis. * Sanguinem enim 5
animarum vestrarum requiram de manu
cunctarum bestiarum: & de manu homi-
nis de manu viri, & fratris eius requiram a-
nimam hominis. * Quicumque " effude- 6
Matth. 26. c. 52. rit humanum sanguinem fundetur sanguis B
" Apoc. 13. c. 19. illius. " ad imaginem quippe Dei factus est
homo. * " Vos autem crescite, & multipli- 7
" Sup. 1. d. 28. 8. c. 17. camini, & ingredimini super terram, & im-
plete eam* Hæc quoque dixit Deus ad Noe, 8
& ad filios eius cum eo. * Ecce ego statuam 9
pactum meum vobiscum, & cum semine:
vestro post vos; * & ad omnem animam 10
viuentem, quæ est vobiscum, tam in volu-
cribus, quam in iumentis, & pecudibus ter-
ræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & vni-
11 uersis bestijs terræ: * " Statuam pactum " Isa. 54 c. 9.
meum vobiscum, & nequaquam vltra in-
terficietur omnis caro aquis diluuij, neque
erit deinceps diluuium dissipans terram.
12 * Dixitque Deus: Hoc signum fœderis,
quod do inter me, & vos, & ad omnem ani-
mam viuentem, quæ est vobiscum in gene-
13 rationes sempiternas: * Arcum meum po-
nam in nubibus, & erit signum fœderis in-
14 ter me, & inter terram. * " Cumque obdu- " Eccl. 43. b. 12.
C xero nubibus cælum, apparebit arcus meus
15 in nubibus: * & recordabor fœderis mei
vobiscum, & cum omni anima viuente,
quæ carnem vegetat: & non erunt vltra a-
quæ diluuij ad delendum vniuersam car-
16 nem. * Eritque arcus in nubibus, & vide-
bo illum, & recordabor fœderis sempiter-
ni, quod pactum est inter Deum, & omnem
animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est
17 super terram. * Dixitque Deus ad Noe:
Hoc erit signum fœderis, quod constituì in-
ter me & omnem carnem super terram.
18 * Erant ergo filij Noe, qui egressi sunt de
arca, Sem, Cham, & Iapheth: porro Cham
19 ipse est pater Chanaan. * Tres isti filij sunt
Noe: & ab his disseminatum est omne ge-
nus hominum super vniuersam terram.
20 * Cœpitq. Noe vir agricola exercere terrã,
21 & plantauit vineam. * Bibensque vinum
D inebriatus est, & nudatus in tabernaculo
22 suo.* Quod cùm vidisset Cham pater Cha-
naan, verenda scilicet patris sui esse nuda-
ta, nunciauit duobus fratribus suis foras,
23 * At verò Sem, & Iapheth pallium imposuer-
unt humeris suis, & incedentes retrorsum
ope-

operuerunt verenda patris sui: facietq. eorũ
auersæ erant, & patris virilia nõ viderunt. *24
Euigilans autem Noe ex vino, cũ didicisset
quæ fecerat ei filius suus minor, * ait: Ma- 25
ledictus Chanaan: seruus seruorum erit fra-
tribus suis. * Dixitque: Benedictus Domin⁹ 26
Deus Sem, sit Chanaan seruus eius. Dila- 27
tet Deus Iapheth, & habiter in tabernaculis
Sem, sitque Chanaan seruus eius. * Vixit 28
autem Noe post diluuium trecentis quin-
quaginta annis. * Et impleti sunt omnes 29
dies eius nongentorum quinquaginta anno-
rum, & mortuus est.

CAP. X.

1. Par. 1. 1 HÆ sunt generationes filiorum Noe, 1
c. 5. Sem, Cham, & Iapheth: natiq sunt eis A
filij post diluuium. * Filij Iapheth: Gomer, 2
& Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, &
Mosoch, & Thiras. * Porro filij Gomer: A- 3
scenez, & Riphath, & Thogorma. * Filij au- 4
tem Iauan: Elisa, & Tharsis, Cetthim, & Do
danim. * Ab his diuisæ sunt insulæ gentium 5
in regionibus suis, vnusquisque secundum
linguã suam, & familias suas in nationibus
suis. * Filij autem Cham: Chus & Mesraim 6
& Phuth, & Chanaan. * Filij Chus: Saba, & 7
Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha.
Filij Regma: Saba, & Dadan. * Porro Chus 8
genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in B
terra. * & erat robustus venator coram Do- 9
mino. Ob hoc exiuit prouerbiũ: Quasi Nem
rod robustus venator corã Domino. * Fuit 10
autem principium regni eius Babylon, &
Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sen-
naar. * De terra illa egressus est Assur, & ædi 11
ficauit Niniuẽ, & plateas ciuitatis, & Chale.
* Resen quoque inter Niniuẽ, & Chale, hęc 12
est ciuitas magna. * At verò Mesraim genuit 13
Ludim, & Anamim, & Laabim, Nepthuim,
14 * & Phetrusim, & Chasluim: de quib. egres-
15 si sunt Philisthijm, & Caphtorim. * Chanaã
autem genuit Sidonem primogenitũ suum
16 Hethæum, * & Iebusæum, & Amorrhæũ,
C Gergesæum. * Heuæum, & Araceũ; Sineum
17 * & Aradium, Samaræum, & Amathęũ: &
18 post hęc disseminati sũt populi Chananęo-
19 rum. * Factique sunt termini Chanaan ve-
nientibus à Sidone Geraram vsque Gazam,
donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrhã
20 & Adamã, & Seboim vsque Lesa. * Hi sunt
filij Cham in cognationibus, & linguis, & ge-
21 nerationib. terrisq. & gentib. suis. * De Sem
quoque nati sunt, patre omnium filiorum 1. Par. 1.
22 Heber, fratre Iapheth maiore. * Filij Sem: b. 17.
Ælã, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Arã:
23 * Filij Arã Vs, & Hul, & Gether, & Mes. * At
24 verò Arphaxad genuit Sale, de quo ort⁹ est
25 Heber. * Natiq sunt Heber filij duo: nomẽ
D vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuisa sit
26 terra: & nomen fratris eius Iectam. * Qui Ie-
27 ctan genuit Elmodad, & Saleph, & Asur-
28 moth, Iare, * & Aduram, & Vzal, & Decla,
29 * & Ebal, & Abimael, Saba, * & Ophir, &
30 Heuila, & Iobab. omnes isti, filij Iectan. * Et
facta est habitatio eorum de Messa pergen-
31 tibus vsq. Sephar montem orientalem. * Isti
filij Sem secundum cognationes, & linguas,
32 & regiones in gentibus suis. * Hæ familiæ
Noe iuxta populos, & nationes suas. Ab his
diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

CAP. XI.

1 ERat autem terra labij vnius, & sermo- Sap. 10
A num eorundem. * Cumque proficisce- a. 5.
2 rentur de oriente, inuenerunt campum in Par. 1.
3 terra Sennaar, & habitauerunt in eo. * Di- 8.
xitque alter ad proximum suum: Venite fa- 24.
ciamus

ciamus lateres, & coquamus eos igni. Habe-
runtque lateres pro saxis, & bitumen
pro cæmento: * & dixerunt: Venite facia- 4
mus nobis ciuitatem, & turrim, cuius cul-
men pertingat ad cęlum: & celebremus no-
men nostrum antequam diuidamur in v-
niuersas terras. * Descendit autem Domi- 5
nus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam
ædificabãt filij Adam, * & dixit: Ecce, v- 6
nus est populus, & vnum labium omnibus,
cœperuntque hoc facere, nec desistent à co-
gitationibus suis, donec eas opere com-
pleant. * Venite igitur, descendamus, & cõ- 7
fundamus ibi linguam eorum, vt non au- B
diat vnusquisque vocem proximi sui. * At- 8
que ita diuisit eos Dominus ex illo loco in
vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ci-
9 uitatem. * Et idcirco vocatum est nomen
eius Babel, quia ibi confusum est labium
vniuersæ terræ: & inde disperſit eos Domi-
10 nus super faciem cunctarum regionum. *
Hæ sunt generationes Sem: " Sem erat cen- " 1. Par.
tum annorum quando genuit Arphaxad, 1. b. 17.
11 biennio post diluuium. * Vixitque Sem
postquam genuit Arphaxad, quingentis an-
12 nis: & genuit filios, & filias. * Porro Arpha-
xad vixit triginta quinque annis, & genuit
13 Sale. * Vixitque Arphaxad postquam ge-
nuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit fi-
14 lios, & filias. * Sale quoque vixit triginta an-
15 nis, & genuit Heber. * Vixitque Sale post-
C quam genuit Heber, quadringentis tribus

annis: & genuit filios, & filias. * Vixit au- 16
tem Heber triginta quatuor annis, & genuit
Phaleg. * Et vixit Heber postquam genuit 17
Phaleg, quadringentis, triginta annis, & ge-
Par. 1. nuit filios & filias. * Vixit quoque Phaleg 18
9. triginta annis, & genuit Reu. * Vixitque 19
Phaleg postquam genuit Reu, ducentis no-
uem annis, & genuit filios & filias. * Vixit 20
autem Reu triginta duobus annis, & ge-
nuit Sarug. * Vixit quoque Reu postquam 21
genuit Sarug, duecentis septem annis: & ge-
nuit filios & filias. Vixit verò Sarug tri- 22
ginta annis, & genuit Nachor. * Vixitque 23
Sarug postquam genuit Nachor, ducentis
annis: & genuit filios & filias. * Vixit au- 24
tem Nachor viginti nouem annis, & genuit
Thare. * Vixitque Nachor postquã genuit 25
Thare, centum decem & nouem annis: &
genuit filios & filias. * Vixitque Thare se- 26
ptuaginta annis, & genuit Abram, & Na- D
chor, & Aran. * Hæ sunt autem generatio- 27
nes Thare: Thare genuit Abram, Nachor,
28 & Aran. Porro Aran genuit Lot. * Mor-
tuusque est Aran ante Thare patrem suum,
in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum.
29 * Duxerunt autem Abram, & Nachor vxo-
res: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen
vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris
30 Melchæ, & patris Iesclhæ. * Erat autem Sa-
31 rai sterilis, nec habebat liberos. * " Tulit ita- " Ioc. 24.
que Thare Abram filium suum, & Lot fi- a. 2.
lium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum Nehe. 9.
suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos b. 7.
de Vr Chaldęorum, vt irent in terram Cha- Act. 5.
naan: venerunt que vsque Haran, & habita- a. 6.
32 uerũt ibi. * Et facti sunt dies Thare ducẽto- Act. 7.
rũ quinq. annorũ, & mortuus est in Haran. a. 2.

CAP. XII.

1 DIxit autem Dominus ad Abram: Egre- Act. 7.
A dere de terra tua, & de cognatione tua, a. 3.
& de domo patris tui, & veni in terram,
2 quam monstrabo tibi. * Faciamque te
in gentem magnam, & benedicam tibi,
& magnificabo nomen tuum, erisque be-
nedi-

nedictus. * Benedicam benedicentibus ti- 3
bi,& maledicam maledicentibus tibi, atque
" Gala.3. b.8 "IN TE benedicẽtur vniuersę cognationes
terræ.*Egressus est itaque Abram sicut pręceperat 4
Inf 18.c. ceperat ei Dominus,& iuit cum eo Lot:sep-
18. 22. c. tuaginta quinque annorum erat Abram cũ
17. egrederetur de Haran.*Tulitque Sarai vxo 5
Heb. 11. rem suam,& Lot filium fratris sui, vniuer- B
b.8. famq. substantiam quam possederat,& ani-
mas quas fecerant in Haran: & egressi sunt
vt irent in terrã Chanaan. Cumque venis-
sent in eam, " pertransiuit Abram terram 6
vsque ad locum Sichem, vsque ad conuallẽ
illustrem : Chananæus autem tunc erat in
" Inf.13. terra. * Apparuit autem Dominus Abram, 7
d.14.15. & dixit ei " Semini tuo dabo terram hanc.
d.18.26. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui appa-
a.2. ruerat ei.* Et inde transgrediens ad montẽ, 8
Deu.34. qui erat contra orientem Bethel, tetẽdit ibi
b.4. tabernaculũ suum, ab occidẽte habens Be-
thel, & ab oriente Hai: ædificauit quoq; ibi
altare Domino, & inuocauit nomen eius.
* Perrexitq. Abram vadens,& vltra progre- 9
diẽs ad meridiem. * Facta est autem fames 10
in terra: descenditq. Abram in Ægyptum, C
vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fa-
11 mes in terra.*Cumq. prope esset vt ingrẽ-
deretur Ægyptũ, dixit Sarai vxori suæ: No-
12 ui q̃ pulchra sis mulier: * & quod cũ vide-
rint te Ægyptij dicturi sunt: Vxor ipsius est:
13 & interficient me,& te reseruabunt.* " Dic "Infr.
ergo, obsecro te, q̃ soror mea sis: vt bene sit c.11.
mihi propter te,& viuat anima mea ob gra-
14 tiam tui.* Cum itaque ingressus esset Abrã
Ægyptum, viderũt Ægyptij mulierẽ quod
15 esset pulchra nimis.* Et nunciauerunt prin
cipes Pharaoni, & laudauerunt eam apud
illum:& sublata est mulier in domum Pha
16 raonis.* Abram verò bene vsi sunt propter
D illam: Fueruntq. ei oues & boues,& asini,&
17 serui & famulæ,& asinæ & cameli.* Flagel-
lauit autem Dominus Pharaonẽ plagis ma-
ximis, & domum eius propter Sarai vxorẽ
18 Abram. * Vocauitque Pharao Abram;
& dixit ei : Quidnam est hoc quod fecisti
mihi? quare non indicasti quod vxor tua es-
19 set? * Quam ob causam dixisti esse sororem
tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem?
Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, &
20 vade. * Præcepitque Pharao super Abram
viris: & deduxerunt eum,& vxorem illius,
& omnia quæ habebat.

CAP. XIII.

Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse 1
& vxor eius,& omnia quæ habebat,& A
Lot cum eo ad australem plagam.* Erat au- 2
tem diues valde in possessione auri & argẽ-
ti.* Reuersusque est per iter, quo venerat a 3
meridie in Bethel vsq. ad locum, vbi prius
fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai:
*in loco altaris " quod fecerat prius;& inuo- 4
"Sup. 12. b.1. cauit ibi nomen Domini. * Sed & Lot qui 5
erat cum Abram, fuerunt greges ouiũ,& ar-
" Inf. 36. a.7. menta,& tabernacula. * Nec poterat eos ca- 6
pere terra, vt habitarent simul; " erat quippe B
substantia eorum multa, & nequibãt habi-
7 tare communiter.* Vnde et facta est rixa in
ter pastores gregum Abram et Lot. Eo autẽ
tempore Chananæus & Pherezæus habita-
8 bant in terra illa.* Dixit ergo Abrã ad Lot
Ne quæso sit iurgium inter me et te, et inter
pastores meos, et pastores tuos: fratres enim
9 sumus.* Ecce vniuersa terra coram te est: rẽ-
cede a me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego
dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris,
10 ego ad sinistrã pergam.* Eleuatis itaq Lot
oculis, vidit omnem circa regionem Iorda-
nis, quæ vniuersa irrigabatur antequã sub-
uerteret

uerteret Dominus Sodomam, & Gomor-
rham, sicut paradisus Dñi,& sicut Ægyptus C
venientib. in Segor.* Elegitque sibi Lot re- 11
gionem circa Iordanem, & recessit ab Oriẽ-
te: diuisiq. sunt alterutrũ à fratre suo. *Abrã 12
habitauit in terra Chanaan Lot verò mora-
tus est in oppidis, quæ erant circa Iordanẽ,
& habitauit in Sodomis.* Homines aũt So- 13
domitæ pessimi erant & peccatores coram
Domino nimis.* Dixitq. Dns ad Abrã, post- 14
Sup.12. quam diuisus est ab eo Lot. " Leua oculos
7. tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aqui-
Inf.15.c. lonẽ & meridiem, ad orientem, & Occiden
26.a. tem.* Omnem terram quam conspicis, tibi 15
dabo,& semini tuo vsq. in sempiternum.* 16
Deu.34. Faciamq. semen tuũ sicut puluerẽ terræ. si
quis pōt hominum numerare puluerẽ ter- D
ræ, semẽ quoq. tuũ numerare poterit.* Sur- 17
ge,& perambula terrã in lõgitudine, & ĩ la-
titudine sua: quia tibi daturus sum eã.* Mo- 18
uens igitur tabernaculũ suũ Abrã, venit, &
habitauit iuxta conuallẽ Mambre, quæ est
in Hebron: ædificauitq. ibi altare Domino.

CAP. XIV.

Factum est autẽ in illo tempore, vt Am- 1
raphel rex Sennaar, & Arioch rex Pon- A
ti, & Chodorlahomor rex Elamitarum,&
Thadal rex Gentium * inirent bellũ contra 2
Bara regem Sodomorũ, & contra Bersa re-
gem Gomorrhæi, & contra Sennaab regem
Adama, & contra Semeber regem Seboim,
contraque regem Balæ, ipsa est Segor.* Om- 3
nes hi conuenerunt in vallem Siluestrem, q̃
nunc est mare salis.* Duodecim enim annis 4
seruierant Chodorlahomor, & tertiodeci-
5 mo anno recesserunt ab eo.* Igitur quarto
decimo anno venit Chodorlahomor,& re-
ges qui erãt cũ eo: percusseruntq. Raphaim ĩ
Astarothcarnaim,& Zuzim cũ eis,& Emim
6 in Saue Cariathaim,* & Chorræos in mõti-
bus Seir, vsq. ad Campestra Pharan, q̃ est in
7 solitudine.* Reuersique sunt,& venerũt ad
fontẽ Misphat, ipsa est Cades: & percusserũt
oẽm regionẽ Amalecitarũ, & Amorrhæũ,
8 qui habitabat in Asasonthamar.* Et egressi
sunt rex Sodomorũ,& rex Gomorrhæ, rex-
B que Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex
Balæ, quæ est Segor: & direxerũt aciẽ cõtra
9 eos in valle Siluestri: *scilicet aduersus Cho
dorlahomor regẽ Elamitarũ,& Thadal re-
gẽ Gentiũ, & Amraphel regem Sennaar,&
Arioch regẽ Ponti: quatuor reges aduersus
10 quinq.* Vallis aũt Siluestris habebat puteos
multos bituminis. Itaque rex Sodomorum,
& Gomorrhæ terga verterunt, ceciderunt
que ibi,& qui remanserant, fugerunt ad mõ
11 tem.* Tulerunt aũt omnem substantiã So-
C domorũ & Gommorrhæ, & vniuersa quæ
12 ad cibum pertinent,& abierunt: * necnon
& Lot & substantiam eius, filium fratris
13 Abram, qui habitabat in Sodomis;* Et ecce
vnus, qui euaserat, nunciauit Abrã Hebræo,
qui habitabat in cõualle Mãbre Amorrhæi
fratris Eschol & fratris Aner, hi enim pepi-
14 gerant fœdus cum Abram.* Quod cũ au-
disset Abram, captum videlicet Lot fratrẽ
suũ, numerauit expeditos vernaculos suos
trecentos decem,& octo: & persecutus est
15 vsq. Dan.* Et diuisis socijs, irruit super eos
nocte: percussitq. eos, & persecutus est eos

vsque Hoba, quę est ad lęuã Damasci,* Re- 16
duxitq. oẽm substantiã,& Lot fratrem suũ
cum substantia illius, mulieres quoq. & po-
17 pulũ.* Egressus est autẽ rex Sodomorũ in
occur-

decursum eius postquam reuersus est à cæ-
de Chodorlahomor, & regum qui cum eo
erant in valle Saue, quæ est vallis regis. * 18
" Heb.7. a. 3. At vero Melchisedech rex Salē, proferēs pa
nem & vinū, erat enim Sacerdos Dei altissi- D
mi,* benedixit ei,& ait: Benedictus Abram 19
Deo excelso,qui creauit cælū & terram;*& 20
benedictus Deus excelsus,quo protegēte,ho
stes in manib. tuis sunt. Et dedit ei decimas
ex omnib.* Dixit aūt rex Sodomorū ad A- 21
bram: Da mihi animas, cætera tolle tibi.* 22
Qui respondit ei: Leuo manū meam ad Do
minū Deum excelsum possessorem cæli &
terræ,*qd a filo subtegminis vsque ad cori- 23
giā caligæ, non accipiam ex omnibus q̄ tua
sunt,ne dicas: Ego ditaui Abram:* exceptis 24
his, quæ comederunt iuuenes, & partibus
virorum,qui venerunt mecū, Aner, Eschol,
& Mambre:isti accipient partes suas.

CAP. XV.

HIs itaq. transactis,factus est sermo Do- 1
mini ad Abram per visionem dicens: A
Noli timere Abrā, ego protector tuus sum,
& merces tua magna nimis.* Dixitq. Abrā: 2
Domine Deus,quid dabis mihi?ego vadam
absq. liberis: & filius procuratoris domus
meæ iste Damascus Eliezer. * Addiditq. A 3
bram: Mihi aūt non dedisti semen: & ecce
"Rom.4. c. 18. vernaculus meus,heres meus erit.* Statimq. 4
sermo Domini factus est ad eum,dicēs: Nō
" Ro. 4. Galat. 3. a. 6. erit hic heres tuus: sed q̄ egredietur de vte- B
ro tuo,ipsum habebis hæredem. * Eduxit- 5
que eum foras, & ait illi: " Suspice cælum,&
Iac. 2. a. d.23. numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit
semen tuum.*"Credidit Abram Deo,& re- 6
putatum est illi ad iustitiam. * Dixitque ad
eum: Ego Dñs qui eduxi te de Vr Chaldeo-
rum vt darem tibi terram istam,& posside-
8 res eam.* At ille ait: Dñe Deus,vnde scire
9 possum,quod possessurus sim eam?* Et re-
spondens Dominus: Sume,inquit,mihi vac-
cam triennem, & capram trinam,& arietē
annorum trium, turturem quoq & colum- " Ie
10 bam.* Qui tollens vniuersa hæc,"diuisit ea d.
per mediū & vtrasq. partes contra se altrin-
11 secus posuit: aues autem non diuisit.* De-
scenderuntq. volucres super cadauera,& a-
12 bigebat eas Abrā.* Cumque Sol occumbe- C
ret,sopor irruit super Abram,& horror ma
13 gnus & tenebrosus inuasit eum.* Dictum-
que est ad eum: Scito prænoscens quod" pe- " A
regrinum futurum sit semen tuum in terra a. 6
non sua, & subijcient eos seruituti, & affli-
14 gent quadringētis annis.* Verumtamen gē
tem,cui seruituri sunt,ego iudicabo:& post
15 hæc egredientur cum magna substantia.*
Tu aūt ibis ad patres tuos in pace, sepultus
16 in senectute bona. * Generatione aūt quar- " S
D ta reuertentur huc:necdum enim complete b.
sunt iniquitates Amorrhæorum vsq.ad præ d.
17 sens tēpus.* Cum ergo occubuisset Sol,fa Ie
cta est caligo tenebrosa, & apparuit clibā- a.
nus fumans. & lampas ignis transiens inter D
18 diuisiones illas.* In illa die "pepigit Domi- b.
nus fœdus cū Abram,dicens: Semini tuo da- 2.
bo terram hanc à fluuio Ægypti vsq.ad flu- f.
19 uium magnum Euphratē,* Cinæos,& Ce- 1.
20 nezæos, Cedmonæos,& Hethæos,& Phere c.
21 zæos, Raphaim quoque,*& Amorrhæos,& 24.
Chananæos, & Gergesæos,& Iebusæos.

CAP. XVI.

IGitur Sarai vxor Abram, non genuerat 1
liberos, sed habens ancillam Ægyptiam
2 nomine Agar.* dixit marito suo: Ecce con-
A clusit me Dominus, ne parerem: ingrede-
re ad ancillam meam,si fortè saltem ex il-
la

la suscipiam filios. Cumque ille acquiesce-
ret deprecanti, * tulit Agar Aegyptiam an- 3
cillam suam post annos decem quam habi-
tare cœperant in terra Chanaan: & dedit
eam viro suo vxorem. * Qui ingressus est 4
ad eam. At illa concepisse se videns, despe-
B xit dominam suā. * Dixitq. Sarai ad Abrā: 5
Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam
meam in sinum tuū, quæ videns quod con-
ceperit, despectui me habet: iudicet Domi-
nus inter me, & te. * Cui respondens A- 6
bram. Ecce,ait,ancilla tua in manu tua est,
vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sa-
rai, fugam inijt. * Cumque inuenisset eam 7
angelus Domini iuxta fontem aquæ in so-
litudine, qui est in via Sur in deserto, * di- 8
xit ad illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis?
& quo vadis? quæ respondit: A facie Sarai
dominæ meæ ego fugio. * Dixitque ei ange- 9
lus Domini; Reuertere ad dominam tuā, C
& humiliare sub manu illius. * Et rursum: 10
Multiplicans, inquit, multiplicabo semen
tuum, & non numerabitur præ multitudi-
ne.* Ac deinceps: Ecce,ait,concepisti & pa- 11
ries filium vocabisque nomen eius Ismael,
eo quod audierit Dominus afflictionē tuā.
* Hic erit ferus homo: manus eius contra 12
omnes, & manus omnium contra eum, &
è regione vniuersorum fratrum suorū figet
tabernacula. * Vocauitautem Agar nomen 13
D Dñi,qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui
viditi me. Dixit enim: Profectò hic vidi
posteriora videntis me. * Propterea appella 14
uit puteum illum, Puteum viuentis & vi-
dentis me. Ipse est inter Cades & Barad.* 15
Peperitque Agar Abræ filiū: qui vocauit no-
men eius Ismael. * Octoginta & sex anno- 16
rū erat Abram q̄n peperit ei Agar Ismaelē.

CAP. XVII.

POstquam verò nonaginta & nouem an- 1
norum esset cœperat, apparuit ei Domi- A
nus,dixitq. ad eum: Ego Deus omnipotens
ambula coram me, & esto perfectus * Po- 2
namq fœdus meū inter me, & te. & multi-
plicabo te vehementer nimis. * Cecidit A- 3
brā pronus in faciem. * Dixitq ei Deus. Ego 4
sum, & pactum meum tecum, "eritque
pater multarum gentiū. * Nec vltra vocabi- 5
tur nomen tuū Abram: sed appellaberis A-
braham: quia patrem multarum gentium
constitui te. * Faciamq. te crescere vehemē- 6
tissimē, & ponam te in gentibus, regesq ex
te egredientur.* Et statuam pactum meum 7
inter me & te, & inter semen tuum post te
in generationibus suis fœdere sempiterno:
vt sim Deus tuus,& seminis tui post te.* Da 8
boque tibi & semini tuo terram peregrina-
tionis tuæ,omnem terram Chanaan in pos- B
sessionem æternā, eroq. Deus eorum.* Di- 9
xit iterum Deus ad Abraham. " Et tu ergo 6
custodies pactum meum, & semen tuum
post te in generationibus suis. * Hoc est pa- 10
ctum meum quod obseruabitis inter me,& 7
vos,& semen tuum post te: Circumcidetur,
11 ex vobis omne masculinum! * & circumci-
detis carnem præputij vestri, vt sit "in fi- " Ro.4.
12 gnum fœderis inter me & vos. * Infans o- b. 11.
cto dierum circumcidetur in vobis, omne Leu. 12.
masculinum in generationibus vestris tam a 3.
vernaculus,quam emptitius circumcidetur, Luc. 2.
& quicumque non fuerit de stirpe vestra: c.22.
13 * eritque pactum meum in carne vestra in
14 fœdus æternum. * Masculus,cuius præpu-
tij caro circumcisa non fuerit, delebitur ani-
ma illa de populo suo: quia pactum meum
15 irritum fecit.* Dixit quoque Deus ad Abra-
C ham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sa-
16 rai,sed Saram. * Et benedicam ei, & ex il-
la dabo tibi filium,cui benedicturus sum,
eritque in nationes & reges populorū orien-
17 tur ex eo. * Cecidit Abraham, in faciem
suam, & risit, dicens in corde suo: Putasne
centenario nascetur filius? & Sara nonage-
18 naria pariet? * Dixitque ad Deum: Vtinam
19 Ismael viuat coram te.* Et ait Deus ad Abra-
ham: "Sara vxor tua pariet tibi filium, vo- " Inf. 18.
cabisque nomen eius Isaac, & constituam b. & 21.
pactum meum illi in fœdus sempiternum, a.2.
20 & semini eius post eū. * Super Ismael quo-
que exaudiui te:ecce,benedicam ei, & augē-
bo, & multiplicabo eum valde: duodecim
duces generabit, & faciam illum in gentem
21 magnam. * Pactum verò meum statuā ad
D Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in
22 anno altero. * Cumque finitus esset sermo
loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abra-
23 ham. * Tulitautem Abraham Ismael filiū
suum, & oēs vernaculos domus suæ: vni-
uersosq. quos emerat,cunctos mares ex om-
nibus viris domus suæ: & circumcidit car-
nem præputij eorum statim in ipsa die, si-
24 cut præceperat ei Deus. * Abrahā nonagin-
ta, & nouem erant annorū quando circūci-
25 dit carnem præputij sui, * Et Ismael filius
tredecim annos impleuerat tempore circū-
26 cisionis suæ. * Eadem die circumcisus est
27 Abraham & Ismael filius eius. * Et omnes
viri domus illius,tam vernaculi, quam em-
ptitij & alienigenæ pariter circumcisi sunt.

CAP. XVIII.

1 APparuit autem ei Dominus in conual- Heb. 13.
A le Mambre sedenti in ostio tabernacu- a.2.
2 li sui in ipso feruore diei. * Cumq. eleuas-
set oculos, apparuerunt ei tres viri stantes
prope eum:quos cum vidisset,cu urrit in oc
curtum eorū de ostio tabernaculi, & adora-
3 uit in terram, * Et dixit: Domine,si inueni
4 gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum
tuum: * sed afferam paucillum aquæ & la-
uate pedes vestros,& requiescite sub arbore.
5 * Ponamque buccellam panis, & conforta-
te cor vestrum, postea transibitis: idcirco
enim declinastis ad seruum vestrū. Qui di-
xerunt: Fac vt locutus es. * Festinauit Abra-
hā in tabernaculū ad Saram,dixitque ei: Ac-
celera,tria sata similē commisce,& fac subci-
nericios panes,* Ipse verò ad armentum cu
currit, & tulit inde vitulum tenerrimum,&
optimum

optimum, deditque puero: qui festinauit & coxit illum. * Tulit quoque butyrum & lac 8
& vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse verò stabat iuxta eos sub arbore.
* Cumque comedissent, dixerunt ad eum. 9
Vbi est Sara vxor tua? ille respondit: Ecce B
in tabernaculo est. * Cui dixit: " Reuertens 10
veniam ad te tempore isto, vita comite, &
habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, c.
11 Sara risit post ostium tabernaculi. * Erant Inf
autem ambo senes, prouectæque ætatis, & 1.
12 desierant Saræ fieri muliebria. * Quæ risit Ro
occultè dicens: Postquam consenui, & do- b.9.
minus meus vetulus est, voluptati operam 2.
a.6.

dabo? * Dixit autem Dominus ad Abrahã: 13
Quare risit Sara, dicens: Num verè parirura
sũ anus? * Nũquid Deo quidquã est difficile? 14
Iuxta conditum reuertar ad te hoc eodẽ
tempore, vita comite, & habebit Sara filiũ.
* Negauit Sara, dicens, Non risi: timore per 15
territa. Dominus autem: Non est, inquit, ita:
sed risisti. * Cum ergo surrexissent inde vi- 16
ri, direxerunt oculos contra Sodomam: &
Abraham simul gradiebatur, deducens eos.
* Dixitq. Dominus: Num celare potero A- 17
braham: quæ gesturus sum: * cum futurus 18
sit in gentem magnam, ac robustissimam,
Sap.12. a.3. & BENEDICENDÆ sint in illo omnes na
tiones terræ? * Scio enim quod præceptures 19
Inf 32.d 17. sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custo-
diant viam Domini, & faciant iudicium, &
iustitiam: vt adducat Dominus propter A-
brahã omnia, quæ locutus est ad eum. * Di 20
xit itaque Dominus: Clamor Sodomorum
& Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum
eorum aggrauatum est nimis. * Descendã, 21
& videbo vtrum clamorem, qui venit ad
me, opere compleuerint: an non est ita, vt
sciam. * Conuerteruntq. se inde, & abierũt 22
Sodomam: Abraham verò adhuc stabat co-
ram Domino. * Et appropinquans ait: Nũ 23
quid perdes iustum cum impio? * Si fuerint 24
quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt si-
mul? & nõ parces loco illi propter quinqua-
ginta iustos, si fuerint in eo? * Absit à te, vt 25
rem hanc facias, & occidas iustum cum im-
pio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc
tuum: qui iudicas omnem terram, nequa-
26 quam facies iudicium hoc. * Dixitq. Domi-
nus ad eum: Si inuenero Sodomis quinqua-
ginta iustos in medio ciuitatis, dimittam
27 omni loco propter eos. * Respondensq. A-
braham, ait: Quia semel cæpi, loquar ad Do-
minum meum, cum sim puluis, & cinis.
28 * Quid si minus quinquaginta iustis quinq.
fuerint? delebis propter quadraginta quin-
que vniuersam vrbem? Et ait; Nõ deleho, si
29 inuenero ibi quadraginta quinque. * Rur-
sumq. locutus est ad eũ: Sin autem quadra-
ginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait:
30 Nõ percutiã propter quadraginta. * Ne que-
so inquit, indigneris Dñe, si loquar: Quid si
ibi inuenti fuerint triginta? Respondit: Non
31 faciam, si inuenero ibi triginta. * Quia se-
mel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum:
Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non
32 interficiam propter viginti. * Obsecro, in-
quit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc
semel: Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et
33 dixit: Non delebo propter decem. * Abijtq.
Dominus, postquam cessauit loqui ad Abra-
ham: & ille reuersus est in locum suum.

CAP. XIX.

1 AVEneruntque duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Lot in foribus ciuitatis,

Leb.13. tis. Qui cum vidissent eos, surrexit, & iuit ob-
uiam eis: adorauitq. pronus in terram, * & 2
dixit: Obsecro, domini, declinate in domum
pueri vestri, & manete ibi, lauate pedes ve-
stros, & mane proficiscemini in viã vestrã.
Qui dixerunt: Minime, sed in platea mane-
bimus. * Cõpulit illos oppido vt diuerterent 3
ad eum: ingressisq. domum illius fecit cõui-
uium, & coxit azima: & comederunt. * Prius 4
autem quam irent cubitũ, viri ciuitatis val-
lauerunt domum à puero vsque ad senem,
omnis populus simul. * Vocauerunteq. Lot, 5
& dixerunt ei: Vbi sunt viri qui introierunt
ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscamus
eos. * Egressus ad eos Lot, post tergum occlu 6
dens ostiũ ait. * Nolite, quæso, fratres mei, 7
nolite malum hoc facere, * Habeo duas fi- 8
lias quæ necdũ cognouerunt virum: educam B
eas ad uos, & abutimini eis sicut vobis pla-
cuerit, dummodo viris istis nihil mali fa-
cias, quia ingressi sunt sub vmbra culminis
mei. * At illi dixerunt: Recede illuc. Et rur- 9
sus: Ingressus es, inquiunt, vt aduena: num-
quid vt iudices? te ergo ipsum magis quam
t.Pe.1. hos afligemus " Vimq faciebant Lot vehe-
8. mentissimè: iãq. prope erat vt effringerent
fores. * Et ecce miserunt manum viri, & in 10
troduxerunt ad se Lot, clauserũtq. ostium.
ap.19. * & eos, qui foris erant, " percusserunt cæcita 11
6. tea minimo vsque ad maximum, ita vt o-
stium inuenire non possent. * Dixerunt au- 12
tem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum C
generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui
sunt, educ de vrbe hac: * delebimus enim lo 13
cum istum, eo quod increuerit clamor eo-
rum coram Domino, qui misit nos, vt per-
damus illos. * Egressus itaq. Lot, locutus est 14
ad generos suos, qui acceperuri erant filias
eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco
isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc.
Et visus est eis quasi ludens loqui. * Cũque 15
esset mane, cogebant eum Angeli, dicentes:
Surge, tolle vxorẽ tuam, & duas filias, quas
habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciui-
tatis. * Diffimulante illo, apprehenderunt 16
manum eius, & manum vxoris, ac duarum D
filiarum eius, eo quod parceret Dominus il-
p.10. li. * " Eduxerũtque eum, & posuerunt extra 17
ciuitatem, ibique locuti sunt ad eum, dicen-
tes: Salua animam tuam, noli respicere post
tergum, nec stes in omni circa regione, sed
in monte saluũ te fac, ne & tu simul pereas.
* Dixitque Lot ad eos: Quæso Domine mi, 18
* quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, 19
& magnificasti misericordiam tuam, quam
fecisti mecum, vt saluares animã meam, nec
possum in monte saluari, ne forte apprehẽ-
dat me malũ, & moriar: * Est ciuitas hæc 20
iuxta, ad quam possum fugere, parua, & sal-
uabor in ea, numquid non modica est, & vi-
uet anima mea? * Dixitq. ad eum: Ecce etiã 21
in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertã E
p.10. vrbem pro qua locutus es. * " festina, & sal- 22
uare ibi, quia non potero facere quidquam
donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est
23 nomen vrbis illius Segor. * Sol egressus est
24 super terrã, & Lot ingressus est Segor. * Igi
tur Dominus pluit super Sodom, m & Go- " Deu.29
morrham sulphur, & ignem à Domino de d.23.
25 cœlo: * & subuertit ciuitates has, & omnem Isa. 29.d
circa regionẽ, vniuersos habitatores vrbium 19.
26 & cuncta terræ virentia. * " Respiciensque Ier.50.f.
vxor eius post se, versa est in statuam salis. 40.
27 * Abraham autem consurgens mane, vbi Ezec.16.
28 steterat prius cum Domino, * intuitus est f.48.
Sodomam & Gomorrham, & vniuersam Ose. 11.
terram regionis illius: vidit q. ascendentem c.8.
29 familiã de terra quasi fornacis fumũ. * Cum Amos 4.
F enim subuerteret Deus ciuitates regionis il- d.11.
lius, recordatus Abrahæ, liberauit Lot de sub Luc. 17.
30 uersione vrbiũ, in quib. habitauerat. * Ascẽ- f.29.
ditq. Lot de Segor, & mansit in monte, duæ Iudæ 1.
quoq. filiæ eius cum eo (timuerat enim ma c.7.
nere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & " Lu. 17.
31 duæ filiæ eius cũ eo. * Dixitq. maior ad mi- g.38.
norẽ: Pater noster senex est, & nullus viro- 9 Sap. 18.
rum remansit in terra, qui possit ingredi ad a.1.
32 nos iuxta morẽ vniuersæ terræ. * Veni, ine-
brietemus eum vino, dormiamusq. cũ eo, vt
33 seruare possimus ex patre nostro semẽ. * De
derũt itaque patri suo bibere vinum nocte
illa: Et ingressa est maior, dormiuitq. cũ pa-
tre, at ille non sensit, nec quando accubuit si-
34 lia, nec quando surrexit. * Altera quoq. die
G dixit maior ad minorẽ: Ecce dormiui heri
cum patre meo, demus ei bibere vinum etiã
hac nocte, & dormies cũ eo, vt saluemus se-
35 men de patre nostro. * Dederunt etiã & illa
nocte patri suo bibere vinum, ingressaq. mi-
nor filia, dormiuit cum eo: & ne tunc qui-
dem sensit quando conquiescerit, vel quãdo
36 illa surrexerit. * Cõceperunt ergo duæ filiæ
37 Lot de patre suo. * Peperitq. maior filiũ, &
vocauit nomen eius Moab, ipse est pater
38 Moabitarum vsque in præsentem diem. * Mi
nor quoque peperit filiũ, & vocauit nomen
eius Ammon, id est, filius populi mei, ipse
est pater Ammonitarum vsque hodie.

CAP. XX.

1 AProfectus inde Abraham in terrã austra-
lem, habitauit inter Cades, & Sur: & pe-
2 regrinatus est in Geraris. * Dixitque de Sara
vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abime-
3 lech rex Geraræ, & tulit eam. * Venit autem
Deus ad Abimelech per somnium nocte, & 7
ait illi: En morieris propter mulierem quam
4 tulisti, habet enim virum. * Abimelech verò
non tetigerat eam, & ait: Domine, tam gen-
5 tẽ ignorantem, & iustam interficies? * Non-
ne ipse dixit mihi: Soror mea est, & ipsa ait:
Frater meus est? in simplicitate cordis mei,
6 & munditia manuum mearũ feci hoc. * Di-
P xitq. ad eũ Deus: Et ego scio quod simplici
corde feceris, & ideo custodiui te ne pecca-
res in me, & non dimisi vt tangeres eam.
7 * Nunc ergo redde viro tuo vxorem, quia
propheta est, & orabit pro te, & viues: si au-
tẽ noluerit reddere, scito, quod morte morie-
ris

tis tu, & omnia quæ tua sunt. * Statimq. de 8
nocte cõsurgẽs Abimelech, vocauit omnes
seruos suos, & locutus est vniuersa verba
hæc in auribus eorũ, timueruntque omnes
viri valde. * Vocauit autẽ Abimelech etiam 9

C Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis?
quid peccauimus in te, quia induxisti super
me, & super regnum meum peccatũ gran-
de? quæ non debuisti facere, fecisti nobis.
10 * Rursumq. expostulans, ait: Quid vidisti,

vt hoc faceres? * Respondit Abraham. Co- 11
gitaui mecum, dicens: Forsitan non est ti-
mor Dei in loco isto: & interficient me pro-
pter vxorem meam, * alias autem, & " vere 12
soror mea est, filia patris mei, & non filia
matris meæ, & duxi eã in vxorem. * Post- 13
quam autem eduxit me Deus de domo pa-
tris mei, dixi ad eam. Hanc misericordiam
facies mecũ: In omni loco, ad quem ingre-
diemur, dices quòd frater tuus sim. * Tu- 14
lit igitur Abimelech oues, & boues, & ser- D
uos, & ancillas, & dedit Abrahã, reddiditq.
illi Saram vxorem suam, * & ait: Terra co- 15
ram vobis est, vbicumque tibi placuerit ha-
bita. * Saræ autem dixit: Ecce mille argen 16
teos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen
oculorum ad omnes, qui tecũ sunt, & quo-
cumque perrexeris, mementoq. te deprehẽ-
sam. * Orante autem Abrahã, sanauit Deus 17
Abimelech, & vxorem, ancillasque eius, &
pepererunt. * concluserat enim Dominus 18
omnem vuluam domus Abimelech pro-
pter Saram vxorem Abrahæ.

" Sup. 12. c. 13. Inf. 21. c. 23.

CAP. XXI.

" Su. 17. c. 19. 18. b. 10. " Gal. 4. c. 23. Heb. 11. d. 11. Sup. 17. d. 10.

VIsitauit autem Dominus Saram sicut 1
"promiserat; & impleuit, quæ locutus A
est. * Concepitque & " peperit filium in se- 2
nectute sua, tẽpore quo prædixerat ei Deus.
* Vocauitq. Abraham nomẽ filij sui, quem 3
genuit ei Sara, Isaac, * & circumcidit eum 4
octauo die, sicut " præceperat ei Deus, * cũ 5
cẽtum esset annorum, hac quippe ætate pa-
tris, natus est Isaac. * Dixitq. Sara; Risum fe- 6
cit mihi Deus, quicumque audierit, corri-
7 debit mihi. * Rursumq. ait: Quis auditurũ
crederet Abraham quod Sara lactaret filiũ,
8 quem peperit ei iam seni? * Creuit igitur
puer, & ablactatus est: fecitq. Abrahã gran-
de conuiuium in die ablactationis eius.
9 * Cumque vidisset Sara filium Agar Aegy-
ptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad
10 Abraham. * " Eijce ancillam hanc, & fi-
lium eius, non enim erit hæres filius ancil-
11 læ cum filio meo Isaac. * Durè accepit hoc
12 Abraham pro filio suo. * Cui dixit Deus:
B Non tibi videatur asperum super puero, &
super ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sa-
ra, audi vocem eius, quia " in Isaac vocabi-
13 tur tibi semen: * Sed & filiũ ancillæ faciam
in gentem magnam, quia semen tuum est.
14 * Surrexit itaque Abraham mane, & tollens
panẽ, & vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius
tradiditque puerum, & dimisit eã. Quæ cum
15 abijsset, errabat in solitudine Bersabee. * Cũ-
que cõsumpta esset aqua in vtre, abiecit pue
16 rum subter vnã arborum, quæ ibi erant, * Et
abijt, seditq. è regione procul quantũ potest
arcus iacere, dixit enim: Nõ videbo morien-
tem puerum, & sedens contra, leuauit vocẽ
17 suam, & fleuit * Exaudiuit autẽ Deus vocẽ
pueri, vocauitq. Angelus Dei Agar de cæ-
lo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: ex-
audiuit .n. Deus vocẽ pueri de loco in quo
18 est. * Surge, tolle puerum, & tene manũ il-
C lius: quia in gentem magnam faciam eum.
19 * Aperuitque oculos eius Deus, quæ videns
puteum

Matth. a. 2.

" Gal. d. 10.

" Rom. b. 7. Heb. d. 18.

puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, de-
ditque puero bibere. * Et fuit cum eo, qui 20
creuit, & moratus est in solitudine, factusq.
est iuuenis sagittarius. * Habitauitque in de 21
serto Pharan, & accepit illi mater sua vxorẽ
de terra Aegypti. * Eodem tempore dixit 22
Abimelech, & Phicol princeps exercitus ei9
ad Abraham: Deus tecum est in vniuersis
quæ agis. * Iura ergo per Deum, ne noceas 23
mihi, & posteris meis, stirpiq. meæ: sed iux-
ta misericordiam, " quam feci tibi, facies mi-
hi, & terræ in qua versatus es aduena. * Di- 24
xitq. Abraham: Ego iurabo. * Et increpauit 25
Abimelech propter puteum aquæ, quem vi
abstulerant serui eius. * Respõditq. Abime 26
lech: Nesciui quis fecerint hãc rem: sed & tu
non indicasti mihi, & ego non audiui præ-
27 ter hodie. * Tulit itaque Abraham oues, &
D boues, & dedit Abimelech: percusseruntq.
28 ambo fœdus. * Et statuit Abraham septem
29 agnas gregis seorsũ. * Cui dixit Abimelech:
Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas sta-
30 re fecisti seorsum? * At ille: Septem, inquit,
agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in
testimonium, quoniam ego fodi puteum
31 istum. * Idcirco vocatus est locus ille Bersa-
32 bee: quia ibi vterque iurauit. * Et inierunt
33 fœdus pro puteo iuramenti. * Surrexit au-
tem Abimelech, & Phicol princeps exerci-
tus eius, reuersique sunt in terram Palesti-
norum. Abraham verò plantauit nemus in
Bersabee, & inuocauit ibi nomen Domini
34 Dei æterni. * Et fuit colonus terræ Palæsti-
norum diebus multis.

" Su. 20. 13.

CAP. XXII.

Iudit. c. 22. Heb. 11. 17.

QVæ postquã gesta sunt, " tentauit Deus 1
Abraham, & dixit ad eum: Abraham, A
Abraham. Ait ille respondit: Adsũ. * Ait illi: 2
Tolle filium tuũ vnigenitũ, quem diligis,
Isaac, & vade in terrã visionis: atque ibi of-
feres eũ in holocaustum super vnum mon-
tium, quem monstrauero tibi. * Igitur Abra- 3
ham de nocte cõsurgens, strauit asinũ suum:
ducẽs secũ duos iuuenes, & Isaac filiũ suũ:
cumq. concidisset ligna in holocaustum, abijt
ad locũ, quem præceperat ei Deus. * Die aũt 4
tertio, eleuatis oculis, vidit locũ procul: * di 5
xitq. ad pueros suos: Expectate hic cũ asino:
ego, & puer illuc vsque properantes, post-
quã adorauerimus, reuertemur ad vos. * Tu 6
lit quoq; ligna holocausti, & imposuit su-
per Isaac filiũ suũ: ipse vero portabat in ma B
nib. ignẽ, & gladiũ. Cũque duo pergerent si-
mul, * dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille 7
rñdit; Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & li-
8 gna, vbi est victima holocausti? * Dixit autẽ
Abrahã: Deus prouidebit sibi victimã holo-
9 causti, fili mi. Pergebant ergo pariter, * &
venerunt ad locum, quẽ ostenderat ei Deus,
in quo ædificauit altare, & desuper ligna
cõposuit: cumq. alligasset Isaac filiũ suum,
posuit eum in altare super struẽ lignorum.
10 * Extenditque manũ, & arripuit gladiũ, vt
11 immolaret filium suum. * Et ecce Angelus
Dñi de cælo clamauit, dicens: Abraham, A-
12 braham. Qui respondit: Adsum. * Dixitque
C ei: Non extendas manũ tuã super puerum,
neque facias illi quidquã: nunc cognoui q̃ ti-
mes Deũ, & non pepercisti vnigenito filio
13 tuo propter me. * Leuauit Abraham oculos
suos, viditq post tergum arietẽ inter vepres
hærentẽ cornibus, quẽ assumens obtulit ho-
14 locaustum pro filio. * Appellauitq. nomen
loci illius, Dominus videt. Vnde vsque ho-
die dicitur: In monte Dominus videbit.
15 * Vocauit autem Angelus Domini Abrahã

Iac. 2. d. 21.

 secundò

Psal. 104. a9. Luc. 1. g. 73. Eccl. 44. d. 21. Heb. 6. c 13. 1. Mac. 2 f. 32. Luc. 1. g 73. Sup. 12 a3. 18. c. 18. Inf. 26. a 4. Act. 3. d. 25. Eccl. 44. d. 25.

secundò de cælo, dicens. * Per me metipsũ 16
iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem,
& non pepercisti filio tuo vnigenito pro-
pter me: * benedicam tibi, & multiplica- 17
bo semen tuum sicut stellas cæli, & velut a-
renam, quæ est in littore maris: possidebit
semen tuum portas inimicorum suorum,
* & BENEDICENTVR in semine tuo 18
omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.
* Reuersus est Abraham ad pueros suos, a- 19
bieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi.
20 * His ita gestis, nunciatum est Abrahæ qđ
Melcha quoque genuisset filios Nachor fra-
21 tri suo. * Hus primogenitum, & Buz fratrẽ
22 eius, & Camuel patrẽ Syrorum. * & Cased,
23 & Azau Pheldas quoque & Iedlaph, * ac Ba
thuel, de quo nata est Rebecca: octo istos ge-
24 nuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ * Con-
cubina verò illius, nomine Roma, peperit
Tabee, & Gaham, & Tahas, & Marrha.

CAP. XXIII.

VIxit autem Sara centum viginti septẽ 1
annis. * Et mortua est in ciuitate Ar- A
bee, quæ est Hebron, in terra Chanaa: venit- 2
que Abrahã vt plangeret, & fleret eam * Cũ- 3
que surrexisset ab officio funeris, locutus est
ad filios Heth, dicens. * Aduena sum, & pere 4
grinus apud vos, date mihi ius sepulchri vo-
biscum, vt sepeliam mortuum meum. * Re- 5
sponderunt filij Heth, dicentes. * Audi nos 6
domine, princeps Dei es apud nos, in electis
sepulchris nostris sepeli mortuum tuum:
nullusq. te prohibere poterit, quin in monu-
mento eius sepelias mortuum tuum. * Sur- 7
rexit Abraham, & adorauit populum terræ,
filios videlicet Heth: * dixitque ad eos: Si 8
placet animæ vestræ, vt sepeliam mortuum B
meum, audite me, & intercedite pro me a-
pud Ephron filium Seor. * vt det mihi spe- 9
luncam duplicem, quam habet in extrema
parte agri sui: pecunia digna tradat eam mi-
hi coram vobis in possessionem sepulchri.
* Habitabat autem Ephron in medio filio- 10
rum Heth. Responditque Ephron ad Abra
ham cunctis audientibus, qui ingrediebãtur
portam ciuitatis illius, dicens: * Nequaquã 11
ita fiat, domine mi, sed tu magis ausculta
qđ loquor: Agrum trado tibi, & speluncam,
C quæ in eo est, præsentibus filijs populi mei,
12 sepeli mortuum tuum, * Adorauit Abrahã
13 coram populo terræ, * Et locutus est ad E-
phrõ circumstante plebe: Quæso, vt audias
me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam,
14 & sic sepeliam mortuum meum in eo. * Re-
15 sponditque Ephron: * Domine mi, audi
me: Terra, quam postulas, quadringentis si-
clis argenti valet, illud est pretium inter me
& te, sed quantum est hoc? sepeli mortuũ
16 tuum. * Quod cum audisset Abraham, ap-
pendit pecuniam, quam Ephron postulaue-
rat, audientibus filijs Heth, quadringentos
siclos argenti probatæ monetæ publicæ.
17 * Confirmatusque est ager quonda Ephro-
D nis, in quo erat spelunca duplex, respiciens
Mambre, tam ipse, quam spelunca, & om-
nes arbores eius in cunctis terminis eius per
18 circuitum, * Abrahæ in possessionem, vidẽ-
tibus filijs Heth, & cunctis, qui intrabãt por-
19 tam ciuitatis illius. * Atque ita sepeliuit A-
braham Saram vxorem suam in spelunca
agri duplici, quæ respiciebat Mambre hæc
20 est Hebron in terra Chanaan. * Et cõfirma-
tus est ager, & antrum, quod erat in eo, A-
brahæ in possessionem monumenti à filijs
Heth.

CAP.

CAP. XXIV.

Inf. 47. g 9. Sup. 12 b. 7. 13 d 5. & 15. d. 18. Inf. 26. a. 2.

ERat autem Abraham senex, dierumque 1
multorum: & Dominus in cunctis be- A
nedixerat ei. * Dixitq. ad seruum seniorem 2
domus suæ, qui præerat omnibus quæ habe-
bat: Pone manum tuam subter femur meũ.
* vt adiurem te per Dominum, Deum cæli 3
& terræ: vt non accipias vxorem filio meo
de filiabus Chananæorũ, inter quos habito:
* sed ad terram, & cognationem meã profi- 4
ciscaris, & inde accipias vxorem filio meo
Isaac. * Rñdit seruus: Si noluerit mulier ve- 5
nire mecum in terrã hanc, numquid reduce
re debeo filiũ tuum ad locum, de quo tu e-
gressus es? * Dixitque Abraham: Caue ne 6
quando reducas filium meum illuc. * Do- 7
minus Deus cæli, qui tulit me de domo pa-
tris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locu
tus est mihi, & iurauit mihi, dicens. Semi-
ni tuo dabo terram hanc: ipse mittet Angelũ
suum coram te, & accipies inde vxorẽ filio
meo: * sin autem mulier noluerit sequi te, 8
non teneberis iuramento: filium meum tã-
tum ne reducas illuc. * Posuit ergo seruus 9
manum sub femore Abraham domini sui,
& iurauit illi super sermone hoc. * Tulitque 10
decẽ camelos de grege domini sui, & abijt, B
ex omnibus bonis eius portãs secum, profe-
ctusque perrexit in Mesopotamiam ad vr-
bem Nachor. * Cumque camelos fecisset ac- 11
cumbere extra oppidum iuxta puteũ aquæ
vespere, tempore quo solent mulieres egre-
di ad hauriẽdam aquam, dixit: * Dñe Deus 12
domini mei Abraham, occurre, obsecro, mi-
hi hodie, & fac misericordiam cum domi-
no meo Abraham * Ecce ego sto prope fon 13
tem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciui-
tatis egredientur ad hauriendam aquam.
* Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hy- 14
driam tuam vt bibam: & illa responderit,
Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa
est, quam præparasti seruo tuo Isaac: & per
hoc intelligam quod feceris misericordiam
cum domino meo. * Necdũ intra se verba 15
compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur,
filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor
fratris Abrahã, habens hydriam in scapula
sua: * puella decora nimis, virgoq pulcherri 16
ma, & incognita viro: descendebat autẽ ad
fontẽ, & impleuerat hydriã, ac reuertebat.
* Occurritq. ei seruus, & ait: Pauxillũ aquæ 17
mihi ad bibendum præbe de hydria tua. C
* Quæ respondit: Bibe domine mi. celeri- 18
terque deposuit hydriam super vlnam suã,
& dedit ei potũ. * Cumq. ille bibisset, adie- 19
cit: Quin, & camelis tuis hauriam aquam,
donec cuncti bibant. * Effundensq. hydriã 20
in canalibus, recurrit ad puteũ vt hauriret
aquam, & haustam omnibus camelis dedit.
* Ipse autem contemplabatur eam tacitus, 21
scire volens vtrum prosperum iter suum fe-
cisset Dominus, an non. * Postquam autem 22
biberũt cameli, protulit vir inaures aureas,
pendentes siclos duos, & armillas totidem
23 pondo siclorum decẽ. * Dixitque ad eã: Cu
ius es filia? indica mihi est in domo patris
24 tui locus ad manendum? * Quæ respondit:
Filia sum Bathuelis, filij Melchæ, quẽ pepe-
25 rit ipsi Nachor. * Et addidit, dicens: Palearũ
quoque, & fœni plurimum est apud nos, &
26 locus spatiosus ad manendum. * Inclinauit
27 se homo, & adorauit Dominum, * dicens:
Benedictus Dominus Deus domini mei A-
braham, qui non abstulit misericordiam, &
veritatem suam à domino meo, & recto iti-
nere me perduxit in domum fratris domi-
28 ni mei. * Cucurrit itaque puella, & nuncia-
uit in domũ matris suæ omnia quæ audie-
29 rat. * Habebat autem Rebecca fratrẽ nomi-
D ne Laban, qui festinus egressus est ad homi-
30 nem, vbi erat fons. * Cumque vidisset inau
res, & armillas in manibus sororis suæ, &
audisset cuncta verba referentis: Hæc locu-
tus est mihi homo: venit ad virum, qui sta-
bat iuxta camelos, & prope fontem aquæ:
31 * Dixitq. ad eum: Ingredere, benedicte Do-
mini: cur foris stas? præparaui domum, &
32 locum camelis * Et introduxit eum in ho-
spitiũ: ac destrauit camelos, deditque paleas
& fenum, & aquam ad lauãdos pedes eius.
33 & virorum qui venerant cum eo. * Et appo
situs est in conspectu eius panis: Qui ait: Nõ
comedam, donec loquar sermones meos.
34 Respondit ei: Loquere * At ille: Seruus, in-
35 quit Abraham sum: * & Dominus benedi-
xit domino meo valde, magnificatusq. est:
& dedit ei oues, & boues, argentum & aurũ.
36 seruos & ancillas, camelos, & asinos. * Et pe-
perit Sara vxor domini mei filium domino
meo in senectute sua, deditque illi oĩa quæ
37 habuerat: * Et adjurauit me dñs meus, di-
cens: Non accipies vxorem filio meo de fi-
liabus Chananæorum, in quorum terra ha-
38 bito: * sed ad domum patris mei perges, &
de cognatione mea accipies vxorem filio
39 meo: * ego verò respondi dño meo: Quid
40 si noluerit venire mecum mulier? * Domi-
E nus, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet
angelũ suum tecũ, & diriget viam tuam; ac
cipiesq. vxorẽ filio meo de cognatione mea
41 & de domo patris mei. * Innocẽs eris à ma
ledictione mea, cum veneris ad propinquos
42 meos, & non dederint tibi. * Veni ergo ho-
die ad fontem aquæ, & dixi: Dñe Deus dñi
mei Abraham, si direxisti viam meã in qua,
43 nunc ambulo, * ecce sto iuxta fontẽ aquæ,
& virgo, quæ egredietur ad hauriẽdã aquã,
audierit à me: Da mihi pauxillum aquæ ad
44 bibendum ex hydria tua: * dixerit mihi:
Et tu bibe, & camelis tuis: hauriã: ipsa est mu
45 lier, quam pparauit Dñs filio dñi mei. * Dũ
que hæc tacitus mecum voluerem, apparuit
Rebecca veniens cum hydria, quam porta-
bat in scapula descenditque ad fontem, &
hausit aqua. Et aio ad eam: Da mihi pau-
46 lulum bibere. * Quæ festinans deposuit hy-
driam de humero, & dixit mihi. Et tu bibe,
& camelis tuis tribuam potum. Bibi, & ada-
47 quauit camelos. * interrogauiq. eã, & dixi,

Cuius es filia? Quæ respondit: Filia Bathue-
lis sum, filij Nachor, quem peperit ei Mel-
cha. Suspendi itaque inaures ad ornandam
faciem eius, & armillas posui in manibus
eius.* Pronusq. adoraui Dominum, benedi- 48
cens Domino Deo Domini mei Abraham, F
qui perduxit me recto itinere, vt sumerem
filiam fratris domini mei filio eius.* Quã- 49
obrem si facitis misericordiam, & veritatem
cum domino meo, indicate mihi: sin autem
aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad
dexteram, siue ad sinistram. Responderunt- 50
que Laban, & Bathuel, A Domino egressus
est sermo: nõ possumus extra placitum eius
quidquam aliud loqui tecum.* En Rebecca 51
coram te est, tolle eam, & proficiscere, &
sit vxor filij domini tui, sicut locutus est Do-
minus.* Quod cum audisset puer Abrahã, 52
procidens adorauit in terram Dominum.
*Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac ve- 53
stibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratri-
bus quoque eius, & matri dona obtulit.* Ini- 54
to conuiuio, vescentes pariter, & bibentes
manserunt ibi. Surgens autem mane, locutus
est puer: Dimitte me, vt vadam ad Dominũ
meum.* Responderuntque fratres eius, & 55
mater: Maneat puella saltem decẽ dies apud
nos, & postea proficiscetur.* Nolite, ait, me 56
retinere, quia Dominus direxit viam meam:
dimittite me, vt pergam ad dominum meũ.
* Et dixerunt: Vocemus puellam, & quæra- 57
mus ipsius voluntatem.* Cumque vocata 58
venisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine G
isto? Quæ ait: Vadam.* Dimiserunt ergo eã, 59
& nutricem illius, seruumque Abraham, &
comites eius, * imprecantes prospera sorori 60
suæ, atque dicentes: Soror nostra, crescas in
mille millia, & possideat semen tuum por-
tas inimicorum suorum.* Igitur Rebecca, & 61
puellæ illius ascensis camelis, secutæ sunt vi-
rum: qui festinus reuertebatur ad dominum
suum: * eo autem tempore deambulabat 62
Isaac per viam, quæ ducit ad Puteum, cuius
nomen est Viuentis, & videntis: habitabat
Sup.16. d.14. enim in terra australi: * & egressus fuerat ad 63
meditãdum in agro, inclinata iam die: cum-
que eleuasset oculos, vidit camelos venien-
tes procul.* Rebecca quoque, conspecto 64
Isaac, descendit de camelo, & ait ad puerũ: 65
Quis est iste homo, qui venit per agrum in
occursum nobis? Dixitque ei: Ipse est Domi-
nus meus. At illa tollens citò pallium, ope-
ruit se.* Seruus autem cuncta, quæ gesserat, 66
narrauit Isaac.* Qui introduxit eam in ta- 67
bernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam
vxorem: & in tantum dilexit eam, vt dolo-
rem, qui ex morte matris eius acciderat, tem-
peraret.

CAP. XXV.

1. Par.1. c.32. ABraham verò aliam duxit vxorem no- 1
mine Ceturam: * quæ peperit ei Zam- A
ran, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Ies- 2
boc, & Sue.* Iecsan quoque genuit Saba, & 3
Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim, & La-
4 tusim, & Loomim.* At verò ex Madiã or-
tus est Epha, & Opher, & Henoch, & Abi-
5 da, & Eldaa: omnes hi filij Ceturæ.* De-
ditque Abraham cuncta quæ possederat,
6 Isaac: * filijs autem concubinarum largitus
est munera, & separauit eos ab Isaac filio
suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagã orien-
7 talem.* Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ
8 centum septuaginta quinque anni.* Et defi-
ciens mortuus est in senectute bona, proue-
ctæque ætatis, & plenus dierum: congrega-
9 tusque est ad populum suum.* Et sepelie-
runt eum Isaac, & Ismael filij sui in spelun-
ca duplici, quæsita est in agro Ephron filij
10 Seor Hethæi, è regione Mambre, * quem
emerat à filijs Heth: Ibi sepultus est ipse, &
11 Sara vxor eius.* Et post obitum illius bene-
B dixit Deus Isaac filio eius, qui habitabat iux-
ta puteum nomine Viuentis, & videntis.
12 * Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahę,
quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Sa-
13 ræ: * & hæc nomina filiorum eius in voca-
bulis, & generationibus suis. " Primogenitus " 1. Par. 1. b.29.
Ismaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Ad-
14 beel, & Mabsam, * Masma quoque, & Du-
15 ma, & Massa, * Hadar, & Thema, & Iethur,
16 & Naphis, & Cedma.* Isti sunt filij Ismae-
lis: & hæc nomina per castella, & oppida eo-
rum, duodecim principes tribuum suarum.
17 * Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centum
triginta septem, deficiensque mortuus est,
18 & appositus ad populum suum.* Habita-
C uit autem ab Heuila vsque Sur, quæ respi-
cit Ægyptum introeuntibus Assyrios, co-
19 ram cunctis fratribus suis obijt.* Hæ quo-
que sunt generationes Isaac filij Abraham:
20 Abraham genuit Isaac: * qui cum quadra-
ginta esset annorum, duxit vxorem Rebec-
cam filiam Bathuelis Syri de Mesopota-
21 mia, sororem Laban.* Deprecatusque est
Isaac Dominum pro vxore sua, eo quod es-
set sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit con-
22 ceptum Rebeccæ.* Sed collidebantur in
vtero eius paruuli; quæ ait: Si sic mihi
futurum erat, quid necesse fuit concipe-
re? Perrexitque vt consuleret Dominum. " Ro.
23 * Qui respondens, ait: " Duæ gentes sunt c.10.
in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo
diuidentur, populusque populum supera-
24 bit, & maior seruiet minori.* Iam tempus
pariendi aduenerat, & ecce gemini in vte-
25 ro eius reperti sunt.* " Qui prior egressus " Os.
D est, rufus erat, & totus in morem pellis hi- a.3.
spidus: vocatumque est nomen eius Esau.
" Protinus alter egrediens, plantam fratris " Matt.
tenebat manu: & idcirco appellauit eum a.2.
26 Iacob.* Sexagenarius erat Isaac, quando
27 nati sunt ei paruuli.* Quibus adultis, fa-
ctus est Esau vir gnarus venandi, & homo
agricola: Iacob autem vir simplex habi-
28 tabat in tabernaculis.* Isaac amabat Esau,
eo quod de venationibus illius vescere-
29 tur: & Rebecca diligebat Iacob.* Co-
xit autem Iacob pulmentum: ad quem cum
venisset

venisset Esau de agro lassus, * ait: Da mihi 30
de coctione hac rufa, quia oppido lassus sũ.
Quam ob causam vocatum est nomen eius
" Heb.1. c.16. Abdiæ 1.a. "Edom.* Cui dixit Iacob: Vende mihi pri- 31
mogenita tua.* Ille respondit: En morior, 32
quid mihi proderunt primogenita?* Ait Ia- 33
cob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & ven-
didit primogenita.* Et sic accepto pane, & 34
lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt: par-
uipendens, quod primogenita vendidisset.

CAP. XXVI.

ORta autem fame super terram, post eã 1
sterilitatem, quæ acciderat in diebus A
Abraham, abijt Isaac ad Abimelech regem
Palæstinorum in Gerara, * Apparuitque ei 2
Dominus, & ait: Ne descẽdas in Ægyptum,
sed quiesce in terra, quam dixero tibi.* Et 3
peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicã
tibi: tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas
regiones has, " complens iuramentum, quod
" Sup.12. b.7.1. 15. d.18. spopondi Abraham patri tuo: * Et multipli- 4
cabo semen tuum sicut stellas cæli: daboque
posteris tuis vniuersas regiones has. "& B E-
" Sup.12. a.3 18.c. 18 22. d. 17.8.c.19 NEDICENTVR in semine tuo omnes gẽ- B
tes terræ, * eo quod obedierit Abraham vo- 5
ci meæ, & custodierit præcepta, & mandata
mea, & ceremonias, legesq. seruauerit.* Mã- 6
sit itaq. Isaac in Geraris.* Qui cum interro- 7
garetur à viris loci illius super vxore sua, re-
spondit: Soror mea est: timuerat enim confi-
teri, quod sibi esset sociata coniugio, reputãs
ne fortè interficerent eum propter illius pul-
chritudinem.* Cumque pertransissent dies 8
plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens
Abimelech rex Palæstinorum per fenestrã,
vidit eum iocantem cum Rebecca vxore
sua.* Et accersito eo, ait: Perspicuũ est, quod 9
vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem
tuam esse? Respõdit: Timui ne morerer pro
pter eam.* Dixitque Abimelech: Quare im- 10
posuisti nobis? potuit coire quispiam de po-
pulo cum vxore tua, & induxeras super nos, C
grande peccatum. Præcepitq. omni populo,
dicens.* Qui tetigerit hominis huius vxorẽ, 11
morte morietur.* Seuit autem Isaac in ter- 12
ra illa, & inuenit in ipso anno centuplum:
benedixitque ei Dominus.* Et locupletatus 13
est homo, & ibat proficiens, atque succrescẽs,
donec magnus vehementer effectus est: * ha 14
buit quoque possessiones ouium, & armen-
torum, & familiæ plurimum. Ob hoc inui-
dentes ei Palæstini, omnes puteos, quos fo- 15
derant serui patris illius Abraham, illo tem- D
pore obstruxerunt, implentes humo: * in tã- 16
tum, vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Re-
cede à nobis, quoniam potentior nobis fa-
ctus es valde.* Et ille discedens, vt veniret 17
ad torrentem Geraræ, habitaretq. ibi: * rur- 18
sum fodit alios puteos, quos foderant serui
patris sui Abraham, & quos, illo mortuo,
olim obstruxerant Philisthijm: appellauit-
que eos eisdem nominibus, quibus ante pa-
ter vocauerat.* Foderuntque in Torrente, 19
20 & repererunt aquam viuam.* Sed & ibi iur-
gium fuit pastorum Geraræ aduersus pasto-
res Isaac, dicentium: Nostra est aqua, quam
ob rem nomen putei ex eo, quod acciderat,
21 vocauit Calumniam.* Foderunt autem &
E alium: & pro illo quoq. rixati sunt, appella-
22 uitque eum, Inimicitias.* Profectus inde, fo-
dit alium puteum, pro quo non contende-
runt: itaq. vocauit nomen eius, Latitudo, di-
cens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit
23 crescere super terram.* Ascendit autem ex
24 illo loco in Bersabee.* vbi apparuit ei Do-
minus in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus
Abraham patris tui noli timere, quia ego te-
cum sum: benedicam tibi, & multiplicabo se-
men tuum propter seruum meum Abrahã.
25 * Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato no-
F mine Domini, extendit tabernaculum; præ-
26 cepitq. seruis suis, vt foderent puteum.* Ad
quem locum cum venissent de Geraris Abi-
melech, & Ochozath amicus illius, & Phicol
27 dux militum, * locutus est eis Isaac; Quid ve
nistis ad me hominem, quem odistis, & ex-
28 pulistis a vobis?* Qui responderunt: Vidi-
mus tecum esse Dominum, & idcirco nos di
ximus: Sit iuramẽtum inter nos, & ineamus
29 fœdus, * vt non facias nobis quidquam mali,
sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec feci-
mus, quod te læderet: sed cum pace dimisi-
30 mus auctum benedictione domini.* Fecit
ergo eis conuiuium, & post cibum, & potum
31 * surgentes mane, iurauerunt sibi mutuo:
G dimisitq. eos Isaac pacificè in locum suum.
32 * Ecce autem venerũt in ipso die serui Isaac
annunciantes ei de puteo, quem foderant,
33 atque dicentes: Inuenimus aquam.* Vnde
appellauit eum, Abundantiam: & nomen
vrbi impositum est Bersabee, vsque in præ-
34 sentem diem.* Esau verò quadragenarius
duxit vxores, Iudith filiam Beeri Hæthæi,
35 & Basemath filiam Elon eiusdem loci: * " quę " Inf.27.
ambæ offenderant animũ Isaac, & Rebeccæ. g.45.

CAP. XXVII.

1 SEnuit autem Isaac, & caligauerunt oculi
A eius, & videre non poterat: vocauitque
Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili
2 mi? Qui respondit: Adsum.* Cui pater: Vi-
des, inquit, quod senuerim, & ignorem
3 diem mortis meæ.* Sume arma tua, phare-
tram, & arcum, & egredere foras: cumq. ve-
4 natu aliquid apprehenderis, * fac mihi inde
pulmentum sicut velle me nosti, & affer vt
comedam, & benedicat tibi anima mea an-
5 tequam moriar.* Quod cum audisset Re-
becca, & ille abijsset in agrum, vt iussionem
6 patris impleret, * dixit filio suo Iacob: Audi-
ui patrem tuum loquentem cum Esau fra-
7 tre tuo, & dicentem ei: * Affer mihi de vena-
B tione tua, & fac cibos vt comedam, & benedi
cam tibi coram Domino antequam moriar.
8 * Nunc ergo fili mi, acquiesce consilijs meis;
9 * & pergens ad gregem, affer mihi duos hę-
dos optimos, vt faciam ex eis escas patri

tuo, quibus libenter vescitur: * quas cum in 10
tuleris, & comederit, benedicat tibi prius-
quam moriatur. * Cui illi respondit: Nosti, 11
quod Esau frater meus homo pilosus sit, &
ego lenis: * si attrectauerit me pater meus, 12
& senserit, timeo ne putet me sibi voluisse
illudere, & inducam super me maledictio-
nem pro benedictione. * Ad quem mater: 13
In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantum
audi vocem meam, & pergens affer quæ di-
xi. * Abijt, & attulit, deditque matri. Parauit 14
illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius. 15
* Et vestibus Esau valde bonis, quas apud
se habebat domi induit eum: * pelliculasq. 16
hædorum circumdedit manibus, & colli nu-
da protexit. * Deditque pulmétum, & panes, 17
quos coxerat, tradidit. * Quibus illatis, dixit. 18
Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es C
tu fili mi? * Dixitque Iacob: Ego sum primo- 19
genitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi:
surge, sede, & comede de venatione mea, vt
benedicat mihi anima tua. * Rursumque 20
Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit,
tam citò inuenire potuisti, fili mi? Qui re-
spondit: Voluntas Dei fuit, vt citò occurreret
mihi quod volebam. * Dixitque Isaac: Acce- 21
de huc, vt tangam te fili mi, & probē vtrum
tu sis filius meus Esau, an non. * Accessit ille 22
ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox
quidem, vox Iacob est: sed manus, manus
sunt Esau. * Et non cognouit eum, quia pilo- 23
sæ manus similitudinem maioris expresse-
rant. Benedicens ergo illi, * ait: Tu es filius 24
meus Esau? Respondit, Ego sum: * At ille: 25
Affer mihi inquit, cibos de venatione tua, fi- D
li mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū
oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum:
quo hausto, * dixit ad eum: Accede ad me, 26
& da mihi osculum, fili mi, * Accessit, & os- 27
culatus est eū. Statimque vt sensit vestimen-
torum illius fragrantiam, benedicens illi, ait:
Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui
benedixit Dominus. * Det tibi Deus de rore 28
cæli, & de pinguedine terræ abundantiam
frumenti, & vini. * Et seruiant tibi populi, 29
& adorent tribus: esto dominus fratrum
tuorum, & incuruentur ante te, filij matris E
tuæ, qui maledixerit tibi sit ille maledictus:
& qui benedixerit tibi, benedictionibus re-
pleatur. * Vix Isaac sermonem impleuerat: 30
& egresso Iacob foras, venit Esau, * coctosq. 31
de venatione cibos intulit patri, dicens. Sur-
ge pater mi, & comede de venatione filij tui:
vt benedicat mihi anima tua. * Dixitque illi 32
Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego
sum filius tuus primogenitus Esau. * Expa- 33
uit Isaac stupore vehementi: & vltra quam
credi potest, admirans, ait: Quis igitur ille est
qui dudum captam venationem attulit mi
hi, & comedi ex omnibus priusquam tu ve-
nires? benedixiq ei, & erit benedictus. * Au- 34
ditis Esau sermonibus patris, irrugijt cla-
more magno: & consternatus, ait. Benedic
etiam & mihi, pater mi. * Qui ait: Venit ger- 35
manus tuus fraudulenter, & accepit benedi-
36 ctionem tuam. * At ille subiunxit. Iustè vo-
F catum est nomen eius Iacob, supplantauit
enim me en altera vice: " primogenita mea " Sup.
ante tulit, & nunc secundò surripuit benedi- d.35.
ctionem meam. Rursumque ad patrem: Nū
quid non reseruasti, ait, & mihi benedictio-
37 nem? * Respondit Isaac: Dominum tuum
illum constitui, & omnes fratres eius seruitu
ti illius subiugaui frumento, & vino stabili-
ui eum, & tibi post hæc fili mi, vltra quid fa-
38 ciam? * Cui Esau: Num vnam, inquit, tātum
benedictionem habes pater? mihi quoq. ob-
secro vt benedicas. Cūq. eiulatu magno fle- " Hebr.
39 ret, * motus Isaac, dixit ad eum. " In pingue- 11.d.
40 dine terræ, & in rore cæli desuper * erit ba-
nedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo
seruies: tempusq veniet, cū excutias, & soluas
41 iugum eius de ceruicibus tuis. * Oderat er-
G go semper Esau Iacob pro benedictione
qua benedixerat ei pater: dixitque in corde
suo. " Venient dies luctus patris mei, & occi- " Abd.
42 dam Iacob fratrem meum. * Nunciata sunt c.10.
hæc Rebeccæ: quæ mittens, & vocans Iacob
filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau fra-
43 ter tuus minatur vt occidat te. * Nunc ergo,
fili mi, audi vocem meam, & consurgens fu-
44 ge ad Laban fratrem meum in Haran: * ha-
bitabisq. cum eo dies paucos, donec requie-
45 scat furor fratris tui, * & cesset indignatio
eius, obliuiscaturq eorum, quæ fecisti in eū:
postea mittam & adducam te inde huc, cur
46 vtroque orbabor filio in vno die? * Dixitq. Sup.26.
Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ pro- g.35.
pter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem
de stirpe huius terræ, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

1 Vocauit itaque Isaac Iacob, & benedixit
A eum, præcepitq. ei dicens: Noli accipe-
2 re coniugem de genere Chanaan, * sed va-
de, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ,
ad domum Bathuel patris matris tuæ, & ac-
cipe tibi inde vxorem de filiabus Labā auū-
3 culi tui. * Deus autem omnipotens benedi-
cat tibi, & crescere te faciat, atque multipli-
4 cet: vt sis in turbas populorum * Et det tibi
benedictiones Abrahæ, & semini tuo post
te: vt possideas terram peregrinationis tuæ,
5 quam pollicitus est auo tuo. * " Cumq dimi- " Osee
sisset eum Isaac, profectus venit in Mesopo- 12.d.
tamiam Syriæ ad Labā filium Bathuel Syri,
6 fratrem Rebeccæ matris suæ. * Videns au-
B tem Esau, quod benedixisset pater suus Ia-
cob, & misisset eum in Mesopotamiam Sy-
riæ, vt inde vxorē duceret, & quod post be-
nedictionem præcepisset ei, dicens: Non ac-
7 cipies vxorem de filiabus Chanaan: * quod-
que obediens Iacob parentibus suis isset in
8 Syriam, * probans quoque quòd non libenter
9 aspiceret filias Chanaan pater suus: * iuit
ad Ismaelem, & duxit vxorem absque ijs,
quas prius habebat, Maheleth filia Ismael
10 filij Abraham, sororem Nabaioth. * Igitur
egressus Iacob de Bersabee, pergebat Harā.



* Cumq. venisset ad quendam locū, & vel- 11
let in eo requiescere post solis occubitum,
tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponēs
capiti suo, dormiuit in eodem loco. * Vi- 12
ditque in somnis scalam stantem super ter-
ram, & cacumen illius tangens cælum: An- C
gelos quoque Dei ascendentes, & descendē-
tes per eam. * & Dominum innixum scalæ 13
Inf. 35. a. 1. 48. a. 3. dicentem sibi: " Ego sum Dominus Deus
Abraham patris tui, & Deus Isaac: Terram,
in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. * E- 14
" Deut. 12. c. 20. & 19. c. 14. ritq. semen tuum quasi puluis terræ: " dilata-
beris ad Occidentem, & Orientem, & Se-
ptētrionē, & Meridiē: & " BENEDICEN-
TVR IN TE, & in semine tuo cunctæ trib.
" Sup. 26. a 4. terræ. * Et ero custos tuus quocūq. perrexe- 15
ris, & reducam te in terram hanc: nec dimit-
tam, nisi con pleuero vniuersa, quæ dixi. * 16
Cumq euigilasset Iacob de somno, ait: Verè
Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.
Inf. 31. b. 13. * Pauensq Quam terribilis est, inquit, locus 17
iste? non est hic aliud nisi domus Dei, & por- D
ta cæli. * Surgens ergo Iacob mane, tulit la- 18
pidem, quē supposuerat capiti suo, & erexit
in titulum, fundēs oleum desuper. * Appel- 19
lauitq. nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza
vocabatur. * Vouit etiam votum, dicens: Si 20
fuerit Deus mecū, & custodierit me in via,
per quā ego ambulo, & dederit mihi panem
ad vescendum, & vestimentum ad induen-
dum, * reuersusq. fuero prosperè ad domū 21
patris mei, erit mihi Dominus in Deum, * 22
& lapis iste, quem erexi in titulum, vocabi-
tur Domus Dei: cunctorumque, quę dederis
mihi, decimas offeram tibi.

CAP. XXIX.

Profectus ergo Iacob venit in terram 1
Orientalem. * Et vidit puteum in agro, 2
tres quoque greges ouium accubantes iuxta A
eum: nā ex illo adaquabantur pecora, & os
3 eius grandi lapide claudebatur. * Morisque
erat, vt cunctis ouibus congregatis deuolue-
rent lapidem, & refectis gregibus rursum
4 super os putei ponerent, * Dixitque ad pa-
stores: Fratres, vnde estis? Qui responde-
5 runt: De Haran * Quos interrogans, Num-
quid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixe-
6 runt: Nouimus. * Sanusne est? inquit: Valet,
inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum
7 grege suo. * Dixitq Iacob: Adhuc multum
diei superest, nec est tempus, vt reducantur
ad caulas greges: date ante potum ouibus,
8 & sic eas ad pastum reducite. * Qui respon-
B derunt Nō possumus, donec omnia pecora
congregentur, & amoueamus lapidem de
9 ore putei, vt adaquemus greges. * Adhuc lo-
quebantur, & ecce Rachel veniebat cum
ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat.
10 * Quam cum vidisset Iacob, & sciret conso-
brinam suam, ouesque Laban auunculi sui:
11 amouit lapidem quo puteus claudebatur. *
Et adaquato grege, osculatus est eam: & ele-
12 uata voce fleuit, * & indicauit ei, q frater
esset patris sui, & filius Rebeccæ, at illa festi-
13 nans nunciauit patri suo. * Qui cū audisset
venisse Iacob filium sororis suæ, cucurrit
obuiam ei: complexusque eum, & in oscula
ruens, duxit in domum suam. Auditis autē
14 causis itineris, * respondit: Os meum es, &
caro mea Et postquam impleti sunt dies
15 mensis vnius, * dixit ei: Num quia frater
meus es, gratis seruies mihi? dic quid mer-
16 cedis accipias? * Habebat verò duas filias,
nomen maioris Lia: minor verò appellaba-
17 tur Rachel * Sed Lia lippis erat oculis: Ra-
18 chel decora facie, & venusto aspectu. * Quā
C diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel
19 filia tua minore, septem annis. * Respondit

Laban: Melius est, vt tibi eam dem, quam
alteri viro, mane apud me. * Seruiuit ergo 20
Iacob pro Rachel septem annis: & videban-
tur illi pauci dies præ amoris magnitudine.
* Dixitque ad Laban: Da mihi vxorẽ meam: 21
quia iam tempus impletum est, vt ingrediar
ad illam. * Qui vocatis multis amicorũ tur- 22
bis ad conuiuium, fecit nuptias. * Et vespe- 23
re Liam filiam suam introduxit ad eum,
* dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad 24
quam cum ex more Iacob fuisset ingressus,
facto mane vidit Liam: * & dixit ad socerũ 25
suum. Quid est quod facere voluisti? nonne
pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti
mihi? * Respondit Laban: Non est in loco 26
nostro cõsuetudinis, vt minores ante trada-
mus ad nuptias. * Imple hebdomadam die- 27
rum huius copulæ: & hanc quoque dabo ti- D
bi pro opere, quo seruiturus es mihi septem
annis alijs. * Acquieuit placito: & hebdoma- 28
da trãsacta, Rachel duxit vxorẽ: * cui pater 29
seruã Balam tradiderat. * Tãdemq. potitus 30
optatis nuptijs, amorem sequentis priori
prætulit, seruiens apud eum septem annis
alijs. * Videns autem Dominus, quod despice- 31
ret Liam, aperuit vuluam eius, sorore steri-
li permanente. * Quæ conceptum genuit fi- 32
lium, vocauitq. nomen eius Ruben, dicens:
Vidit Dominus humilitatem meam, nunc
amabit me vir meus. * Rursumq. concepit 33
& peperit filium, & ait: Quoniam audiuit
me Dominus haberi contemptui, dedit etiã
istum mihi, vocauitq. nomen eius Simeon.
* Concepitq. tertiò, & genuit alium filium: 34
dixitq. Nunc quoque copulabitur mihi ma-
ritus meus, eo quod pepererim ei tres filios:
& idcirco appellauit nomen eius, Leui. * 35
Quartò concepit, & peperit filium, & ait:
Modò confitebor Domino. " & ob hoc vo- * Matth, 1.a.2.
cauit eum, Iudam: cessauitque parere.

CAP. XXX.

Cernens autem Rachel, quod infecunda 1
esset, inuidit sorori suæ, & ait marito A
suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. * Cui 2
iratus respondit Iacob: Num pro Deo ego
sum, qui priuauit te fructu ventris tui? * At 3
illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingre-
dere ad illam, vt pariat super genua mea, &
habeam ex illa filios. * Deditq. illi Balam in 4
coniugium: quæ, * ingresso ad se viro, conce- 5
pit, & peperit filium. * Dixitq. Rachel: Iudi- 6
cauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem
meam, dans mihi filium, & idcirco appella-
uit nomen eius, Dan. * Rursumq. Balam cõ- 7
cipiens, peperit alterum, * pro qua ait Ra- 8
chel: Cõparauit me Deus cum sorore mea, B
& inualui: vocauitq. eum, Nephthali. * Sen- 9
tiẽs Lia quòd parere desijsset, Zelpham an-
cillam suã marito tradidit. * Qua post cõce- 10
ptũ edente filium, * dixit: Feliciter, & idcir- 11
co vocauit nomen eius, Gad. * Peperit quo- 12
que Zelpha alterum. * Dixitq. Lia. Hoc pro 13
beatitudine mea; Beatam quippe me dicent
mulieres, propterea appellauit eum, Aser.
14 * Egressus autẽ Ruben tempore messis tri-
ticeæ in agrũ, reperit mandragoras: quas ma-
tri Liæ detulit. Dixitq. Rachel: Da mihi par-
15 tem de mandragoris filij tui. * Illa respõdit:
Parumne tibi vĩ, quod præripuerit maritũ mi-
C hi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris?
Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro
16 mãdragoris filij tui. * Redeuntiq. ad vespe-
ram Iacob de agro, egressa est in occursum
eius Lia, & ad me, inquit, intrabis: quia mer-
cede conduxi te pro mandragoris filij mei.
17 Dormiuitq. cũ eâ nocte illa. * Et exaudiuit
Deus preces eius: cõcepitq. & peperit filium
18 quintum, * & ait: Dedit Deus mercedẽ mi-
hi, quia dedi ancillam meã viro meo appel-
19 lauitq. nomen eius, Issachar. * Rursum Lia
20 concipiens, peperit sextũ filiũ, * & ait: Dota-
uit me Deus dote bona: etiam hac vice me-
cum erit maritus meus, eo quod genuerim
ei sex filios: & idcirco appellauit nomẽ eius,
21 Zabulon. * Post quem peperit filiam, no-
22 mine Dinam. * Recordatus quoque Domi-
D nus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vul-
23 uam eius. * Quæ concepit, & peperit filium,
dicens: Abstulit Deus opprobrium meum.
24 * Et vocauit nomen eius, Ioseph, dicens:
25 Addat mihi Dominus filium alterũ. * Na-
to autem Ioseph, dixit Iacob socero suo. Di-
mitte me, vt reuertar in patriam, & ad terrã
26 meam. * Da mihi vxores, & liberos meos,
pro quibus seruiui tibi, vt abeã: tu nosti ser-
27 uitutem qua seruiui tibi. * Ait illi Laban: In-
ueniã gratiam in conspectu tuo: experimen-
to didici, quia benedixerit mihi Deus pro-
28 pter te: * constitue mercedem tuam quam
29 dem tibi. * At ille respondit: Tu nosti quo-
E modo seruierim tibi, & quanta in manibus
30 meis fuerit possessio tua. * Modicũ habuisti
antequam venirem ad te, & nunc diues ef-
fectus es: benedixitq. tibi Dominus ad introi-
tum meum. Iustum est igitur, vt aliquando
31 prouideam etiam domui meæ. * Dixitq. La-
ban: Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo:
sed si feceris, quod postulo, iterum pascã, &
32 custodiã pecora tua. * Gyra omnes greges
tuos, & separa cunctas oues varias, & spar-
so vellere: & quodcumque furuum, & ma-
culosum, variumq. fuerit, tã in ouibus quam
33 in capris, erit merces mea. * Respondebitq.
mihi cras iustitia mea, quando placiti tem-
pus aduenerit coram te: & omnia, quæ non
fuerint varia, & maculosa, & furua, tam in
34 ouibus quam in capris, furti me arguent. *
35 Dixitq. Laban: Gratum habeo quod petis. *
Et separauit in die illa capras, & oues, & hir-
F cos, & arietes varios, atque maculosos, cun-
ctum autem gregem vnicolorem, idest, al-
bi, & nigri velleris, tradidit in manu filio-
36 rum suorum. * Et posuit spatium itineris
trium dierum inter se, et generum, qui pa-
37 scebat reliquos greges eius. * Tollens ergo
Iacob virgas populeas virides, et amygdali-
nas; et ex platanis, ex parte decorticauit eas,
detractisq. corticibus, in his, quæ spoliata fue-
rant,

rant, candor apparuit: illa verò quæ integra
fuerant, viridia permanserunt: atque in hũc
modum color effectus est varius. * Posuitq. 38
eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt
cum venissent greges ad bibendũ, ante ocu-
los haberent virgas, & in aspectu earũ con-
ciperent. * Factumq. est vt in ipso calore coi- 39
tus, oues intuerentur virgas, & parerent ma- G
culosa, & varia, & diuerso colore respersa.
* Diuisitq. gregem Iacob, & posuit virgas in 40
canalibus ante oculos arietum: erant autem
alba, & nigra quæque Laban: cetera verò Ia-
cob, separatis inter se gregibus. * Igitur quã- 41
do primo tempore ascendebantur oues, po-
nebat Iacob virgas in canalibus aquarum an-
te oculos arietum, & ouium, vt in earum cõ-
templatione conciperent: * quando verò se- 42
rotina admissura erat, & conceptus extre-
mus, non ponebat eas. Factaque sunt ea, quæ
erant serotina Laban: & quæ primi temporis,
Iacob. * Ditatusq. est homo vltra mo- 43
dum, & habuit greges multos, ancillas, &
seruos, camelos, & asinos.

CAP. XXXI.

Postquam autem audiuit verba filiorũ 1
Laban dicentium: Tulit Iacob omnia, A
quæ fuerunt patris nostri, & de illius faculta-
te ditatus, factus est inclytus: * animaduertit 2
quoque faciem Laban, quod non esset erga
se sicut heri, & nudiustertius, * maximè di- 3
cente sibi Dño: Reuertere in terram patrum
tuorum, & ad generationem tuam, eroq. te-
cum. * Misit, & vocauit Rachel, & Liam in 4
agrum, vbi pascebat greges, * dixitque eis: 5
Video faciem patris vestri, quod nõ sit erga
me sicut heri, & nudiustertius: Deus autem
patris mei fuit mecum. * Et ipse nostis quod 6
totis viribus meis seruierim patri vestro.
7 * Sed & pater vester circumuenit me, & mu-
tauit mercedem meam decem vicibus: & ta-
men nõ dimisit eum Deus, vt noceret mihi.
8 * Si quando dixit: Variæ erũt mercedes tuæ:
pariebant omnes oues varios fœtus, quan-
do verò è contrario ait: Alba quæque acci-
pies pro mercede; omnes greges alba pepe-
9 rerunt. * Tulitq. Deus substantiã patris ve-
B stri, & dedit mihi. * Postquam enim conce-
10 ptus ouiũ tempus aduenerat, leuaui oculos
meos, & vidi in somnis ascendentes mares
super feminas, varios, & maculosos, & di-
11 uersorum colorũ. * Dixitq. angelus Dei ad
me in somnis; Iacob; Et ego respondi; Ad-
12 sum. * Qui ait: Leua oculos tuos, & vide v-
niuersos masculos ascendentes super femi-
nas varios maculosos, atque respersos. Vidi
13 enim omnia, quæ fecit tibi Laban. * Ego sũ
Deus Bethel, " vbi vnxisti lapidem, & votũ " Sup. 28, d. 11.
vouisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere
de terra hac, reuertens in terram natiuitatis
14 tuæ. * Responderuntq. Rachel, & Lia. Nũ-
quid habemus residui quidquam in faculta-
tibus, & hereditate domus patris nostri?
15 * Nonne quasi alienas reputauit nos, & vẽ-
16 didit, comeditq. pretiũ nostrum? * Sed Deus
tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis,
ac filijs nostris: vnde omnia quæ præcepit ti-
17 bi Deus, fac. * Surrexit itaq. Iacob, & impo-
C sitis liberis, ac cõiugibus suis super camelos
18 abijt. * Tulitque omnem substantiã suam,
greges, & quidquid in Mesopotamia acqui-
sierat, pergens ad Isaac patrem suum in ter-
19 ram Chanaan. * Eo tempore ierat Laban
ad tondendas oues, & Rachel furata est ido-
20 la patris sui. * Noluitq. Iacob cõfiteri soce-
21 ro suo quod fugeret. * Cumq. abijsset tã ip-
se quam omnia, quæ iuris sui erãt, & amne trans-

mino

miſſo pergeret contra montem Galaad, &
* nunciatum eſt Laban die tertio quod fu- 22
geret Iacob. *Qui,aſſumptis fratribus ſuis, 23
perſecutus eſt eum diebus ſeptem : & com-
prehendit eum in Monte Galaad. * Vidit 24
que in ſomnijs dicentem ſibi Deum : Caue-
ne quidquam aſpere loquaris contra Iacob. D
* Iamq. Iacob extenderat in monte taber- 25
naculum: cumque ille conſecutus fuiſſet eũ
cum fratribus ſuis,in eodem Mõte Galaad
fixit tentorium. * Et dixit ad Iacob:quare 26
ita egiſti , vt clam me abigeres filias meas
quaſi captiuas gladio?* Cur ignorãte me fu 27
gere voluiſti,nec indicare mihi,vt proſeque
rer te cum gaudio, & canticis , & tympanis,
& citharis? * Non es paſſus vt oſcularer fi- 28
lios meos & filias : ſtulte operatus es,& nũc
quidẽ.* valet manus mea reddere tibi ma- 29
lum:Sed Deus patris veſtri heri dixit mihi:
Caue ne loquaris contra Iacob , quidquam
durius.* Eſto, ad tuos ire cupiebas,& deſi- 30
derio erat tibi domus patris tui:cur furatus
es deos meos? * Reſpondit Iacob : Quòd 31
inſcio te profectus ſum, timui ne violenter
auferres filias tuas.* Quòd aũt furti me ar- 32
guis: apud quemcũque inueneris deos tuos, E
necetur corã fratribus noſtris,ſcrutare,quid
quid tuorũ apud me inueneris,& aufer,hęc
dicens,ignorabat q; Rachel furata eſſet ido-
la. * Ingreſſus itaque Laban tabernaculum 33
Iacob,& Lię,& vtriuſque famulæ,non inue-
nit. Cumque intraſſet tentorium Rachaelis,
*illa feſtinãs abſcõdit idola ſubter ſtramẽ- 34
ta cameli, & ſedit deſuper : ſcrutantiq; om-
ne tentorium, & nihil inuenienti,* ait: Ne 35
iraſcatur dominus meus,q; coram te aſſur-
gere nequeo : quia iuxta conſuetudinem fe-
minarum nunc accidit mihi, ſic deluſa ſolli-
citudo quærentis eſt * Tumenſq. Iacob,cũ 36
iurgio ait : Quam ob culpam meam , & ob
quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me,
*& ſcrutatus es omnem ſuppellectilẽ meã? 37
Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus
tuę:pone hic coram fratribus meis,& fratri-
bus tuis,& iudicent inter me,& te.* Idcirco 38
viginti annis fui tecum ? oues tuæ, & capræ
ſteriles non fuerunt , arietes gregis tui non
comedi: * nec captum à beſtia oſtendi tibi, 39
ego damnum omne reddebam : quidquid F
furto peribat, à me exigebas: *die,noctuque 40
æſtu vrebar,& gelu,fugiebatque ſomnus ab
oculis meis * Sicq. per viginti annos in do- 41
mo tua ſeruiui tibi, quatuordecim p̃ filia-
bus,& ſex pro gregibus tuis:immutaſti quo
que mercedem meã decem vicibus. * Niſi 42
Deus patris mei Abraham , & timor Iſaac
affuiſſet mihi, forſitan modò nudũ me di-
miſiſſes : afflictionẽ meã, & laborẽ manuũ
mearũ reſpexit Deꝰ,& arguit te heri. * Re- 43
ſpõdit ei Laban: Filiæ meæ & filij,& greges
tui,& omnia,quę cernis,mea ſunt:quod poſ
ſum facere filijs,& nepotibus meis? * Ve- 44
ni ergo,& ineamus fœdus: vt ſit in teſtimo-
nium inter me,& te.* Tulit itaque Iacob la- 45
pidem,& erexit illum in titulum; * dixitq. 46
fratribus ſuis: Afferte lapides . Qui congre-
gantes fecerunt tumulum,comederũtq. ſu-
47 per eum: *quem vocauit Laban Tumulum
teſtis : & Iacob, Aceruum teſtimonij , vter-
48 que iuxta proprietatem linguæ ſuæ. * Di-
G xitq. Labã: Tumulus iſte erit teſtis inter me
& te hodie, & idcirco appellatum eſt nomẽ
49 eius Galaad,id eſt,Tumulus teſtis. *Intuea-
tur, & iudicet Dominus inter nos quando
50 receſſerim à nobis,* ſi afflixeris filias meas,
& ſi introduxeris alias vxores ſuper eas:nul
lus ſermonis noſtri teſtis eſt abſq. Deo, qui
51 præſens reſpicit. * Dixitq. rurſus ad Iacob:
En tumulus hic , & lapis quem erexi inter
52 me,& te, * teſtis erit: tumulus,inquam,iſte,
& lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tran-
ſiero illum pergens ad te,aut tu præterieris,
53 malum mihi cogitans.* Deus Abraham,&
Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorũ.
Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui
54 Iſaac:* immolatiſq. victimis in monte,vo-
cauit fratres ſuos,vt ederent panem. Qui cũ
55 comediſſent,manſerunt ibi. * Laban verò
de nocte conſurgens , oſculatus eſt filios,&
filias ſuas, & benedixit illis.reuerſuſque eſt
in locum ſuum.

CAP. XXXII.

1 IAcob. "quoq. abijt in itinere quo cœperat : " Inf.
A fueruntq. ei obuiam Angeli Dei. * Quos c. 16.
2 cum vidiſſet,ait: Caſtra Dei ſunt hæc,& ap-
pellauit nomẽ loci illius Mahanaim , id eſt
3 Caſtra. * Miſit autem & nuncios ante ſe ad
Eſau fratrem ſuum in terram Seir,in regio-
4 nem Edom:* præcepitq eis,dicens: Sic lo-
quimini domino meo Eſau: Hęc dicit frater
tuus Iacob:Apud Laban peregrinatus ſum,
5 & fui vſq; in præſentem diem.* Habeo bo-
ues,& aſinos, & oues, & ſeruos,& ancillas:
mittoque nunc legationem ad dominum
B meum , vt inueniam gratiam in conſpectu
6 tuo.* Reuerſiq; ſunt nuncij ad Iacob,dicen-
tes:Venimus ad Eſau fratrem tuum,& ecce
properat tibi in occurſum cum quadringen
7 tis viris, * Timuit Iacob valde: & perterri-
tus diuiſit populum qui ſecum erat , greges
quoque,& oues & boues,& camelos in duas
8 turmas, * dicens : Si venerit Eſau ad vnam
turmam,& percuſſerit eam,alia turma,quæ
9 reliqua eſt,ſaluabitur.* Dixitq. Iacob: Deus
patris mei Abrahã,& Deus patris mei Iſaac:
Domine qui dixiſti mihi: Reuertere in terrã
C tuam,& in locum natiuitatis tuæ,& benefa-
10 ciam tibi:* minor ſum cunctis miſerationi-
bus tuis,& veritate tua,quam expleuiſti ſer-
uo tuo . In baculo meo tranſiui Iordanem
iſtum:& nunc cũ duabus turmis regredior.
11 * Erue me de manu fratris mei Eſau , quia
valde eum timeo:ne forte veniens percutiat
12 matrem cum filijs. * Tu locutus es q; be-
nefaceres mihi , & dilatares ſemen meũ ſi-
cut arenam maris,quæ præ multitudine nu
13 merari non põt.* Cumq. dormiſſet ibi no-
D cte illa,ſeparauit de his,quæ habebat,mune
14 ra Eſau fratri ſuo, * capras ducentas hircos
vigin-

viginti, oues ducentas , & arietes viginti,* 15
camelos fœtas cum pullis ſuis triginta , vac-
cas quadraginta, & tauros viginti,aſinas vi-
ginti,& pullos earum decem.* Et miſit per 16
manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeor-
ſum greges,dixitque pueris ſuis:Antecedite
me:& ſit ſpatium inter gregem & gregem.
* Et pręcepit priori dicens:Si obuiũ habue- 17
ris fratrem meum Eſau : & interrogauerit E
te. Cuius es ?aut,Quo vadis?aut,Cuius ſunt
iſta quæ ſequeris?*reſpondebis:Serui tui Ia- 18
cob.munera miſit dño meo Eſau:ipſe quo-
que poſt nos venit. *Similiter dedit manda- 19
ta ſecundo, & tertio & cunctis qui ſequebã
tur greges,dicens: Iiſdem verbis loquimini
ad Eſau cum inueneritis eum. * Et adde- 20
tis: Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter no-
ſtrum inſequitur,dixit enim: Placabo illum
muneribus quæ præcedunt, & poſtea vide-
bo illum,forſitan propitiabitur mihi.*Præ- 21
ceſſerunt itaq. munera ante eum, ipſe verò
manſit nocte illa in caſtris.* Cumq.maturè 22
ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas,& totidẽ F
famulas cum vndecim filijs,& tranſiuit va-
dum Iaboc * Traductiſque omnibus quæ 23
ad ſe pertinebãt,* manſit ſolus : & ecce vir 24
luctabatur cum eo vſq. mane. * Qui cum 25
videret quòd eum ſuperare nõ poſſet , teti-
git neruũ femoris eius , & ſtatim emarcuit.
* Dixitque ad eum : Dimitte me,iam enim 26
aſcendit aurora Reſpondit: Non dimittam
te,niſi benedixeris mihi. * Ait ergo: Quod 27
nomen eſt tibi? Reſpondit:Iacob.* At ille, 28
Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur no-
men tuum , ſed Iſrael : quoniam ſi contra
Deum fortis fuiſti,quanto magis contra ho-
mines præualebis?* Interrogauit eũ Iacob: 29
Dic mihi,quo appellaris nomine ? Reſpon- G
dit:Cur quęris nomen meum? Et benedixit
ei in eodem loco.* Vocauitq. Iacob nomen 30
loci illius Phanuel,dicens: Vidi Deum facie
ad faciem , & ſalua facta eſt anima mea. * 31
Ortuſque eſt ei ſtatim Sol,poſtquam tranſ-
greſſus eſt Phanuel : ipſe verò claudicabat
pede * Quã ob cauſam nõ comedunt ner- 32
uum filij Iſrael ; qui emarcuit in femore Ia-
cob,vſque in præſentem diem:eo quod teti-
gerit neruum femoris eius , & obſtupuerit.

CAP. XXXIII.

ELeuans autem Iacob oculos ſuos,vidit 1
venientem Eſau,& cum eo quadringẽ- A
tos viros,diuiſitq. filios Liæ & Rachel,am-
barumque famularum:* & poſuit vtramq. 2
ancillam, & liberos earũ in principio: Liam
verò, & filios eius in ſecundo loco : Rachel
autem,& Ioſeph nouiſſimos. * Et ipſe pro- 3
grediens adorauit pronus in terram ſepties,
donec appropinquaret frater eius *Currens 4
itaque Eſau obuiã fratri ſuo,amplexatus eſt
eum:ſtringenſq collum eius,& oſculans fle-
uit.* Leuatiſq oculis, vidit mulieres & par- 5
uulos earum,& ait:Quid ſibi volunt iſti? &
ſi ad te pertinent? Reſpondit; Paruuli ſunt, B
6 quos donauit mihi Deus ſeruo tuo.* Et ap-
propinquantes ancillæ & filij earum, incur-
7 uati ſunt. * Acceſſit quoque Lia cum pueris
ſuis:& cum ſimiliter adoraſſent,extremi Io
8 ſeph & Rachel adorauerunt. *Dixitq. Eſau:
Quænam ſunt iſtę turmæ,quas obuiam ha-
bui? Reſpondit: Vt inuenirem gratiam corã
9 domino meo. * At ille ait: Habeo plurima,
10 frater mi,ſint tua tibi.* Dixitq. Iacob: Noli
ita, obſecro : ſed ſi inueni gratiam in oculis
tuis , accipe munuſculum de manib. meis.
C ſic enim vidi faciem tuam , quaſi viderim
11 vultum Dei:eſto mihi propitius, * & ſuſci-
pe benedictionem,quam attuli tibi,& quam
donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fra
12 tre compellẽte,ſuſcipiens * ait: Gradiamur
13 ſimul,eroq ſocius itineris tui.*Dixitque Ia-
cob: Noſti dñe mi quod paruulos habeã te-
neros,& oues, & boues fœtas mecũ: quas ſi
plus in ambulando fecero laborare , moriẽ-
14 tur vna die cuncti greges.* Præcedat domi-
nus meus ante ſeruum ſuum: & ego ſequar
paulatim veſtigia eius , ſicut videro paruu-
los meos poſſe,donec veniam ad dñm meũ
15 in Seir. * Rñdit Eſau:Oro te,vt de populo
qui mecũ eſt , ſaltẽ ſocij remaneãt viæ tuæ.
Non eſt,inquit,neceſſe:hoc vno tantum in-
digeo,vt inueniam gratiam in cõſpectu tuo
16 dñe mi.* Reuerſus eſt itaq.illo die Eſau iti-
17 nere quo venerat ĩ Seir.* Et Iacob venit in
D Socoth : vbi ædificata domo,& fixis tento-
rijs appellauit nomen loci illius Socoth , id
18 eſt,tabernacula.* Tranſiuitque in Salem vr
bem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaã,
poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Sy-
19 riæ : & habitauit iuxta oppidum. * Emitq.
partem agri,in qua fixerat tabernacula,a fi-
20 lijs Hemor patris Sichem centum agnis.*
Et erecto ibi altari , inuocauit ſuper illud
fortiſſimum Deum Iſrael.

CAP. XXXIV.

1 EGreſſa eſt autẽ Dina filia Lię vt vide-
A ret mulieres regionis illius. *Quã cum
2 vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi,prin-
ceps terræ illius,adamauit eam: & rapuit &
dormiuit cum illa,vi opprimens virginem.
3 * Et conglutinata eſt anima eius cum ea,tri-
4 ſtemq. deliniuit blanditijs. * Et pergens ad
Hemor patrem ſuum. Accipe, inquit, mihi
5 puellam hanc coniugem. * Quod cum au-
diſſet Iacob, abſentibus filijs,& in paſtu pe-
6 corum occupatis ſiluit donec redirent. * E-
greſſo autẽ Hemor patre Sichem vt loque-
7 retur ad Iacob,* ecce filij eius veniebant de
agro:auditoq quod acciderat,irati ſunt val-
de , eo quòd fœdam rem operatus eſſet in
Iſrael, & violata filia Iacob,rẽ illicitam per-
8 petraſſet. * Locutus eſt itaque Hemor ad
eos:Sichem filij mei adhæſit anima filiæ ve
9 ſtræ:date eam illi vxorem:*& iungamus,vi
ciſſim cõnubia : filias veſtras tradite nobis,
10 & filias noſtras accipite. * Et habitate nobi-
B ſcum;terra in poteſtate veſtra eſt, exercete,
nego-

negotiamini,& possidete eã.* Sed & Siché 11
ad patré,& ad fratres eius ait: Inueniã gra-
tiam coram vobis:& quæcumq statueritis,
dabo:*augete doté,& munera postulate,& 12
libenter tribuã quod petieritis: tantum date
mihi puellã hanc vxorem.* Responderũt 13
filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæ-
uientes ob stuprũ sororis:* Non possumus 14
facere qđ petitis, nec dare sororem nostram
homini incircumciso: quod illicitum & ne-
fariũ est apud nos.* Sed in hoc valebimus 15
federari, si volueritis esse similes nostri, &
circũcidatur in vobis oẽ masculini sexus;
*tunc dabimus & accipiemus mutuo filias 16
vestras,ac nostras: & habitabimus vobiscũ,
erimusq. vnus populus:*si autem circumci- 17
di nolueritis, tollemus filiam nostram,& re
cedemus.* Placuit oblatio eorũ Hemor,& C
Sichem filio eius:* nec distulit adolescens 18
quin statim quod petebatur expleret: ama- 19
bat enim puellam valde, & ipse erat incly-
tus in omni domo patris sui.* Ingressiq. por 20
tam vrbis, locuti sunt ad populum:* Viri 21
isti pacifici sunt, & volũt habitare nobiscũ:
negotientur in terra, & exerceant eam, quæ
spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eo-
rũ accipiemus vxores & nostras illis dabi-
mus.* Vnũ est, quod differtur tantũ bonũ: 22
si circuncidamus masculos nostros, ritum
gentis imitantes.* Et substantia eorum, & 23
pecora,& cũcta quæ possident, nostra erũt:
tantum in hoc acquiescamus, & habitantes
simul,vnũ efficiemus populũ.* Assensique 24
sunt oẽs,circũcisis cunctis maribus.* Et ec- 25
ce, die tertio quando grauissimus vulnerũ D
dolor est: arreptis, duo filij Iacob Simeon &
"Inf. 26. a, 6. Leui fratres Dinæ,gladijs ingressi sunt vrbẽ
confidenter;" interfectisq. omnibus mascu-
26 lis.* Hemor & Siché pariter necauerũt,tol-
27 lentes Dinã de domo Siché sororẽ suam,*
Quibus egressis, irruerunt super occisos cæ-
teri filij Iacob: & depopulati sunt vrbem
28 in vltionem stupri.* Oues eorum,& armen
ta,& asinos,cũctaq. vastantes,quę in domi-
29 bus & in agris erant,* paruulos quoq. eorũ
30 & vxores duxerũt captiuas.* Quib. patratis
audacter, Iacob dixit ad Simeõ,& Leui: Tur
bastis me, & odiosũ fecistis me Chananæis,
& Pherezæis habitatoribus terræ huius,nos
pauci sumus: illi congregati pcutient me, &
31 delebor ego & domus mea.* Rñderũt: Nũ
quid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

CAP. XXXV.

1 A INterea locutus est Deus ad Iacob: Surge,
& ascẽde Bethel,& habita ibi,facq. altare
Deo,qui" apparuit tibi qñ fugiebas Esau fra- "Sup. c. 13.
2 trẽ tuũ.* Iacob verò cõuocata omni domo
sua, ait: Abijcite deos alienos qui in medio
vestri sunt,& mundamini,ac mutate vesti-
3 mẽta vestra.* Surgite,& ascendamus in Be-
thel, vt faciamus ibi altare Deo: q exaudiuit
me in die tribulationis meæ, & socius fuit
4 itineris mei.* Dederũt ergo ei oẽs deos alie-
nos, quos habebãt,& inaures quæ erãt in au
rib eorũ: at ille infodit ea subter terebinthũ
5 quæ est post vrbẽ Sichẽ.* Cumq profecti es-
sent, terror Dei inuasit oẽs p circuitũ ciuita-
6 tes,& nõ sũt ausi persequi recedẽtes.* Venit
igitur Iacob Luzã, quæ est in terra Chanaan
cognomẽto Bethel: ipse & oĩs populus cum
7 eo.* Ædificauitq ibi altare,& appellauit no
B mẽ loci illius, Domus Dei: ibi n." apparuit "Sup. c. 18.
8 ei Deus cũ fugeret fratrẽ suũ.* Eodẽ tẽpore
mortua est Debora nutrix Rebeccę,& sepul
ta est

ta est ad radices Bethel super quercum: voca
tumq. est nomen loci illius, Quercus fletus.
* Apparuit autem iterum Deus Iacob post- 9
quam reuersus est de Mesopotamia Syriæ,
"Sup. 32. f. 28. benedixitq. ei,* dicens: " Non vocaberis vl- 10
tra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et ap-
pellauit eum Israel,* dixitque ei: Ego Deus 11
omnipotens, cresce,& multiplicare: gentes,&
populi nationũ ex te erũt, reges de lũbis tuis
egredientur.* Terramq. quam dedi Abrahã 12
& Isaac, dabo tibi & semini tuo post te.* Et 13
recessit ab eo.* Ille verò erexit titulum lapi- 14
deum in loco, quo locutus fuerat ei Deus: li-
bans super eũ libamina, & effundens oleũ: C
* vocansq. nomen loci illius, Bethel.* Egres- 15
sus autẽ inde, venit verno tempore ad terrã 16
quæ ducit Ephratam: in qua cum parturiret
Rachel, * ob difficultatem partus periclitari 17
cępit. Dixitq ei obstetrix: Noli timere, quia
& hunc habebis filium.* Egrediente autem 18
anima præ dolore, & imminẽte iam morte,
vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius
doloris mei: pater verò appellauit eum Be-
niamin, id est filius dextræ.* Mortua est er- 19
go Rachel, & sepulta est in via, quæ ducit E-
phratã, hæc est Bethlehẽ.* Erexitq. Iacob ti- 20
"Inf. 48. b. 7. tulũ super sepulchrũ eius: " Hic est titulus
monumẽti Rachel, vsq. in præsentẽ diem,
Inf. 49. a. 1. * Egressus inde, fixit tabernaculũ trans Tur 21
rẽ gregis.*" Cumq. habitaret in illa regione, 22
abijt Ruben, & dormiuit cum Bala cõcubi- D
na patris sui: quod illũ minime latuit. Erant
aũt filij Iacob duodecim.* Filij Liæ: primo- 23
genitus Ruben,& Simeon,& Leui,& Iudas,
& Issachar,& Zabulõ.* Filij Rachel: Ioseph 24
& Beniamin.* Filij Balæ ancillæ Rachelis: 25
Dã & Nephthali.* Filij Zelphæ ancillæ Liæ: 26
Gad,& Aser: hi sunt filij Iacob, qui nati sunt
ei in Mesopotamia Syriæ.* Venit etiam ad 27
Isaac patrem suum in Mambre, Ciuitatem
Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus
est Abraham,& Isaac.* Et cõpleti sunt dies 28
Isaac cẽtum octoginta annorum.* Consum 29
ptusq. ætate mortuus est:& appositus est po
pulo suo senex,& plenus dierum: & sepelie-
runt eum Esau & Iacob filij sui.

CAP. XXXVI.

HÆ sunt autem generationes Esau, ipse 1
est Edom.* Esau accepit vxores de fi- 2
liabus Chanaan: Ada filiã Elon Hethæi, & A
Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi:
* Basemath quoque filiã Ismael sororẽ Na- 3
"1. Par. c. 29. baioth.*" Peperit autem Ada, Eliphaz: Base 4
math genuit Rahuel:* Oolibama genuit Ieh9 5
& Ihelon & Core: hi filij Esau qui nati sunt
ei in terra Chanaã.* Tulit autem Esau vxo- 6
res suas,& filios & filias, & omnem animã
domus suæ,& substantiam,& pecora, & cũ-
cta quæ habere poterat in terra Chanaan:&
abijt in alteram regionem, recessitq. à fratre
"Sup. 13. b. 6. suo Iacob.*" Diuites enim erant valde,& si- 7
mul habitare non poterant: nec sustinebat
eos terra peregrinationis eorũ præ multitu-
8 dine gregum.*" Habitauitq. Esau in monte "Ios. 24. a. 4.
9 Seir, ipse est Edom.* Hæ autem sunt genera
10 tiones Esau patris Edom in monte Seir,*&
B hæc nomina filiorum eius: " Eliphaz filius "1. Par. 1 c. 34.
Ada vxoris Esau: Rahuel quoque filius Ba-
11 semath vxoris eius.* Fuerũtq. Eliphaz filij:
Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Ce-
12 nez.* Erat autem Thamna concubina Eli-
phaz filij Esau: quæ peperit ei Amalech, hi
13 sunt filij Ada vxoris Esau.* filij autem Ra-
huel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi fi-
14 lij Basemath vxoris Esau.* Isti quoq. erant
filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, vxo-
ris Esau, quos genuit ei Iehus, & Ihelon, &
15 Core.* Hi duces filiorũ Esau: Filij Eliphaz
primogeniti Esau: dux Themã, dux Omar.
16 dux Sepho, dux Cenez,* dux Core, dux Ga
than, dux Amalech hi filij Eliphazi in terra
17 Edõ,& hi filij Ada.* Hi quoq. filij Rahuel
filij Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Sãma,
dux Meza, hi autẽ duces Rahuel in terra E-
18 dõ isti filij Basemath vxoris Esau.* Hi aũt
filij Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux
C Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filiæ
19 Anæ vxoris Esau.* Isti sunt filij Esau, & hi
20 duces eorũ: ipse est Edom.*" Isti sunt filij "1. Par. 1 c. 38.
Seir Horrei, habitatores terræ: Lotã,& Sobal
21 & Sebeon,& Ana,* & Dison,& Eser, & Di-
san, hi duces Horrei. filij Seir in terra Edõ.
22 * Facti sunt autem filij Lotan: Hori & He-
23 mã, erat aũt soror Lotan, Thamna.* Et isti
filij Sobal: Aluan & Manahat,& Ebal, & Se-
24 pho & Onã.* Et hi filij Sebeon: Aia,& Ana.
Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in soli-
tudine, cũ pasceret asinos Sebeon patris sui:
25 * habuitq. filium Dison,& filiã Oolibama.
26 * Et isti filij Dison Hamdan, & Eseban, &
27 Iethrã,& Charan.* Hi quoque filij Eser, Ba
28 laan, & Zauan,& Acan.* Habuit autẽ filios
29 Disan: Hus,& Arã.* Hi duces Horræorum:
dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeõ, dux Ana,
30 * dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces
Horræorum, qui imperauerũt in terra Seir.
31 * Reges autẽ qui regnauerunt in terra Edõ
D antequã haberent regẽ filij Israel, fuerũt hi:
32 * Bela filius Beor, nomenq vrbis eius Dena
33 ba.* Mortuus est autẽ Bela, & regnauit pro
34 eo Iobab filius Zaræ de Bosra.* Cũq. mor-
tuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de
35 terra Themanorũ.* Hoc quoq. mortuo, re-
gnauit pro eo Adad filius Badad, qui percus-
sit Madian in regione Moab, & nomẽ vrbis
36 eius Auith.* Cumq. mortuus esset Adad, re
37 gnauit pro eo Semla de Masreca.* Hoc quo-
que mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio
38 Rohoboth.* Cumq & hic obijsset, successit
39 in regnũ Balanan filius Achobor.* Isto quo
que mortuo regnauit p eo Adar, nomẽq. vr
bis eius Phau: & appellabatur vxor ei9 Mee-
40 tabel, filia Marred filiæ Mezaab.* Hæc ergo
nomina ducũ Esau in cognationib. & locis
& vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua,
41 dux Ietheth,* dux Oolibama, dux Ela, dux
42 Phinon,* dux Cenez, dux Themã, dux Mab
43 sar,* dux Magdiel, dux Hirã, hi duces Edõ
habi-

habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau
pater Idumæorum.

CAP. XXXVII.

HAbitauit autẽ Iacob in terra Chanaan, 1
in qua pater suus peregrinatus est,* Et A
hæ sunt generationes eius: Ioseph cum sede 2
cim esset annorum, pascebat gregẽ cum fra-
tribus suis adhuc puer:& erat cum filijs Ba-
læ,& Zelphæ vxorum patris sui:accusauitq.
fratres suos apud patrem crimine pessimo.
* Israel autem diligebat Ioseph super oẽs fi- 3
lios suos,eo quod in senectute genuisset eũ:
fecitq. ei tunicã polymitã.* Videntes autem 4
fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs
amaretur,oderãt eum, nec poterant ei quid-
quam pacifice loqui. * Accidit quoque vt vi- 5
sum somniũ referret fratrib. suis: quæ cau- B
sa maioris odij seminarium fuit. * Dixitque 6
ad eos: Audite somnium meum quod vidi:
* Putabam nos ligare manipulos in agro: & 7
quasi consurgere manipulum meum, & sta-
re, vestrosq. manipulos circumstantes ado-
rare manipulum meum.*Respõderunt fra- 8
tres eius: Numquid rex noster eris? aut subij-
ciemur ditioni tuæ: Hæc ergo causa somnio-
rum atque sermonum,inuidiæ,& odij somi
tem ministrauit, * Aliud quoque vidit som- 9
nium, quod narrans fratribus,ait: Vidi per
somnium,quasi solem, & lunã, & stellas vn-
decim adorare me. * Quod cum patri suo, 10
& fratribus retulisset, increpauit eum pater C
suus.& dixit: Quid sibi vult hoc somnium
quod vidisti? num ego & mater tua, & fra-
tres tui adorabimus te super terram?* Inui- 11
debãt ei igitur fratres sui: pater verò rem ta-
citus considerabat. * Cumque fratres illius 12
in pascendis gregibus patris morarentur in
13 Sichem,* dixit ad eum Israel: Fratres tui pa
scunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad
14 eos Quo respondente. * Præsto sum,ait ei:
Vade,& vide si cuncta prospera sint erga fra
tres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid
D agatur. Missus de Valle Hebron, venit in Si
15 chem: * inuenitq. eũ vir errantẽ in agro, &
16 interrogauit quid quæreret?* At ille respon-
dit: Fratres meos quæro,indica mihi vbi pa-
17 scãt greges.* Dixitq. ei vir: Recesserũt de lo
co isto:audiui aũt eos dicẽtes: Eamus in Do-
thain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos,
18 & inuenit eos in Dothain.*Qui cũ vidissent
eũ procul,antequam accederet ad eos, cogi-
19 tauerunt illum occidere:* & mutuo loque-
20 bantur: Ecce somniator venit.* venite,occi-
damus eũ, & mittamus eũ in cisternam ve-
terem:dicemusque: Fera pessima deuorauit
E eum:& tunc apparebit quid illi prosint som- ‖ Inf. c.12.
21 nia sua,*‖ Audiens autẽ hoc Ruben,niteba-
tur liberare eum de manibus eorum, & dice
22 bat:* Nõ interficiatis animã eius, nec effun
datis sanguinem, sed proijcite eum in cister-
nam hanc,quæ est in solitudine, manusq. ve
stras seruate innoxias: hoc autem dicebat,
volẽs eripere eum de manibus eorũ, & red-
23 dere patri suo.* Cõfestim igitur vt peruenit
ad fratres suos,nudauerunt eũ tunica talari,
24 & polymita:* miseruntq. eum in cisternam
25 veterem,quæ non habebat aquam.* Et sedẽ
tes vt comederẽt panem, viderunt Ismaeli-
tas viatores venire de Galaad, & camelos
F eorum portantes aromata,& resinam, & sta
26 cten in Ægyptum.* Dixit ergo Iudas fratri-
bus suis. Quid nobis prodest si occiderimus
fratrem nostrum, & celauerimus sanguinẽ
27 ipsius?* Melius est vt venundetur Ismaeli-
tis, & manus nostræ non polluantur, frater
enim,& caro nostra est. Acquieuerũt fratres

sermo

‖ Sap.10. 13. sermonibus illius.*‖ Et prætereuntibus Ma 28
dianitis negotiatoribus, extrahentes eum de
cisterna,vẽdiderunt eum Ismaelitis, viginti
argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum.
* Reuersusq. Ruben ad cisternam,nõ inue- 29
nit puerum, * & scissis vestibus pergens ad 30
fratres suos,ait: Puer non comparet, & ego
quo ibo?* Tulerunt autem tunicam eius: & 31
in sanguine hœdi, quem occiderant, tin-
xerunt: * mittentes qui ferrent ad patrem, 32
& dicerent: Hãc inuenimus, vide vtrum tu G
nica filij tui sit,an non. * Quam cum agno- 33
uisset pater,ait: Tunica filij mei est, fera pes-
sima comedit eũ, bestia deuorauit Ioseph.
* Scissisq. vestibus,indutus est cilicio,lugens 34
filium suum multo tempore.* Congregatis 35
autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolo-
rem patris, noluit consolationem accipere,
sed ait: Descendam ad filium meum lugens
in infernum. Et illo perseuerante in fletu,
* Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegy- 36
pto Putiphari eunucho Pharaonis magistro
militum.

CAP. XXXVIII.

EOdem tẽpore descendens Iudas à fratri 1
bus suis,diuertit ad Virum Odollami- A
‖ 1. Par. 2. tem,nomine Hirã. *‖ Viditque ibi filiã ho- 2
minis Chananæi, vocabulo Sue, & accepta
vxore,ingressus est ad eam.* Quæ concepit, 3
& peperit filiũ, & vocauit nomen eius Her.
‖ Nu.26. 19. *‖ Rursumq. concepto fœtu, natum filium 4
5 vocauit Onan. * Tertium quoque peperit:
quem appellauit Sela,quo nato, parere vltra
6 cessauit. * Dedit autem Iudas vxorem pri-
7 mogenito suo Her,nomine Thamar.*‖ Fuit ‖ Nu.26. c.19.
B quoque Her primogenitus Iudæ nequã in
8 conspectu Domini & ab eo occisus est. * Di-
xit ergo Iudas ad Onan filium suum: Ingre-
dere ad vxorẽ fratris tui,& sociare illi, vt su-
9 scites semen fratri tuo. * Ille sciens non sibi
nasci filios,introiens ad vxorẽ fratris sui, se-
men fundebat in terram,ne liberi fratris no-
10 mine nascerentur. * Et idcirco percussit eũ
Dominus, quod rem detestabilem faceret.
11 * Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui
suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec
crescat Sela filius meus:timebat enim ne, &
ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abijt,
12 & habitauit in domo patris sui. * Euolutis
C autẽ multis diebus, mortua est filia Sue v-
xor Iudæ; qui post luctum consolatione su-
scepta, ascendebat ad tonsores ouiũ suarum,
ipse, & Hiras opilio gregis Odollamites, in
13 Thamnas.* Nunciatumq. est Thamar quod
socer illius ascenderet in Thamnas ad ton-
14 dẽdas oues.* Quæ, depositis viduitatis vesti
bus, assumpsit theristrũ, & mutato habitu,
sedit in biuio itineris, qđ ducit Thamnã: eo
quod creuisset Sela, & non eum accepisset
15 maritum.* Quam cum vidisset Iudas, suspi
D catus est esse meretricem: operuerat enim
16 vultũ suum,ne agnosceretur.* Ingrediẽsq.

ad eam, ait: Dimitte me vt coeam tecum:
nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua
respondente: Quid dabis mihi vt fruaris cõ-
cubitu meo?* dixit: Mittam tibi hædum de 17
gregibus Rursumq. illa dicente: Patiar quod
vis,si dederis mihi arrhabonem, donec mit-
tas qđ polliceris, * Ait Iudas: Quid tibi vis 18
pro arrhabone dari? Respondit: Annulum
tuum, & armillam, & baculum quem ma-
nu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier
19 cõcepit,* & surgens abijt: depositoq. hab tu
E quem sumpserat,induta est viduitatis vesti-
20 bus.* Misit autem Iudas hœdum per pasto-
rem suum Odollamitẽ, vt reciperet pignus

quod

quod dederat mulieri, qui cum non inuenis-
set eam, * interrogauit homines loci illius: 21
Vbi est mulier, quæ sedebat in biuio? Respō-
dentibus cūctis: Non fuit in loco isto mere-
trix * Reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Nō 22
inueni eam: sed & homines loci illius dixe-
runt mihi, numquam sedisse ibi scortū. * 23
Ait Iudas: Habeat sibi, certè mēdacij argue- F
re nos nōn potest, ego misi hœdum quem
promiseram, & tu non inuenisti eā. * Ecce 24
autē post tres menses nūciauerūt Iudæ, di-
cētes: Fornicata est Thamar nurus tua, & vi-
detur vterus illius intumescere. Dixitque Iu-
das: Producite eā, vt comburatur. * Quæ cū 25
duceretur ad pœnam, misit ad socerū suum,
dicens: De viro, cuius hæc sunt, concepi: co-
gnosce cuius sit annulus, & armilla, & bacu-
lus. * Qui agnitis muneribus, ait: Iustior me 26
est: quia non tradidi eā Sela filio meo. Atta- G
men vltra non cognouit eā. * ″ instante au- 27
tē partu, apparuerūt gemini in vtero: atq. in
ipsa effusione infantium vnus protulit ma-
nū, in qua obstetrix ligauit coccinū dicens: 28
* Iste egredietur prior. * Illo verò retrahen- 29
te manum, egressus est alter, dixitq. mulier:
Quare diuisa est propter te maceria? & ob
hanc causam vocauit nomen eius Phares.
* ″ Postea egressus est frater eius, in cuius 30
manu erat coccinū: quem appellauit Zara.

″ Matt. 1. a 3.
″ 1. Par. 2. a. 4.

CAP. XXXIX.

1 IGitur Ioseph ductus est in Ægyptū, emitq;
A que eum Putiphar eunuchus Pharaonis
princeps exercitus, vir Aegyptius, de manu
Ismaelitarum, à quibus perductus erat.
2 * Fuitq Dominus cum eo, & erat vir in cū-
ctis prosperè agēs: habitauitq. in domo dñi
3 sui: * qui optimè nouerat Dominum esse cū
eo, & omnia, quę gereret, ab eo dirigi in ma-
4 nu illius. * Inuenitq. Ioseph gratiam coram
domino suo, & ministrabat ei: à quo prępo-
situs omnibus gubernabat creditā sibi do-
5 mum, & vniuersa, quę ei tradita fuerāt: * be-
B nedixitq Dominus domui Aegiptij propter
Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quā
6 in agris cunctam eius substantiam: * nec
quidquam aliud nouerat, nisi panē quo ve-
scebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie,
7 & decorus aspectu. * Post multos itaque
dies iniecit domina sua oculos suos in Io-
8 seph, & ait: Dormi mecum. * Qui nequaquā
acquiescens operi nefario, dixit ad eā: Ecce
dominus meus, omnib. mihi traditis, igno-
9 rat, quid habeat in domo sua, * nec quid-
quam est, quod non in mea sit potestate, vel
nō tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius
es: quo modo ergo possum hoc malū face-
10 re, & peccare in Deum meū? * Huiuscemo-
C di verbis p singulos dies, & mulier molestā

erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.
* Accidit autem quadam die, vt intraret Io- 11
seph domum, & operis quippiā absque ar-
bitris faceret: * & illa, apprehensa lacinia 12
vestimenti eius, diceret; Dormi mecum. Qui
relicto in manu eius pallio fugit, & egressus
est foras: * Cumq vidisset mulier vestē in 13
manibus suis, & se esse contemptam, * vo- 14
cauit ad se homines domus suæ, & ait ad
eos: En introduxit virū Hebrǽum, vt illude-
ret nobis: ingressus est ad me, vt coiret me-
15 cum, cumque ego succlamassem, * & audis-
set vocem meam, reliquit pallium, quod te-
16 nebam, & fugit foras. * In argumentum er-
D go fidei retentum pallium ostendit marito
17 reuertenti domum, * & ait: Ingressus est ad
me seruus Hebræus, quem adduxisti, vt
18 illuderet mihi; * cumque audisset me cla-
mare,

mare, reliquit pallium quod tenebā, & fugit
foras. * His auditis dominus, & nimiū cre- 19
dulus verbis cōiugis, iratus est valde: * ″ tra- 20
diditq. Ioseph in carcerem, vbi vincti regis
custodiebantur, & erat ibi clausus * Fuit au- 21
tem Dominus cum Ioseph, & misertus il-
lius, dedit ei gratiam in conspectu principis
carceris. * Qui tradidit in manu illius vni- 22
uersos vinctos, qui in custodia tenebātur: &
quidquid fiebat, sub ipso erat. * Nec noue- 23
rat aliquid, cunctis ei creditis: Dñs enim e-
rat cum illo, & omnia opera eius dirigebat:

″ Ps. 104. 18.

CAP. XL.

HIs ita gestis, accidit vt peccarēt duo eu- 1
nuchi, pincerna regis Aegypti, & pistor A
domino suo. * Iratusq. cōtra eos Pharao (nā 2
alter pincernis præerat, alter pistorib.) * mi- 3
sit eos in carcerem principis militum, in quo
erat vinctus, & Ioseph: * At custos carceris 4
tradidit eos Ioseph, q. & ministrabat eis: ali-
quātulum temporis fluxerat, & illi in custo-
dia tenebantur. * Videruntq. ambo somniū 5
nocte vna iuxta interpretationem congruā
sibi, * ad quos cū introisset Ioseph mane, & 6
vidisset eos tristes, * sciscitatus est eos, dicēs: 7
Cur tristior est hodie solito facies vestra?
* Qui responderunt: Somnium vidimus, & 8
non est qui interpretetur nobis. Dixitq. ad B
eos Ioseph: Numquid non Dei est interpre-
tatio? referte mihi quid videritis: * Narrauit 9
prior, præpositus pincernarum, somniū suū:
Videbam corā me vitem, * in qua erāt tres 10
propagines, crescere paulatim in gēmas, &
post flores vuas maturescere. * calicēq. Pha- 11
raonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expres-
si in calicem quē tenebam, & tradidi pocu-
12 lum Pharaoni * Respondit Ioseph Hæc est
interpretatio somnij: Tres ꝓpagines, tres ad
13 huc dies sunt: * post quos recordabitur Pha
rao ministerij tui, & restituet te in gradum
pristinum: dabisq. ei calicem iuxta officium
14 tuum, sicut ante facere consueueras. * Tan-
tum memento mei, cū bene tibi fuerit, & fa-
C cias mecum misericordiā: vt suggeras Pha-
15 raoni vt educat me de isto carcere. * qa fur-
to sublatus sum de terra Hebræorū, & hic
16 innocens in lacum missus sum. * Vidēs pi-
storum magister quod prudenter somnium
dissoluisset, ait: Et ego vidi somniū, Quod
tria canistra farinæ haberē super caput meū
17 * & in vno canistro quod erat excelsius, por-
tare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria,
18 auesq. comedere ex eo. * Respondit Ioseph:
D Hæc est interpretatio somnij, Tria canistra,
19 tres adhuc dies sūt: * post quos auferet Pha
rao caput tuum, ac suspendet te in cruce, &
20 lacerabunt volucres carnes tuas. * Exinde
dies tertius natalitius Pharaonis erat; qui fa-
ciens grāde conuiuium pueris suis, recorda-
tus est inter epulas magistri pincernarū, &
21 pistorum principis. * Restituitq. alterū in lo-
22 cum suū, vt porrigeret ei poculū: * alterum
suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas
23 probaretur. * Et tñ succedētib. prosperis. ꝑ-
positus pincernarū oblit⁹ est interpretis sui.

CAP. XLI.

1 POst duos annos vidit Pharao somnium.
A Putabat se stare super fluuium: * de quo
2 ascendebant septem boues, pulchræ, & cras-
sæ nimis, & pascebātur in locis palustribus.
3 * Aliæ quoque septem emergebant de flumi
ne, fœdæ, confectæq. macie: & pascebantur
4 in ipsa amnis ripa in locis virentibus. * de-
uorauerūtq. eas, quarū mira species, & ha-



C bitudo

bitudo corporũ erat. Expergefact⁹ Pharao,
* rursum dormiuit,& vidit alterũ somniũ : 5
Septem spicæ pullulabãt in culmo vno ple-
næ atque formosæ: * aliæ quoque totidẽ spi- 6
cæ tenues, & percussæ vredine oriebantur,
* deuorãtes omnem priorum pulchritudi- 7
nem, Euigilans Pharao post quietem, * & fa- 8
cto mane, pauore perterritus, misit ad oẽs
coniectores Aegypti, cunctosq. sapientes : &
accersitis narrauit somnium, nec erat qui in
terpretaretur . * Tunc demũ reminiscens 9
pincernarum magister, ait. Confiteor pec- B
catum meum: * Iratus rex seruis suis, me & 10
magistrum pistorũ retrudi iussit in carcerẽ
principis militum: * vbi vna nocte vterque 11
vidimus somniũ præsagũ futurorũ. * Erat 12
ibi puer Hebræus, eiusdẽ ducis militũ famũ-
lus: cui narrãtes somnia, * audiuimus quid 13
quid postea rei probauit euentus, ego enim
redditus sum officio meo : & ille suspensus
est in cruce. * Protinus ad regis imperium 14
eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac
veste mutata, obtulerunt ei. * Cui ille ait: Vi 15
di somnia, nec est q edisserat: q̃ audiui te sa-
pientissime conijcere. * Respondit Ioseph : 16
Absq. me Deus respondebit ꝓspera Pharao-
ni. * Narrauit ergo Pharao qđ viderat: Pu- 17
tabã me stare super ripam fluminis, * & se- C
ptem boues de amne conscendere, pulchras 18
nimis, & obesis carnibus: quæ in pastu palu-
dis vireta carpebant, * & ecce, has sequebã- 19
tur aliæ septem boues in tantũ deformes, &
macilẽtæ, vt numquã tales in terra Ægypti
viderim: * quę, deuoratis, & cõsumptis prio- 20
ribus, * nullum saturitatis dedere vestigiũ: 21
sed simili macie, & squalore torpebant. Eui-
gilãs, rurs⁹ sopore depressus, * vidi somniũ: 22
Septem spicæ pullulabant in culmo vno ple-
næ, atque pulcherrimæ. * Aliæ quoque septẽ 23
tenues, & percussæ vredine, oriebantur è sti-
pula: * quæ priorum pulchritudinẽ deuora 24
uerũt. Narraui coniectoribus somniũ, & ne-
mo est qui edisserat. * Respõdit Ioseph: Sõ 25
niũ regis vnũ est, quæ facturus est Deus, o-
stendit Pharaoni. * Septem boues pulchræ, 26
& septẽ spicæ plenæ : septem vbertatis anni D
sunt, eãdemq. vim somnij comprehẽdunt.
* Septẽ quoque boues tenues, atque macilen 27
tæ, quæ ascenderunt post eas, & septẽ spicæ
tenues, & vento vrente percussæ: septem an-
ni venturæ sunt famis. * Qui hoc ordine cõ 28
plebuntur. * Ecce septem anni venient ferti- 29
litatis magnæ in vniuersa terra Ægypti : * 30
quos sequentur septẽ anni alij tantę sterilita-
tis, vt obliuioni tradatur cũcta retro abundã-
tia, consumptura est enim fames omnẽ ter-
rã, * & vbertatis magnitudinẽ perdituram 31
est inopiæ magnitudo. * Quod autem vidi- 32
sti secundo ad eandem rem pertinens som-
nium : firmitatis indicium est, eo quòd fiat
sermo Dei, & velocius impleatur. * Nũc er- 33
go prouideat rex virum sapientem, & indu-
strium, & præficiat eum Terræ Ægypti.
* Qui constituat præpositos per cunctas re- 34
giones, & quintam partem fructuum per se
35 ptem annos fertilitatis, * qui iam nũc futu-
ri sunt, congreget in horrea, & omne fru-
mentum sub Pharaonis potestate cõdatur,
36 seruetúrq. in vrbibus. * Et præparetur futu-
E ræ septem annorũ fami, quæ oppressura est
Ægyptum, & non cõsumetur terra inopia.
37 * Placuit Pharaoni consilium, & cunctis mi
38 nistris eius. * locutusque est ad eos: Num in
uenire poterimus talem virum, qui spiritu
39 Dei plenus sit? * Dixit ergo ad Ioseph: Quia
ostẽdit tibi Deus omnia quæ locutus es, nũ-
quid sapientiorem, & consimilem tui inue- ‖ Psal.
40 nire potero? * ‖ Tu eris super domum meã, b. 21.
& ad tui oris imperium cunctus populus o- 1. Mac.
bediet, vno tantum regni solio te præcedã, f. 53.
41 * Dixitq. rursus Pharao ad Ioseph. Ecce, cõ- Act. 7.
stitui te super vniuersam terram Ægypti. 2.
42 * Tulitq. anulũ de manu sua, & dedit eũ
in manu eius: vestiuitque eum stola byssi-
na, & collo torquem auream circumposuit.
43 * Fecitque eum ascẽdere super currum suũ
secundum, clamante præcone, vt omnes
coram eo genuflecterent, & præpositum es-
44 se scirent vniuersæ Terræ Ægypti. * Dixit
F quoque rex ad Ioseph. Ego sum Pharao, absq-
que tuo imperio non mouebit quisquã ma-
45 nũ, aut pedem in omni terra Ægypti. * Ver-
titque nomen eius, & vocauit eum lingua
Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Deditque
illi vxorem Aseneth filiam Putiphare sacer-
dotis Heliopoleos. Egressus est itaq. Ioseph
46 ad terrãm Aegypti (* triginta autẽ annorũ
erat quando stetit in conspectu regis Parao-
nis) & circuiuit omnes regiones Aegypti,
47 * Venitque fertilitas septem annorum, & in
manipulos redactæ segetes congregatæ sũt
48 in horrea Aegypti. * Omnis etiam frugum
abundantia in singulis vrbibus condita est.
49 * Tantaque fuit abundantia tritici, vt are-
næ maris coæquaretur, & copia mensurãm ‖ Inf.
50 excederet. * ‖ Nati sunt autem Ioseph filij c. 20.
G duo antequam veniret fames, quos pepe- a. 5.
rit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis He
51 liopoleos. * Vocauitq. nomen primogeniti.
Manasses, dicẽs: Obliuisci me fecit De⁹ om-
nium laborum meorum, & domus patris
52 mei. * Nomen quoque secundi appellauit
Ephraim, dicens: Crescere me fecit Deus in
53 terra paupertatis meæ. * Igitur transactis se
ptẽ vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto:
54 * ceperũt venire septem anni inopiæ: quos
prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe fa-
mes præualuit, in cũcta autẽ terra Aegypti
55 panis erat. * Qua esuriẽte, clamauit popu-
lus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus
ille respondit: Ite ad Ioseph, & quidquid
56 ipse vobis dixerit, facite. * Crescebat autem
quotidie fames in omni terra, aperuitq. Io-
seph vniuersa horrea, & vẽdebat Aegyptijs:
57 nam, & illos oppresserat fames. * Omnesq.
prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt eme-
rent escas, & malum inopiæ temperarent.

CAP.

CAP. XLII.

AVdiens autem Iacob q alimenta ven- 1
derentur in Aegypto, dixit filijs suis: A
Quare negligitis? * audiui q triticum venũ- 2
deretur in Aegypto, descendite, & emite nobis
necessaria, vt possimus viuere, & non cõsu-
mamur inopia. * Descendentes igitur fratres 3
Ioseph decem, vt emerent frumẽta in Aegy-
pto. * Beniamin domi retento à Iacob, qui 4
dixerat fratribus eius: Ne fortè in itinere q̃d
5 quam patiatur mali: * ingressi sunt terram
Aegypti cum alijs, qui pergebant ad emen-
dum. Erat autem fames in terra Chanaan.
6 * Et Ioseph erat princeps in terra Aegypti.
B atq; ad eius nutũ frumenta populis vendebã
7 tur. * Cumq. adorassẽt eũ fratres sui, & agno
uisset eos, quasi ad alienos durius loqueba-
tur, interrogãs eos. Vnde venistis? Qui respõ
derunt. De terra Chanaã vt emamus victui

necessaria. * Et tamẽ fratres ipse cognoscẽs. 8
nõ est recognitus ab eis. * Recordatusq. som 9
niorum, quæ aliquando viderat : ait ad eos :
Exploratores estis: vt videatis infirmiora ter
ræ venistis. * Qui dixerũt: Non est ita domi- 10
ne, sed serui tui venerunt vt emerent cibos
* Omnes filij vnius viri sum⁹ pacifici veni- 11
mus, nec quidquam famuli tui machinãtur C
mali. * Quibus ille respondit: Aliter est: im- 12
munita terræ huius considerare venistis.
* At illi: Duodecim, inquiunt, serui tui, fra- 13
tres sumus, filii viri vnius in terra Chanaan:
minimus cum patre nostro est, alius non est
super. * Hoc est, ait, qđ locutus sum : Explo- 14
ratores estis. * Iam nunc experimentum ve- 15
stri capiam per salutem Pharaonis non egre-
diemini hinc, donec veniat frater vester mi-
nimus * Mittite ex vobis vnũ, & adducat 16
eum: vos autem eritis in vinculis, donec pro-
bẽtur, quæ dixistis vtrum vera an falsa sint :
alioquin per salutẽ Pharaonis exploratores
estis. * Tradidit ergo illos custodiæ tribus 17
diebus. * Die autem tertio eductis de carce 18
re ait, Facite quæ dixi, & viuetis. Deum enim
* Inf. 43. timeo * Si pacifici estis, frater vester vnus li 19
a. 5. getur in carcere: vos aũt abite, & ferte fru- D
menta quæ emistis in domos vestras, * ‖ & 20
fratrum vestrum minimum ad me adduci-
te, vt possim vestros ꝓbare sermones, & nõ
21 moriamini. Fecerunt vt dixerat, * & locuti
sunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia
peccauimus in fratrem nostrum, vidẽtes an-
gustiã animæ illius, dum deprecaretur nos,
& non audiuimus : idcirco venit super nos
22 ista tribulatio. * E quibus vnus Rubẽ, ait : ‖ Su. 37.
Numquid non dixi vobis? Nolite peccare in c. 22.
puerum, & non audistis me? en sanguis eius
23 exquiritur. * Nesciebant autem quod intelli
E geret Ioseph: eo quod per interpretem loque-
24 retur ad eos. * Auertitque se parumper, &
25 fleuit: & reuersus locutus est ad eos. * Tol-
lensque Simeon, & ligans illis præsentibus,
iussit ministris, vt implerent eorũ saccos tri-
tico, & reponerent pecunias singulorũ in sac-
culis suis, datis supra cibarijs in viam: qui fe-
26 cerunt ita, * At illi portantes frumẽta in asi-
27 nis suis, profecti sunt. * Apertoque vnus sac-
co, vt daret iumẽto pabulum in diuersorio
28 contemplatus pecuniam in ore sacculi, * di-
xit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia,
en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbati-
F que mutuo dixerũt. Quidnam est hoc quod
29 fecit nobis Deus? * Veneruntque ad Iacob
patrem suum in terram Chanaan, & narra-
uerunt ei omnia, quæ accidissent sibi, dicen-
30 tes; * Locutus est nobis dominus, terræ du-

rè, & putauit nos exploratores eſſe prouin-
ciæ.* Cui reſpondimus: Pacifici ſumus, nec 31
vllas molimur inſidias.* Duodecim fratres 32
vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper,
minimus cum patre noſtro, eſt in terra Cha-
naan.* Qui ait nobis: Sic probabo, quod pa- 33
cifici ſitis: Fratrem veſtrum vnum dimitti-
te apud me, & cibaria domibus veſtris neceſ
ſaria ſumite, & abite,* fratremque veſtrum 34
minimum adducite ad me, vt ſciam quod
non ſitis exploratores: & iſtum, qui tenetur
in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ
vultis, emendi habeatis licentiam.* His di- 35
ctis, cum frumenta effunderent, ſinguli repe
rerunt in ore ſaccorum ligatas pecunias: ex-
territiſque ſimul omnibus, dixit pater Iacob: 36
Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph nō eſt G
ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Benia-
min auferetis: in me hæc omnia mala recide-
runt.* Cui reſpondit Ruben: Duos filios 37
meos interfice ſi non reduxero illum tibi:
trade illum in manu mea, & ego eum tibi
reſtituam.* At ille: Non deſcendit, inquit, fi- 38
lius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt,
& ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſi acci-
derit in terra, ad quam pergitis, deducetis ca-
nos meos cum dolore ad inferos.

CAP. XLIII.

INterim fames omnem terram vehemen- 1
ter premebat.* Conſumptiſq. cibis, quos 2
ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios A
ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum
eſcarum.* Reſpondit Iudas: Denunciauit no 3
bis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurādi, dicēs.
Non videbitis faciem meam, niſi fratrem
veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum.
* Si ergo vis eum mittere nobiſcum, perge- 4
mus pariter, & ememus tibi neceſſaria: * ſin 5
autem non vis, non ibimus: vir enim, vt ſepe
diximus, denunciauit nobis dicens: Non vi- Sup.42.
debitis faciem meam abſq. fratre veſtro mi- d.20.
6 nimo.* Dixit eis Iſrael: In meam hoc feciſtis
B miſeriam, vt indicaueritis ei, & alium habere
7 vos fratrem.* At illi reſponderunt: Interro-
gauit nos homo per ordinem noſtram pro-
geniē, ſi pr̄ viueret: ſi haberemus fratrē: & nos
reſpondimus ei conſequenter iuxta id, quod
fuerat ſciſcitatus, numquid ſcire poteramus,
quòd dicturus eſſet: Adducite fratrem ve-
8 ſtrum vobiſcum?* Iudas quoque dixit patri
ſuo: Mitte puerum mecū, vt proficiſcamur,
& poſſimus viuere: ne moriamur nos, & par
9 uuli noſtri.* Ego ſuſcipio puerum: de manu Inf.44
mea require illum, niſi reduxero, & reddide- g.32.
ro eum tibi, ero peccati reus in te omni tem-
10 pore.* Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice
11 altera veniſſemus.* Igitur Iſrael pater eorū
C dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt, facite quod vul
tis: ſumite de optimis terræ fructibus in vaſis
veſtris, & deferte viro munera, modicum re-
ſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebin-
12 thi, & amygdalarum.* Pecuniam quoque
duplicem ferte vobiſcum, & illam, quam in-
ueniſtis in ſacculis, reportate, ne fortè errore
13 factum ſit: * ſed & fratrem veſtrū tollite, &
14 ite ad virum.* Deus autem meus omnipo-
tens faciat vobis eum placabilem: & remit-
tat vobiſcum fratrem veſtrū, quem tenet, &
hunc Beniamin: ego autē quaſi orbatus abſ-
15 que liberis ero.* Tulerunt ergo viri mune-
ra, & pecuniam duplicem, & Beniamin: de-
ſcenderuntque in Ægyptum, & ſteterunt co
16 ram Ioſeph.* Quos cum ille vidiſſet, & Be-
D niamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus
ſuæ, dicens: Introduc viros domum, & occi-
de victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam

me-

mecum ſunt comeſturi meridie.* Fecit ille 17
quod ſibi fuerat imperatū, & introduxit vi-
ros domum.* Ibique exterriti, dixerunt mu- 18
tuo: Propter pecuniam, quā retulimus prius
in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuol-
uat in nos calumniam, & violenter ſubijciat
ſeruituti, & nos, & aſinos noſtros.* Quam- 19
obrem in ipſis foribus accedentes ad diſpen-
ſatorem domus * locuti ſunt: Oramus dn̄e 20
Sup.24. vt audias nos. Iam ante deſcendimus, vt e-
a.3. meremus eſcas.* quibus emptis, cum veniſ- 21
ſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos no
ſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorū:
quam nunc eodem pondere reportauimus. E
* Sed & aliud attulimus argentum, vt ema- 22
mus, quæ nobis neceſſaria ſunt: nō eſt in nr̄a
cōſcientia, quis poſuerit eā in marſupijs no-
ſtris.* At ille rn̄dit: Pax vobiſcum, nolite ti- 23
mere: Deus veſter, & Deus patris veſtri de-
dit vobis theſauros in ſaccis veſtris, nam pe-
cuniam, quam dediſtis mihi, probatam ego
habeo. Eduxitq. ad eos Simeon.* Et introdu- 24
ctis domum, attulit aquā, & lauerunt pedes
ſuos, deditq. pabulum aſinis eorū.* Illi ve- 25
rò parabant munera, donec ingrederetur Io- F
ſeph meridie: audierāt enim quod ibi come-
ſturi eſſent panem.* Igitur ingreſſus eſt Io- 26
ſeph domum ſuam, obtuleruntque ei mu-
nera, tenentes in manibus ſuis: & adoraue-
27 runt proni in terram.* At ille clementer reſa
G lutatis eis, interrogauit eos, dicens: Saluus ne
eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mi-
28 hi? Adhuc viuit?* Qui reſponderunt: Soſpes
eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et
29 incuruati, adorauerunt eum.* Attollens aūt
Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrem ſuū
vterinum, & ait: Iſte eſt frater veſter paruu-
lus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum: Deus,
30 inquit, miſereatur tui, fili mi.* Feſtinauitq.
quia commota fuerāt viſcera eius ſuper fra-
tre ſuo, & erumpebant lacrymæ: & introiens
31 cubiculū fleuit.* Rurſumq. lota facie egreſ-
32 ſus, continuit ſe, & ait: Ponite panès.* Quib.
appoſitis ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratri-
bus, Ægyptijs quoq. qui veſcebantur ſimul,
ſeorſum (illicitum eſt enim Ægyptijs come-
dere cum Hæbræis, & profanum putant hu-
33 iuſcemodi conuiuium,) * ſederunt coram
eò primogenitus iuxta primogenita ſua, &
minimus iuxta ætatem ſuam. Et mirabanr-
34 tur nimis, * ſumptis partib. quas ab eo acce-
perant: maiorque pars venit Beniamin, ita
vt quinque partibus excederet. Biberuntque,
& inebriati ſunt cum eo.

CAP. XLIIII.

PRæcepit autem Ioſeph diſpenſatori do- 1
mus ſuæ, dicens: Imple ſaccos eorum fru- A
mento, quantum poſſunt capere: & pone pe
cuniam ſingulorum in ſummitate ſacci.* Scy 2
phum autem meum argenteum, & pretium
quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris:
Factumque eſt ita.* Et orto mane, dimiſſi 3
ſunt cum aſinis ſuis.* Iamque vrbem exie- 4
rant, & proceſſerant paululum: tunc Ioſeph
accerſito diſpenſatore domus, Surge, inquit,
& perſequere viros: & apprehenſis dicito,
5 Quare reddidiſtis malum pro bono?* Scy-
B phus, quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit
dn̄s meus, & in quo augurari ſolet: peſſimā
6 rem feciſtis.* Fecit ille vt iuſſerat. Et appre-
7 henſis per ordinem locutus eſt.* Qui reſpon
derunt: Quare ſic loquitur Dominus no-
ſter, vt ſerui tui tantum flagitij commiſe-
8 rint?* Pecuniam, quam inuenimus in ſum-
mitate ſaccorum, reportauimus ad te de ter-
ra Chanaan; & quomodo conſequens eſt, vt

furati simus de domo dñi tui,aurũ vel argẽ-
tum?* Apud quemcumq.fuerit inuentũ ser- 9
uorũ tuorum quòd quæris,moriatur,& nos, C
erimus serui dñi nostri. * Qui dixit eis: Fiat 10
iuxta vestram sententiam:apud quemcũque
fuerit inuẽtum,ipse sit seruus meus, vos au-
tem eritis innoxij.* Itaque festinato deponẽ-11
tes in terram saccos , aperuerunt singuli. * 12
Quos scrutatus, incipiens à maiore vsque ad
minimum,inuenit scyphum in sacco Benia-
min.* At illi, scissis vestibus,oneratisq. rursũ 13
asinis,reuersi sunt in oppidum.* Primusque 14
Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph
(necdum enim de loco abierat)omnesq.ante
eum pariter in terram corruerunt. * Quibus 15
ille ait: Cur sic agere voluistis?an ignoratis:ꝙ
non sit similis mei in augurandi scientia ? D
* Cui Iudas.Quid respõdebim⁹,inquit,dño 16
meo?vel quid loquemur,aut iustè poterimus
obtendere?Deus inuenit iniquitatem seruo-
rum tuorum:en oẽs serui sumus dñi mei,&
nos,apud quem inuentus est scyphus * Re-17
spõdit Ioseph: Absit à me,vt sic agam,qui fu-
ratus est scyphũ,ipse sit seruus meus:vos aũt
abite liberi ad patrem vestrum ,* Accedens 18
autem proprius Iudas,confidenter ait : Oro
dñe mi,loquatur seruus tuus verbum in au- E
ribus tuis,& ne irascaris famulo tuo:tu es eñ
″Sup.42. c.11. post Pharaonem* dominus meus. ″Interro-19
gasti prius seruos tuos: Habetis patrem, aut
fratrem?*& nos respõdimus tibi dño meo: 20
Est nobis pater senex , & puer paruulus, qui
in senectute illius natus est : cuius vterinus
frater mortuus est : & ipsum solum hẽt ma-
21 ter sua,pater verò tenere diligit eum.* Dixi-
F stiq. seruis tuis: Adducite eũ ad me , & ponã
22 oculos meos super illum.* Suggessimus dño
meo: Nõ põt puer,relinquere patrẽ suum: si
23 enim illum dimiserit, morietur. *″Et dixisti ″Sup.43. a.3.& 5.
seruis tuis : Nisi venerit frater vester mini-
mus vobiscum , non videbitis amplius faciẽ
24 meam.* Cum ergo ascendissemus ad famu
lum tuum patrem nostrum , narrauimus ei
25 omnia,quæ locutus est dñs meus.* Et dixit
pater noster:Reuertimini,& emite nobis pa-
26 rum tritici.* Cui diximus:Ire nõ possumus
si frater noster minimus descenderit nobis-
cum, proficiscemur simul:alioquin illo absẽ-
27 te,non audemus videre faciẽ viri.* Ad quæ
G ille respõdit:″ Vos scitis quod duos genuerit ″Sup.37. c.23.g. 33.
28 mihi vxor mea.* Egressus est vnus, & dixi-
stis: Bestia deuorauit eũ , & hucusq. non cõ-
29 paret. Si tuleritis,& istũ,& aliqd ei ĩ via cõti-
gerit,deducetis canos meos cũ mœrore ad in-
30 feros.* Igitur si intrauero ad seruũ tuum pa
trẽ nostrũ,& puer defuerit,(cum aĩa illius ex
31 huius anima pendeat)* videritq. nõ esse no-
biscũ morietur , & deducẽt famuli tui canos
32 eius cũ dolore ad inferos.* Ego propriè ser-
uus tuus sim,qui in meã hunc recepi fidẽ;&
spopondi dicẽs.″ Nisi reduxero eum,peccati
33 reus ero in patrẽ meũ oĩ tpe.* Manebo itaq- ″Sup.43. b.9.
seruus tu⁹, ꝓ puero in ministerio dñi mei,&
34 puer ascẽdat cũ fratrib.suis* Nõ eñ possum
redire ad patrẽ meũ,absẽte puero:ne calami
tatis,quæ oppssura ẽ patrẽ meũ,testis assistã.



CAP XLV.

NOn se poterat vltra cohibere Ioseph 1
multis coram astantibus:vnde precepit A
vt egrederentur cũcti foras,& nullus interes-
set alienus agniti oni mutuæ . * Eleuauitque 2
vocem cum fletu:quam audierunt Ægyptij,
3 omnesque domus Pharaonis . * Et dixit fra-
trib.suis: Ego sum Ioseph: adhuc pater meus
viuit? Nõ poterant respõdere fratres,nimio
4 terrore perterriti. * Ad quos ille clementer
Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent B
Act.7.b. 13. prope, ″ Ego sum ait , Ioseph, frater vester ,
quem vẽdidistis in Ægyptũ. * Nolite paue- 5
″Inf.50. c.10. re,neque vobis durũ esse videatur,quod vẽ-
didistis me in his regionibus : ″ pro salute
enim vestra misit me Deus ante vos in Ægy
ptum. * Biennium est enim, quod cœpit fa- 6
mes esse in terra : & adhuc quinque anni re-
stãt,quibus nec arari poterit nec meti.* Præ- 7
misitq.me Deus, vt reseruemini super terrã,
& escas ad viuendũ habere possitis:* Nõ ve 8
stro cõsilio, sed Dei volũtate huc missus sũ: C
qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & do-
minũ vniuersæ domus eius, ac principem in
omni terra Ægypti.* Festinate, & ascendite 9
ad patrem meũ,& dicetis ei: Hæc mãdat fi-
lius tuus Ioseph:Deus fecit me dñm vniuer-
sę terrę Ægypti:descẽde ad me,ne moreris,
* & habitabis ĩ terra Gessen:erisq.iuxta me 10
tu,& filij tui,& filij filiorũ tuorũ, oues tuæ,
& armenta tua , & vniuersa, quæ possides .
*Ibiq.te pascã (adhuc enim quinq.anni resi- 11
dui sunt famis)ne & tu pereas,& dom⁹ tua, D
& omnia,quæ possides. * En oculi vestri,& 12
oculi fratris mei Beniamin vidẽt, ꝙ os meũ
loquatur ad vos. * Nunciate patri meo vni- 13
uersam gloriã meam,& cuncta,quæ vidistis
in Ægypto:festinate , & adducite eũ ad me.
* Cumq amplexatus recidisset in collum Be-14
niamin fratris sui, fleuit : illo quoq; similiter
flente super collũ eius. * Osculatusq. est Io- 15
seph oẽs fratres suos , & plorauit super sin-
gulos:post quę ausi sunt loqui ad eũ.* Audi- 16
tumque est, & celebri sermone vulgatum in
aula regis : Venerunt fratres Ioseph:& gaui- E
sus est Pharao,atq omnis familia eius.* Di- 17
xitq.ad Ioseph, vt imperaret fratrib. suis di-
cẽs. Onerantes iumenta,ite in terrã Chanaã,
*& tollite inde patrẽ vestrũ , & cognationẽ, 18
& venite ad me:& ego dabo vobis oĩa bona
Ægypti , vt comedatis medullam terræ. * 19
Præcipe etiam , vt tollant plaustra de terra
Aegypti,ad subuectionem paruulorum suo- F
rum,ac coniugum:& dicito : Tollite patrem
vestrum,& properate quantocyus veniẽtes .
* Nec dimittatis quidquã de supellectili ve- 20
stra: quia omnes opes Aegypti vestræ erunt.
* Feceruntq.filij Israel, vt eis mandatũ fue- 21
rat. Quibus dedit Ioseph plaustra,secũdum
Pharaonis imperium : & cibaria in itinere .
* Singulis quoq. proferri iussit binas stolas : 22
Beniamin vero dedit trecentos argenteos cũ
quinque stolis optimis * tantũdem pecuniæ 23
& vestiũ mittens patri suo,addens,& asinos
decem,qui subueherent ex omnibus diuitijs
Ægypti,& totidem asinas , triticum in itine-
re,panesq portantes . * Dimisit ergo fratres 24
suos , & proficiscentibus ait : Ne irascamini
in via. * Qui ascendentes ex Ægypto,vene- 25
runt in terrã Chanaan ad patrem suum Ia- G
cob.* Et nunciauerunt ei,dicẽtes : Ioseph fi- 26
lius tuus viuit , & ipse dominatur in omni
terra Aegypti. Quo audito Iacob , quasi de
graui somno euigilans, tamen non credebat
eis . * Illi ẽ contra referebant omnem ordi- 27
nem rei. Cumq.vidisset plaustra,& vniuer-
28 sa,quæ miserat,reuixit spiritus eius,* & ait :
Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus vi-
uit: vadam,& videbo illũ antequã moriar.

CAP. XLVI.

1 PRofectusq Israel cum omnibus,quæ ha-
A bebat , venit ad Puteum iuramenti , &
mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,
2 * audiuit eum per visionem noctis vocantẽ
se , & dicentem sibi : Iacob , Iacob , cui re-
3 spondit : Ecce ad sum . * Ait illi Deus: Ego
sum fortissimus De⁹ patris tui : noli timere,
descende in Ægyptum, quia in gentem ma-
4 gnam faciam te ibi.* Ego descendam tecum
illuc, & ego inde adducam te reuertentem :
Ioseph quoque ponet manus suas super ocu-
5 los tuos * Surrexit autem Iacob à Puteo iu-
ramenti : ″ tuleruntq.eum filij cum paruulis ″ Act.7.
& vxoribus suis in plaustris, q̃ miserat Pha- b.15.
6 rao ad portandũ senẽ, * & omnia, quæ pos-
sederat in terra Chanaan : ″ venitque in Ae- ″Ios. 24.
7 gyptum cum omni semine suo * filij eius , a.3.
8 & nepotes, filiæ,& cuncta simul progenies.* Psa.204.
B Hæc sunt autem nomina filiorum Israel , b.12.
qui ingressi sunt in Aegyptũ , ipse cum libe- Isa. 52.
9 ris su s , ″ Primogenitus Ruben . * Filij Ru- a.4.
ben: Henoch,& Phallu,& Hesron,& Char- ″ Exo.1.
10 mi.* Filij Simeõ:Iamuel,& Iamin,& Ahod, a.26.
& Iachin, & Sohar, & Saul filius Chanaani- Num.
11 tidis . * Filij Leui : Gerson,& Caath,& Me- 26.a.5.
12 rari.* Filij Iuda:Her,& Onã,& Sela,& Pha- 1. Par.5.
res,& Zara mortui sunt autem Her, & Onã a.1.& 3.
in terra Chanaan: Natique sunt filij Phares: Exo.6.c.
13 Hesron,& Hamul.* Filij Issachar:Thola,& 15.
14 Phua,& Iob,& Semron. * Filij Zabulon:Sa- 1. Par.4.
15 red, & Elon, & Iahelel . * Hi filij Lia quos c.24.
genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina fi- 1. Par.6.
lia sua, omnes animæ filiorum eius, & filia- a.1.
16 rum, triginta tres . * Filij Gad,Sephion,& 1. Par 2.
Haggi,& Suni,& Esebõ,& Heri,& Arodi,& a.3.4.d.
17 Areli.* Filij Aser: Iamne,& Iesua,& Iessui, 21.
& Beria, Sara quoque soror eorum Filij Be- ″ 1.Pa.7.
18 ria: Heber,& Melchiel,*hi filij Zelphæ,quã f.30.
dedit Laban Liæ filiæ suæ , & hos genuit ″Sup.41.
19 Iacob sedecim animas. * Filij Rachel vxoris f.53.
20 Iacob : Ioseph, & Beniamin * ″ Natiq.sunt 1. Par.7.
Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei b.6.a.1.8
C Aseneth filia Putiphare sacerdotis Helio-
21 poleos : Manasses , & Ephraim. * Filij Be-
niamin: Bela,& Bechor,& Asbel,& Gera, &
Naaman,& Echi,& Ros & Mophim, & O-
22 phim,& Ared: * hi filij Rachel quos genuit
23 Iacob.omnes animæ , quatuordecim. * Fi-
24 lij Dã:Husim.*Filij Nephthali; Iasiel,& Gu
25 ni,& Ieser,& Sallem.* Hi filij Balæ,quã de-
dit Labã Racheli filiæ suæ:& hos genuit Ia-
26 cob:oẽs animæ,septẽ.* Cunctæ animæ,quæ
ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum , &
egressæ sunt de femore illius, absque vxori-
27 bus filiorum eius,sexaginta sex.* Filij autem
Ioseph,qui nati sunt ei in terra Aegypti, ani-
mæ duæ.″ Omnes animę domus Iacob,quæ ″ Deut.
ingressę sunt in Aegyptum,fuere septuagin- 10.d.22.

ta. * Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, 28
vt nũciaret ei, & occurreret in Gessen. * Quo 29
cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo,
ascendit obuiam patri suo ad eundem lo- D
cum: vidensq. eum, irruit super collum eius,
& inter amplexus fleuit. * Dixitq. pater ad 30
Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem
tuam, & superstitem te relinquo. * At ille lo- 31
cutus est ad fratres suos, & ad omnem do-
mũ patris sui: Ascendam, & nunciabo Pha-
raoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus
patris mei, qui erant in Terra Chanaan, ve-
nerunt ad me: * & sunt viri pastores ouiũ, 32
curamque habent alẽdorum gregum: peco-
ra sua, & armenta, & omnia, quæ habere po-
tuerunt adduxerunt secum. * Cumque vo- 33
cauerit vos, & dixerit: Quod est opus ve-
strum? * Respõdebitis: Viri pastores sumus 34
serui tui, ab infantia nostra vsq. in præsens,
& nos, & patres nostri. Hæc autem dicetis,
vt habitare possitis in Terra Gessen: quia de
testantur Ægyptij omnes pastores ouium.

CAP. XLVII.

INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharao- 1
ni, dicens: Pater meus, & fratres, oues A
eorum, & armenta, & cuncta quæ possident,
venerunt de Terra Chanaan: & ecce consi-
2 stunt in Terra Gessen. * Extremos quoque
fratrum suorum quinque viros cõstituit co-
3 ram rege: * quos ille interrogauit: Quid ha-
betis operis? Responderunt: Pastores ouium
4 sumus serui tui, & nos, & patres nostri. * Ad
peregrinandum in terra tua venimus: quo-
niam non est herba gregibus seruorum tuo-
rum. Ingrauescente fame in terra Chanaan:
petimusq. vt esse nos iubeas seruos tuos in
5 Terra Gessen. * Dixit itaq. rex ad Ioseph: Pa-
B ter tuus, & fratres tui venerunt ad te. * Ter-
6 ra Ægypti in cõspectu tuo est: in optimo lo-
co fac eos habitare, & trade eis Terram Ges-
sen. Quod si nosti in eis esse viros ĩdustrios,
constitue illos magistros pecorum meorum.
7 * Post hæc introduxit Ioseph patrem suum
ad Regẽ, & statuit eum corã eo: qui benedi-
8 cens illi, * & interrogatus ab eo: Quot sunt
9 dies annorum vitæ tuæ? * Respondit: Dies
peregrinationis meæ centum triginta anno-
rum sunt, parui, & mali, & non peruenerunt
C vsque ad dies patrum meorum, quibus pe-
10 regrinati sunt. * Et benedicto rege, egressus
11 est foras. * Ioseph verò patri, & fratrib. suis
dedit possessionẽ in Ægypto in optimo ter-
ræ loco, Ramesses, vt præceperat Pharao.
12 * Et alebat eos: omnemq. domũ patris sui,



præbens cibaria singulis. * In toto enim or- 13
be panis deerat, & oppresserat fames ter-
ram, maximè Ægypti, & Chanaan. * E qui- 14
bus omnem pecuniam congregauit pro vẽ-
ditione frumenti, & intulit eam in ærarium
regis. * Cumque defecisset emptoribus pre- 15
tium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph, di-
cens: Da nobis panes: quare morimur co- D
ram te, deficiente pecunia? * Quibus ille re- 16
spondit: Adducite pecora vestra: & dabo vo
bis pro eis cibos, si pretium non habetis,
17 * Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta
pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: su-
stentauitque eos illo anno pro commutatio-
18 ne pecorum. * Venerunt quoque anno se-
cundo, & dixerunt ei: Non celabimus do-
minum nostrum, quod deficiente pecunia,
pecora simul defecerunt: nec clam te est.
quod absq. corporibus, & terra nihil habea-
19 mus. * Cur ergo moriemur te vidẽte? & nos
& terra nostra tui erimus: eme nos in serui-
tutem regiam, & præbe semina, ne pereun-
te

te cultore redigatur terra in solitudinem.
* Emit igitur Ioseph omnem Terrã Ægy- 20
pti, vendentibus singulis possessiones suas E
prę magnitudine famis. Subiecitq. eam Pha-
raoni, * & cũctos populos eius à nouissimis 21
terminis Ægypti vsque ad extremos fines
eius, * præter terram sacerdotum, quæ à re- 22
ge tradita fuerat eis: quibus, & statuta ciba-
ria ex horreis publicis præbebantur, & idcir-
co non sunt compulsi vendere possessiones
suas. * Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt 23
cernitis, & vos, & terram vestram Pharao
possidet: accipite semina, & serite agros,
* vt fruges habere possitis. Quintã partem 24
regi dabitis: quatuor reliquas permitto vo- F
bis in sementem, & in cibum familijs, & li-
beris vestris. * Qui responderunt: Salus no- 25
stra in manu tua est: respiciat nos tantum
dominus noster, & læti seruiemus regi. * Ex 26
eo tempore vsq. in præsentem diem in vni-
uersa terra Ægypti regibus quinta pars sol-
uitur, & factum est quasi in legem, absq. ter-
ra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione
fuit. * Habitauit ergo Israel in Ægypto, id 27
est in Terra Gessen, & possedit eã: auctusq.
est, & multiplicatus nimis. * Et vixit in ea 28
decem, & septem annis: factiq. sunt omnes
dies vitæ illius centum quadraginta septem
annorum. * Cumq. appropinquare cerneret 29
diem mortis suæ, vocauit filium suum Io- G
seph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in ["Sup. 24. a. 2.]
conspectu tuo," pone manum tuam sub fe-
more meo: & facies mihi misericordiam, &
veritatem, vt non sepelias me in Ægypto:
* sed dormiam cum patribus meis, & aufe- 30
ras me de terra hac, condasque in sepulchro
maiorum meorum. Cui respondit Ioseph:
Ego faciam quod iussisti. * Et ille: Iura ergo, 31
inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel
Deum, conuersus ad lectuli caput.

CAP. XLVIII.

HIs ita transactis nunciatum est Ioseph 1
quod ægrotaret pater suus: qui, assum- A
ptis duobus filijs Manasse, & Ephraim, ire
perrexit. Dictumq. est seni: * Ecce filius tuus 2
Ioseph venit ad te. Qui confortatus, sedit in
lectulo. * Et ingressus ad se ait: Deus omni- 3 ["Sup. 28. c. 13.]
potens " apparuit mihi in Luza, quæ est in
Terra Chanaan: Benedixitq. mihi, * & ait: 4
Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te
in turbas populorum: daboque tibi terram
hanc, & semini tuo post te in possessionem ["Sup. 41. f. 50.]
sempiternam. * Duo ergo filij tui, qui " na- 5
ti sunt tibi in Terra Ægypti antequam huc ["Ios. 13. b. 7. d. 29]
venirem ad te, mei erunt: " Ephraim, & Ma-
nasses, sicut Ruben, & Simeon reputabũtur
mihi. * Reliquos autem quo genueris post 6
eos, tui erunt, & nomine fratrũ suorum vo-
cabuntur in possessionibus suis. * Mihi. n. 7
quando veniebam de Mesopothamia, " mor- B ["Sup. 35. c. 11.]
tua est Rachel in terra Chanaan in ipso iti-
nere, eratque vernum tempus: & ingredie-
bar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam
Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Beth-
8 lehem. * Videns autem filios eius dixit ad
9 eum: Qui sunt isti? * Respondit: Filij mei
sunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco.
Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam il-
10 lis. * Oculi enim Israel caligabant præ ni-
mia senectute, & clarè videre non poterat.
Applicitosque ad se, deosculatus, & circum-
11 plexus eos, * dixit ad filium suum: Non
sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostẽdit
12 mihi Deus semen tuum. * Cumque tulisset
eos Ioseph de gremio patris, adorauit pro-
13 nus in terram. * Et posuit Ephraim ad dex-
C teram suam, id est, ad sinistram Israel: Ma-
nassen verò in sinistra sua, ad dexterã scili-
14 cet patris, applicuitq. ambos ad eum. * Qui
extendens manum dexteram, posuit super
caput Ephraim minoris fratris: sinistram au-
tẽ super caput Manasse, q maior natu erat,
15 cõmutans manus. * " Benedixitq. Iacob fi- ["Heb. 11 d. 21.]
lijs Ioseph, & ait: Deus, in cuius conspectu
ambulauerunt patres mei Abrahã, & Isaac,
Deus qui pascit me ab adolescentia mea vs-
16 que in præsentem diẽ: * " Angelus, qui eruit ["Sup. 31 d. 29. 32. a. 2. Mat. 18. b. 10.]
me de cunctis malis, benedicat pueris istis:
& inuocetur super eos nomen meum, no-
mina quoq. patrum meorum Abraham, &
Isaac, & crescant in multitudinem super ter-
17 ram. * Vidẽs autem Ioseph, quòd posuisset
pater suus dexterã manum super caput E-
phraim, grauiter accepit: & apprehensam
D manum patris leuare conatus est de capite
Ephraim, & trãsferre super caput Manasse.
18 * Dixitq. ad patrẽ: Non ita conuenit, pater:
quia hic est primogenitus: pone dexterã tuã
19 super caput eius. * Qui renuens, ait: Scio fili
mi, scio: & iste quidem erit in populos, &
multiplicabitur: sed frater eius minor, ma-
ior erit illo: & semen illius crescet in gentes.
20 * Benedixitq. eis in tempore illo, dicens: In
te benedicetur Israel, atque dicetur: Faciat
tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse.
21 Constituitq. Ephraim ante Manassen. * Et
ait ad Ioseph filium suum: En ego morior,
& erit Deus vobiscum, reducetq. vos ad ter- ["Ios. 15. b. 7. 16. a. 1.]
22 ram patrum vestrorum. * Dabo tibi " par-
tem vnam extra fratres tuos, quam tuli de ["Ios. 24. b. 1.]
manu " Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

CAP. XLIX.

1 VOcauit autẽ Iacob filios suos, & ait eis: [Deut. 33. a. b.]
A Congregamini, vt annunciẽ quæ ventu-
2 ra sunt vobis in dieb. nouissimis, * Cõgrega-
mini, & audite filij Iacob, audite Israel patrẽ
3 vestrũ: * Rubẽ primogenitus meus, tu forti-
tudo mea, & principiũ doloris mei, prior in
4 donis, maior in imperio. * Effusus es sicut a-
qua, non crescas: " quia ascẽdisti cubile patris ["Sup. 35. d. 22.]
5 tui, & maculasti stratũ eius. * Simeõ, & Leui ["1. Par. 5. a. 1.]
6 fratres: vasa iniquitatis bellantia. * In cõsiliũ
eorum non veniat anima mea, & in cętu il-
lorũ non sit gloria mea: " quia in furore suo ["Sup. 34. d. 25.]
occiderũt virum, & in voluntate sua suffo-
7 derunt murum. * Maledictus furor eorum,
quia

quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: " diuidam eos in Iacob, & dispergam
eos in Israel* Iuda, te laudabunt fratres tui: 8
manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorũ, B
adorabunt te filij patris tui. * " catulus Leo- 9
nis Iuda: ad prædam filij mi ascendisti: re-
quiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna,
quis suscitabit eum? * " NON AVFERE- 10
TVR sceptrum de Iuda, & dux de femore
eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse
erit expectatio gentium. * Ligans ad vineã 11
pullum suum, & ad vitem, ò fili mi, asinam
suam. Lauabit in vino stolam suã, & in san-
guine vuæ pallium suum. * Pulchriores sũt 12
oculi eius vino, & dentes eius lacte cãdidio-
res * Zabulon in littore maris habitabit, & 13
tẽ statione nauium pertingens vsque ad Si-
donem. * Issachar asinus fortis accubans in- 14
ter terminos. * Vidit requiem quod esset bo 15
na: & terram quòd optima: & suppositit hu-
merum suum ad portandũ, factusq. est tri-
butis seruiens. * Dan iudicabit populũ suũ 16
sicut, & alia tribus in Israel: * Fiat Dan colu 17
ber in via, cerastes in semita, mordens vn- C
gulas equi, vt cadat ascensor eius retro. * 18
SALVTARE tuum expectabo Domine
* Gad, accinctus præliabitur ante eum: & 19
ipse accingetur retrorsum. * Aser, pinguis 20
panis eius, & ipse præbebit delicias regibus
* Nephtali, ceruus emissus, & dans eloquia 21
pulchritudinis: * " Filius accrescens Ioseph, 22
filius, accrescens, & decorus aspectu: filiæ
discurrerunt super murum. * Sed exaspe- 23
rauerunt eum, & iurgati sunt, inuiderunt-
que illi habentes iacula. * Sedit in forti ar- 24
cus eius, & dissoluta sunt vnicula brachiorũ
& manuum illius per manus potẽtis Iacob:
inde pastor egressus est lapis Israel. * Deus 25
patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens
benedicet tibi benedictionibus cęli desuper
benedictionibus abyssi iacẽtis deorsum, be-
26 nedictionibus vberum, & vuluæ. * Benedi-
D ctiones patris tui confortatæ sunt, benedi-
ctionibus patrum eius: donec veniret des-
derium collium æternorum: fiant in capite
Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres
27 suos. * Beniamin lupus rapax, mane come-
28 det prædã, & vespere diuider spolia. * Oẽs
hi in tribubus Israel duodecim: hæc locutus
est eis pater suus, benedixitq singulis, bene-
29 dictionibus proprijs. * Et pręcepit eis dicẽs:
Ego congregor ad populum meum: sepeli-
te me cum patribus meis in spelunca dupli-
30 ci, quæ est in agro Ephron Hethæi, * contra
Mambre in Terra Chanaan, " quam emit
Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in
31 possessionẽ sepulchri. * Ibi sepelierunt eũ,
& Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac
cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condi-
32 ta iacet. * Finitisque mandatis, quibus filios
instruebat, collegit pedes suos super lectu-
lũ, & obijt appositusq. est ad populũ suum.

CAP. L.

1 QVod cernens Ioseph, ruit super faciem
A 2 patris flens, & deosculans eum. * Præ-
cepitque seruis suis medicis vt aromatibus
3 condirent patrem. * Quibus iussa explenti-
bus, transierunt quadraginta dies: iste quip-
4 pe mos erat cadauerum conditorũ. fleuitq.
eum Ægyptus septuaginta diebus. * Et ex-
pleto planctus tpe, locutus est Ioseph ad fa-
5 miliam Pharaonis: Si inueni gratiã in con-
spectu vestro loquimini in auribus Pharao-
nis: * eo quod pater meus adiurauerit me,
dicens: Ecce morior, in sepulchro meo " quod
fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me.

" Ios. 19. a. 1. 21. a.b.
" 1. Par. 52.
" Ioan. 1. f. 45.
Matt. 2. a.6.
" 1. Par. 5 a. 1.
" Act. 7. b.16.
" Sup. 13. d. 10.
" Sup. 23. d.
" Sup. 47. g. 29.

Ascen-

Ascendam igitur, & sepeliam patrem meũ,
ac reuertar, * Dixitque ei Pharao: Ascende, 6
& sepeli patrẽ tuũ sicut adiuratus es. * Quo 7
ascendente, ierunt cum eo omnes senes do-
mus Pharaonis, cunctique maiores natu B
Terræ Ægypti: * domus Ioseph cum fratri- 8
bus suis, absque paruulis, & gregibus, atque
armentis quæ dereliquerant in Terra Ges-
sen. * Habuit quoque in comitatu currus, & 9
equites: & facta est turba non modica. * Ve- 10
nerunt que ad Arcam Atad, quę sita est trãs
Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu
magno atque vehementi, impleuerunt se-
ptem dies. * Quod cũ vidissent habitatores 11
Terræ Chanaan, dixerunt: Plãctus magnus
est iste Ægyptijs. Et idcirco vocatum est no-
men loci illius, Planctus Ægypti. * Fecerunt 12
ergo filij Iacob sicut pręceperat eis. * Et por- 13
tantes eum in Terram Chanaan, " sepelie-
runt eum in spelunca duplici, " quam eme-
rat Abraham cum agro in possessionem se-
pulchri ab Ephron Hethæo contra faciem
Mambre. * Reuersusque est Ioseph in Ægy- 14
ptum cum fratribus suis, & omni comita- C
tu, sepulto patre. * Quo mortuo, timentes 15
fratres eius, & mutuo colloquentes: Ne for-
tè memor sit iniuriæ quã passus est, & red-
dat nobis omne malum quod fecimus, * 16
mandauerunt ei dicentes. Pater tuus præce-
17 pit nobis antequam moreretur, * vt hæc ti-
bi verbis illius diceremus: Obsecro vt obli-
uiscaris scęleris fratrum tuorum, & peccati
atq. malitiæ: quã exercuerunt in te, nos quo-
que oramus vt serui Dei patris tui dimit-
tas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit
18 Ioseph. * Veneruntq. ad eum fratres sui: &
proni adorantes in terram dixerunt. Serui
19 sumus. * Quibus ille respondit: Nolite time
20 re num Dei possumus resistere voluntati? *
D " Vos cogitastis de me malũ: sed Deus vertit
illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præ
sentiarum cernitis, & saluos faceret multos
21 populos. * Nolite timere ego " pascã vos, &
paruulos vestros, consolatusque est eos, &
22 blandè, ac leniter est locutus. * Et habitauit
in Ægypto cum omni domo patris sui, vi-
xitq. centũ decẽ annis. Et vidit Ephraim fi-
lios vsq. ad tertiã generationem. " Filij quo-
que Machir filij Manasse nati sunt in gẽtib.
23 Ioseph. * Quibus trãsactis, " locutus est fra-
tribus suis: Post mortẽ meam Deus visita-
bit vos, & ascendere vos faciet de terra ista
ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac, &
24 Iacob: * Cumq. adiurasset eos atq. dixisset:
Deus visitabit vos: " asportate ossa mea vo-
25 biscum de loco isto: * mortuus est, expletis
centum decẽ vitæ suæ annis. Et conditus a-
romatib. repositus est in loculo in Ægypto.

" Sup. 45. b. 9.
" Sup. 49. c. 12.
" Nu. 31. g. 39.
" Hebr. 11. d. 12.
" Exod. 13. d. 19. Ios. 24. g. 32.

LIBER EXODVS,

HEBRAICE VEELLE SEMOTH.

CAPVT PRIMVM.

HÆ C ſunt nomina filiorũ 1
Iſrael, qui ingreſſi ſunt in A
Ægyptũ cũ Iacob: ſingu-
Gen. 46. a.8. li cũ domibus ſuis intro-
ierunt:*Rubẽ,Simeon, Le 2
ui,Iudas,*Iſſachar, Zabu- 3
lon,& Beniamin, * Dan, 4
& Nephtali, Gad,& Aſer.
* Erant igitur omnes animæ eorum, qui 5
egreſſi ſunt de femore Iacob, ſeptuaginta:
Ioſeph autem in Ægypto erat. * Quo mor- 6
tuo,& vniuerſis fratribus eius,omnique co-
"Act.7.c.17. gnatione illa,* " filij Iſrael creuerunt, & 7
quaſi germinantes multiplicati ſunt: ac ro-
borati nimis, impleuerunt terram. * Surre- 8
xit interea rex nouus ſuper Ægyptum,
qui ignorabat Ioſeph: * & ait ad populum 9
ſuũ: Ecce, populus filiorũ Iſrael multus, & B
fortior nobis eſt. * Venite, ſapienter oppri- 10
mamus eũ, ne fortè multiplicetur: & ſi in-
gruerit contra nos bellum, addatur inimi-
cis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur
de terra. * Præpoſuit itaque eis magiſtros 11
operũ, vt affligerent eos oneribus: ædifica-
ueruntque vrbes tabernaculorũ Pharaoni,
Phitom,& Rameſſes *Quantoq. opprime- 12
bant eos, tanto magis multiplicabantur, &
creſcebãt;* oderantq. filios Iſrael Ægyptij, 13
14 & affligebant illudentes eis,*atq. ad amari-
tudinẽ perducebant vitã eorũ operibus du-
ris luti, & lateris, omniq. famulatu, quo in
C terræ operibus premebantur.*Dixit autem
15 Rex Ægypti obſtetricibus Hebræorũ: qua-
16 rum vna vocabatur Sephora altera Phua,*
præcipiẽs eis: Qñ obſtetricabitis Hebræas,&
partus tp̃s aduenerit: ſi maſculus fuerit, in-
17 terficite eũ: ſi femina, reſeruate. * Timue-
D runt aũt obſtetrices Deum, & non fecerunt
iuxta præceptũ regis Ægypti, ſed conſerua-
18 bant mares? * Quibus ad ſe accerſitis, rex
ait: Quidnã eſt hoc quod facere voluiſtis, vt
19 pueros ſeruaretis?*Quæ rñderunt: Nõ sũt
Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres: ipſę enim
obſtetricandi habẽt ſcientiã, & priuſquã ve-
20 niamus ad eas, pariunt. * Bene ergo fecit
Deus obſtetricib. & creuit populus, cõforta-
21 tuſq. eſt nimis. * Et quia timuerunt obſte-
22 trices Deũ, ædificauit eis domos.* Pręcepit
ergo Pharao omni populo ſuo, dicẽs: Quid
quid maſculini ſexus natum fuerit, in flu-
men proijcite: quidquid feminini, reſeruate.

CAP. II.

1 A EGreſſus eſt poſt hęc vir de domo Leui: "Inf.6.c.20.
"& accepit vxorem ſtirpis ſuæ. * quæ "Heb.11.d.23.
2 concepit,& " peperit filium; & videns eum
elegan-

elegantẽ, abſcondit tribus menſibus. * Cũq. 3
iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcir-
peam, & liniuit eam bitumine, ac pice: po-
ſuitq. intus infantulum, & expoſuit eum in
carecto ripæ fluminis, * ſtante procul ſo- 4
rore eius,& conſiderante euentum rei. * " 5
"Act.7.c.21. Heb. 11.d.23. Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis, vt
lauaretur in flumine, & puellæ eius gradie-
bantur per crepidinem aluei. Quæ cum vi-
diſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam è
famulabus ſuis: & allatam * aperiens, cer- 6
nenſque in ea paruulum vagientem, miſer-
ta eius, ait: De infantibus Hebræorum eſt
hic.* Cui ſoror pueri: Vis, inquit, vt vadam, 7
& vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nu B
trire poſſit infantulum?* Reſpondit: Vade. 8
Perrexit puella,& vocauit matrẽ ſuam.*Ad 9
quam locuta filia Pharaonis: Accipe, pue-
rum iſtum,& nutri mihi: ego dabo tibi mer-
cedẽ tuam. Suſcepit mulier,& nutriuit pue-
rum: adultumque tradidit filiæ Pharaonis.
* Quẽ illa adoptauit in locũ filij, vocauitq, 10
nomen eius Moyſes, dicens: Quia de aqua
tuli eum. * In diebus illis poſtquam creue- 11
"Heb.11.c.24. rat Moyſes, " egreſſus eſt ad fratres ſuos: vi-
ditque afflictionẽ eorum, & virũ Aegyptiũ
percutientem quẽdam de Hebræis fratrib.
ſuis. * Cumq. circumſpexiſſet huc, atq. il- 12
luc, & nullũ adeſſe vidiſſet, percuſſum Ae-
gyptium abſcondit ſabulo:* Et egreſſus die 13
altero conſpexit duos Hebræos rixantes: di-
xitq. ei, qui faciebat iniuriam: Quare percu-
tis proximum tuũ?* Qui reſpondit: Quis te 14
conſtituit principem,& iudicem ſuper nos? C
nũ occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti
Aegyptium? Timuit Moyſes, & ait: Qũo pa-
lam factum eſt verbum iſtud?* Audiuitque 15
Pharao ſermonem hunc, quærebat occide-
re Moyſen; qui fugiẽs de conſpectu eius, mo
ratus eſt in Terra Madian, & ſedit iuxta pu-
16 teum.* Erant autem ſacerdoti Madiã, ſeptẽ
filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam:
& impletis canalibus adaquare cupiebãt gre-
17 ges patris ſui.*Superuenere paſtores,*& eie
cerũt eas: ſurrexitq. Moyſes,& defenſis puel
18 lis, adaquauit oues earum. * Quæ cum re-
uertiſſent ad Raguel patrem ſuum, dixit ad
19 eas; Cur velocius veniſtis ſolito?*Reſponde
runt: Vir Aegyptius liberauit nos de manu
paſtorum: inſuper,& hauſit aquã nobiſcum.
20 potumq. dedit ouibus. * At ille: Vbi eſt? in-
D quit. Quare dimiſiſtis hominem? vocate eũ
21 vt comedat panem. * Iurauit ergo Moyſes
quod habitaret cum eo. " Accepitq. Sepho-
22 ram filiam eius vxorem,*quæ peperit ei fi- "Ioſ.18.a.2.3. 1.Par.23 b.15.
lium, quem vocauit Gerſam, dicens: Adue-
na fui in terra aliena. Alterum verò peperit,
quem vòcauit Eliezer, dicens: Deus enim pa
tris mei adiutor meus eripuit me de manu
23 Pharaonis. * Poſt multum verò temporis
mortuus eſt rex Aegypti: & ingemiſcentes
filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt: aſcẽ
ditque clamor eorum ad Deum ab operib.
24 * Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus
eſt fęderis, quod pepigit cum Abrahã, Iſaac,
25 & Iacob.* Et reſpexit Dominus filios Iſrael,
& cognouit eos.

CAP. III.

1 A MOyſes autem paſcebat oues Iethro ſo-
ceri ſui ſacerdotis Madian: cumq. mi-
naſſet gregẽ ad ĩteriora deſerti, venit ad mõ
2 tẽ Dei Horeb. * " Apparuitq. ei Dominus in
flãma ignis de medio rubi: & videbat quod "Act. 7.c.20.
3 rubus arderet,& non combureretur. * Dixit
ergo Moyſes: Vadam,& videbo viſionem
hãc magnam, quare nõ comburatur rubus.
Cernens

* Cernēs autem Dominus quod pergeret ad 4
videndum, vocauit eum de medio rubi, & B
ait: Moyſes, Moyſes. Qui reſpondit: Adſum.
* At ille: Ne appropies, inquit, huc: ſolue cal- 5
ceamentum de pedibus tuis: locus enim, in
"Mat. 22 quo ſtas, terra ſancta eſt. * Et ait: " Ego ſum 6
c. 32. Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac,
Mar. 12. & Deus Iacob. Abſcondit Moyſes faciē ſuā:
c. 26. non enim audebat aſpicere contra Deum.
Luc. 20. * Cui ait Dominus: Vidi afflictionem popu- 7
f. 37. li mei in Aegypto, & clamorem eius audiui
propter duritiam eorum qui præſunt operi-
bus? * & ſciens dolorem eius, deſcendi vt li- 8
berē eum de manibus Aegyptiorū, & edu-
cam de terra illa in terram bonam, & ſpatio- C
ſam, in terram quæ fluit lacte, & melle, ad lo
ca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, &
Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi. * Clamor er 9
go filiorū Iſrael venit ad me: vidiq. afflictio-
nem eorum, qua ab Aegyptijs opprimūtur.
* Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt 10
educas populū meum, filios Iſrael de Aegy-
pto. * Dixitq. Moyſes ad Deum: Quis ſum 11
ego vt vadam ad Pharaonem, & educam fi-
lios Iſrael de Aegypto? * Qui dixit ei: ego 12
ero tecum: & hoc habebis ſignū, quod miſe- D
rim te: Cum eduxeris populum meum de
Aegypto, immolabo Deo ſuper montē iſtū.
* Ait Moyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad 13
filios Iſrael, & dicā eis: Deus patrum veſtro-
rū miſit me ad vos, Si dixerint mihi: Quod
eſt nomē eius? quid dicam eis? * Dixit Deus 14
ad Moyſen: EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic
dices filijs Iſrael: QVI EST, miſit me ad vos.
* Dixitq. iterū Deus ad Moyſen: Hæc dices 15
filijs Iſrael: Dominus Deus patrum veſtro- E
rum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Ia
cob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in
æternum, & hoc memoriale meum in gene-
16 rationem, & generationem. * Vade, & con-
grega ſeniores Iſrael, & dices ad eos: Domi-
nus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi,
Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob,
dicens: Viſitans viſitaui nos, & vidi omnia
17 quæ acciderunt vobis in Aegypto. * Et dixi
vt educam vos de afflictione Aegypti in ter
ram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, &
F Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi, ad terrā fluē
18 tem lacte, & melle. * Et audient vocē tuam:
ingredieriſq. tu, & ſeniores Iſrael ad regem
Aegypti, & dices ad eū: Dominus Deus He-
bræorum vocauit nos: ibimus viam trium
dierum in ſolitudinem, vt immolemus Do-
19 mino Deo noſtro. * Sed ego ſcio quod non
G dimittet vos rex Aegypti, vt eatis niſi p ma-
20 nū validam. * Extendam enim manū meā
& percutiam Aegyptum in cunctis mirabi-
lib. meis, quæ facturus ſum in medio eorū:
21 poſt hæc dimittet vos. * Daboq. gratiam po-
pulo huic coram Aegyptijs, " & cū egredie- "Inf. 11 a. 2. & 12
22 mini, nō exibitis vacui: * ſed poſtulabit mu- e. 35.
lier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua, vaſa ar-
gentea, & aurea, ac veſtes poneti ſque eas ſu-
per filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ae-
gyptum.

CAP. IIII.

1 A RESpondens Moyſes, ait: Non credēt mi-
hi, neque audient vocem meam, ſed di-
2 cent: Non apparuit tibi Dominus. * Dixit er-
go ad eū: Quid eſt quod tenes in manu tua?
3 Reſpondit: Virga. * Dixitq. Dominus: Proij-
ce eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in co-
4 lubrum, ita vt fugeret Moyſes. * Dixitq. Do-
minus: Extende manum tuam, & apprehen-
de caudam eius. Extendit, & tenuit, verſaq.
5 eſt in virgam. * Vt credant, inquit, quod ap-
paruerit tibi Dominus Deus patrū ſuorum,
Deus

Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.
* Dixitque Dominus rurſum: Mitte manum 6
tuam in ſinum tuum. Quam cū miſiſſet in B
ſinum, protulit leproſam inſtar niuis. * Re- 7
trahe, ait, manum tuam in ſinum tuum. Re-
traxit, & protulit iterum, & erat ſimilis car-
ni reliquæ. * Si nō crediderint, inquit, tibi, ne- 8
que audierint ſermonē ſigni prioris, credent
verbo ſigni ſequentis. * Quòd ſi nec duobus 9
quidem his ſignis crediderint, neque audie-
rint vocem tuam: ſume aquam fluminis, &
effunde eam ſuper aridā, & quidquid hau-
ſeris de fluuio, vertetur in ſanguinem. * Ait 10
Moyſes: Obſecro Domine, nō ſum eloquēs C
ab heri, & nudiuſtertius, & ex quo locutus es
ad ſeruū tuū, impeditioris, & tardioris lin-
guæ ſum. * Dixit Dominus ad eum: Quis fe 11
cit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutū,
& ſurdum, videntem, & cęcum? nonne ego?
"Mat. 10 * Perge igitur, " & ego ero in ore tuo: doce- 12
d. 10. boq. te quid loquaris. * At ille: Obſecro, 13
inquit, Domine, mitte quem miſſurus es.
* Iratus Dominus in Moyſen, ait: Aaron 14
frater tuus leuites, ſcio quod eloquens ſit: ec-
ce ipſe egreditur in occurſum tuū, videnſq.
te lætabitur corde. * Loquere ad eum, & po- 15
ne verba mea in ore eius: & ego ero in ore D
tuo, & in ore illius, " & oſtendam vobis quid
"Inf. 7. agere debeatis. * Ipſe loquetur pro te ad po 16
g. 2. pulum, & erit os tuum: tu autem eris ei in
his quæ ad Deum pertinent. * Virgam quo- 17
que hanc ſume in manu tua, in qua facturus
es ſigna. * Abijt Moyſes, & reuerſus eſt ad 18
Iethro ſocerum ſuum, dixitq. ei: Vadam, &
reuertar ad fratres meos in Aegyptum, vt vi
deam ſi adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade
in pace. * Dixit ergo Domin⁹ ad Moyſen in 19
Madian: Vade, & reuertere in Aegyptum: E
Mortui ſunt enim omnes qui quærebāt ani-
20 mam tuā. * Tulit ergo Moyſes vxorem ſuā
& filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum,
reuerſuſq. eſt in Aegyptum, portans virgā
21 Dei in manu ſua. * Dixitq. ei Dominus re-
uertenti in Aegyptum: Vide vt omnia oſten
ta quæ poſui in manu tua, facias coram Pha-
raone: ego indurabo cor eius, & non dimit-
22 tet populum. * Dicesq. ad eum: Hæc dicit
F Dominus: Filius meus primogenitus Iſrael.
23 * Dixi tibi: Dimitte filium meum vt ſeruiat
mihi, & noluiſti dimittere eum: ecce ego in-
24 terficiam filium tuū primogenitū. * Cūq.
eſſet in itinere, in diuerſorio occurrit ei Do-
25 minus, & volebat occidere eum. * Tulit il-
lico Sephora acutiſſimam petram, & circum-
cidit præputiū filij ſui, tetigitq. pedes eius,
26 & ait: Sponſus ſanguinum tu mihi es. * Et
dimiſit eum poſtquam dixerat: Spōſus ſan-
27 guinum ob circumciſionem. * Dixit autem
G Dominus ad Aarō: Vade in occurſum Moy
ſi in deſertū. Qui perrexit obuiam ei in Mō-
28 tem Dei, & oſculatus eſt eum. * Narrauitq.
Moyſes Aaron omnia verba Domini, quib.
29 miſerat eū, & ſigna quæ mandauerat. * Ve-
neruntq. ſimul, & congregauerunt cunctos
30 ſeniores filiorū Iſrael. * Locutuſq. eſt Aa-
ron omnia verba, quæ dixerat Dominus ad
31 Moyſen, & fecit ſigna corā populo, * & cre-
didit populus. Audierūtq. qđ viſitaſſet Do-
minus filios Iſrael, & quod reſpexiſſet affli-
ctionem illorum, & proni adorauerunt.

CAP. V.

1 A POſt hæc ingreſſi ſunt Moyſes, & Aaron,
& dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dñs
Deus Iſrael: Dimitte populū meum, vt ſacri-
2 ficet mihi in deſerto. * At ille reſpōdit. Quis
eſt Dñs, vt audiā vocem eius, & dimittam
Iſrael;

Israel: nescio Dominum, & Israel nõ dimittam.* Dixerũtque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierũ in solitudinem, & sacrificemus Dño Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis, aut gladius. * Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyses, & Aaron solicitatis populũ ab operibus suis? ite ad onera vestra.* Dixitq. Pharao: Multus est populus terræ: videtis, q̃ turba succreuerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? * Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi, dicens: * Nequaquã vltra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant stipulas.* Et mẽsuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam: vacant.n. & idcirco vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro.* Opprimantur operibus, & expleant ea: vt nõ acquiescãt verbis mẽdacibus. * Igitur egressi præfecti operũ, & exactores, ad populũ dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas:* ite, & colligite ficubi inuenire poteritis, nec minuet̃, quidquam de opere vestro. * Dispersusq. est populus per omnẽ Terram Aegypti ad colligendas paleas.* Præfecti quoque operum instabant, dicentes: Complete opus vestrũ quotidie, vt prius facere solebatis quãdo dabantur vobis paleæ.* Flagellatique sunt, qui præerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mẽsuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie?* Venerũtq. præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonẽ dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos? * Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & injustè agitur contra populũ tuum.

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

17 * Qui ait: Vacatis otio, & idcirco dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino.* Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterũ.* Videbantq. se præpositi filiorum Israel in malo eo, quòd diceretur eis: Nõ minuetur, quãquã de lateribus, per singulos dies.* Occurrerunt.q. Moysi, & Aaron, qui stabant ex aduerso, egredientibus à Pharaone. * & dixerũt ad eos: Videat Dominus, & iudicet quoniam fœtere fecistis odorem nostrũ coram Pharaone, & seruis eius, & præbuistis ei gladiũ, vt occideret nos.* Reuersusq. est Moyses ad Dominum, & ait Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me? * Ex eo enim, quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberasti eos.

17 18 19 20 21 22 23

CAP. VI.

1 A Dixitq. Dominus ad Moysen: Nunc videbis, quę facturus sum Pharaoni: per manum enim fortẽ dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua.* Locutusq. est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus,* qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meũ ADONAI non indicaui eis,* Pepigiq. fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ.* Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Aegyptij oppresserunt eos, & recordatus sum pacti mei. * Ideo dic filijs Israel: Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & eruã de seruitute: ac redimã in brachio excelso, & iudicijs magnis.* Et assumam vos mihi in populũ, & B ero vester Deus, & scietis, quòd ego sum Dominus

2 3 4 5 6 7

minus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum:* & induxerim in terram, super quam leuaui manum meã vt darem eã Abraham, Isaac, & Iacob: daboq. illã vobis possidendã, ego Dns.* Narrauit ergo Moyses oĩa filijs Israel: qui nõ acquieuerunt ei propter angustiã spiritus, & opus durissimũ.* Locutusq. est Dns ad Moysen, dicẽs: 10 * Ingredere, & loquere ad Pharaonẽ regem Aegypti, vt dimittat filios Israel de terra sua.* Respondit Moyses coram Dño: Ecce filij Israel non audiunt me, & quo modo audiet Pharao, præsertim cum incircumcisus sim labijs? * Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit mãdatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Aegypti vt educerent filios Israel de terra Aegypti. * " Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben primogeniti Israelis: Henoch, & Phallu, Hesron, & Charmi.* hæ cognationes Ruben. * Filij Simeon: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Soar, & Saul filius Chananitidis, hæ progenies Simeon. * Et hæc nomina filiorũ Leui per cognationes suas: Gerson, & Gaath, & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septẽ. * " Filij Gerson: Lobni, & Semei, per cognationes suas. * " Filij Caath: Amram, & Iaar, & Hebron, & Oziel, anni quoque vitæ

8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

*Gen. 46 b. 9. Nu. 26. a 5. 1. Par. 5. a. 1. "1. Pa. 4. d. 24. "1. Pa. 6. a. 1. & 23 a 6. * Nu. 3. f. 17.

19 Caath, centum triginta tres. * filij Merari: Moholi, & Musi, hæ cognationes Leui p familias suas. * Accepit autẽ Amram vxorem Iochabed patruelem suum: quæ peperit ei D Aaron, & Moysen Fueruntq. anni vitæ Amram, centum triginta septem. * Filij quoque Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri.* Filij quoque Oziel: Misael, & Elisaphã, & Sethri.* Accepit autem Aaron vxorem Elisabeth filiã Aminadab, sororem Nahason, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. * Filij quoque Core: Aser, & Elcana, & Abiasaph, hæ sunt cognationes Coritarum. * At vero Eleazar filius Aron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi sunt princeps familiarum Leuiticarum per cogitationes suas. * Iste est Aarõ, & Moyses, quibus præcepit Dominus vt educerent filios Israel de Terra Aegypti per turmas suas. * Hi sunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educant filios Israel de Aegypto: iste est Moyses: & Aaron. * in die qua locutus est Dominus ad Moysen in Terra Aegypti:* Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonẽ regem Aegypti, omnia quæ ego loquor tibi * Et ait Moyses coram Domino: En incircumcisus labijs sum, quo modo audiet me Pharao?

19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

Nu. 26. g 57. 1. Par. 6. a. 2. 23. b 12.



CAP. VII.

1 Dixitq. Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron A frater tuus erit prophęta tuus.* " Tu loqueris ei omnia, quæ mãdo tibi: & ille loquetur ad Pharaonẽ, vt dimittat filios Israel de terra sua.* Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa, & ostenta mea in Terra Aegypti, * & non audiet vos: immittãq. manum meam super Aegyptũ, & educam exercitum & populum meũ filios Israel de Terra Aegypti per iudicia maxima.* Et scient Aegyptij, quia ego sum Dns, qui extenderim manum meã super Aegyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorũ. * Fecit itaq. Moyses, & Aaron sicut præceperat Dominus, ita egerũt.* Erat autẽ Moyses octoginta annorum,

2 3 4 5 6 7

*Sup. 4. d. 15.

D

rum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem.* Dixitque Dominus ad Moysen, & Aaron.* Cum dixerit vo 8
bis Pharao, Ostendite signa: dices ad Aarō: 9
Tolle virgam tuam, & proijce eam coram
Pharaone, ac vertetur in colubrū. * ingressi 10
itaque Moyses, & Aaron ad Pharaonem, fe- B
cerunt sicut præceperat Dominus, tulitque
Aaron virgā coram Pharone, & seruos eius
quæ versa in colubrum. * " Vocauit au- 11
tem Pharao sapientes, & maleficos: & fece-
rant etiam ipsi per incantationes Ægyptia-
cas, & arcana quædam similiter.* Proiece- 12
runtque singuli virgas suas, quæ versæ sunt
in dracones, sed deuorauit virga Aaron vir-
gas eorum:* Induratumque est cor Pharao- 13
nis, & nō audiuit eos sicut præceperat Dñs.
* Dixit, aūt Dñs ad Moysen: Ingrauatum 14
est cor Pharaonis, non vult dimittere popu-
lū.* Vade ad eum mane, ecce egredietur ad 15
aquas, & stabis in occursum eius super ripa
fluminis, & virgam, quæ conuersa est in dra- C
conem, tolles in manu tua. * Dicesq. ad eū: 16
Dominus Deus Hebreorum misit me ad te,
dicens: Dimitte populum meū vt sacrificet
mihi in deserto, & vsque ad præsens audire
noluisti. * Hæc igitur dicit Dominus: In 17
hoc scies quòd sim Dominus: ecce percutiam
virga, quæ in manu mea est, aquā fluminis,
18 & vertetur in sanguinem. * Pisces quoque,
qui sunt in fluuio morientur, & computre-
scent aquæ, & affligentur Aegyptij bibēte
19 aquam fluminis. * Dixit quoque Dominus
ad Moysen: Dic ad Aaron, Tolle virga tuā,
& extende manum tuam super aquas Ægy-
pti, & super fluuios eorum, & riuos ac pa lu-
des, & omnes lacus aquarum, vt vertātur in
sanguinem, & sit cruor in omni Terra Aegy-
20 pti, tam in ligneis vasis, quam in saxeis. * Fe-
D ceruntq. Moyses, & Aaron sicut præceperat
Dominus: " & eleuans virgā percussit aquā
fluminis corā Pharone, & seruis eius: quæ
21 versa est in sanguinem. * Et pisces, qui e-
rant in flumine, mortui sunt: cōputruitque
fluuius, & non poterant Ægyptij bibere a-
quam fluminis, & fuit sanguis in tota Terra
22 Aegypti. * " Feceruntque similiter malefici
Aegyptiorum incantationibus suis, & indu-
ratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, si-
23 cut præceperat Dominus.* Auertitq. se & in
gressus est domum suam, nec apposuit cor
24 etiam hac vice. * Fodetunt autem omnes
Ægyptij per circuitum fluminis aquā vt bi-
berent: non enim poterant bibere de aqua
25 fluminis. * Impletiq. sunt septem dies, post
quam percussit Dominus fluuium.

2. Tim. 4. b. 8.

" Inf. 17. b. 5. Ps. 77. a. 49.

CAP. VIII.

DIxit quoque Dominus ad Moysen: In- 1
gredere ad Pharaonem, & dices ad eū: A
Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meū,
vt sacrificet mihi: * sin autē nolueris dimit- 2
tere, ecce ego percutiam omnes terminos
tuos ranis. * Et ebullet fluuius ranas, quæ 3
ascendent, & ingredientur domum tuā, &
cubiculum lectuli tui, & super stratū tuū,
& in domos seruorum tuorum, & in popu-
lum tuum, & in furnos tuus, & in reliquias
4 ciborum tuorum: * & ad te, & ad populum
tuum, & ad omnes seruos tuos intrabunt ra-
5 nae. * Dixitq. Dominus ad Moysen: Dic ad
Aaron: Extēde manum tuam super fluuios
ac super riuos, & paludes, & educ ranas su-
6 per Terram Ægypti. * Et extēdit Aarō ma
B nū super aquas Aegypti, & ascenderūt ra-
7 nae, operueruntq. Terrā Aegypti. * " Fecerunt
autem

" Sap. 17. b. 7.

autem, & malefici per incantationes suas si-
militer, eduxeruntq. ranas super terram Ae-
gypti. * Vocauit autem Pharao Moysen, & 8
Aaron, & dixit eis: Orate Dominum vt au-
ferat ranas à me, & à populo meo, & dimit-
tam populum, vt sacrificet Domino * Dixit- 9
que Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi
quando deprecer pro te, & pro seruis, &
pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te, & à
domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo, &
tantum in flumine remaneant.* Qui respō- 10
dit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, verbum tuū
faciam: vt scias quoniā non est sicut Domi-
nus Deus noster.* Et recedent ranę à te, & à 11
domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo:
& tantū in flumine remanebunt.* Egressiq. 12
sunt Moyses, & Aaron à Pharaone: & clama
uit Moyses ad Dominum pro sponsione ra-
narū quā condixerat Pharaoni.* Fecitq. Do 13
minus iuxta verbū Moysi: & mortuæ sunt D
ranæ de domib. & de villis, & de agris* Cō- 14
gregaueruntq eas in immensos aggeres, &
computruit terra. * Videns autem Pharao 15
quod data esset requies, ingrauauit cor suū,
& non audiuit eos, sicut præceperat Domi-
nus.* Dixitq. Dominus ad Moysen: Loque- 16
re ad Aaron: Extende virgā tuam, & percu-
te puluerem terræ: & sint sciniphes in vni-
uersa terra Aegypti.* Feceruntq. ita. Et extē- 17
dit Aaron manū, virgā tenens: percussitque
puluerem terræ, & facti sunt sciniphes in ho
minibus, & in iumentis omnis: puluis terræ
versus est in sciniphes per totam Terrā Ae-
gypti. * Feceruntq. similiter malefici incā- 18
tationibus suis, vt educerent sciniphes, & nō
potuerūt: erantq. sciniphes tam in hominib.
quam in iumentis. * Et dixerūt malefici ad 19
Pharaonē: Digitus Dei, est hic, induratūq. est E
cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præ-
ceperat Dominus. * dixit quoq. Domin⁹ ad 20
Moysen: Consurge diluculo, & sta corā Pha
raone: egredietur enim ad aquas: & dices ad
eum: Hęc dicit Dominus: Dimitte populum
meū vt sacrificet mihi. * Quod si nō dimi- 21
seris eū, ecce ego immittā in te: & in seruos
tuos, & in populum tuū, & in domos tuas
omne genus muscarum, & implebuntur do-
mus Aegyptiorū muscis diuersi generis, &
vniuersa terra in qua fuerint.* Faciamq. mi- 22
rabilē in die illa Terram Gessen, in qua po- F
pul⁹ meus est, vt non sint ibi muscæ: & scias
quoniam ego Domin⁹ in medio terræ * Po 23
namq. diuisionē inter populum meum, &
populum tuum: cras erit signum istud.* Fe- 24
citq. Dominus ita " Et venit musca grauissi-
ma in domos Pharaonis, & seruorum eius,
& in omnem Terrā Aegypti: corruptaq. est
terra ab huiuscemodi muscis. * Vocauitq. 25
Pharao Moysen, & Aaron, & ait eis: Ite, & sa-
crificate Deo vestro ī terra hac* Et ait Moy 26
ses. Non pōt ita fieri: abominationes enim G
Aegyptiorum immolabimus Domino Deo
nostro? quod si mactauerimus ea, quæ colūt
Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent,
* Viam trium dierum pergemus in solitudi 27
nē: & sacrificabimus Domino Deo nostro " " Sap. 2.
28 sicut præcepit nobis, * Dixitq. Pharao: Ego d. 12.
dimittam vos vt sacrificetis Domino Deo
vestro in deserto: verūtamē longius ne abea
29 tis, rogate pro me.* Et ait Moyses: Egressus
à te, orabo Dominum: & recedet musca à
Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius;
cras veruntamen noli vltra fallere, vt non
30 dimittas populum sacrificare Domino.* E-
gressusq. Moyses à Pharaone, orauit Domi-
31 num. * Qui fecit iuxta verbum illius: & ab-
stulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, &
à populo eius: non superfuit ne vna quidē.
32 * Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt
nec hac quidem vice dimitteret populum.

CAP. IX.

1 A DIxit autē Dominus ad Moysen: Ingre-
dere ad Pharaonē, & loquere ad eum:
Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Di-
2 mitte populū meū, vt sacrificet mihi: * Qđ
3 si adhuc renuis, & retines eos: * ecce manus
mea erit super agros tuos: & super equos, &
asinos, & camelos, & boues, & oues, pestis
4 valde grauis. * Et faciet Dominus mirabile
inter possessiones Israel, & possessiones Ægy-
ptiorū, vt nihil oīnō pereat ex his, quæ p-
5 tinent ad filios Israel. * Constituitque Dñs
B tempus, dicens: Cras faciet Dominus ver-
6 bū istud in terra.* Fecit ergo Dominus ver-
bum hoc altera die: mortuaque sunt omnia
animantia Aegyptiorum: de animalib. verò
7 filiorum Israel nihil omninò perijt. * Et mi-
sit Pharao ad videdum: nec erat quidquam
mortuum de his, quæ possidebat Israel. In-
grauatumq. est cor Pharaonis, & non dimisit
8 populum. * Et dixit Dominus ad Moysen,
& Aaron: Tollite plenas manus cineris de
camino, & spargat illum Moyses in cælum
9 coram Pharaone. * Sitque puluis super om-
nem terram Aegypti: erūt enim in homini-
bus, & iumentis vlcera, & vesicæ turgentes
10 in vniuersa terra Aegypti. * Tuleruntq. ci-
nerem de camino, & steterunt corā Pharao-
ne, & sparsit illum Moyses in cælum: factaq.
sunt vlcera vesicarum turgentium in homi-
11 nibus, & iumentis: * nec poterant malefici
C stare coram Moyse propter vlcera, quæ in il-
12 lis erant, & in omni Terra Aegypti. * Indu-
rauitque Dominus cor Pharaonis, & non au-
diuit eos, sicut locut⁹ est Dominus ad Moy-
13 sen.* Dixitq. Domin⁹ ad Moysen. Mane cō
surge, & sta corā Pharaone, & dices ad eum:
Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Di-
14 mitte populū meū, vt sacrificet mihi.* Quia
in hac vice mittā omnes plagas meas super
cor tuū, & super seruos tuos, & super popu-
lum tuum: vt scias quod non sit similis mei
15 in omni terra. * Nunc enim extēdens manū
percutiam te, & populum tuum peste, peri-
16 bis q. de terra. * " Idcirco autem posuit te, vt
D ostendam in te fortitudinē meam, & narre- " Rom.
17 tur nomen meū in omni terra.* Adhuc reti d. 17.
nes populum meū, & non vis dimittere eū?

" Sap. 16. b. 6.

* En pluam cras hac ipsa hora grandinem 18
multam nimis, qualis non fuit in Ægypto à
die, qua fundata est, vsque in præsens tẽpus:
* Mitte ergo iam nunc, & congrega iumen- 19
ta tua, & omnia quæ habes in agro: homines
enim, & iumenta, & vniuersa, quæ inuenta
fuerint foris, nec congregata de agris, cecide-
ritq. super ea grando, morientur, * Qui ti- 20
muit verbum Domini de seruis Pharaonis,
fecit confugere seruos suos, & iumenta in
domos, *qui autem neglexit sermonem Do- 21
mini, dimisit seruos suos, & iumenta in a- E
gris: * Et dixit Dominus ad Moysen: Exten- 22
de manum tuam in cęlum, vt fiat grãdo in
vniuersa Terra Ægypti super homines, &
super iumenta, & super omnem herbam a-
gri in terra Ægypti. * " Extenditque Moy- 23
ses virgam in cælum, & Dominus dedit to- (" Sap.16. c. 16. & 39. d,19.)
nitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgu-
ra super terram: pluitque Dominus grandi-
nem super Terram Ægypti. * Et grando & 24
ignis mixta pariter ferebantur: tantæque fuit
magnitudinis, quanta ante numquam appa-
ruit in vniuersa Terra Ægypti, ex quo gens
illa condita est. * Et percussit grando in om- 25
ni Terra Ægypti cuncta, quæ fuerunt in a-
gris, ab homine vsque ad iumẽtum: cũctam- F
que herbam agri percussit grando, & omne
lignum regionis confregit. * Tantum in Ter- 26
ra Gessen, vbi erant filij Israel, grando non
cecidit. * Misitque Pharao, & vocauit Moy- 27
sen, & Aaron, dicens ad eos: Peccaui etiam
nũc: Dominus iustus: ego & populus meus,
impij. * Orate Dominum, vt desinant toni- 28
trua Dei, & grando: vt dimittam vos, & ne-
quaquam hic vltra maneatis. * Ait Moyses. 29
Cum egressus fuero de vrbe, extendam pal-
mas meas ad Dominum, & cessabunt toni-
trua, & grando non erit, vt scias quia Domi-
30 ni est terra: *noui autem, quod & tu, &
serui tui necdum timeatis Dominum Deũ.
31 * Linum ergo, & hordeum læsum est, eo
G quod hordeum esset virens, & linum iam
32 folliculos germinaret, * triticum autem, &
33 far non sunt læsa, quia serotina erant. * E-
gressusque Moyses a Pharaone ex vrbe tetẽ-
dit manus ad Dñm: & cessauerunt tonitrua,
& grando, nec vltra stillauit pluuia super ter
34 ram. * Videns autem Pharao, quod cessasset
pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatũ:
35 *& ingrauatum est cor eius, & seruorum il-
lius, & induratum nimis: nec dimisit filios
Israel, sicut pręceperat Dominus per manum
Moysi.

CAP. X.

1 ET dixit Dominus ad Moysen: Ingrede-
A re ad Pharaonem: ego enim indurau
cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa
2 mea hæc in eo, * & narres in auribus filij
tui, nepotum tuorum, quoties contriuerim
Ægyptios, & signa mea fecerim in eis, &
3 sciatis, quia ego Dominus. * Introierunt ergo
Moyses, & Aaron ad Pharaonem, & dixerũt
ei. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum:
Vsquequo non vis subijci mihi? dimitte po-
4 pulum meum, vt sacrificet mihi. * " Sin au-
B tem resistis, & non vis dimittere eum: ecce (" Sap.16, b.19.)
ego inducam cras locustam in fines tuos:
5 *quæ operiat superficiem terræ, ne quidquã
eius appareat, sed comedatur quod residuũ
fuerit grandini, corrodet enim omnia ligna
6 quæ germinant in agris. * Et implebunt do-
mos tuas, & seruorum tuorum, & omnium
Ægyptiorum: quantam non viderunt pa-
tres tui, & aui, ex quo orti sunt super terrã,
vsque in præsentem diem, Auertitque se, &
egres-

egressus est à Pharaone. * Dixerunt autẽ ser- 7
ui Pharaonis ad eum: vsquequo patiemur
hoc scandalum: dimittes homines, vt sacrifi-
cent Domino Deo suo, nonne vides, quod
perierit Ægyptus? * Reuocauerũtq. Moysen, 8
& Aaron ad Pharaonẽ: qui dixit eis: Ite sacri- C
ficate Domino Deo vestro: qui nam sunt, qui
ituri sunt? * Ait Moyses: cũ paruulis nostris, 9
& senioribus pergemus, cum filijs, & filiabus
cum ouibus, & armentis: est enim solemni-
10 tas Domini Dei nostri. * Et respondit Pha-
rao. Sic Dñs sit vobiscum, quo modo ego di-
mittam vos, & paruulos vestros, cui dubiũ
11 est quod pessimè cogitetis? * Non fiet ita:
sed ite tantum viri, & sacrificate Domino:
hoc enim, & ipsi petistis. Statimque eiecti

sunt de conspectu Pharaonis. * Dixit autem 12
Dñs ad Moysen: Extende manum tuam su- D
per terram Ægypti ad locustam, vt ascendat
super eam, & deuoret omnem herbam, quæ
residua fuerit grandini. * Et extẽdit Moyses 13
virgam super terram Ægypti: & Dominus
induxit ventum vrentem tota die illa, & no-
cte: & mane facto, vẽtus vrẽs leuauit locustas.
*Quę ascẽderunt super vniuersã Terrã Ægy 14
pti, & sederunt in cunctis finibus Ægyptio-
rũ innumerabiles, quales ante illud tẽpus nõ
fuerant, nec postea futuræ sunt. * Operue- 15
runtq. vniuersam superficiem terræ, vastan-
tes omnia. Deuorata est igitur herba terrę, &
quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ E
grando dimiserat: nihilq omninò virens re-
lictum est in lignis, & in herbis terræ, in cun-
cta Ægypto. * Quam obrem festinus Pharao 16
vocauit Moysen, & Aaron, & dixit eis. Pec-
caui in Dñm Deum vestrum, & in vos. * 17
Sed nunc dimittite peccatum mihi ẽt hac vi-
ce, & rogate Dñm Deũ vestrum, vt auferat
à me mortem istam. * Egressusq. Moyses de 18
conspectu Pharaonis, orauit Dñm. * Qui fla- 19
re fecit ventũ ab occidente vehementissimũ
& arreptam locustã proiecit in Mare rubrũ:
non remansit ne vna quidẽ in cunctis finibus F
Ægypti. * Et indurauit Dñs cor Pharaonis, 20
nec dimisit filios Israel. * Dixit autẽ Dñs ad 21
Moysen: Extende manum tuam in cælum,
& sint tenebræ super Terrã Aegypti tã den-
22 sæ, vt palpari queant. * Extenditq. Moyses
manũ in cælum: & factæ sunt tenebræ hor-
ribiles in vniuersa Terra Agypti tribus dieb.
23 *" Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se (" Sap.17. a.2.)
de loco, in quo erat: " vbicumq. autem habita-
24 bant filij Israel, lux erat. * Vocauitq. Pharao (" Sap.18. a.1.)
G Moysen, & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificate
Dño: oues tantum vestræ, & armenta rema-
25 neant, paruuli vestri eant vobiscum. * Ait
Moyses: Hostias quoque, & holocausta dabis
26 nobis, quę offeramus Dño Deo nostro: * Cũ-
cti greges pergent nobiscum: non remanebit
ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum
Dñi Dei nostri: præsertim cum ignoremus
quid debeat immolari, donec ad ipsum locũ
27 perueniamus. * Indurauit aũt Dñs cor Pha-
28 raonis, & noluit dimittere eos. * Dixitq. Pha-
rao ad Moysen: Recede à me, & caue ne vl-
tra videas faciem meã: quocũq. die apparue-
29 ris mihi morieris. * Rñdit Moyses: Ita fiet,
vt locutus es, non videbo vltra faciẽ tuam.

CAP. XI.

1 ET dixit Dominus ad Moysen: Adhuc (" Sup.3. g.22.)
A vna plaga tangam Pharaonem, & Ægy-
ptum, & post hęc dimittet vos, & exire com- (" Inf.12. c.35.)
2 pellet, * " Dices ergo omni plebi, vt postulet

vir ab amico suo, & mulier à vicina sua va-
sa argentea, & aurea.* Dabit autem Dñs gra- 3
[a] Ecc.45. a.1. tiam populo suo coram Ægyptijs [a] Fuitque
Moyses vir magnus valde in terra Ægypti,
coram seruis Pharaonis, & omni populo.* 4
Et ait. Hæc dicit Dñs? Media nocte egrediar
in Ægyptum: * & morietur omne primoge- 5
nitum in Terra Ægyptiorum, à primogenito
Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque ad
primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, &
6 omnia primogenita iumentorum.* Eritque
C clamor magnus in vniuersa Terra Aegypti.
7 qualis nec ante fuit, nec postea futurus est.*
Apud omnes autem filios Israel non mutiet
canis ab homine vsq. ad pecus: vt sciatis quã-
to miraculo diuidat Dñs Aegyptios, & Israel
8 * Descendentque oés serui tui isti ad me, &
adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & om-
nis populus, qui subiectus est tibi: post hæc e-
9 grediemur.* Et exiuit à Pharaone iratus ni-



mis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Nõ
audiet vos Pharao, vt multa signa fiãt in Ter
ra Aegypti.* Moyses, autem & Aaron fece- 10
runt omnia ostenta, quæ scripta sunt, coram
Pharaone. Et indurauit Dñs cor Pharaonis;
nec dimisit filios Israel de terra sua.

CAP. XII.

Dixit quoq. Dñs ad Moysen, & Aaron in 1
Terra Ægypti: Mensis iste, vobis prin- 2
cipium mensium primus erit in mensib. anni. A
* Loquimini ad vniuersum cętum filiorum 3
Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius
tollat vnusquisq. agnum per familias, & do-
mos suas.* Sin autem minor est numerus, vt 4
sufficere possit ad vescendum agnum, assu-
met vicinũ suum, qui iunctus est domui suę,
iuxta numerum animarũ, quæ sufficere pos-
sunt ad esum agni.* Erit autem agnus absq. 5
macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritũ
tolletis, & hędum.* Et seruabitis eum vsque 6
ad quartam decimam diẽ mensis huius: im-
molabitque eum vniuersa multitudo filiorũ
Israel ad vesperam.* Et sument de sanguine 7
eius, ac ponent super vtrunque postem, & in
superliminaribus domorum, in quibus co- B
medent illum.* Et edent carnes nocte illa as- 8
sas igni, & azymos panes cum lactucis agre-
9 stibus.* Non comedetis ex eo crudum, quid
nec coctum aqua sed tm̃ assum igni: caput
10 cũ pedibus eius, & intestinis vorabitis.* Nec
remanebit quidquã ex eo vsq. mane, si quid
11 residuũ fuerit, igne comburetis.* Sic autem
comedetis illum. Renes vestros accingetis, &
calcementa habebitis in pedibus tenentes ba
culos in manibus, & comedetis festinanter:
12 est enim Phase (id est transitus) Dñi.* Et trã
sibo per Terrã Aegypti nocte illa, percutiãq.
omne primogenitum in Terra Aegypti, ab
homine vsq. ad pecus: & in cunctis dijs Aegy
13 pti faciam iudicia, ego Dñs.* Erit autem san
guis vobis in signum in ædibus in quib. eri-
tis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec
erit in vobis plaga disperdens, quando per-
14 cussero Terram Aegypti.* Habebitis autem
C hunc diem in monumentum: & celebrabitis
eum solemnem Domino in generationibus,
15 vestris cultu sempiterno * Septem diebus a-
zyma comedetis: in die primo non erit fermẽ
tum in domibus vestris: quicumq. comede-
rit fermentatum, peribit anima illa de Israel,
16 à primo die vsq ad diem septimum.* Dies
prima erit sancta, atq. solemnis, & dies septi-
ma eadẽ festiuitate venerabilis: nihil operis
facietis in eis, exceptis his, quę ad vescendum
perti-

pertinent.* Et obseruabitis azima: in eadem 17
enim ipsa die educam exercitum vestrũ de
Terra Aegypti, & custodietis diem illum in
[a] Leu.23. a.5. Nu 28. c.16. generationes vestras ritu perpetuo.* [a] Pri- 18
mo mense, quartadecima die mensis ad ve-
speram comedetis azyma vsque ad diem vi-
gesimam primam eiusdem mẽsis ad vespe-
ram.* Septem diebus fermentum non inue- 19
nietur in domibus vestris: qui comederis fer
mentatũ, peribit anima eius de cœtu Israel,
tam de aduenis, quam de indigenis terræ.
* Omne fermentatũ non comedetis: in cun- 20
ctis habitaculis vestris edetis azyma.* Voca- D
Heb.11. c.28. uit autem Moyses omnes seniores filiorum 21
Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal
per familias vestras, & immolate Phase.* 22
Fasciculũq; hyssopi tingite in sanguine, qui
est in limine, & aspergite ex eo superlimina-
re, & vtrumq; postem nullus vestrum egre-
diatur ostiũ domus suæ vsq mane.* Tran- 23
sibit enim Dominus percutiens Aegyptios:
Cumq. viderit sanguinem in superliminari,
& in vtroque poste, transcendet ostium do-
mus, & non sinet percussorem ingredi do-
mos vestras, & lędere.* Custodi verbũ istud 24
legitimum tibi, & filijs tuis vsq. in æternum.
* Cumque introieritis terram, quam Domi- 25
nus daturus est vobis, vt pollicitus est, obser-
uabitis ceremonias istas.* Et cum dixerint 26
vobis filij vestri: Quæ est ista religio?* dice- 27
tis eis: Victima transitus Domini est, qñ trã-
siuit super domos filiorum Israel in Aegy-
pto percutiens Aegyptios, & domos nostras
liberans. Incuruatusque populos adorauit.
* Et egressi filij Israel fecerunt sicut præce- 28
perat Dñs Moysi, & Aaron.* Factum est au- 29
tem in noctis medio, percussit Dñs omne E
primogenitũ in Terra Aegypti, à primoge-
nito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, [a] [a] Sap.18. b.5. & 11 b.15.
vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat
in carcere, & omne primogenitum iumẽto-
30 rum.* Surrexitq Pharao nocte, & oés serui
eius, cunctaq. Aegyptus: & ortus est clamor
magnus in Aegypto: neque n. erat domus in
31 qua nõ iaceret mortuus.* Vocatisq. Pharao,
Moyse, & Aaron nocte, ait: Surgite, & egre-
dimini à populo meo, vos & filij Israel: ite,
32 immolate Dño sicut dicitis.* Oues vestras,
& armenta assumite, vt petieratis, & abeũtes
33 benedicite mihi.* Vrgebantq. Aegyptij po-
pulum de terra exire velociter, dicẽtes: Om-
34 nes moriemur.* Tulit igitur populus con-
spersam farinam antequam fermentaretur,
& ligans in pallijs, posuit sup humeros suos.
35 * Feceruntque filij Israel [a] sicut præceperat [a] Sup.11. a.1.
Moyses: & petierũt ab Aegyptijs vasa argẽ-
36 tea, & aurea, vestemq. plurimã.* Dñs autẽ
dedit gratiã populo coram Aegyptijs, vt cõ-
modarent eis: & spoliauerunt Aegyptios.
37 * Profectique sunt filii Israel de Ramesse in
F Socoth, sexcenta fere millia peditum virorũ
38 absq. paruulis.* Sed & vulgus promiscuum
innumerabile ascendit cum eis, oues, & ar-
menta, & animantia diuersi generis multa
39 nimis.* Coxeruntque farinam, quam dudũ
de Aegypto conspersam tulerant, & fecerũt
subcineritios panes azymos: neque n. pote-
rant fermentari cogentibus exire Aegyptijs,
& nullam facere sinentib. morã: nec pulmẽ-
40 ti quidquã occurrerat pręparare.* Habitatio
aũt filiorum Israel qua manserunt in Aegy-
ptio fuit quadringentorũ triginta annorum.
41 * Quibus expletis, eadẽ die egressus est om-
42 nis exercitus Dñi de terra Aegypti.* Nox
ista est obseruabilis Domino, quando eduxit
eos de Terra Aegypti; hanc obseruare debẽt

omnes filij Israel in generationibus suis. * 43
Dixitque Dñs ad Moysen, & Aaron: Hęc est G
religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo. * Omnis autem seruus emptitius 44
circumcidetur, & sic comedet. * Aduena, & 45
mercenarius non edent ex eo. * " In vna do- 46
n Nu. 9. b. 12. mo comedetur, nec efferetis de carnib. eius
foras, " nec os illius confringetis. * Omnis 47
cœtus filiorum Israel faciet illud. * Quòd si 48
" Ios. 29. f. 36. quis peregrinorum in vestram voluerit trã-
sire coloniam, & facere Phase Dñi, circum-
cidetur prius omne masculinũ eius, & tunc
ritè celebrabit: eritque sicut indigena terræ:
si quis autem circumcisus non fuerit, non
vescetur ex eo. * Eadem lex erit indigenæ 49
& colono, qui peregrinatur apud vos. * Fece- 50
runtque oẽs filij Israel, sicut præceperat Dñs
Moysi, & Aarõ. * Et eadẽ die eduxit Dñs fi- 51
lios Israel de terra Ægypti per turmas suas.

CAP. XIII.

Locutusq. est Dominus ad Moysen, di- 1
cens: * " Sanctifica mihi omne primo- 2
n Inf. 34. e. 9. genitum, quod aperit vuluam in filijs Israel, A
Nu. 8. c. 16. tam de hominibus, quam de iumentis: mea
Luc. 2. d. 23. sunt enim omnia. * Et ait Moyses ad popu- 3
Leui. 27. c. 26. lum: Memento diei huius, in qua egressi
estis de Aegypto, & de domo seruitutis, quo-
niam in manu forti eduxit vos Dominus de
loco isto: vt non comedatis fermentatũ pa-
nem. * Hodie egredimini mense nouarum 4
frugum. * Cumque introduxerit te Dñs in
Terrã Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi,
& Hæuei, & Iebusæi, quam iurauit patribus
tuis, vt daret tibi, terrã fluẽtem lacte, & mel-
le, celebrabis hunc morem sacrorum mense
isto. * Septem diebus vesceris azymis: & in 6
die septimo erit solemnitas Dñi. * Azyma 7
comedetis septem diebus: non apparebit à-
pud te aliquid fermentatum, nec in cunctis
finibus tuis. * Narrabisque filio tuo in die il- 8
lo, dicens: Hoc est, quod fecit mihi Dominus
quando egressus sum de Ægypto. * Et erit B
quasi signũ in manu tua, & quasi monimen- 9
tũ ante oculos tuos: & vt lex Dñi semper sit
in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Do-
minus de Ægypto. * Custodies huiuscemo- 10
di cultum statuto tempore à diebus in dies.
* Cumq. introduxerit te Dñs in Terrã Cha- 11
nanæi, sicut iurauit tibi, & patribus tuis, &
n Inf. 22. d. 29. & 34. c. 19. Ezec. 44. 44. g. dederit tibi eã. * " separabis omne, quod ape- 12
rit vuluam Domino, & quod primitiuũ est
in pecoribus tuis: quidquid habueris masculi-
ni sexus, consecrabis Domino. * Primoge- 13
nitum asini mutabis oue, quod si non rede-
metis, interficies. Omne autẽ primogenitum
hominis de filijs tuis, pretio redimes. * Cũ- 14
quẽ interrogauerit te filius tuus cras, dicens: C
Quid est hoc? respondebis ei: In manu for-
ti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de
domo seruitutis. * Nam cum induratus es- 15
set Pharao, & nollet nos dimittere, occidit
Dñs omne primogenitum in Terra Ægyp-
ti à primogenito hominis vsque ad primo-
genitum iumentorum: idcirco immolo Dñio
omne, quod aperit vuluam masculini sexus,
& omnia primogenita filiorum meorũ re- 16
dimo. * Eritigitur quasi signum in manu
tua, quasi appensum quid, ob recordationẽ,
inter oculos tuos: eo quòd in manu forti e- 17
duxit nos Dominus de Ægypto. * Igitur cũ
emisisset Pharao populum, non eos duxit
Deus per viam Terræ Philisthijm, quæ vicina
est: reputans ne fortè pœniteret eum, si
vidisset aduersum se bella consurgere, & re- 18
uerteretur in Ægyptum. * Sed circumdu-
xit per viam deserti, quæ est iuxta Mare ru-
D brum: & armati ascenderunt filij Israel de
Terra Ægypti. * Tulit quoque Moyses ossa 19
Ioseph secũ: eo quòd adiurasset filios Israel,
dicens: " Visitabit vos Deus, efferte ossa mea
n Gen. 50. d. 15. 20 hinc vobiscum. * Profectique de Socoth ca-
strametati sunt in Etham in extremis fini- 21
" Nu. 14. c. 12. 1. Co. 10. a. 1. Neh. 9. d. 19. bus solitudinis. * " Dominus autem præce-
debat eos ad ostendendam viam per diem
in columna nubis, & per noctem in colum- 22
na ignis: vt dux esset itineris vtroque tpe. *
Numquã defuit colũna nubis per diem, nec
columna ignis per noctem, coram populo.

CAP. XIV.

1 Locutus est autẽ Dominus ad Moysen,
2 dicẽs: * Loquere filijs Israel: Reuerti ca-
A stramententur è regione Phihahiroth, quę est
inter Magdalum, & mare cõtra Beelsephõ:
in conspectu eius castra ponetis super mare.
3 * Dicturusque est Pharao super filijs Israel:
Coarctati sunt in terra, cõclusit eos desertũ.
4 * Et indurabo cor eius, ac persequetur vos:
& glorificabor in Pharaone, & in oi exercitu
eius, scientq. Ægyptij, quia ego sum Dñs.
5 Feceruntq. ita. * Et nunciatum est regi Ægy-
B ptiorum, ꝙ fugisset populus: immutatumq.
est cor Pharaonis, & seruorũ eius super po-
pulo, & dixerunt: Quid voluimus facere, vt
6 dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? * Iun-
xit ergo currum, & omnem populũ suũ as-
7 sumpsit secum. * Tulitq. sexcẽtos currus ele-
ctos, & quidquid in Aegypto curruũ fuit: &
duces totius exercitus. * Indurauitque Dñs
8 cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus
est filios Israel: at illi egressi erant in manu
9 excelsa. * " Cumq. persequerentur Aegyptij
n 1. Mac. 4. a. 9. Ios. 24. b. 6. vestigia præcedentium, repereruntq. eos in
castris super mare: omnis equitatus, & cur-
rus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant
10 in Phihahiroth contra Beelsephon. * Cũq.
C appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel
oculos, viderũt Aegyptios post se: & timue-
11 runt valde: clamauerunt q. ad Dñm, * & di-
xerunt ad Moysen: Forsitan non erãt sepul-
chra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt morere-
mur in solitudine: quid hoc facere volui-
12 sti, vt educeres nos ex Aegypto? * Nonne
iste est sermo, quẽ loquebamur ad te in Ae-
gypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus
Aegyptijs? multo enim melius erat ser-
13 uire eis, quam mori in solitudine: * Et ait
Moyses

Moyses ad populum. Nolite timere: state, &
videte magnalia Dñi, quæ facturus est ho-
die: Aegyptios enim, quos nunc videris, ne-
quaquam vltra videbitis vsque in sempiter-
num. * Dominus pugnabit pro vobis, & vos 14
tacebitis. * Dixitque Dominus ad Moysen: 15
Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel, vt D
proficiscantur. * Tu autem eleua virgam 16
tuam, & extende manum tuam super mare,
& diuide illud: vt gradiãtur filij Israel ĩ me-
dio mari per siccum. * Ego autem indurabo 17
cor Aegyptiorũ, vt persequantur vos: & glo-
rificabor in Pharaone, & in omni exercitu
eius, & in curribus, & in equitibus illius. * 18
Et scient Aegyptij, quia ego sum Dñs, cũ glo
rificatus fuero in Pharaone, & in curribus,
19 atque in equitibus eius. * Tollensq; se ange-
lus Dei, qui pcedebat castra Israel, abijt post
eos: & cum eo pariter columna nubis, priora
20 dimittens, post tergum * stetit inter castra
E Aegyptiorum, & castra Israel: & erat nubes
tenebrosa, & illuminans noctem, ita, vt ad se
inuicem toto noctis tempore accedere non
21 valerẽt. * Cumq extendisset Moyses manũ
super mare, abstulit illud Dominus flante
vento vehemẽti, & vrẽte tota nocte, & ver-
n Ps. 77. b. 13. & 104. d. 36 Psa. 113. a. 13. Heb. 11. d. 29. 22 tit in siccum: diuisaq; est aqua. * " Et ingressi
sunt filij Israel per medium sicci maris: erat
enim aqua quasi murus dextra eorũ, & læ-
23 ua. * Persequentesq; Aegyptij ingressi sunt
post eos, & omnis equitatus Pharaonis, cur-
24 rus eius, & equites per mediũ maris. * Iamq.

n Sap. 15. b. 15. aduenerat vigilia matutina, " & ecce respi-
ciens Dominus super castra Aegyptiorum F
per columnã ignis, & nubis, interfecit exer-
citum eorum; * & subuertit rotas currum, 25
ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo
Aegyptij: Fugiamus Israelem: Dominus e-
nim pugnat pro eis contra nos. * Et ait Do- 26
minus ad Moysen: Extende manũ tuam su-
per mare, vt reuertantur aquę ad Aegyptios
super currus, & equites eorum. * Cumq. ex- 27
tendisset Moyses manũ contra mare, reuer-
sum est primo diluculo ad priorem locum:
fugientibusq. Aegyptijs occurrerunt aquæ,
& inuoluit eos Dominus in medijs fluctib.
* Reuersæq. sunt aquæ, & operuerũt currus, 28
& equites cuncti exercitus Pharaonis, qui se-G
quentes ingressi fuerant mare: nec vnus qui-
dem superfuit ex eis. * Filij autẽ Israel perre- 29
xerunt per medium sicci maris, & aquæ eis
erant quasi pro muro à dextris, & à sinistris:
* liberaui: que Dominus in die illa Israel de 30
31 manu Aegyptiorũ. * Et viderunt Aegyptios
mortuos super litus maris, & manum ma-
gnam, quã exercuerat Dominus contra eos:
timuitq; populus Dominum, & crediderunt
Domino, & Moysi seruo eius.

CAP. XV.

1 Tunc cecinit Moyses, & filij Israel car-
A men hoc Domino, & dixerunt:
Cãtemus Domino: gloriosè enim magni-
ficatus est, equũ, & ascẽsorẽ deiecit in mare.
2 * " Fortitudo mea, & laus mea Dñs, & facta 9
n Sap. 10. d. 15. est mihi in salutẽ: iste Deus meus, & glorifi-
Ita. 12. a. 2. cabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.
3 * Dominus quasi vir pugnator, omnipo-
Psa. 117. c. 14. tens nomen eius.
4 * Currus Pharaonis, & exercitum eius
proiecit in mare: electi principes eius sub-
mersi sunt in Mari rubro.
5 * Abyssi operuerunt eos, descenderunt in
profundum quasi lapis.
6 * Dextera tua Dñe magnificata est in forti-
tudine:

tudine: dextera tua, Dñe, percussit inimicũ.
* Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti 7
aduersarios tuos: misisti iram tuam, quæ de
uorauit sicut stipulam.
* Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt 8
aquæ: stetit vnda fluens, congregatæ sunt B
abyssi in medio mari.
* Dixit inimicus: Persequar, & compre- 9
hendam, diuidam spolia, implebitur anima
mea: euaginabo gladium meum, interficiet
eos manus mea.
* Flauit spiritus tuus, & operuit eos ma- 10
re: submersi sunt quasi plumbum in aquis
vehementibus.
* Quis similis tui in fortib⁹ Domine? quis 11
similis tui, magnificus in sanctitate terribilis
atque laudabilis, faciens mirabilia?
* Extendisti manum tuam, & deuorauit 12
eos terra.
* Dux fuisti in misericordia tua populo 13
quem redemisti; & portasti eum in fortitu-
dine tua, ad habitaculum sanctum tuum.
* Ascenderunt populi, & irati sunt: dolo- 14
res obtinuerunt habitatores Philisthijm.
* Tunc conturbati sunt principes Edom, 15
robustos Moab obtinuit tremor: obriguerũt
omnes habitatores Chanaan.
* Irruat super eos formido, & pauor, in 16
magnitudine brachij tui: fiant immobiles
quasi lapis, donec pertranseat populus tuus
Domine, donec pertranseat populus tuus C
iste, quem possedisti.
* Introduces eos, & plantabis in monte 17
hæreditatis tuę, firmissimo habitaculo tuo,
quod operatus es Domine: sanctuarium tuũ
Domine, quod firmauerunt manus tuæ.
* Dominus regnabit in æternum, & vltra. 18
* Ingressus est enim eques Pharao cũ cur- 19
ribus, & equitibus eius in mare: & reduxit
super eos Dñs aquas maris, filij autem Is-
rael ambulauerunt per siccũ in medio eius.
* Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror 20
Aaron, tympanum in manu sua: egressęque
sunt omnes mulieres post eam tympanis, &
choris, * quibus præcinebat, dicens: Cante- 21
mus Domino, gloriose enim magnificatus
est, equũ, & ascẽsorem eius deiecit in mare.
* Tulit autẽ Moyses Israel de mari rubro, 22
& egressi sunt in desertũ Sur: ambulauerũt D
que tribus diebus per solitudinem, & non
inueniebant aquam. * Et venerunt in Mara, 23
nec poterãt bibere aquas de Mara, eo quod
essent amaræ: vnde, & congruum loco no-
men imposuit, vocans illum Mara, id est, a-
maritudinẽ. * Et murmurauit populus con- 24
Iudit. 5. tra Moysen, dicens: Quid bibemus? * At ille 25
5.c.15. clamauit ad Dñm, qui ostendit ei lignum:
Eccl. 38. quod cum misisset in aquas, in dulcedinem
a.3. versæ sunt ibi cõstituit ei præcepta, atq. iu-
dicia, & ibi tentauit eum, * dicens: Si audie- 26
ris vocem Domini Dei tui, & quod rectum
est corã eo feceris, & obedieris mãdatis eius,
custodierisque omnia præcepta illius, cun-
ctum languorem, quem posui in Ægypto,
non inducam super te; ego enim Dominus
27 sanator tuus. * " Venerunt autem in Elim "Nu.33.
filij Israel, vbi erant duodecim fontes aqua- b.9.
rum, & septuaginta palmæ: & castrametati
sunt iuxta aquas.

CAP. XVI.

1 PRofectiq; sunt de Elim, & venit omnis
A multitudo filiorum Israel in desertum Sap. 11.
Sin, quod est inter Elim, & Sinai: quintode- a.2.
cimo die mensis secundi, postquam egressi
2 sunt de terra Ægypti. * Et murmurauit om
nis congregatio filiorum Israel contra Moy
3 sen, & Aaron in solitudine. * Dixeruntq. fi-
lij Israel ad eos: Vtinã mortui essemus per
manum Domini in terra Ægypti, quando
sedebamus super ollas carnium, & comede-
bamus panẽ in saturitate: cur eduxistis nos
in desertum istud, vt occideretis omnẽ mul
4 titudinem fame? * Dixit autem Dominus
B ad Moysen: Ecce, ego pluam vobis panes de
cęlo: egrediatur populus, & colligat quæ suf
ficiunt per singulos dies: vt tentem eum v-
5 trum ambulet in lege mea, an non. * Die au-
tem sexto parent quod inferant, & sit duplũ
quam colligere solebant per singulos dies.
6 * Dixeruntque Moyses, & Aaron ad omnes
filios Israel: Vespere scietis quod Dominus
7 eduxerit vos de terra Ægypti: * & mane vi-
debitis gloriam Domini: audiuit enim mur
mur vestiũ contra Dominũ: nos verò quid
8 sumus, quia mussitastis contra nos? * Et ait
Moyses: Dabit vobis Dominus vespere car-
nes edere, & mane panes in saturitate: eo q
audierit murmurationes vestras, quib. mur
murati estis contra eum, nos enim quid su-
C mus? nec contra nos est murmur vestrũ, sed
9 contra Dominum. * Dixit quoque Moyses
ad Aaron: Dic vniuersæ congregationi fi-
liorum Israel: Accedite coram Domino: au-
10 diuit enim murmur vestrum. * Cumq. lo-
queretur Aaron ad omnem cœtum filiorũ
Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce
11 gloria Domini apparuit in nube. * Locutus
12 est autem Dominus ad Moysen, dicens: * " "Ecc.45.
Audiui murmurationes filiorum Israel, lo- a.4.
quere ad eos: Vespere comedetis carnes, &
mane saturabimini panibus: scietisq. quod
13 ego sum Dominus Deus vester. * Factũ est
ergo vespere, & ascendens coturnix, coope-
ruit castra: mane quoque ros iacuit per cir-
14 cuitum castrorum. * Cumq. operuisset su-
D perficiem terræ, "apparuit in solitudine mi- "Nu.11.
nutum, & quasi pilo tusum in similitudinẽ b.7.
15 pruinæ super terrã. * Quod cum vidissent Ps. 77.c.
filij Israel, dixerunt ad inuicem: Manhu? qđ 24.
significat: Quid est hoc? ignorabant enim Sup. 16.
quid esset. Quibus ait Moyses: " Iste est pa- c.20.
nis, quem Dominus dedit vobis ad vescen- Ioan. 6.
16 dum. * Hic est sermo, quem pręcepit Domi d.31.
nus: Colligat vnusquisque ex eo quantum "1. Cor.
sufficit ad vescendum: gomor per singula 10.a.3.
capita, iuxta numerum animarum vestra-
rum quæ habitant in tabernaculo sic tolle-
17 tis. * Feceruntq. ita filij Israel; & collegerũt,
alius

alius plus, alius min⁹. * Et mẽsi sunt ad mẽ- 18
"2. Cor. suram gomor " nec qui plus collegerat, ha- F
8.b.15. buit amplius: nec qui minus parauerat, repe-
rit minus: sed singuli iuxta id qđ edere po-
terant, congregauerunt. * Dixitq. Moyses ad 19
eos: Nullus relinquat ex eo in mane. * Qui 20
nõ audierunt eũ, sed dimiserũt quidam ex
eis vsq. mane, & scatere cepit vermibus atq.
cõputruit, & iratus est cõtra eos Moyses. * 21
Colligebant aũt mane singuli, quantũ suffi-
cere poterat ad vescendũ: cumq. incaluisset
Sol, liquefiebat. * In die aũt sexta collegerũt 22
cibos duplices, id est duo gomor p singulos
homines: venerunt aũt oẽs principes multi-
tudinis, & narrauerunt Moysi. * Qui ait eis: 23
Hoc est quod locutus est Dñs: Requies sab-
bati sanctificata est Dño cras. quodcumque
operandum est, facite, & quæ coquenda sũt
coquite, quidquid aũt reliquum fuerit, repo
nite vsq. in mane. * Feceruntq. ita vt præce- 24
perat Moyses, & non cõputruit, neq. vermis
inuentus est in eo. * Dixitq. Moyses: Come- 25
dite illud hodie, quia sabbatũ est Dñi: non F
inuenietur hodie in agro. * Sex dieb. colligi- 26
te: in die aũt septimo sabbatum est Dñi, id-
circo nõ inuenietur. * Venitq. septima dies: 27
& egressi de populo vt colligerent, nõ inue-
nerunt. * Dixit aũt Dñs ad Moysen: Vsque- 28
quo non vultis custodire mãdata mea, & le
gẽ meã? * Videte q Dñs dederit vobis sab- 29
batũ, & propter hoc die sexta tribuit vobis
cibos duplices: maneat vnusquisq. apud se-
metipsũ, nullus egrediatur de loco suo die
septimo. * Et sabbatizauit populus die se- 30
ptimo. * Appellauitq. domus Israel nomen 31
eius Man: quod erat quasi semen coriandri
albũ, gustusq. eius quasi similæ cũ melle. * 32
Dixit aũt Moyses Iste est sermo, quem præ-
cepit Dñs: Imple gomor ex eo, & custodiat
in futuras retro generationes, vt nouerint
G panẽ, quo alui vos in solitudine, qñ educti
33 estis de Terra Ægypti. * Dixitq. Moyses ad
Aaron: Sume vas vnũ, & mitte ibi Man. quã
tum põt capere gomor: & repone corã Dño
34 ad seruandũ in generationes vestras, * sicut "Neh.9.
præcepit Dñs Moysi. Posuitq illud Aarõ in. d.15.
35 tabernaculo reseruandũ. * " Filij aũt Israel Iudit 1.
comederunt Man quadraginta annis, donec 5.c.15.
venirent in terrã habitabilem: hoc cibo aliti
sunt, vsquequo tangerent fines terræ Cha-
36 naã. * Gomor autem decima pars est Ephi.

CAP. XVII.

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorũ
A Israel de deserto Sin per mansiones suas
iuxta sermonem Domini, castrametati sunt
in Raphidim, vbi nõ erat aqua ad bibendũ "Nu.20.
2 populo. * " Qui iurgatus contra Moysen, ait: a.4.
Da nobis aquam, vt bibamus. Quib. respon-
dit Moyses: Quid iurgamini contra me? cur
3 tẽtatis Dominum? * Sitiuit ergo ibi populus
præ aquæ penuria, & murmurauit contra
Moysen dicens: Cur fecisti nos exire de Æ-
gypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac
4 iumenta siti? * Clamauit autem Moyses ad
B Dñm, dicens: Quid faciam populo huic? ad
5 huc paululũ, & lapidabit me. * Et ait Dñs "Sup 14.
ad Moysen: Antecede populũ, & sume tecũ c.20.
de senioribus Israel: & virgam qua "percus- Psal. 77.
6 sisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. * b.15.
En ego stabo ibi coram te, supra petrã Ho- 1. Cor.
reb: percutiesque petram, & exibit ex ea 10.a.4.
aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita co-
ram

ram senioribus Israel:* & vocauit nomẽ lo- 7
ci illius, Tẽtatio, ꝑpter iurgiũ filiorũ Israel,
& quia tentauerunt Dñm, dicentes: Est ne
ᵑ Iudit 4. d.12. Dñs in nobis, an non? * ᵑ Venit aũt Amalec, 8
& pugnabat contra Israel in Raphidim.*Di- 9
Sup. 11. a.13. xitq. Moyses ad Iosue: Elige viros: & egres-
sus pugna contra Amalec: cras ego stabo in
Deu. 25. d.17. vertice collis, habẽs virgã Dei in manu mea
* Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pu- 10
gnauit contra Amalec: Moyses aũt, & Aarõ,
& Hur ascenderunt super verticem collis.* 11
Cumq. leuaret Moyses manus, vincebat I-
srael sin aũt paululum remisisset, superabat
Amalec. * Manus autem Moysi erant gra- 12
ues: sumentes igitur lapidẽ, posuerunt sub-
ter eũ, in quo sedit: Aaron aũt, & Hur sustẽ-
tabant manus eius ex vtraq. parte. Et factũ
est, vt manus illius non lassarentur vsq. ad
occasum Solis.* Fugauitq. Iosue Amalec, & D
populum eius in ore gladij.* Dixit aũt Dñs 13
ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum 14
in libro, & trade aurib. Iosue: delebo enim
memoriam Amalec sub cælo.* Ædificauit 15
que Moyses altare: & vocauit nomen eius.
Dñs exaltatio mea, dicens:*Quia manus so- 16
lij Domini, & bellum Domini erit contra
Amalec, à generatione in generationem.

CAP. XVIII.

CVmq. audisset Iethro sacerdos Madian, 1
cognatus Moysi, omnia quæ fecerat A
Deus Moysi, & Israeli populo suo, & q; edu-
xisset Dñs Israel de Ægypto:*tulit Sephorã 2
ᵑ Sup. 2. d.22. vxorem Moysi, quam remiserat:*& duos fi- 3
lios eius, quorũ vnus vocabatur Gersam, di-
cente patre; ᵑ Aduena fui in terra aliena,*Al- 4
ter vero Eliezer: Deus enim ait, patris mei
adiutor meus, & eruit me de gladio Pharao
5 nis: * Venit ergo Iethro cognatus Moysi, &
filij eius, & vxor eius ad Moysen in desertũ,
6 vbi erat castrametatus iuxta montẽ Dei.*
Et mandauit Moysi, dicens: Ego Iethro co-
gnatus tuus venio ad te, vxor tua, & duo fi-
7 lij tui cũ ea: * Qui egressus in occursum co-
gnati sui, adorauit, & osculatus est eũ: salu-
B tauerunt q. se mutuò verbis pacificis. Cum-
8 que intrasset tabernaculũ *narrauit Moyses
cognato suo cuncta quæ fecerat Dñs Pha-
raoni, & Ægyptijs ꝑpter Israel: vniuersum-
que laborẽ, qui accidisset eis in itinere, & q;
9 liberauerat eos Dominus.* Lætatusq. est Ie-
thro super omnibus bonis, quæ fecerat Do-
minus Israeli, eo quod eruisset eum de ma-
10 nu Ægyptiorum,* & ait Benedictus Domi
nus, qui liberauit vos de manu Ægyptio-
rum, & de manu Pharaonis; qui eruit popu-
11 lum suũ de manu Ægypti. * Nũc cognoui,
quia magnus Dominus super oẽs deos: eo
12 quod ᵑ superbè egerint contra illos.*Obtu- ᵑ Sup. 1. b.4.10. c.16.d.& 3.r.b.7. d.18.& 14.b.8.
lit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta
C & hostias Deo: veneruntq. Aaron, & omnes
seniores Israel, vt comederent panem cũ eo
13 corã Deo. * Altera autem die sedit Moyses
vt iudicaret populũ, qui assistebat Moysi à
14 mane vsq. ad vesperam.* Quod cum vidis-
set cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat
in populo, ait: Quid est hoc, qđ facis in ple-
be? cur solus sedes: & omnis populus præ-
15 stolatur de mane vsque ad vesperam?* Cui
respõdit Moyses: Venit ad me populus quæ
16 rens sententiam Dei.* Cumque acciderit eis
aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicẽ
inter eos, & ostendam præcepta Dei, & le-
ges

ges eius. * At ille? Non bonam, inquit, rem 17
facis:* stulto labore consumeris, & tu, & po 18
pulus iste, qui tecum est: vltra vires tuas est
ᵑ Deu. 1. b.12. negotium, ᵑ solus illud non poteris sustine-
re. * Sed audi verba mea atque consilia, & 19
erit Deus tecum, Esto tu populo in his, quæ
ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur
ad eum: * ostendasq. populo ceremonias 20
& ritum colendi, viamq. per quam ingredi
debeant, & opus quod facere debeant.*Pro 21
uide autem de omni plebe viros potentes, &
timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui D
oderint auaritiam, & constitue ex eis tribu-
nos, & centuriones, & quinquagenarios, &
decanos,* qui iudicent populum omni tem 22
pore: quidquid autem maius fuerit, referant
ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent:
leuiusq. sit tibi, partito in alios onere. * Si 23
hoc feceris, implebis imperium Dei, & præ-
cepta eius poteris sustentare: & omnis hic
populus reuertetur ad loca sua cum pace.
* Quibus auditis. Moyses fecit omnia quæ 24
ille suggesserat. * Et electis viris strenuis de 25
cuncto Israel, constituit eos principes popu-
li, tribunos, & centuriones, & quinquagena-
rios, & decanos. * Qui iudicabant plebem 26
omni tempore: quidquid autẽ grauius erat,
referebant ad eũ, faciliora tantummodo iu-
dicantes. * Dimisitq. cognatum suum: qui 27
reuersus abijt in terram suam.

CAP. XIX.

Nu. 33. c.19. MEnse tertio egressionis Israel de Terra 1
Aegypti, in die hac venerunt in soli- A
tudinem Sinai: * Nam profecti de Raphi- 2
dim, & peruenientes vsq. in desertum Sinai,
castrametati sunt in eodẽ loco, ibiq. Israel
3 fixit tentoria è regione mõtis. * ᵑ Moyses au ᵑ Act.7. c.28.
tem ascendit ad Deum, vocauitq. eũ Domi-
nus de monte, & ait: Hæc dices domui Ia-
4 cob, & annunciabis filijs Israel: * Vos ipsi
vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, quo modo
portauerim vos super alas aquilarum, & as-
5 sumpserim mihi. * ᵑ Si ergo audieritis vocẽ ᵑ Deu.29 a.2.
meam, & custodieritis pactum meum eritis
mihi in peculium de cunctis populis: ᵑ mea ᵑ Psal.23. a.1.
6 est enim omnis terra. * ᵑ Et vos eritis mihi
B in regnũ sacerdotale, & gens sancta, hæc sũt ᵑ 1. Pet.2 b.9.
7 verba, quæ loqueris ad filios Israel. * Venit
Moyses: & cõuocatis maioribus natu popu-
li, exposuit omnes sermones, quos mãdaue-
8 rat Dominus.* Responditq. omnis populus
simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, fa-
ciemus. Cumq. retulisset Moyses verba po-
9 puli ad Dominum, * ait ei Dominus: Iam
nunc veniam ad te in caligine nubis, vt au-
diat me populus loquentem ad te, & credat
tibi in perpetuum. Nunciauit ergo Moyses
10 verba populi ad Dñm.* Qui dixit ei: Vade
ad populũ, & sanctifica illos hodie, & cras,
11 lauentq. vestimenta sua. * Et sint parati in
diẽ tertiũ: in die enim tertia descẽdet Domi-
nus corã omni plebe super montem Sinai,
12 * Cõstituesq. terminos populo per circuitũ,
C & dices ad eos: Cauete ne ascẽdatis in mon- ᵑ Heb.12 c.18.
tem, ᵑ nec tangatis fines illius: omnis qui te-
13 tigerit mõtẽ, morte morietur. * Manus non
tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut
confodietur iaculis; siue iumentum fuerit,
siue homo, non viuet, cum cœperit clangere
14 buccina, tunc ascendant in montem. * De-
scenditq. Moyses de monte ad populum, &
sanctificauit eum. Cumque lauissent vesti-
15 mẽta sua.* ait ad eos. Estote parati in diem
tertium, & ne appropinquetis vxoribus ve-
stris,

stris * Iamque aduenerat tertius dies,& ma 16
ne inclaruerat, & ecce ceperunt audiri toni-
trua,ac micare fulgura, & nubes densissima
operire montem, clãgorq. buccinæ vehemẽ-
tius perstrepebat:& timuit populus, qui erat
in castris. * Cumq. eduxisset eos Moyses in 17
ʺ Deu.4. occursum Dei de loco castrorum, steterunt
b.11. ad radices montis. * ʺ Totus autem mons 18
Sinai fumabat, eo quod descendisset Domi- D
nus super eum in igne, & ascenderet fumus
ex eo quasi de fornace: eratque omnis mons
terribilis. * & sonitus buccinæ paulatim cre- 19
scebat in maius, & prolixius tendebatur:
Moyses loquebatur,& Deus respondebat ei.
*Descenditque Dominus super montem Si- 20
nai in ipso montis vertice, & vocauit Moy-
sen in cacumen eius. Quò cum ascendisset,
21 * dixit ad eum: Descende, & contestare po-
pulum ne forte velit transcendere terminos
ad videndum Dominum, & pereat ex eis
22 plurima multitudo. * Sacerdotes quoque
qui accedunt ad Dominum, sanctificentur,
23 ne percutiat eos.* Dixitque Moyses ad Do-
minum: Non poterit vulgus ascendere in
montem Sinai tu enim testificatus es, & ius-
sisti,dicens. Pone terminos circa montem,
24 & sanctifica illum. * Cui ait Dominus Va-
de,descende:ascendesque tu,& Aaron tecũ,
sacerdotes autem, & populus ne transeant
terminos, nec ascendant ad Dominum, ne
25 forte interficiat illos. * Descenditque Moy-
ses ad populum,& omnia narrauit eis.



CAP. XX.

Locutusq. est dñs cunctos sermones hos: 1
ʺ Deut.5 a.6. * Ego sum Dominus Deus tuus, qui edu 2
xi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. A
Psal. 80. *Nõ habebis deos alienos coram me.* ʺ Nõ 3
c.11.96. facies tibi sculptile, neque omnem similitu- 4
b.7. dinem,quæ est in cælo desuper,& quæ in ter
Leu. 26. ra deorsum, nec eorũ quæ sunt in aquis sub
a.1. terra, * Non adorabis ea, neque coles: ego 5
Deut. 4. sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes,visi-
c.25. tans iniquitatem patrum in filios,in tertiam
Ios. 24. & quartam generationẽ eorum,qui oderunt
d.14. me: * & faciens misericordiam in millia his 6
ʺDeut.5. qui diligunt me,& custodiũt præcepta mea: B
b.11. * ʺ Nõ assumes nomẽ Domini Dei tui in va 7
Leui.19. num, nec enim habebit insontem Dominus
c.12. eum, qui assumpserit nomẽ Domini Dei sui
Mat. 5.e frustra.* ʺ Memẽto vt diẽ sabbati sãctifices. 8
27. * Sex diebus operaberis,& facies omnia ope- 9
ʺ Ezec. ra tua. * Septimo autẽ die sabbatũ Dñi Dei 10
20.b.12. tui est,nõ facies omne opus in eo,tu,& filius
tuus,& filia tua,seruus tuus,& ancilla tua,iu Deut.5.
mẽtũ tuũ,& aduena,q est intra portas tuas. b.13.
11 * ʺ Sex enim diebus fecit Dominus cælum Inf.31.
& terram,& mare,& omnia quæ in eis sunt, b.14.
& requieuit in die septimo, idcirco benedi- ʺ Gen.2.
xit, Dominus diei sabbati, & sanctificauit a.2.
12 eum.* ʺ Honora patrem tuum, & matrem ʺ Deu.5.
C tuam, vt sis longæuus super terram, quam b.16.
13 Dominus Deus tuus dabit tibi. * ʺ Non oc- Mat.15.
14 cides. * Non mœchaberis: * Non furtũ fa- a.4.
15 cies. * Non loqueris contra proximum tuũ Eph.6.
16 falsum testimonium. * ʺ Non concupisces a.2.
17 domum proximi tui: nec desiderabis vxorẽ ʺ Mat.5.
eius,nòn seruum, non ancillam, non bouẽ, c.16.
18 non asinum,nec omnia quæ illius sunt.* Cũ ʺ Rom.7.
ctus autem populus videbat voces,& lampa b.7.13.
des,& sonitum buccinæ, montẽque fuman- c.9.
tem, & perterriti,ac pauore concussi, stete-
19 runt procul.* dicentes Moysi: Loquere tu
nobis,& audiemus, non loquatur nobis Do-
20 minus,ne forte moriamur. * Et ait Moyses
ad populum, Nolite timere, vt enim pro-
barec

baret vos venit Deus, & vt terror illius esset
in vobis,& non peccaretis. * Stetitq popu- 21
Heb. 12. lus de longe. Moyses autem accessit ad cali-
c.18. ginẽ,in qua erat Deus. * Dixit præterea Do- 22
Deu. 18. minus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: D
c.16. Vos vidistis qđ de cælo locutus sim vobis.
* Non facietis deos argenteos, nec deos au- 23
reos facietis vobis. * ʺ Altare de terra facie- 24
ʺ Inf. 27. tis mihi,& offeretis super eo holocausta, &
b.8.38.a. pacifica vestra,oues vestras, & boues in om-
7. ni loco,ĩ quo memoria fuerit nominis mei:
ʺ Deu.27 veniã ad te,& benedicam tibi.* ʺ Quòd si al 25
a.5. tare lapideum feceris mihi,nõ ædificabis il-
Ios. 8. f. lud de sectis lapidibus,si enim leuaueris cul
33. trum super eo,polluetur. * Non ascendes 26
per gradus ad altare meũ, ne reueletur tur-
pitudo tua.

CAP. XXI.

Deu. 15. HÆc sunt iudicia quæ propones eis. * Si 1
c.12. emeris seruum Hebræũ,sex annis ser- 2
Iere. 34. uiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. A
c.14. *Cum quali veste intrauerit,cum tali exeat: 3
si habens vxorem,& vxor egredietur simul.
*Sin autem dominus dederit illi vxorem,& 4
pepererit filios,& filias:mulier, & liberi eius
erunt domini sui, ipse verò exibit cũ vesti-
tu suo. * Quòd si dixerit seruus:Diligo do- 5
minum meum,& vxorẽ ac liberos,non egre-
diar liber:* offeret eum dominus dijs,& ap-
plicabitur ad ostium,& postes, perforabitq. B
aurem eius subula, & erit ei seruus in sæcu- 6
lum. * Si quis vendiderit filiam suam, in fa- 7
mulã, non egredietur sicut ancillæ exire cõ-
sueuerũt. * Si displicuerit oculis domini sui 8
cui tradita fuerat, dimittet eam: populo au-
tem alieno vendendi nõ habebit potestatẽ,
si spreuerit eã.* Sin autem filio suo despon- 9
derit eam, iuxta morem filiarum faciet illi.
* Quòd si alteram ei acceperit, prouidebit 10
puellæ nuptias,& vestimenta,& pretium pu
dicitiæ non negabit * Si tria ista non fecerit, 11
ʺ Le.24. egredietur gratis absque pecunia. * ʺ Qui 12
c.17. percusserit hominem volẽs occidere, morte C
Deut.19. moriatur. * Qui autem non est insidiatus, 13
a.1. sed Deus illum tradidit in manus eius con-
stituam tibi locum,in quem fugere debeat.
* Si quis per industriam occiderit proximũ 14
suum, & per insidias: ab altari meo euelles
eum, vt moriatur. * Qui percusserit patrem 15
suum aut matrẽ,morte moriatur.* Qui fu- 16
ratus fuerit hominem, & vendiderit eũ, cõ-
uictus noxæ,morte moriatur. * Qui maledi 17
Leui.20. xerit patri suo,vel matri,morte moriat. * Si 18
b.9. rixati fuerint viri, & percusserit alter proxi-
Pro. 20. mum suũ lapide,vel pugno, & ille mortuus
c.20. nõ fuerit, sed iacuerit in lectulo:* si surrexe 19
Mat. 15. rit,& ambulauerit foris super baculũ suum, D
a 4. innocẽs erit,qui percusserit, ita tamẽ vt ope-
Mar.7.b ras eius: & impensas in medicos restituat.
10. * Qui percusserit seruũ suũ,vel ancillã vir- 20
ga,& mortui fuerint in manibus eius, crimi-
nis reus erit, * Sin autẽ vno die,vel duobus 21
superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pe-
cunia illius est,* Si rixati fuerint viri, & per- 22
cusserit quis mulierem prægnãtem, & abor-
tiuum quidẽ fecerit,sed ipsa vixerit subiace-
bit damno quantum maritus mulieris expe-
23 tierit,& arbitri iudicauerint.* Sin autẽ mors
E eius fuerit subsecuta,reddet animã pro ani-
24 ma,* ʺ oculum pro oculo,dentẽ pro dente, ʺ Mat. 5.
25 manum pro manu, pedem pro pede,* adu- f.38.
stionem pro adustione, vulnus pro vulnere, Leui.24.
26 liuorẽ pro liuore. * Si percusserit quispiam d.20.
oculũ serui sui, aut ancillæ, & luscos eos fe- Deu. 19.
cerit, dimittet eos liberos pro oculo, quem d.20.
27 eruit. * Dentem quoque si excusserit seruo
vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos libe-
28 ros. * Si bos cornu percusserit virũ aut mu-
lierẽ,& mortui fuerint, lapidibus obruetur:
& non comedentur carnes eius, dñs quo-
29 que bouis innocens erit. * Quod si bos cor-
F nupeta fuerit ab heri,& nudiustertius,& cõ-
testati sunt dominũ eius,nec recluserit eum,
occideritq. virum,aut mulierem,& bos lapi-
dibus obruetur, & dominum eius occident.
30 * Quòd si pretium fuerit ei impositum, da-
bit pro anima sua quidquid fuerit postula-
31 tus.* Filium quoque, & filiam si cornu per-
32 cusserit,simili sñiæ subiacebit. * Si seruum,
G ancillamq. inuaserit,triginta siclos argẽti do-
mino dabit,bos verò lapidibus opprimetur.
33 * Si quis aperuerit cisternam, & foderit, &
non operuerit eam,cecideritq. bos aut asinus
34 in eam, * reddet dominus cisternæ pretium
iumentorum:quod autem mortuum est,ip-
35 sius erit.* Si bos alienus bouem alterius vul-
nerauerit,& ille mortuus fuerit: vendent bo
uem viuum, & diuident pretium, cadauer
36 autem mortui inter se dispertient. * Sin au-
tem sciebat, quod bos cornupeta esset ab he-
ri,& nudiustertius, & non custodiuit eum
dominus suus, reddet bouem pro boue, &
cadauer integrum accipiet.

CAP. XXII.

1 SI quis furatus fuerit bouem,aut ouem,&
A occiderit,vel vendiderit: quinque boues ʺ 2. Reg.
pro vno boue restituet, ʺ & quatuor oues 12.b.6.
2 pro vna oue.*Si effringens fur domum,siue
suffodiens fuerit inuentus,& accepto vulne-
re mortuus fuerit:percussor nõ erit reus san
3 guinis.*Quòd si orto Sole hoc fecerit, homi-
cidiũ perpetrauit, & ipse morietur. Si non
habuerit quod pro furto reddat,ipse venun-
4 dabitur. * si inuentum fuerit apud eũ quod
furatus est, viuens, siue bos,siue asinus, siue
5 ouis:duplum restituet. * Si læserit quispiam
agrum,vel vineam, & dimiserit iumentum
suũ,vt depascatur aliena: quidquid optimũ
habuerit in agro suo, vel in vinea, pro dãni
6 æstimatione restituet. * Si egressus ignis in-
B uenerit spinas, & comprehenderit aceruos
frugum, siue stantes segetes in agris,reddet
7 damnum:qui ignem succenderit. * Si quis
commendauerit amico pecuniam,aut vasa in
custodiã,& ab eo, qui susceperat, furto abla-
8 ta fuerint,si inuenitur fur,duplũ reddet, * si
latet fur, dominus domus applicabitur ad
deos,

deos,& iurabit, quòd nõ extenderit manum
in rem proximi tui * ad perpetrandã fraudẽ 9
tã in boue,quã in asino, & oue ac vestimẽto,
& quidquid damnũ inferre potest, ad deos
vtriusque causa perueniet : & si illi iudicaue-
rint, duplum restituet proximo suo.* Si quis 10
commendauerit proximo suo asinum , bo-
uem , ouem , & omne iumentum ad custo-
diam, & mortuum fuerit , aut debilitatum ,
vel captum ab hostibus, nullusque hoc vide-
rit:* iusiurandum erit in medio , quòd non 11
"Gen. 3. extenderit manum ad rem proximi sui: "su- C
f.39. scipietque dominus iuramentum,& ille red-
dere non cogetur. * Quod si furto ablatum 12
fuerit, restituet damnum domino . * Si co- 13
mestum à bestia, deferat ad eum, quod occi-
sum est, & non restituet . * Quia proximo 14
suo, quidquam horum mutuo postulauerit,
& debilitatum , aut mortuũ fuerit domino
non præsente, reddere compelletur. * Quòd 15
si in præsentiarum dominus fuerit , non re-
stituet , maximè si conductum venerat pro
"Deu.22. mercede operis sui . * "Si seduxerit, quis vir- 16
d.29. ginem necdum desponsatam, dormieritque
cum ea: dotabit eam,& habebit eam vxorẽ .
* Si pater virginis dare noluerit, reddet pecu 17
niam iuxta modum dotis, quam virgines ac-
cipere consueuerunt . * Maleficos non pa- 18
tieris viuere . * Qui coierit cum iumento , 19
"Leu.19. morte moriatur . * "Qui immolat dijs, oc- 20
a.4. cidetur, præterquam Domino soli. * Adue- 21
nam non contristabis , neque affliges eum : D
aduenæ enim , & ipsi fuistis in Terra Aegy-
pti. * Viduæ,& pupillo non nocebitis. * Si 22
Zach. 7 læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego 23
e.10. audiam clamorem eorum : * & indignabi- 24
tur furor meus , percutiamq. vos gladio, &
erunt vxores vestræ viduæ , & filij vestri pu-
pilli . * Si pecuniam mutuam dederis popu- 25
lo meo pauperi , qui habitat tecum , non vr-
gebis eũ quasi exactor , nec vsuris opprimes.
* Si pignus à proximo tuo acceperis vesti- 26
mentum, ante solis occasum reddes ei.* Ip- 27
sum enim est solum , quo operitur, indumẽ
tum carnis eius, nec habet aliud in quo dor-
miat : si clamauerit ad me, exaudiam eum,
quia misericors sum. * Dijs non detrahes, & 28
"Act.23. "principi populi tui non maledices. * Deci- 29
a.5. mas tuas,& primitias tuas non tardabis red-
"Leu.22. dere, "primogenitum filiorum tuorum da-
b.8. bis mihi. * De bobus quoque,& ouibus simi- 30
Eze. 44. liter facies : septem diebus sit cũ matre sua ,
g.30. die octaua reddes illum mihi . * Viri sancti 31
Sup. 13. eritis mihi : carnem, quæ à bestijs fuerit præ-
a.2. & b. gustata, non comedetis , sed proijcietis cani-
12. bus.
Inf. 33.b
19.

CAP. XXIII.

NOn suscipies vocem mendacij: nec iun- 1
ges manum tuam , vt pro impio dicas A
falsum testimonium . * Nõ sequeris turbam 2
ad faciendum malum : nec in iudicio pluri-
morum acquiesces sententiæ , vt à vero de-
"Deu.22 uies . * Pauperis quoque non misereberis in 3
a.1. iudicio. * "Si occurreris boui inimici tui , 4
5 aut asino erranti, reduc ad eum. * Si videris a-
sinum odientis te iacere sub onere , non per-
6 transibis, sed subleuabis cum eo. * Nõ decli-
7 nabis in iudiciũ pauperis. * Mẽdaciũ fugies.
B Insontem,& iustũ non occides: quia auersor
8 impiũ. * "Nec accipies munera, quæ etiã ex- "Dan.13
cæcant prudentes , & subuertũt verba iusto- f.53.
9 rum. * Peregrino molestus non eris, scitis e-
nim aduenarum animas: quia & ipsi " pere-
10 grini fuistis in terra Aegypti . * Sex annis se- "Deu.16
minabis terram tuam, & congregabis fruges d.19.
11 eius . * Anno autem septimo dimittes eam, Eccl.20.
& requiescere facies , vt comedant pauperes d.32.
populi tui : & quidquid reliquũ fuerit , edant Gen.46.
bestiæ agri: ita facies in vinea,& olueto tuo. a.5.
12 * Sex dieb. operaberis : septimo die cessabis,
C vt requiescat bos, & asinus tuus: & refrigere-
13 tur filius ancillæ tuæ, & aduena. * Omnia,
quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen ex-
ternorum deorum non iurabitis , neque au-
14 dietur ex ore vestro.* Tribus vicibus per sin-
15 gulos annos mihi festa celebrabitis. * Solẽ-
nitatem azymorum custodies . Septem die-
bus comedes azyma, "sicut præcepi tibi, tem- "Sup.13.
pore mensis nouorum, quãdo egressus es de a.3.
Aegypto : " non apparebis in conspectu meo Inf.34.
16 vacuus . * Et solẽnitatem messis primitiuo- 22.
D rum operis tui, quæcumque seminaueris in Deu.16.
agro, solemnitatem quoque in exitu anni ; d.16.
quando cõgregaueris omnes fruges tuas de "Ecc.35.
17 agro.* Ter in anno apparebit omne mascu- a.6.
18 linum tuum corã Domino Deo tuo . * Non
immolabis super fermento sanguinem vi-
ctimæ meæ, nec remanebit adeps solemnita- Deu.14.
19 tis meæ vsque mane. * Primitias frugũ ter- c.12.
ræ tuæ deferes in domum Domini Dei. Non Inf.34.
20 coques hædum in lacte matris suæ . * Ecce 26.
ego mittam Angelum , qui præcedat te , &
custodiat in via, & introducat in locũ quem
21 paraui * Obserua eum, & audi vocem eius, Deu.7.b
nec contemnendum putes , quia non dimit- 11.
tet cum peccaueris , & est nomen meum in
22 illo * Quod si audieris vocem eius,& feceris
E omnia , quæ loquor , inimicus ero inimicis
23 tuis,& affligam affligentes te.* " Præcedetq. "Inf.33.
te Angelus meus, & introducet te ad Amor- a.2.
rhæum,& Hethæum,& Pherezæum, Chana- Ios.24.
næumq. & Heuæũ, & Iebusæum , quos ego 11.
24 conteram.* Non adorabis deos eorum,nec Deu.7.
coles eos : non facies opera eorum , sed de- 22.
25 strues eos,& confringes statuas eorum.* Ser-
uietisq Domino Deo vestro , vt benedicam
panibus tuis,& aquis , & auferam infirmita-
26 tem de medio tui.* Non erit infecunda,nec
F sterilis in terra tua: numerũ dierum tuorum Deu.7.
27 implebo.* Terrorem meum mittam in præ- 14
cursum tuum , & occidam omnem populũ,
ad quem ingredieris: cunctorumq. inimico-
28 rum tuorum coram te terga vertam:* emit-
tens crabrones prius, qui fugabunt Heuæũ,
& Chananæum,& Hethæum, antequam in-
29 troeas.* Nõ eijciã eos à facie tua anno vno:
ne terra in solitudinem redigatur, & crescãt
30 contra te bestiæ . * Paulatim expellam eos
de conspectu tuo , donec augearis, & possi-
deas

deas Terram. * Ponam autẽ terminos tuos 31
à Mari rubro vsque ad Mare Palæstinorũ ,
Deut. 7. & à deserto vsque ad fluuium : tradã in ma-
a.2. nibus vestri habitatores Terræ , & eijciam
Inf. 34.b eos de conspectu vestro. * Non inibis cum 32
15. eis fœdus, nec cum dijs eorum.* Non habi- 33
tent in terra tua , ne fortè peccare te faciant
in me , si seruieris dijs eorum: quod tibi cer-
tè erit in scandalum.

CAP. XXIV.

MOysi quoque dixit : Ascende ad Domi- 1
nũ tu,& Aaron, Nadab,& Abiu,& se A
ptuaginta senes ex Israel , & adorabitis pro-
cul. * Solusq. Moyses ascendet ad Dominũ, 2
& illi non appropinquabunt : nec populus
ascendet cũ eo. * Venit ergo Moyses,& nar- 3
rauit plebi omnia verba Domini , atque iu-
dicia : responditque omnis populus vna vo-
ce: omnia verba Domini, quæ locutus est, fa-
ciemus . * Scripsit autem Moyses vniuersos 4
sermones : Domini : & mane consurgens æ-
dificauit altare ad radices montis,& duode-
cim titulos per duodecim tribus Israel, * Mi 5
sitq iuuenes de filiis Israel,& obtulerunt ho B
locausta, immolaueruntq. victimas pacificas
Domino, vitulos. * Tulit itaq. Moyses dimi- 6
diam partem sanguinis , & misit in crateras :
partem autem residuam fudit super altare .
* Assumensq. volumen fœderis, legit audiẽ- 7
te populo: qui dixerũt : Omnia quæ locutus
est Dñs , faciemus , & erimus obedientes .
8 * Ille verò sumptum sanguinem respersit
in populum , & ait : Hic est sanguis fœderis
quod pepigit Dominus vobiscum super cun
9 ctis sermonib. his. * Ascenderuntq. Moyses
C & Aaron, Nadab,& Abiu, & septuaginta de
10 seniorib. Israel: *& viderunt Deum Israel :
& sub pedib. eius quasi opus lapidis sapphi- Heb. 9.e
11 rini,& quasi cælum, cum serenum est. * Nec 20.
super eos, qui procul recesserant de filijs I-
srael , misit manum suam , videruntq. Deũ.
12 & comederunt , ac biberunt. * Dixit autem
Dñs ad Moysen : Ascende ad me in montẽ,
& esto ibi : daboq. tibi tabulas lapideas, &
legem ac mãdata, quæ scripsi : vt doceas eos .
13 * Surrexerunt Moyses , & Iosue minister e-
D ius : ascendentque Moyses in montem Dei ,
14 * senioribus ait: Expectate hic donec reuer-
tamur ad vos . Habetis Aaron , & Hur vo-
biscum: si quid natum fuerit quæstionis , re-
15 feretis ad eos. * Cũque ascendisset Moyses,
16 operuit nubes montem , * & habitauit glo-
ria Domini super Sinai , tegens illũ nube sex
diebus , septimo autem die vocauit eum de
17 medio caliginis , * Erat autem species glo-
riæ Domini , quasi ignis ardens super verti-
cem montis in conspectu filiorum Israel .
18 * Ingressusque Moyses medium nebulæ,
ascendit in montem , & fuit ibi quadragin-
ta diebus,& quadraginta noctibus.



CAP. XXV.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, 1
"Inf.35. dicens: * Loquere filijs Israel vt tollant 2
a.5. mihi primitias ab "omni homine , qui of- A
feret vltroneus , accipietis eas. * Hæc sunt 3
autem quæ accipere debetis : Aurum , & ar-
gentum,& æs, * hyacinthum,& purpuram, 4
coccumque bis tinctum , & byssum, pilos ca-
5 prarũ, * & pelles arietũ rubricatas , pellesq.
6 ianthinas,& ligna Setim : * oleũ ad lumina-
ria concinnãda : aromata in vnguentũ & thy
7 miamata boni odoris: * lapides onychinos ,
& gemmas ad ornãdũ ephod , ac rationale .
8 * Facietque mihi sanctuarium , & habitabo

Heb. 9. 2. in medio eorum: * " iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sicque facietis illud: * Arcam de lignis Setim cōpin- 10 gite, cuius lōgitudo habeat duos, & semis cubitos: latitudo, cubitum, & dimidum: altitudo, cubitum similiter ac semissem. * Et 11 deaurabis eam auro, mūdissimo intus, & foris: faciesq. supra coronam auream per circuitum: * & quatuor circulos aureos, quos 12 pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli sint in latere vno, & duo in altero, * Facies 13 quoque vectes de lignis Setim, & operies eos auro. * Inducesque per circulos, qui sunt 14 in arcæ lateribus, vt portetur in eis: qui B semper erūt in circulis, nec vmquam extra- 15 hentur ab eis. * Ponesq. in arca testificatio- 16 nem, quam dabo tibi. * Facies & propitia- 17 torīū de auro mundissimo: duos cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. * Duos quoque 18 Cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. * Cherub vnus sit in 19 latere vno, & alter in altero. * Vtrumq. la- 20 tus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantq. se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, * in qua pones testimonium 21 quod dabo tibi. * inde præcipiam, & loquar 22 ad te supra propitiatorīū, ac de medio duo C rum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs israel. * Facies, & mensam de lignis Setim, 23 habentem duos cubitos lōgitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem. * Et inaurabis eam auro puris- 24 simo: faciesq. illi labium aureum per circuitum, * & ipsi labio coronam interrasilem al- 25 tam quatuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam. * Quatuor quoque cit- 26 culos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. * Subter coronam erūt circuli au- 27 rei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. * Ipsos quoque vectes facies 28 de lignis Setim, & circumdabis auro ad subuehendam mensam. * Parabis, & acetabula, 29 ac phialas, & thuribula, & cyathos, in quibus offerēda sunt libamina, ex auro purissimo. * Et pones super mensam panes propo- 30 sitionis in cōspectu mee semper. * Facies, & 31 candelabrum ductile de auro mūdissimo, D hastile eius, & calamos, scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. * Sex calami 32 egrediētur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. * Tres scyphi quasi in nucis 33 modū per calamos singulos, sphærulaq. simul, & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulaq. simul, & lilium hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili: * in ipso autem 34 candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum sphærulæque per singulos, & lilia. * Sphærulæ sub duobus calamis per tria lo- 35 ca, qui simul sex fiunt procedentes de hasti- 36 li vno. * Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erunt, vniuersa ductilia de auro purissi- 37 mo. * Facies, & lucernas septē, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. 38 * Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo. 39 * Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. 40 * " Inspice, & fac secūdum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

" Heb. 8. 5. Act. 7. 44.

CAP. XXVI.

1 A TAbernaculum verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas 2 opere plumario facies. * Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo quatuor cubitorum erit. Vnius mensuræ 3 fient vniuersa tentoria. * Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque ne- 4 xu simili cohærebunt. * Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cor- 5 tinarū, vt possint inuicem copulari. * Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraq. parte, ita insertas, vt ansa contra ansam ve- 6 niat, & altera alteri possit aptari. * Facies & B quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnū taberna- 7 culū fiat. * Facies, & saga cilicina vndecim, 8 ad operiendum tectum tabernaculi. * Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sa- 9 gorum omnium. * E quibus quinque iūges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextum sagum in fronte recti duplices. * Fa- 10 cies, & quinquaginta ansas in ora sagi vnus, vt coniungi cum altero queat: & quin- 11 quaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. * Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat. 12 * Quod autem superfuerit in sagis, quæ pa- C rantur tecto, id est, vnum sagum, quod amplus est, ex medietate eius operies posteriora 13 tabernaculi. * Et cubitus ex vna parte pēdebit, & alter ex altera qui plus est in sagorū longitudine, vtrumq; latus tabernaculi pro- 14 tegens. * Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentū de iāthinis pelli- 15 bus. * Facies & tabulas stātes tabernaculi de 16 lignis Setim, * quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singu- 17 los ac semissem. * in lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabu- D læ connectatur, atque in hunc modū cūctæ 18 tabulæ parabuntur. * Quarum viginti erūt in latere meridiano quod vergit ad Austrū. 19 * Quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos 20 angulos subijciantur. * in latere quoque secundo tabernaculi, quod vergit ad Aquilo- 21 nem: viginti tabulæ erunt, * quadraginta ha- E bentes bases argenteas, binæ bases singulis 22 tabulis supponentur. * Ad occidentalem ve-

ro plagam tabernaculi facies sex tabulas, * 23 & rursum alias duas, quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. * Eruntq. con- 24 iunctæ deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. * Et erūt simul tabulæ 25 octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam supputatis. * Fa- 26 cies, & vectes de lignis Setim quinque ad cōtinendas tabulas in vno latere tabernaculi, * & quinque alios in altero, & eiusdem nu- 27 meri ad occidentalem plagam: * qui mittē- 28 tur per medias tabulas à summo vsque ad F summū. * Ipsas quoque tabulas de aurabis, 29 & fundes in eis anulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. * Et eriges tabernaculum iuxta 30 exemplar, quod tibi in " Monte monstratum est. * Facies, & velum de hyacintho, & pur- 31 pura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario, & pulchra varietate contex- 32 tum: * quod appendes ante quatuor columnas de lignis Setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebūt capita aurea, sed 33 bases argenteas. * Inferetur autem velum G per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij 34 sanctuaria diuidentur. * Pones & propitiatorium super arcā testimonij in Sancto san- 35 ctorum: * mensamque extra velum: & cōtra mensam candelabrum in latere taberna- culi meridiano: mensa enim stabit in parte 36 Aquilonis: * Facies, & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoq. bis tincto, & bysso retorta, opere plu- 37 marij. * Et quinque columnas deaurabis lignorum Setim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

" Sup. 24. 6. 10.



CAP. XXVII.

Inf. 38. 8. 6. F Acies, & altare de lignis Setim, qd habebit quinque cubitos in lōgitudine, & to- A tidem in latitudine, id est, quadrū, & tres cubitos in altitudine. * Cornua autē per qua- 2 tuor angulos ex ipso erunt, & operies illud ære. * Facieſque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula. omnia vasa ex 3 ære fabricabis * Craticulamq. in modum re 4 tis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli ænei, * quos pones subter 5 arulam altaris: eritq. craticula vsque ad altaris medium. * Facies, & vectes altaris de li- 6 gnis Setim duos, quos operies laminis æneis B Sup. 20 d. 24. * & induces per circulos, eruntq. ex vtroque 7 latere altaris ad portandum, * " Non solidū, 8 sed inane, & cauum intri insecus facies illud, 9 sicut tibi in Monte monstratum est. * Facies & atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de byſso retorta: centum cubitos vnum latus tenebit 10 in longitudine. Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cela- 11 turis suis habebunt argētea. * Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum 12 cum cælaturis suis argētea, * In latitudine C verò atrij, quod respicit ad occidentē, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & colu- 13 mnæ decem, basesq. totidem. * In ea quoque atrij latitudine. quæ respicit ad orientem, 14 quinquaginta cubiti erunt. * in quibus quindecim cubitorū tentoria lateri vno depūta-

bũtur, columnæq. tres, & bases totidem: * & 15
in latere altero erunt rẽtoria cubitos obtinẽ-
tia quindecim, columnæ tres, & bases totidẽ.
* In introitu verò atrij fiet tentoriũ cubito- 16
rum viginti ex hyacintho, & purpura, coccoq.
bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij:
columnas habebit quatuor, cum baſib. totidẽ.
* Omnes columnæ atrij per circuitum veſti- 17
tæ erunt argenteis laminis, capitibus argen-
teis, & baſibus æneis. * In longitudine occu- 18
pabit atrium cubitos centum, in latitudine D
quinquaginta altitudo quinque cubitorum
erit, fierque de byſſo retorta, & habebit ba-
19 ſes æneas. * Cuncta vaſa tabernaculi in om-
nes vſus, & ceremonias, tam paxillos eius,
20 quam atrij, ex ere facies. * Præcipe filijs Iſrael
vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarũ
puriſſimum, piloque contuſum: vt ardeat lu
21 cerna ſemper * in tabernaculo teſtimonij, ex-
tra velum quod oppanſum eſt teſtimonio.
Et collocabunt eam Aaron, & filij eius, vt
vſque mane luceat coram Domino. Perpe-
tuus erit cultus per ſucceſſiones eorum à fi-
lijs Iſrael.

CAP.

CAP. XXVIII.

APplica quoq. ad te Aaron fratrem tuum 1
cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, A
vt ſacerdotio fungantur mihi, Aarõ, Nadab:
& Abiu, Eleazar, & Ithamar. * Faciesq. veſtẽ 2
ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & de-
corem. * Et loqueris cunctis ſapientibus cor- 3
de, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant
veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus mini-
ſtret mihi. * Hæc aũt erunt veſtimenta, quæ 4
facient: Rationale, & ſuperhumerale, tunicã
& lineam ſtrictam, cidarim & balteum. Fa-
cient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron, &
filijs eius, vt ſacerdotio fungãtur mihi. * Ac- 5
cipientq. aurum, & hyacinthum, & purpurã,
coccumque bis tinctum, & byſſum. * Facient 6
autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho B
& purpura, coccoque bis tincto, & byſſo re-
torta, opere polymito. * Duas oras iunctas 7
habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in
vnum redeant. * Ipſa quoq. textura, & cun-
cta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, 8
& purpura, coccoq. bis tincto, & byſſo retor-
ta. * Sumeſq. duos lapides onychinos, & ſcul- 9
pes in eis nomina filiorum Iſrael: * ſex no 10
mina in lapide vno, & ſex reliqua in altero,
iuxta ordinem natiuitatis eorum. * Opere 11
ſculptoris, & cælatura gemmarij, ſculpes
eos nominibus filiorum Iſrael, incluſos auro
atque circundatos: * & pones, in vtroque la- 12
tere ſuperhumeralis, memoriale filijs Iſrael.
Portabitque Aaron nomina eorum coram
Dño ſuper vtrumq. humerum, ob recorda- C
tionem. * Facies, & vncinos ex auro, * & duas 13
catenulas ex auro puriſſimo ſibi inuicem co- 14
hærentes, quas inferes vncinis. * Rationale 15
quoque iudicij facies opere polymito iuxta
texturam ſuperhumeralis ex auro, hacyn-
tho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo
16 retorta. * Quadrangulum erit, & duplex: mẽ
ſuram palmi habebit tam in longitudine,
17 quam in latitudine. * Poneſq. in eo quatuor
ordines lapidum: in primo verſu erit lapis
18 ſardius, & topazius, & ſmaragdus, in * ſecũ-
19 do carbunculus, ſapphirus, & iaſpis: in tertio
20 ligurius, achates, & amethyſtus: * in quarto
chryſolytus, onychinus, & berillus incluſi
21 auro erunt per ordines ſuos. * Habebuntq.
nomina filiorum Iſrael: duodecim nomini-
bus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus
22 ſingulorum per duodecim tribus. * Facies
D in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes
23 ex auro puriſſimo: * & duos anulos aureos,
quos pones in vtraque rationalis ſummitate:
24 * catenaſque aureas iunges anulis, qui ſunt
25 in marginibus eius: * & ipſarum catenarum
extrema duobus copulabis vncinis in vtro-
que latere ſuperhumeralis, quod rationale
26 reſpicit. * Facies & duos anulos aureos, quos
Pones in ſũmitatibus rationalis, in oris, quæ
è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora
27 eius aſpiciunt. * Nec non, & alios duos anu-
los aureos, qui ponendi ſunt in vtroq. late-
re ſuperhumeralis deorſum, quòd reſpicit
contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari
28 poſſit cum ſuperhumerali, * & ſtringatur ra-
tionale anulis ſuis cum anulis ſuperhume-
ralis victa hyacinthina: vt maneat iunctura
fabrefacta, & à ſe inuicem rationale, & ſu-
29 perhumerale nequeant ſeparari. * Portabit-
E que Aaron nomina filiorum Iſrael in ratio-
nali iudicij ſuper pectus ſuum, qñ ingredie-
tur Sanctuarium, memoriale coram Domi-
30 no in æternum. * Pones autem in rationali
iudicij Doctrinã, & Veritatẽ, quæ erũt in pe-

ctore Aaron quando ingredietur coram Do-
mino:& geſtabit iudicium filiorum Iſrael in
pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper.
* Facies, & tunicam ſuperhumeralis totam 31
hyacinthinam, * in cuius medio ſupra erit 32
capitium,& ora per gyrum eius textilis,ſicut
fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne
facile rumpatur. * Deorſum verò,ad pedes 33
eiuſdem tunicæ, per circuitum, quaſi mala F
punica facies,ex hyacintho,& purpura,&
cocco bis tincto,mixtis in medio tintinnabu-
lis:*ita vt tintinnabulum ſit aureum,& ma- 34
lum punicum:rurſumque tintinnabulum a-
"Eccl.45.b.11. liud aureum,& malum punicũ.*"Et veſtie- 35
tur ea Aaron in officio miniſterij, vt audia-
tur ſonitus, quando ingreditur, & egredi-
tur Sanctuarium in conſpectu Domini, &
non moriatur. * Facies,& laminam de auro 36
puriſſimo:in qua ſculpes opere cælatoris,Sã-
ctum Domino. * Ligabiſque eam vitta hya- 37
cinthina, & erit ſuper tiaram, * imminens 38
fronti pontificis. Portabitq. Aaron iniquita-
tes eorum, quæ obtulerunt, & ſanctificaue-
runt filij Iſrael,in cunctis muneribus, & do-
narijs ſuis. Erit autẽ lamina ſemper in fronte
eius,vt placatus ſit eis Dñs.*Stringeſque tu- 39
nicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & G
balteum opere plumarij. *Porro filijs Aarõ 40
tunicas lineas parabis, & balteos, ac tiaras in
gloriam,& decorem:*veſtieſq. his omnibus 41
Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo.
Et cunctorum conſecrabis manus, ſanctifi-
cabiſq. illos,vt ſacerdotio fungantur mihi.* 42
Facies & feminalia linea,vt operiant carnem
turpitudinis ſuæ,à renibus vſq. ad femora:*43
& vtentur eis Aaron,& filij eius, quando in-
gredientur tabernaculũ teſtimonij,vel quan-
do appropinquant ad altare,vt miniſtrent in
ſanctuario,ne iniquitatis rei moriantur. Legi
timum ſempiternum erit Aaron, & ſemini
eius poſt eum.

CAP. XXIX.

Leu.9.a.2. SEd,& hoc facies,vt mihi in ſacerdotio cõ- 1
ſecrentur. Tolle vitulum de armento, & A
arietes duos immaculatos,*paneſq. azymos, 2
& cruſtulam abſq. fermento, quæ conſperſa
ſit oleo lagana quoque azyma oleo lita:de ſi-
mila triticea cuncta facies.* Et poſita in cani- 3
ſtros offeres: vitulum autem, & duos arie-
tes.* Et Aaron, ac filios eius applicabis ad o- 4
ſtium tabernaculi teſtimonij. Cumq. laueris
patrem cum filijs ſuis aqua, * indues Aaron 5
veſtimentis ſuis, id eſt, linea & tunica,& ſu-
perhumerali, & rationali, quod conſtringes
balteo.* Et pones tiaram in capite eius, & 6
laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum 7
vnctionis fundes ſuper caput eius: atq. hoc B
ritu conſecrabitur. * Filios quoque illius ap- 8
plicabis,& indues tunicis lineis, cingeſq. bal-
teo. * Aaron ſcilicet, & liberos eius,& impo- 9
"Leu.1.a.3. nes eis mitras;eruntque ſacerdotes mihi reli-
gione perpetua. Poſtquam initiaueris manus
eorum,*"applicabis, & vitulum corã taber- 10
naculo teſtimonij. Imponentq. Aaron, &
11 filij eius manus ſuper caput illius, * & ma-
ctabis eum in conſpectu Dñi, iuxta oſtium
12 tabernaculi teſtimonij.*Sumptumq. de ſan-
guine vituli,pones ſuper cornua altaris digi-
to tuo, reliquum autem ſanguinem fundes
13 iuxta baſim eius. * " Sumes & adipem totũ, "Leu.3.a.3.
qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, ac
duos renes,& adipẽ,qui ſuper eos eſt,& offe
14 res incenſum ſuper altare:* carnes verò vi-
C tuli,& corium,& fimum combures foris ex-
15 tra caſtra,eò quod pro peccato ſit. * Vnum
quoque arietem ſumes,ſuper cuius caput po-
16 nent Aaron,& filij eius manus. *Quem cum
mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fun-
17 des circa altare, *ipſum autem arietem ſeca-
bis in fruſta,locaq. inteſtina eius,ac pedes po
nes ſuper conciſas carnes, & ſuper caput il-
18 lius.* Et offeres totum arietem in incenſum
ſuper altare: oblatio eſt Dño, odor ſuauiſſi-
19 mus victimę Domini.* Tolles quoq.arietem
alterum,ſuper cuius caput Aarõ, & filij eius
20 ponent manus. * Quem cum immolaueris,
ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper ex-
tremum auriculæ dextrę Aaron,& filiorum
eius, & ſuper pollices manus eorum, ac pe-
dis dextri,fundeſque ſanguinem ſuper alta-
21 re per circuitum.* Cumq. tuleris de ſangui-
ne,qui eſt ſuper altare, & de oleo vnctionis.
aſperges Aaron,& veſtes eius,filios, & veſti-
D menta eorum. Conſecratiſque ipſis, & veſti-
22 bus,* tolles adipem de ariete,& caudam, &
aruinam,quæ operit vitalia, ac reticulum ie-
coris,& duos renes,atque adipem, qui ſuper
eos eſt,armumq. dextrum, eò quod ſit aries
23 conſecrationis, * tortamq. panis vnius, cru-
ſtulam conſperſam oleo, laganũ de caniſtro
azymorum, quod poſitum eſt in conſpectu
24 Domini: * poneſque omnia ſuper manus
Aaron, & filiorum eius,& ſanctificabis eos
25 eleuans coram Domino.* Suſcipieſque vni-
uerſa de manibus eorum, & incendes ſuper
altare in holocauſtum, odorem ſuauiſſimũ
in conſpectu Domini, quia oblatio eius eſt
26 * Sumes quoq. pectuſculum de ariete, quo
initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſq. illud ele-
uatum coram Domino, & cedet in partem
27 tuam.* Sanctificabiſq. & pectuſculum con-
E ſecratum, & armum quem de ariete ſepara-
28 ſti, * quo intiatus eſt Aaron,& filij eius: ce-
détq. in partem Aaron, & filiorum eius iure
perpetuo à filijs Iſrael: quia primitiua ſunt,
& initia de victimis eorum pacificis,quæ of-
29 runt Dño.* Veſtem autem ſanctam,qua v-
tetur Aaron,habebũt filij eius poſt eũ,vt vn-
gantur in ea, & conſecrentur manus eorum
30 *Septem diebus vtetur illa,qui pontifex pro
eo fuerit conſtitutus de filijs eius, & qui in-
gredietur tabernaculum teſtimonij, vt mi-
31 niſtret in Sanctuario.* Arietem autem con- "Leu.8.f.31.24.b.9.
ſecrationis tolles, & coques carnes eius in lo-
32 co ſancto:*quib. veſcetur Aaron, & filij eius
"Panes quoq. qui ſunt in caniſtro,in veſtibu- Matth.12.a.4.
33 lo tabernaculi teſtimonij comedent, * vt ſit
placabile ſacrificium, & ſanctificentur offe-
ren-

rentium manus. Alienigena non veſcetur ex
eis,quia ſancti ſunt. * Quòd ſi remãſerit de 34
carnibus conſecratis, ſiue de panibus vſque
mane, cõbures reliquias igni: non comeden-
tur,quia sãctificata ſunt.* Omnia,quæ præ- 35
cepi tibi, facies ſuper Aaron, & filijs eius.Se- F
ptem diebus conſecrabis manus eorum:*& 36
vitulũ pro peccato offeres per ſingulos dies
ad expiãdum Mundabiſq. altare cũ immo-
laueris expiationis hoſtiam,& vnges illud in
ſanctificationem.* Septẽ diebus expiabis al- 37
tare,& ſanctificabis, & erit Sanctum ſancto-
rũ,omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur.
"Nu.26.a.6. * Hoc eſt quod facies in altari:" Agnos anni- 38
culos duos per ſingulos dies iugiter:*vnum 39
agnum mane, & alterũ veſpere, * decimam 40
partem ſimilę conſperſæ oleo tuſo,quod ha-
beat menſuram quartam partem,hin, & vi-
num ad libãdum eiuſdem menſurę in agno
41 vno.*Alterum verò agnũ offeres ad veſpe-
ram iuxta ritum matutinæ oblationis, & iu-
42 xta ea, quæ diximus, in odorẽ ſuauitatis:*
G ſacrificium eſt Domino, oblatione perpetua
in generationes veſtras, ad oſtium taberna-
culi teſtimonij coram Domino, vbi conſti-
43 tuam, vt loquar ad te. * Ibique præcipiam
filijs Iſrael, & ſanctificabitur altare in gloria
44 mea. * Sanctificabo, & tabernaculum teſti-
monij cum altari, & Aaron cum filijs ſuis,
45 vt ſacerdotio fungantur mihi.* Et habitabo
46 in medio filiorum Iſrael,eroque eis Deus, *
& ſcient quia ego Dominus Deus eorũ, qui
eduxi eos de Terra Agypti, vt manerem in-
ter illos, ego Dominus Deus ipſorum.

CAP. XXX.

FAcies quoque altare ad adolendum thy- 1
miama,de lignis Setim,* habẽs cubitum 2
longitudinis, & alterũ latitudinis,id eſt,qua- A
drangulum, & duos cubitos in altitudine.
Cornua ex ipſo procedant.* Veſtieſque illud 3
auro puriſſimo, tam craticulam eius, quàm
parietes per circuitum,& cornua. Facieſque
ei coronam aureolam per gyrum, * & duos 4
anulos aureos ſub corona per ſingula late-
ra,vt mittantur in eos vectes,& altare porte-
tur.* Ipſos quoque vectes facies de lignis Se- 5
tim, & inaurabis.* Poneſq. altare contra ve- 6
lum, quod ante arcã pendet teſtimonij corã
propitiatorio,quo tegitur teſtimoniũ, vbi lo-
quar tibi.* Et adolebit incẽſum ſuper eo Aa- 7
ron ſuaue fragrãs,mane. Qñ cõponet lucer-
nas,incẽdet illud: * & quando collocabit eas 8
ad veſperã, vret thymiama ſempiternũ co-
ram Dño in generationes veſtras.* Nõ offe- 9
retis ſuper thymiama compoſitionis alte-
rius, nec oblationem, & victimam, nec liba-
10 bitis libamina. * Et deprecabitur Aaron ſu-
B per cornua eius ſemel per annũ,in ſanguine
quod oblatũ eſt pro peccato, & placabit ſup
eo in generationibus veſtris Sanctũ ſancto-
11 rũ erit Dño.* Locutuſque eſt Dñs ad Moy-
12 ſen, dicens.* "Quando tuleris ſummã filio- "Nu.1.a.2.
rũ Iſrael iuxta numerũ, dabunt ſinguli pre-
tium pro animabus ſuis Domino, & nõ erit
13 plaga in eis,cũ fuerint recenſiti.* Hoc autem
dabit omnis, qui tranſit ad nomen, dimidiũ
ſicli iuxta mẽſurã templi "Siclus viginti obo- "Leuit.27.c.25.
14 los habet Media pars ſicli offeretur Dño.* Nu.3.g.27.
Qui habetur in numero, à viginti annis, &
15 ſupra, dabit pretium.* Diues non addet ad Ezec.45.d.12.
16 mediũ ſicli,& pauper nihil minuet * Suſce-
ptamq. pecuniã, quæ collata eſt à filijs Iſrael
trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit
monimentũ eorũ corã Dño, & propitietur
17 animabus eorum;* Locutuſq; eſt Dominus

ad Moysen, dicens:* Facies, & labrum æneũ 18
eum basi sua ad lauandum: Ponesque illud C
inter tabernaculum testimonij, & altare. Et
missa aqua,* lauabũt in ea Aarõ, & filij eius 19
manus suas, ac pedes,* quãdo ingressuri sũt 20
tabernaculum testimonij, & quãdo accessu-
ri sunt ad altare, vt offerãt in eo thymiama
Domino, * ne fortè moriantur, legitimum 21
sempiternum erit ipsi, & semini eius per suc-
cessiones.* Locutusq. est Dominus ad Moy- 22
sen,* dicẽs: Sume tibi aromata, primæ myr- 23
rhæ, & electæ quingentos siclos, & cinnamo-
mi medium, idest, ducẽtos quinquaginta si-
clos, calami similiter ducẽtos quinquaginta,
* casiæ aũt quingentos siclos in pondere san- 24
ctuarij, olei de oliuetis mẽsurã hin: * faciesq- 25
que vnctionis oleum sanctũ, vnguẽtum cõ-
positum opere vnguentarij,* & vnges ex eo 26
tabernaculum testimonij, & arcam testamẽ-
ti,* mensamq. cum vasis suis, candelabrum, 27
& vtẽsilia eius, altaria thymiamatis,* & hõ- 28
locausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad
cultum eorum pertinet. * Sanctificabisque 29
omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit
ea, sanctificabitur. * Aaron, & filios 30
eius vnges, sanctificabisq. eos, vt sacerdotio
fungantur mihi.* Filijs quoque Israel dices: 31
Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in
generationes vestras. * Caro hominis non 32
vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius
non facietis aliud, quia sanctificatum est, &
sanctum erit vobis. * Homo quicunque ta- 33
le composuerit, & dederit ex eo, alieno, ex-
terminabitur de populo suo. * Dixitq. Do- 34
minus ad Moysen: Sume tibi aromata, sta-
cten, & onycha, galbanum boni odoris, &
thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt
omnia: * faciesque thymiama compositum 35
opere vnguentarij, mixtum diligenter, & pu-
rum, & sanctificatione dignissimũ.* Cumq. 36
in tenuissimum puluerem vniuersa contu-
deris, pones ex eo coram tabernaculo testi-
monij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum
sanctorum erit vobis thymiama. * Talem 37
compositionem nõ facietis in vsus vestros,
quia sanctum est Domino. * Homo qui- 38
cumq. fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

CAP. XXXI.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen, di- 1
cens.* Ecce, vocaui ex nomine Beseleel 2
filium Vri filij Hur de tribu Iuda, * & im- A
pleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelli- 3
gentia, & scientia in omni opere, * ad exco- 4
gitãdum quidquid fabrefieri potest ex auro,
& argento, & ære, * marmore, & gemmis, 5
& diuersitate lignorum. * Dediq. ei socium 6
Ooliab filium Achisamech de tribu Dan: B
Et in corde omnis eruditi posui sapientiam:
vt faciant cũcta, quæ præcepi tibi,* taberna- 7
culum fœderis, & arcam testimonij, & propi-
tiatorium, quod super eam est, & cuncta va-
sa tabernaculi, * mensamq. & vasa eius, can- 8
delabrum purissimum cũ vasis suis, & altã- 9
ria thymiamatis, * & holocausti, & omnia
10 vasa eorũ, labracũ basi sua,* vestes sanctas
in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius,
11 vt fungantur officio suo in sacris, * oleũ vn-
ctionis, & thymiama aromatum in Sanctua-
12 rio, omnia quæ præcepi tibi, facient. * Et lo-
13 cutus est Dñs ad Moysen, dicens:* Loquere
C filijs Israel, & dices ad eos: " Videte, vt sab- "Sup.20.
batum meum custodiatis: quia signũ est in- b.8.
ter me, & vos in generationibus vestris: vt Ezec.20.
sciatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos. b.12.
14 * Custodite sabbatum meum, sanctum est
enim vobis: q polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima il-
15 lius de medio populi sui. * Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbatum est, requies
sancta Domino, omnis qui fecerit opus in
16 hac die, morietur. * Custodiant filij Israel
D Sabbatum, & celebrent illud in generatio-
17 nibus suis. Pactum est sempiternum * inter
me, & filios Israel, signumque perpetuum, " " Gen.2.
sex enim diebus fecit Dominus cælum, & d.31.
18 terram, & in septimo ab opere cessauit. *
Dediq. Dominus Moysi, completis huiusce- "Deut.
modi sermonibus in mõte Sinai, "duas tabu- b.10.
las testimonij lapideas, scriptas digito Dei.

CAP. XXXII.

1 AVidens autẽ populus, quod moram face-
ret descendendi de monte Moyses, cõ-
gregatus aduersus Aaron, dixit: " Surge, fac " Act.
nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim c.40.
huic viro, qui nos eduxit de Terra Ægypti,
2 ignoramus quid acciderit. * Dixitque ad eos
Aarõ: Tollite inaures aureas de vxorũ, filio-
rũq., & filiarũ vestrarũ aurib9, & afferte ad
3 me.* Fecitque populus, quæ iusserat, deferẽs
4 inaures ad Aaron. * " Quas cum ille accepis- "Ps.1.
set, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vi- d.29.
tulum conflatilem, dixeruntque: Hi sunt dij
tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.
5 *Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare
coram eo, & præconis voce clamauit dicens:
6 Cras solemnitas Dñi est.* Surgentesque ma-
B ne, obtulerunt holocausta, & hostias pacifi-
cas, & " sedit populus manducare, & bibere, "1. Co.
7 & surrexerunt ludere.* Locutus est aũt Dñs 10. b.
ad Moysen, dicens: " Vade, descende: pecca- "Deut.
uit populus tu9, quẽ eduxisti de Terra Ægy- b.12.
8 pti.* Recesserũt cito de via, quã ostẽdisti eis:
fecerũtq. sibi vitulũ cõflatile, & adoraueruũt,
atq. immolãtes ei hostias, dixerunt: "Isti sunt "3. Re.
dij tui Israel, qui te eduxerũt de Terra Agy- 12. g.
9 pti.*" Rursumque ait Dominus ad Moysen: "Inf.
10 Cerno, q̃ populus iste duræ ceruicis sit:* di- a.3.
C mitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos,
& deleã eos, faciamq. te in gentem magnam.
11 * Moyses aũt orabat Dñm Deũ suũ, dicẽs. " "Deut.
Cur, Domine, nascitur furor tuus contra po- c.13.
pulum tuum, quem eduxisti de terra Ægy- Ps.10.
pti, in fortitudine magna, & in manu robu- b.23.
12 sta?* Ne quæso dicãt Ægyptij: Callide edu- Nu.14.
xit eos, vt interficeret in montibus, & dele- c.13.

ret



ret è terra: quiescat ira tua, & esto placabi- "Gen.12
lis super nequitia populi tui. * Recordare 13 b.7.& 15
Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, b. 7. &
quibus iurasti per temetipsum, dicens: "Multi- 48. c.16.
plicabo semen vestrum sicut stellas cœli: &
vniuersam terram hãc, de qua locutus sum,
dabo semini vestro, & possidebitis eam sem-
per.*¶ Placatusq. est Dñs ne faceret malum 14
quod locutus fuerat aduersus populum D
suum. * Et reuersus est Moyses de monte, 15
portans duas tabulas testimonij in manu
sua, scriptas ex vtraque parte,* & factas ope- 16
re Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in
17 tabulis. * Audiens autem Iosue tumultum
populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlu-
18 latus pugnæ auditur in castris.* Qui respon-
dit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad
fugam, sed vocem cantantium ego audio.
19 * Cumq. appropinquasset ad castra, vidit vi-
tulum, & choros: ira tuq. valde, proiecit de
manu tabulas, & confregit eas ad radicem
20 montis: * arripientq; vitulũ quem fecerant,
E combussit, & contriuit vsque ad puluerem,

quem

quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo po-
tum filijs Iſrael.* Dixitq ad Aaron: Quid ti- 21
bi fecit hic populus, vt induceret ſuper eum
peccatum maximũ?* Cui ille reſpondit: Ne 22
indignetur dominus meus: tu enim noſti
populum iſtum, quod pronus ſit ad malũ:
* dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos 23
præcedant: huic enim Moyſi, qui nos edu-
xit de Terra Ægypti, neſcimus quid accide-
rit. * Quibus ego dixi: Quis veſtrum habet 24
aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & pro-
ieci illud in ignem, egreſſusq. eſt hic vitu-
lus.* Videns ergo Moyſes populum quod 25
eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eum Aaron
propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes
nudum conſtituerat) * & ſtans in porta ca- 26
ſtrorum, ait: Si quis eſt Domini, iungatur mi-
hi. Cõgregatiq. ſunt ad eum omnes filij Le-
ui: * quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus 27
Iſrael. Ponat vir gladium ſuper femur ſuũ:
ite, & redite de porta vſque ad portam per
medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſq.
fratrem, & amicum, & proximum ſuũ.* Fe- 28
ceruntq. filij Leui iuxta ſermonẽ Moyſi, ce-
ciderunt q. in die illa quaſi viginti tria millia
hominũ.* Et ait Moyſes: Conſecraſtis ma- 29
nus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in
filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedi-
ctio: * Facto autem alt erodie: locutus eſt 30
Moyſes ad populum: Peccaſtis peccatum
maximum: aſcendam ad Dominum, ſi quo-
modo quiuero eum deprecari pro ſcelere
veſtro.* Reuerſusq. ad Dominũ, ait: Obſe- 31
cro, peccauit populus iſte peccatũ maximũ,
feceruntq. ſibi deos aureos: aut dimitte eis
hanc noxam,* aut ſi non facis, dele me de 32
libro tuo quem ſcripſiſti. * Cui reſpondit 33
Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum
de libro meo: * tu autem vade, & duc po- 34
pulum iſtum quò locutus ſunt tibi: angelus
meus precedet te. Ego autem in die vltionis
viſitabo, & hoc peccatum eorum.* Percuſ- 35
ſit ergo Dominus populum pro reatu vituli,
quem fecerat Aaron.

CAP. XXXIII.

LOcutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, di- 1
cens: Vade, aſcẽde de loco iſto tu, & po- A
pulus tuus quem eduxiſti de Terra Ægypti,
in terram, quam iurauí Abrahã, Iſaac, & Ia-
"Gen. 12 cob, dicens: "Semini tuo dabo eam:* & mit- 2
b.7. tam præcurſorem tui angelum, & eijciam
Sup. 32. Chananæũ, & Amorrhæum, & Hethæum,
c. 20. & Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſæum,
Ioſ. 24. *& intres in terram fluentem lacte, & mel- 3
c. 11. le. Non enim aſcendam tecum, " quia po-
Deut. 7. d. 21. pulus duræ ceruicis es: ne fortè diſperdam
te in via.* Audienſque populus ſermonem 4
"Sup. 32. b 9. hunc peſſimum luxit: & nullus ex more in-
duts eſt cultu ſuo.* Dixitque Dominus ad 5
Deut. 9. c. 13. Moyſen: Loquere filijs Iſrael: Populus du-
ræ ceruicis es, ſemel aſcẽdam in medio tui,
delebo te. Iam nũc depone ornatum tuum,
vt ſciam quid faciam tibi, * Depoſuerũt er- 6
go filij Iſrael ornatum ſuũ à monte Horeb.
7 * Moyſes quoque tollens tabernaculum, te-
B tendit extra caſtra procul, vocauitq. nomen
eius, Tabernaculum fœderis. Et omnis popu-
lus, qui habebat aliquam quæſtionem, egre-
diebatur ad Tabernaculum fœderis, extra
8 caſtra.* Cumque egrederetur Moyſes ad ta-
bernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſta-
bat vnuſquiſq. in oſtio papilionis ſui, aſpi-
ciebantq. tergum Moyſi, donec ingrederetur
9 tentorium.* Ingreſſo autem illo tabernacu-
lum fœderis, deſcendebat columna nubis, &
ſtabat ad oſtium, loquebaturq. cum Moyſe,
10 * cernentibus vniuerſis quòd colũna nubis
ſtaret ad oſtium Tabernaculi Stabantq. ipſi,
& adorabant per fores tabernaculorũ ſuo-
11 rum.* Loquebatur autẽ Dominus ad Moy
C ſen facie ad faciẽ, ſicut ſolet loqui homo ad
amicum ſuum. Cumque ille reuerteretur in
caſtra, miniſter eius Ioſue filius Nun, puer,
12 nõ recedebat de Tabernaculo. * Dixit autẽ
Moyſes ad Dominum: Præcipis vt educam
populum iſtum, & non indicas mihi quem
miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris:
Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam co-
13 ram me.* Si ergo inueni gratiam in conſpe-
ctu tuo, oſtẽde mihi faciem tuam, vt ſciam
te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: re-
14 ſpice populum tuũ gentem hanc. * Dixitq.
Dominus: Facies mea præcedet te, & requiẽ
15 dabo tibi.* Et ait Moyſes: Si nõ tu ipſe præ-
16 cedas, ne educas nos de loco iſto. * In quo
enim ſcire poterimus ego, & populus tuus
inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi
ambulaueris nobiſcum, vt glorificemur ab
omnibus populis, qui habitant ſuper terrã?
17 * Dixit autem Dominus ad Moyſen: Et ver
D bũ iſtud, quod locutus es, faciam: inueniſti
enim gratiã coram me, & teipſum noui ex
18 nomine.* Qui ait: Oſtẽde mihi gloriã tuã.
19 * Reſpondit: Ego oſtendam omne bonum
tibi, & vocabo in nomine Domini corã te:
& " miſerebor cui voluero, & clemens ero " Ro. 9.
20 in quẽ mihi placuerit * Rurſumq. ait: Non c. 15.
poteris videre faciem meam: non enim vi-
21 debit me homo, & viuet.* Et iterum: Ecce,
inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra pe-
22 tram. * Cumq. tranſibit gloria mea, ponam
te in foramine petræ, & protegam dextera
23 mea, donec tranſeam:* tollamque manum
meam, & videbis poſteriora mea: faciem
autem meam videre non poteris.

CAP. XXXIV.

1 AC deinceps: Præcide, ait, tibi duas tabu- Deu. 10.
A las lapideas inſtar priorum, & ſcribam a. 1.
ſuper eas verba, quæ habuerũt tabulæ, quas
2 fregiſti. * Eſto paratus mane, vt aſcendas ſta
tim in montem Sinai, ſtabiſq. mecum ſuper
3 verticem montis.* Nullus aſcẽdat tecũ, nec
videatur quiſpiam: per totum montem: bo-
ues quoque, & oues non paſcantur è cõtra.
4 * Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales
antea fuerant, & de nocte conſurgens aſcẽ-
dit

dit in montem Sinai, ſicut præceperat ei Do-
minus, portans ſecum tabulas.* Cumq. de- 5
ſcendiſſet Dñs per nubem, ſtetit Moyſes cũ
eo, inuocans nomen Dñi.* Quo tranſeunte 6
coram eo, ait: Dominator Dñe Deus, miſeri-
cors, & clemens, patiens, & multę miſeratio-
nis, ac verax, * qui "cuſtodis miſericordiam 7
"Pſ. 142. a. 2. in millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera,
atque peccata, nulluſq. apud te per ſe inno-
cens eſt. "Qui reddis iniquitatem patrum fi-
"Ier. 32. c. 18. lijs, ac nepotibus in tertiam, & quartam pro-
Deut. 5. a. 9. geniẽ.* Feſtinuſq. Moyſes, curuatus eſt pro- 8
nus in terrã, & adorans* ait: Si inueni gratiã B 9
in conſpectu tuo Dñe, obſecro vt gradiaris
nobiſcum (populus enim duræ ceruicis eſt)
Deut. 5. a. 2. & auferas iniquitates noſtras atque peccata,
noſq. poſſideas.* Rñdit Dñs: Ego inibo pa- 10
Ier. 32. a. 2. ctum videntibus cunctis, ſigna faciam quæ
numquã viſa ſunt ſuper terram, nec in vllis
gentibus: vt cernat populus iſte, in cuius es
medio, opus Dñi terribile q̃ facturus ſum.* 11
Obſerua cuncta hodie quæ mando tibi: ego
ipſe eijciã ante faciem tuã Amorrhæum, &
Chananæũ, & Hetheum, Pherezæum quo-
que, & Heuæũ, & Iebuſæum.* Caue ne vn- 12
quam cum habitatoribus terræ illius iũgas
amicitias, quæ ſint tibi in ruinam:* ſed aras 13
eorum deſtrue, confringe ſtatuas lucoſq. ſuc
cide.* noli adorare Deum alienum. Dñs ze- 14
Deut. 7. a. 2. lotes nomen eius, Deus eſt æmulator.* Ne 15
ineas pactum cum hominibus illarum re-
gionum: ne, cũ fornicati fuerint cũ dijs ſuis,
& adorauerint ſimulachra eorum, vocet te
"1. Reg. 11. a. 2. te quiſpiam vt comedas de immolatis. * "16
Nec vxorem de filiabus eorum accipiet fi-
lijs tuis ne, poſtquam ipſæ fuerint fornica-
tæ fornicari faciant, & filios tuos in deos ſuos,
*Deos conflatiles non facies tibi, * Solem- 17
18 nitatem azymorum cuſtodies. Septem die-
C bus veſceris azymis, ſicut præcepi tibi, in
tempore menſis nouorum: menſe enim ver
19 ni temporis egreſſus es de Ægypto.*" Om- "Sup. 13.
ne quod aperit vuluam generis maſculini, a. 2. b.
meum erit. De cunctis animantibus, tam 77. 32. d.
20 de bobus, quam de ouibus, meum erit.* 19.
Primogenitum aſini redimes oue: ſin autẽ
nec pretium pro eo dederis occidetur. Pri-
mogenitum filiorum tuorum redimes: nec
21 apparebis in conſpectu meo vacuus.* Sex
diebus operaberis. die ſeptimo ceſſabis ara-
22 re, & metere.* " Solemnitatem hebdoma- "Sup. 23.
darum facies tibi in primitijs frugum meſ- b. 15.
ſis tuæ triticeæ, & ſolemnitatem, quando Deu. 16.
23 redeunte anni tempore cuncta cõdunturr.* d. 16.
tribus tẽporibus anni apparebit omne ma- Eccl. 35.
ſculinum tuum in conſpectu omnipoten- a. 6.
24 tis Domini Dei Iſrael. * Cum enim tulero Sup. 23.
gentes à facie tua, & dilatauero terminos b. 16.
tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ, aſcẽdẽ-
te te, & apparente in conſpectu Domini Dei
25 tui ter in anno. * " Non immolabis ſuper "Sup. 23.
D fermento ſanguinem hoſtię meæ: neque re- c. 18. 19.
ſidebit mane de victima ſolemnitatis Pha- Deu. 15.
26 ſe.* Primitias frugum terræ tuæ offeres in c. 21.
domo Domini Dei tui." Non coques hædũ "Sup. 24.
27 in lacte matris ſuæ.* Dixitque Dominus ad d. 18.
Moyſen: Scribe tibi verba hæc, quib. & tecũ Deut. 9.
28 & cum Iſrael " pepigi fœdus.* Fuit ergo ibi b. 6 c. 18.
cum Domino, quadraginta dies, & quadra- Deut. 4.
ginta noctes: panem non comedit, & aquam b. 13.
non bibit, & ſcripſit in tabulis " verba fœde-
29 ris decem.* Cumque deſcenderet Moyſes
de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſti-
monij, & ignorabat quod cornuta eſſe fa-
30 cies ſua ex conſortio ſermonis Domini.*
Videtes autem Aaron, & filij Iſrael cornu-
tam

tam Moyſi faciem, timuerũt prope accede-
re.* Vocatique ab eo, reuerſi ſunt tã Aaron, 31
quam principes, ſynagogæ. Et poſtquam lo-
cutus eſt ad eos,* venerunt ad eum etiam 32
omnes filij Iſrael: quibus præcepit cuncta
quæ audierat à Domino in Monte Sinai.* 33
Impletiſque ſermonibus, " poſuit velamen
ſuper faciem ſuã.* Quod ingreſſus ad Do- 34
minum, & loqués cum eo, auferebat donec
exiret, & tũc loquebatur ad filios Iſrael om-
nia, quæ ſibi fuerant imperata.* Qui videbãt 35
faciem egrediẽtis Moyſi eſſe cornutam, ſed
operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi quan-
do loquebatur ad eos.

[margin: "2. Cor. 3.c.13.]

CAP. XXXV.

IGitur congregata omni turba filiorum 1
Iſrael, dixit ad eos: Hæc ſunt quæ iuſſit A
Dñs fieri,* Sex diebus facietis opus: ſepti- 2
mus dies erit vobis ſanctus, ſabbatum, & re-
quies Domini: qui fecerit opus in eo, occide-
tur:* Nõ ſuccendetis ignem in omnibus ha- 3
bitaculis veſtris per diem ſabbati.* Et ait 4
Moyſes ad omné cateruam filiorũ Iſrael:
Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, di-
cens:* Separate apud vos primitias Domino 5
"Omnis voluntarius, & prono animo offe-
rat eas Dño: aurum, & argẽtum, & æs,* hya- 6
cinthum, & purpuram: coccumque bis tin-
ctum, & byſſum, pilos caprarum,* pelleſq. 7
arietum rubricatas, & ianthinas, ligna Se-
tim,* & oleum ad luminaria concinnanda, 8
& vt conficiatur vnguentum, & thymiama
ſuauiſſimum.* lapides onychinos, & gem- 9
mas ad ornatum ſuperhumeralis, & ratio-
nalis.* Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, veniat, 10
& faciat quod Dñs imperauit.* Tabernacu- 11
lum ſcilicet, & tectum eius, atq. operimentũ B
anulos, & tabulata cum vectibus, paxillos
& baſes:* Arcam, & vectes, propitiatorium, 12
& velum, quod ante illud oppanditur.* 13
Menſam cum vectibus, & vaſis, & propoſi-
tionis panibus:* Candelabrum ad lumina- 14
ria ſuſtentanda, vaſa illius, & lucernas; & o-
leum ad nutrimenta ignium:* Altare thy- 15
miamatis, & vectes, & oleum vnctionis, &
thymiama ex aromatibus: Tẽtorium ad o-
ſtiũ tabernaculi.* Altare holocauſti, & cra- 16
ticulam eius æneam cum vectibus, & vaſis
ſuis: labrum, & baſim eius:* Cortinas atrij 17
cum columnis, & baſibus tentorium in fori-
bus veſtibuli,* paxillos tabernaculi, & atrij 18
cũ funiculis ſuis:* Veſtimenta, quorũ vſus 19
eſt in miniſterio ſanctuarij, veſtes Aarõ põ-
tificis ac filiorũ eius, vt ſacerdotio fungant
mihi.* Egreſſaq. omnis multitudo filiorũ 20
Iſrael de conſpectu Moyſi,* obtulerũt mẽ- C
te promptiſſima, atq. deuota primitias Dño, 21
ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij.
Quidquid ad cultũ, & veſtes ſãctas neceſſa-
riũ erat,* viri cum mulieribus præbuerunt, 22
armillas, & inaures, anulos, & dextralia: oẽ
vas aureũ in donaria Dñi ſeparatum eſt.* 23
Si quis habebat hyacinthum, & purpuram,

[margin: "Sup. 25. a.2.]

coccumq. bis tinctũ, byſſum, & pilos capra-
rum, pelles arietum rubricatas, & ianthinas
24 *argenti, æriſq. metalla obtulerunt Dño, li-
25 gnaq. Setim in varios vſus.* Sed & mulie-
res doctæ, q̃ neuerant, dederũt hyacinthũ,
26 purpuram, & vermiculum, ac byſſum,* &
pilos caprarum, ſponte propria cuncta tri-
27 buentes.* Principes verò obtulerunt lapi-
des onychinos, & gemmas ad ſuperhumera
28 le, & rationale,* aromataq. & oleum ad lu-
minaria concinnanda, & ad præparandum
vnguentum, ac thymiama odoris ſuauiſſi-
29 mi cõponẽdum.* Oẽs viri, & mulieres mẽ-
D te deuota obtulerunt donaria, vt fierent o-
pera, quæ iuſſerat Dñs per manum Moyſi.
Cuncti filij Iſrael voluntaria Dño dedicaue
30 runt.* Dixitq. Moyſes ad filios Iſrael: "Ecce,
vocauit Dñs ex nomine Beſeleel filiũ Vri,
31 filij Hur de tribu Iuda.* Impleuitq. eũ ſpi-
ritu Dei, ſapiẽtia, & intelligẽtia, & ſciẽtia, &
32 omni doctrina* ad excogitandũ, & facien-
33 dum opus in auro, & argento, & ære,* ſcul-
pendiſq. lapidibus, & opere carpentario. q̃d
34 quid fabrè adinueniri poteſt,* dedit in cor-
de eius: Ooliab quoque filium Achiſamech
35 de tribu Dan:* ambos erudiuit ſapientia, vt
faciant opera abietarij, polymitarij, ac plu-
marij de hyacintho ac purpura, coccoq. bis
tincto, & byſſo, & texant omnia, ac noua
quæque reperiant.

[margin: "Sup. 31. a.2.]

CAP. XXXVI.

1 FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis
A vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſa-
pientiam, & intellectum, vt ſcirent fabrè o-
perari, quę in vſus Sãctuarij neceſſaria ſunt,
2 & quæ præcepit Dominus.* Cumque vocaſ
ſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum
cui dederat Dominus ſapientiã, & qui ſpon
3 te ſua obtulerant ſe ad faciendum opus.*
tradidit eis vniuerſa donaria filiorũ Iſrael.
Qui cum inſtarent operi, quotidie mane vo
4 ta populus offerebat,* Vnde artifices veni-
5 re compulſi,* dixerunt Moyſi: Plus offert
6 populus quam neceſſarium eſt.* Iuſſit ergo
Moyſes præconis voce cantari: Nec vir, nec
mulier quidquam offerat vltra in opere Sã-
ctuarij. Sicque ceſſatum eſt à muneribus of-
7 ferendis,* eo quod oblata ſufficerent, & ſu-
8 perabundarent,* Feceruntque omnes corde
ſapientes ad explendum opus tabernaculi,
cortinas decem de byſſo retorta, & hyacin-
B tho, & purpura, coccoq. bis tincto, opere va-
9 rio, & arte polymita:* quarum vna habebat
in lõgitudine vigintiocto cubitos, & in lati-
tudine quatuor vna mẽſura erat omnium
10 cortinarũ.* Coniũxitq. cortinas quinq. alte-
rã alteri, & alia quinq. ſibi inuicẽ copulauit.
11 * Fecit, & anſas hyacinthinas in ora cortinæ
vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ
12 alterius ſimiliter,* vt contra ſe inuicem ve-
13 nirent anſæ, & mutuo iungerentur.* vn-
de, & quinquaginta fudit circulos aureos,
qui morderent cortinarum anſas, & fieret
vnum

[margin: Sup. 26. a.1. — 1. Pa. 21. d. 29.]

vnum tabernaculũ.* Fecit, & ſaga vndecim 14
de pilis caprarum ad operiendum tectum ta
bernaculi:* vnum ſagum in longitudine ha 15
bebat cubitos triginta, & in latitudine cubi-
tos quatuor: vnius menſuræ erãt omnia ſa-
ga:* quorum quinque iũxit ſeorſum, & ſex 16
alia ſeparatim.* Fecitq. anſas quinquaginta 17
in ora ſagi vnius, & quinquaginta in ora ſa-
gi alterius, vt ſibi inuicem iungerentur.* Et 18
fibulas æneas quinquaginta, quibus necteře-
tur tectum, vt vnum pallium ex omnibus
ſagis fieret.* Fecit, & opertoriũ tabernacu- 19
li de pellibus arietum rubricatis: aliudq. de C
ſuper velamentum de pellib. ianthinis.* Fe 20
cit, & tabulas tabernaculi de lignis Setim ſtã-
tes.* Decem cubitorum erat longitudo ta- 21
bulæ vnius: & vnum ac ſemis cubitum lati-
tudo retinebat.* Binæ incaſtraturæ erant 22
per ſingulas tabulas, vt altera alteri iungere-
tur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabu-
lis.* E quibus viginti ad plagã meridianã 23
erant contra Auſtrum,* cum quadraginta 24
baſibus argenteis. Duæ baſes ſub vna tabula
ponebantur ex vtraq. parte angulorum, vbi
incaſtraturæ laterum in angulis terminan-
tur.* Ad plagam quoque tabernaculi, quæ 25
reſpicit ad Aquilonem, fecit viginti tabu-
las,* cum quadraginta baſibus argenteis, 26
duas baſes per ſingulas tabulas.* Contra Oc 27
cidentem verò, id eſt, ad eam partem taber-
naculi, quæ mare reſpicit, fecit ſex tabulas,
* & duas alias per ſingulos angulos taber- 28
naculi retrò.* quæ iunctæ erant à deorſum 29
vſque ſurſum, & in vnam compaginem pa-
riter ferebantur. Ita fecit ex vtraq. parte per
angulos:* vt octo eſſent ſimul tabulæ, & ha 30
berent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet
baſes ſub ſingulis tabulis.* Fecit, & vectes 31
D de lignis Setim, quinque ad continendas ta-
32 bulas vnius lateris tabernaculi,* & quinq.
alios ad alterius lateris coaptandas tabulas:
& extra hos, quinque alios vectes ad occiden
33 talem plagam tabernaculi contra mare.* Fe
cit quoque vectem alium, qui per medias ta-
bulas ab angulo vſq. ad angulum perueni-
34 ret.* Ipſa auté tabulata deaurauit, fuſis ba-
ſibus earum argenteis. Et circulos eorum fe-
cit aureos, per quos vectes induci poſſent:
35 quos, & ipſos laminis aureis operuit.* Fecit
& velũ de hyacintho, & purpura, vermicu-
lo, ac byſſo retorta, opere polymitario, variũ
36 atque diſtinctum:* & quatuor columnas
de lignis Setim, quas cum capitibus deaura-
37 uit, fuſis baſibus earum argenteis.* Fecit. &
tentorium in introitu tabernaculi ex hya-
cintho, purpura, vermiculo, byſſoque retor-
38 ta, opere plumarij:* & columnas quinque
cum capitibus ſuis, quas operuit auro, baſeſ-
que earum fudit æneas.

CAP. XXXVII.

1 FEcit autem Beſeleel, & arcã de lignis Se-
A tim, habentem duos ſemis cubitos in lõ-
gitudine, & cubitum, ac ſemiſſem in latitudi
ne, altitudo quoq. vnius cubiti fuit, & dimi-
dij: veſtiuitq. eam auro puriſſimo intus, ac
2 foris.* Et fecit illi coronam auream per gy-
3 rum,* conflans quatuor anulos aureos per
quatuor angulos eius: duos annulos in late-
4 re vno, & duos in altero.* Vectes quoq. fecit
5 de lignis Setim, quos veſtiuit auro,* & quos
miſit in anulos, qui erant in lateribus arcæ
6 ad portandum eam.* Fecit, & propitiato-
riũ, id eſt, oraculum, de auro mundiſſimo,
duorum cubitorum, & dimidij in lõgitudi-
7 ne, & cubiti, ac ſemis in latitudine.* Duos
etiam

etiam Cherubin ex auro ductili,quos posuit
ex vtraque parte propitiatorij.* Cherub vnũ 8
in summitate vnius partis, & Cherub alte- B
rum in summitate partis alterius:duos Che-
rubim in singulis summitatibus propitiato-
rij, * extendentes alas, & tegentes propitia- 9
torium,seq; mutuo,& illud respiciẽtes.* Fe- 10
cit, & mensam de lignis Setim in longitudi-
ne duorum cubitorũ, & in latitudine vnius
cubiti,quæ habebat in altitudine cubitum,ac
semissem. * circumdeditq. eam auro mun- 11
dissimo, & fecit illi labium aureum per gy-
rum,* ipsiq. labio coronam auream interra- 12
silem quatuor digitorum,& super eandem,
alteram coronam auream. * Fudit, & qua- 13
tuor circulos aureos, quos posuit in qua-
tuor angulis,ꝑ singulos,pedes mensæ*cõtra 14
coronam:misitq. in eos vectes, vt possit mẽ-
sa portari. * Ipsos quoque vectes fecit de li- 15
gnis Setim,& circumdedit eos auro * Et va- 16
sa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phia- C
las,& cyathos,& thuribula, ex auro puro, in
quibus offerenda sunt libamina. * Fecit,& 17
candelabrum ductile de auro mundissimo.
De cuius vecte calami, scyphi,sphærulæque
ac lilia procedebant, * sex in vtroque latere, 18
tres calami ex parte vna, & tres ex altera:
* tres scyphi in nucis modum per calamos 19
singulos, sphærulæque simul,& lilia: & tres
scyphi instar nucis in calamo altero, sphæru-
læque simul, & lilia. Aequum erat opus sex
calamorum, qui procedebant de stipite can-
delabri.* In ipso autem vecte erant quatuor 20
scyphi in nucis modum, sphærulæque per
singulos simul, & lilia: * & sphærulæ sub 21
duobus calamis per loca tria, qui simul sex
fiunt calami procedentes de vecte vno, * & 22
sphærulæ igitur,& calami ex ipso erant, vni- D
uersa ductilia ex auro purissimo. * Fecit & 23
lucernas septem cum emunctorijs suis, &
vasa vbi ea,quæ emuncta sunt,extinguãtur,
de auro mundissimo. * Talentum auri ap- 24
pendebat candelabrum cum omnibus vasis
suis. * Fecit,& altare thymiamatis de lignis 25
Setim, per quadrũ singulos habens cubitos,
& in altitudine duos: è cuius angulis proce-
debant cornua.* Vestiuitque illud auro pu- 26
rissimo cum craticula,ac parietib. & corni-
bus. * Fecitq. ei coronam aureolam per gy- 27
rum, & duos anulos aureos sub corona per
singula latera, vt mittantur in eos vestes, &
possit altare portari.* Ipsos autem vectes fe- 28
cit de lignis Setim,& operuit laminis aureis.
* Composuit, & oleum ad sanctificationis 29
vnguentum, & thymiama de aromatibus
mundissimis opere pigmentarij.

CAP. XXXVIII.

2. Par. 1. b. 5. FEcit,& altare holocausti de lignis Setim, 1
quinq. cubitorum per quadrum, & triũ A
in altitudine: * cuius cornua de angulis pro- 2
cedebant,operuitq. illud laminis æneis. * Et 3
in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, le-
betes,forcipes,fuscinulas,vncinos, & ignium
4 receptacula. * Craticulamq. eius in modum
retis fecit æneam, & subter eam in altaris
5 medio arulam. * fusis quatuor anulis per
totidem retiaculi summitates,ad immitten-
6 dos vectes ad portandum:* quos,& ipsos fe-
cit de lignis Setim, & operuit laminis æneis:
7 *" Induxitque in circulos, qui in lateribus " Sup. 27. b. 8.
altaris eminebant. Ipsum autem altare non
erat solidum, sed cauum ex tabulis, & intus
8 vacuum.* Fecit,& labrum æneum cum basi
sua de speculis mulierum, quæ excubabant
9 in ostio tabernaculi. * Fecit, & atrium,in cu-
B ius australi plaga erant tentoria de bysso re-
10 torta,cubitorum centum, * columnæ æneæ
viginti cum basib. suis,capita columnarum,
11 & tota operis cælatura,argentea.* Aeque ad
septentrionalem plagam tentoria, columnæ
basesque,& capita columnarum eiusdẽ men-
12 suræ,& operis ac metalli,erant. * In ea verò
plaga, quæ ad Occidentem respicit, fuerunt
tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ
decem cum basibus suis æneæ, & capita co-
lumnarum,& tota operis cælatura, argẽtea.
13 * Porrò contra oriẽtem quinquaginta cubi-
14 torum parauit tentoria:* è quibus, quinde-
cim cubitos columnarum trium, cum basi-
15 bus suis vnum tenebat latus: * & in parte al
tera (quia inter vtraq. introitum tabernacu-
li fecit) quindecim æquè cubitorũ erant ten-
16 toria,colũnæq. tres,& bases totidẽ. * Cũcta
17 atrij tentoria byssus retorta texuerat.* Bases
C columnarum fuere æneæ, capita autem ea-
rum cunctis cælaturis suis argentea: sed, &
18 ipsas columnas atrij vestiuit argento.* Et in
introitu eius opere plumario fecit tentorium
ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо
retorta,quod habebat viginti cubitos in lon-
gitudine, altitudo verò quinque cubitorum
erat iuxta mensuram,quam cuncta atrij ten-
19 toria habebant. * Columnæ autem in in-
gressu fuere quatuor cum basibus æneis, ca-
20 pitaque earum,& cælaturæ argenteæ. * Pa-
xillos quoque tabernaculi, & atrij per gyrum
21 fecit æneos. * Hæc sunt instrumenta taber-
naculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta
præceptum Moysi in ceremonijs Leuitarum
per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis:
22 *quæ Beseleel filij Vri filij Hur de tribu Iu
da, Domino per Moysen iubente, comple-
23 uerat. * iuncto sibi socio Ooliab filio Achi-
samech de tribu Dan: qui, & ipse artifex li-
gnorum egregius fuit, & polymitarius atque
plumarius ex hyacintho,purpura, vermicu-
24 lo,& byssо. * Omne autem quod expẽsum
D est in opere Sanctuarij, & quod oblatum est
in donarijs,viginti nouem talentorum fuit,
& septingentorum triginta siclorum ad men-
25 suram Sanctuarij. * Oblatum est autem ab
his qui transierunt ad numerũ à viginti an-
nis,& supra, de sexcentis tribus millibus, &
26 quingentis quinquaginta,armatorum.* Fue
runt præterea centum talenta argenti, è qui-
bus conflatæ sunt bases Sanctuarij, & introi-
27 tus vbi velum pendet.* Centum bases factę
sunt de talentis centum, singulis talentis per
bases

bases singulas supputatis * De mille autem 28
septingentis,& septuaginta quinque fecit ca-
pita columnarũ quas, & ipsas vestiuit argen-
to.* Aeris quoque oblata sunt talẽta septua- 29
ginta duo millia,& quadringenti supra sicli,
* ex quib. fusæ sunt bases in introitu taber- 30
naculi testimonij, & altare æneum cum cra-
ticula sua,omniaque vasa,quæ ad vsum eius
pertinent,* & bases atrij tam in circuitu quã 31
in ingressu eius, & paxilli tabernaculi, atque
atrij,per gyrum.

CAP. XXXIX.

Sup. 28. 2,6. DE hyacintho verò,& purpura, vermicu- 1
lo ac byssо fecit vestes, quibus indue- A
tur Aaron quando ministrabat in sanctis, si-
cut præcepit Dominus Moysi. * Fecit igitur 2
superhumerale de auro, hyacintho, & pur-
pura,coccoq bis tincto,& byssо retorta,* o- 3
pere polymitario, inciditq. bracteas aureas,
& extenuauit in fila,vt possent torqueri cum
priorum colorum subtegmine,* duasq. oras 4
sibi inuicem copulatas in vtroque latere sum
mitatum: * & balteũ ex eisdem coloribus, 5
præceperat Dñs Moysi.* Parauit,& duos la- 6
pides onychinos, astrictos, & inclusos auro, B
& sculptos arte gemmaria, nominibus filio-
rum Israel: * posuitq. eos in lateribus super- 7
humeralis in monimentum filiorum Israel,
sicut præceperat Dñs Moysi.* Fecit & ratio- 8
nale opere polymito iuxta op9 superhume-
ralis,ex auro,hyacintho, purpura, coccoque
bis tincto,& byssо retorta: * quadrangulum 9
duplex,mensuræ palmi.* Et posuit in eo gẽ 10
marũ ordines quatuor. In primo versu e- C
rat sardius,topazius,smaragdus. * In secun- 11
do,carbunculus,sapphirus,& iaspis.* In ter- 12
tio,ligurius,acathes,& amethystus * In quar 13
to,chrysolithus, onychinus, & beryllus, cir-
cundati,& inclusi auro per ordines suos. * 14
Ipsiq. lapides duodecim,sculpti erant nomi-
nibus duodecim tribuum Israel, singuli per
nomina singulorũ. * Fecerũt in rationali,& 15
catenulas sibi inuicem cohærentes, de auro
purissimo: * & duos vncinos, totidẽque a- 16
nulos aureos. Porrò anulos posuerunt in
vtroque latere rationalis, * è quibus pende- 17
rent duæ catenæ,aureæ,quas inseruerũt vn-
cinis, qui in superhumeralis angulis emine-
bant.* Hæc & ante,& retro ita conueniebãt 18
sibi, vt superhumerale, & rationale mutuo D
necterentur, * strictа ad balteum, & anulis 19
fortius copulata, quos iungebat vitta hyacin-
thina, ne laxa fluerent,& à se inuicem moue
rentur,sicut præcepit Dominus Moysi.* Fe- 20
cerunt quoque tunicam superhumeralis to-
tam hyacinthinam, * & capitium in supe- 21
riori parte contra medium, oramq. per gy-
rum capitij textilem: * deorsum autem ad 22
pedes mala punica ex hyacintho, purpura,
vermiculo,ac byssо retorta. * & tintinnabu- 23
la de auro purissimo, quæ posuerunt inter E
malogranata in extrema parte tunicæ per gy
rum,* tintinnabulum autem aureum,& ma 24
lum punicum,quibus ornatus incedebat Põ-
tifex quando ministerio fungebatur, sicut
25 præceperat Dominus Moysi.* Fecerunt, &
tunicas byssinas opere textili Aaron, & filijs
26 eius: * & mitras cum coronulis suis ex bys-
27 so, * feminalia quoque linea byssina: * cin-
28 gulũ verò de byssо retorta,hyacintho, pur-
pura, ac vermiculo bis tincto arte plumaria
29 sicut præceperat Dominus Moysi.* Fecerũt
F & laminam sacræ venerationis de auro pu-
rissimo, scripseruntque in ea opere gemmã-
30 rio,Sanctum Domini: * & strinxerunt eam
cum mitra vitta hyacinthina, sicut præcepe-
31 rat Dominus Moysi.* Perfectum est igitur
omne opus tabernaculi, & tecti testimonij:
fecerunteque filij Israel cuncta quæ præcepe-
32 rat Dominus Moysi. * Et obtulerunt taber-
naculum,& tectum,& vniuersam supellecti-
lem,anulos,tabulas, vectes, columnas ac ba-
33 ses, * opertorium de pellibus arietum ru-
bricatis, & aliud operimentum de ianthinis
34 pellibus,* velum,arcam, vectes, propitiato-
35 rium,* mensam cum vasis suis, & proposi-
36 tionis panibus:* candelabrum, lucernas, &
G vtensilia earum cum oleo:* altare aureum,
37 & vnguentũ, & thymiama ex aromatibus:
38 * & tentorium in introitu tabernaculi * alta-
39 re æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius
omnia:labrum cum basi sua: tentoria atrij,
40 & columnas cum basibus suis:* tentorium
in introitu atrij, funiculosque illius, & paxil-
los. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministeriũ
tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt
41 fieri.* Vestes quoque, quibus sacerdotes vtu-
tuntur in Sanctuario, Aaron scilicet, & filij
42 eius,* obtulerunt filij Israel, sicut præcepe-
43 rat Dominus.* Quæ postquam Moyses cun
cta vidit completa,benedixit eis.

CAP. XL.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, di-
2 cens:* Mense primo,prima die mensis,
A eriges tabernaculum testimonij, * & pones
3 in eo arcam, dimittesque ante illam velum:
4 * & illata mensa, pones super eam quæ ritè
præcepta sunt: Candelabrum stabit cum lu-
5 cernis suis, * & altare aureum in quo adole-
tur incensum, coram arca testimonij. Ten-
6 torium in introitu tabernaculi pones, * &
7 ante illud altare holocausti: * labrum inter
altare, & tabernaculum, quod implebis a-
8 qua. * Circumdabisq. atrium tentorijs, &
9 ingressum eiꝰ.* Et assumpto vnctionis oleo
vnges tabernaculum cum vasis suis, vt san-
10 ctificentur:* altare holocausti,& omnia va-
11 sa eius:* labrum cum basi sua: omnia vn-
ctionis oleo consecrabis, vt sint Sancta san-
12 ctorum.* Applicabisq. Aaron, & filios eius
ad fores tabernaculi testimonij, & lotos a-
B qua * indues sanctis vestibus, vt ministrent
13 mihi,& vnctio eorum in sacerdotium sem-
14 piternum proficiat. * Fecitque Moyses om-
15 nia quæ præceperat Dominus * Igitur men
se primo anni secundi,prima die mẽsis, col-
locatum

[n] Nu. 7 a.1. locatum est tabernaculum. * [n] Erexitque 16
Moyses illud, & posuit tabulas, ac bases, &
vectes, statuitque columnas, * & expandit 17
tectum super tabernaculum, impositó desu-
per operimento, sicut Dominus imperauer-
rat. * Posuit & testimonium in arca, subdi- 18
tis infra vectibus, & oraculum desuper. * 19
Cumque intulisset arcam in tabernaculum,
appendit ante eam velum, vt expleret Domi
ni iussionem. * Posuit & mensam in taber- 20
naculo testimonij ad plagam Septentriona-
lem extra velum. * ordinatis coram propo- 21
sitionis panibus, sicut præceperat Dominus
Moysi. * Posuit & candelabrum in taberna- 22
culo testimonij è regione mensæ in parte au- C
strali, * locatis per ordinem lucernis, iuxta 23
præceptum Domini. * Posuit & altare au- 24
reum sub tecto testimonij contra velum, *
& adoleuit super eo incensum aromatum, 25
sicut iusserat Dñs Moysi. * Posuit & tento- 26
rium in introitu tabernaculi testimonij. * & 27
altare holocausti in vestibulo testimonij, of-
ferens in eo holocaustum, & sacrificia, vt
28 Dominus imperauerat. * Librum quoque
D statuit inter tabernaculum testimonij, & al-
29 tare, implens illud aqua. * Laueruntque
Moyses, & Aaron, ac filij eius manus suas,
30 & pedes, * cum ingrederentur tectum fede-
ris, & accederent ad altare, sicut præceperat
31 Dominus Moysi. * Erexit & atrium per gy-
rum tabernaculi, & altaris, ducto in introi-
tu eius tentorio. Postquam omnia perfecta
32 sunt, * [n] operuit nubes tabernaculum testi- [n] Nu. 9. c. 15.
monij, & gloria Domini impleuit illud, 3. Reg. 8. b. 10.
33 * Nec poterat Moyses ingredi tectum fœ-
deris, nube operiente omnia, & maiestate
Domini coruscante, quia cuncta nubes ope-
34 ruerat. * Si quando nubes tabernaculum de-
ferebat, proficiscebantur filij Israel per tur-
35 mas suas: * si pendebat desuper, manebant
36 in eodem loco. * Nubes quippe Domini in-
cubabat per diem tabernaculo, & ignis in
nocte, videntibus cunctis populis Israel per
cunctas mansiones suas.

LIBER LEVITICVS,

HEBRAICE VAICRA.

CAPVT PRIMVM.

VOCAVIT autem Moy- 1 A
sen, & locutus est ei Do-
minus de tabernaculo te-
stimonij, dicens: * Loque-
re filijs Israel, & dices ad
eos: Homo, qui obtulerit
ex vobis hostiam Domi-
no de pecoribus, id est, de bobus, & ouibus
[n] Exod. 29. b. 10. offerens victimas, * [n] si holocaustum fuerit 3
eius oblatio, ac de armento, masculum im-
maculatum offeret ad ostium tabernaculi
testimonij, ad placandum sibi Dominum:
* ponetque manum super caput bestiæ, & 4
acceptabilis erit atque in expiationem eius B
proficiens. * immolabitq. vitulum coram 5
Domino, & offerent filij Aaron sacerdotes
sanguinem eius fundentes per altaris circui-
tum, quod est ante ostium tabernaculi, * de- 6
tractaq. pelle hostiæ, artus in frusta conci-
dent, * & subijcient in altari ignem, strue li- 7
gnorum ante composita: * & membra quæ 8
sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videli-
cet: & cuncta quæ adhærent iecori, * intesti- 9
nis, & pedibus loci: aqua: adolebitq. ea sacer- C
dos super altare in holocaustum, & suauem
odorem Domino, * Quòd si de pecoribus, 10
oblatio est, de ouibus siue de capris holo-
caustum, masculum absque macula offe-
11 ret: * immolabitque ad latus altaris, quod
respicit ad Aquilonem, coram Dño: san-
guinem verò illius fundent super altare filij
12 Aaron per circuitum: * diuidentq. mem- D
bra, caput, & omnia, quæ adhærent iecori:
& ponent super ligna, quibus subijciendus
13 est ignis. * intestina verò, & pedes lauabũt
aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos
super altare in holocaustum, & odorẽ sua-
14 uissimum Domino. * Si autem de auibus,
holocausti oblatio fuerit Domino, de turtu-
15 ribus, aut pullis columbæ, * offeret eã sa-
cerdos ad altare, & retorto ad collum capi-
te, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet
16 sanguinem super crepidinem altaris. * ve-
siculam verò gutturis, & plumas proijciet
prope altare ad orientalem plagam, in loco,
17 in quo cineres effundi solent, * confrigetque
ascellas eius, & non secabit, neque ferro di-
uidet eam, & adolebit super altare, lignis i-
gne supposito. Holocaustum est, & oblatio
suauissimi odoris Domino.

CAP. II.

1 ANima cum obtulerit oblationem sacri- A
ficij Domino, similа erit eius oblatio.
2 fundetq. super eam oleum, & thus, * ac defe-
ret ad filios Aaron sacerdotes: quorũ vnus
F tol-

tollet pugillum plenum similæ:& olei, ac to-
tum thus, & ponet memoriale super altare
" Eccl. 7. in odorem suauissimum Domino * " quod 3
d. 34. autē reliquum fuerit de sacrificio, erit Aarō
& filiorum eius, Sanctum sanctorum de
oblationibus Domini. * Cum autem obtu- 4
leris sacrificium coctum in clibano: de simi-
la, panes scilicet absque fermento, consper- B
sos oleo, & lagana azyma oleo lita. * Si obla- 5
tio tua fuerit de sartagine, similæ conspersæ
oleo, & absque fermento, * diuides eam mi- 6
nutatim, & fundes super eam oleum. * Sin 7
autem de craticula fuerit sacrificium, æquè
simila oleo conspergetur: * quam offerens 8
Domino, trades manibus sacerdotis. * Qui C
cum obtulerit eam, tollet memoriale de sa- 9
crificio, & adolebit super altare in odorem
suauitatis Domino, * quidquid autem reli- 10
quum est, erit Aaron, & filiorum eius, San-
ctum sanctorum de oblationibus Domini.
* Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absq; 11
ullo fermento fiet, nec quidquā fermenti, ac
mellis adolebitur in sacrificio Domino. * 12
Primitias rātum eorū offereris, ac munera:
super altare verò non imponentur in odo-
Mar. 9. g rem suauitatis. * Quidquid obtuleris sacrifi- 13
39. cij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei D
tui de sacrificio tuo, In oī oblatione tua of-
feres sal. * Si autem obtuleris munus prima- 14
rum frugū tuarum Domino de spicis adhuc
viuentib. torrebis igni, & cōfringes in mo-
rem farris, & sic offeres primitias tuas Do-
mino, * fundens supra oleū, & thus impo- 15
nens, quia oblatio Domini est, * de qua ado- 16
lebit sacerdos in memoriam muneris par-
tem farris fracti, & olei, ac totum thus,

CAP. III.

QVòd si hostia pacificorum fuerit eius 1
oblatio, & de bobus voluerit offerre, A
marem, siue feminam, immaculata offeret
coram Domino. * Ponetque manum super 2
caput victimæ suæ, quæ immolabitur in in-
troitu tabernaculi testimonij. fundentque fi-
lij Aaron sacerdotes sanguinem per altaris
circuitum. * Et offerent de hostia paci- 3
a Exo. 29 corum in oblationem Domino, a adipem, qui
b. 19. operit vitalia, & quidquid pinguedinis est
intrinsecus; * duos renes cum adipe, quo te- 4
guntur ilia, & reticulum iecoris cum renun-
culis. * adolebuntque ea super altare in ho- 5
locaustum, lignis igne suppposito: in oblatio- B
nem suauissimi odoris Domino. * Si verò 6
de ouibus fuerit eius oblatio, & pacificorū
hostia, siue masculum obtulerit, siue fœmi-
nam, immaculata erunt. * Si agnum obtu- 7
lerit coram Domino, * ponet manùm suam 8
super caput victimæ suæ: quæ immolabitur
in vestibulo tabernaculi testimonij: fun-
dentq. filij Aaron sanguinem eius per cir-
cuitum altaris. * Et offerent de pacificorum 9
hostia sacrificium Domino: adipem, & cau-
dam totam. * cum renibus, & pinguedinem 10
quæ operit ventrem, atque vniuersa vitalia C
& vtrumque renunculum cum adipe, qui
est iuxta ilia, reticulumq. iecoris cum renū-
11 culis. * & adolebit ea sacerdos super altare
in pabulum ignis, & oblationis Domini,
12 * Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit
13 eam Domino, * ponet manum suam super
caput eius: immolabitq. eam in introitu ta-
bernaculi testimonij. Et fundent filij Aaron
D sanguinem eius per altaris circuitum. * Tol-
14 lentque ex ea in pastum ignis dominici, a-
dipem qui operit ventrem, & qui tegit vni-
15 uersa vitalia: * duos renunculos cum reti-
culo, quod est super eos iuxta ilia, & aruinā
16 iecoris cum renunculis: * adolebitque ea
super altare sacerdos in alimoniam ignis, &
suauissimi odoris. Omnis adeps Domini
17 erit * iure perpetuo in generationibus, &
cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem
nec adipem omninò comedetis.

CAP. IV.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, di-
2 cens * Loquere filijs Israel: Anima, quæ
A peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis
mandatis Domini, quæ præcepit vt non fie-
3 rent, quippiam fecerit: * si sacerdos, qui vnc-
tus est, peccauerit, delinquere faciens popu-
lum, offeret pro peccato suo vitulū imma-
4 culatum Domino: * & adducet illum ad
ostium tabernaculi testimonii coram Do-
mino, ponetque manum super caput eius, &
5 immolabit eum Domino. * Hauriet quoque
de sanguine vituli, inferens illum in taber-
6 naculum testimonij. * Cumque intinxerit
B digitum in sanguine, asperget eo septies co
7 ram Domino contra velū Sanctuarij. * po-
netq. de eodem sanguine super cornua alta-
ris thymiamatis gratissimi Domino, quod
est in tabernaculo testimonij omnem autem
reliquum sanguinem fundet in basim alta-
8 ris holocausti in introitu tabernaculi. * Et
adipem vituli auferet pro peccato, tam eū,
qui vitalia operit, quam omnia quæ intrinse-
9 cus sunt: * duos renunculos, & reticulum
quod est super eos iuxta ilia, & adipem ieco-
10 ris cum renunculis, * sicut auferitur de vitu-
C lo hostiæ pacificorū: & adolebit ea super al-
11 tare holocausti. * Pellē verò, & omnes car-
nes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fi-
12 mo, * & reliquo corpore efferet extra castra
in locum mundum, vbi cineres effundi so-
lent: incenderque ea super lignorum struem
quæ in loco effusorum cinerum cremabun-
13 tur. * Quòd si omnis turba Israel ignorauer-
it, & per imperitiam fecerit quod contra
14 mandatum Domini est, * & postea intelle-
xerit peccatum suū, offeret pro peccato suo
vitulum, adducetque eum ad ostium taber-
15 naculi. * Et ponent seniores populi manus
D super caput eius coram Domino. Immola-
16 toque vitulo in conspectu Domini, * inferet
sacerdos, qui vnctus est, de sanguine eius in
17 tabernaculum testimonij, * tincto digito
18 aspergens septies contra vellum, * ponetque
de eo-

de eodem sanguine in cornibus altaris, quod
est coram Domino in tabernaculo testimo-
nij: reliquum autem sanguinem fundet iux-
ta basim altaris holocaustorum, quod est in
ostio tabernaculi testimonij. * Omnemque 19
eius adipem tollet, & adolebit super altare:
* sic faciens, & de hoc vitulo quo modo fe- 20
cit, & prius: & rogāte pro eis sacerdote, pro-
pitius erit eis Dominus * ipsum autem vitu 21
lum offeret extra castra, atq. comburet sicut
& priorem vitulū: quia est pro peccato mul-
titudinis. * Si peccauerit princeps. & fecerit 22
vnum è pluribus per ignorātiam, quod Do- E
mini lege prohibetur: * & postea intellexerit 23
peccatum suum, offeret hostiam Domino,
hircum de capris immaculatum. * Ponet, 24
que manum suam super caput eius: cumque
immolauerit eum in loco, vbi solet mactari
holocaustum coram Domino, quia pro pec-
cato est, * tinget sacerdos digitum in sangui- 25
ne hostiæ pro peccato, tangens cornua alta-
ris holocausti, & reliquum fundens ad ba-
sim eius, * Adipem verò adolebit supra, si 26
cut in victimis pacificorum fieri solet: roga-
bitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius,
& dimittetur ei, * Quod si peccauerit ani- 27
ma per ignorantiam, de populo terræ, vt fa- F
ciat quidquam de his, quæ Domini lege pro-
hibentur, atque deliquat, * & cognouerit 28
peccatum suum, offeret capram immacula-
tam. * Ponetque manū super caput hostiæ 29
quæ pro peccato est, & immolabit eam in
loco holocausti. * Tolletque sacerdos de sā- 30
guine in digito suo, & tangens cornua alta-
ris holocausti, reliquum fundet ad basim
eius. * Omnem autem adipem auferens, 31
sicut auferri solet de victimis pacificorum, G
adolebit super altare in odorem suauitatis
Domino: rogabitque pro eo, & dimittetur
ei. * Sin autem de pecoribus obtulerit victi- 32
mam pro peccato ouem, scilicet immacula-
tam, * ponet manū super caput eius, & im- 33
molabit eam in loco, vbi solent cædi holo-
caustorum hostiæ. * Sumetque sacerdos de 34
sanguine eius digito suo, & tangens cornua
altaris holocausti, reliquū fundet ad basim
eius. * Omnem quoque adipem auferens, 35
sicut auferri solet adeps arietis, qui immola-
tur pro pacificis: cremabit super altare in
incensum Domini: rogabitque pro eo, & pro
peccato eius, & dimittetur ei.

CAP. V.

SI peccauerit anima, & audierit vocē iu- 1
rātis, testisque fuerit, quòd aut ipse vidit, A
aut conscius est: nisi indicauerit, portabit ini-
quitatem suam. * Anima, quæ tetigerit ali- 2
quid immundū, siue quod occisum à bestia
est, aut per se mortuum, aut quod liberaliud
reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea
est, & deliquit: * & si tetigerit quidquam de 3
immunditia hominis iuxta omnem impu-
ritatem, qua pollui solet, oblitaque cognoue-
rit postea, subiacebit delicto, * Anima, quæ 4
iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel ma-
le quid faceret, vel bene, & idipsum iuramē-
to, & sermone firmauerit, oblitaq. postea in
5 tellexerit delictū suum, * agat pœnitentiam
6 pro peccato. * & offerat de gregibus agnā si-
B ue caprā, orabitq. pro ea sacerdos, & pro pec-
7 cato eius: * sin autem non potuerit offerre
pecus, offerat " duos turtures, vel duos pul- " Inf. 12.
d. 8.
los columbarum Domino, vnum pro pecca- Luc. 2.
8 to, & alterum in holocaustum, * dabitq. eos d. 24.
sacerdoti, qui primum offerens pro peccato
retorquebit caput eius ad pēnulas, ita vt col-
9 lo hæreat, & non penitus abrumpatur. * Et
asperget de sanguine eius parietem altaris.
quidquid autē reliquum fuerit, faciet distil-
lare ad fundamentum eius, quia p peccato
10 est. * Alterū verò adolebit in holocaustū, vt
fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos, & pro
11 peccato eius, & dimittetur ei. * Quod si non
C quiuerit manus eius duos offerre turtures,
aut duos pullos columbarum, offeret pro
peccato suo similæ partem ephi decimam,
non mittet in eam oleum, nec thuris aliqd
12 imponet, quia pro peccato est. * tradetque
eam sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum
hauriens, cremabit super altare in monu-
13 mentum eius, qui obtulerit, * rogans pro illo,
& expiatus, reliquam verò partem ipse ha-
14 bebit in munere. * Locutusque est Dñs ad
15 Moysen, dicens. * Anima si præuaricans ce-
remonias, per errorem in his, quæ Domino
sunt sanctificata, peccauerit, offeret pro de-
D licto suo arietē immaculatum de gregibus,
qui semi potest duobus siclis, iuxta pondus
16 Sanctuarij: * ipsumque quod intulit damni
restituet, & quintam partem ponet supra,
tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerēs
17 arietem, & dimittetur ei. * Anima si pecca-
uerit per ignorantiam, feceritque vnum ex
his, quæ Domini lege prohibentur, & pecca-
18 ti rea intellexerit iniquitatem suam, * offe-
ret arietem immaculatum de gregibus sacer-
doti, iuxta mensuram, æstimationemq. pec-
cati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit:
19 & dimittetur ei, * quia per errorem deliquit
in Dominum.

CAP. VI.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicēs:
2 * Anima quæ peccauerit, & contempto
A Domino, negauerit proximo suo depositū,
quod fidei eius creditum fuerat, vel vi ali-
3 quid extorserit, aut calumniam fecerit: * siue
rem perditam inuenerit, & inficians in-
super peierauerit, & quodlibet aliud ex plu-
ribus fecerit, in quibus solent peccare ho- Num. 5.
4 mines, * conuicta delicti, reddet * oīa, quæ a. 6.
5 per fraudem voluit obtinere integra, & quin
tam insuper partē domino cui damnū intu-
6 lerat. * Pro peccato autem suo offeret arie-
tem immaculatum de grege, & dabit eū sa-
cerdoti, iuxta æstimationem, mensuramque
7 delicti: * qui rogabit pro eo coram Domi-
no, & dimittetur illi pro singulis, quæ fa-
8 ciendo peccauit. * Locutusque est Domi-
9 nus ad Moysen, dicens * Præcipe Aaron, &

filijs eius: Hæc est lex holocausti: Cremabi- B
tur in altari tota nocte vsque mane: ignis ex
eodẽ altare erit. *vestietur tunica sacerdos, 10
& feminalibus lineis: tolletque cineres, quos
vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare,
*spoliabitur prioribus vestimentis, indutus- 11
que alijs efferet eos extra castra, &⌣ in loco
mundissimo vsque ad fauillam consumi fa-
ciet. * Ignis autem in altari semper ardebit, 12
quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane
per singulos dies, & imposito holocausto, de-
super adolebit adipes pacificorum.* Ignis est 13
iste perpetuus, qui nunquam deficit in altari.
*Hæc est lex sacrificij, & libamentorum, quę 14
offerent filij Aaron coram Dño, & corã alta-
ri.* Tollet sacerdos pugillũ similæ, quæ con- 15
spersa est oleo, & totum thus, quod super si-
milam positum est: adolebitque illud in alta-
ri in monimentum odoris suauissimi Dño:
* reliquam autem partem similæ comedet 16
Aaron cum filijs suis, absque fermento: & co- C
medet in loco Sancto Atrij tabernaculi. * 17
Ideo autẽ non fermentabitur, quia pars eius
in Dñi offertur incensum, Sanctum sancto-
rum erit, sicut pro peccato atque delicto. * 18
Mares tantum stirpis Aaron comedẽt illud.
Legitimum, ac sempiternum erit in genera-
tionibus vestris de sacrificijs Dñi omnis, qui
tetigerit illa, sanctificabitur.* Locutusque est 19
Dñs ad Moysen, dicens: * Hæc est oblatio 20
Aaron, & filiorum eius, quam offerre debẽt
Dño in die vnctionis suæ. Decimam partem
ephi offerent similæ in sacrificio sempiter-
no, medium eius mane, & medium eius ve-
spere: *quæ in sartagine oleo conspersa frige- 21
tur. Offeret autem eam calidam in odorem
suauissimum Domino* sacerdos, qui iure pa- 22
tri successerit, & tota cremabitur in altari * 23
Omne enim sacrificium sacerdotum igne
consumetur, nec quisquam comedet ex eo. D
* Locutus est autem Dñs ad Moysen, dicẽs: 24
* Loquere Aaron, & filijs eius: Ista est lex ho 25
stiæ pro peccato: In locó vbi offertur holo-
caustum, immolabitur coram Dño. Sanctum
sanctorum est. * Sacerdos, qui offert, come- 26
det eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.* 27
*Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabi- 28
tur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa,
lauabitur in loco sancto * Vas autem fictile,
in quo coacta est, confringetur, quod si vas æ-
neum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.
*Omnis masculus de genere sacerdotali ve- 29
scetur de carnibus eius, quia Sanctum san- 30
ctorum est.* Hostia enim, quæ cæditur pro
peccato, ″cuius sanguis infertur in tabernacu-
lum testimonij ad expiãdum in Sanctuario,
non comedetur, sed comburetur igni.

″Heb.13 b.11. Sup. 4.a 5.

CAP. VII.

HÆc quoque lex hostiæ pro delicto, Sã- 1
cta sanctorum est: * idcirco vbi im- 2
molabitur holocaustum, mactabitur & vi- A
ctima pro delicto: sanguis eius per gyrum
altaris fundetur, * Offerent ex ea caudam 3
4 & adipem, qui operit vitalia. * Duos renun-
culos, & pinguedinem, quæ iuxta illa est, re-
5 ticulumque iecoris cum renunculis, * & a-
dolebit ea sacerdos, super altare: incensum
6 est Dño pro delicto. * Omnis masculus de
sacerdotali genere, in loco sãcto vescetur his
7 carnibus, quia Sanctum sanctorum est. * Si-
cut pro peccato offertur hostia, ita & pro de-
licto: vtriusque hostiæ lex vna erit: ad sacer-
8 dotem, qui eam obtulerit, pertinebit.* Sacer-
dos, qui offert holocausti victimam, habebit
9 pellem eius. * Et omne sacrificium similæ,
quod coquitur in clibano, & quidquid in cra
ticula, vel in sartagine præparatur, eius erit
10 sacerdotis à quo offertur: *siue oleo cõsper-
B sa, siue arida fuerint, cunctis filijs Aaron mẽ-
11 sura æqua per singulos diuidetur.* Hæc est
lex hostiæ pacificorum, quæ offertur Domi-
12 no.* Si pro gratiarum actione oblatio fuerit,
offerent panes absque fermento conspersos
oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamque
similam, & collyridas olei admistione con-
13 spersas: * panes quoque fermentatos cũ ho-
stia gratiarum, quæ immolatur pro pacifi-
14 cis: *ex quibus vnus pro primitijs offeretur
Domino, & erit sacerdos, qui fundet hostiæ
15 sanguinem, *cuius carnes eadem comeden-
tur die, nec remanebit ex eis, quidquam vsq.
16 mane.* Si voto, vel sponte quispiam obtule-
rit hostiam, eadem similiter edetur die: sed
& si quid in crastinum remanserit, vesci lici-
17 citum est:* quidquid autem tertius inuene-
18 rit dies, ignis absumet. *si quis de carnib. vi-
ctimæ pacificorum die tertio comederit, ir-
rita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quia
potius quæcumque anima tali se edulio con-
19 taminauerit, præuaricationis rea erit.* Caro,
C quæ aliquid tetigerit immundum, non co-
medetur, sed comburetur igni: qui fuerit mũ
20 dus, vescetur ex ea. * Anima polluta quæ e-
derit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ
21 oblata est Domino, peribit de populis suis.*
Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel
iumenti, siue omnis rei, quæ polluere potest,
& comederit de huiuscemodi carnibus, in-
22 teribit de populis suis.* Locutusque est Dñs
23 ad Moysen, dicens: * Loquere filijs Israel:
Adipem ouis, & bouis, & capræ non come-
24 detis.* Adipem cadaueris morticini, & eius
animalis, quod à bestia captum est, habebitis
25 in varios vsus. * Si quis adipem, qui offerri
debet in incensum Domini, comederit, peri-
26 bit de populo suo.* Sanguinem quoque om
nis animalis non sumetis in cibo, tam de a-
27 uibus, quam de pecoribus. * Omnis anima,
quæ ederit sanguinem, peribit de populis
28 suis.* Locutusque est Dominus ad Moysẽ,
29 dicens: * Loquere filijs Israel, dicens: Qui
offert victimam pacificorum Domino, offe-
rat simul & sacrificium, id est, libamẽta eius,
30 *tenebit manibus adipem hostiæ, & pectu-
D sculum: cumq ambo oblata Domino conse-
31 crauerit, tradet sacerdoti, *qui adolebit adi-
pem super altare, pectusculum autẽ erit Aa-
32 ron, & filiorum eius, *armus quoque dexter
de

de pacificorum hostijs cedet in primitias sa-
cerdotis.* Qui obtulerit sanguinem, & adi- 33
pem filiorum Aaron, ipse habebit, & armũ
dextrum in portione sua.* Pectusculum e- 34
nim eleuationis, & armum separationis tuli
à filijs Israel de hostijs eorum pacificis, &⌣
dedi Aaron sacerdoti, & filijs eius lege per-
petua, ab omni populo Israel.* Hæc est vn- 35
ctio Aaron, & filiorum eius in ceremonijs
Dñi die, qua obtulit eos Moyses, vt sacerdo-
tio fungerentur, * & quæ præcepit eis dari 36
Dñs à filijs Israel religione perpetua in gene
rationibus suis.* Ista est lex holocausti, & sa- 37
crificij pro peccato, atq. delicto, & pro conse-
cratione, & pacificorum victimis: *quã con- 38
stituit Dominus Moysi in monte Sinai, quã-
do mandauit filijs Israel vt offerrent obla-
tiones suas Domino in deserto Sinai.

CAP. VIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, di- 1
cens: * Tolle Aaron cum filijs suis, ve- 2
stes eorum, & vnctionis oleum, vitulum⌣ A
pro peccato, duos arietes, canistrum cum a-
zymis, * & congregabis omnem cętum ad o- 3
stium tabernaculi. * Fecit Moyses vt Domi- 4
nus imperauerat. Congregataque omni tur-
ba ante fores tabernaculi, *ait: Iste est sermo, 5
quem iussit Dñs fieri. * Statimq obtulit Aa- 6
ron, & filios eius. Cumq. lauisset eos, *vesti- 7
uit Pontificem subucula linea, accingens eũ
balteo, & induens eum tunica hyacinthina,
& desuper humerale imposuit, *quod astrin 8
gens cingulo aptauit rationali, in quo erat
Doctrina & Veritas. * Cidari quoque texit 9
caput: & super eam, contra frontem, posuit
laminam auream consecratam in sanctifica- B
tione, sicut præceperat ei Dñs.* Tulit & vn- 10
ctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cũ
omni supellectili sua.* Cumque sanctificans 11
aspersisset altare septẽ vicibus, vnxit illud,
& omnia vasa eius, labrumque cum basi sua
sanctificauit oleo. * ″Quod fundens super 12
caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit: *fi- 13
lios quoque eius oblatos vestiuit tunicis li
neis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, vt
iusserat Dñs. * Obtulit, & vitulum pro pec- 14
cato, cumque super caput eius posuisset Aa- C
ron, & filij eius manus suas, *immolauit eũ: 15
hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit
cornua altaris per gyrum, quo expiato & sã-
ctificato, fudit reliquum sanguinem ad fun-
damenta eius.* Adipem verò qui erat super 16
vitalia, & reticulum iecoris, duosq. renuncu-
los, cum aruinulis suis, adoleuit super alta-
re: *vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo 17
cremans extra castra, sicut præceperat Dñs.
*Obtulit & arietem in holocaustum: super 18
cuius caput cum imposuissent Aaron, & fi-
lij eius manus suas, *immolauit eum, & fu- 19
dit sanguinem eius per circuitum altaris. * 20
Ipsumq. arietem in frusta concidens, caput
eius, & artus, &⌣ adipem adoleuit igni, * 21
lotis prius intestinis, & pedibus, totumq. si- D

″Ecc.45. c.18.

mul arietem incendit super altare, eò quod
esset holocaustum suauissimi odoris, Domi-
22 no, sicut præceperat ei. * Obtulit & arietem
secundum in consecratione sacerdotium po
sueruntque super caput eius Aaron, & filij
23 eius manus suas, * quem cum immolasset
Moyses, sumens de sanguinem eius, tetigit
extremum auriculæ dextræ Aaron, & polli-
24 cem manus eius dextræ, similiter & pedis.*
Obtulit, & filios Aaron, cumq. de sanguine
E arietis immolati tetigisset extremum auricu-
læ singulorum dextræ, & pollices manus ac
pedis dextri, reliquum fudit super altare per
25 circuitum: *adipem verò, & caudam, omnẽ-
que pinguedinem, quæ operit intestina, reti-
culumq. iecoris, & duos renes cum adipibus
26 suis, & armo dextro separauit.* Tollens aũt
de canistro azymorum, quod erat corã Dño,
panem absque fermento, & collyridam cõ-
spersam oleo, laganumque posuit super adi-
27 pes, & armum dextrum, *tradens simul oĩa
Aaron, & filijs eius. Qui postquam leuauerũt
28 ea coram Dño, * rursum suscepta de mani-
F bus eorum, adoleuit super altare holocausti,
eò quod consecrationis esset oblatio, in odo-
29 rẽ suauitatis, sacrificij Dño. * Tulitq. pectu-
sculum eleuans illud coram Dño, de ariete
consecrationis in partem suam, sicut præce-
30 perat ei Dominus * Assumensque vnguen-
tum, & sanguinem, qui erat in altari, aspersit
super Aaron, & vestimenta eius, &⌣ super
31 filios illius, ac vestes eorum. * Cumque san-
ctificasset eos in vestitu suo, præcepit èis, di-
cens: Coquite carnes ante fores tabernaculi,
& ibi comedite eas, panes quoque consecra-
G tionis edite, qui positi in canistro, sicut præ-
cepit mihi Dñs, dicens: ″Aaron & filij eius
32 comedent eos:* Quicquid autem reliquum
33 fuerit de carne, & panibus ignis absumet. *
De ostio quoque tabernaculi non exibitis se-
ptem diebus, vsque ad diem, quo complebi-
tur tempus consecrationis vestræ, septem e-
34 nim diebus finitur consecratio: * sicut & in
præsentiarum factum est, vt ritus sacrificij
35 compleretur.* Die ac nocte manebitis in ta-
bernaculo obseruantes custodias Domini, ne
36 moriamini: sic enim mihi præceptum est. *
Feceruntque Aaron, & filij eius cuncta, quæ
locutus est Dominus per manum Moysi.

″Exo.29. f 32. Inf. 29. b.9.

CAP. IX.

1 FActo autem octauo die, vocauit Moyses
A Aaron, & filios eius, ac maiores natu I-
2 srael, dixitq. ad Aaron: *″Tolle de armento
vitulum pro peccato, & arietem in holocau-
stum, vtrumq. immaculatum, & offert illos
3 coram Domino, * Et ad filios Israel loqueris:
Tollite hircum pro peccato, & vitulum, atq.
agnum anniculos, & sine macula in holocau-
4 stum, *bouem, & arietem pro pacificis: &⌣
immolate eos coram Dño, in sacrificio sin-
gulorum similam conspersam oleo offeren-
tes, hodie enim Dominus apparebit vobis.
Tulerunt ergo cuncta, quæ iusserat Moyses

″Exo.29 a.1.



ad ostium tabernaculi: vbi cum omnis mul- B
titudo astaret, * ait Moyses: Iste est sermo, 6
quem præcepit Dñs. facite, & apparebit vo-
bis gloria eius. * Et dixit ad Aarõ: Accede ad 7
altare, & immola pro peccato tuo: offer ho-
locaustum, & deprecare pro te, & pro popu-
lo, cumq. mactaueris hostiam populi, ora p
eo, sicut præcepit Dñs. * Statimq. Aaron acce- 8
dens ad altare, immolauit vitulum pro pec-
cato suo: * cuius sanguinem obtulerunt ei fi- 9
lij sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua
altaris, & fudit residuum ad basim eius. * A- 10
dipemq. & renunculos, ac reticulum iecoris,
quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare,
sicut præceperat Dñs Moysi: * carnes verò, & 11
pellem eius extra castra cõbussit igni. * Im- 12
molauit, & holocausti victimam, obtulerũtq. C
ei filij sui sanguinẽ eius, quem fudit per alta-
ris circuitum. * ipsam etiam hostiam in fru- 13
sta concisam, cum capite, & membris singu-
lis obtulerunt, quæ omnia super altare cre-
mauit igni, * lotis aqua prius intestinis, & pe- 14
dibus. * Et pro peccato populi offerens ma- 15
ctauit hircum: expiatoq. altari, * fecit holo- 16
caustum, * ad dẽs in sacrificio libamenta, quę 17
pariter offeruntur, & adolens ea super alta-
re, absque ceremonijs holocausti matutini. * 18
Immolauit, & bouẽ atq. arietem, hostias
pacificas populi: obtuleruntq. ei filij sui sangui-
nem, quem fudit super altare in circuitum. * 19
Adipem autem bouis, & caudam arietis, re-
nunculosq. cum adipibus suis, & reticulum D
iecoris * posuerunt super pectora, cumq. cre- 20
mati essent adipes super altare, * pectora eo- 21
rum; & armos dextros separauit Aaron, ele-
uans coram Dño, sicut præceperat Moyses.
* Et extendens manus ad populum, benedi- 22
xit ei. Sicq. cõpletis hostijs pro peccato, & ho
23 locaustis, & pacificis, descẽdit. * Ingressi autẽ
Moyses, & Aaron in tabernaculum testimo-
nij, & deinceps egressi benedixerunt populo.
24 ″ Apparuitq. gloria Domini omni multitudi- ″ 2. Ma.
ni: & ecce egressus ignis a Domino, deuora- 2.c.12.
uit holocaustum, & adipes, qui erant super
altare. Quod cum vidissent turbæ, Laudaue
runt Dominum, ruentes in facies suas.

CAP. X.

1 A Arreptisq. Nadab, & Abiu filij Aarõ thu
ribulis, ″ posuerũt ignem, & incensũ de- ″ Num.
super, offerentes coram Dño ignem alienũ: 3.a.4.26.
2 quod eis paæceptum non erat. * Egressusque g.26.
ignis à Dño, deuorauit eos, & mortui sunt 1. Par.
3 coram Dño. * Dixitq: Moyses ad Aarõ: Hoc 24.a.2.
est, quod locutus est Dñs: Sãctificabor in ijs,
qui appropinquãt mihi, & in conspectu om-
nis populi glorificabor. Quod audiens tacuit
4 Aaron. * Vocatis autem Moyses Misaele, &
Elisaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad
eos: Ite & tollite fratres vestros de conspectu
5 Sanctuarij, & asportate extra castra. * Confe-
stimq. pergentes, tulerunt eos sicut iacebant
vestitos lineis tunicis, & iecerunt foras, vt fi-
6 bi fuerat imperatum. * Locutusque est Moy B
ses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios
eius: Capita vestra nolite nudare, & vestimẽ-
ta nolite scindere, ne fortè moriamini, & su-
per omnẽ cętum oriatur indignatio. Fratres
vestri, & omnis domus Israel plangant incẽ-
7 dium, quod Dominus suscitauit: * vos autem
non egrediemini fores tabernaculi, alioquin
peribitis: oleum quippe sanctæ vnctionis est
super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præce-
ptum

ptum Moysi. * Dixit, quoque Dominus ad 8
Aaron. * Vinũ, & omne quod inebriare po- 9
test, non biberis tu, & filij tui, quãdo intratis
in tabernaculum testimonij, ne moriamini:
quia præceptum sempiternum est in genera-
tiones vestras. * Et vt habeatis scientiam di- 10
scernendi inter sanctum, & profanum, inter
pollutũ, & mundum: * doceatisque filios Is- 11
rael omnia legitima mea, quæ locutus est Do
minus ad eos per manũ Moysi. * Locutusq. 12
est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Itha- C
mar filios eius, q̃ erant residui: Tollite sacri-
ficiũ, quod remansit de oblatione Domini,
& comedite illud absq. fermento iuxta alta-
re, quia Sãctum sanctorum est. * Comedetis 13
autem in loco sancto: quod datũ est tibi, &
filijs tuis de oblationibus Domini, sicut præ-
ceptum est mihi. * Pectusculum quoq; quod 14
oblatum est, & armũ qui separatus est ede-
tis in loco mundissimo tu, & filij tui, & filiæ
tuæ tecum: tibi enim, ac liberis tuis reposita
sunt de hostijs salutaribus filiorũ Israel: * eo 15
q; armum, & pectus, & adipes, qui cremantur
in altari, eleuauerunt coram Domino, &
pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpe-
tua, sicut præcepit Dominus. * ″ Inter hæc, 16
hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cum D
quæreret Moyses, exustum reperit: iratusq.
contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron, qui
remansérãt: ait: * Cur nõ comedistis hostiã 17
pro peccato in loco sancto, quæ Sancta san-
ctorum est, & data vobis, vt porteris iniqui-
tatem multitudinis, & rogetis pro ea in cõ-
spectu Domini, * præsertim cum de sangui- 18
ne illius non sit illatum intra sancta, & co-
medere debueritis eam in Sanctuario, sicut
præceptum est mihi? * Respondit Aaron: 19
Oblata est hodie victima pro peccato, & ho-
locaustum coram Domino: mihi autem ac-
cidit quòd vides, quomodo potui comedere
eam, aut placere Domino in ceremonijs
mente lugubri? * Quod cum audisset Moy- 20
ses, recepit satisfactionem.

″ 2. Mac. 1.c.11.

CAP. XI.

L Ocutusq. est Dñs ad Moysen, & Aaron, 1
dicens: * Dicite filijs Israel: ″ Hæc sunt 2
animalia, quæ comedere debetis de cunctis A
animantibus terræ: * Omne quod habet di- 3
uisam vngulam, & ruminat in pecoribus, co-
medetis. * Quidquid aũt ruminat quidẽ, & 4
habet vngulã, sed nõ diuidit eã, sicut came-
lus, & cętera, nõ comedetis illud, & inter im-
mũda reputabitis. * Cherogryllus, qui rumi- 5
nat, vngulamq. non diuidit, immundus est.
* Lepus quoque: nã & ipse ruminat, sed vn- 6
gulam non diuidit. * Et ″ sus: qui cum vngu- 7
lam diuidat, non ruminat: * horum carni- 8
bus non vescemini, nec cadauera contingę-
tis, quia immunda sunt vobis. * Hęc sũt quæ 9
gignuntur in aquis, & vesci licitum est. Om- B
ne quod habet pinnulas, & squamas, tam
in mari, quam in fluminibus, & stagnis, co-
medetis, * Quidquid autem pinnulas, & 10
squama non habet eorum, quæ in aquis mo-
11 uentur, & viuunt, abominabile vobis, * exe-
crandumq. erit, carnes eorum non comede-
12 tis, & morticina vitabitis. * Cunęta quæ non
habent pinnulas, & squamas in aquis, pollu-
13 ta erunt. * Hęc sunt, quæ de auibus comede-
re non debetis, & vitanda sunt vobis: Aqui-
14 lam, & gryphem, & haliætũ, * & miluum,
15 ac vulturem iuxta genus suũ, * & omne cor-
16 uini generis in similitudinẽ suã, * struthio-
nẽ, & noctuam, & larum, & accipitrẽ iuxta
17 genus suum. * bubonem, & mergulum, &
18 ibin, * & cygnũ, & onocrotalum, & porphy-
19 rionem, * herodionem, & charadrion iuxta
C genus suum, vpupam quoque, & vespertilio
20 nem. * Omne de volucribus, quod graditur
super quatuor pedes, abominabile erit vo-
21 bis. * Quidquid aũt ambulat quidem super
quatuor pedes, sed habet longiora retro cru-
22 ra, per quæ salit super terrã, * comedere de-
betis, vt est bruchus in genere suo, & attacus
atque ophiomachus, ac locusta, singula iuxta
23 genus suum. * Quidquid autem ex volucri-
bus quatuor tantũ habet pedes, execrabi-
24 le erit vobis: * & quicumque morticina eo-
D rum tetigerit, polluetur, & erit immundus
25 vsq. ad vesperũ: * & si necesse fuerit, vt por-
tet quippiam horum mortuum, lauabit ve-
stimenta sua, & immundus erit vsq. ad occa-
26 sum solis. * Omne animal q̃d habet quidem
vngulam, sed nõ diuidit eam, nec ruminat,
immundũ erit: & qui tetigerit illud, conta-
27 minabitur. * Quod ambulat super manus
ex cũctis animantib. quæ incedunt quadru-
pedia, immundũ erit: qui tetigerit morticina
28 eorum, polluetur vsq. ad vesperum. * Et qui
portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit
vestimenta sua, & immũdus erit vsq. ad ve-
sperum: quia omnia hæc immunda sunt vo-
29 bis. * Hæc quoque inter polluta reputabun-
E tur de his, quæ mouẽtur in terra, mustela, &
mus, & crocodilus, singula iuxta genus suũ,
30 * mygale, & chamæleon, & stellio, & lacer-
31 ta, & talpa: * omnia hæc immunda sunt.
Qui tetigerit morticina eorum, immundus
32 erit vsque ad vesperum: * & super quod ce-
ciderit quidquam de morticinis eorum, pol-
luetur tam vas ligneum, & vestimentũ, quã
pelles, & cilicia: & in quocumque fit opus,
tingentur aqua, & polluta erunt vsq. ad ve-
33 sperũ, & sic postea mundabuntur. * Vas au-
tem fictile, in quod horum quidquam intro-
ceciderit polluetur, & idcirco frangendum
34 est. * Omnis cibus, quem comederis, si fusa
fuerit super eũ aqua, immundus erit: & om-
ne liquẽs quod bibitur de vniuerso vase, im-
35 mundum erit. * Et quidquid de morticinis
F huiuscemodi ceciderit super illud, immundu
dum erit, siue clibani, siue chytropodes, de-
36 struẽtur, & immundi erũt * Fontes verò, &
cisternæ, & omnis aquarum congregatio
munda erit. Qui morticinam eorum teti-
37 gerit, polluetur. * Si ceciderit super semen-
38 tem non polluet eam. * Si autem quispiam
aqua sementem perfuderit, & postea morti-

″ Deut. 14.a.

″ 2. Mac. 6.8.d.18.

cinis tacta fuerit, illico polluetur. * Si mor- 39
tuum fuerit animal, quod licet vobis come-
dere, qui cadauer eius tetigerit, immundus
erit vsque ad vesperum: * & qui comederit 40
ex eo quippiam, siue portauerit: lauabit ve-
stimenta sua, & immundus erit vsq ad ve-
sperum. * Omne quod reptat super terrã, 41
abominabile erit, nec assumetur in cibum.
* Quidquid super pectus quadrupes gradi- 42
tur, & multos habet pedes, siue per humum
trahitur, non comedetis, quia abominabile
est. * Nolite contaminare animas vestras, 43
nec tangatis quidquam eorum, ne immundi
sitis. * Ego enim sum Dominus Deus vester: 44
[n] sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne pol-
luatis animas vestras in omni reptili, quod
mouetur super terram. * Ego enim sum Dõ- 45
minus, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt es-
sem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego
sanctus sum. * Ista est lex animantiũ, ac vo- 46
lucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mo-
uetur in aqua, & reptat in terra, * vt differẽ- 47
tias noueritis mundi, & immundi, & sciatis
quid comedere, & quid respuere debeatis.

[n] 1. Pet. 1. c. 13.

CAP. XII.

[a] Luc. 2. c. 12. Ioan. 7. c. 12. [b] Luc. 2. c. 21. [b] Luc. 2. c. 21.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen, di- 1
cens: * Loquere filijs Israel, & dices ad 2
eos: [a] Mulier, si suscepto semine pepererit A
masculum, immũda erit septem dieb. iuxta
dies separationis mẽstruæ. * [b] Et die octauo 3
circũcidetur infantulus: * ipsa verò triginta 4
trib. diebus manebit in sanguine puri ficatio- B
nis suæ. Omne sanctũ non tanget, nec ingre-
dietur in Sanctuariũ, donec impleantur dies
purificationis suæ: * Sin autem feminam pe- 5
pererit, immunda erit duabus hebdomadi-
bus iuxta ritũ fluxus menstrui, & sexaginta
sex dieb. manebit in sanguine puri ficationis
suæ. * Cumq. expleti fuerint dies purificatio- 6
nis suæ, pro filio, siue pro filia, deferet agnũ C
anniculum in holocaustum, & pullum co-
lumbæ siue turturem pro peccato, ad ostiũ
tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, * 7
qui offeret illa coram Domino, & orabit
pro ea, & sic mũdabitur à profluuio sangui-
nis sui: ista est lex parientis masculũ, aut fe- D
minã. * Quòd si non inuenerit manus eius, 8
nec potuerit offerre agnũ, sumet [a] duos tur-
tures, vel duos pullos columbarum, vnũ in
holocaustum, & alterum pro peccato, orabit-
que pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

[a] Sup. 5. c. 11. Luc. 2. d. 24.

CAP. XIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, & 1
Aaron, dicens: * Homo, in cuius cute, & 2
carne ortus fuerit diuersus color, siue pustu- A
la, aut quasi lucens quippiam, idest plaga le-
præ: adducetur ad Aarõ sacerdotem, vel ad
vnũ quemlibet filiorum eius. * Qui cum vi- 3
derit lepram in cute, & pilos in albũ muta-
tos colorem, ipsamq. speciem lepræ humilio-
rem cute, & carne reliqua, plaga lepræ est, & 4
ad arbitrium eius separabitur. * Sin autem
lucens candor fuerit in cute, nec humilior
carne reliqua, & pili coloris pristini, reclu-
det eum sacerdos septem diebus, * & con- 5
siderabit die septimo: & siquidem lepra vl-
tra non creuerit, nec transierit in cute prio-
res terminos, rursum recludet eum septem
diebus alijs. * Et die septimo contemplabi- 6
tur: si obscurior fuerit lepra, & non creuerit
in cute, mundabit eum, quia scabies est: la-
uabitque homo vestimenta sua, & mundus 7
erit. * Quòd si postquam à sacerdote visus
est, & redditus munditiæ, iterum lepra cre- B
uerit: adducetur ad eum, * & immunditiæ 8
condemnabitur. * Plaga lepræ si fuerit in 9
homine, adducetur ad sacerdotem, * & vi-
debit eum. Cumque color albus in cute fue-
rit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa
quoque caro viua apparuerit, * lepra vetu- 10
stissima iudicabitur, atque inolita cuti. Con-
taminabit itaq. eum sacerdos, & non reclu-
det, quia perspicuæ immũditiæ est. * Sin au- 12
tem efflorueritdiscurrens lepra in cute, &
operuerit omnem cutem à capite vsq. ad pe-
des, quidquid sub aspectum oculorũ cadit,
* considerabit eum sacerdos, & teneri lepra 13
mundissima iudicabit, eo q̃ omnis in cãdo-
rem versa sit, & idcirco homo mundus e-
rit. * Quando verò caro viuens in eo appa- 14
ruerit, * tũc sacerdotis iudicio polluetur, &
inter immundos reputabitur: caro enim vi- 15
ua si lepra aspergitur, immunda est. * Quòd
C si rursum versa fuerit in alborem, & totum
hominem operuerit, * considerabit eũ sacer 17
dos, & mundum esse decernet. * Caro au- 18
tem, & cutis in qua vlcus natum est, & sana-
tum, * & in loco vlceris cicatrix alba appa- 19
ruerit, siue subrufa, adducetur homo ad sa-
cerdotem: * qui cum viderit locũ lepræ: hu- 20
miliorem carne reliqua, & pilos versos in
candorem, contaminabit eum: plaga enim
lepræ orta est in vlcere. * Quod si pilus 21
coloris est pristini, & cicatrix subobscura,
& vicina carne nõ est humillor, recludet eũ
septem diebus, * & si quidem creuerit, adiu- 22
dicabit eum lepræ, * sin autem steterit in 23
loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mun-
dus erit. * Caro autem, & cutis, quam 24
ignis exusserit, & sanata albam siue rufam
habuerit cicatricem, * considerabit eam 25
sacerdos, & ecce versa est in alborem, &
locus eius reliqua cute est humilior: con-
taminabit eum, quia plaga lepræ in cicatri- 26
ce orta est * Quòd si pilorum color non
D fuerit immutatus, nec humilior plaga car-
ne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subob- 27
scura, recludet eum septem diebus, * & die
septimo contemplabitur: si creuerit in cu- 28
te lepra, contaminabit eum: * sin autem in
loco suo candor steterit non satis clarus, pla-
ga combustionis est, & idcirco mundabitur,
29 qa cicatrix est cõbusturæ. * Vir, siue mulier
in cuius capite, vel barba germinauerit lepra
30 videbit eos sacerdos, * & siquidẽ humilior
fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus,
soli-

solitoque subtilior, contaminabit eos, quia
lepra capitis, ac barbæ est. * Sin autem vi- 31
derit locum maculæ æqualem vicinæ carni,
& capillum nigrum: excludet eum septem
diebus, * & die septimo intuebitur Si non 32
creuerit macula, & capillus sui coloris est, E
& locus plagæ carni reliquæ æqualis: * rade- 33
tur homo absq. loco maculæ, & includetur
septem diebus alijs. * Si die septimo visa fue- 34
rit stetisse plaga i loco suo, nec humilior car-
ne reliqua, mundabit eum, lotisq. vestib. suis,
mundus erit. * Sin aũt post emundationem 35
rursus creuerit macula in cute, * nõ quærat 36
amplius vtrũ capillus in flauũ colorẽ sit im-
mutatus, quia apertè immũdus est. * Porro 37
si steterit macula, & capilli nigri fuerint, no-
uerit hominem sanatum esse, & cõfidenter
eum pronunciet mundũ. * Vir, siue mulier, 38
in cuius cute cãdor apparuerit, * intuebitur 39
eos sacerdos, si deprehẽderit subobscurũ al-
borem lucere in cute, ciat non esse lepram,
sed maculã coloris cãdidi, & hoẽm mũdũ.
* Vir, de cuius capite capilli fluũt, caluus, & 40
mundus est: * & si frõte ceciderint pili, re- 41
taluaster, & mũdus est * Sin aũt in caluitio, 42
siue in recaluatione alb9, vel rufus color fue- E
rit exortus, * & hoc sacerdos viderit, condẽ- 43
nabit eũ haud dubiæ lepræ, quæ orta est in
caluitio. * Quicumq. ergo maculatus fuerit 44
lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdo-
tis, * habebit vestimenta diffuta, caput nu- 45
dum, os veste contectũ, contaminatũ, ac sor-
didum te clamabit. * Omni tempore quo 46
leprosus est, & immundus, solus habitabit
extra castra. * Vestis lanea siue linea, quæ 47
lepram habuerit * in stamine, atque sub- 48
tegmine, aut certè pellis, vel quidquid expel-
le confectum est, * si alba, vel rufa macula 49
fuerit infecta, lepra reputabitur, ostendetur-
que sacerdoti, * qui consideratam recludet 50
septem diebus: * & die septimo rursus aspi- 51
ciens si deprehenderit creuisse, lepra perse-
uerans est: pollutum iudicabit vestimentũ,
& omne in quo fuerit inuenta: * & idcirco 52
comburetur flammis. * Quod si eam vi- 53
derit non creuisse, * præcipiet, & lauabunt 54
id, in quo lepra est, recludetq. illud septem
diebus alijs. * Et cum viderit faciem qui- 55
dem pristinam non reuersam, nec tamen G
creuisse lepram, immundum iudicabit, &
igne comburet, eo quòd infusa sit in super-
ficie vestimenti, vel per totum, lepra. * Sin 56
autem obscurior fuerit locus lepræ, postquã
vestis est lota, abrumpet eum, & à solido
diuidet. * Quòd si vltra apparuerit in his lo- 57
cis, quæ prius immaculata erant, lepra vola-
tilis, & vaga: debet igne comburi. * si cessa- 58
uerit, lauabit aqua ea, quæ pura sunt secun-
do, & munda erunt. * Ista est lex lepræ ve- 59
stimenti lanei, & linei, staminis, atque sub-
tegiminis, omnisq. supellectilis pelliceæ, quo-
modo mundari debeat, vel contaminari.

CAP. XIV.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen,
2 dicens. * Hic est ritus leprosi, quan- [n] Matt. 8. a. 1.
A do mundandus est: [n] Adducetur ad sacer- Marc. 1. d. 40.
3 dotem: * qui egressus de castris, cum inue- Luc. 5. a. 12.
4 nerit lepram esse mundatam, * præcipiet
ei, qui purificatur, vt offerat duos passeres
viuos pro se, quibus vesci licitum est, & ligno
lignum cedrinum, vermiculumque, & hys-
5 sopum, * & vnum ex passeribus immolari
iubebit in vase fictili super aquas viuentes:
6 * alium autem viuum cum ligno cedrino,
& cocco, & hyssopo tinget in sanguine pas-
7 seris immolati, * quo asperget illum, qui
mundandus est, septies, vt iure purgetur:
& dimittet passerem viuum, vt in agrum
8 auolet. * Cumque lauerit homo vestimen-
ta sua, radet omnes pilos corporis, & laua-
bitur aqua: purificatusque ingredietur ca-
stra, ita duntaxat, vt maneat extra taberna-
9 culum suum septem diebus, * & die septi-
mo radet capillos capitis, barbamque, &
B supercilia, ac totius corporis pilos. Et lo-
10 tis rursum vestibus, & corpore, * die octa-
uo assumet duos agnos immaculatos, & ouem
anniculam absque macula, & tres
decimas similæ in sacrificium, quæ con-
spersa sit oleo, & seorsum olei sextarium.
11 * Cumque sacerdos purificans hominem,
statuerit eum, & hæc omnia coram Do-
12 mino in ostio tabernaculi testimonij, *
tollat agnum, & offeret eum pro delicto,
oleique sextarium: & oblatis ante Domi-
13 num omnibus, * immolabit agnum, vbi
solet immolari hostia pro peccato, & ho-
locaustum, idest, in loco sancto. Sicut
enim pro peccato, ita & pro delicto ad sa-
cerdotem pertinet hostia: Sancta sancto-
14 rum est. * Assumensque sacerdos de san-
guine hostiæ, quæ immolata est pro deli-
cto, ponet super extremum auriculæ dex-
trae eius, qui mũdatur, & super pollices ma-
15 nus dextrę, & pedis: * & de olei sextario mit
16 tet in manum suam sinistram, * tingetque
digitum dextrum in eo, & asperget coram
17 Domino septies, * quod autem reliquum
C est olei in læua manu, fundet super extre-
mum auriculæ dextræ eius, qui mundatur;
& super pollices manus, ac pedis dextri, &
super sanguinem, qui effusus est pro deli-
18 cto, * & super caput eius: * Rogabitque pro
19 eo coram Domino, & faciet sacrificium pro
20 peccato, tunc immolabit holocaustum, * &
ponet illud in altari cum libamentis suis,
21 & homo rite mundabitur. * Quòd si pau-
per est, & non potest manus eius inuenire,
quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum
ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos,
decimamque partem similæ conspersæ oleo
22 in sacrificium, & olei sextarium, * [n] duo-
que turtures siue duos pullos columbę, quo- [n] Sup. 5. b. 11. 12. d. 8. Luc 2. d. 24.
rum vnus sit pro peccato, & alter in holo-
23 caustum: * offeretq. ea die octauo purifica-
D tionis suæ sacerdoti, ad ostium tabernaculi
testi-

teſtimonij coram Domino. * qui ſuſcipiens 24
agnum pro delicto, & ſextariũ olei, leuabit
ſimul:* immolatoq. agno, de ſanguine eius 25
ponet ſuper extremũ auriculæ dextræ illius
qui mundatur, & ſuper pollices manus eius
ac pedis dextri:*olei verò partem mittet in 26
manum ſuam ſiniſtram, * in quo tingẽs di- 27
gitum dextræ manus aſperget ſepties corã
Domino:*tangetq extremum dextræ auri- 28
culæ illius,qui mundatur,& pollices manus
ac pedis dextri in loco ſanguinis,qui effuſus
eſt pro delicto:*reliquam autem partem o- 29
lei,quæ eſt ĩ ſiniſtra manu,mittet ſup caput
purificati,vt placet pro eo Dominũ:*& tur- 30
turem, ſiue pullum columbæ offeret,* vnũ 31
pro delicto, & alterum in holocauſtum cũ
libamentis ſuis.* Hoc eſt ſacrificiũ leproſi, 32
qui habere nõ poteſt omnia in emundatio-
nem ſui.* Locutuſq. eſt Dominus ad Moy- 33
ſen,& Aaron,dicens:* Cum ingreſſi fueritis 34
Terram Chanaan,quam ego dabo vobis in E
poſſeſſionẽ, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus,
*ibit cuius eſt domus , nuncians ſacerdoti, 35
& dicet: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe
in domo mea.*At ille præcipiet,vt efferant 36
vniuerſa de domo, priuſquam ingrediatur
eam,& videat vtrum leproſa ſit,ne immun
da fiãt omnia quæ in domo ſunt. Intrabitq.
poſtea vt conſideret lepram domus:*& cũ 37
viderit in parietibus illius quaſi valliculas
pallore,ſiue rubore deformes,& humiliores
ſuperficie reliqua, * egredietur oſtium do- 38
mus,& ſtatim claudet illam ſeptem diebus.
* Reuerſuſq. die ſeptimo, conſiderabit eã, 39
ſi inuenerit creuiſſe leprã,* iubebit erui la- 40
pides,in quibus lepra eſt, & proijci eos extra F
ciuitatem in locum immundum : * domũ 41
autem ipſam radi intrinſecus per circuitũ,
& ſpargi puluerem raſuræ extra vrbẽ in lo-
cũ immundum,*lapideſq. alios reponi pro 42
his qui ablati fuerint, & luto alio liniri do-
mũ,* Sin aũt poſtquã eruti ſunt lapides, & 43
puluis eraſus,& alia terra lita,*ingreſſus ſa- 44
cerdos viderit reuerſam lepram,& parietes
reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans, &
immunda domus,*quam ſtatim deſtruẽt, 45
& lapides eius,ac ligna,atq. vniuerſum pul-
uerem proijcient extra oppidum in locum
immundum.* Qui intrauerit domũ quan- 46
do clauſa eſt immundus erit vſq. ad veſpe-
rum:* & qui dormierit in ea, & comederit 47
quippiam,lauabit veſtimẽta ſua. * Quod ſi 48
introiens ſacerdos viderit leprã non creuiſ- G
ſe in domo,poſtquam denuo lita fuerit, pu-
rificabit eam reddita ſanitate: * & in puri- 49
ficationẽ eius ſumet duos paſſeres , lignũq.
cedrinum, & vermiculum,atq. hyſſopum,
*& immolato vno paſſere in vaſe fictili ſu- 50
per aquas viuas.* tollet lignum cedrinum, 51
& hyſſopũ,& coccum,& paſſerem viuũ, &
tinget omnia in ſanguine paſſeris immola-
ti,atque in aquis viuentibus,& aſperget do-
mum ſepties, * purificabitq. eã tam in ſan- 52
guine paſſeris,quam in aquis viuentibus, &
in paſſere viuo,lignoq. cedrino,& hyſſopo
53 atque vermiculo.* Cumq. dimiſerit paſſe-
rem auolare in agrum liberè,orabit pro do-
54 mo,& iure mundabitur.*Iſta eſt lex oĩs le-
55 præ,& percuſſuræ,*lepræ veſtiũ,& domorũ,
56 * cicatricis,& erumpentium papularum,lu-
centis maculæ, & in varias ſpecies , colori-
57 bus immutatis,* vt poſſit ſciri,quo tempo-
re mundum quid,vel immundum ſit.

C A P. X V.

1 LOcutuſq. eſt Dñs ad Moyſen,& Aaron,
2 dicens:* Loquimini filijs Iſrael,& di-
A cite eis: Vir,qui patitur fluxum ſeminis,im-
3 mundus erit.* Et tũc iudicabitur huic vitio
ſubiacere,cũ per ſingula momenta adhæſe-
rit carni eius,atq. concreuerit fœdus humor.
4 * Omne ſtratum,in quo dormierit,immun-
5 dum erit,& vbicumque ſederit.*Si quis ho-
minum tetigerit lectũ eius,lauabit veſtimẽ
ta ſua:& ipſe lotus aqua, immũdus erit vſq.
6 ad veſperum.* Si ſederit vbi ille ſederat,&
ipſe lauabit veſtimẽta ſua:& lotus aqua,im-
7 mundus erit vſq ad veſperum.*Qui tetige-
rit carnem eius,lauabit veſtimẽta ſua:& ip-
ſe lotus aqua, immundus erit vſq.ad veſpe-
8 rum.* Si ſaliuam huiuſcemodi homo iece-
rit ſuper eum,qui mundus eſt,lauabit veſti
mẽta ſua: & lotus aqua, immũdus erit vſq.
9 ad veſperum.* Sagma,ſuper quo ſederit im
10 mundũ erit:*& quidquid ſub eo fuerit,qui
B fluxum ſeminis patitur, pollutum erit vſq.
ad veſperum. Qui portauerit horũ aliquid,
lauabit veſtimẽta ſua:& ipſe lotus aqua,im-
11 mundus erit vſque ad veſperum.*Omnis,
quẽ tetigerit,qui talis eſt, non lotis ante ma-
nibus, lauabit veſtimẽta ſua : & lotus aqua,
12 immundus erit vſq.ad veſperum.* Vas fi-
ctile quod tetigerit,confringetur:vas autem
13 ligneum lauabitur aqua. * Si ſanatus fuerit
qui huiuſcemodi ſuſtinet paſſionẽ,numera
bit ſeptem dies poſt emundationẽ ſui,& lo
tis veſtibus, & toto corpore in aquis viuẽti-
14 bus,erit mundus,* Die autẽ octauo ſumet
duos turtures, aut duos pullos columbæ,&
veniet in conſpectum Domini ad oſtiũ ta-
bernaculi teſtimonij , dabitq. eos ſacerdoti
15 * qui faciet vnum pro peccato , & alterũ in
holocauſtum:rogabitque pro eo coram Do-
16 mino,vt emundetur a fluxu ſeminis ſui.*
C Vir de quo egreditur ſemen coitus,lauabit
aqua omne corpus ſuum:& immundus erit
17 vſq. ad veſperum.* Veſtem,& pellem,quã
habuerit,lauabit aqua, & immũda erit vſq.
18 ad veſperum * Mulier, cũ qua coierit,laua-
bitur aqua,& immũda erit vſque ad veſpe-
19 rum.* Mulier,quæ redeunte menſe patitur
fluxũ ſanguinis,ſeptem diebus ſeparabitur.
20 * Omnis qui tetigerit eam, immundus erit
21 vſque ad veſperum: * & in quo dormierit
vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, pollue-
22 tur.* Qui tetigerit ſectũ eius, lauabit veſti-
menta ſua:& ipſe lotus aqua,immũdus erit
23 vſque ad veſperum.*Omne vas,ſuper quo
illa ſederit, qſquis attigerit,lauabit veſtimẽ-
ta

ta ſua,& ipſe lotus aqua,pollutus erit vſque
ad veſperũ.*Si coierit cũ ea vir tpe ſangui- 24
nis menſtrualis , immundus erit ſeptẽ die- D
bus:& omne ſtratum,in quo dormierit, pol
luetur.* Mulier,quæ patitur multis diebus 25
fluxum ſanguinis non in tpe mẽſtruali, vel
quæ poſt menſtruũ ſanguinẽ fluere nõ ceſ-
ſat, q̃diu ſubiacet huic paſſioni,immunda
erit quaſi ſit in tpe menſtruo.*omne ſtratũ,26
in quo dormierit, & vas,in quo ſederit,pol-
lutum erit*quicumq.tetigerit ea,lauabit ve-27
ſtimenta ſua,& ipſe lotus aqua, immundus
erit vſq.ad veſperum.*Si ſteterit ſanguis,& 28
fluere ceſſauerit,numerabit ſeptem dies pu
rificationis ſuæ: * & die octauo offeret pro 29
ſe ſacerdoti duos turtures , aut duos pullos
columbarum ad oſtiũ tabernaculi teſtimo-
nij:* qui vnum faciet pro peccato, & alte- 30
rum in holocauſtum,rogabitq. pro ea corã
Dño,& pro fluxu immunditiæ eius.*Doce- 31
bitis ergo filios Iſrael,vt caueant immundi-
tiam, & non moriantur in ſordibus ſuis, cũ
polluerint tabernaculũ meum, quod eſt in-
ter eos.*Iſta eſt lex eius,qui patitur fluxum 32
ſeminis, & qui polluitur coitu, * & q̃ men- 33
ſtruis temporibus ſeparatur, vel q̃ iugi fluit
ſanguine,& hominis,qui dormierit cum ea.

C A P. X V I.

ᴵᴵSup.10. LOcutuſq. eſt Dñs ad Moyſenᴵᴵpoſt mor- 1
a.10. tem duorũ filiorum Aaron, qñ offerẽ- A
ᴵᴵExo.30. tes ignẽ alienũ ĩterfecti ſunt:*& præcepit ei 2
b.10. dicens : Loquere ad Aaron fratrem tuum ᴵᴵ
Heb.9. ne omni tempore ingrediatur Sãctuarium,
b,7. quod eſt intra velum coram propitiatorio
quo tegitur arca, vt non moriatur (quia in
3 nube apparebo ſuper oraculũ) *niſi hæc an-
te fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & a-
4 rietem in holocauſtum.* Tunica linea ve-
ſtietur,fœminalibus lineis verẽda celabit:ac-
cingetur zona linea , cidarim lineam impo-
net capiti:hæc enim veſtimenta ſunt ſancta:
quibus cunctis , cum lotus fuerit, induetur.
5 * Suſcipietq.ab vniuerſa multitudine filio-
B rum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnũ
6 arietem in holocauſtum.* Cumq obtulerit
7 vitulũ,& orauerit pro ſe,& pro domo ſua*
duos hircos ſtare faciet coram Dño in oſtio
8 tabernaculi teſtimonij:* mittenſq. ſuper v-
trumq. ſortem, vnã Dño, & alteram capro
9 emiſſario:*cuius exierit ſors Domino,offe-
10 ret illum pro peccato: * cuius autem in ca-
prum emiſſarium,ſtatuet eum viuum corã
Domino,vt fundat preces ſuper eo,& emit-
11 tat eum in ſolitudinem. * His ritè celebra-
tis,offeret vitulum, & rogans pro ſe,& pro
12 domo ſua,immolabit eum:* aſſumptoque
thuribulo , quod de prunis altaris impleue-
rit, & hauriens manu compoſitum thymia-
ma in incenſum,vltra velum intrabit in Sã-
13 cta:*vt poſitis ſuper ignem aromatibus ne-
C bula eorũ,& vapor operiat oraculum,quod
14 eſt ſupra teſtimonium , & non moriatur.*
Tollet quoq.de ſanguine vituli, & aſperget
digito ſepties contra propitiatoriũ ad orien
15 tem.*Cumq.mactauerit hircum pro pecca-
to populi , inferet ſanguinem eius intra ve-
lum, ſicut præceptum eſt de ſanguine vitu-
16 li, vt aſpergat è regione oraculi , * & expiet
Sanctuarium ab immunditijs filiorum Iſ-
rael, & à præuaricationibus eorũ, cunctiſq.
peccatis. Iuxta hunc ritũ faciet tabernaculo
D teſtimonij , quod fixum eſt inter eos in me-



dio

// Luc. 1. a.10. dio sordium habitationis eorum.* // Nullus 17
hominum sit in tabernaculo quando pontifex Sanctuarium ingreditur, vt roget pro se
& pro domo sua, & p vniuerso cętu Israel
donec egrediatur.* Cum autem exierit ad 18
altare, quod coram Domino est, oret pro se,
& sumptũ sanguinẽ vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrũ *aspergens- 19
que digito septies, expiet, & sanctificet illud
ab immunditijs filiorum Israel.* Postquã 20
emundauerit Sanctuarium, & tabernaculũ,
& altare, tunc offerat hircum viuentem: * 21
& posita vtraq. manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel,
& vniuersa delicta, atq. peccata eorũ: quæ
imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum.* Cumq. por- 22
tauerit hircus omnes iniquitates eorum in E
terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, *reuertetur Aaron in tabernaculũ te- 23
stimonij, & depositis vestibus, quibus prius
indutus erat cum intraret Sanctuariũ, relictisq. ibi, *lauabit carnem suam in loco san- 24
cto, indueturq. vestibus suis. Et postq̃ egres-
sus obtulerit holocaustum suum, ac plebis,
rogabit tam pro se quam pro populo * & 25
adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. * Ille verò, qui dimiserit ca- 26
prum emissarium, lauabit vestimenta sua
& corpus aqua, & sic ingredietur in castra.* 27
Vitulum autem, & hircum, qui pro peccato
fuerant immolati, & quorum sanguis illat⁹ F
est in Sanctuarium, vt expiatio compleret,
// Hebr. 13. b.11. asportabunt foras castra, // & comburent
igni tam pelles q̃ carnes eorum ac fimũ: * 28
& quicumq. combusserit ea, lauabit vestimẽ-
ta sua, & carnẽ aqua, & sic ingredietur in ca
// Inf. 23. e.27. stra.* Eritq. vobis hoc legitimum sempiter- 29
num. // Mẽse septimo, decima die mensis af-
fligetis animas vestras, nullumq. opus facie-
tis, siue indigena, siue aduena qui peregri-
natur inter vos.* In hac die expiatio erit ve 30
sti, atq. mundatio ab omnibus peccatis ve- G
stris. corã Domino mundabimini, *sabba- 31
tum enim requietionis est, & affligetis ani-
mas vestras religione perpetua. * Expiabit 32
autem sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius
manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur
p patre suo: indueturq. stola linea, & vesti-
bus sanctis, * & expiabit Sanctuarium, & ta-
bernaculum testimonij, atq. altare, sacerdo- 33
tes quoq. & vniuersum populum.* Eritq. 34
vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. XVII.

ET locutus est Dns ad Moysen, dicens:* 1
Loquere Aaron, & filijs eius, & cũctis 2
filijs Israel, dicens ad eos: Iste est sermo, quẽ A
mandauit Dominus, dicens: * Homo qui- 3
libet de domo Israel, si occiderit bouem, aut
ouem, siue capram in castris, vel extra ca-
stra, * & non obtulerit ad ostium taberna- 4
culi oblationem Dño, sanguinis reus erit:
quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de me
dio populi sui. * Ideo sacerdoti offerre de- 5
bent filij Israel hostias suas, quas occident
in agro, vt sanctificentur Dño, ante ostiũ ta-
bernaculi testimonij, & immolent eas ho-
stias pacificas Domino.* Fundetq. sacerdos 6
B sanguinem super altare Domini ad ostium
tabernaculi testimonij, & adolebit adipẽ in
odorem suauitatis Domino: * & nequaquã 7
vltra immolabũt hostias suas dæmonibus,
cum quibus fornicati sunt. Legitimũ sem-
piternum erit illis, & posteris eorũ. * Et ad 8
ipsos dices: Homo de domo Israel, & de adu-
enis, qui peregrinantur apud vos, qui ob-
tulerit holocaustum siue victimam. * & ad 9
ostium tabernaculi testimonij non adduxe-
rit eam, vt offeratur Domino, interibit de
populo suo. * Hõ quilibet de domo Israel. 10
C & de aduenis, qui peregrinantur inter eos, si
comederit sanguinem, obfirmabo faciem
meam contra animam illius, & disperdam
eam de populo suo, * quia anima carnis in 11
sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus ve-
stris, & sanguis pro animæ piaculo sit.* Id-
circo dixi filijs Israel: Omnis anima ex vo-
bis non comedet sanguinem, nec ex adue-
nis, qui peregrinantur apud vos.* Hõ quicũ 13
que de filijs Israel, & de aduenis, qui pere-
grinantur apud vos, si venatione, atq. aucu-
pio ceperit ferã, vel auẽ, quibus vesci licitũ
D est, fundat sanguinem eius, & operiat illum
terra.* // Anima enim omnis carnis in san- 14
guine est: vnde dixi filijs Israel: Sanguinem // Gen. 9. a.4. Sup. 7. 26.
vniuersæ carnis non comedetis, quia anima
carnis in sanguine est: & quicumq. comede- 15
ritillũ, interibit.* Asa, quæ comederit mor-
ticinũ, vel captũ à bestia, tam de indigenis
quam de aduenis, lauabit vestimenta sua, &
semetipsum aqua, & cõtaminatus erit vsq.
ad vesperum, & hoc ordine mundus fiet.* 16
Quod si non lauerit vestimenta sua, & corpus, portabit iniquitatem suam.

CAP. XVIII.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen di- 1
cens.* Loquere filijs Israel, & dices ad 2
eos: Ego Dns Deus vester: * iuxta consuetu- 3
A dinẽ Terræ Ægypti, in qua habitastis, nõ fa
cietis: & iuxta morem Regionis Chanaã, ad
quam ego introducturus sum vos, non age-
tis, nec in legitimis eorum ambulabitis.* Fa- 4
cietis iudicia mea, & præcepta mea seruabi-
tis, & ambulabitis in eis, ego Dominus De⁹
vester, * // Custodite leges meas, atque iu- 5
dicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Ego // Ro. 10. a.5. Ezec. 20. b.11. Gal. 3. 12.
Dominus. * Omnis homo ad proximã san- 6
guinis sui non accedet, vt reuelet turpitu-
dinem eius. Ego Dominus. * Turpitudinẽ 7
patris tui, & turpitudinem matris tuæ non
discooperies: mater tua est, non reuelabis
turpitudinem eius, * Turpitudinem vxo- 8
ris pa-

ris patris tui non discooperies: turpitudo
enim patris tui est. * Turpitudinem sororis 9
tuæ ex patre, siue ex matre, quæ domi vel B
foris genita est, non reuelabis. * Turpitu- 10
dinem filiæ filij tui vel neptis ex filia nõ re-
uelabis: quia turpitudo tua est.* Turpitudi- 11
nem filiæ vxoris patris tui, quam peperit pa-
tri tuo, & est soror tua, non reuelabis.* Tur- 12
pitudinem sororis patris tui, non discoope-
ries: quia caro est patris tui. * Turpitudinẽ 13
sororis matris tuæ nõ reuelabis, eo quod ca-
ro sit matris tuæ.* Turpitudinem patrui tui 14
non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius,
quæ tibi affinitate coniungitur.* Turpitudi- 15
nem nurus tuæ nõ reuelabis, quia vxor filij
tui est, nec discooperies ignominiam eius,
* Turpitudinem vxoris fratris tui non reue- 16
labis: quia turpitudo fratris tui est.* Turpi- 17
tudinẽ vxoris tuæ, & filiæ eius non reuela- C
bis. Filiam filij eius, & filium filiæ illius
non sumes, vt reueles ignominiam eius.
quia caro illius sunt, & talis coitus incestus
est. * Sororem vxoris tuæ in pellicatum 18
illius non accipies, nec reuelabis turpitudi-
nem eius adhuc illa viuente. * Ad mulie- 19
rem, quæ patitur menstrua, non accedes, nec
reuelabis fœditatem eius.* Cum vxore pro 20
ximi tui non coibis, nec seminis commixtio-
// Inf. 20. a.2. ne maculaberis. * // De semine tuo non 21
dabis vt consecretur idolo Moloch, nec pol-
lues nomen Dei tui. Ego Dominus. * Cum 22
masculo non commiscearis coitu femineo,
quia abominatio est. * Cum omni pecore 23
non coibis, nec maculaberis cum eo. // Mu- D
// Inf. 20. c.16. lier non succumbet iumento, nec misce-
bitur ei: quia scelus est. * Nec polluamini in 24
oĩbus his, quibus contaminatæ sunt vniuer-
sæ gentes, quas ego eijciam ante conspectum
vestrum, * & quibus polluta est terra, cuius 25
ego scelera visitabo, vt euomat habitatores
suos.* Custodite legitima mea atq. iudicia, 26
& non faciatis ex omnibus abominationi-
bus istis, tam indigena quam colonus, qui pe
regrinãtur apud vos. * Omnes enim execra 27
tiones istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerũt
ante vos, & polluerunt eam. * Cauete ergo 28
ne, & vos similiter euomat, cum paria feceri-
tis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos.
* Omnis anima, quæ fecerit de abominatio- 29
nibus his quippiam, peribit de medio popu-
li sui.* Custodite mandata mea. Nolite fa- 30
cere, quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, &
ne polluamini in eis: Ego Dominus Deus
vester.

CAP. XIX.

LOcutus est Dominus ad Moysen, di- 1
cens: * Loquere ad omnem cœtum 2
// 1. Pet. 1. c.16. Sup. 11. g.44. filiorum Israel, & dices ad eos: // Sancti e- A
stote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus
vester. * Vnusquisque patrem suum, & ma- 3
trem suam timeat. Sabbata mea custodite.
Ego Dominus Deus vester. * Nolite con- 4
uerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis
vobis. Ego Dominus Deus vester. * Si im- 5
molaueritis hostiam pacificorum Domi-
no, vt sit placabilis, * eo die quo fuerit im- 6
molata, comedetis eam, & die altero: quid-
quid autem residuum fuerit in diem tertiũ
igne comburetis, * si quis post biduum co- 7
mederit ex ea, profanus erit, & impietatis
reus:* portabitque iniquitatem suam, quia 8
B sanctum Domini polluit, & peribit ani-
ma illa de populo suo. * // Cumque mes- 9 // Inf. 23. d.22.
sueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque
ad solum superficiem terræ: nec remanen-
tes spicas colliges. * Neque in vinea tua ra- 10
cemos, & grana decidentia congregabis,
C sed pauperibus, & peregrinis carpẽda dimit
tes. ego Dominus Deus vester, * Non fa- 11
cietis furtum. Non mentiemini, nec deci-
piet vnusquisque proximum suum.* // Non 12 a Exo. 20 b.7.
periurabis in nomine meo, nec pollues no-
men Dei tui. ego Dominus. * // Non facies 13 // Eccl. 10 a.3.
calumniam proximo tuo, nec vi opprimes
eum. // Non morabitur opus mercenarij tui // Deut. 24. c.14. Tob. 4. c.15.
apud te vsque mane. * Non maledices sur- 14
do, nec coram cæco pones offendiculum:
sed timebis Dominum Deum tuum, quia
ego sum Dominus. * Non facies quod ini- 15
quum est, nec iniustè iudicabis. // Non con-
// Deut. 1 c.17. & 16. d.19.
sideres personam pauperis, nec honores vul
tum potentis. Iustè iudica proximo tuo.
Non eris criminator, nec susurro in popu- 16
lo. Non stabis contra sanguinem proximi
tui. ego Dominus. * // Non oderis fratrem 17 // 2. Ioan. 2. b.11. & 3. c.15.
tuum in corde tuo, sed publicè argue eum,
ne habeas super illo peccatum.* // Non quæ- 18 // Eccl. 19. b.13.
ras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuiũ
D tuorum. // Diliges amicum tuum sicut teip- // Luc. 17. a.
sum. ego Dominus. * Leges meas custodi- 19 // Mat. 5. g.44. 22. d.40. Rom. 13 c.9.
te. Iumentum tuum non facies coire cum
alterius generis animantibus. Agrum tuum
nõ seres diuerso semine. Veste, quæ ex duo-
bus texta est, non indueris. * Homo si dor- 20
mierit cum muliere coitu seminis, quæ sit
ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non
redempta, nec libertate donata: vapulabunt
ambo, & non morientur, quia non fuit li- 21
bera, * pro delicto autẽ suo offeret Domino
E ad ostium tabernaculi testimonij arietem:
* orabitque pro eo sacerdos, & pro peccato 22
eius coram Domino, & repropitiabitur ei,
dimitteturque peccatum. * Quando ingres- 23
si fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna
pomifera, auferetis præputia eorum: poma,
quæ germinant, immunda erunt vobis, nec
edetis ex eis. * Quarto autem anno omnis 24
fructus eorum sacrificabitur laudabilis Do-
mino. * Quinto autem anno comedetis 25
fructus, congregantes poma quæ proferunt.
Ego Dominus Deus vester. * Non come- 26
detis cum sanguine. Non augurabimini,
nec obseruabitis somnia. * Neque in ro- 27
tundum attondebitis comam: nec radetis
barbam. * Et super mortuo non incide- 28
F ris carnem vestram, neque figuras aliquas,
aut stigmata facietis vobis, ego Dominus.
* Ne prostituas filiam tuam, ne contamine- 29
tur

tur terra, & impleatur piaculo. * Sabbata 30
mea custodite, & Sanctuarium meum me-
tuite, ego Dominus. * Non declinetis ad ma- 31
gos, nec ab ariolis aliqd sciscitemini, vt pol-
luamini per eos. Ego Dominus Deus vester.
* Coram cano capite consurge, & honora 32
personam senis: & time Dominum Deum
Exo.21 c.21.
tuum, ego sum Dominus. * Si habitauerit 33
aduena in terra vestra, & moratus fuerit in- G
ter vos, non exprobretis ei: * sed sit inter vos 34
quasi indigena: & diligetis eum quasi vos-
metipsos: fuistis enim, & vos aduenæ in Ter
ra Aegypti, ego Dominus Deus vester. * No 35
lite facere iniquum aliquid in iudicio, in re
gula, in pondere, in mensura. * Statera iusta, 36
& æqua sint pondera, iustus modius, æquus-
que sextarius, ego Dominus Deus vester,
qui eduxi vos de terra Aegypti. * Custodi- 37
te omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia,
& facite ea, ego Dominus.

CAP. XX.

Locutusque est Dominus ad Moysen, 1
dicens: * Hæc loqueris filijs Israel: Ho- 2
mo de filijs Israel, & de aduenis, qui habitāt A
Sup.18 c.21.
in Israel, si quis dederit de semine suo ido-
lo Moloch, morte moriatur, populus terræ la
pidabit eum. * Et ego ponam faciem meam 3
contra illum: succidamq. eum de medio po-
puli sui, eo quod dederit de semine suo Mo
loch, & contaminauerit Sanctuariū meum,
ac polluerit nomen sanctū meum. * Quod 4
si negligens populus terræ, & quasi parui-
pendens imperium meum, dimiserit homi-
nē qui dedit de semine suo Moloch, nec vo-
luerit eum occidere: * ponam faciem meam 5
super hominem illum, & super cognationē
eius, succidamque, & ipsum, & omnes, qui
consenserunt ei, vt fornicaretur cū Moloch,
de medio populi sui. * Anima, quæ declina- 6
uerit ad magos, & ariolos, & fornicata fue-
rit cum eis, ponam faciem meam contra eā,
& interficiam illam de medio populi sui.
...et.1
* Sanctificamini, & estote sancti, quia ego 7
sum Dominus Deus vester. * Custodite præ 8
cepta mea, & facite ea: Ego Dominus, qui B
...c.21 ...5:
sanctifico vos. * Qui maledixerit patri suo, 9
aut matri, morte moriatur: patri, matrique
...t.15.
maledixit, sanguis eius sit super eum. * Si 10
mæchatus quis fuerit cum vxore alterius, &
...rc.7. ...o.
adulterium perpetrauerit cum coniuge pro-
ximi sui, morte moriantur, & mœchus, & a-
Ioan.8. 5.
dultera. * Qui dormierit cum nouerca sua, 11
& reuelauerit ignominiam patris sui, morte
...eut.22 ...22.
moriātur ambo: sanguis eorū sit super eos.
* Si quis dormierit cū nuru sua, vterque mo 12
riatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorū
sit super eos. * Qui dormierit cum masculo 13
coitu femineo, vterque operatus est nefas,
morte moriātur: sit sanguis eorū super eos.
* Qui supra vxorem filiam, duxerit matrē 14
eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum C
eis, nec permanebit tantum nefas in medio
vestri. * Qui cum iumento, & pecore coierit, 15
16 morte moriatur, pecus quoq. occidite. * Mu-
Sap.15. d.24.
lier, quæ succubuerit cuilibet iumēto, simul
interficietur cum eo: sāguis eorum sit super
17 eos. * Qui acceperit sororem suam filiam
patris sui, vel filiā matris suæ, & viderit tur-
pitudinem eius, illaque conspexerit fratris
ignominiā: nefariam rem operati sunt: occi-
dentur in conspectu populi sui, eo quod tur-
pitudinē suam mutuo reuelauerint, & por-
18 tabunt iniquitatem suam. * Qui coierit cum
muliere in fluxu mēstruo, & reuelauerit tur
pitudinem eius, ipsaque aperuerit fontē san-
guinis sui, interficientur ambo de medio po
19 puli sui. * Turpitudinē materteræ, & ami-
D tæ tuæ nō discooperies: qui hoc fecerit, igno-
miniam carnis suæ nudauit, portabunt am-
20 bo iniquitatē suam. * Qui coierit cum vxo-
re patrui, vel auūculi sui, & reuelauerit igno
miniam cognationis suæ, portabunt ambo
peccatum suum: absque liberis morientur.
21 * Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit
illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit:
22 absque liberis erunt. * Custodite leges meas,
atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat
23 terra, quā intraturi estis, & habitaturi. * No-
lite, ambulare in legitimis nationum, quas
ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim
24 hæc fecerunt, & abominatus sum eas. * Vo-
E bis autem loquor: Possidete terram eorum,
quam dabo vobis in hæreditatem, terram
fluentem lacte, & melle ego Dominus Deus
25 vester, q separaui vos à ceteris populis. * Se-
parate ergo, & vos iumentum mundum ab
immundo, & auem mundam ab immūda:
ne polluatis animas vestras in pecore, & aui-
bus, & cunctis quæ mouētur in terra, & quæ
1.Pet. e.15.
26 vobis ostendi esse polluta. * Eritis mihi
sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & se-
paraui vos à ceteris populis, vt essetis mei.
Deut. b.10. 1. Reg. 28.b.7.
27 * Vir, siue mulier, in quibus pythonicus
vel diuinationis fuerit spiritus, morte mo-
riantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorū
sit super illos.

CAP. XXI.

1 Dixit quoque Dominus ad Moysen: Lo-
A quere ad sacerdotes filios Aaron, & di-
ces ad eos: Ne cōtaminetur sacerdos in mor-
2 tibus ciuium suorum, * nisi tantū in consan-
guineis, ac propinquis, id est, super patre, &
3 matre, & filio, & filia, fratre quoque, * & so-
Sup.19 f.7.
4 rore virgine, quæ non est nupta viro: * sed
nec in principe populi sui contaminabitur.
Eze.44 f.20.
5 * Non radent caput, nec barbam, neque in
Sup.19 f.19.
6 carnibus suis faciēt incisuras. * Sancti erunt
Deo suo, & non polluent nomen eius: incen-
sum enim Dñi, & panes Dei sui offerunt,
7 & ideo sancti erunt. * Scortum, & vile pro-
stibulum non ducent vxorem, nec eam, quæ
repudiata est à marito: quia consecrati sunt
8 Deo suo, * & panes propositionis offerunt,
B sint ergo sancti, quia & ego sanctus sum, Do
9 minus, qui sanctifico eos. * Sacerdotis filia si
deprehēsa fuerit in stupro, & violauerit no-
men

men patris sui, flammis exuretur. * Ponti- 10
fex, id est, sacerdos maximus inter fratres
suos, super cuius caput fusum est vnctionis
oleum, & cuius manus in sacerdotio conse-
cratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus,
caput suum non discooperiet, vestimenta
non scindet, * & ad omnem mortuum non 11
ingredietur omninò, super patre quoq. suo,
& matre non cōtaminabitur. * Nec egredie 12
tur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Do- C
mini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui
super eum est, ego Dominus. * Virginem 13
Ezech. 44.f.22.
ducet vxorem: * Viduam autem, & repu- 14
diatam, & sordidā, atque meretricē non ac-
cipiet: sed puellam de populo suo: * ne com- 15
misceat stirpē generis sui vulgo gentis suæ:
quia ego Dominus qui sanctifico eum. * Lo- 16
cutusque est Dominus ad Moysen, dicens.
* Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo 17
per familias, qui habuerit maculam, non of-
feret panes Deo suo, * nec accedet ad mini- 18
sterium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si par-
uo vel grādi, vel torto naso, * si fracto pede, 19
si manu, * si gibbus, si lippus, si albuginem 20
habens in oculo, si iugem scabiem, si impe-
tiginem in corpore, vel herniosus. * Omnis 21
qui habuerit maculam de semine Aaron sa- D
cerdotis, non accedet offerre hostias Domi-
no, nec panes Deo suo: * vescetur tamen pa- 22
nibus, qui offeruntur in Sanctuario, * ita dū 23
taxat, vt intra velum non ingrediatur, nec
accedat ad altare, quia maculam habet, &
contaminare non debet Sanctuarium meū.
Ego Dominus qui sanctifico eos. * Locutus 24
est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius,
& ad omnem Israel cuncta, quæ fuerant sibi
imperata.

CAP. XXII.

Locutus quoque est Dominus ad Moy- 1
sen, dicens: * Loquere ad Aaron & ad fi 2
lios eius, vt caueant ab his quæ consecrata A
sunt filiorum Israel, & non contaminent no
men sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerūt.
ego Dominus. * Dic ad eos, & ad posteros 3
eorum: Omnis homo, qui accesserit de stirpe
vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ ob-
tulerunt filij Israel Domino, in quo est im-
munditia, peribit coram Domino. ego sum
Dominus. * Homo de semine Aarō, qui fue- 4
rit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non
vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi
donec sanetur. Qui tetigerit immundum su
per mortuo, & ex quo egredietur semē quasi
coitus, * & qui tangit reptile, & quodlibet 5
immundum, cuius tactus est sordidus, * im 6
mundus erit vsque ad vesperum, & non ve-
scetur his, quæ sanctificata sunt: sed cum la-
uerit carnem suam aqua, * & occubuerit Sol 7
tunc mundatus vescetur de sanctificatis,
Sap.17. d.15. Ezec.44. g.31.
quia cibus illius est. * Morticinum, & cap- 8
tum à bestia non comedent, nec polluentur
in eis. ego sum Dominus. * Custodiant præ- 9
cepta mea, vt nō subiaceant peccato, & mo- B
riantur in Sanctuario, cum polluerint illud.
Deu.24. c.21.
10 ego Dominus qui sanctifico eos. * Omnis
alienigena non comedet de sanctificatis, in-
quilinus sacerdotis, & mercenarius non ve-
11 scentur ex eis. * Quem autem sacerdos eme
rit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi
12 comedēt ex eis. * Si filia sacerdotis cuilibet
ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctifi-
13 cata sunt, & de primitijs non vescetur. * Sin
autem vidua, vel repudiata, & absque libe-
ris reuersa fuerit ad domum patris sui: sicut
puella consueuerat, aletur cibis patris sui.
Omnis alienigena comedendi ex eis nō ha-
14 bet potestatem. * Qui comederit de sācti fi-
catis per ignorantiam, addet quintam partē
cum eo, quod comedit, & dabit sacerdoti in
15 Sanctuarium. * Nec contaminabunt sancti-
ficata filiorum Israel, quæ offerunt Domi-
16 no: * ne forte sustineant iniquitatem delicti
C sui, cum sanctificata comederint. ego Do-
17 minus qui sanctifico eos. * Locutusque est
18 Dominus ad Moysen, dicens: * Loquere ad
Aarō, & filios eius, & ad omnes filios Israel,
dicesque ad eos: Homo de domo Israel, &
de aduenis qui habitant apud vos, qui obtu-
lerit oblationem suam, vel vota soluens, vel
sponte offerens, quidquid illud obtulerit in
19 holocaustū Domini, * vt offeratur per vos,
masculus immaculatus erit ex bobus, & o-
20 uibus, & ex capris: * si maculam habuerit,
Deu 15. d.20. Eccl. 35. b.8.
21 non offeretis, neque erit acceptabile. * Ho-
mo qui obtulerit victimam pacificorū Do-
mino, vel vota soluens, vel sponte offerens,
tam de bobus quam de ouibus, immacula-
tū offeret, vt acceptabile sit: omnis macula
22 nō erit in eo. * Si cæcum fuerit, si fractum, si
D cicatricē habens, si papulas, aut scabiem, aut
impetiginem, non offeretis eà Domino, nec
23 adolebitis ex eis super altare Domini. * Bo-
uem, & ouē, aure, & cauda amputatis, volun
tariè offerre potes, votum autem ex eis solui
24 non potest. * Omne animal, quod vel con-
tritis vel tusis, vel sectis, ablatisque testicu-
lis est, non offeretis Domino, & in terra ve-
25 stra hoc omninò ne faciatis. * De manu alie-
nigenæ non offeretis panes Deo vestro, &
quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta
& maculata sunt omnia: non suscipietis ea.
26 * Locutusque est Dominus ad Moysen, di-
27 cēs: * Bos, ouis, & capra cum genita fuerint,
septē diebus erunt sub vbere matris suæ: die
autē octauo, & deinceps offerri poterūt Do-
28 mino. * Siue illa bos, siue ouis, non immola-
29 buntur vna die cum fœtibus suis. * Si im-
molaueritis hostiam pro gratiarum actione
30 Domino, vt possit esse placabilis, * eodē die
comedetis eam, non remanebit quidquā in
31 mane, alterius diei. ego Dominus. * Custo-
dite mādata mea, & facite ea ego Dominus.
32 * Ne polluatis nomen meum sanctum, vt
sanctificer in medio filiorum Israel. Ego
33 Dominus qui sanctifico vos, * & eduxi de
Terra Ægypti, vt essem vobis in Deum, ego
Dominus.

CAP.

CAP. XXIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, di-
cens:* Loquere filijs Israel, & dices ad 2
eos: Hæc sunt feriæ Dñi, quas vocabitis san-
A ctas.* Sex diebus facietis opus: dies septimus, 3
quia sabbati requies est, vocabitur sanctus.
omne opus nõ facietis in eo: sabbatum Dñi
est in cunctis habitationibus vestris. * Hæ 4
sunt ergo feriæ Dñi sanctæ, quas celebrare
// Exod. debetis temporibus suis. * // Mense primo, 5
12.a. 23. quartadecima die mensis ad vesperũ, Phase
Nu. 28. Dñi est: * & quintadecima die mensis huius, 6
c.26. sollemnitas azymorũ Dñi est: Septẽ diebus
azyma comedetis. * dies primꝰ erit vobis ce-
leberrimus, sanctusq. omne opus seruile nõ 7
facietis in eo: * sed offeretis sacrificium in 8
igne Dño septem diebus: dies autẽ septimus
B erit celebrior, & sanctior: nullumque seruile
opus facietis in eo. * Locutusque est Dñs ad 9
Moysen, dicens:* Loquere filijs Israel, & di- 10
ces ad eos: Cum ingressi fueritis terram, quã
ego dabo vobis, & messueritis segetẽ, feretis
manipulos spicarum, primitias messis ve-
stræ ad sacerdotem: * qui eleuabit fasciculũ 11
coram Dño, vt acceptabile sit pro vobis alte-
ro die Sabbati, & sanctificabit illum: * Atq. 12
in eodem die, quo manipulus cõsecratur cẽdet
agnus immaculatus anniculus in ho-
locaustum Dñi. * Et libamenta offerẽtur cũ 13
eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in in-
censum Domini, odoremq. suauissimum:
liba quoq. vini, quarta pars hin. * Panem, & 14
polentam, & pultes non comedetis ex sege-
C te, vsq. ad diem, qua offeretis ex ea Deo ve-
stro. Præceptum est sempiternũ in genera-
// Deu.16 tionibus, cunctisq. habitaculis vestris. * // Nu. 15
b.9. merabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo
obtulistis manipulum primitiarum, septem
hebdomadas plenas, * vsq. ad alterã diem 16
expletionis hebdomade septimæ id est, quin-
quaginta dies: & sic offeretis sacrificiũ no-
uum Dño * ex omnibus habitaculis vestris, 17
panes primitiarũ duos de duabus decimis
similæ fermentatæ, quos coquetis in primi-
tias Dñi. * Offeretisq. cum panibus septem 18
agnos immaculatos anniculos, & vitulũ de
armento vnũ, & arietes duos, & erũt in ho-
locaustum cũ libamentis suis, in odorẽ sua-
uissimum Domino. * Facietis, & hircũ pro 19
peccato, duosq. agnos anniculos hostias pa-
cificorum. * Cumq. eleuauerit eos sacerdos 20
cum panibus primitiarum coram Domi-
D no, credent in vsum eius. * Et vocabitis hũc 21
diem celeberrimum, atq. sanctissimum: om
ne opus seruile non facietis in eo. Legitimũ
sempiternum erit in cunctis habitaculis,
Sup. 19. & generationibus vestris. * // Postquã autem 22
b.9. messueritis segetem terræ vestræ, nõ secabis
eam vsque adẽ solum: nec remanẽtes spi-
cas colligetis, sed pauperibus, & peregrinis
dimittetis eas. Ego sum Dominus Deus ve-
// Nu.29. ster. * Locutusq. est Dominus ad Moysen, di- 23
a.7. cens:* // Loquere filijs Israel: Mense septimo 24
prima die mensis, erit vobis sabbatum, me-
moriale, clangentibus tubis, & vocabitur
25 sanctum: * omne opus seruile non facietis
26 in eo, & offeretis holocaustum Domino. *
Locutusque est Dominus ad Moysen dicẽs:
27 * // Decimo die mẽsis huius septimi, dies ex- // Sup.16,
E piationum erit celeberrimus, & vocabitur b.29.
sanctus: affligetisque animas vestras in eo, Nu. 29,
28 & offeretis holocaustum Domino. * Omne a.7.
opus seruile nõ facietis in tempore diei hu-
ius, quia dies propitiationis est, vt propitie-
29 tur vobis Dominus Deus vester. * Omnis
anima, quæ afflicta non fuerit die hac peri-
30 bit de populis suis: * & quæ operis quippiã
31 fecerit, delebo eam de populo suo. * Nihil
ergo operis faciens in eo: legitimum sempi-
ternum erit vobis in cũctis generationibus,
32 & habitationibus vestris. * Sabbatũ requie-
F tionis est, & affligetis animas vestras die no-
no mẽsis. Ad vesperam vsq. ad vesperam cele-
33 brabitis sabbata vestra * Et locutus est Do-
34 minus ad Moysen dicens: * Loquere filijs
Israel: A quintodecimo die mensis huius se-
ptimi, erũt feriæ tabernaculorũ septẽ diebus Ioan.7.
35 Dño. * Dies primus vocabitur celeberri- f. 37.
mus, atque sanctissimus: omne opus seruile
36 non facietis in eo. * Et septem diebus of-
feretis holocausta Domino. dies quoque o-
ctauus erit celeberrimus, atq. sanctissimus,
& offeretis holocaustum Domino: est enim
cœtus, atque collectæ: omne opus seruile nõ
37 facietis in eo. * Hæ sunt feriæ Domini, quas
vocabitis celeberrimas, atque sanctissimas,
offeretisque in eis oblationes Domino, ho-
locausta, & libamenta iuxta ritum vniuscu-
38 iusque diei: * exceptis sabbatis Domini,
donisque vestris, & quæ offeretis ex voto,
39 vel, quæ sponte tribuetis Domino. * A quin-
todecimo ergo die mensis septimi, quando
congregaueritis omnes fructus terræ vestræ,
G celebrabitis ferias Domini septem diebus,
die primo, & die octauo erit sabbatum,
40 idest, requies. * Sumetisque vobis die pri-
mo fructus arboris pulcherrimæ, spaulas-
que palmarum, & ramos ligni densarum
frondium, & salices de torrente & lætabimi-
41 ni coram Domino Deo vestro. * celebrabi-
tisque solemnitatem eius septem diebus
per annum legitimum sempiternum erit in
generationibus vestris. Mense septimo festa
42 celebrabitis, * & habitabitis in tabernaculis
septem diebus, omnis, qui de genere est
43 Israel, manebit in tabernaculis: * vt discant
posteri vestri, quod in tabernaculis habitare
fecerim filios Israel, cum educerem eos de
44 terra Aegypti, ego Dominus Deus vester. *
Locutusque est Moyses super solemnitati-
bus Domini ad filios Israel.

CAP. XXIIII.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, di-
2 cens:* Præcipe filijs Israel, vt afferãt ti-
A bi oleum de oliuis purissimũ, ac lucidum
3 ad cõcinnandas lucernas iugiter, * extra ve-

lum testimonij in tabernaculo fœderis. Po-
netque eas Aaron à vespere vsque ad mane
coram Domino cultu, rituq. perpetuo in ge-
nerationibus vestris. * Super candelabrum 4
mundissimum ponentur semper in conspe-
ctu Domini: * Accipias quoque similam, 5
& coques ex ea duodecim panes, qui singu-
li habebunt duas decimas: * quorum se-
nos altrinsecus super mensam purissimam B
coram Domino statues: * & pones super 7
eos thus lucidissimum, vt sit panis in moni-
mentum oblationis Domini. * Per singu- 8
la sabbata mutabuntur coram Domino su-
scepti à filijs Israel fœdere sempiterno. * e-
runtque Aaron, & filiorum eius, vt come-
dant eos in loco sancto: quia Sanctum san-
ctorum est de sacrificijs Domini iure per-
petuo. * Ecce autem egressus filius mulie- 10
ris Israeliticis, quem pepererat de viro Ae-
gyptio inter filios Israel, iurgatus est in ca-
11 stris cum viro Israelita. * Cumq. blasphe-
masset nomen, & maledixisset ei, adductus
est ad Moysen (Vocabatur autẽ mater eius
12 Salumith, filia Dabri de tribu Dan.) * Mise-
runtq. eum in carcerem, donec nossent quid
13 iuberet Dominus. * Qui locutus est ad Moy
14 sen, * dicens: Educ blasphemum extra castra
C & ponant omnes qui audierũt, manus suas
super caput eius, & lapidet eum populus v-
15 niuersus. * Et ad filios Israel loqueris: Ho-
mo qui maledixerit Deo suo, portabit pec-
16 catum suum: * & qui blasphemauerit no-
mẽ Domini, morte moriatur: lapidibus op-
primet eũ omnis multitudo, siue ille ciuis,
siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit
17 nomen Domini, morte moriatur. * // Qui // Ex.21.
b. 12.

percusserit, & occiderit hominẽ, moriatur.
* Qui percusserit animal, reddet vicarium, 18
id est, animam pro anima. * Qui irrogaue- 19
rit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut D
fecit, sic fiet ei: * // fracturam pro fractura, 20
oculum pro oculo, dentem pro dente resti-
tuet, qualem infixerit maculam, talẽ sustinere cogetur. * Qui percusserit iumentum, 21
redder aliud. Qui percusserit hominem, pu-
nietur. * Aequum iudiciũ sit inter vos: siue 22
peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego
sum Dominus Deus vester. * Locutusq. est 23
Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum,
qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidi-
bus oppresserunt. Fecerunt q. filij Israel sicut
præceperat Dominus Moysi.

CAP. XXV.

LOcutusque est Dominus ad Moysen in 1
monte Sinai, dicens; * Loquere filijs 2
A Israel, & dices ad eos: Quando ingressi // Exo.25
fueritis terram quam ego dabo vobis. // sab- b. 12.
3 baptizes sabbatum Domino. * Sex annis
seres agrum tuum, & sex annis putabis
vineam tuam, colligesque fructus eius.
4 * septimo autem anno sabbatum erit terræ,
requietionis Domini: agrum non seres, &
5 vineam non putabis. * Quæ sponte gignet
humus, nõ meres, & vuas primitiarum tua-
rum non colliges quasi vindemiam: annus
6 enim requietionis terræ est: * sed erunt ve-
bis in cibum, tibi, & seruo tuo, ancillæ, &
mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinan-
7 tur apud te: * iumentis tuis, & pecoribus om
8 nia quæ nascuntur, præbebunt cibum. * Nu
merabis quoque tibi septem hebdomadas
annorum, id est, septies septem, quæ si-
9 mul faciunt annos quadraginta nouem, * &
clanges buccina mense septimo, decima die
mensis, propitiationis tempore in vniuer-

ſa terra veſtra.* Sanctificabisq. annum quin 10
quageſimum, & vocabis remiſſionem cun- B
ctis habitatoribus terre tuæ: ipſe eſt enim iu-
bileus. Reuertetur homo ad poſſeſſionem
ſuam, & vnuſquiſq. rediet ad familiam pri-
ſtinam: * quia iubileus eſt, & quinquageſi- 11
mus annus. Non ſeretis, neque metetis ſpõ-
te in agro naſcentia, & primitias vindemiæ
non colligetis, * ob ſanctificationem iubi- 12
lei, ſed ſtatim oblata comedetis. * Anno iu- 13
bilei redient omnes ad poſſeſſiones ſuas.
* quando vendes quippiam ciui tuo, vel e- 14
mes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed
iuxta numerum annorum iubilei emes ab
eo, * & iuxta ſupputationem frugum vẽdet 15
tibi. * Quanto plures anni remanſerint poſt 16
iubileum, tanto creſcet, & pretium: & quan-
to minus temporis numeraueris, tãto mino-
ris, & emptio conſtabit, tempus enim fru-
gum vendet tibi. * Nolite affligere contribu 17
les veſtros, ſed timeat vnuſquiſque Deum
ſuum, quia ego Dominus Deus veſter, * Fa- 18
cite precepta mea, & iudicia cuſtodite, & im C
plete ea, vt habitare poſſitis in terra abſque
vllo pauore, * & gignat vobis humus fruct⁹ 19
ſuos, quibus veſcamini vſque ad ſaturitatẽ,
nullius impetum formidantes. * Quod ſi di 20
xeritis: Quid comedemus anno ſeptimo, ſi
non ſeuerimus, neque collegerimus fruges
noſtras? * Dabo benedictionem meam vo- 21
bis anno ſexto, & faciet fructus trium anno-
rum: * ſeretisq. anno octauo, & comedetis 22
veteres fruges vſq. ac nouũ annum: donec
noua naſcantur, edetis vetera. * Terra quo- 23
que non vendetur in perpetuum: qui a mea
eſt, & vos aduenę, & coloni mei eſtis. * vnde 24
cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redem-
ptionis conditione vendetur. * Si attenua- 25
tus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam
ſuam, & voluerit propinquus eius, poteſt re-
dimere quod ille vendiderat. * ſin autẽ non 26
habuerit proximum, & ipſe pretiũ ad redi-
mendum potuerit inuenire. * computabun- 27
tur fructus ex eo tempore, quo vendit: &
quod reliquum eſt, reddet emptori, ſicque D
recipiet poſſeſſionem ſuam. * quod ſi non 28
inuenerit manus eius vt reddat pretiũ, ha-
bebit emptor quod emerat vſque ad annum
iubileum. In ipſo enim omnis venditio redi-
bit ad dominum, & ad poſſeſſorẽ priſtinũ.
* Qui vẽdiderit domum intra vrbis muros, 29
habebit licentiã redimendi, donec vnus im-
pleatur annus. * ſi non redemerit, & anni 30
circulus fuerit euolutus, emptor poſſidebit
eam, & poſteri eius in perpetuum, & redimi
non poterit, etiam in iubileo * Sin autem in 31
villa fuerit domus, quæ muros non habet,
agrorum iure vẽdetur, ſi ante redempta nõ
fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum.
* Aedes Leuitarũ, quæ in vrbibus ſunt, ſem 32
per poſſunt redimi: * ſi redemptæ nõ fue- 33
rint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia E
domus vrbium Leuitarum pro poſſeſſio-
nibus ſunt inter filios Iſrael. * Suburbana 34
autem eorum non veneant, quia poſſeſſio
ſempiterna eſt. * Si attenuatus fuerit frater
tuus, & infirmus manu, & ſuſceperis eũ qua
ſi aduenam, & peregrinum, & vixerit tecũ,
36 * ne accipiat vſuras ab eo, nec amplius quã
dediſti. Time Deum tuum, vt viuere poſſit
37 frater tuus apud te. * Pecuniã tuam nõ da-
bis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundan-
38 tiam non exiges. * Ego dominus Deus ve-
F ſter, qui eduxi vos de Terra Aegypti, vt da-
rem vobis Terram Chanaan, & eſſem ve-
39 ſter Deus. * Si paupertate compulſus vendi-
derit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes
40 ſeruitute famulorũ, * ſed quaſi mercenan⁹
& colonus erit: vſque ad annum iubileum
41 operabitur apud te, * & poſtea regredietur
cũ liberis ſuis, & reuertetur ad cognationẽ
42 & ad poſſeſſionem patrum ſuorũ, * mei e-
nim ſerui ſũt, & ego eduxi eos de Terra Ae-
gypti, non veneant conditione ſeruorum:
43 * ne affligas eum per potentiam, ſed metui-
44 to Deum tuum. * Seruus & ancilla ſint vo-
bis de nationibus quę in circuitu veſtro ſũt.
45 * Et aduenis, qui peregrinãtur apud vos,
vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos
46 habebitis famulos: * & hereditario iure trãſ-
mittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æter-
num, fratres autẽ veſtros filios Iſrael ne op-
47 primatis per potẽtiam. * Si inualuerit apud
vos manus aduenæ, atque peregrini, & atte-
G nuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cui-
48 quam de ſtirpe eius: * poſt venditionẽ po-
teſt redimi. Qui voluerit ex fratribus ſuis
49 redimet eum, * & patruus, & patruelis, &
conſanguineus, & affinis. Sin autem, & ipſe
50 potuerit, redimet ſe, * ſupputatis duntaxat
annis à tempore venditionis ſuæ vſque ad
annum iubileum: & pecunia, qua venditus
fuerat, iuxta annorum numerum, & ratio-
51 nem mercenarij ſupputata. * Si plures fue-
rint anni, qui remanent vſque ad iubileum,
52 ſecundum hos reddet, & pretium: * ſi pauci
ponet rationem cum eo iuxta annorum nu-
merum, & reddet emptori quod reliquum
53 eſt annorum, * quibus ante ſeruiuit mere-
dibus impuratis: non affliget eum violẽter
54 in conſpectu tuo. * Quod ſi per hæc redimi
non potuerit, anno iubileo egredietur cum
55 liberis ſuis. * Mei enim ſũt ſerui. filij Iſrael,
quos eduxi de Terra Aegypti.

CAP. XXVI.

1 A EGo Dominus Deus veſter: ″ Non facie-
tis vobis idolum, & ſculptile, nec titu-
los erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in
terra veſtra, vt adoretis eum, ego enim ſum
2 Dominus Deus veſter. * Cuſtodite ſabbata
mea, & pauete ad Sanctuarium meum, ego
3 Dominus. * ″ Si in præceptis meis ambula ue-
ritis, & mandata mea cuſtodieritis, & fecerit-
ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis,
4 * & terra gignet germen ſuum, & pomis ar-
5 bores replebuntur. * Aprehendet meſſium
tritura vindemiam, & vindemia occupabit
ſementem, & comedetis panem veſtrum in
ſatu-

″ Exo. 20. a. 4. Deu. 5. a. 8. Pſal. 96. b. 7. ″ Deu. 28. a. 1.

ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in ter
ra veſtra. * Dabo pacem in finibus veſtris: 6
dormietis, & nõ erit qui exterreat. Auferam B
malas beſtias: & gladius non tranſibit termi-
nos veſtros. * Perſequemini inimicos ve- 7
ſtros, & corruent coram vobis, * perſequen- 8
tur quinque de veſtris centum alienos, & cẽ-
tum de vobis decem millia: cadent inimici
veſtri gladio in conſpectu veſtro * Reſpiciã 9
vos, & creſcere faciam: multiplicabimini,
& firmabo pactum meum vobiſcum. * Co- 10
medetis vetuſtiſſima veterum, & vetera no
uis ſuperuenientibus proijcietis. * Ponam ta 11
bernaculum meum in medio veſtri, & non
1. Cor. 10. d. 16. abijciet vos anima mea. * ″ Ambulabo in 12
ter vos, & ero Deus veſter, vosq. eritis popu-
lus meus. * Ego Dominus Deus veſter: qui 13
eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne ſeruire
tis eis, & quicõfregi catenas ceruicũ veſtra-
rũ, vt incederetis erecti. * ″ Quod ſi non au- 14
b Deu. 28. b. 13. Thren. 2. c. 17. Mat. 2. a 12. dieritis me, nec feceritis oſa mandata mea,
* ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea cõ- 15
tempſeritis, vt nõ faciatis ea, quæ à me cõſti- C
tuta ſunt, & ad irritum perducatis pactum
meum. * ego quoque hæc faciam vobis. Viſi- 16
tabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui
conficiat oculos veſtros, & conſumat animas
veſtras. Fruſtra ſeretis ſemẽtem, quæ ab ho-
ſtibus deuorabitur. * Ponam faciem meam 17
contra vos, & corruetis coram hoſtibus ve-
ſtris, & ſubijciemini his, qui oderunt vos, fu-
gietis, nemine perſequente. * Sin autem 18
nec ſic obedieritis mihi, addam correptio-
nes veſtras ſeptuplum propter peccata ve-
ſtra. * & conteram ſuperbiam duritiæ ve- 19
ſtræ. Daboq. vobis cælum deſuper ſicut fer-
rum, & terrã æneam. * Conſumetur incaſ- 20
ſum labor veſter, non proferet terra germẽ, D
nec arbores poma præbebũt. * Si ambulaue- 21
ritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire
me, addam plagas veſtras in ſeptuplum pro-
pter peccata veſtra: * immittamque in vos 22
beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecō-
ra veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant,
deſertæque fiant viæ veſtræ. * Quod ſi nec 23
ſic volueritis recipere diſciplinã, ſed ambu-
laueritis ex aduerſo mihi: * ego quoque cõ- 24
tra vos aduerſus incedam, & percutiam vos
ſepties propter peccata veſtra, * inducamq. 25
ſuper vos gladum vltorem fœderis mei:
Cumq. confugeritis in vrbes, mittam peſti-
lentiam in medio veſtri, & trademini in ma
nibus hoſtium, * poſtquam cõfregero bacu- 26
lum panis veſtri: ita vt decem mulieres in
vno clibano coquant panes, & reddant eos
ad pondus: & comedetis, & non ſaturabi-
mini. * Sin autẽ nec per hæc audieritis me, 27
ſed ambulaueritis contra me: * & ego in- 28
cedam aduerſus vos in furore contrario, & E
corripiam vos ſeptem plagis propter pecca-
ta veſtra, * ita vt comedaris carnes filiorũ 29
veſtrorum, & filiarum veſtrarum. * deſtruã 30
excelſa veſtra, & ſimulachra confringam.
Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorũ, &
abominabitur vos anima mea, * in tantum 31
vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, &
deſerta faciam Sanctuaria veſtra, nec reci-
32 piam vltra odorem ſuauiſſimum. * Diſper-
damq. terram veſtram, & ſtupebunt ſuper
ea inimici veſtri, cum habitatores illius ſue-
33 rint. * vos autem diſpergam in Gentes, &
euaginabo poſt vos gladium, eritque terra
veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ,
34 * Tunc placebunt terræ ſabbata ſua cũctis
35 diebus ſolitudinis ſuæ: quando fueritis * in
terra hoſtili ſabbatizabit, & requieſcet in
ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eo quod nõ requie-
uerit in ſabbatis veſtris quando habitabitis
36 in ea. * Et qui de vobis remanſerint, dabo
F pauorem in cordibus eorum in regionibus
hoſtium: terrebit eos ſonitus folij volantis,
& ita fugient quaſi gladium: cadent, nullo
37 perſequente, * & corruent ſinguli ſuper fra-
tres ſuos quaſi bella fugientes, nemo ve-
38 ſtrum inimicis audebit reſiſtere, * peribitis
inter Gentes, & hoſtilis vos terra conſumet.
39 * Quod ſi & de ijs aliqui remanſerunt, ta-
beſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimi-
corum ſuorum: & propter peccata patrum
40 ſuorum, & ſua affligentur: * donec confi-
teantur iniquitates ſuas, & maiorum ſuo-
rum, quibus præuaricati ſunt in me, & am-
41 bulauerũt ex aduerſo mihi. * Ambulabo igi-
tur, & ego contra eos, & inducam illos in
terram hoſtilem, donec erubeſcat incircum-
ciſa mens eorum: tunc orabunt pro impie-
42 tatibus ſuis. * Et recordabor fœderis mei,
G quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, &
43 Abraham. Terræ quoque memor ero, * quæ
cum relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi
in ſabbatis ſuis, patiens ſolitudinem pro-
pter illos, ipſi verò rogabunt pro peccatis
ſuis, eo quod abiecerint iudicia mea, & le-
44 ges meas deſpexerint. * Et tamen etiam cũ
eſſent in terra hoſtili, non penitus abieci
eos, neque ſic deſpexi vt conſumerentur: &
irritum facerem pactum meum cum eis. ego
45 enim ſum Dominus Deus eorum, * & recor
dabor fœderis mei priſtini, quando eduxi
eos de Terra Aegypti in conſpectu Gentiũ,
vt eſſem Deus eorum, ego Dominus. Hæc
ſunt iudicia, atque præcepta, & leges, quas de
dit Dominus inter ſe, & filios Iſrael in mon-
te Sinai per manum Moyſi.

CAP. XXVII.

1 LOcutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, di-
2 cens: * Loquere filijs Iſrael, & dices ad
A eos: Homo qui votum fecerit, & ſpopon-
derit Deo animam ſuam, ſub æſtimatione
3 dabit pretium. * Si fuerit maſculus à vigeſi-
mo anno vſque ad ſexageſimum annum, da
bit quinquaginta ſiclos argenti ad menſu-
4 ram Sãctuarij: * ſi mulier, triginta. * A quin-
5 to autem anno vſque ad vigeſimum, maſcu-
6 lus dabit viginti ſiclos femina decem. * Ab
vno menſe vſque ad annum quintum, pro
maſculo dabuntur quinque ſicli: pro femi-
7 na, tres. * Sexagenarius, & vltra maſculus

dabit quindecim ſiclos: fœmina decem. * Si 8
pauper fuerit, & æſtimationem reddere non
valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum
ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe redde-
re, tantum dabit. * Animal autem, quod, im- 9
molari poteſt Dño, ſi quis vouerit, ſanctum
erit, & mutari non poterit, id eſt, nec melius 10
malo, nec peius bono, quod ſi mutauerit: &
ipſum, quod mutatum eſt, & illud, pro quo
mutatum eſt, conſecratum erit Dño. * Ani- 11
mal immundum, quod immolari Dño non
poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ante ſacer-
dotem, * qui iudicans vtrum bonum an ma- 12
lum ſit, ſtatuet pretium, * quod ſi dare vo- 13
luerit is, qui offert, addet ſupra æſtimationē
quintam partem. Homo ſi vouerit domum 14
ſuam, & ſanctificauerit Dño, conſiderabit eā
ſacerdos vtrum bona an mala ſit, & iuxta
pretium, quod ab eo fuerit conſtitutum, ve-
nundabitur: * ſin autem ille, qui vouerat, vo- 15
luerit redimere eam, dabit quintam partem
æſtimationis ſupra, & habebit domū. * Quod 16
ſi agrum poſſeſſionis ſuę vouerit, & cōſecra-
uerit Dño: iuxta menſurā ſementis æſtima-
bitur pretium, ſi triginta modijs hordei ſeri-
tur terra, quinquaginta ſiclis venundetur ar-
genti. * Si ſtatim ab anno incipientis iubilæi 17
vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto
æſtimabitur, * ſin autem poſt aliquantulum 18
temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam iux
ta annorum, qui reliqui ſunt, numerum vſq.
ad iubilæū, & detrahetur ex pretio. * Quod 19
ſi voluerit redimere agrum ille, qui vouerat,
addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ,
& poſſidebit eum. * Sin autem noluerit redi- 20
mere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus,
vltra eum, qui vouerat redimere non pote-
21 rit: * quia cum iubilæi venerit dies, ſanctifi-
catus erit Dño, & poſſeſſio cōſecrata ad ius
22 pertinet ſacerdotum. * Si ager emptus eſt, &
non de poſſeſſione maiorum, ſanctificatus
23 fuerit Dño, * ſupputabit ſacerdos iuxta an-
norum numerum vſq. ad iubilæum, pretiū:
24 & dabit ille, qui vouerat eum Dño, * in iubi-
leo autem reuertetur ad priorem dominū,
qui vendiderat eū, & habuerat in ſorte poſ-
25 ſeſſionis ſuæ. Omnis æſtimatio ſiclo ſāctua-
26 rij ponderabitur. " Siclus viginti obolos hēt. *
Primogenita, quæ ad Dñm pertinent, nemo
ſanctificare poterit, & vouere: ſiue bos, ſiue
27 ouis fuerit, Dñi ſunt. * Quod ſi immundum
D eſt animal, redimet qui obtulit, iuxta æſtima-
tionem tuam, & addet quintam partem pre-
tij, ſi redimere noluerit, vendetur alteri, quā-
28 tocunq. à te fuerit æſtimatū. * " Omne, quod
Dño conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue ani-
mal, ſiue ager, non vendetur, nec redimi po-
terit. Quidquid ſemel fuerit conſecratū, ſan-
29 ctum ſanctorum erit Domino. * Et omnis
conſecratio, quæ offertur ab homine non re-
30 dimetur, ſed morte morietur. * Omnes de-
cimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis
31 arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificatur. *
Si quis aūt voluerit redimere decimas ſuas,
32 addet quintam partem earum. * Omnium
decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ ſub
paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum
33 venerit, ſanctificabitur Domino. * Non eli-
getur, nec bonum, nec malum, nec altero
commutabitur, ſi quis mutauerit: & quod
mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſan-
34 ctificabitur Dño, & non redimetur. * Hæc
ſunt præcepta, quæ mandauit Dominus
Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai.

LIBER NVMERI,

HEBRAICE VAIEDABBER.

CAPVT PRIMVM.

OCVTVSQVE eſt Do- 1
minus ad Moyſen in de- A
ſerto Sinai in tabernaculo
fœderis, prima die menſis
ſecundi, anno altero egreſ-
ſionis eorum ex Ægypto,
dicens: * " Tollite ſummā 2
vniuerſæ congregationis
filiorum Iſrael per cognationes, & domos
ſuas, & nomina ſingulorum, quidquid ſe-
xus eſt maſculini * à vigeſimo anno, & ſu- 3
pra, omnium virorum fortium ex Iſrael,
& numerabitis eos per turmas ſuas, tu
& Aaron. * Eruntque vobiſcum princi- 4
pes tribuum, ac domorum in cognationi-
bus ſuis, * quorum iſta ſunt nomina: De B
Ruben, Eliſur filius Sedeur. * de Simeon, 5
Salamiel, filius Suriſaddai, * de Iuda, Na- 6
haſſon filius Aminadab. * de Iſſachar, Na- 7
thanael filius Suar. * de Zabulon, Eliab fi- 8
lius Helon. * Filiorum autem Ioſeph, de 9
Ephraim, Eliſama filius Ammiud, de Ma- 10
naſſe, Gamaliel filius Phadaſſur. * De Be- 11
niamin, Abidan filius Gedeonis. * de Dan, 12
Ahiezer filius Ammiſaddai. * de Aſer, Phe- 13
giel filius Ochran, * de Gad, Eliaſaph filius 14
15 Duel. * de Nephtali, Ahira filius E-
16 nan. * Hi nobiliſſimi principes multitudi-
dinis per tribus, & cognationes ſuas, &
17 capita exercitus Iſrael: * quos tulerunt
Moyſes, & Aaron cum omni vulgi multi-
18 tudine, * & congregauerunt primo die
menſis ſecundi, recenſentes eos per cogna-
tiones, & domos, ac familias, & capi-
ta, & nomina ſingulorum à vigeſimo
19 anno, & ſupra, * ſicut præceperat Domi-
C nus Moyſi. Numeratique ſunt in deſerto
20 Sinai. * De Ruben primogenito Iſraelis
per generationes, & familias, ac domos ſuas,
& nomina capitum ſingulorum, omne quod
ſexus eſt maſculini à vigeſimo anno, & ſu-
21 pra, procedentium ad bellum, * quadra-
22 ginta ſex millia quingenti. * De filijs Si-
meon per generationes, & familias, ac do-
mos cognationum ſuarum recenſiti ſunt
per nomina, & capita ſingulorum omne
quod ſexus eſt maſculini à vigeſimo anno,
23 & ſupra, procedentium ad bellum, * quin-
24 quaginta nouem millia trecenti. * De fi-
lijs Gad, per generationes, & familias, ac do-
mos cognationum ſuarum recenſiti, ſūt per
nomina ſingulorum à viginti annis, & ſupra

Ex. 30. b.12.

" Exo. b.13. Num. g.47. Ezec. d.12.

" Ioel. c.17. d. 25.

omnes,qui ad bella procéderent , * quadra- 25
gintaquinque millia sexcenti quinquaginta. 26
*De filijs Iuda per generationes, & familias, D
ac domos cognationum suarum , per nomi-
na singulorum à vigesimo anno,& supra,
omnes,qui poterãt ad bella procedere,*recẽ- 27
siti sunt septuaginta quatuor millia sexcen-
ti.*De filijs Issachar,per generationes,& fa- 28
milias,ac domos cognationum suarum , per
nomina singulorum à vigesimo anno, & su-
pra,omnes qui ad bella procederent,* recẽ- 29
siti sunt quinquaginta quattuor millia qua-
dringenti.*De filijs Zabulon per generatio- 30
nes,& familias,ac domos cognationum sua-
rum recensiti sunt per nomina singulorum
à vigesimo anno , & supra, oẽs qui poterant
ad bella procedere , * quinquaginta septem 31
millia quadringenti. *De filijs Ioseph, filio- 32
rum Ephraim per generationes, & familias , E
ac domos cognationum suarum recensiti sũt
per nomina singulorum à vigesimo anno,&
supra,omnes qui poterant ad bella procede-
re,*quadraginta millia quingenti.* Porro fi- 33
liorum Manasse per generationes , & fami- 34
lias,ac domos cognationum suarum recensi-
ti sunt per nomina singulorum à viginti an-
nis,& supra,omnes qui poterant ad bella ꝓ-
cedere,*triginta duo millia ducenti,* De fi- 35
lijs Beniamin per generationes , & familias, 36
ac domos cognationum suarum recensiti sũt
nominibus singulorum,à vigesimo anno, &
supra,omnes,qui poterant ad bella procede-
re,*triginta quinq. millia quadringenti.* De 37
filijs Dã per generationes,& familias,ac do- 38
mos cognationum suarum recensiti sunt no-
minibus singulorum à vigesimo anno, & su-
pra, omnes qui poterant ad bella procedere ,
sexaginta duo millia septingenti. De filijs 39
Aser per generationes,& familias,ac domos 40
cognationum suarum recensiti sunt per no- F
mina singularum à vigesimo anno,& supra,
omnes qui poterãt ad bella procedere,*qua- 41
draginta millia,& mille quingenti. * De fi- 42
lijs Nephthali per generationes , & familias,
ac domos cognationum suarum recensiti sũt
nominibus singulorum à vigesimo anno , &
supra,omnes qui poterant ad bella procede-
re,*quinquaginta tria millia quadringenti. * 43
Hi sunt,quos numerauerunt Moyses,& Aa- 44
ron,& duodecim principes Israel,singulos ꝑ
domos cognationum suarum.* Fueruntque 45
omnis numerus filiorum Israel per domos,
& familias suas à vigesimo anno ,& supra ,
qui poterant ad bella procedere , * sexcenta 46
tria millia virorum quingenti quinquaginta.
*Leuitæ autem in tribu familiarum suarum 47
non sunt numerati cum eis. * Locutusq. est G
Dominus ad Moysen,dicens:* Tribum Le- 48
ui noli numerare , neq pones summam eo- 49
rum cum filijs Israel : * sed constitue eos 50
super tabernaculum testimonij, & cũcta va-
sa eius,& quidquid ad ceremonias pertinet.
Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia vtẽ-
silia eius:& erunt in ministerio,ac per gyrum
tabernaculi metabuntur.* Cum proficiscen- 51
dum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculũ:
cum castrametandum , erigent, quisquis ex-
52 ternorum accesserit,occidetur. * Metabun-
tur autem castra filij Israel vnusquisque per
53 turmas, & cuneos atque exercitum suum.*
Porro Leuitæ per gyrum tabernaculi figent
tentoria , ne fiat indignatio super multudi-
nem filiorum Israel,& excubabunt in custo-
54 dijs tabernaculi testimonij. * Fecerunt ergo
filij Israel iuxta omnia, quæ præceperat Do-
nus Moysi.

CAP. II.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen,&
2 Aaron dicens : * Singuli per turmas,si-
A gna,atque vexilla,& domos cognationũ sua-
rum castrametabuntur filij Israel , per gyrũ
3 tabernaculi fœderis . * Ad Orientem Iudas
figet tentoria per turmas exercitus sui: erit-
que princeps filiorum eius, Nahasson filius
4 Aminadab,*& omnis de stirpe eius summa
pugnantium , septuaginta quatuor millia
5 sexcenti. * Iuxta eum castrametati sunt de
tribu Issachar,quorum princeps fuit Natha
6 nael filius Suar.* & omnis numerus pugna-
torum eius quinquaginta quatuor millia
7 quadringenti . * In tribu Zabulon princeps
8 fuit Eliab filius Helon.*Omnis de stirpe
eius exercitus pugnatorum,quinquaginta se-
9 ptem millia quadringenti.* Vniuersi,qui in
castris Iudæ enumerati sunt , fuerunt centũ
octoginta sex millia quadringenti:& per tur-
10 mas suas primi egredietur.* In castris filio-
B rum Ruben ad meredianam plagã erit prin
11 ceps Elisur filius Sedeur:& *cunctus exerci-
tus pugnatorum eius,qui numerati sũt,qua-
12 draginta sex millia quingenti.*Iuxa eum ca-
strametati sunt de tribu Simeon : quorum
13 princeps fuit Salamiel filius Surisaddai,* &
cunctus exercitus pugnatorum eius, qui nu-
merati sunt,quinquaginta nouem millia tre-
14 centi . * In tribu Gad princeps fuit Eliasaph
15 filius Duel,*& cunctus exercitus pugnatorũ
eius , qui numerati sunt , quadraginta quin-
16 que millia sexcenti quinquaginta. * Omnes
qui recensiti sunt in castris Ruben , centum
quinquaginta millia , & mille quadringenti
quinquaginta per turmas suas:in secundo lo
17 co proficiscentur. * Leuabitur autem taber-
naculum testimonij per officia Leuitarum,
& turmas eorum quomodo erigetur , ita &
deponetur. Singuli per loca, & ordines suos
18 proficiscentur. * Ad Occidentalem plagam
C erunt castra filiorũ Ephraim, quorum prin-
19 ceps fuit Elisama filius Ammiud. * cunctus
exercitus pugnatorũ eius,qui numerati sũt,
20 quadraginta millia quingenti. * Et cum eis
tribus filiorum Manasse , quorum princeps
21 fuit Gamaliel filius Phadassur,*cunctusque
exercitus pugnatorũ eius,qui numerati sunt,
22 trigintaduo millia ducenti.*In tribu filiorũ
Beniamin princeps fuit Abidam filius Ge-
23 deonis , * & cunctus exercitus pugnatorum
eius,qui recensiti sunt, triginta quinq. millia
qua-
quadringẽti. * Omnes qui numerati sunt in 24
castris Ephraim , centum octo millia cen-
tum per turmas suas : tertij proficiscentur.
* Ad Aquilonis partẽ castrametati sunt filij 25
Dan:quorũ princeps fuit Ahiezer filius Am-
misaddai, * cunctus exercitus pugnatorum 26
eius , qui numerati sunt, sexaginta duo mil- D
lia septingenti. * Iuxta eũ fixere tentoria de 27
tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel fi-
lius Ochran.* cunctus exercitus pugnatorũ 28
eius, qui numerati sunt , quadraginta millia
& mille quingenti. * De tribu filiorum Ne- 29
phthali princeps fuit Ahira filius Enan.*cũ- 30
ctus exercitus pugnatorũ eius,quinquaginta
tria millia quadringenti . * Omnes, qui nu- 31
merati sunt in castris Dan , fuerunt centum
quinquaginta septem millia sexcenti : & no-
uissimi proficiscentur. * Hic numerus filio- 32
rum Israel, per domos cognationũ suarum,
& turmas diuisi exercitus, sexcenta tria mil-
lia quingenti quinquaginta. * Leuitæ autem 33
nõ sunt numerati inter filios Israel: sic enim
præceperat Dominus Moysi.* Feceruntq fi- 34
lij Israel iuxta omnia , quæ mandauerat Do-
minus Castrametati sunt per turmas suas ,
& profecti per familias , ac domos patrum
suorum .

CAP. III.

HÆ sunt generationes Aaron, & Moysi 1
in die qua locutus est Dominus ad A
Moysen in monte Sinai .* [a] Et hæc nomina 2
filiorum Aaron : primogenitus eius Nadab,
deinde Abiu,& Eleazar, & Ithamar * Hæc 3
nomina filiorũ Aaron sacerdotum , qui vn-
cti sunt,& quorũ repletæ, & consecratæ ma-
nus,vt sacerdotio fungerẽtur. [b]* Mortui sũt 4
enim Nadab,& Abiu, cum offerrent ignem
alienum in conspectu Domini in deserto.Si-
nai,absque liberis: functique sunt sacerdotio
Eleazar,& Ithamar coram Aaron patre suo.
*Locutusq. est Dominus ad Moysen,dicens: 5
*Applica tribum Leui,& fac stare in conspe- 6
ctu Aaron sacerdotis,vt ministrẽt ei,& excu
bent , * & obseruent quidquid ad cultũ per- 7
tinet multitudinis coram tabernaculo testi-
monij, * & custodiant vasa tabernaculi, ser- 8
uientes in ministerio eius.* Dabisque domo 9
Leuitas * Aaron,& filijs eius, quibus traditi 10
sunt à filijs Israel. Aarõ autem,& filios eius B
constitues super cultum sacerdotij . Exter-
nus, qui ad ministrandum accesserit, morie-
tur. * Locutusque est Dominus ad Moy- 11
sen, dicens : * Ego tuli Leuitas à filijs Israel 12
pro omni primogenito , qui aperit vuluam
in filijs Israel,eruntq. Leuitæ mei.* [c] Meum 13
est enim omne primogenitum : ex quo per-
cussi primogenitos in Terra Aegypti : san-
ctificaui mihi quidquid primum nascitur in
Israel ab homine vsque ad pecus , mei sunt :
ego Dominus. * Locutusque est Domi- 14
nus ad Moysen in deserto Sinai , dicens:
*Numera filios Leui per domos patrũ suo- 15
rum, & familias,omnem masculum ab vno C
16 mense , & supra . * Numerauit Moyses, vt
17 præceperat Dominus , * [d] & inuenti sunt
filij Leui per nomina sua , Gerson, & Caath
18 & Merari . * Filij Gerson: Lebni,& Semei.
19 * Filij Caath: Amram,& Iesaar, Hebron,&
20 Oziel.* Filij Merari: Moholi, & Musi. * De
21 Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, &
22 Semeitica : * quarum numeratus est popu-
lus sexus masculini ab vno mense , & supra
23 septem millia quingenti. * Hi post taberna-
24 culum metabuntur ad Occidentem * sub
25 principe Eliasaph filio Lael. * Et habebunt
26 excubias in tabernaculo fęderis, * ipsum ta-
D bernaculum, & operimentum eius,tentoriũ
quod trahitur ante fores tecti fęderis,& cor-
tinas atrij : tentorium quoq; quod appendi-
tur in introitu atrij tabernaculi, & quidquid
ad ritum altaris pertinet , funes tabernaculi,
27 & omnia vtensilia eius . * Cognatio Caath
habebit populos Amramitas , & Iesaaritas ,
& Hebronitas,& Ozielitas . Hæ sunt fami-
liæ Caathitarum recensitæ per nomina sua .
28 * omnes generis masculini ab vno mẽse , &
supra , octo millia sexcenti habebunt excu-
29 bias Sanctuarij , * & castrametabuntur ad
30 meridianam plagam:* Principesque eorum
31 erit Elisaphan filius Oziel : * & custodient
E arcam, mensuramque,& candelabrum,alta-
ria,& vasa Sãctuarij , in quibus ministratur ,
& velum , cunctamq. huiuscemodi supelle-
32 ctilem.* Princeps autem principum Leuita-
rum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit su-
33 per excubitores custodiæ Sanctuarij.* At ve
rò de Merari erũt populi Moholitæ,& Mu-
34 sitæ recensiti per nomina sua : * oẽs generis
masculini ab vno mense , & supra , sex mil-
35 lia ducenti . * Princeps eorum Suriel filius
Abihaiel: in plaga septentrionali castrameta-
36 buntur.* Erũt sub custodia eorũ tabulæ ta-
bernaculi,& vectes,& columnæ, ac bases ea-
rum,& omnia,quæ ad cultum huiuscemodi
37 pertinent : * columnæq; atrij per circuitum
cum basibus suis, & paxilli cum funibus ,
38 * Castrametabuntur ante tabernaculũ fœ-
F deris,idest,ad Orientalẽ plagam, Moyses,&
Aaron cum filijs suis, habẽtes custodiã San-
ctuarij in medio filiorũ Israel, quisquis alie-
39 nus accesserit , morietur. * Omnes Leuitæ,
quos numerauerunt Moyses,& Aaron iuxta
præceptum Domini per familias suas in ge-
nere masculino à mense vno, & supra , fue-
40 runt viginti duo millia . * Et ait Dominus
ad Moysen: Numera primogenitos sexꝰ ma
sculini de filijs Israel ab vno mẽse, & supra,
41 & habebis summã eorũ. * Tollesq; Leuitas
mihi pro omni primogenito filiorũ Israel ,
ego sum Dñs : & pecora eorum pro vniuer-
42 sis primogenitis pecorũ filiorũ Israel. * Re-
censuit Moyses, sicut præceperat Dominus,
43 primogenitos filiorũ Israel, * & fuerũt ma-
G sculi per nomina sua,à mense vno, & supra,
viginti duo millia ducenti septuaginta tres .
44 * Locutusq;est Dominus ad Moysen,dicẽs:
45 * Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum
Israel , & pecora Leuitarum pro pecoribus

[a] Exo. 6. d.23.
[b] Leu.10. a.1. 1.Par.24 a.2.
[c] Exod. 13.a.2. Inf. 8. c. 16.
[d] Exo. 6. c.16.

eorum, eruntque Leuitæ mei: ego ſum Do-
minus. * In pretio autem ducentorum ſe- 46
ptuaginta trium, qui excedunt numerum
Leuitarum de primogenitis filiorum Iſrael,
* accipies quinque ſiclos per ſingula capita 47
ad menſuram Sanctuarij. " Siclus habet vi-
ginti obolos. * Dabiſq. pecuniam Aaron, & 48
filijs eius, pretium eorum, qui ſupra ſunt. * 49
Tulit igitur Moyſes pecuniam eorũ, qui fue
rant amplius, & quos redemerant à Leuitis
* pro primogenitis filiorum Iſrael, mille tre- 50
centorum ſexagintaquinque ſiclorum iuxta
pondus Sanctuarij, * & dedit eam Aaron, 51
& filijs eius iuxta verbum, quod præceperat
ſibi Dominus.

a Exod. 30. b. 13. Leu. 27. e. 25. Ezec. 45. d. 12.

CAP. IIII.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, & 1
Aaron, dicens: * " Tolle ſummam filio- 2
rum Caath de medio Leuitarũ per domos A
& familias ſuas, * à trigeſimo anno, & ſupra, 3
vſq ad quinquageſimum annum, omnium
qui ingrediuntur, vt ſtent, & miniſtrẽt in ta-
bernaculo fęderis. * Hic eſt cultus filiorum 4
Caath: Tabernaculum fœderis, & Sanctum
ſanctorũ, * ingredientur Aaron, & filij eius, 5
quando mouenda ſunt caſtra, & deponent
velum, quod pendet ante fores, inuoluentq.
eo arcam teſtimonij, * & operient rurſum 6
velamine ianthinarum pellium, extendent-
que deſuper pallium totum hyacinthinum,
& inducent vectes. * Menſam quoque pro- 7
poſitionis inuoluent hyacinthino pallio, &
ponent cum ea thuriola, & mortariola,
cyathos, & crateras ad liba fundenda: panes
ſemper in ea erunt: * extendentque deſu- 8
per pallium coccineum, quod rurſum ope-
rient velamento ianthinarum pellium, &
inducent vectes. * Sument, & pallium hya- 9
cinthinum, quo operient candelabrum cum
lucernis, & forcipibus ſuis, & emunctorijs,
& cunctis vaſis olei, quæ ad concinnandas
lucernas neceſſaria ſunt: * & ſuper omnia 10
ponent operimentum ianthinarum pelliũ,
& inducent vectes. * Necnon, & altare au- 11
reum inuoluent hyacinthino veſtimento,
& extendent deſuper operimentum ianthi- B
narum pellium, inducentque vectes. * Om- 12
nia vaſa, quibus miniſtratur in Sanctuario,
inuoluent hyacinthino pallio, & extendent
deſuper operimentum ianthinarum pelliũ,
inducentque vectes. * Sed & altare munda- 13
bunt cinere, & inuoluent illud purpureo ve-
ſtimento, * ponentque cum eo omnia vaſa, 14
quibus in miniſterio eius vtuntur, id eſt,
ignium receptacula, fuſcinulas, ac tridentes,
vncinos, & batilla. Cuncta vaſa altaris ope-
rient ſimul velamine ianthinarum pellium,
& inducent vectes. * Cumque inuoluerint 15
Aaron, & filij eius Sanctuarium, & omnia
vaſa eius in commotione caſtrorum, tunc
intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta:
& non tangent vaſa Sanctuarij, ne morian-
tur. Iſta ſunt onera filiorum Caath in taber-

n 1. Par. 15. b. 15.

16 naculo fœderis: * ſuper quos erit Eleazar
filius Aaron ſacerdotis, ad cuius curam per-
tinet oleum ad concinnandas lucernas, &
compoſitionis incenſum, & ſacrificium,
quod ſemper offertur, & oleum vnctionis,
& quidquid ad cultum tabernaculi pertinet,
omniumque vaſorum, quæ in Sanctuario
17 ſunt. * Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen,
18 & Aaron, dicens: * Nolite perdere populũ
19 Caath de medio Leuitarum: * ſed hoc faci-
te eis, vt viuant, & non moriantur, ſi tetige-
rint Sancta ſanctorum. Aaron, & filij eius
intrabunt, ipſique diſponent opera ſingulo-
rum, & diuident quid portare quis debeat.
20 * Alij nulla curioſitate videant, quæ ſunt in
Sanctuario priuſquam inuoluãtur, alioquin
21 morientur. * Locutuſque eſt Dominus ad
22 Moyſen, dicens: * Tolle ſummam etiam
filiorum Gerſon per domos, ac familias, &
23 cognationes ſuas, * à triginta annis, & ſu-
C pra, vſq. ad annos quinquaginta. Numera
oẽs qui ingrediuntur, & miniſtrant in taber-
24 naculo fœderis. * Hoc eſt officium familiæ
25 Gerſonitarũ, * vt portent cortinas taberna-
culi, & tectum fœderis operimentum aliud,
& ſuper omnia, velamen ianthinum tento-
riumq. quod pendet in introitu tabernaculi
26 fęderis, * cortinas atrij, & velum in introi-
tu, quod eſt ante tabernaculum. Omnia quæ
ad altare pertinent, funiculos, & vaſa mini-
27 ſterij, * iubente Aaron, & filijs eius, porta-
bunt filij Gerſon: & ſciẽt ſinguli, cui debeãt
28 oneri mancipari. * Hic eſt cultus familiæ
Gerſonitarũ in tabernaculo fœderis, erunt-
que ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdo-
29 tis. * Filios quoq. Merari per familias, & do-
30 mos patrũ ſuorum recẽſebis * à triginta an-
nis, & ſupra, vſq. ad annos quinquaginta, om
nes, qui ingrediuntur ad officium miniſterij
31 ſui, & cultum fęderis teſtimonij. * Hæc ſunt
onera eorũ: Portabũt tabulas tabernaculi, &
32 vectes eius, colũnas, ac baſes earum, * colũ-
nas quoq. atrij per circuitum cum baſibus, &
paxillis, & funibus ſuis. Omnia vaſa, & ſu-
pellectilem ad numerum accipient, ſicq por-
33 tabunt. * Hoc eſt officiũ familiæ Merarita-
rum, & miniſterium in tabernaculo fęderis:
D eruntq. ſub manu Ithamar filij Aaron ſacer-
34 dotis. * Recenſuerũt igitur Moyſes, & Aarõ
& principes ſynagogæ filios Caath per co-
35 gnationes, & domos patrũ ſuorũ * à trigin-
ta annis ſupra, vſq. ad annum quinquageſi-
mum, omnes qui ingrediuntur ad miniſte-
36 riũ tabernaculi fœderis: * & inuẽti ſunt duo
37 millia ſeptingenti quinquaginta. * Hic eſt
numerus populi Caath, qui intrant taberna-
culũ fęderis: hos numerauit Moyſes, & Aa-
ron iuxta ſermonem Dñi per manũ Moyſi.
38 * Numerati ſunt, & filij Gerſon per cogna-
39 tiones, & domos patrũ ſuorũ, * triginta an-
nis, & ſupra, vſque ad quinquageſimum an-
num, oẽs qui ingrediuntur, vt miniſtrent in
40 tabernaculo fœderis: * & inuenti ſunt duo
41 millia ſexcẽti triginta. * Hic eſt populus Ger
ſonitarum, quos numerauerunt Moyſes, &
Aaron

Aaron iuxta verbum Domini: * Numerati 42
ſunt, & filij Merari per cognationes, & do-
mos patrum ſuorum * à triginta annis, & 43
ſupra vſq. ad annum quinquageſimum, om-
nes qui ingrediuntur ad explendos ritus ta-
bernaculi fęderis: * & inuenti ſunt tria mil- 44
lia ducenti, * hic eſt numerus filiorum Me- 45
rari quos recẽſuerunt Moyſes, & Aarõ iuxta
imperium Domini per manum Moyſi. * 46
Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis, & quos
recenſeri fecit ad nomen Moyſes, & Aaron,
& principes Iſrael ꝑ cognationes, & domos
patrum ſuorum * à triginta annis, & ſupra, 47
vſque ad annum quinquageſimum, ingre-
dientes ad miniſterium tabernaculi, & one-
ra portanda, * fuerunt ſimul octo millia 48
quingenti octoginta. * Iuxta verbum Domi- 49
ni recenſuit eos Moyſes, vnumquemque
iuxta officium, & onera ſua, ſicut præceperat
ei Dominus.

CAP. V.

Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, di- 1
cens: * Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant 2
de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine A
fluit, pollutuſq eſt ſuper mortuo: * tam ma- 3
ſculum, quam feminam eijcite de caſtris, ne
contaminent ea cum habitauerim vobiſcũ.
* Fecerũtq ita filij Iſrael, & eiecerunt eos ex- 4
tra caſtra, ſicut locutus erat Dominus Moy-
ſi. * Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, di- 5
cens. * Loquere ad filios Iſrael: Vir, ſiue mu- 6
lier, cũ fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſo-
lent hominibus accidere, & per negligẽtiam
tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atq.
deliquerint, * confitebuntur peccatum ſuũ, 7
& reddent ipſum caput, quintamq partem
deſuper ei, in quem peccauerint. * Sin autem 8
non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino, &
erit ſacerdotis, excepto ariete, q offertur pro
expiatione, vt ſit placabilis hoſtia: * Omnes 9
quoq; primitiæ, quas offerunt filij Iſrael, ad
ſacerdotem pertinent: * & quidquid in San- 10
ctuarium offertur à ſingulis, & traditur ma- B
nibus ſacerdotis, ipſius erit. * Locutuſque eſt 11
Dñs ad Moyſen, dicens: * Loquere ad filios 12
Iſrael, & dices ad eos: Vir, cuius vxor erraue-
rit, maritumq contemnens * dormierit cum 13
altero viro, & hoc maritus deprehendere
nõ quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus
argui non poteſt, quia nõ eſt inuenta in ſtu-
pro: * ſi ſpiritus zelotypiæ concitauerit virũ 14
contra vxorem ſuã, quæ vel polluta eſt, vel
falſa ſuſpicione appetitur, * adducet eam ad 15
ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa
decimam partẽ ſati farinæ hordeaceæ: non
fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus:
quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio in-
ueſtigans adulterium. * Offeret igitur eam 16
ſacerdos, & ſtatuet coram Dño, * aſſumetq. 17
aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum C
terræ de pauimento tabernaculi mittet in
eam. * Cumq. ſteterit mulier in conſpectu 18
Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſu-
per manus illius ſacrificium recordationis,
& oblationem zelotypiæ: ipſe autem tenebit
aquas amariſſimas, in quibus cum execra-
19 tione maledicta congeſſit. * adiurabitque
eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus
tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti
thoro, non tibi nocebunt aquæ iſtæ amariſ-
20 ſimæ, in quas maledicta congeſſi. * Sin au-
tem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, &
21 concubuiſti cum altero viro, * his maledi-
ctionibus ſubiacebis: Det te Dominus in
maledictionem, exemplumque cunctorum
in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuũ,
22 & tumens vterus tuus diſrumpatur. * in-
grediantur aquæ maledictæ in ventrẽ tuũ,
& vtero tumeſcente putreſcat femur. Et re-
23 ſpondebit mulier, Amen, amen. * Scribetq.
D ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit
ea aquis amariſſimis, in quas maledicta con-
24 geſſit, * & dabit ei bibere. Quas cum exhau-
25 ſerit, * tollet ſacerdos de manu eius ſacrifi-
cium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Do-
mino, imponetq; illud ſuper altare: ita dum-
26 taxat, vt prius, * pugillum ſacrificij tollat
de eo, quod offertur, & incendat ſuper alta-
re: & ſic potum det mulieri aquas amariſſi-
27 mas. * Quas cum biberit, ſi polluta eſt, &
contempto viro adulterij rea, pertranſibunt
eam aquæ maledictionis, & inflato ventre
computreſcet femur: eritque mulier in ma-
ledictionem, & in exemplum omni populo.
28 * Quod ſi polluta non fuerit, erit innoxia,
29 & faciet liberos. * Iſta eſt lex zelotypiæ. Si
declinauerit mulier à viro ſuo, & ſi polluta
30 fuerit, * marituſq. zelotypiæ ſpiritu conci-
tatus adduxerit eam in conſpectu Domini,
& fecerit ei ſacerdos iuxta omnia, quæ ſcri-
31 pta ſunt: * maritus abſque culpa erit, & illa
recipiet iniquitatem ſuam.

CAP. VI.

1 Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, di-
2 cens: * Loquere ad filios Iſrael, & di-
A ces ad eos: Vir, ſiue mulier, cum fecerit vo-
tum, vt ſanctificẽtur, & ſe voluerint Domi-
3 no conſecrare: * à vino, & omni, quod ine-
briare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino,
& ex qualibet alia potione, & quidquid de
vua exprimitur, non bibent: vuas recentes
4 ſiccaſque non comedant, * cunctis diebus
quibus ex voto Domino conſecrantur: quid-
quid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſq;
5 ad acinum non comedent. * Omni tempore
ſeparationis ſuæ " nouacula nõ tranſibit per
caput eius vſque ad completum diem, quo
Domino conſecratur. Sanctus erit, creſcente
6 cæſarie capitis eius. * Omni tempore conſe-
B crationis ſuæ ſuper mortuum non ingredie-
7 tur, * nec ſuper patris quidem, & matris, &
fratris ſororiſq. funere contaminabitur, quia
8 conſecratio Dei ſui ſuper caput eius. * Om-
nibus diebus ſeparationis ſuæ ſanctus erit
9 Domino. * Sin autem mortuus fuerit ſubito
quiſpiam coram eo, polluetur caput conſe-
crationis

" Iud. 13. a. 5.

erationis eius quod tradet illico in eadem die
purgationis suæ,& rursũ septima.* in octa- 10
ua autem die offeret duos turtures,vel duos
pullos columbæ sacerdoti in introitu fœde-
ris testimonij. * facietq. sacerdos vnum pro 11
peccato, & alterũ in holocaustum, & depre-
cabitur pro eo, quia peccauit super mortuo:
sanctificabitque caput eius in die illo: * & 12
cõsecrabit Domino dies separationis illius,
offerens agnum anniculum pro peccato: ita
tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam
polluta est sanctificatio eius. * Ista est lex 13
consecrationis. Cum dies, quos ex voto de-
creuerat,complebuntur: ad ducet eum ad o- C
stium tabernaculi fœderis,* & offeret obla- 14
tionem ejus Domino, agnũ anniculum im-
maculatum in holocaustum, & ouem anni-
culam immaculatam pro peccato,& arietem
immaculatum,hostiã pacificam,*canistrum 15
quoq. panum azymorum,qui conspersi sint
oleo, & lagana absque fermento vncta oleo,
ac libamina singulorum: * quæ offeret sa- 16
cerdos corã Domino, & faciet tam pro pec-
cato,quam in holocaustum.* Arietem verò 17
immolabit hostiam pacificam Domino of-
ferens simul canistrum azymorum, & liba-
Act.21. d. 24. menta quæ ex more debentur.* " Tunc ra- 18
detur nazaræus ante ostium tabernaculi fe-
deris cæsarie consecrationis suæ: tolletq. ca-
pillos eius,& ponet super ignem,qui est sup-
positus sacrificio pacificorum. * Et armum 19
coctum arietis, tortamque absque fermento
vnã de canistro, & laganum azymũ vnum, D
& tradet in manus nazaræi, postquã rasum
fuerit caput eius: * Susceptaque rursum ab 20
eo,eleuabit in conspectu Domini: & sancti-
ficata sacerdotis erunt, sicut pectusculum,
quod separari iussum est,& femur,post hæc
potest bibere nazaræus vinum.* Ista est lex 21
nazaræi, cum vouerit oblationem suam Do-
mino tempore consecrationis suæ, exceptis
his, quæ inuenerit manus eius. iuxta quod
mente deuouerat,ita faciet ad perfectionem
sanctificationis suæ.* Locutusque est Domi- 22
Eccl. 36. c. 19. nus ad Moysen,dicens:* Loquere Aaron,& 23
filijs eius: Sic benedicetis filijs Israel,& dice-
tis eis. * Benedicat tibi Dominus, & custo- 24
diat te. * Ostendat Dominus faciem suam 25
tibi, & misereatur tui. * Conuertat Domi- 26
nus vultum suum ad te, & det tibi pacem.
*Inuocabuntq. nomen meum super filios 27
Israel,& ego benedicam eis.

CAP. VII.

"Exo.40 b.16. FActum " est autem in die,qua comple- 1
uit Moyses tabernaculũ, & erexit illud: A
vnxitque, & sanctificauit cum omnibus va-
sis suis,altare similiter, & omnia vasa eius.
* Obtulerunt principes Israel, & capita fa- 2
miliarum,qui erant per singulas tribus,præ-
fectiq eorum,qui numerati fuerant,* mune- 3
ra coram Dño sex plaustra tecta cum duo-
decim bobus. Vnum plaustrũ obtulere duo
duces,& vnum bouem singuli, obtulerũtq.
4 ea in conspectu tabernaculi.* Ait autem Do-
5 minus ad Moysen. * Suscipe ab eis vt seru-
uiant in ministerio tabernaculi, & trades ea
6 Leuitis iuxta ordinem ministerij sui. * Itaq.
cum suscepisset Moyses plaustra, & boues,
7 tradidit eos Leuitis.* Duo plaustra, & qua-
tuor boues dedit filijs Gerson,iuxta id,quod
8 habebant necessarium,* quatuor alia plau-
stra,& octo boues dedit filijs Merari secun-
dum officia, & cultũ suum sub manu Itha-
9 mar filij Aaron sacerdotis. * filijs aũt Caath
non dedit plaustra,& boues,quia in Sãctua-
rio seruiunt,& onera proprijs portant hume
10 ris.*Igitur obtulerunt duces in dedicationẽ
altaris, die qua vnctum est, oblationẽ suam
11 ante altare. * Dixitque Dominus ad Moy-
B sen: Singuli duces per singulos dies offerant
12 munera in dedicationem altaris. * Primo
die obtulit oblationem suã Nahasson filius
13 Aminadab de tribu Iuda: * fueruntq. in ea
acetabulum argenteum pondo centũ trigin
ta siclorum, phiala argentea habens septua-
ginta siclos iuxta pondus Sanctuarij. vtrum-
que plenum simila conspersa oleo in sacrifi-
14 cium: * mortariolum ex decem siclis aureis
15 plenum incenso: * bouem de armento,&
arietẽ, & agnum anniculum in holocaustũ,
16 *hircumq. pro peccato: * & in sacrificio pa-
17 cificorum boues duos,arietes quinque, hir-
cos quinque, agnos anniculos quinque hæc
18 est oblatio Nahasson filij Aminadab. * Se-
cũdo die obtulit Nathaneel filius Suar,dux
19 de tribu Issachar, * acetabulum argenteum
appendens centum triginta siclos, phialam
argenteam habentẽ septuaginta siclos, iuxta
pondus Sanctuarij,vtrumque plenum simi-
20 la conspersa oleo in sacrificium:*mortario-
lum aureum habens decem siclos plenũ in-
21 censo: * bouem de armento, & arietem,&
22 agnũ anniculum in holocaustũ:* hircumq,
23 pro peccato: * & in sacrificio pacificorum
boues duos,arietes quinque,hircos quinque
agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio
24 Nathanael filij Suar. * Tertio die princeps
25 filiorum Zabulon Eliab filius Helon, * ob-
tulit acetabulũ argenteum appendẽs centũ
triginta siclos, phialam argenteã habentem
C septuaginta siclos ad pondus Sanctuarij, v-
trumq. plenum simila conspersa oleo in sa-
26 crificium: * mortariolum aureũ appendens
27 decem siclos plenum incenso: * bouẽ de ar-
mento, & arietem, & agnum anniculum in
28 holocaustum: * hircumque pro peccato:
29 * & in sacrificio pacificorum boues duos,
arietes quinque, hircos quinque,agnos anni-
culos quinq. hæc est oblatio Eliab filij He-
30 lõ.*Die quarto princeps filiorũ Ruben,Eli-
31 sur, filius Sedeur * obtulit acetabulũ argen-
teum appendens centũ triginta siclos, phia-
lam argenteam habẽtem septuaginta siclos
ad pondus Sanctuarij, vtrumq. plenum si-
32 mila conspersa oleo in sacrificium:* morta-
riolum aureũ appendens decem siclos ple-
33 num incenso:* bouem de armento, & arie-
tem ,& agnum anniculum in holocaustum.
*hir-

* hircumq. pro peccato: * & in hostias paci- 34
ficorũ boues duos,arietes quinq. hircos qn- 35
que, agnos anniculos quinq. hæc fuit obla-
tio Elisur filij Sedeur.*Die quinto princeps 36
filiorum Simeon Salamiel filius Surisaddai
*obtulit acetabulum argenteum appendens 37
centum triginta siclos, phialam argenteam
habentem septuaginta siclos ad pondus San-
ctuarij, vtrumque plenum simila conspersa
oleo in sacrificium:* mortariolum aureum 38
appendens decem siclos plenum incenso: * 39
bouem de armento, & arietem, & agnum
anniculum in holocaustum: * hircumque 40
pro peccato: * & in hostias pacificorum bo- 41
ues duos, arietes quinq. hircos quinq. agnos D
anniculos quinq. hæc fuit oblatio Salamiel
filij Surisaddai. * Die sexto princeps filiorũ 42
Gad, Eliasaph filius Duel * obtulit acetabu- 43
lum argenteum appendens centum triginta
siclos,phialam argenteam habentem septua
ginta siclos ad pondus Sanctuarij, vtrumq.
plenum simila conspersa oleo in sacrificiũ:
* mortariolum aureum appendens decem 44
siclos plenum incenso: * bouem de armẽto, 45
& arietem, & agnum anniculũ in holocau-
stum*hircumq. pro peccato: * & in hostias 46
pacificorum boues duos, arietes quinq hir- 47
cos quinq. agnos anniculos quinq. hæc fuit
oblatio Eliasaph filij Duel. * Die septimo 48
princeps filiorum Ephraim, Elisama filius
Ammiud,* obtulit acetabulum argenteum 49
appendens centum triginta siclos, phialam
argenteam habentem septuaginta siclos ad
pondus Sanctuarij, vtrumq. plenum simila
conspersa oleo in sacrificium: * mortariolũ 50
aureum appendens decem siclos plenum in
censo:*bouem de armento,& arietem,& a- 51
gnum anniculum in holocaustum: * hircũ 52
que pro peccato:*& in hostias pacificorum, 53
boues duos, arietes quinq. hircos quinque E
agnos anniculos qnq. hæc fuit oblatio Elisa-
ma filij Ammiud.* Die octauo princeps fi- 54
liorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur.
* obtulit acetabulum argenteum appendẽs 55
centum triginta siclos, phialam argenteam
habentem septuaginta siclos ad pondus San-
ctuarij, vtrumque plenum simila conspersa
oleo in sacrificium:* mortariolum aureum 56
appendens decem siclos, plenum incenso:* 57
bouem de armẽto,& arietem, & agnum
anniculum in holocaustum: * hircumque pro 58
peccato:* & in hostias pacificorum boues 59
duos,arietes quinque,hircos quinq.agnos an
niculos quinq. hæc fuit oblatio Gamaliel fi-
lij Phadassur.* Die nono princeps filiorum 60
Beniamin, Abidan filius Gedeonis, * obtu- 61
lit acetabulum argenteum appendens centũ
triginta siclos, phialam argenteam habentẽ
septuaginta siclos ad pondus Sanctuarij, v-
trumq. plenum simila conspersa oleo in fa-
crificium:*& mortariolum aureum appen- 62
dens decem siclos plenum incenso:*bouem 63
de armento, & arietem, & agnum annicu-
lum in holocaustum:*hircumq. pro pecca- 64
to, * & in hostias pacificorum boues duos, 65
F arietes quinque hircos quinq. agnos annicu-
los quinq. hæc fuit oblatio Abidan filij Ge-
66 deonis.* Die decimo princeps filiorũ Dan,
67 Ahiezer filius Ammisaddai*obtulit aceta-
bulum argenteum appendens centum tri-
ginta siclos, phialam argenteam habentem
septuaginta siclos ad pondus Sanctuarij, v-
trumque plenum simila conspersa oleo in
68 sacrificium:*mortariolum aureum appen-
69 dens decem siclos plenum incenso: *bouẽ
de armento,& arietem, & agnum anniculũ
70 in holocaustum:*hircumq pro peccato:*&
71 in hostias pacificorum boues duos, arietes
quinq.hircos quinq. agnos anniculos quinq.
hæc fuit oblatio Ahiezer filij Ammisaddai.
72 * Die vndecimo princeps filiorum Aser,
73 Phegiel filius Ochran*obtulit acetabulum
argenteum appendens centum triginta si-
clos, phialam argenteam habentem septua-
ginta siclos ad pondus Sanctuarij, vtrũque
plenum simila cõspersa oleo in sacrificium
74 * mortariolum aureum appendens decem
75 siclos plenum incenso; * bouem de armen-
to,& arietem,& agnum anniculum in holo-
76 caustum:*hircumq.pro peccato:* & in ho-
77 stias pacificorum boues duos, arietes quin-
que, hircos quinq. agnos anniculos quinque
78 hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran.*Die
duodecimo princeps filiorum Nephthali,
79 Ahira filius Enan * obtulit acetabulum ar-
genteum appendens centum triginta siclos,
phialam argenteam habentem septuaginta
siclos ad pondus Sanctuarij, vtrũ plenũ si-
G mila oleo conspersa in sacrificium.*morta-
80 riolum aureum appendens decem siclos,
81 plenum incenso:*bouem de armento,& a-
rietem, & agnum anniculum in holocaustũ
82 *hircumq.pro peccato:*& in hostias pacifi-
83 corum boues duos, arietes quinque,hircos
quinque agnos anniculos quinq hæc fuit ob-
84 latio Ahira filij Enan. * Hæc in dedicatio-
ne altaris oblata sunt à principibus Israel,
in die,qua consecratum est acetabula argẽ-
tea duodecim phialæ argenteæ duodecim:
85 mortariola aurea duodecim: * ita vt centũ
triginta siclos argenti haberet vnum aceta-
bulum, & septuaginta siclos haberet vna
phiala,id est,in commune vasorum omniũ
ex argento sicli duo millia quadringenti:põ-
86 dere Sanctuarij * mortariola aurea duode-
cim plena incenso denos siclos appendentia
pondere Sanctuarij:idest,simul auri sicli cẽ-
87 tũ viginti: * boues de armento in holocau-
stum duodecim,arietes duodecim,agni an-
niculi duodecim,& libamenta eorum: hir-
88 ci duodecim pro peccato.* In hostias paci-
ficorum, boues viginti quatuor, arietes sexa-
ginta,hirci sexaginta,agni anniculi sexagin-
ta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris,
89 quando vnctum est.* Cumq. ingrederetur
Moyses tabernaculum fœderis, vt cõsuleret
oraculum, audiebat vocem loquentis ad se
de propitiatorio,quod erat super arcam te-
stimonij inter duos Cherubim, vnde & lo-
quebatur ei,

CAP.

CAP. VIII.

LOcutusq.est Dñs ad Moysen,dicẽs:* Lo- 1
quere Aaron, & dices ad eũ : Cum po- 2
sueris septẽ lucernas , candelabrũ in austra- A
li parte erigatur. Hoc igitur præcipe vt lucer
næ contra boreã è regione respiciant ad mẽ-
sam panum propositionis , contra eam par-
tem,quam candelabrum respicit , lucere de-
bebunt.* Fecitq. Aaron,& imposuit lucernas 3
super cãdelabrum, vt præceperat Dominus
Moysi.*Hæc autem erat factura candelabri, 4
ex auro ductili,tam medius stipes,quam cũ-
cta,quæ ex vtroq. calamorum latere nascebã
tur:iuxta exemplũ, quod ostendit Dominus
Moysi,ita operatus est candelabrum.* Et lo- 5
cutus est Dñs ad Moysen,dicẽs.* Tolle Le- 6
uitas de medio filiorum Israel,& purificabis
eos*iuxta hunc ritum:Aspergantur aqua lu- 7
strationis, & radant omnes pilos carnis suæ B
Cumq. lauerint vestimenta sua,& mundati
fuerint,*tollent bouem de armentis:& liba- 8
mentum eius similam oleo conspersam: bo-
uem aũt alterum de armento tu accipies pro
peccato: * & applicabis Leuitas coram taber- 9
naculo fęderis , conuocata omni multitudi-
ne filiorũ Israel.* Cumq. Leuitæ fuerint co- 10
ram Domino,ponent filij Israel manus suas
super eos.*& offeret Aaron Leuitas,munus 11
in cõspectu Domini à filijs Israel, vt seruiãt
in ministerio eius. * Leuitæ quoque ponent 12
manus suas super capita boum , è quibus
vnum facies pro peccato, & alterum in ho-
locaustum Domini, vt depreceris pro eis.* 13
Statuesque Leuitas in cõspectu Aaron,& fi-
liorum eius , & consecrabis oblatos Domi- C
no, * ac separabis de medio filiorum Israel, 14
vt sint mei,*& postea ingredientur taberna- 15
culum fęderis,vt seruiant mihi. Sicq. purifi-
cabis , & consecrabis eos in oblationem Do-
mini : quoniam dono donati sunt mihi à fi-
lijs Israel.* " Pro primogenitis,quæ aperiũt 16 — " Sup. 3. b.12.
omnem vuluam in Israel,accepi eos. * Mea 17 — Exo. 13. a.2.
sunt enim omnia primogenita filiorum I-
srael , tam ex hominibus, quam ex iumentis — Luc. 2. d. 23.
Ex die quo percussi omne primogenitum in
Terra Ægypti,sanctificaui eos mihi:*& tu- 18
li Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum
Israel:* tradidique eos dono Aaron,& filijs 19
eius de medio populi , vt seruiant mihi pro
Israel in tabernaculo fęderis,& [illegible] orent pro
eis,ne sit in populo plaga,si ausi fuerint acce-
dere ad Sanctuarium.* Feceruntque Moy- 20
ses, & Aaron, & omnis multitudo filiorum D
Israel super Leuitis,quæ præceperat Domi-
nus Moysi:*purificatiq.sunt,& lauerunt ve- 21
stimenta sua. Eleuauitque eos Aaron in con-
spectu Domini,& orauit pro eis,*vt purifi- 22
cati ingrederentur ad officia sua in taberna-
culum fœderis coram Aaron , & filijs eius.
Sicut præceperat Dominus Moysi de Leui-
tis,ita factum est. * Locutusq. est Dominus 23
ad Moysen,dicens.*Hęc est lex Leuitarum. 24
A vigintiquinq.annis,&supra,ingredientur
vt ministrent in tabernaculo fœderis,* Cũ- 25
que quinquagesimum annum ætatis im-
26 pleuerint, seruire cessabunt:*eruntq. mini-
stri fratrum suorum in tabernaculo fœde-
ris, vt custodiant quæ sibi fuerint commen-
data,opera autem ipsa non faciant. Sic di-
spones Leuitis in custodijs suis.

CAP. IX.

1 LOcutus est Dñs ad Moysẽ in deserto Si-
A nai anno secundo, postquã egressi sunt
2 de Terra Ægypti,mense primo dicens:*"Fa — " Exo.12 a.2.
3 ciant filij Israel Phase in tẽpe suo,*quartade-
cima die mensis huius ad vesperam , iuxta
4 omnes ceremonias, & iustificationes eius.*
Pręcepitq. Moyses filijs Israel vt facerẽt Pha
5 se. * Qui fecerunt tempore suo:quartadeci-
ma die mensis ad vesperam in mõte Sinai.
Iuxta omnia , quæ mandauerat Dñs Moysi,
6 fecerunt filij Israel. * Ecce aũt quidam im-
mundi super anima hominis,qui non pote-
rant facere Phase in die illo , accedentes ad
7 Moysen,& Aaron,*dixerunt eis: Immundi
B sumus super anima hominis,quare frauda-
mur , vt non valeamus oblationem offerre
Domino in tempore suo inter filios Israel?
8 *Quib.rñdit Moyses:State vt consulã quid
9 pręcipiat Dñs de vobis. * Locutusq. est Dñs
10 ad Moysen, dicens: * Loquere filijs Israel:
Hõ qui fuerit immundus super anima,siue
in via procul in gente vestra, faciat Phase [illegible]
11 Dño,*in mense secundo, quartadecima die
mensis ad vesperam : cum azymis, & lactu-
12 cis agrestibus comedent illud : * non relin- — " Exo.12 g.46.
quent ex eo quippiam vsq. mane," & os eius
nõ confringent,omnem ritum Phase obser- — Ioan.19, f.37.
13 uabunt.*Si quis aũt,& mundus est,& in iti-
nere non fuit,& tñ non fecit Phase,extermi-
C nabitur anima illa de populis suis , quia sa-
crificium Dño nõ obtulit tempore suo: pec-
14 catũ suum ipse portabit : *Peregrinus quo-
que , & aduena si fuerint apud vos , facient
Phase Dño iuxta ceremonias,& iustificatio-
nes eius. Præceptum idem erit apud vos tã
15 aduenæ,quam indigenæ. *" Igitur die,qua — " Exo.40 b.16.
erectum est tabernaculum,operuit illud nu-
bes. A vespere autem super tentorium erat
16 quasi species ignis vsq. mane * sic fiebat iu-
giter:per diem operiebat illud nubes, & per
17 noctem quasi species ignis. * Cumque abla-
ta fuisset nubes,quæ tabernaculum protege-
bat, tunc proficiscebantur filij Israel, & in
loco vbi stetisset nubes, ibi castra metaban-
18 tur. * Ad imperium Domini proficiscceban-
tur, & ad imperium illius figebant taberna-
culum. " Cunctis diebus,quibus stabat nu- — " 1. Cor. 10. a.1.
bes super tabernaculum , manebant in eodẽ
19 loco:*& si euenisset vt multo tempore ma-
D neret super illud , erant filij Israel in excu-
20 bijs Domini, & non proficiscebatur * quot
diebus fuisset nubes super tabernaculũ. Ad
imperium Domini erigebant tentoria, & ad
21 imperium illius deponebant *Si fuisset nu-
bes à vespere vsq. mane , & statim diluculo
tabernaculum reliquisset, proficiscebantur:
& si post diem,& noctem recessisset,dissipa
22 bant tẽtoria,* Si verò biduo,aut vno mẽse,
vel

vel longiori tẽpore fuisset super tabernacu-
lum,manebant filij Israel in eodem loco, &
non proficiscebantur:statim autem vt reces-
sisset,mouebant castra.* Per verbũ Domini 23
figebant tentoria , & per verbum illius pro-
ficiscebantur : erantque in excubijs Domini
iuxta imperium eius per manum Moysi .

CAP. X.

LOcutusque est Dominus ad Moysen,di- 1
cens:* Fac tibi duas tubas argenteas du- 2
ctiles , quibus conuocare possis multitudinẽ A
quando mouenda sunt castra.* Cumque in- 3
crepueris tubis , congregabitur ad te omnis
turba ad ostium tabernaculi fœderis.* Si se- 4
mel clangueris , venient ad te principes, &
capita multitudinis Israel . * Si autem proli- 5
xior,atque concisus clangor increpuerit, mo-
uebunt castra primi, qui sunt ad orientalem
plagam . * In secundo autem sonitu,& pari 6
vlulatu tubæ,leuabunt tentoria qui habitant
ad meridiem, & iuxta hunc modum reliqui
facient , vlulantibus tubis in profectionem.
* Quando autem congregãdus est populus, 7
simplex tubarum clangor erit , & non con-
cisè vlulabunt. * Filij autem Aaron sacer- 8
dotes clangent tubis: eritque hoc legitimum
sempiternum in generationibus vestris . * Si 9
exieritis ad bellũ de terra vestra contra ho-
stes, qui dimicant aduersum vos , clangetis B
vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri
coram Domino Deo vestro, vt eruamini de
manibus inimicorum vestrorum.* Si quan- 10
do habebitis epulum,& dies festos,& calen-
das, canetis tubis super holocaustis , & paci-
ficis victimis , vt sint vobis in recordatio-
nem Dei vestri . ego Dominus Deus vester.
* Anno secundo , mense secundo, vigesima 11
die mensis eleuata est nubes de tabernacu-
lo fœderis:* profectique sunt filij Israel per 12
turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nu
bes in solitudine Pharan . * Moueruntque 13
" Sup. 1. a.7. — castra primi iuxta imperiũ Domini in ma-
nu Moysi , * " Filij Iuda per turmas suas : 14
quorum princeps erat Nahasson filius Ami
nadab. * In tribu filiorũ Issachar fuit prin- 15
ceps Nathanael filius Suar.* In tribu Zabu- 16
lon erat princeps Eliab filius Helon . * De- 17
positumque est tabernaculum,quod portan-
tes egressi sunt filij Gerson,& Merari * Pro- 18
fectique sunt,& filij Rubẽ,per turmas, & or
dinem suum ; quorum princeps erat Heli- C
sur filius Sedeur. * In tribu autem filiorum 19
Simeon princeps fuit Salamiel filius Suri-
saddai . * Porro in tribu Gad erat princeps 20
Eliasaph filius Duel . * Profectique sunt,& 21
Caathitæ portantes Sanctuarium:* Tandiu
tabernaculum portabatur , donec venirent
ad erectionis locum . * Molierunt castra,& 22
filij Ephraim p turmas suas, in quorũ exer-
citu princeps erat Elisama filius Ammiud .
* In tribu autem filiorũ Manasse princeps 23
fuit Gamaliel filius Phadassur,* & in tribu 24
Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis.
25 * Nouissimi castrorũ omniũ profecti sunt
filij Dan per turmas suas, in quorum exerci-
tu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.
26 * In tribu autem filiorũ Aser erat princeps
27 Phegiel filius Ochran . * Et in tribu filiorũ
Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan .
28 * Hæc sunt castra , & profectiones filiorum
Israel per turmas suas quando egrediebau-
29 tur. * Dixitque Moyses Hobab filio Raguel
Madianitæ, cognato suo: Proficiscimur ad
locũ,quem Dominus daturus est nobis: veni
D nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Domi-
30 nus bona promisit Israeli. * Cui ille respon-
dit: Nõ vadam tecum, sed reuertar in terrã
31 meam,in qua natus sum . * Et ille: Noli,in-
quit, nos relinquere tu enim nosti, in quibus
locis per desertum castra ponere debeamus,
32 & eris ductor noster. * Cumque nobiscum
veneris, quidquid optimũ fuerit ex opibus ,
quas nobis traditurus est Dominus, dabim9
33 tibi.* Profecti sunt ergo de Monte Domini
viam trium dierum,arcaq. fœderis Domini
præcedebat eos, per dies tres prouidens ca-
34 strorum locum . * Nubes quoque Domini
super eos erat per diem cum incederent .
35 * Cumque eleuaretur arca,dicebat Moyses:
" Surge Domine , & dissipentur inimici tui , — " Ps. 67. a.2.
36 & fugiant qui oderunt te,à facie tua.* Cum
autem deponeretur,aiebat: Reuertere Domi
ne ad multitudinem exercitus Israel .

CAP. XI.

1 INterea ortum est " murmur populi, quasi — " Ps. 77. c.19.
A dolentium pro labore , contra Domi-
num . Quod cum audisset Dominus, iratus — " Ps. 77. c.21.
est . Et " accensus in eos ignis Domini de-
2 uorauit extremam castrorum partem.* Cũ-
que clamasset populus ad Moysen , orauit
Moyses ad Dominũ , & absorptus est ignis .
3 * Vocauitque nomen loci illius . Incensio :
eo quod incẽsus fuisset contra eos ignis Do-
4 mini . * Vulgus quippe promiscuum, quod
ascenderat cum eis , flagrauit desiderio , se-
dens,& flens,iunctis sibi pariter filijs Israel ,
& ait : " Quis dabit nobis ad vescendum car- — " 1. Cor. 10.a.3.
5 nes ? * Recordamur piscium, quos comede-
B bamus in Aegypto gratis : in mentem nobis
veniunt cucumeres,& pepones, porriq. & ce
6 pe,& allia . * Anima nostra arida est , nihil
7 aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. * " E- — " Exo.16 c.14.
rat autem Man quasi semen coriandri, colo-
8 ris bdellij . * Circuibatq. populus,& colligẽs — Sap. 16. c.20.
illud, frangebat mola, siue terebat in morta-
rio,coquens in olla , & faciens ex eo tortulas — Ps. 77.c 24.
9 saporis quasi panis oleati.* Cumque descen-
deret nocte super castra ros, descendebat pa — Ioan. 6. d.31.
10 riter,& Man.* Audiuit ergo Moyses flentẽ
populum per familias, singulos per ostia ten
torij sui. Iratusq. est furor Domini valde sed
11 & Moysi intoleranda res visa est.* & ait ad
Dominum: Cur afflixisti seruũ tuum ? qua-
C re non inuenio gratiam coram te?& cur im-
posuisti pondus vniuersi populi huius super
12 me? * Numquid ego concepi omnem hanc
mul-

multitudinē, vel genui eam, vt dicas mihi:
Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nu-
trix infantulum, & defer in terram, pro qua
iurasti patribus eorum?* Vnde mihi carnes 13
vt dem tantæ multitudini? flent contra me,
dicentes: Da nobis carnes vt comedamus.
* Non possum solus sustinere omnem hunc 14
populum, quia grauis est mihi. * Sin aliter ti- 15
bi videtur obsecro vt interficias me, & inue-
niam gratiam in oculis tuis, ne tantis affi-
ciar malis. * Et dixit Dominus ad Moysen: 16
Cōgrega mihi septuaginta viros de senibus
Israel, quos tu nosti qđ senes populi sint ac
magistri, & duces eos ad ostium tabernacu-
li fœderis, faciesque ibi stare tecum, * vt de- 17
scendam, & loquar tibi: & auferam de spiri- D
tu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum
onus populi, & non tu solus graueris. * Po- 18
pulo quoque dices: Sanctificamini: cras co-
medetis carnes, ego enim audiui vos dicere:
Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis
erat in Aegypto. Vt det vobis Dominus car-
nes, & comedatis: * non vno die, nec duo- 19
bus, vel quinque aut decem, nec viginti qui-
dem, *sed vsque ad mensem dierum, donec 20
exeat p nares vestras, & vertatur in nauseā,
eo quod repuleritis Dominū, qui in medio E
vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes:
Quare egressi sumus ex Aegypto? * Et ait 21
Moyses: Sexcenta millia peditum huius po-
puli sunt, & tu dicis: Dabo eis esum carnium
mense integro? * " Numquid ouium, & boū 22
multitudo cædetur, vt possit sufficere ad ci-
bum? vel omnes pisces maris in vnum con-
gregabuntur, vt eos satient? * Cui respondit 23
Dominus: " Numquid manus Domini in-
ualida est? Iam nūc videbis vtrum meus ser-
mo opere compleatur. * Venit igitur Moy- 24
ses, & narrauit populo verba Domini, con-
gregans septuaginta viros de senibus Israel, F
quos stare fecit circa tabernaculum. * Descē- 25
ditque Dominus per nubem, & locutus est
ad eum, auferens de spiritu, qui erat in Moy
se, & dans septuaginta viris. Cumq. requi-
euisset in eis Spiritus, prophetauerunt, nec vl-
tra cessauerunt. * Remanserant autem in ca 26
stris duo viri, quorum vnus vocabatur El-
dad, & alter Medad, sup quos requieuit Spi-
ritus, nā & ipsi descripti fuerant, & non exie-
rant ad tabernaculum. * Cumque propheta- 27
rent in castris, cucurrit puer, & nunciauit
Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant
in castris. * Statim Iosue filius Nun, mini- 28
ster Moysi, & electus è pluribus, ait, Domine
mi Moyses prohibe eos. * At ille: Quid, in- 29
quit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis
populus prophetet, & det eis Dominus Spi-
ritum suum? * Reuersusque est Moyses, & 30
maiores natu Israel in castra. * " Ventus au- 31
tem egrediens à Domino arreptans trans G
mare coturnices detulit, & dimisit in castra
itinere quantum vno die confici potest, ex
omni parte castrorum per circuitum, vola-
bantque in aere duob. cubitis altitudine su-
per terram. * Surgens ergo populus toto die 32

" Ioan.6. b.10.
" Is. 59. a.1.
" Ps.77. c.26.

illo, & nocte, ac die altero, congregauit cotur-
nicum, qui parum decem coros: & siccaue-
33 runt eas per gyrum castrorum. * " Adhuc
carnes erant in dentibus eorum, nec defece-
rat huiuscemodi cibus: & ecce furor Domi-
ni concitatus in populum, percussit eū plaga
34 magna nimis. * Vocatusque est ille locus,
Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelie-
runt populum, qui desiderauerat. Egressi au-
tem de Sepulchris concupiscentiæ, venerunt
in Haseroth, & manserunt ibi.

" Ps.77. d.30.

CAP. XII.

1 A LOcutaq. est Maria, & Aaron cōtra Moy-
sen propter vxorem eius, Aethiopissam
2 * & dixerūt: Num per solum Moysen locu-
tus est Dominus? nōne, & nobis similiter est
3 locutus? Quod cum audisset Dñs. (* Erat n.
Moyses vir mitissimus super omnes homi-
4 nes qui morabantur in terra) * statim locu-
tus est ad eum, & ad Aaron, & Mariam: Egre
B dimini vos tantum tres ad tabernaculū fœ-
5 deris. Cumque fuissent egressi, * descendit
Dominus in columna nubis, & stetit in in-
troitu tabernaculi vocans Aarō, & Mariam,
6 Qui cum issent, * dixit ad eos: Audite sermo
nes meos: Si quis fuerit inter vos propheta
Domini, in visione apparebo ei, vel per som-
7 nium loquar ad illum. * At non talis seruus
meus Moyses, " qui in omni domo mea fi-
8 delissimus est: * " ore enim ad os loquor ei:
& palam, & nō per ænigmata, & figuras Do-
C minum videt. Quare ergo non timuistis de-
9 trahere seruo meo Moysi? * Iratusq. contra
10 eos, abijt: * nubes quoque recessit, quæ erat
super tabernaculū: & ecce Maria apparuit
candens lepra quasi nix. Cumq. respexisset
11 eam Aaron, & vidisset perfusam lepra. * ait
ad Moysen: Obsecro domine mi, ne impo-
nas nobis hoc peccatum, quod stulte com-
12 misimus, * ne fiat hæc quasi mortua, & vt
D abortiuum, quod proijcitur de vulua ma-
tris suæ, ecce iam medium carnis eius deuo-
13 ratum est à lepra. * Clamauitq. Moyses ad
Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.
14 * Cui respōdit Dominus: Si pater eius spuis-
set in faciem illius, nonne debuerat saltem
septem diebus rubore suffundi? Separetur
septem diebus extra castra, & postea reuoca-
15 bitur. * Exclusa est itaque Maria extra ca-
stra septem diebus, & populus non est mo-
tus de loco illo, donec reuocata est Maria.

" He.3. a.2.
" Ex.33. c.11.

CAP. XIII.

1 A PRofectusq. est popul⁹ de Haseroth fixis
tentorijs in deserto Pharan. * ibiq. locu-
2 tus est Dominus ad Moysen, dicens: * Mit-
3 te viros, qui considerent Terram Chanaan,
quam daturus sum filijs Israel, singulos de
4 singulis tribubus, ex principib. * Fecit Moy-
ses quod Dominus imperauerat, de deserto
B Pharan mittens principes viros, quorum ista
5 sunt nomina. * De tribu Ruben, Sammua
filium

filium Zechur. * De tribu Simeon Saphat 6
filium Huri. * De tribu Iuda, Caleb filium 7
Iephone. * De tribu Issachar, Igal filium Io- 8
seph. * De tribu Ephraim, Osee filiū Nun. 9
* De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. 10
* De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. 11
* De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi fi- 12
lium Susi. * De tribu Dan, Amiel filium 13
Gemalli. * De tribu Aser, Sthur, filium Mi- 14
chael. * De tribu Nephthali, Nahabi filium 15
Vapsi * De tribu Gad, Guel filium Machi. 16
* hæc sunt nomina virorū, quos misit Moy- 17
ses ad considerandam Terrā: vocauitq. O- C

18 see filium Nun, Iosue. * misit ergo eos Moy
ses ad considerandam Terram Chanaan, &
dixit ad eos: Ascendite per meridianā pla-
19 gam. Cumq. veneritis ad Montes. * Consi-
derate Terram, qualis sit: & populū qui ha-
bitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus:
20 si pauci numero an plures: * ipsa terra, bo-
na an mala vrbes quales, muratæ an absque
21 muris. * humus, pinguis an sterilis, nemoro-
sa an absque arboribus. Confortamini, & af-
ferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem
tēpus quando iam præcoquæ vuæ vesci pos-
22 sunt. * Cumq. ascendissent, explorauerunt



Terram à deserto Sin, vsque Rohob, intrātī- D
bus Emath. * Ascenderuntq. ad meridiem, 23
& venerunt in Hebron, vbi erant Achiman,
& Sisai, & Tholmai filij Enac, nam Hebron
septem annis ante Tanim vrbem Aegypti
condita est. * " Pergentesque vsque ad Tor- 24
rentem botri, absciderunt palmitem cū vua
sua, quem portauerūt in vecte duo viri. De E
malis quoque granatis, & de ficis loci illius
tulerunt: * qui appellatus est Nehelescol, id 25
est, Torrens botri, eo quòd botrū portassent
inde filij Israel. * Reuersique exploratores 26
Terræ post quadraginta dies, omni regione
circuita, * venerunt ad Moysen, & Aaron 27
& ad omnem cœtum filiorum Israel in de-
sertum Pharan, quod est in Cades. Locutiq.
eis, & omni multitudini ostēderunt fructus
Terræ: * & narrauerunt, dicentes: Venimus 28
in terram, ad quam misisti nos, quæ re vera F
fluit lacte, & melle, vt ex his fructib. cogno-
sci potest: * sed cultores fortissimos habet, & 29
vrbes grandes, atque muratas. Stirpem Enac
vidimus ibi. * Amalec habitet in meridie. 30
Hethæus, & Iebusæus, & Amorrhæus in mō
tanis; Chananæus verò moratur iuxta mare,

" Deu.1. d.24.

31 & circa fluenta Iordanis. * Inter hæc Caleb
compescens murmur populi, qui oriebatur
contra Moysen, ait: Ascendamus, & possi-
G deamus Terram, quoniam poterimus obti-
32 nere eam. * Alij verò, qui fuerant cum eo, di
cebant: Nequaquam ad hunc populū vale-
33 mus ascendere, quia fortior nobis est. * De-
traxeruntque Terræ, quam inspexerāt apud
filios Israel, dicentes: Terra, quām lustraui-
mus, deuorat habitatores suos: populus, quē
34 aspeximus, proceræ staturæ est. * Ibi, vidi-
mus monstra quædam filiorū Enac de ge-
nere giganteo: quibus comparati, quasi locu-
stæ videbamur.

CAP. XIV.

1 IGitur vociferās omnis turba fleuit nocte
2 illa, * & murmurati sunt contra Moysen
A & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: * Vti-
3 nam mortui essemus in Aegypto, & in hac
vasta solitudine vtinam pereamus, & nō in-
ducat nos Dominus in terram istam, ne ca-
dam⁹ gladio, & vxores, ac liberi nostri ducā
tur captiui, Nonne melius est reuerti in Ae-
gyptum

gyptum? * Dixeruntque alter ad alterum: 4
Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur
in Ægyptum. * Quo audito Moyſes, & Aa- 5
ron ceciderunt proni in terram coram om-
ni multitudine filiorum Iſrael. * " At verò 6
Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone,
qui & ipſi luſtrauerant terram, ſciderunt ve-
ſtimenta ſua, * & ad omnem multitudinem 7
filiorum Iſrael locuti ſunt: Terra, quam cir-
cuiuimus, valdè bona eſt, * ſi propitius fue- 8
rit Dominus, inducet nos in eam, & tradet
humum lacte, & melle manantem. * Noli- 9
te rebelles eſſe contra Dominum: nequeti-
meatis populum terræ huius, quia ſicut pa-
nem ita eos poſſumus deuorare. receſsit ab
eis omne præſidium: Dominus nobiſcum
eſt, nolite metuere. * Cumque clamaret om- 10
nis multitudo, & lapidibus eos vellet oppri-
mere, apparuit gloria Domini ſuper tectum
fœderis cunctis filijs Iſrael. * Et dixit Do- 11
minus ad Moyſen: Vſquequo detrahet mi-
hi populus iſte? Quouſque non credent mi-
hi in omnibus ſignis, quæ feci coram eis? * 12
Feriam igitur eos peſtilentia, atque conſu-
mam: te autem faciam principem ſuper gē-
tem magnam, & fortiorem, quam hæc eſt.
* Et ait Moyſes ad Dominum: Vt audiant 13
Aegyptij, de quorum medio eduxiſti popu- C
lum iſtum, * & habitatores Terræ huius, 14
qui audierunt, quod tu Domine in populo
iſto ſis, & facie videaris ad faciem, " & nu-
bes tua protegat illos, & in columna nubis
præcedis eos per diem, & in columna ignis
per noctem: * quod occideris tantam multi- 15
tudinem quaſi vnum hominem, & dicant:
* Non poterat introducere populum in ter- 16
ram, pro qua iurauerat: " idcirco occidit eos
in ſolitudine. * Magnificetur ergo fortitu- 17
do Domini ſicut iurauiſti, dicens: * " Dominus 18
patiens, & multæ miſericordiæ, auferens ini-
quitatem, & ſcelera, nullumque innoxium
derelinquens, qui viſitas peccata patrum in
filios in tertiam, & quartam generationem.
* Dimitte, obſecro, peccatum populi huius 19
ſecūdum magnitudinem miſericordiæ tuę, D
ſicut propitius fuiſti egredientibus de Aegy-
pto vſque ad locum iſtum. * Dixitque Do- 20
minus: Dimiſi iuxta verbum tuum: * Vi- 21
uo ego, & implebitur gloria Domini vniuer-
ſa terra. * Attamen omnes homines, qui vi- 22
derunt maieſtatem meam, & ſigna, quæ fe-
ci in Aegypto, & in ſolitudine, & tentauerūt
me iam per decem vices, nec obedierunt vo-
ci meæ, * " non videbunt Terram, pro qua 23
iurauī patribus eorum, nec quiſquam ex il-
lis, qui detraxit mihi, intuebitur eam. * " Ser- 24
uum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu
ſecutus eſt me, inducam in Terram hanc,
quam circuiuit: & ſemen eius poſsidebit
eam. * Quoniam Amalecites, & Chana 25
næus habitant in vallibus. Cras mouete E
caſtra, & reuertimini in ſolitudinem per
viam Maris rubri. * Locutuſque eſt Domi- 26
nus ad Moyſen, & Aaron, dicens: * Vſque- 27
quo multitudo hęc peſsima murmurat con-

"Eccl 46 b.9
1. Mac. 2.f.55 56
"Exo.13. d. 21.
"Exo.32. f. 28.
" Pſ. 102. b.8.
Exo. 34. a.6.
"Deut.1. f. 35.
" Ioſ. 14. b.6.

28 tra me? querelas filiorū Iſrael audiui. * Dic
ergo eis: Viuo ego, ait Dominus: ſicut lo-
cuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis.
29 * " In ſolitudine hac iacebunt cadauera ve- " Pſ.10.
ſtra: Omnes, qui numerati eſtis à viginti an- b.26.
nis, & ſupra, & murmuraſtis contra me, Deut.1.
30 * non intrabitis Terram, ſuper quam leua- f. 41.
ui manum meam, vt habitare vos facerem,
præter Caleb filium Iephone, & Iosue filiū
31 Nun. * Paruulos autem veſtros, de quibus
dixiſtis, quod prædæ hoſtibus forent, intro-
ducam, vt videant Terram, quæ vobis di-
32 ſplicuit, * veſtra cadauera iacebunt in ſoli-
33 tudine. * Filij veſtri erunt vagi in deſerto
annis quadraginta, & portabunt fornicatio-
nem veſtram, donec cōſumantur cadauera
34 patrū in deſerto, * iuxta numerum quadra-
F ginta dierum, quibus cōſideraſtis Terram:
" annus pro die imputabitur. " Et quadra- " Exec.4.
ginta annis recipietis iniquitates veſtras, & b.8.
35 ſcietis vltionem meā: * quoniam ſicut locu- " Pſ. 94.
tus ſum, ita faciam omni multitudini huic b.10.
peſsimæ, quæ conſurrexit aduerſum me: in
36 ſolitudine hac deficiet, & morietur. * " Igitur " Iudith.
omnes viri, quos miſerat Moyſes, ad cōtem- 8.c 24.
plandam Terram, & qui reuerſi murmura- 1.Co.10.
re fecerant contra eū omnem multitudinē, b.10.
37 detrahentes Terræ, quod eſſet mala, * mor- Heb.3.d
tui ſunt, atque percuſsi in conſpectu Domi- 17.
38 ni. * Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iudæ 1.
Iephone vixerunt ex omnibus, qui perrexe- b.5.
39 rant ad conſiderandam Terram. * Locu-
G tuſque eſt Moyſes vniuerſa verba hæc ad
omnes filios Iſrael, & luxit populus nimis.
40 * Et ecce mane primo ſurgentes aſcenderūt
verticem montis, atque dixerunt: Paratiſu-
mus aſcendere ad locum, de quo Dominus
41 locutus eſt: quia peccauimus. * Quib. Moy-
ſes: Cur, inquit, tranſgredimini verbum Do-
mini, quod vobis non cedet in proſperum?
42 * " Nolite aſcendere: Non enim eſt Domi- "Deut.1.
nus vobiſcum: ne corruatis coram inimicis g 42.
43 veſtris. * Amalecites, & Chananęus ante vos
ſunt, quorum gladio corruetis, eo quòd no-
luieritis acquieſcere Domino, nec erit Domi-
44 nus vobiſcum. * At illi contenebrati aſcen-
derunt in verticem montis. Arca autem te-
ſtamenti Domini, & Moyſes non receſſerūt
45 de caſtris. * Deſcēditque Amalecites, & Cha-
nanæus, qui habitabat in monte, & percu-
tiens eos, atque concidens, perſecutus eſt
eos vſque Horma.

C.A P. XV.

1 LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicēs:
2 * Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos.
A Cum ingreſsi fueritis Terram habitationis
3 veſtræ, quam ego dabo vobis, * & feceritis
oblationem Domino in holocauſtum, aut
victimam, vota ſoluentes, vel ſponte offe-
rentes munera, aut in ſolemnitatibus ve-
ſtris adolentes odorem ſuauitatis Domino,
4 de bobus ſiue de ouibus: * offeret quicūque
immolauerit victimam, ſacrificiū ſimilæ,
decimam partem ephi, conſperſæ oleo, quod
men-

menſuram habebit quartam partem hin:
* & vinum ad liba fundenda eiuſdem men- 5
ſuræ dabit in holocauſtum, ſiue in victimā
Per agnos ſingulos, * & arietes erit ſacrificiū 6
ſimilæ duarum decimarum, quæ conſperſa
eſt oleo tertiæ partis hin: * & vinum ad liba- 7
mentum tertiæ partis eiuſdem menſuræ of-
feret in odorem ſuauitatis Dño. * Quan- 8
do verò de bobus feceris holocauſtum, aut B
hoſtiam, vt impleas votū, vel pacificas vi-
ctimas, * dabis per ſingulos boues ſimilæ 9
tres decimas cōſperſæ oleo, quod habeat me
dium menſuræ hin: * & vinum ad liba fun- 10
denda eiuſdē menſuræ in oblationem ſua-
uiſſimi odoris Dño. * Sic facies per ſingu- 11
los boues, & arietes, & agnos, & hædos. * Tā 12
indigenæ, quàm peregrini * eodem ritu offe- 13
rent ſacrificia. * Vnum præceptū erit atque 14
iudicium tā vobis, quam aduenis terræ. * Lo 15
cutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: * Lo 16
quere filijs Iſrael, & dices ad eos: * Cum 17
veneritis in terram, quam dabo vobis, * & 18
comederitis de panibus regionis illius, ſepa- 19
rabitis primitias Domino * de cibis veſtris. 20
Sicut de areis primitias ſeparatis, * ita & de 21
pulmentis dabitis primitiua Dño. * Quod 22
ſi per ignorantiā præterieritis quidquam ho
rum, quæ locutus eſt Dominus ad Moyſen,
* & mandauit per eum ad vos, à die qua cę- 23
pit iubere, & vltra, * oblitaque fuerit facere 24
multitudo: offeret vitulum de armento, ho- C
locauſtum in odorem ſuauiſſimum Domi-
no, & ſacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ
poſtulant, hircumq pro peccato: * & roga- 25
bit ſacerdos pro omni multitudine filiorum
Iſrael: & dimittetur eis, quoniam non ſpon-
te peccauerunt, nihilominus offerentes in-
cēſum Domino pro ſe, & pro peccato, atque
errore ſuo: * & dimittetur vniuerſæ plebi ſi 26
liorum Iſrael, & aduenis, qui peregrinantur
inter eos: quoniam culpa eſt omnis populi
per ignorantiam. * Quod ſi anima vna ne- 27
ſciens peccauerit, offeret capram anniculam
pro peccato ſuo: * & deprecabitur pro ea ſa 28
cerdos, quod inſcia peccauerit coram Domi-
no: impetrabitq. ei veniam, & dimittetur
illi. * Tam indigenis quam aduenis vna lex 29
erit omnium, qui peccauerint ignorantes.
* Anima vero, quæ per ſuperbiam aliquid 30
cōmiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus,
(quoniā aduerſus Dominum rebellis fuit)
peribit de populo ſuo: * verbum enim Do- 31
mini contempſit, & præceptum illius fecit D
irritum: idcirco delebitur, & portabit ini-
quitatem ſuam. * Factum eſt autem, cum 32
eſſent filij Iſrael in ſolitudine: & inueniſſent
hominem colligentem ligna in die Sabba-
ti. * obtulerūt eum Moyſi, & Aaron, & vni- 33
uerſæ multitudini. * Qui recluſerunt eum 34
in carcerem, neſcientes quid ſuper eo facere
deberent. * Dixitque Dominus ad Moyſen: 35
Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapi-
dibus omnis turba extra caſtra. * Cumque 36
eduxiſſent eum foras, obruerunt lapidibus,
& mortuus eſt ſicut præceperat Dominus,

37 * Dixit quoq. Dñs ad Moyſen: * Loquere fi-
38 lijs Iſrael, & dices ad eos " vt faciant ſibi fim "Deu.22
brias per angulos palliorum, ponētes in eis b.12.
39 vittas hyacinthinas: * quas cum viderint re Mat. 23.
cordentur omnium mandatorum Dñi, nec a.5.
ſequātur cogitationes ſuas, & oculos per res
40 varias fornicantes, * ſed magis memores
præceptorū Domini faciant ea, ſintq. ſancti
41 Deo ſuo. * Ego Dñs Deus veſter, qui eduxi
vos de terra Aegypti, vt eſſem Deus veſter.

CAP. XVI.

1 ECce autē Core filius Iſaar, filij Caath.
A filij Leui, & Dathan atque Abiro filij
Eliab, Hon quoq: filius Phileth de filijs Ru-
2 ben, * ſurrexerunt contra Moyſen, alijq. fi-
liorum Iſrael ducēti quinquaginta viri pro-
ceres ſynagogæ, & qui tempore concilij per
3 nomina vocabantur * " Cumque ſtetiſſent "Ecc.45.
aduerſum Moyſen, & Aaron, dixerunt: Suffi c. 22.
ciat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum Iudæ. 1.
eſt, & in ipſis eſt Dominus: Cur eleuamini c. 12.
4 ſuper populum Domini? * Quod cum au- 1. Corin.
5 diſſet Moyſes, cecidit pronus in faciem: * lo- 10. b.10.
cutusq. ad Core, & ad omnem multitudinē.
Mane, inquit, notū faciet Dominus, qui ad
ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi, &
6 quos elegerit, appropinquabunt ei. * Hoc igi-
B tur facite: Tollat vnuſquiſq. thuribula ſua,
7 tu Core, & omne concilium tuū, * & hau-
ſto cras igne, ponite deſuper thymiama co-
ram Dño, & quemcumque elegerit, ipſe erit
8 ſanctus: multum erigimini filij Leui. * Di-
xitque rurſum ad Core: Audite filij Leui,
9 * Num parum vobis eſt quod ſeparauit vos
Deus Iſrael ab omni populo, & iunxit ſibi,
vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſtare-
tis coram frequētia populi, & miniſtraretis
10 ei? * idcirco ad ſe fecit accedere te, & omnes
fratres tuos filios Leui, vt vobiſcum etiam ſacer-
11 dotium vendiceris, * & omnis globus tuus
ſtet contra Dominum? quid eſt enim Aaron,
12 vt murmuretis contra eū? * Miſit ergo Moy
ſes vt vocaret Dathā, & Abiron filios Eliab.
13 Qui reſponderūt: Non venimus. * Nūquid
parum eſt tibi quod eduxiſti nos de terra,
quæ lacte, & melle manabat, vt occideres in
14 deſerto, niſi & dominatus fueris noſtri? * Re
uera induxiſti nos in terram, quæ fluit riuis
lactis, & mellis, & dediſti nobis poſſeſſiones
agrorum, & vinearum, an & oculos noſtros
15 vis eruere? non venimus. * Iratusq. Moyſes
C valde, ait ad Dominum: Ne reſpicias ſacrifi-
cia eorum; tu ſcis quod ne aſellum quidem
vnquam acceperim ab eis, nec affixerim
16 quempiam eorum. * Dixitq ad Core: Tu, &
omnis congregatio tua ſtate eorſum coram
17 Dño, & Aaron die craſtino ſeparatim. * Tol-
lite ſinguli thuribula veſtra, & ponite ſuper
ea incenſum, offerentes Dño ducenta quin-
quaginta thuribula. Aarō quoque teneat thu
18 ribulū ſuum. * Quod cum feciſſent, ſtantib.
19 Moyſe & Aaron, & * coaceruaſsent aduerſū
eos omnem multitudinem ad oſtiū taber-
H nacu-

naculi,apparuit cũctis gloria Domini.* Lo- 20
cutuſq. Dominus ad Moyſen, & Aaron,ait,
* Separamini de medio congregationis hu- 21
ius,vt eos repente diſperdam :* Qui cecide- 22
runt proni in faciem , atque dixerunt : For- D
tiſſime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, nũ
vno peccãte,cõtra omnes ira tua deſæuiet ?
* Et ait Dominus ad Moyſen : * Præcipe v- 23
niuerſo populo vt ſeparetur à tabernaculis 24
Core,& Dathã,& Abiron. * Surrexitq. Moy 25
ſes,& abijt ad Dathan ,& Abiron : & ſequẽ-
tibus eum ſenioribus Iſrael , * dixit ad tur- 26
bam: Recedite à tabernaculis hominum im-
piorum: & nolite tangere , quæ ad eos perti-
nent,ne inuoluamini in peccatis eorum.* Cũ
que receſſiſſent à tentorijs eorũ per circui- 27
tum , Dathan, & Abiron egreſſi ſtabant in
introitu papilionum ſuorum cum vxori-
bus,& liberis , omnique frequentia. * Et ait 28
Moyſes : in hoc ſcietis, quòd Dñs miſerit
me vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non
ex proprio ea corde protulerim . * Si cõſue- 29
ta hominum morte interierint , & viſitaue-
rit eos plaga,qua & ceteri viſitari ſolent, non E
miſit me Dominus: * ſin autem nouam rẽ 30
fecerit Dñs,vt aperiẽs terra os ſuum deglu-
tiat eos,& omnia quæ ad illos pertinent, de-
ſcenderintque viuentes in infernum ,ſcietis
quod blaſphemauerint Dominum.* " Con- 31
ſeſtim igitur vt ceſſauit loqui,dirupta eſt ter
ra ſub pedibus eorum: * & aperiens os ſuũ, 32
deuorauit illos cũ tabernaculis ſuis , & vni-
uerſa ſubſtãtia eorum. *deſcenderuntq. vi- 33
ui in infernum operti humo, & perierũt de
medio multitudinis.* At verò omnis Iſrael, 34
qui ſtabat per gyrum,fugit ad clamorem pe-
reuntium,dicens : Ne forte,& nos terra de-
gluriat. * Sed & ignis egreſſus à Domino, 35
interfecit ducentos quinquaginta viros , qui

" Pſ. 105 b.17.18. Deu.11. a.6.

36 offerebant incenſum. * Locutuſque eſt Do-
37 minus ad Moyſen, dicens : * Præcipe Elea-
zaro filio Aaron ſacerdoti vt tollat thuribu-
la quæ iacent in incendio, & ignem huc il-
lucque diſpergat: quoniam ſanctificata ſunt.
38 * In mortibus peccatorum : producatque ea
F in laminas , & affigat altari, eo qđ oblatum
ſit in eis incenſum Domino , & ſanctificata
ſint , vt cernant ea pro ſigno, & monimento
39 filij Iſrael:* Tulit ergo Eleazar ſacerdos thu
ribula ænea, in quibus obtulerãt hi,quos in-
cendium deuorauit, & produxit ea in lami-
40 nas,affigens altari : * vt haberent poſtea fi-
lij Iſrael , quibus commonerẽtur , ne quis ac
cedat alienigena , & qui non eſt de ſemine
Aaron ad offerendum incenſum Domino ,
ne patiatur ſicut paſſus eſt Core,& omnis cõ
gregatio eius , loquente Domino ad Moyſẽ.
41 * Murmurauit autem omnis multitudo fi-
liorum Iſrael ſequenti die contra Moyſen
& Aaron,dicens . Vos interfeciſtis populum
42 Domini . * Cumque oriretur ſeditio , & tu-
43 multus increſceret, * Moyſes , & Aaron fu-
G gerunt ad tabernaculum fœderis . Quod,
poſtquam ingreſſi ſunt,operuit nubes,& ap-
44 paruit gloria Domini. * Dixitq. Dominus
45 ad Moyſẽ.* Recedite de medio huius mul
titudinis , etiam nunc delebo eos . Cũq. ia-
46 cerent in terra, * dixit Moyſes ad Aaron :
Tolle thuribulum , & hauſto igne de altari,
mitte incenſum deſuper,pergens citò ad po
pulum vt roges pro eis : " iam enim egreſſa
47 eſt ira à Domino,& plaga deſæuit . * Quod
cum feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediã
multitudinem , quam iam vaſtabat incen-
48 dium , obtulit thymiama : * & ſtans inter
mortuos ac viuẽtes , pro populo deprecatus
49 eſt, & plaga ceſſauit. * Fuerunt autẽ qui per-
cuſſi ſunt , quatuordecim millia hominũ ,
&

" Sup.11 d.21.

& ſeptingenti, abſque his qui perierant in ſe-
ditione Core . * Reuerſuſque eſt Aaron ad 50
Moyſen ad oſtium tabernacuil fœderis poſt
quam quieuit interitus.

CAP. XVII.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſen , di- 1
cens: * Loquere ad filios Iſrael,& accipe 2
ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, A
à cunctis principib. tribuum, virgas duode-
cim , & vniuſcuiuſque nomen ſuperſcribes
virgæ ſuæ. * nomen autem Aaron erit in 3
tribu Leui,& vna virga cunctas ſeorſum fa-
milias cõtinebit :* poneſque eas in taberna- 4
culo fœderis coram teſtimonio , vbi loquar B
ad te. * quem ex his elegero, germinabit vir 5
ga eius : & cohibebo à me querimonias fi-
liorum Iſrael , quibus cõtra vos murmurãt .
* Locutusq. eſt Moyſes ad filios Iſrael : & 6
dederũt ei omnes principes virgas per ſin-
gulas tribus : fueruntque virgæ duodecim
abſque virga Aaron . * Quas cum poſuiſſet 7
Moyſes corã Domino in tabernaculo teſti-
monij : * ſequenti die regreſſus inuenit ger- 8
minaſſe virgam Aaron in domo Leui : & C
turgentibus gemmis eruperant flores,qui fo-
lijs dilatatis , in amygdalas deformati ſunt.
* Protulit ergo Moyſes omnes virgas de cõ- 9
ſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael : vi-
deruntque,& receperunt ſinguli virgas ſuas.
* Dixitq. Dominus ad Moyſen: Refert vir- 10
gam Aaron in tabernaculum teſtimonij , D
" vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filio-
rum Iſrael,& quieſcant querelæ eorũ à me ,
ne moriantur. * Fecitq. Moyſes ſicut præce- 11
perat Dominus . * Dixerunt autem filij Iſ- 12
rael ad Moyſen: Ecce conſumpti ſumus,om
nes periuimus. * quicumque accedit ad ta- 13
tabernaculum Domini, moritur,num vſque
ad internecionem cuncti delendi ſumus .

" Heb 9. a.4.

CAP. XVIII.

DIxitque Dominus ad Aaron: Tu.& filii 1
tui,& domus patris tui tecum portabi A
tis iniquitatem Sanctuarij : & tu , filij tui ſi
mul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij veſtri .
* ſed & fratres tuos de tribu Leui,& ſceptrũ 2
patris tui ſume tecũ, præſtoq. ſint , & mini-
ſtrent tibi : tu autem,& filijs tui miniſtrabi-
tis in tabernaculo teſtimonij . * Excuba- 3
buntq. Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta
opera tabernaculi : ita dumtaxat , vt ad va-
ſa, Sanctuarij, & ad altare non accedãt, ne &
illi moriantur , & vos pereatis ſimul , * ſint 4
autem tecum,& excubent in cuſtodiis taber-
naculi, & in omnibus ceremonijs eius . Alie-
nigena non miſcebitur vobis .* Excubate in 5
cuſtodia Sanctuarij, & in miniſterio altaris :
ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael. * E- 6
go dedi vobis fratres veſtros Leuitas de me-
dio filiorum Iſrael, & tradidi donum Dño,
vt ſeruiant in miniſterijs tabernaculi eius ,
* Tu autem & filij tui cuſtodite ſacerdotiũ 7

B veſtrum : & omnia quæ ad cultum altaris
pertinẽt,& intra velum ſunt, per ſacerdotes
adminiſtrabuntur : ſi quis externus acceſſe-
8 rit,occidetur. * Locutuſq. eſt Dñs ad Aarõ:
Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mea
rũ . Omnia quæ ſanctificantur à filijs Iſrael,
tradidi tibi , & filijs tuis pro officio ſacerdo-
9 tali legitima ſempiterna . * Hæc ergo acci-
pies de his quæ ſanctificantur & oblata ſunt
Dño . Omnis oblatio , & ſacrificium, & qd-
quid pro peccato,atque delicto redditur mi-
hi,& cedit in Sancta ſanctorum, tuum erit ,
10 & filiorum tuorum . * In Sanctuario come-
des illud : mares tantum edent ex eo , quia
11 conſecratum eſt tibi . * Primitias autẽ,quas
vouerint : & obtulerint filij Iſrael , tibi dedi
& filijs tuis,ac filiab. tuis iure perpetuo , qui
12 mundus eſt in domo tua, veſcetur eis.* Om
nem medullã olei , & vini, ac frumẽti,quid-
quid offerunt primitiarũ Domino tibi de-
13 di. * Vniuerſa frugum initia,quas gignit hu
mus , & Dño deportantur, cedent in vſus
tuos : qui mundus eſt in domo tua, veſcetur
14 eis. * Omne quod ex voto reddiderint filij
15 Iſrael,tuum erit. * Quidquid primum erũ-
C pit è vulua cunctæ carnis quam offerũt Do-
mino. ſiue ex hominibus , ſiue de pecoribus
fuerit,tui iuris erit:ita dumtaxat, vt pro hõ-
minis primogenito pretium accipias,& om-
ne animal quod immundum eſt , redimi fa-
16 cias, * cuius redemptio erit poſt vnum mẽ-
ſem ſiclis argenti quinque, pondere Sãctua-
17 rij. " Siclus viginti obolos habet . * Primo-
genitum autem bouis , & ouis,& capræ non
facies redimi , quia ſanctificata ſunt Dño,sã-
guinem tantum eorum fundes ſuper altare,
& adipes adolebis in ſuauiſsimum odorem
18 Dño. * Carnes verò in vſum tuum cedent,
ſicut pectuſculum cõſecratũ , & armus dex-
19 ter,tua erunt. * Omnes primitias Sanctua-
rij,quas offerunt filii Iſrael Domino, tibi de
di,& filijs,ac filiabus tuis iure perpetuo . Pa-
ctum ſalis eſt ſempiternum corã Dño , tibi
20 ac filijs tuis. * Dixitq . Dñs ad Aaron:in ter-
ra eorũ nihil poſſidebitis , nec habebitis par-
tem inter eos : ego pars , & hæreditas tua in
21 medio filiorum Iſrael . * Filijs autem Leui
dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionẽ
pro miniſterio,quo ſeruiũt mihi in taberna-
22 culo fœderis : * vt non accedant vltra filij
Iſrael ad tabernaculum , nec committãt pec-
23 catum mortiferum , * ſolis filijs Leui mihi
in tabernaculo ſeruientibus, & portantibus
D peccata populi , legitimum ſempiternũ erit
in generationibus veſtris. " Nihil aliud poſ-
24 ſidebunt , * decimarum oblatione conten-
ti , quas in vſus eorum , & neceſſaria ſepara-
25 ui . * Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen,
26 dicens- * Præcipe Leuitis,atque denuncia :
Cum acceperitis à filijs Iſrael decimas, quas
dedi vobis , primitias earum offerte Domi-
27 no,id eſt,decimam partem decimæ * vt re-
putetur vobis in oblationem primitiuorum,
28 tam de areis,quam de torcularibus:* & vni-
uerſis, quorum accipitis primitias , offerte

" Sup. 3. g.48. Exo.30. b.13. Leu.27. c.25. Ezec.45. d.12.

" Deu.18 a.1.

Domino,& date Aaron ſacerdoti.*Omnia, 29
quæ offeretis ex decimis, & in donaria Dñi
ſeparabitis,optima & electa erunt,*Diceſque 30
ad eos:Si præclara,& meliora quæque obtu-
leritis ex decimis,reputabitur vobis quaſi de
area,& torculari dederitis primitias:* & 31
comedetis eas in omnibus locis veſtris, tam
vos quam familiæ veſtræ: quia pretium eſt
pro miniſterio, quo ſeruitis in tabernacu-
lo teſtimonij * Et non peccabitis ſuper 32
hoc,egregia vobis & pinguia reſeruantes ne
polluatis oblationes filiorum Iſrael, & mo-
riamini.

CAP. XIX.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, & 1
Aaron,dicens:* Iſta eſt religio victimæ, 2
quã cõſtituit Dominus. Præcipe filijs Iſrael, A
vt adducant ad te vaccam rufam ætatis inte-
græ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit
iugum:*tradetiſque eam Eleazaro ſacerdo- 3 *" Hebr.*
ti," qui eductam extra caſtra, immolabit in *13.b.11.*
conſpectu omnium, * & tingens digitum in 4
ſanguine eius aſperget contra fores taberna-
culi ſeptem vicibus,*comburetque eam cun- 5
ctis videntibus, tam pelle, & carnibus eius,
quam ſanguine, & fimo flammæ traditis. * 6
Lignum quoq. cedrinum,& hyſſopum, coc-
cumque bis tinctum ſacerdos mittet in flam
mam,quæ vaccam vorat. * Et tunc demum 7
lotis veſtibus, & corpore ſuo,ingredietur in B
caſtra,commaculatuſq. erit vſque ad veſpe-
rum.*Sed & ille,qui combuſſerit eam, laua- 8
bit veſtimenta ſua, & corpus, & immundus
erit vſque ad veſperum.*Colliget autem vir 9
mundus cineres vaccæ,& effundet eos extra
caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini
filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam a-
ſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta
eſt. * Cumque lauerit,qui vaccæ portauerat 10
cineres,veſtimenta ſua, immundus erit vſq.
ad veſperum.Habebunt hoc filij Iſrael &
aduenæ, qui habitant inter eos, ſanctum iu-
re perpetuo.*Qui tetigerit cadauer hominis 11
& propter hoc ſeptem diebus fuerit immũ-
dus. * Aſpergetur ex hac aqua die tertio & 12
ſeptimo,& ſic mũdabitur.Si die tertio aſper- C
ſus non fuerit,ſeptimo non poterit emunda-
ri *Omnis qui tetigerit humanę animę mor- 13
ticinum ,& aſperſus hac commixtione non
fuerit,polluet tabernaculum Domini, & pe-
ribit ex Iſrael: quia aqua expiationis non eſt
aſperſus,immundus erit,& manebit ſpurci-
tia eius ſuper eum.* Iſta eſt lex hominis,qui 14
moritur in tabernaculo: Omnes,qui ingre-
diuntur tentorium illius, & vniuerſa vaſa,
quæ ibi ſunt,polluta erunt ſeptem diebus. * 15
Vas, quod non habuerit operculum, nec li-
gaturam deſuper,immundum erit.*Si quis 16
in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut
per ſe mortui,ſiue os illius, vel ſepulchrum,
immundus erit ſeptem diebus.* Tollentque 17
de cineribus combuſtionis atque peccati, &
mittent aquas viuas ſuper eos in vias. * In 18
quibus cum homo mundus tinxerit hyſſo-
D pum,aſperget ex eo omne tentorium, & cũ-
ctam ſupellectilem,& homines huiuſcemo-
19 di contagione pollutos: * atque hoc modo
mundus luſtrabit immundum tertio & ſe-
ptimo die, expiatuſque die ſeptimo, lauabit
& ſe, & veſtimenta ſua,& immũdus erit vſ-
20 que ad veſperum. * Si quis hoc ritu nõ fue-
rit expiatus, peribit anima illius de medio
Eccleſiæ:quia ſanctuarium Domini polluit,
21 & non eſt aqua luſtrationis aſperſus, * erit
hoc præceptum legitimum ſempiternũ.Ipſe
quoque,qui aſpergit aquas,lauabit veſtimen-
ta ſua:Omnis qui tetigerit aquas expiationis,
22 immundus erit vſque ad veſperum.*Quid-
quid tetigerit immundus, immundum fa-
ciet: & anima, quæ horum quippiam tetige-
rit,immunda erit vſque ad veſperum.

CAP. XX.

1 A Veneruntque filij Iſrael, & omnis mul-
titudo in deſertum Sin, menſe primo,
& manſit populus in Cades. Mortuaque eſt
2 ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. * Cum-
que indigeret aqua populus, conuenerũt ad-
3 uerſum Moyſen,& Aaron:*& verſi in ſedi-
tionem,dixerunt: Vtinam perijſſemus inter
4 fratres noſtros coram Domino.* " Cur edu- *"Exo.17.*
xiſtis Eccleſiam Domini in ſolitudinem, vt *a.3.*
5 nos,& noſtra iumenta moriamur? * Qua-
re nos feciſtis aſcendere de Aegypto, & ad-
duxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri
non poteſt,qui nec ficum gignit, nec vineas,
nec malogranata, inſuper & aquam non ha-
6 bet ad bibendum?*Ingreſſuſque Moyſes, &
Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum
fœderis,corruerunt proni in terram,clamaue
runtq. ad Dominum,atque dixerunt: Domi-
ne Deus audi clamorem huius populi,& ape
ri eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ,
B vt ſatiati,ceſſet murmuratio eorũ. Et appa-
7 ruit gloria Domini ſuper eos,* Locutuſq eſt
8 Dominus ad Moyſen,dicens.* Tolle virgã,
& congrega populum, tu & Aaron frater
tuus,& loquimini ad petram coram eis,& il-
la dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de
petra, bibet omnis multitudo, & iumenta e-
9 ius.*" Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat
in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, *"Exo.17.*
10*congregata multitudine ante petram,dixit- *b.5.6.*
que eis:Audite rebelles,& increduli: " Num *Sup.11.*
de petra hac vobis aquam poterimus elicere? *a.4.*
11 * Cumque eleuaſſet Moyſes manum,percu- *" Pſ.77.*
tiens virga bis ſilicem,egreſſæ ſunt aquæ lar *b.23.*
giſſimæ, ita vt populus biberet,& iumenta. *1. Cor.*
12 *Dixitque Dñs ad Moyſen & Aaron "Quia *10.a.4.*
nõ credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me cõ- *" Deu.1.*
rã filijs Iſrael, non introducetis hos populos *f.37.*
13 in terram,quam dabo eis *Hęc eſt aqua cõ-
tradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael con-
C tra Dominum,& ſanctificatus eſt in eis.* Mi
14 ſit interea nũcios Moyſes de Gades ad regẽ
Edom, qui dicerent: Hæc mãdat frater tuus
Iſrael;

Iſrael: Noſti omnem laborem,qui apprehẽ-
dit nos,*quomodo deſcenderint patres no- 15
ſtri in Aegyptum,& habitauerimus ibi mul-
to tempore, afflixerintque nos Aegyptij, &
patres noſtros:*& quomodo clamauerimus 16
ad Dñm:& exaudierit nos,miſeritq. angelũ,
qui eduxerit nos de Aegypto. Ecce in vrbe
Cades quæ eſt in extremis finib9 tuis,*poſi- 17
ti,obſecramus,vt nobis tranſire liceat per ter-
ram tuam. Non ibimus per agros,nec per vi-
neas: non bibemus aquas de puteis tuis, ſed
gradiemur via publica, nec ad dextram, nec
ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus
terminos tuos.* Cui reſpondit Edom: Non 18
tranſibis per me,alioquin armatus occurram
tibi.*Dixeruntq. filij Iſrael: Per tritam gra- 19
diemur viam:& ſi biberimus aquas tuas nos
& pecora noſtra, dabimus quod iuſtum eſt:
nulla erit in pretio difficultas, tantum velo-
citer tranſeamus.* At ille reſpondit: Non trã- 20
ſibis, Statimq. egreſſus eſt obuius,cum infi-
nita multitudine,& manu forti,*nec voluit 21
acquieſcere deprecanti,vt concederet tranſi- D
tum per fines ſuos,quam ob rem diuertit ab
eo Iſrael. * Cumque caſtra mouiſſent de Ca- 22
des, venerunt in mõtem Hor,qui eſt in fini-
bus terræ Edon: * vbi locutus eſt Dominus 23
ad Moyſen:* Pergat,inquit, Aaron ad popu- 24
los ſuos:nõ enim intrabit terram, quam de-
di filijs Iſrael, eò quod incredulus fuerit ori
Inf.33. meo,ad Aquas contradictionis *"Tolle Aa- 25
c.38. ron,& filium eius cum eo,& duces eos in
Deu.31. mõtem Hor.* Cumq. nudaueris patrem ve- 26
f.50. ſte ſua, indues ea Eleazarum filium eius:
Aaron colligetur,& morietur ibi. * Fecit 27
Moyſes, vt præceperat Dñs: & aſcenderunt
in montem Hor coram omni multitudine.
* Cumq. Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, in- 28
duit eis Eleazarum filium eius.* Illo mor- 29
tuo in montis ſupercilio, deſcendit cũ Elea-
zaro.* Omnis autem multitudo videns oc- 30
cubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta die-
bus per cunctas familias ſuas.

CAP. XXI.

Qvod cum audiſſet Chananæus rex A- 1
rad,qui habitabat ad meridiem, veniſ- A
ſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam, pu-
gnauit contra illum,& victor exiſtens,duxit
ex eo prædam. * At Iſrael voto ſe Dño obli- 2
gans ait:Si tradideris populum iſtum in ma-
nu mea,delebo vrbes eius.* Exaudiuitq.Dñs 3
preces Iſrael,& tradidit Chananæum,quem
ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius:& voca-
uit nomen loci illius Horma, id eſt, anathe-
ma.* Profecti ſunt autẽ,& de monte Hor, 4
per viam,quæ ducit ad mare rubrum,vt cir- B
Sup.16. cumirent terram Edom. Et tędere cępit po-
pulum itineris,ac laboris: * locutuſque cõtra 5
Cor. Deum, & Moyſen,ait: Cur eduxiſti nos de
b.9. Aegypto,vt moreremur in ſolitudine?Deeſt
8.c. panis,nõ ſunt aquę: anima noſtra iam nau-
ſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. *" Quamob- 6
rem miſit Dominus in populũ ignitos ſer-
pentes, ad quorum plagas,& mortes pluri-
7 morum,*venerunt ad Moyſen, atque dixe-
runt: Peccauimus,quia locuti ſumus contra
Dominum,& te:ora vt tollat a nobis ſerpen-
8 tes. Orauitq. Moyſes pro populo,*& locutus
C eſt Dñs ad eum: Fac ſerpentem æneum, &
pone eum pro ſigno:qui percuſſus aſpexerit *" Io.3.b.*
9 eum,viuet.* Fecit ergo Moyſes: SERPEN- *14.*
TEM ÆNEVM, & poſuit eũ pro ſigno:
10 quem cum percuſſi aſpicerẽt,ſanabantur.*
Profectiq. filij Iſrael caſtrametati ſunt in O-
11 both. * Vnde egreſſi fixere tentoria in Iea-
barim, in ſolitudine, quæ reſpicit Moab cõ-
12 tra orientalem plagam.* Et inde mouentes,
13 venerunt ad Torrentem Zared.*Quem re-
linquentes caſtrametati ſunt contra Arnon
quæ eſt in deſerto,& prominet in finibus A- *"Iud.11.*
morrhæi, " ſiquidem Arnon terminus eſt *c.18.*
14 Moab,diuidens Moabitas,& Amorrhæos:*
D Vnde dicitur in libro bellorum Dñi: Sicut
fecit in Mari rubro, ſic faciet in torrentibus
15 Arnon.*Scopuli torrentium inclinati ſunt,
vt requieſcerent in Ar, & recumberent in fi-
16 nibus Moabitarũ.* Ex eo loco apparuit pu-
teus,ſuper quo locutus eſt Dñs ad Moyſen:
17 Congrega populum,& dabo ei aquã.* Tunc
cecinit Iſrael carmen iſtud: Aſcẽdat puteus.
18 Concinebant:* Puteus,quem foderunt prin
cipes, & Parauerunt duces multitudinis in
datore legis,& in baculis ſuis. De ſolitudine
19 Matthana. * De Matthana in Nahaliel: de
20 Nahaliel,in Bamoth.*De Bamoth,vallis eſt
E in regione Moab,in vertice Phaſga,qđ reſpi *" Deu.2.*
21 cit contra deſertum.*"Miſit aũt Iſrael nun- *c.26.*
cios ad Sheon Regem Amorrhæorum, di- *Iud.11.*
22 cens:*Obſecro vt tranſire mihi liceat p terrã *d.20.*
tuam:non declinabimus in agros.& vineas,
non bibemus aquas ex puteis, via regia gra-
23 diemur,donec tranſeamus terminos tuos.*
Qui concedere noluit, vt tranſiret Iſrael per
fines ſuos: quin potius exercitu congregato,
egreſſus eſt obuiam in deſertum,& venit in
24 zaſa,pugnauitq. cõtra eum.*"A quo percuſ- *" Amos.*
ſus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt terra eius *2.c.9.*
ab Arnõ vſq. Ieboc,& filios Ammõ:quia for- *Pſ.134.*
ti præſidio tenebantur termini Ammonita- *c.10.*
25 rum.* Tulit ergo Iſrael omnes ciuitates eius
F & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Heſe-
26 bon ſcilicet, & viculis eius. * Vrbs Heſebon
fuit Sehon regi Amorrhæi,qui pugnauit cõ-
tra regem Moab:& tulit omnem terram,quę
27 ditionis illius fuerat,vſq. Arnõ.*Idcirco di-
citur in Prouerbio: Venite in Heſebon;ædi-
28 ficetur,& conſtruatur ciuitas Sehon. * Ignis
egreſſus eſt de Heſebon,flamma de oppido
Sheon,& deuorauit Ar Moabitarum, & ha-
29 bitatores excelſorũ Arnon.*" Væ tibi Hoab, *"Iud.11.*
periſti popule Chamos. Dedit filios eius in *c.13.*
fugam, & filias in captiuitatem Regi Amor- *3.Reg.*
30 rhæorum Sehon.*Iugum ipſorum diſperijt *11.b.7.*
ab Heſebon vſque Dibon,laſſi peruenerunt
31 in Nophe, & vſque Medaba: * Habitabit
32 itaque Iſrael in Terra Ammorrhęi.* Miſitq.
G Moyſes, qui explorarent Iazer: cuius cępe-
runt viculos, & poſſederunt habitatores.

*" Verteruntq. ſe,& aſcenderunt per viã Ba- 33
Deut. 3.a.3.29. b.7. ſan, & occurit eis Og rex Baſan cũ omni po-
pulo ſuo , pugnaturus in Edrai. * Dixitque 34
Dominus ad Moyſen : Ne timeas eum,quia
in manu tua tradidi illum,& omnem popu-
lum ac terram eius , facieſque illi ſicut feciſti
Sehon regi Amorrhæorum habitatori He-
ſebon.* Percuſſerunt igitur & hunc cum fi- 35
lijs ſuis,vniuerſumque populum eius vſque
ad internecionem , & poſſederunt terram
illius.

CAP. XXII.

PRofectique caſtrametati ſunt in campe- 1
ſtribus Moab, vbi trans Iordanem Ieri- A
cho ſita eſt. * Videns autem Balac filius Se- 2
3 phor omnia,quæ fecerat Iſrael Amorrhæo,*
& quod pertimuiſſent eum Moabitæ & im-
4 petum eius ferre non poſſent,* dixit ad ma-
iores natu Madian : Ita delebit hic populus
omnes,qui in noſtris finibus commorantur,
quõ ſolet bos herbas vſq. ad radices carpere.
5 Ipſe erat eo tempore rex in Moab. " * Miſit " Ioſ.14.
ergo nuncios ad Balaam filium Beor ario- b.9.
lum,qui habitabat ſuper flumen terræ filio-
rum Ammon, vt vocarent eum,& dicerent:
B Ecce egreſſus eſt populus ex Ægypto,quio-
6 peruit ſuperficiem terrę,ſedens contra me.*
Veni igitur, & maledic populo huic quia for
tior me eſt : ſi quo modo poſſum percutere
& eijcere eũ de terra mea,noui enim , quod
benedictus ſit cui benedixeris,& maledictus
7 in quem maledicta congeſſeris. * Perrexe-

runtq. ſeniores Moab, & maiores natu Madiã
habentes diuinationis pretium in manibus .
Cumq. veniſſent ad Balaam , & narraſſent
ei omnia verba Balac:*ille reſpondit: Mane- 8
te hic nocte,& rñdebo:quicquid mihi dixe-
rit Dñs. Manentibus illis apud Balaam , ve- C
nit Deus,& ait ad eũ: * Quid ſibi volũt ho- 9
mines iſti apud te?*Reſpondit: Balac filius 10
Sephor rex Moabitarũ miſit ad me,*dicens: 11
Ecce populus, qui egreſſus eſt de Ægypto ,
operuit ſuperficiem terræ : veni,& maledic
ei,ſi quo modo poſſim pugnans abigere eũ.* 12
Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis,
neq. maledicas populo:quia benedictus eſt.* 13
Qui mane conſurgens dixit ad principes: Ite
in terrã veſtrã,quia prohibuit me Dñs veni-
re vobiſcum.* Reuerſi principes dixerũt ad 14
Balac: Noluit Balaam venire nobiſcũ.* Rur- 15
ſum ille multo plures,& nobiliores quã ante
miſerat,miſit.* Qui cum veniſſent ad Balaã, 16
dixerunt : Sic dicit Balac filius Sephor : Ne
17 cuncteris venire ad me:*paratus ſum hono
D norare te , quod quid volueris dabo tibi ve-
18 ni,& maledic populo iſti.* Reſpõdit Balaã:
"Si dederit mihi Balac plenam domum ſuã " Infra
argenti & auri, non potero immutare verbũ c.13.
Dñi Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar.
19 * Obſecro,vt hic maneatis etiã hac nocte,&
ſcire queam,quid mihi rurſum rñdeat Dñs.
20 * Venit ergo Deus ad Balaam nocte,& ait ei.
Si vocare te venerunt homines iſti, ſurge, &
vade cũ eis:ita dũtaxat , vt quod tibi præce-
21 pero,facias.* Surrexit Balaã mane,& ſtrata
22 aſina ſua profectus eſt cum eis. * " Et iratus " 2. Pe.
eſt Deus. Stetitq. angelus Dñi in via cõtra Ba c.15.
laam,qui inſidebat aſinæ,& duos pueros ha-
23 bebat ſecum.* Cernens aſina Angelum ſtã-
E tem in via,euaginato gladio,auertit ſe de iti-
nere,& ibat per agrum. Quam cũ verberaret
24 Balaam, & vellet ad ſemitã reducere, * ſte-
tit

tit angelus in anguſtijs duarum maceriarũ ,
quibus vineæ cingebantur . * Quem videns 25
aſina,iunxit ſe parieti,& attriuit ſedentis pe-
dem. At ille iterũ verberabat eã:* & nihilo- 26
minus angelus ad locum anguſtum tran-
ſiens,vbi nec ad dexteram , nec ad ſiniſtram
poterat deuiare,obuius ſtetit.* Cumq vidiſ- 27
ſet aſina ſtantem angelum, cõcidit ſub pedi-
bus ſedentis, qui iratus, vehemẽtius cędebat
fuſte latera eius,* Aperuitq. Dominus os aſi- 28
næ,& locuta eſt : Quid feci tibi ? cur percutis
me,ecce iam tertio?* Reſpondit Balaã: Quia 29
commeruiſti, & illuſiſti mihi : vtinam habe- F
rem gladium , vt te percuterem. * Dixit aſi- 30
na: Nonne animal tuum ſum,cui ſemper ſe-
dere conſueuiſti vſq. in pręſentem diem,dic
quid ſimile vnquam fecerim tibi ? At ille ait:
Numquam.* Protinus aperuit Dominus o- 31
culos Balaam , & vidit Angelum ſtantem in
via euaginato gladio,adorauitq eum pronus
in terram. * Cui angelus : Cur,inquit,tertio 32
verberas aſinã tuã ? Ego veni, vt aduerſarer
tibi,quia peruerſa eſt via tua, mihiq; contra-
ria:* & niſi aſina declinaſſet de via dans lo- 33
cũ reſiſtẽti,te occidiſſem,& illa viueret.* Di- 34
xit Balaam : Peccaui:neſciens quòd tu ſtares
contra me : & nunc ſi diſplicet tibi, vt vadã,
reuertar.* Ait angelus: Vade cum iſtis,& ca- 35
ue ne aliud , quam præcepero tibi loquaris .
Iuit igitur cum principibus.* Quod cum au- 36
diſſet Balac,egreſſus eſt in occurſum eius in G
oppido Moabitarum , quod ſitum eſt in ex-
tremis finib. Arnõ.* Dixitq.ad Balaam: Miſi 37
nuncios, vt vocarẽ te, cur non ſtatim veniſti
ad me ? an quia mercedem aduẽtui tuo red-
dere nequeo? * Cui ille reſpondit : Ecce ad- 38
ſum:numquid loqui potero aliud, niſi quod
Deus poſuerit in ore meo?* Perrexerunt er- 39
go ſimul, & venerunt in vrbẽ, quæ in extre-
40 mis regni eius finibus erat.* Cumq. occidiſ-
ſet Balac boues, & oues, miſit ad Balaam,&
41 principes,qui cum eo erant, munera. * Ma-
ne autem facto duxit eum ad excelſa Baal ,
& intuitus eſt extremam partem populi .

CAP. XXIII.

1 DIxitq. Balaam ad Balac : Ædifica mihi
A hic ſeptem aras, & para totidẽ vitulos,
2 eiuſdẽq. numeri arietes. * Cũq. feciſſet iuxta
ſermonẽ Balaam, impoſuerũt ſimul vitulũ,
3 & arietem ſuper aram. * Dixitq. Balaam ad
Balac: Sta pauliſper iuxta holocauſtũ tuum,
donec vadam , ſi fortè occurrat mihi Domi-
nus , & quodcunque imperauerit , loquar ti-
4 bi. * Cumque abijſſet velociter , occurrit illi
Deus. Locutuſque ad eum Balaam: Septem,
inquit, aras erexi, & impoſui vitulũ, & arie-
5 tem deſuper. * Dominus autem poſuit ver-
bũ in ore eius, & ait : Reuertere ad Balac,&
6 hæc loqueris. * Reuerſus inuenit ſtãtem Ba-
lac iuxta holocauſtum ſuum,& omnes prin-
7 cipes Moabitarum: * aſſumptaque parabola
ſua , dixit : De Aram adduxit me Balac rex
Moabitarum,de montibus Oriẽtis: Veni,in-
quit , & maledic Iacob : propera , & deteſta-
8 re Iſrael.* Quomodo maledicã,cui non ma-
B ledixit Deus? Qua ratione deteſter , quem
9 Dominus non deteſtatur ? * De ſummis ſi-
licibus videbo eum , & de collibus conſide-
rabo illum. Populus ſolus habitabit, & inter
10 gentes non reputabitur.* Quis dinumerare
poſſit puluerem Iacob,& noſſe numerũ ſtir
pis Iſrael ? Moriatur anima mea morte iu-
ſtorũ , & fiant nouiſſima mea horũ ſimilia .
11 * Dixitq. Balac ad Balaã. Quid eſt hoc,quod
agis ? Vt maledicens inimicis meis vocaui
12 te;& tu è cõtrario benedicis eis.* Cui ille re-
 ſpondit:

spōdit: Num aliud possum loqui,nisi quod
iusserit Dominus?* Dixit ergo Balac: Veni 13
mecum in alterum locum vnde partem Is-
rael videas, & totum videre non possis,inde
maledicito ei.* Cumq.duxisset eum in locū 14
sublimem, super verticem montis Phasca,
ædificauit Balaam septem aras, & impositis
supra vitulo,atq.ariete, * dixit ad Balac.Sta 15
hic iuxta holocaustum tuum, donec ego ob- C
uius pergam. * Cui cum Dominus occurris- 16
set,posuissetque verbum in ore eius,ait: Re-
uertere ad Balac, & hæc loqueris. * Reuer- 17
sus inuenit eū stantem iuxtam holocaustum
suū, & principes Moabitarum cum eo. Ad
quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dñs?
* At ille assūpta parabola sua,ait: Sta Balac, 18
& ausculta,audi fili Sephor:* Non est Deus 19
quasi homo,vt mētiatur: nec vt filius homi-
nis,vt mutetur. Dixit ergo,& nō faciet? locu-
tus est,& non implebit?* Ad benedicēdum 20
adductus sum,benedictionem prohibere
non valeo. * Non est idolum in Iacob, nec 21
videtur simulachrum: in Israel Dñs Deus
eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in
° Inf.24.b.8. illo.*" Deus eduxit illum de Ægypto, cuius 22
fortitudo similis est rhinocerotis.* Nō est au D
gurium in Iacob,nec diuinatio in Israel. Tē- 23
poribus suis dicetur Iacob, & Israeli quid o-
peratus sit Deus.* Ecce populus, vt leæna cō- 24
surget, & quasi leo erigetur: non accubabit
donec deuoret prædā, & occisorum sangui-
nem bibat.* Dixitq. Balac ad Balaā: Nec ma- 25
ledicas ei,nec benedicas * Et ille ait: Nonne 26
dixi tibi, quod quidquid mihi Deus impe-
raret, hoc facerem? * Et ait Balac ad eum: 27
Veni, & ducam te ad alium locum: si fortè
placeat Deo, vt inde maledicas eis. * Cum- 28
que duxisset eū super verticem mōtis Pho-
gor,qui respicit solitudinem,* dixit ei Balaā: 29
Ædifica mihi hic septem aras, & para toti-
dem vitulos,eiusdemque numeri arietes. * 30
Fecit Balac,vt Balaam dixerat: imposuitque
vitulos, & arietes per singulas aras.

CAP. XXIV.

CVmque vidisset Balaam,quòd placeret 1
Domino,vt benediceret Israeli, nequa- A
quam abijt, vt ante perrexerat, vt augurium
quæreret:sed dirigens cōtra desertū vultum
suum,* & eleuans oculos, vidit Israel in ten- 2
torijs commorantem per tribus suas: & ir-
ruente in se spiritu Dei,* assumpta parabola 3
ait.Dixit Balaam filius Beor:dixit homo cu-
ius obturatus est oculus: * dixit auditor ser-
monum Dei, qui visionem Omnipotentis 4
intuitus est, qui cadet,& sic aperiuntur oculi
eius: * Quam pulchra tabernacula tua Ia-
cob, & tentoria tua Israel? * vt valles nemo- 5
rosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt taber- 6
nacula, quæ fixit Dñs, quasi cedri prope a-
quas. * Fluet aqua de situla eius,& semen il-
lius erit in aquas multas. Tolletur propter 7
Agag, rex eius, & auferetur regnum illius.* B
° Sup.23.d.22. Deus eduxit illum de Ægypto, " cuius forti- 8
tudo similis est rhinocerotis. Deuorabunt
gentes hostes illius, ossaque eorum confrin-
9 gent,& perforabunt sagittis.* Accubans dor-
miuit, vt leo, & quasi leæna, quam suscitare
nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit &
ipse benedictus: qui maledixerit,in maledi-
10 ctione reputabitur: * Iratusq. Balac contra
Balaam,complosis manibus ait: Ad maledi-
cendum inimicis meis vocaui te, quib.è con-
11 trario tertio benedixisti:* reuertere ad locū
tuum. Decreuerā quidem magnificè hono-
rare te, sed Dominus priuauit te honore di-
12 sposito.* Respondit Balaam ad Balac: Nō-
C ne nuncijs tuis, quos misisti ad me, dixi:
13 *" Si dederit mihi Balac plenā domū suam ° Sup.14.d.18.
argenti,& auri,non potero præterire sermo-
nem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel
mali proferam ex corde meo, sed quidquid
14 Dominus dixerit,hoc loquar?* Verūtamen
pergens ad populum meum, dabo consiliū,
quid populus tuus populo huic faciat extre-
15 mo tempore.* Sumpta igitur parabola,rur-
sum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit ho-
16 mo,cuius obturatus est oculus:* dixit audi-
tor sermonum Dei, qui nouit doctrinā Al-
tissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui
17 cadens apertos habet oculos.* Videbo eum,
sed non modò:intuebor illum, sed non pro-
pe." ORIETVR STELLA ex Iacob, & cō- ° Matth.2.2.
surget virga de Israel: & percutiet duces
18 Moab, vastabitque omnes filios Seth. * Et
D erit Idumęa possessio eius:hereditas Seir ce
det inimicis suis: Israel verò fortiter aget.
19 *De Iacob erit,qui dominetur,& perdat re-
20 liquias ciuitatis:* Cumque vidisset Amalec,
assumens parabolam,ait: Principium Gen-
21 tium Amalec, cuius extrema perdentur. *
Vidit quoq. Cinæum:& assumpta parabola,
ait: Robustum quidem est habitaculū tuū:
22 sed si in petra posueris nidū tuum:* & fue-
ris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris
23 permanere? Assur enim capiet te. * Assum-
ptaque parabola iterum locutus est: Heu,
quis victurus est, quando ista faciet Deus?
24 *" Venient in trieribus de Italia, superabūt ° Dan.11.c.13.
Assyrios, vastabuntq. Hebræos, & ad extre-
25 mum etiam ipsi peribunt. * Surrexitq. Ba-
laam, & reuersus est in locum suum: Balac
quoque via,qua venerat, redijt.

CAP. XXV.

1 MOrabatur autem eo tempore Israel in
A Settim, & fornicatus est populus cum
2 filiabus Moab, * quæ vocauerunt eos ad sa-
crificia sua. At illi comederunt, & adoraue-
3 runt deos earum. * " Initiatusque est Israel ° Ios.22.d.17.
4 Beelphegor:& iratus Dñs, * ait ad Moysen:
" Tolle cunctos principes populi, & suspen- ° Deut.4.a.3.
de eos contra Solem in patibulis: vt auerta-
5 tur furor meus ab Israel. * Dixitque Moy-
ses ad Iudices Israel: " Occidat vnusquisque ° Ex.32.f.27.
B proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor
6 * Et ecce vnus de filijs Israel intrauit coram
fratribus suis ad scortum Madianitidem,vi-
dente Moyse,& omni turba filiorum Israel, ° 1. Mac.2.c.26.
7 qui flebant ante fores tabernaculi, *" Quod
cum

cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aa-
° Psal.105.c.30. rō sacerdotis, surrexit de medio multitudi-
nis,& arrepto pugione, * ingressus est post 8
° 1.Corin.10.b.8. virum Israelitē in lupanar, & perfodit am-
bos simul, virum scilicet, & mulierem in lo-
cis genitalibus. Cessauitque plaga à filijs Is- C
rael, * & occisi sunt viginti quatuor millia 9
hominum. * Dixitque Dominus ad Moy- 10
sen: * Phinees filius Eleazar filij Aaron sa- 11
cerdotis auertit iram meam à filijs Israel:
quia zelo meo commotus est contra eos, vt
non ipse delerem filios Israel in zelo meo,
° Eccl.45.d.28. * idcirco loquere ad eum: " Ecce do ei pa- 12
cem federis mei, * & erit tam ipsi quam se- 13
° 1. Ma.2.f.54. mini eius pactum sacerdotij sempiternum,
quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit sce-
lus filiorum Israel.* Erat autem nomen vi- 14
ri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide
Zambri filius Salu, dux de cognatione,& tri- D
bu Simeonis. * Porrò mulier Madianitis, 15
quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi
filia Sur principis nobilissimi Madianitarū.
* Locutusque est Dominus ad Moysen, di- 16
° Inf.31.c.2. cens: * " Hostes vos sentiant Madianitæ, & 17
percutite eos:* quia & ipsi hostiliter egerunt 18
contra vos, & decepere insidijs per idolum
Phogor,& Cozbi filiam ducis Madian soro-
rem suam, quæ percussa est in die plagæ pro
sacrilegio Phogor.

CAP. XXVI.

POstquam noxiorum sanguis effusus est, 1
dixit Dominus ad Moysen, & Eleazarū A
° Sup.1.a.2.3. filium Aaron sacerdotem: *" Numerate om- 2
nem summā filiorum Israel à viginti annis,
& supra,per domos,& cognationes suas, cū-
ctos,qui possunt ad bella procedere. * Locu- 3
ti sunt itaque Moyses,& Eleazar sacerdos in
campestribus Moab super Iordanem contra
Iericho, ad eos,qui erant * à viginti annis, & 4
supra, sicut Dominus imperauerat, quorum
iste est numerus: * Ruben primogenitus Is- 5
° Gen.46.a.9. Exo.6.b.14. 1. Par.5.a.3. rael:" huius filius, Henoch,à quo familia He
nochitarū: & Phallu, a quo familia Phallui-
tarum:*& Hesron,à quo familia Hesronita- 6
rum: & Charmi,a quo familia Charmitarū.
* hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum 7
numerus inuentus est quadraginta tria mil-
lia, & septingenti triginta. * Filius Phallu, 8
Eliab.* huius filij, Namuel,& Dathan,& A- 9
biron. isti sunt Dathan, & Abiron principes
° Sup.16.a.1. populi, " qui surrexerunt contra Moysen, &
Aaron in seditione Core, quando aduersus B
Dominum rebellauerunt: * & aperiens ter- 10
ra os suum deuorauit Core,morientibus plu-
rimis,quando combussit ignis ducētos quin-
quaginta viros. Et factum est grande mira-
culum, * vt, Core pereunte, filij illius non 11
perirent.* Filij Simeō per cognationes suas: 12
Namuel,ab hoc familia Namuelitarum: Ia-
min,ab hoc familia Iaminitarum: Iachin,ab
hoc familia Iachinitarum: * Zare ab hoc fa- 13
milia Zareitarum:Saul, ab hoc familia Sauli-
tarum; * hæ sunt familiæ de stirpe.Simeon, 14
quarū omnis numerus fuit viginti duo mil-
15 lia ducēti. * Filij Gad per cognationes suas:
Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Ag-
gi,ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc
16 familia Sunitarum: * Ozni, ab hoc familia
Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarū:
17 * Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel,
18 ab hoc familia Arielitarum.* Istæ sunt fami-
liæ Gad, quarum omnis numerus fuit qua-
19 draginta millia quingenti.*" Filij Iuda, Her, ° Gen.38.a.3.
& Onan, qui ambo mortui sunt in Terra
20 Chanaan. * Fueruntq filij Iuda, per cogna-
C tiones suas: Sela, à quo familia Selaitarum:
Phares,à quo familia Pharesitarum: Zare,à
21 quo familia Zareitarum. * Porrò Filij Pha-
res: Hesron,à quo familia Hesronitarum:&
22 Hamul,à quo familia Hamulitarum.* Istæ
sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus
23 fuit septuaginta sex millia quingenti. * Filij
Issachar, per cognationes suas: Thola,à quo
familia Tholaitarum: Phua, à quo familia
24 Phuaitarum:* Iasub,à quo familia Iasubita-
rum: Semran, à quo familia Semranitarum,
25 * hæ sunt cognationes Issachar,quarum nu-
merus fuit sexaginta quatuor millia trecen-
26 ti.* Filij Zabulon per cognationes suas: Sa-
red,a quo familia Sareditarum: Elon, à quo
familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ia-
27 lelitarum. * hæ sunt cognationes Zabulon,
quarū numerus fuit sexaginta millia quin-
28 genti. * Filij Ioseph per cognationes suas,
D Manasse,& Ephraim. * De Manasse ortus
29 est Machir, à quo familia Machiritarum, " ° Ios.17.a.1.
Machir genuit Galaad, à quo familia Galaa-
30 ditarum.* Galaad habuit filios, Iezer,à quo
familia Iezeritarum: & Helec,à quo familia
31 Helecitarum:* & Asriel,à quo familia Asrie
litarum, & Sechem, a quo familia Sechemi-
32 tarum: * & Semida, à quo familia Semidai-
tarum: " & Hepher, à quo familia Hepheri- ° Inf.27.a.1.
33 tarū. * Fuit autem Hepher pater Salphaad,
qui filios non habebat, sed tantū filias, qua-
rum ista sunt nomina: " Maala, & Noa, & ° Inf.27.a.1.
34 Hegla,& Melcha,& Thersa,* hæ sunt fami-
liæ Manasse,& numerus earum quinquagin
35 ta duo millia septingenti.* Filij autē Ephra-
im per cognationes suas fuerunt hi: Suthala,
à quo familia Suthalaitarum: Becher,à quo
familia Becheritarum: Thehen,à quo fami-
36 lia Thehenitarū: * porrò filius Suthala fuit
37 Heran,à quo familia Heranitarū.* hæ sunt
E cognationes filiorum Ephraim,quarum nu-
38 merus fuit triginta duo millia quingēti.* Isti
sunt filij Ioseph per familias suas. Filij Be-
niamin in cognationibus suis: Bela, à quo fa-
milia Belaitarum: Asbel à quo familia As-
belitarū: Ahiram, à quo familia Ahiramita-
39 rum.* Suphā,à quo familia Huphamitarū:
40 Huphā a quo familia Huphamitarum.* Fi-
lij Bela, Hered,& Noeman. De Hered,fami-
lia Hereditarum de Noeman, familia Noe-
41 manitarum.* hi sunt filij Beniamin per co-
gnationes suas, quorum numerus fuit, qua-
42 draginta quinque millia sexcenti.* Filij Dan
per cognationes suas; Suham, à quo familia
Suha-

Suhamitarum hæ ſunt cognationes Dã per
familias ſuas.* omnes fuere Suamitæ,quo- 43
rũ numerus erat ſexaginta quatuor millia
quadringenti. * Filij Aſer per cognationes 44
ſuas:Iemna,à quo familia Iemnaitarum:Ieſ
ſui,à quo familia Ieſſuitarum: Brie,à quo fa
milia Brieitarum.* Filij Brie:Heber,à quo 45
familia Heberitarum:& Melchiel, à quo fa-
milia Melchielitarũ.* Nomen autem filiæ 46
Aſer, fuit Sara. * hæ cognationes filiorum 47
Aſer, & numerus eorum quinquaginta tria
millia quadringẽti.* Filij Nephthali per co- 48
gnationes ſuas : Ieſiel, à quo familia Ieſieli- F
tarum Guni,à quo familia Gunitarũ. * Ie- 49
ſer,à quo familia Ieſeritarum: Sellem,à quo
familia Sellemitarum*hæ ſunt cognationes 50
filiorum Nephthali per familias ſuas : quo-
rum numerus quadraginta quinque millia
quadringenti *Iſta eſt ſumma filiorum Iſ- 51
rael,qui recẽſiti ſunt,ſexcẽta millia, & mille
ſeptingenti triginta.* Locutuſq. eſt Domi- 52
nus ad Moyſen,dicens:*Iſtis diuidetur ter 53
ra iuxta numerũ vocabulorũ in poſſeſſio-
nes ſuas.*Pluribus maiorem partem dabis,54
& paucioribus minorẽ : ſingulis, ſicut nunc
recenſiti ſunt,tradetur poſſeſſio:*ita dũta- 55
xat vt ſors Terrã tribubus diuidat, & fami-
lijs.*Quidquid ſorte contigerit,hoc vel plu-56
[Exo.6. c.17.] res accipiant,vel pauciores. * " Hic quoque 57
eſt numerus filiorũ Leui per familias ſuas:
Gerſon, à quo familia Gerſonitarũ:Caath,
à quo familia Caathitarũ: Merari, à quo fa-
milia Meraritarum.*hæ ſunt familiæ Leui:58
Familia Lobni , familia Hebroni , familia G
Moholi,familia Muſi,familia Core. At verò
Caath genuit Amram:*qui habuit vxorem 59
Iochabed filiã Leui,quæ nata eſt ei in Ægy-
pto,hæc genuit Amrã viro ſuo filios, Aaron
& Moyſen,& Mariam ſororem eorũ:* De 60
[Sup. 3. a.4.] Aaron orti ſunt Nadab,& Abiu, & Eleazar
& Ithamar:* "quorũ Nadab,& Abiu mor- 61
[Leu. 10. a.1.] tui ſunt, cum obtuliſſent ignem alienum co
ram Domino.* Fueruntque omnes,qui nu- 62
[1. Paral. 24.a.2.] merati ſunt , viginti tria millia generis ma-
ſculini ab vno menſe,& ſupra:quia nõ ſunt
recenſiti inter filios Iſrael , nec eis cũ ceteris
data poſſeſſio eſt * Hic eſt numerus filiorũ 63
Iſrael,qui deſcripti ſunt à Moyſe,& Eleaza-
ro ſacerdote,in cam peſtrib. Moab ſupra Ior
[1. Cor. 10.a.5.] danem cõtra Iericho. * " inter quos nullus 64
fuit eorũ, qui ante numerati ſunt à Moyſe,
[Sup.14. d.23.24.] & Aaron in deſerto Sinai.* " Prædixerat e- 65
nim Dominus quod omnes morerentur in
ſolitudine. Nulluſque remanſit ex eis,niſi
Caleb filius Iephone, & Ioſue filius Nun.

CAP. XXVII.

[Sup.26. d.32. Inf. 36. a.1. Ioſ. 17. a.1.]
ACceſſerunt "autem filiæ Salphaad, filij 1
Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij A
Manaſſe,qui fuit filius Ioſeph : quarũ ſunt
nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Mel-
cha,& Therſa. * Steteruntq. corã Moyſe,& 2
Eleazaro ſacerdote , & cunctis principibus
populi ad oſtium tabernaculi fœderis, atque
3 dixerũt:*Pater noſter mortuus eſt in deſer
[Sup.16. a.1.] to , nec fuit in ſeditione, quæ "concitata eſt
contra Dominum ſub Core , ſed in peccato
ſuo mortuus eſt:hic nõ habuit mares filios,
Cur tollitur nomẽ illius de familia ſua , qa
non habuit filiũ ? Date nobis poſſeſſionem
4 inter cognatos patris noſtri. * Retulitque
B Moyſes cauſam earum ad iudicium Dñi.
5 *Qui dixit ad eum:*Iuſtam rem poſtulant
6 filiæ Salphaad,da eis poſſeſſionem inter co
gnatos patris ſui,& ei in hereditatem ſucce-
7 dant.* Ad filios autem Iſrael loqueris hæc:
8 *Homo cum mortuus fuerit abſq. filio ad
9 filiam eius tranſibit hereditas. * ſi filiã non
habuerit , habebit ſucceſſores fratres ſuos
10 * quòd ſi & fratres non fuerint dabitis he-
11 reditatem fratribus patris eius.* ſin aũt nec
patruos habuerit, dabitur hereditas his,qui
ei proximi ſunt,eritque hoc filijs Iſrael ſan-
C ctum lege perpetua,ſicut præcepit Dominus
12 Moyſi.*Dixit quoq. Dominus ad Moyſen: [Deu.32. g.51. Sup. 20. b.12.]
" Aſcende in montẽ iſtum Abarim , & con-
templare inde Terram, quam daturus ſum
13 filijs Iſrael.* Cumq. videris eam,ibis,& tu
ad populum tuum,ſicut iuit frater tuus Aa-
14 ron:* quia offendiſtis me in deſerto. Sin in
contradictione multitudinis,nec ſanctifica-
re me voluiſtis corã ea ſuper aquas,hæ ſunt
aquæ contradictionis in Cades deſerti Sin.
15 *Cui reſpondit Moyſes:* Prouideat Domi
16 nus Deus ſpirituum omnis carnis, hominẽ,
17 qui ſit ſuper multitudinem hanc:*& poſſit
exire, & intrare ante eos, & educere eos,vel
D introducere:ne ſit populus Domini ſicut o-
18 ues abſque paſtore.*Dixitque Dominus ad
eum. " Tolle Ioſue filium Nun virũ,in quo [Deut.3. d.21.]
eſt Spiritus , & pone manũ tuam ſuper eũ.
19 *Qui ſtabit corã Eleazaro ſacerdote,& om-
20 ni multitudine:* & dabis ei præcepta cun-
ctis videntibus,& partem gloriæ tuæ,vt au-
diat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael.
21 * Pro hoc,ſi quid agendum erit, Eleazar ſa-
cerdos conſulet Dominum . Ad verbũ eius
egredietur,& ingredietur ipſe,&omnes filij
22 Iſrael cum eo,& cetera multitudo. * Fecit
Moyſes vt præceperat Dominus. Cumque
tuliſſet Ioſue , ſtatuit eum coram Eleazaro
23 ſacerdote,& omni frequentia populi. * Et
impoſitis capiti eius manibus , cuncta repli-
cauit, quæ mandauerat Dominus .

CAP. XXVIII.

1 DIxit quoq. Dominus ad Moyſen:* Præ
2 cipe filijs Iſrael,& dices ad eos : Obla-
A tionem meam,& panes,& incenſum odoris
3 ſuauiſſimi offerte per tempora ſua. * Hæc
ſunt ſacrificia q̃ offerre debetis : Agnos an-
niculos immaculatos duos quotidie in ho-
4 locauſtum ſempiternũ:* vnũ offeretis ma-
5 ne,& alterum ad veſperum:* decimã par-
tem ephi ſimilæ, quæ conſperſa ſit oleo pu-
6 riſſimo, & habeat quartã partem hin. * ho-
locauſtum iuge eſt quod obtuliſtis in mõte
Sinai in odorem ſuauiſſimum incenſi Do-
mini. * & libabitis vini quartam partẽ hin 7
per agnos ſingulos in Sanctuario Domini. * 8
Alterumq.agnum ſimiliter offeretis ad ve-
ſperam iuxta omnem ritum ſacrificij matu
tini,& libamẽtorum eius,oblationem ſua- B
[Mat.12 a.5.] uiſſimi odoris Domino. * " Die autem ſab- 9
bati offeretis duos agnos anniculos imma-
culatos,& duas decimas ſimilæ oleo cõſper-
ſæ in ſacrificio,& liba*quæ rite funduntur 10
per ſingula ſabbata in holocauſtum ſempi-
ternum.* In calendis autem offeretis holo- 11
cauſtũ Domino , vitulos de armento duos,
arietem vnum,agnos anniculos ſeptem im-
maculatos,*& tres decimas ſimilæ oleo cõ- 12
ſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos : &
duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſin
gulos arietes: * & decimam decimæ ſimilæ 13
ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos , ho-
locauſtum ſuauiſſimi odoris,atq.incenſi eſt
Domino.* Libamenta autem vini,quæ per 14
ſingulas fundẽda ſunt victimas, iſta erunt:
Media pars hin per ſingulos vitulos , tertia
per arietem, quarta per agnum,hoc erit ho-
locauſtum per omnes menſes , qui ſibi an- C
no vertente ſuccedunt.* Hircus quoq offe- 15
retur Domino pro peccatis in holocauſtum
[Exod. 12.d.18. Leu. 23. a.5.] ſempiternum cum libamentis ſuis.*" Men- 16
ſe autem primo , quartadecima die menſis
Phaſe Domini erit, * & quintadecima die 17
ſolemnitas: ſeptem diebus veſcentur azy-
mis.*Quarũ dies prima venerabilis,& ſan- 18
cta erit : oẽ opus ſeruile non facietis in ea.* 19
Offeretiſque incenſum holocauſtum Do-
mino, vitulos de armento duos , arietem v-
num , agnos anniculos immaculatos ſeptẽ :
*& ſacrificia ſingulorum ex ſimila,quæ cõ- 20
ſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingulos vi-
tulos,& duas decimas per arietem,*& deci- 21
mam decimæ per agnos ſingulos, id eſt,per
ſeptem agnos. * Et hircum pro peccato v- 22
num, vt expietur pro vobis, * præter holo- 23
cauſtum matutinum , quod ſemper offere-
tis.* Ita facietis p ſingulos dies ſeptem die- 24
rum in fomitem ignis, & in odorem ſuauiſ- D
ſimum Domino , qui ſurget de holocauſto,
& de libationibus ſingulorum.* Dies quoq. 25
ſeptimus celeberrimus , & ſanctus erit vo-
bis : omne opus ſeruile non facietis in eo. * 26
Dies etiam primitiuorum,quando offeretis
nouas fruges Domino,expletis hebdomadi-
bus, venerabilis , & ſancta erit: omne opus
ſeruile non facietis in ea.* Offeretiſq. holo- 27
cauſtum in odorem ſuauiſſimũ Domino,
vitulos de armento duos, arietem vnum,&
agnos anniculos immaculatos ſeptem: * at- 28
que in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo cõſper-
ſæ tres decimas per ſingulos vitulos,per a-
rietes duos,* per agnos decimam decimæ, 29
qui ſimul ſunt agni ſeptem . hircum quo-
que * qui mactatur pro expiatione : præ- 30
ter holocauſtum ſempiternum , & liba
eius.* Immaculata offeretis omnia cum li- 31
bationibus ſuis.

CAP. XXIX.

1 MEnſis etiam ſeptimi prima dies vene-
A rabilis , & ſancta erit vobis , omne o-
pus ſeruile non facietis in ea, quia dies clan-
2 goris eſt,& tubarum . * Offeretiſque holo-
cauſtum in odorem ſuauiſſimum Domi-
no,vitulum de armento vnum, arietem v-
nũ, & agnos anniculos immaculatos ſeptẽ:
3 *& in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo cõſper-
ſæ tres decimas per ſingulos vitulos , duas
4 decimas per arietem. * vnã decimam per a-
5 gnum,qui ſimul ſunt agni ſeptem:*& hircũ
pro peccato , qui offertur in expiationẽ po-
6 puli*præter holocauſtum calendarum cum
ſacrificijs ſuis , & holocauſtum ſempiternũ
cum libationibus ſolitis. eiſdem ceremonijs
offeretis in odorem ſuauiſſimum incẽſum
7 Domino.*"Decima quoq. dies menſis huius [Leuit. 16.g.30. & 23. c. 24.]
ſeptimi erit vobis ſancta,atq. venerabilis,&
affligetis animas veſtras: omne opus ſeruile
8 non facietis in ea.* Offeretiſq. holocauſtum
Domino in odorem ſuauiſſimum, vitulum
de armẽto vnum,arietem vnum, agnos an-
9 niculos immaculatos ſeptem: * & in ſacrifi-
B cijs eorũ ſimilæ oleo cõſperſæ tres decimas
per ſingulos vitulos,duas decimas per arie-
10 tem ,*decimam decimę per agnos ſingulos,
11 qui ſunt ſimul agni ſeptem:*& hircum pro
peccato,abſq. his quæ offerri pro delicto ſo-
lent in expiationem,& holocauſtum ſempi-
ternum, cum ſacrificio , & libaminibus eo-
12 rũ.* Quintadecima verò die menſis ſepti-
mi,quæ vobis ſancta erit atq. venerabilis,oẽ
opus ſeruile non facietis in ea,ſed celebrabi-
13 tis ſolemnitatem Dño ſeptem diebus.*offe
retiſq. holocauſtum in odorem ſuauiſſimũ
Dño, vitulos de armento tredecim , arietes
duos , agnos anniculos immaculatos qua-
14 tuordecim:* & in libamentis eorum ſimilæ
oleo conſperſæ tres decimas per vitulos ſin-
gulos,q ſunt ſimul vituli tredecim, & duas
decimas arieti vno,i.ſimul arietib. duobus,
15 * & decimã decimæ agnis ſingulis,qui ſunt
16 ſimul agni quatuordecim:*& hircũ p pec-
C cato,abſq.holocauſto ſempiterno,& ſacrifi-
17 cio,& libamine eius. * In die altero offere-
tis vitulos de armento duodecim , arietes
duos , agnos anniculos immaculatos qua-
18 tuordecim:*ſacrificiaq.& libamina ſingulo
rum per vitulos,& arietes,& agnos rite cele-
19 brabitis:*& hircum pro peccato,abſq.holo-
cauſto ſempiterno, ſacrificioq. & libamine
20 eius.*Die tertio offeretis vitulos vndecim,
arietes duos , agnos anniculos immaculatos
21 quatuordecim:* ſacrificiaq.& libamina ſin-
gulorum per vitulos, & arietes,& agnos rite
22 celebrabitis:*& hircum pro peccato,abſque
holocauſto ſempiterno , ſacrificioq. & liba-
23 mine eius.*Die quarto offeretis vitulos de-
cem,arietes duos,agnos anniculos immacu-
24 latos quatuordecim:*ſacrificiaque, & liba-
mina ſingulorũ per vitulos, & arietes, & a-
25 gnos ritè celebrabitis,*& hircũ pro peccato,
abſque

absq. holocausto sempiterno, sacrificioque
eius,& libamine.* Die quinto offeretis vitu- 26
los nouẽ, arietes duos, agnos anniculos im-
maculatos quatuordecim:* sacrificiaque,& 27
libamina singulorum per vitulos, & arietes
& agnos ritè celebrabitis: * & hircum pro 28
peccato,absq. holocausto sempiterno,sacrifi-
cioque eius,& libamine.* Die sexto offe- 29
retis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos D
immaculatos quatuordecim:* sacrificiaque 30
& libamina singulorum per vitulos,& arie-
tes,& agnos ritè celebrabitis: * & hircũ pro 31
peccato, absq. holocausto sempiterno,sacri-
ficioq eius,& libamine.* Die septimo offe- 32
retis vitulos septẽ,& arietes duos,agnos
anniculos immaculatos quatuordecim: * sa- 33
crificiaq. & libamina singulorum per vitu-
los,& arietes, & agnos ritè celebrabitis:*& 34
hircum pro peccato, absq. holocausto sem-
piterno, sacrificioque eius, & libamine. * 35
Die octauo, qui est celeberrimus, omne o-
pus seruile non facietis, * offerentes holo- 36
caustum in odorem suauissimum Domi-
no,vitulum vnũ, arietem vnum,agnos an-
niculos immaculatos septem: * sacrificiaq. 37
& libamina singulorum per vitulos,& arie-
tes,& agnos ritè celebrabitis: * & hircũ pro 38
peccato, absque holocausto sempiterno, sa-
crificioque eius,& libamine. * Hæc offere- 39
tis Domino in solemnitatibus vestris præ-
ter vota, & oblationes spontaneas in holo-
causto,in sacrificio, in libamine,& in hostijs
pacificis.

CAP. XXX.

NArrauitque Moyses filijs Israel omnia, 1
quæ ei Dominus imperarat:& * locu- A
tus est ad principes tribuũ filiorum Israel: 2
Iste est sermo,quem præcepit Dominus:*Si 3
quis virorum votum Domino vouerit, aut
se constrinxerit iuramento:non faciet irritũ
verbum suum,sed omne quod promisit im
plebit.* Mulier si quippiã vouerit,& se con- 4
strinxerit iuramento, quæ est in domo pa-
tris sui,& ĩ ętate adhuc puellari: si cognoue
rit pater votum quod pollicita est, & iura-
mentum,quo obligauit animam suam, &
tacuerit, voti rea erit. * quidquid pollicita 5
est,& iurauit,opere complebit.*sin autẽ sta- B
tum vt audierit,contradixerit pater:& vota 6
& iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia
tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit
pater. * Si maritum habuerit,& vouerit ali- 7
quid,& semel de ore eius verbum egrediẽs
animam eius obligauerit iuramento: * quo 8
die audierit vir, & non contradixerit, voti
rea erit,reddetq.quodcũq promiserat * sin- 9
autem audiens statim contradixerit,& irri- C
tas fecerit pollicitationes eius,verbaq. quib⁹
obstrinxerat animam suam: propitius erit
ei Dominus *Vidua,& repudiata,quidquid ro
vouerint,reddent. * Vxor in domo viri cũ 11
se voto constrinxerit,& iuramento, * si au- 12
dierit vir, & tacuerit,nec cõtradixerit spon-
13 sioni,reddet quodcumque promiserat.*sin
autem extemplo contradixerit, non tenebi-
tur promissionis rea:quia maritus contradi-
14 xit,& Dominus ei propitius erit.* Si voue-
D rit,& iuramento se constrinxerit, vt per ie-
iunium,vel ceterarum rerum abstinentiã af
fligat animam suam, in arbitrio viri erit vt
15 faciat,siue non faciat.* quod si audiens vir
tacuerit, & in alteram diem distulerit sen-
tentiam: quidquid vouerat,atque promise-
16 rat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit,*
sin autem contradixerit postquam resciuit,
17 portabit ipse iniquitatem eius.* Istæ sunt le
ges,quas constituit Dominus Moysi inter vi
rum,& vxorem,inter patrem:& filiam,quæ
in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet
in parentis domo.

CAP. XXXI.

1 LOcutusq. est Dominus ad Moysen, di-
2 cẽs:* Vlciscere prius filios Israel de Ma-
A dianitis, & sic colligeris ad populum tuũ. *
3 Statimq. Moyses,// Armate, inquit,ex vobis //Sup.21.
viros ad pugnam,qui possint vltionem Do- d. 17.
4 mini expetere de Madianitis.*mille viri de
singulis tribubus eligãtur ex Israel,qui mit-
5 tantur ad bellum.* Dederuntq.millenos de
singulis tribub⁹,id est,duodecim millia ex-
6 peditorum ad pugnam :* quos misit Moy-
ses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis,va
sa quoq. sancta,& tubas ad clangendum tra
7 diditei.* Cumq. pugnassent contra Madia-
nitas,atque vicissent, omnes mares occide-
8 rũt,*//& reges eorum Eui,& Recem,& Sur, // Ios.13.
B & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: c.21.
Balaam quoque filium Beor interfecerunt
9 gladio. * Ceperuntque mulieres eorum,&
paruulos,omniaque pecora, & cunctam su-
pellectilem:quidquid habere potuerant de-
10 populati sunt:*tam vrbes,quam viculos,&
11 castella flamma consumpsit. * Et tulerunt
prædam, & vniuersa,quæ ceperant tam ex
12 hominibus quam ex iumentis,*& adduxe-
runt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotẽ,
& ad omnem multitudinem filiorũ Israel.
reliqua autem vtensilia portauerunt ad ca-
stra in campestribus Moab iuxta Iordanem
13 contra Iericho. * Egressi sunt autem Moy-
C ses,& Eleazar sacerdos, & omnes principes
synagogæ in occursum eorum extra castra.
14 * Iratusque Moyses principibus exercitus,
tribunis, & centurionibus,qui venerant de
15 bello,*ait:Cur feminas reseruastis:*// Nõne //Sup.25.
16 istæ sunt,quæ deceperũt filios Israel ad sug d. 17.
gestionem Balaam, & præuaricari vos fece-
runt in Domino super peccato Phogor,vn-
17 de,& percussus est populus?*// Ergo cũctos //Iud.21.
interficite quidquid est generis masculini,ẽt d.1.
in paruulis: & mulieres,quæ nouerũt viros
18 in coitu,iugulate:*puellas autem,& omnes
19 feminas virgines reseruate vobis:*& mane-
te extra castra septem diebus. Qui occiderit
hominem,vel occisum tetigerit,lustrabitur
20 die tertio,& septimo.* Et de omni p̃da, si-
ue

ue vestimentum fuerit,siue vas,& aliquid in
vtẽsilia præparatum, de caprarum pellibus,
& pilis:& ligno expiabitur. * Eleazar quoq. 21
sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerãt, D
// Leu. 6. sic locutus est: Hoc est præceptũ legis,// quod
d. 28. & mandauit Dominus Moysi:* Aurum,& ar- 22
11.e.33. gentum,& æs,& ferrum,& plumbum, & stã
& 15.b. num,*& omne,quod potest transire per flã- 23
11. mas,igne purgabitur, quidquid autem ignẽ
nõ potest sustinere, aqua expiationis sancti-
ficabitur: * & lauabitis vestimenta vestra 24
die septimo, & purificati postea castra intra
bitis.* Dixit quoque Dominus ad Moysen: 25
* Tollite summã eorum, quæ capta sunt ab 26
homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacer-
dos,& principes vulgi:*diuidesque ex equo 27
prædam inter eos,qui pugnauerũt, egressiq.
sunt ad bellum, & inter omnẽ reliquã mul-
titudinem, * & separabis partem Domino 28
ab his,qui pugnauerunt,& fuerunt in bello,
vnam animam, de quingentis tam ex homi-
nibus,quã ex bobus, & asinis, & ouibus,* & E
dabis eã Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ 29
Domini sunt.* Ex media quoque parte filio- 30
rum Israel accipies quinquagesimum caput
hominum,& boum,& asinorum,& ouium,
cunctorum animantium,& dabis ea Leuitis,
qui excubant in custodijs tabernaculi Domi-
ni. * Feceruntque Moyses,& Eleazar,sicut 31
præceperat Dominus. * Fuit autem præda, 32
quam exercitus ceperat, ouium sexcenta se-
ptuaginta quinq. millia, * boum septuagin- 33
ta duo millia, * asinorũ sexaginta millia, & 34
mille * animæ hominum sexus feminei, q̃ 35
non cognouerant viros, triginta duo millia.
* Dataque est media pars his, qui in prælio 36
fuerant,ouium trecenta triginta septem mil F
lia quingentæ. * è quibus in partem Domi- 37
ui suppuratæ sunt oues sexcẽtæ septuaginta
quinque.* Et de bob. triginta sex millibus, 38
boues septuaginta,& duo: * de asinis trigin- 39
ta millibus quingentis, asini sexaginta vnus:
* de animabus hominũ sedecim millibus, 40
cesserunt in partem Domini triginta duæ a-
nimæ. * Tradiditq. Moyses numerum pri- 41
mitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut
fuerat ei imperatũ,* ex media parte filiorũ 42
Israel, quam separauerat his, qui in prælio
fuerant.*De media verò parte,quæ contige 43
rat reliquæ multitudini,id est,de ouibus tre-
centis triginta septem millibus quingentis,
& de bobus triginta sex millibus,& de asi 44
nis triginta millibus quingentis, * & de ho- 45
minibus sedecim millibus, * tulit Moyses 46
quinquagesimum caput, & dedit Leuitis, 47
qui excubabãt in tabernaculo Domini, sicut G
præceperat Dominus. * Cumq. accessissent 48
principes exercitus ad Moysen, & tribuni,
centurionesque dixerunt:* Nos serui tui re- 49
censuimus numerum pugnatorũ, quos ha-
buimus sub manu nostra: & ne vnus qui-
dem defuit. * Ob hãc causam offerimus in 50
donarijs Domini singuli quod in præda auri
potuimus inuenire, periscelides,& armillas,
anulos, & dextralia,ac murenulas,vt depre
51 ceris pro nobis Dominum. * Susceperuntq.
Moyses,& Eleazar sacerdos omne aurum in
52 diuersis speciebus, * pondo sedecim millia,
septingentos quinquaginta siclos à tribunis
53 & centurionibus.* Vnusquisque enim quod
54 in præda rapuerat,suum erat. * Et susceptũ
intulerunt in tabernaculum testimonij, in
monimentum filiorum Israel coram Dño.

CAP. XXXII.

1 FIlij autem Ruben, & Gad habebant pe-
A cora multa, & erat illis in iumentis in fi-
nita substantia. Cumque vidissent Iazer,&
2 Galaad aptas animalibus alẽdis terras, * ve-
neruntad Moysen, & ad Eleazarũ sacerdo-
tem,& principes multitudinis, atque dixe-
3 runt.* Ataroth,& Dibon, & Iazer, & Nem-
ra,Hesebon,& Eleale,& Saban, & Nebo, &
4 Beon, * terra, quam percussit Dominus in
cõspectu filiorum Israel, regio vberrima est
ad pastum animalium,& nos serui tui habe-
5 mus iumenta plurima: * precamurque si in-
uenimus gratiam coram te, vt des nobis fa-
mulis tuis eam in possessionem, nec facias
6 nos transire Iordanem. * Quibus respondit
B Moyses: Numquid fratres vestri ibũt ad pu-
7 gnam,& vos hic sedebitis? * Cur subuertitis
mentes filiorum Israel, ne transire audeant
in locum, quem eis daturus est Dominus?
8 * nonne ita egerunt patres vestri,quando mi // Sup.13.
si de Cadesbarne ad explorandam Terram? d.24.
9 *// Cumque venissent vsque ad Vallem bo-
tri,lustrata omni regione, subuerterunt cor
filiorum Israel,vt non intrarent fines, quos
10 eis Dominus dedit. * Qui iratus iurauit, di-
11 cens.* Si videbunt homines isti, qui ascẽde-
runt ex Aegypto à viginti annis, & supra,
Terrã, quam sub iuramento pollicitus sum
Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt se-
12 qui me, * præter Caleb filium Iephone Ce-
C nezæum,& Iosue filium Nun: isti impleue-
13 runt volũtatem meam. * Iratusque Domi-
nus aduersum Israel, circumduxit eum per
desertum quadraginta annis, donec consu-
meretur vniuersa generatio,quæ fecerat ma
14 lum in conspectu eius. * Et ecce, inquit,vos
surrexistis pro patribus vestris, incrementa,
& alumni hominum peccatorum,vt augere-
15 tis furorem Domini contra Israel.*Quod si
nolueritis sequi eum,in solitudine populum
derelinquet,& vos causa eritis necis omniũ.
16 * At illi propè accedentes dixerunt: Caulas
ouium fabricabimus,& stabula iumẽtorum,
17 paruulis quoq. nostris vrbes munitas, * nos
D aũt ipsi armati,& accincti pergemus ad præ
lium ante filios Israel, donec introducamus
eos ad loca sua. Paruuli nostri, & q̃dquid ha
bere possumus,erunt in vrbibus muratis, p-
18 ter habitatorum insidias.* Nõ reuertemur
in domos nostras, vsque dum possideãt filij
19 Israel hereditatem suam:*nec quidquã que-
remus trans Iordanẽ,quia iam habemus no- // Ios.1.c.
stram possessionem in orientali eius plaga. 13.
20 * Quibus Moyses ait; // Si faciatis quod pro-
mittitis

mititis, expediti pergite coram Domino ad
Pugnā: * & omnis vir bellator armatus Ior- 21
danē trāseat, donec subuertat Dominus ini-
micos suos, * & subijciatur ei omnis terra: 22
tunc eritis inculpabiles apud Dominum, & E
apud Israel, & obtinebitis regiones, quas vul
tis coram Domino. * Sin autem quod dicitis 23
non feceritis, nulli dubium est quin peccetis
in Deum: & scitote quoniam peccatum ve-
strum apprehēdet vos. * Aedificate ergo vr- 24
bes paruulis vestris, & caulas, & stabula o-
" Iosf. 4. c. 12. uib. ac iumentis: & quod polliciti estis im-
plete. * " Dixeruntq. filij Gad, & Ruben ad 25
Moysen: Serui tui sumus, faciemus quod iu-
bet Dominus noster. * Paruulos nostros, & 26
mulieres, & pecora, ac iumenta relinquemus
in vrbibus Galaad: * nos autem famuli tui 27
omnes expediti pergemus ad bellū, sicut tu
domine loqueris. * Præcepit ergo Moyses E- 28
leazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & prin F
" Iosf. 13. b. 8. & 22. a. 4. Deut. 3. cipibus familiarum per tribus Israel, & di-
xit ad eos: * " Si trāsierint filij Gad, & filij Ru 29
ben vobiscum Iordanem omnes armati ad
bellū coram Domino, & vobis fuerit Terra
subiecta: date eis Galaad in possessionem.
* Sin autem noluerint transire armati vobi- 30
scum in terra Chanaan, inter vos habitandi
accipient loca. * Responderuntq. filij Gad, 31
& filij Rubē: Sicut locutus est Dominus ser-
uis, ita faciemus: * Ipsi armati pergemus 32
coram Domino in Terram Chanaan, & pos-
sessionē iam suscepisse nos confitemur trās
Iordanē. * " Dedit itaq. Moyses filijs Gad 33
& Rubē, & dimidiæ tribui Manasse filij Io-
seph regnum Sehon regis Amorrhæi: & re-
gnum Og regis Basan, & terrā eorum cum G
vrbibus suis per circuitum. * Igitur extruxe 34
runt filij Gad, Dibon, & Araroth, & Aroer,
* & Etroth, & Sophan, & Iazer: & Iegbaa, 35
* & Bethnemra, & Betharā, vrbes munitas, 36
& caulas pecoribus suis. * Filij verò Ruben 37
ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Caria-
thaim, * & Nabo, & Baalmeon versis nomi 38
nibus, Sabama quoque: imponentes voca-
bula vrbibus, quas extruxerāt. * " Porrò filij 39
Machir filij Manasse perrexerūt in Galaad,
& vastauerūt eā interfecto Amorrhæo habi
tatore eius. * Dedit ergo Moyses Terrā Ga- 40
laad Machir filio Manasse, qui habitauit in
ea. * Iair autem filius Manasse abijt, & occu- 41
pauit vicos ei9, quos appellauit Hauoth Iair,
id est, Villas Iair. * Nobe quoq. perrexit, & 42
apprehendit Chanath cum viculis suis: vo-
cauitq. eam ex nomine suo Nobe.

CAP. XXXIII.

Haec sunt māsiones filiorum Israel, qui 1
egressi sunt de Aegypto p turmas suas A
in manu Moysi, & Aaron, * quas descripsit 2
Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini
iussione mutabant. * Profecti igitur de Ra- 3
messe mense primo, quintadecima die men
sis primi, altera die Phase filij Israel in manu
excelsa videntibus cunctis Aegyptijs, * & se- 4
pelientibus primogenitos, quos percusserat
Dominus (nam & in dijs eorum exercuerat
5 vltionem) * castrametati sunt in Soccoth.
6 * Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ est
B in extremis finibus solitudinis. * " Inde egres " Exo. 14 a. 2.
7 si venerunt contra Phihahiroth, quæ respicit
Beelsephon, & castrametati sunt ante Mag-
8 dalum. * Profectiq. de Phihahiroth, transie-
runt per medium mare in solitudinē: & am-
bulātes tribus diebus per desertum Etham,
9 castrametati sunt in Mara. * " Profectiq. de " Exo. 15 g. 27.
Mara venerunt in Elim, vbi erāt duodecim
fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibiq.
10 castrametati sunt. * Sed, & inde egressi, fixe-
runt tētoria supra Mare rubrū. Profectiq. de
11 Mari rubro, * castrametati sunt in deserto
12 Sin. * Vnde egressi, venerunt in Daphca.
13 * Profectiq. de Daphca, castrametati sunt in
14 Alus. * Egressiq. de Alus, in Raphidim fixe-
C re tētoria, " vbi populo defuit aqua ad biben " Exo. 17 a. 1.
15 dum. * Profectiq. de Raphidim castrameta
16 ti sunt in deserto Sinai: * Sed, & de solitudi-
ne " Sinai egressi, venerūt ad sepulchra cōcu- " Exo. 19 a. 1.
17 piscentiæ. * " Profectiq. de sepulchris cōcupi
18 scētiæ, castrametati sunt in Haseroth. * " Et " Sup. 11. g. 35.
19 de Haseroth venerunt in Rethma. * Profe-
ctiq. de Rethma castrametati sunt in Rem- " Sup. 13 a. 1.
20 momphares. * Vnde egressi venerūt in Leb
21 na. * De Lebna castrametati sunt in Ressa.
22 * Egressiq. de Ressa, venerunt in Ceelatha.
23 * Vnde profecti castrametati sunt in mōte
24 Sepher: * Egressi de monte Sepher, venerūt
25 in Arada. * Inde proficiscentes, castrametati
26 sūt in Maceloth. * Profectiq. de Maceloth,
27 venerūt in Thahath. * De Thahath castra-
28 metati sūt in Thare * Vnde egressi, fixere tē
29 toria in Methca. * Et de Methca castrameta-
30 ti sunt in Hesmona. " Profectiq. de Hesmo " Deu. 10 b. 6.
D na, venerūt in Moseroth. * Et de Moseroth
31 castrametati sunt in Beneiaacā. * Profectiq.
32 de Beneiaacā, venerūt in mōtem Gaddad. *
33 Vnde pfecti, castrametati sūt in Ietebata. *
34 Et de Ietebatha venerunt in Hebrona. * E-
35 gressique de Hebrona, castrametati sunt in " Sup. 20 a. 1.
36 Asiongaber. * " Inde profecti, venerunt in
37 desertum Sin, hæc est Cades. * Egressiq. de
E Cades, castrametati sunt in monte Hor, in
38 extremis finibus Terræ Edom. * " Ascendit " Sup. 20 b. 8. d. 25 Deu. 35 g. 50.
que Aaron sacerdos in montem Hor iuben-
te Domino: & ibi mortuus est anno quadra-
gesimo egressionis filiorum Israel ex Aegy-
39 pto, mense quinto, prima die mensis, * cum
40 esset annorum centum viginti trium. * Au-
diuitq. Chananæus rex Arad, qui habitabat
ad meridiem, in Terram Chanaan venisse
41 filios Israel. * Et profecti de monte Hor, ca-
42 strametati sunt in Salmona. * Vnde egres-
43 si, venerunt in Phunon. * Profectiq. de Phu
44 non, castrametati sunt in Oboth. * Et de O-
F both, venerunt in Iicabarim, quæ est in fini-
45 bus Moabitarū. * Profectiq. de Iicabarim, fi-
46 xere tētoria in Dibongad. * Vnde egressi ca-
47 strametati sunt in Helmōdeblathaim. * E-
gressiq. de Helmōdeblathaim, venerunt ad
48 montes Abarim contra Nabo, * Profectique
de

de montibus Abarim transierunt ad campe-
stria Moab, supra Iordanem cōtra Iericho.
* Ibiq. castrametati sunt de Bethsimoth vs- 49
que ad Abelsatim in planioribus locis Moa-
bitarum, * vbi locutus est Dñs ad Moysē: 50
* Præcipe filijs Israel, & dic ad eos: Quando 51
transieritis Iordanem, intrātes Terram Cha-
naan, * disperdite cunctos habitatores Ter- 52
Deut. 7. a. 5. Iudic. 2. a. 2. ræ illius: confringite titulos, & statuas com- G
minuite, atq. omnia excelsa vastate, * mun- 53
dantes terram, & habitantes in ea, ego enim
dedi vobis illā in possessionem, * quam di- 54
uidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorē,
& paucis angustiorem. Singulis vt sors ceci-
derit, ita tribuetur hereditas. Per tribus, &
familias possessio diuidetur. * Sin autem no 55
lueritis interficere habitatores Terræ: qui re-
manserint, erunt vobis quasi claui in oculis,
& lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vo-
bis in Terra habitationis vestræ: * & quid- 56
quid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

CAP. XXXIV.

Locutusque est Dñs ad Moysen, dicens, 1
* Præcipe filijs Israel, & dices ad eos: 2
Cum ingressi fueritis Terram Chanaan, & A
in possessionem vobis sorte ceciderit, his fi-
" Iosf. 15. a. 1. nibus terminabitur. * " Pars meridiana inci- 3
piet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: &
habebit terminos contra Orientē mare sal-
sissimum, * qui circuibunt australem plagam 4
per ascensum Scorpionis, ita vt transeant in
Senna, & perueniat à meridie vsq. ad Cades
barne, vnde egredietur cōfinia ad villam no
mine Adar, & tendent vsque ad Asemona.
* ibitq. per gyrum terminus ab Asemona vs 5
que ad Torrentem Aegypti, & maris magni B
littore finietur. * Plaga autē occidētalis a ma 6
ri magno incipiet, & ipso fine claudetur.
* Porrò ad septentrionalem plagam à mari 7
magno termini incipient, peruenientes vsq.
ad montem altissimum, * à quo venient in 8
Emath vsque ad terminos Sedada: * ibuntq. 9
confinia vsque ad Zephrona, & villā Enam.
hi erunt termini in parte Aquilonis. * Inde 10
metabuntur fines contra orientalem plagam
de villa Enan vsque Sephama, * & de Sepha 11
ma descendēt termini in Rebla contra fontē
Daphnim: inde peruenient cōtra Orientem
ad mare Cenereth, * & tēdent vsq. ad Iorda 12
nem, & ad vltimū salsissimo claudētur ma- C
ri. Hanc habebitis Terram per fines suos in
circuitu. * Præcepitq. Moyses filijs Israel, di 13
cens: Hæc erit Terra, quam possidebitis sor-
te, & quàm iussit Dominus dari, nouem tri-
bubus, & dimidiæ tribui. * Trib. enim filio- 14
rum Rubē per familias suas, & tribus filio-
rum Gad iuxta cognationum numerum,
media quoq tribus Manasse, * id est, duæ se- 15
mis tribus, acceperunt partem suam trans
Iordanem contra Iericho ad orientalem pla
" Iosf. 14. a. 2. gā. * Et ait Dominus ad Moysen. * " Hæc 16
sunt nomina virorum, qui Terrā vobis di- 17
uident, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nū, *
18 * & singuli principes de tribubus singulis,
19 * quorū ista sunt vocabula: De tribu Iuda,
D Caleb filius Iephone. * De tribu Simeon, Sa-
20 muel filius Ammiud. * De tribu Beniamin,
21 Elidad filius Chaselon. * De tribu filiorum
22 Dan: Bocci filius Iogli. * Filiorum Ioseph
23 de tribu Manasse, Hāniel filius Ephod. * De
24 tribu Ephraim, Camuel filius Sephthā. * De
25 tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnach.
26 * De tribu Issachar, dux Phaltiel fili9 Ozā.
27 * De tribu Aser, Ahiud filius Salomi. * De
28 tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud.
29 * Hi sunt, quibus præcepit Dominus vt di-
uiderent filijs Israel Terram Chanaan.

CAP. XXXV.

1 Haec quoque locutus est Dominus ad
A Moysen in campestrib. Moab supra
2 Iordanem, cōtra Iericho. * " Præcipe filijs Is- " Iosf. 21. a. 2.
rael vt dent Leuitis de possessionibus suis,
3 * vrbes ad habitandum, & suburbana earū
per circuitum: vt ipsi in oppidis maneant, &
4 suburbana sint pecoribus ac iumentis: * quæ
à muris ciuitatum forinsecus, per circuitum,
5 mille passuum spatio tendentur, * contra
Orientem duo millia erunt cubiti, & contra
Meridiē similiter erunt duo millia: ad mare
quoque, quod respicit ad Occidentem, eadē
mensura erit, & Septētrionalis plaga æquali
termino finietur, eruntq. vrbes in medio, &
6 foris suburbana. * " De ipsis autem oppi- " Iosf. 20 c. 8. Deu. 4. g. 4.
dis, quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugiti-
uorum auxilia separata, vt fugiat ad ea, q fu-
derit sanguinem: & exceptis his, alia quadra-
7 ginta duo oppida, * id est, simul quadraginta
8 octo cum suburbanis suis. * Ipsæq. vrbes, quę
B dabuntur de possessionibus filiorū Israel,
ab his, qui plus habent, plures auferentur: &
qui minus, pauciores, singuli iuxta mensu-
ram hæreditatis suæ dabūt oppida Leuitis.
9 * Ait Dominus ad Moysen: * Loquere filijs
10 Israel, & dices ad eos: * " Quando trāsgressi " Deu. 19 a. 2. Iosf. 20. a. 2.
11 fueritis Iordanem in Terram Chanaan, * de
cernite quæ vrbes esse debeant in præsidia
fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fude-
12 rint: * in quibus cum fuerit profugus, cogna-
tus occisi non poterit eum occidere, donec
stet in conspectu multitudinis, & causa il-
13 lius iudicetur. * De ipsis autē vrbibus, quæ
14 ad fugitiuorum subsidia separantur, * tres
erunt trans Iordanem, & tres in Terra Cha-
15 naan, * tam filijs Israel, quàm aduenis, atque
peregrinis, vt confugiat ad eas, qui nolens
16 sanguinem fuderit. * Si quis ferro percusse-
C rit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus
17 erit homicidij, & ipse morietur. * Si lapidem
iecerit, & ictus occubuerit, similiter punie-
18 tur. * " Si ligno percussus interierit: percusso " Deu. 19 c. 11. Iosf. 20. a. 3.
19 ris sanguine vindicabitur. * Propinquus oc-
cisi homicidam interficiet, statim vt appre-
20 henderit eum, interficiet. * Si per odiū quis
hominem impulerit, vel iecerit quippiam in
21 eum per insidias: * aut cum esset inimicus,
manu percusserit, & ille mortuus fuerit: per-
cussor

cuisor, homicidij reus erit, cognatus occisi statim, vt inuenerit eum iugulabit. * Quòd si 22
fortuitò, & absque odio, * & * nicitijs, quid- 23
quam horum fecerit, * & hoc audiẽte popu- 24
lo fuerit comprobatum, atq. inter percussorem, & propinquum sanguinis quæstio ventilata: * liberabitur innocens de vltoris ma- 25
nu, & reducetur per sententiam in vrbẽ, ad D
quam confugerat, manebitque ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. * Si interfector extra fines vrbiũ, 26
quæ exulibus deputatæ sunt, * fuerit inuen- 27
tus, & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis absque noxa erit, qui eum occiderit, * de- 28
buerat enim profugus vsque ad mortẽ Pontificis in vrbe residere, postquam autem ille obierit, homicida reuerteturin terram suam. * Hæc sempiterna erunt, & legitima in cun- 29
ctis habitationibus vestris. * Homicida sub 30
testibus punietur: ad vnius testimoniũ nullus condemnabitur. * Non accipietis pretiũ 31
ab eo, qui reus est sanguinis, statim, & ipse morietur. * Exules, & profugi ante mortem 32
Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: * ne polluatis terram habitatio- 33
nis vestræ, quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit. * At- 34
que ita emundabitur vestra possessio, me cõmorãte vobiscum, ego enim sum Dominus, qui habito inter filios Israel.

CAP. XXXVI.

*Sup.17. a.1. A Cccesserunt" autem, & principes familia- 1
rum Galaad filij Machir, filij Manasse A
de stirpe filiorum Ioseph, locutique sunt
Moysi coram principibus Israel, atque dixe-
2 runt: * Tibi Domino nostro præcepit Domi-
nus, vt Terram sorte diuideres filijs Israel,
& vt filiabus Salphaad fratris nostri dares
3 possessionem debitam patri: * quas si alte-
B rius tribus homines vxores acceperint, se-
quetur possessio sua, & translata ad aliam
4 tribum de nostra hereditate minuetur, * atque ita fiet, vt cum iubileus, id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, cõfundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. * Respondit Moyses
5 filijs Israel, & Domino præcipiente, ait, Re-
6 ctè tribus filiorũ Ioseph locuta est, * & hæc
C lex super filiabus Salphaad à Domino pro-
7 mulgata est. * " Nubant quibus volunt, tantum, vt suæ tribus homi ibus: ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri, ducent vxores
8 de tribu, & cognatione sua: * & cunctæ fæ-
minæ de eadem tribu maritos accipient: vt
9 hereditas permaneat in familijs, * nec sibi
10 misceantur tribus, sed ita maneant, * vtà
Domino separatæ sunt. Feceruntque filiæ
11 Salphaad, vt fuerat imperatum: * & nupse-
D runt Maala, & Thersa, & Helga, & Melcha,
12 & Noa filijs patrui sui * de familia Manas-
se, qui fuit filius Ioseph, & possessio, quæ illis
fuerat attributa, mansit in tribu, & familia
13 patris earum. * Hæc sunt mandata, atque
iudicia, quæ mandauit Dominus per manũ
Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab
supra Iordanem contra Iericho.

" Tob.7 d.24.

LIBER DEVTERONOMII,

HEBRAICE ELLE HADDEBARIM.

CAPVT PRIMVM.

HÆc sunt verba, quæ locu- 1
tus est Moyses ad omnem A
Israel trans Iordanem in
solitudine campestri, con-
tra Mare rubrum, inter
Pharan & Thophel & La-
ban & Haseroth, vbi auri
est plurimum: * vndecim
diebus de Horeb per viã montis Seir vsque 2
ad Cadesbarne. * Quadragesimo anno, vn- 3
decimo mense, prima die mẽsis locutus est
Moyses ad filios Israel omnia, quæ præcepe-
*Nu.21. 4. rat illi Dominus, vt diceret eis: * " postquam
percussit Sehon regem Amorrhæorum, qui
habitabat in Hesebon: & Og regem Basan,
qui mansit in Astaroth, & in Edrai, * trans 5
Iordanem in Terra Moab. Cæpitque Moy- B
ses explanare legem, & dicere: * Dominus 6
Deus noster locutus est ad nos in Horeb, di-
cens: Sufficit vobis, quòd in hoc monte man
sistis, * reuertimini, & venite ad montem 7
Amorrhæorum, & ad cetera, quæ ei proxi-
ma sunt campestria, atque montana, & hu-
miliora loca contra Meridiem, & iuxta lit-
tus maris, Terram Chananæorum, & Liba-
ni vsque ad flumen magnum Euphratem.
* En, inquit, tradidi vobis: ingredimini, & 8
possidete eam, super qua iurauit Dominus
patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt
daret illam eis, & semini eorum post eos.
*Exo.18. c.18. * Dixitque vobis illo in tempore: * " Non 9
possum solus sustinere vos: quia Dominus 10
Deus vester multiplicauit vos, & estis ho-
die sicut stellæ cæli, plurimi. (* Domi- 11
nus Deus patrum vestrorum addat ad
hunc numerum multa millia, & benedi-
cat vobis sicut locutus est.) * Non va- C
leo solus negotia vestra sustinere, & pon- 12
dus, ac iurgia. * Date ex vobis viros sa- 13
pientes & gnaros, & quorum conuersatio
sit probata in tribubus vestris, vt ponam
eos vobis principes. * Tunc respondistis 14
mihi: Bona res est, quam vis facere, * Tu- 15
lique de tribubus vestris viros sapientes &
nobiles, & constitui eos principes, tribu-
nos, & centuriones, & quinquagenarios, ac
decanos, qui docerent vos singula. * Præ- 16
cepique eis, dicens: Audite illos, & "quod
Ioan.7. 14. iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue
peregrinus, * " Nulla erit distantia perso- 17
narum, ita paruum audietis vt magnum: " Inf.16. d.19.
nec accipietis cuiusquam personam, quia Leu. 19.
Dei iudicium est. Quòd si difficile vobis c.15.
D visum aliquid fuerit, referte ad me, & Pro.24.
18 ego audiam, * Præcepique omnia, quæ c.23.
19 facere deberetis. * Profecti autem de Eccl.42.
Horeb, transiuimus per eremum terribi- a.1.
lem & maximam, quam vidistis, per viam Iaco.2.a.
montis Ammorrhæi, sicut præceperat Do- 1.
minus Deus noster nobis. Cumque venis-
20 semus in Cadesbarne, * dixi vobis: Veni-
stis ad montem Amorrhæi, quem Domi-
21 nus Deus noster daturus est nobis. * Vide
Terram, quam Dominus Deus tuus dat ti-
bi: ascende & posside eam, sicut locutus est
Dominus Deus noster patribus tuis: noli
22 timere, nec quicquam paueas. * " Et ac- " Nu.13.
cessistis ad me omnes, atque dixistis: Mit- a.4.
tamus viros, qui considerent Terram, & re-
nuncient per quod iter debeamus ascende-
23 re, & ad quas pergere ciuitates. * Cum-
que mihi sermo placuisset, misi ex vobis
duodecim viros, singulos de tribubus suis.
24 * Qui cum perrexissent, & ascendissent
in montana, venerunt vsque ad Vallem
25 botri: & considerata terra, * sumentes
de fructibus eius, vt ostenderent vberta-
E tem, attulerunt ad nos, atque dixerunt:
Bona est terra, quam Dominus Deus no-
26 ster daturus est nobis. * Et noluistis ascen-
dere, sed incredulii ad sermonem Domini
27 Dei nostri * murmuraftis in tabernaculis
vestris, atque dixistis: Odit nos Domi-
nus, & idcirco eduxit nos de terra Ægyp-
ti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, at-
28 que deleret. * Quo ascendemus? nuncij
terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxi-
ma multitudo est, & nobis statura proce-
rior: vrbes magnæ, & ad cælum vsque mu-
29 nitæ, filios Enacim vidimus ibi. * Et dixi
vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos.
30 * Dominus Deus, qui ductor est vester, pro
vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto
31 cunctis videntibus. * Et in solitudine (ipse
vidisti) portauit te Dominus Deus tuus, vt
solet homo gestare paruulum filium suum,
F in omni via, per quam ambulastis, donec " Exo.13.
32 veniretis ad locum istum. * Et nec sic qui- d.21.
33 dem credidistis Domino Deo vestro, *" qui Nu.14. c.
præcessit vos in via, & metatus est locum, 14.

in quo tẽtoria figere deberetis, nocte osten-
dens vobis iter per ignem, & die per colum
nã nubis.* Cumque audisset Dominus vo- 34
cem sermonum vestrorũ, iratus iurauit &
ait:*" Non videbit quispiam de hominibus 35
generationis huius pessimæ Terram bonã,
quam sub iuramento pollicitus sum patrib.
vestris:* præter Caleb filium Iephone. ipse 36
enim videbit eam, & ipsi dabo Terram, quã
calcauit, & filijs eius, quia secutus est Domi-
num.* Nec miranda indignatio in populũ, 37
cum mihi quoque iratus Dominus propter
vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc:* sed Io- 38
sue filius Nun minister tuus, ipse intrabit
pro te. hunc exhortare, & robora, & ipse sor
te Terrã diuidet Israeli,* Paruuli vestri, de 39
quibus dixistis quod captiui ducerentur, &
filij, qui hodie boni, ac mali ignorant distã-
tiam, ipsi ingredientur, & ipsis dabo Terrã, G
& possidebunt eam.* Vos autem reuertimi 40
ni, & abite in solitudinem per viam Maris
rubri.*" Et respondistis mihi: Peccauimus 41
Domino: ascendemus, & pugnabimus, sicut
præcepit Dominus Deus noster. Cumq. in-
structi armis pergeretis in mõtem,* ait mi- 42
hi Dominus: Dic ad eos:" Nolite ascendere,
neque pugnetis, nõ enim sum vobiscum: ne
cadatis coram inimicis vestris.* Locutus 43
sum, & non audistis: sed aduersantes impe-
rio Domini, & tumentes superbia ascendi-
stis ĩ montẽ.* Itaque egressus Amorrheus, 44
qui habitabat in montibus, & obuiam ve-
niens persecutus est vos, sicut solent apes
persequi: & cecidit de Seir vsque Horma.
* Cumq. reuersi ploraretis coram Domino, 45
non audiuit vos, nec voci vestræ voluit ac-
quiescere.* Sedistis ergo in Cadesbarne 46
multo tempore.

" Nu. 14. d. 22. Psal. 94. c. 12.

"Nu. 14. f. 40.

" Nu. 14. g. 42.

CAP. II.

PRofectiq. inde venimus in solitudinẽ, 1
quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi A
dixerat Dominus: & circuiuimus montem
Seir longo tempore. Dixitque Dominus ad 2
me:* Sufficit vobis circuire montem istum: 3
ite contra Aquilonem:* & populo præcipe, 4
dicens: Transibitis per terminos fratrũ ve-
strorum filiorum Esau, qui habitãt in Seir,
& timebunt vos.* Videte ergo diligẽter ne 5
moueaminicõtra eos, neque enim dabo vo-
bis de terra eorum quãtum potest vnius pe
dis calcare vestigium, quia in possessionem
Esau dedi montem Seir.* Cibos emetis ab 6
eis pecunia, & comedetis: aquam emptam
haurietis, & bibetis.* Dominus Deus tuus 7
benedixit tibi in omni opere manuum tua- B
rum: nouit iter tuum, quomodo trãsieris so
litudinem hanc magnã, per quadraginta an
nos habitãs tecum Dominus Deus tuus, & 8
nihil tibi defuit.* Cumque transissemus fra
tres nostros filios Esau, q̃ habitabãt in Seir:
per viam cãpestrẽ de Elath, & de Asionga-
ber, venimus ad iter, quod ducit in desertũ
Moab.* Dixitque Dominus ad me; Non pu- 9
gnes cõtra Moabitas, nec ineas aduersus eos
prælium: non enim dabo tibi quidquam de
terra eorũ, quia filijs Loth tradidi Ar in pos-
10 sessionem.* Emim primi fuerunt habitato
res eius, populus magnus, & validus, & tam
11 excelsus, vt de Enacam stirpe,* quasi gigan
tes crederentur, & essent similes filiorũ E-
12 nacim. Denique Moabitæ appellant eos E-
mim* in Seir autẽ prius habitauerũt. Hor-
C rhæ: quib. expulsis, atque deletis, habitaue-
runt filij Esau: sicut fecit Israel in terra pos-
13 sessionis suæ, quam dedit illi Dns.* Surgen
tes ergo vt transiremus Torrentẽ Zared, ve
14 nimus ad eum.* Tempus autẽ, quo ambu-
lauimus de Cadesbarne vsque ad trãsitum
torrentis Zared, triginta & octo annorum
fuit: donec consumeretur omnis generatio
hominum bellatorũ de castris, sicut iurauе-
15 rat Dominus:* cuius manus fuit aduersum
16 eos, vt interirent de castrorũ medio.* Post-
D quam autẽ vniuersi ceciderũt pugnatores,
17* Locutus est Dns ad me, dicens:* Tu trãsi-
18 bis hodie terminos Moab, vrbem nomine
19 Ar:* & accedẽs in vicina filiorum Ammon
caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad
prælium nõ enim dabo tibi de terra filiorũ
Ammon, quia filijs Loth dedi eam in pos-
20 sessionẽ.* Terra gigãtum reputata est: & in
ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Am-
21 monitæ vocãt Zonzommim,* populus ma
gnus, & multus, & proceræ longitudinis, si-
cut Enacim, quos deleuit Dominus a facie
22 eorum: & fecit illos habitare pro eis,* sicut
fecerat filijs Esau, qui habitant in Seir, delẽs
Horrhæos, & terram eorum illis tradens,
23 quam possidẽt vsque in præsens.* Heuæos
quoque, qui habitabãt ĩ Haserim vsque Ga-
zan, Cappadoces expulerunt: qui egressi de
E Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerũt
24 pro illis.* Surgite, & trãsite torrentẽ Arnõ:
ecce tradidi in manu tua Sehon regem He-
sebon Amorrhæum, & terram eius incipe
possidere, & cõmitte aduersus eũ prælium.
25* Hodie incipiam mittere terrorem, atque
formidinem tuam in populos, qui habitant
sub omni cælo: vt audito nomine tuo pa-
ueant, & in morẽ parturientium contremi-
26 scant, & dolore teneantur.* " Misi ergo " Nu. 21.
nuncios de solitudine Cademoth ad Sehon c. 21.
27 regẽ Hesebõ verbis pacificis, dicẽs:* Transi-
bimus per terram tuã, publica gradiemur
via: nõ declinabimus neq; ad dexteram, ne-
28 que ad sinistram.* Alimẽta pretio vẽde no
bis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, &
sic bibemus. Tantum est vt nobis concedas
29 transitum.* sicut fecerunt filij Esau, qui ha-
bitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in
Ar: donec veniamus ad Iordanem, & tran-
seamus ad Terram, quã Dominus Deus no
30 ster daturus est nobis.* Noluitque Sehon
rex Hesebon dare nobis transitum, quia in-
durauerat Dominus Deus tuus spiritũ eius,
& obfirmauerat cor illius, vt traderetur in
31 manus tuas, sicut nunc vides.* Dixitque "Amos 4.
Dominus ad me; " Ecce cœpi tibi tradere c. 9.

Sehon,

Sehon, & terram eius, incipe possidere eam.
* Egressusque est Sehon obuiam nobis cum 32
omni populo suo ad prælium in Iasa.* Et 33
tradidit eum Dominus Deus noster nobis:
percussimusque eum cum filijs suis, & om-
ni populo suo.* Cunctasq. vrbes in tempo- 34
re illo cepimus, interfectis habitatoribus ea- F
rũ, viris, ac mulieribus, & paruulis, non reli-
quimus in eis quidquam.* Absque iumen- 35
tis, quæ in partem venere prædantium: &
spolijs vrbium, quas cepimus.* ab Aroer, 36
quę est super ripam tormentis Arnon, oppi-
do quod in valle situm est, vsque Galaad.
Non fuit vicus, & ciuitas, quæ nostras effu-
geret manus: oẽs tradidit Dominus Deus
noster nobis.* Absq. terra filiorũ Ammon, 37
ad quam non accessimus: & cunctis, quæ
adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus monta-
nis, vniuersisque locis, à quibus nos prohi-
buit Dominus Deus noster.

CAP. III.

Inf. 29. I Taq; conuersi ascẽdimus per iter Basan: 1
b. 7. egressusq. est Og rex Basan in occursum" A
Nu. 21. g. nobis cum populo suo ad bellandum in E-
33. drai.* Dixitque Dominus ad me: Ne timeas 2
" Nu. 22. populo, ac terra sua: faciesque ei" sicut fecisti
c. 21. Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in
* Nu. 21. Hesebon.* " Tradidit ergo Dominus Deus 3
b. 35. nostер in manibus nostris etiam Og regem
Basan, & vniuersum populũ eius, percussi-
musq. eos vsq. ad internecionem.* vastantes 4
cunctas ciuitates illius vno tempore, nõ fuit
oppidum, quod nos effugeret: sexaginta vr-
bes, omnem regionem Argob regni Og in
Basan.* Cunctæ vrbes erant munitæ muris 5
altissimis, portisq. & vectibus, absque oppi-
dis innumeris, quæ non habebant muros.
* Et deleuimus eos, sicut feceramus Sehon 6
regi Hesebon, disperdentes omnem ciuita- B
tem, virosque, ac mulieres, & paruulos:* iu- 7
menta autem, & spolia vrbium diripuimus.
* Tulimusque illo in tempore terrã de ma- 8
nu duorum regum Amorrhæorũ, qui erant
trans Iordanem: à torrente Arnon vsque ad
montẽ Hermon,* quem Sidonij Sarion vo- 9
cant, & Amorrhæi Sanir;* omnes ciuitates, 10
quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam Ter-
sam Galaad & Basan vsque ad Selcha, & E-
drai ciuitates regni Og in Basan.* Solꝰ quip- 11
pe Og rex Basan restiterat de stirpe gigan-
tum. Mõstratur lectus eius ferreus, qui est in
Rabbath filiorum Ammon, nouem cubi-
tos habens longitudinis, & quatuor latitu-
dinis ad mensuram cubiti virilis manus.
* Terramq. possedimus tempore illo ab A- 12
roer, quæ est super ripam torrentis Arnon,
vsque ad mediam partem mõtis Galaad: &
Nu. 32. ciuitates illius" dedi Ruben & Gad.* Reli- 13
c. 9. quam autem partem Galaad, & omnem Ba
san regni Og, tradidi mediæ tribui Manas-
se, omnem regionem Argob: cunctaque Ba-
san vocatur Terra gigantũ.* Iair filius Ma- 14
nasse possedit omnem regionem Argob vs-
que ad terminos Gessuri, & Machati. Voca-
uitque ex nomine suo Basan, Hanothlair,
C idest Villas Iair, vsque in præsentem diem,
15 Machir quoque dedi Galaad.* Et tribubus
16 Rubẽ & Gad dedi de terra Galaad vsq. ad
Torrentem Arnon medium torrentis, &
confinium vsque ad torrentem Ieboc, qui
17 est terminus filiorum Ammon:* & plani-
tiem solitudinis, atque Iordanem, & termi-
nos Cenereth vsq. ad mare deserti, quod est
salsissimum, ad radices montis Phasga con-
18 tra orientem.* Præcepiq. vobis in tempore
illo, dicens: Dominus Deus vester dat vobis
terram hãc in hereditatem, expediti præce-
dite fratres vestros filios Israel omnes viri
19 robusti, absq. vxoribus,* & paruulis, atque
iumentis. Noui. n. ꝓ plura habeatis pecora,
& in vrbib. remanere debebũt, quas tradidi
20 vobis,* donec requiẽ tribuat Dns fratribus
vestris, sicut vobis tribuit: & possideant ipse
D ẽt Terram, quam daturus est eis trãs Iorda-
nẽ: tũc reuertetur vnusquisque in possessio-
21 nem suã, quam dedi vobis.* " Iosue quoque " Nu. 27.
in tẽpore illo præcepi, dicens. Oculi tui vide- d. 18.
rũt quæ fecit Dominus Deus vester duobus
his regibus: sic faciet omnibus regnis, ad
22 quæ transiturus est.* Ne timeas eos: Domi-
23 nus enim vester pugnabit pro vobis.* Pre-
catusq. sum Dominum in tempore illo, di-
24 cens:* Dominus Deus, tu cepisti ostendere
seruo tuo magnitudinem tuam, manumq.
fortissimam, neque enim est alius Deus, vel
in cælo, vel in terra, qui possit facere opera
25 tua, & comparari fortitudini tuæ.* Trãsibo
igitur, & videbo Terram hanc optimã trans
Iordanem, & montem istũ egregium, & Li-
26 banũ.* Iratusq. est Dominus mihi propter
vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Suffi-
cit tibi: ne quaquam vltra loquaris de hac re
27 ad me.* Ascende cacumen Phasgæ, & ocu-
los tuos circumfer ad occidentẽ, & ad aqui-
lonem, austrumq. & orientẽ, & aspice." nec " Inf. 32.
28 enim transibis Iordanem istum.* Præcipe a. 2. & 34.
Iosue, & corrobora eum, atque conforta. b. 4.
quia ipse præcedet populum istum, & diui-
29 det eis Terram, quam visuruses.* Mansi-
musq. in valle contra fanum Phogor.

CAP. IV.

1 A ET nunc Israel audi præcepta, & iudicia,
quæ ego doceo te: vt faciens ea, viuas,
& ingrediens possideas Terram, quam Do-
minus Deus patrum vestrorum daturus est
2 vobis.* Non addetis ad verbum, quod vo-
bis loquor, nec auferetis ex eo: custoditemã-
data Domini Dei vestri, q̃ ego præcipio vo-
3 bis.* "¡Oculi vestri viderunt omnia, quæ fe- " Nu. 25.
cit Dominus contra Beelphegor, quomodo a. 4.
contriuerit omnes cultores eius de medio
4 vestri.* Vos autem, qui adhæretis Domino
Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsẽ-
5 tem diem.* Scitis quod docuerim vos præ-
cepta, atque iustitias, sicut mandauit mihi

Dominus Deus meus: sic facietis ea in ter-
ra,quam possessuri estis. * & obseruabitis 6
& implebitis opere. Hæc est enim vestra sa
pientia, & intellectus coram populis,vt au-
dientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En
populus sapiens & intelligens,gens magna.
* Nec est alia natio tam grandis,quæ habeat 7
deos appropinquantes sibi, sicut Deus no- B
ster adest cunctis obsecrationibus nostris.
* Quæ est enim alia gens sic inclyta vt ha- 8
beat ceremonias, iustaque iudicia, & vni-
uersam legem, quam ego proponam hodie
ante oculos vestros?* Custodi igitur temet- 9
ipsum, & animam tuam solicite. Ne obli-
uiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui,
ne excidant de corde tuo cunctis diebus vi
[a] Ex.19. c.18. tæ tuæ. [a] Docebis ea filios, ac nepotes tuos,
* a die in quo stetisti coram Domino Deo 10
tuo in Horeb,quando Dominus locutus est
mihi dicens: Congrega ad me populum,
vt audiant sermones meos,& discant time-
re me omni tempore,quo viuunt in terra,
doceantque filios suos. * Et accessistis ad 11
radices montis,qui ardebat vsque ad cælũ:
erantque in eo tenebræ, & nubes,& caligo.
* Locutusque est Dominus ad vos de me- 12
dio ignis. Vocem verborum eius audistis,
& formam penitus non vidistis.* Et osten 13
dit vobis pactum suum, quod præcepit vt
faceretis, & decem verba, quæ scripsit in
duabus tabulis lapideis.* Mihique manda 14
uit in illo tempore vt docerem vos ceremo C
nias & iudicia,quæ facere deberetis in Ter-
ra, quam possessuri estis. * Custodite igi- 15
tur solicite animas vestras. Non vidistis ali
quam similitudinem in die, qua locutus est
vobis Dominus in Horeb de medio ignis:
* ne forte decepti faciatis vobis sculptam si 16
militudinem, aut imaginem masculi, vel
feminæ,* similitudinem omnium iumen- 17
torum, quæ sunt super terram, vel auium
sub cælo volandum,* atque reptilium,quæ 18
mouentur in terra,siue piscium, qui sub ter
ra morantur in aquis. *ne forte eleuatis o- 19
culis ad cælum, videas Solem, & Lunam,
& omnia astra cæli,& errore deceptus ado-
res ea & colas,quæ creauit dominus Deus
tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ
sub cælo sunt.* Vos autem tulit Dominus, 20
& eduxit de fornace ferrea Aegypti,vt ha-
beret populum hæreditarium, sicut est in
[a] Sup.1. f.37. præsenti die. * [a] Iratusque est Dñs contra 21
me propter sermones vestros, & iurauit vt
non transirem Iordanem, nec ingrederer
Terram optimam,quam daturus est vobis,
* Ecce morior in hac humo, non transibo 22
Iordanem: vos transibitis, & possidebitis D
terram egregiam.* Caue ne quando obliui- 23
scaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit
tecum: & facias tibi sculptam similitudinẽ
[a] Heb.12. g.29. eorum, q̃ fieri Dominus prohibuit* [a] quia 24
Dominus Deus tuus ignis consumens est,
Deus æmulator. * Si genueritis filios ac ne 25
potes,& morati fueritis in Terra, deceptiq.
feceritis vobis aliquam similitudinem, pa-
trã tes malum coram Domino Deo vestro,
26 vt eum ad iracundiam prouocetis: * testes
inuoco hodie cælum & terram,cito peritu-
ros vos esse de Terra,quam transito Iorda-
ne possessuri estis:non habitabitis in ea lon
27 go tempore,sed delebit vos Dominus,*at-
que disperget in omnes gentes,& remanebi
tis pauci in nationibus, ad quas vos ductu-
28 rus est Dominus. * ibique seruietis dijs,qui
hominum manu fabricati sunt, ligno & la-
pidi,qui non vident, nec audiunt, nec co-
29 medunt,nec odorantur.* Cumque quæsie-
E ris ibi Dominum Deum tuum,inuenies eũ:
si tamen toto corde quæsieris:& tota tribu-
30 latione animæ tuæ.* Postquam te inuene-
rint omnia, quæ prædicta sunt,nouissimo
tempore reuerteris ad Dominum Deum
31 tuum,& audies vocem eius. * Quia Deus
misericors Dominus Deus tuus est:non di-
mittet te, nec omnino delebit, neque obli-
uiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis.
32 * Interroga de diebus antiquis,qui fuerunt
ante te ex die,quo creauit Deus hominẽ su-
per terram, a summo cælo vsque ad sum-
mum eius,si facta est aliquãdo huiuscemo-
33 di res,aut vmquam cognitum est,*vt audi
ret populus vocem Dei loquentis de medio
34 ignis,sicut tu audisti,& vixisti:*si fecit Deꝰ
vt ingrederetur, & tolleret sibi Gentem de
medio nationum,per tentationes,signa,at-
que portenta,per pugnam, & robustam
manum,extentumque brachium, & horri-
biles visiones iuxta omnia,quæ fecit pro vo
F bis Dominus Deus vester in Aegypto,vidẽ-
35 tibus oculis tuis: * vt scires quoniam Do-
minus ipse est Deus, & non est alius præter
36 eum. * De cælo te fecit audire vocem suã,
vt doceret te,& in terra ostendit tibi ignem
suum maximum, & audisti verba illius de
37 medio ignis, * quia dilexit patres tuos, &
elegit semen eorum post eos. [a] Eduxitque [a] Exo.13. d.21.
te præcedens in virtute sua magna ex Ae-
38 gypto.* vt deleret nationes maximas, &
fortiores te in introitu tuo: & introduceret
te,daretq.tibi terram earum in possessionẽ,
39 sicut cernis in præsenti die.* Scito ergo ho-
die,& cogitato in corde tuo, quod Dominꝰ
ipse sit Deus in cælo sursũ, & in terra deor-
40 sum,& nõ sit alius.* Custodi præcepta eius
atque mandata,quæ ego præcipio tibi:vt be
ne sit tibi, & filijs tuis post te,& permaneas
multo tempore super Terram, quam Dñs
41 Deus tuus daturus est tibi.*[a] Tũc separauit [a] Nu.35. a.6.
G Moyses tres ciuitates trãs Iordanem ad O-
42 rientalem plagam, * vt confugiat ad eas q̃
occiderit nolens proximum suum, nec sibi
fuerit inimicus ante vnum & alterum diẽ,
& ad harum aliquam vrbiũ possit euadere:
43 *[a] Bosor in solitudine, quæ sita est in terra [a] Iosu.20. c.8.
campestri de tribu Rubẽ,& Ramoth in Ga
laad,quæ est in tribu Gad & Golã in Basã,
44 quæ est in tribu Manasse: * Ista est lex,quã
45 proposuit Moyses coram filijs Israel. * &
hæc testimonia & ceremoniæ,atque iudicia,
quę locutus est ad filios Israel,quãdo egres-
si sunt

si sũt de Ægypto,* trans Iordanem in val- 46
le contrã fanum Phogor in terra Sehon re-
gis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon,
quem percussit Moyses. Filij quoq. Israel e-
gressi ex Ægypto *possederũt terram eius, 47
& terram Og regis Basan, duorum regum
Amorrhęorum,qui erant trans Iordanẽ ad
solis ortũ. * Ab Aroer,quæ sita est super ri- 48
pam torrentis Arnon, vsque ad montẽ Siõ.
qui est & Hermon,* omnem planitiẽ trans 49
Iordanem ad Orientalem plagam,vsque ad
mare solitudinis,& vsque ad radices mon-
tis Phasga.

CAP. V.

Vocauitque Moyses omnem Israelem, 1
& dixit ad eum: Audi Israel ceremo- A
nias,atq. iudicia,quæ ego loquor in auribus
vestris hodie:discite ea,& opere complete.* 2
Dominus Deus noster pepigit nobiscum fę-
dus in Horeb. * Non cum patribus nostris 3
inijt pactum, sed nobiscum, qui in præsen-
tiarum sumus, & viuimus. * Facie ad fa- 4
ciem locutus est nobis in monte de medio
ignis.* Ego sequester & mediꝰ fui inter Do- 5
[a] Exod. 20.a.2. minum,& vos in tempore illo,vt annuncia-
rem vobis verba eius. timuistis enim ignẽ,
Leui.26. a.1. & non ascendistis in montem,& ait:* [a] Ego 6
Dominus Deus tuus,qui eduxi te de Terra
Psal.80. b.8. Ægypti de domo seruitutis.* [a] Non habebis 7
Deos alienos in conspectu meo.* [a] Nõ facies 8
[a] Exod. 20.a.3. tibi sculptile,nec similitudinem omniũ,quę
in cælo sunt desuper,& quę in terra deorsũ
Psal. 80. b.7. & quæ versantur in aquis sub terra.* [a] Non 9
adorabis ea, & non coles. Ego enim sum
Leui.26. a.1. Dñs Deus tuus: Deus æmulator, reddens
iniquitatem patrum super filios in tertiã,&
Psal.96. b.7. quartam generationem his,qui oderũt me,
* & faciens misericordiam in multa millia 10
Exo.20. diligentibus me,& custodientibus pręcepta
mea.* [a] Non vsurpabis nomen Domini Dei 11
Exo.34. tui frustra:quia non erit impunitus,qui sup B
re vana nomen eius assumpserit.* Obserua 12
Exo.20. diem Sabbati,vt sanctifices eum, sicut præ-
b.7. cepit tibi Dominus Deus tuus.* Sex diebus 13
Leui.19. operaberis,& facies omnia opera tua.* [a] Se- 14
ptimꝰ dies Sabbati est,id est,requies Domi-
Matth.5. ni tui. Non facies in eo quidquam operis tu,
& filius tuus,& filia,seruus & ancilla,& bos
Exo.20. & asinus,& omne iumentũ tuum, & pere-
b.10. grinus q̃ est intra portas tuas: vt requiescat
Gen.2. a. seruus tuus,& ancilla tua,sicut & tu. * Me- 15
mento quod & ipse seruieris in Ægypto, &
Hebr. 4. eduxerit te inde Dñs Deus tuus ĩ manu for
ti,& brachio extento: Idcirco præcepit tibi
Exo.20. vt obseruares diem Sabbati. * [a] Honora 16
patrem tuum & matrem,sicut præcepit tibi
Eccles. 3. Dñs Deus tuus, vt longo viuas tempore,&
bene sit tibi in Terra,quam Dominus Deus C
Matt.15. tuus daturus est tibi.* Nõ occides.* Neque 17
mœchaberis,* Furtumque non facies,* Nec 18
Marc.7. loqueris contra proximum tuum falsum te- 19
stimonium. * [a] Non concupisces vxorem 20
Eph.6. proximi tui: non domum,non agrum,non 21
seruum,non ancillam,non bouem,non asi-
22 num,& vniuersa,quæ illius sunt.*Hæc ver [a] Matt.5. d.28.
ba locutus est Dominus ad omnem multi- Rom. 7. b.7.
tudinem vestram in mõte de medio ignis,
& nubis & caliginis, voce magna, nihil ad-
dens amplius:& scripsit ea in duabus tabu-
23 lis lapideis, quas tradidit mihi. * Vos au-
tem postquam audistis vocem de medio te
nebrarum,& montẽ ardere vidistis,accessi-
stis ad me omnes principes tribuum & ma-
24 iores natu,atq. dixistis: * Ecce ostendit no-
bis Dñs Deus noster maiestatem & magni-
tudinem suam, vocem eius audiuimus de
medio ignis,& probauimus hodie quod lo-
25 quẽte Deo cũ homine vixerit homo.* Cur
ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic
maximus? Si enim audierimus vltra vocem
26 Dñi Dei nostri, moriemur. * Quid est oĩs
D caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de
medio ignis loquitur sicut nos audiuimus,
27 & possit viuere?* Tu magis accede: & audi
cuncta,quę dixerit Dominus Deus noster ti
bi: loquerisque ad nos,& nos audientes fa-
28 ciemus ea.*Quod cum audisset Dñs,ait ad
me:Audiui vocem verborum populi huius
quæ locuti sunt tibi: bene omnia sunt locu-
20 ti. * Quis det talem eos habere mentem,vt
timeant me,& custodiant vniuersa manda-
ta mea in omni tempore, vt bene sit eis &
30 filijs eorum in sempiternũ? * Vade & dic
31 eis. Reuertimini in tentoria vestra.* Tu ve-
ro hic sta mecum,& loquar tibi omnia man
data mea,& ceremonias,atq.iudicia:quę do
cebis eos,vt faciant ea in Terra, quam dabo
32 illis in possessionem. * Custodite igitur &
facite quæ præcepit Dñs Deus vobis: non
declinabitis neq. ad dexteram, neque ad si-
33 nistram:*sed per viam, quam præcepit Do
minus Deus vester, ambulabitis, vt viuatis,
& bene sit vobis, & protelentur dies in ter-
ra possessionis vestræ.

CAP. VI.

1 HÆc sunt præcepta, & ceremoniæ,atq.
A iudicia,quę mandauit Dominus Deus
vester,vt docerem vos,& faciatis ea in Ter-
ra, ad quam transgredimini possidendam:
2 *vt timeas Dominum Deũ tuum, & custo-
dias omnia mandata & præcepta eius, quæ
ego præcipio tibi, & filijs,ac nepotibus tuis,
cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur
3 dies tui.* Audi Israel, & obserua vt facias
quæ præcepit tibi Dominus, & bene sit tibi,
& multipliceris amplius. sicut pollicitus est
Dominus Deus patrum tuorum tibi terram
4 lacte & melle manantem.* Audi Israel,Do-
5 minus Deus noster, Dominus vnus est. * [a] [a] Mat.22. d.36.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto cor-
B de tuo,& ex tota anima tua: & ex tota forti Mar. 12.
6 tudine tua.* Eruntq.verba hæc,quæ ego pręc c.30.
7 cipio tibi hodie, in corde tuo: * & narrabis Luc.10.d.
ea filijs tuis, & meditaberis in eis sedens in 27.
domo tua,& ambulans in itinere, dormiẽs In fr.11.
8 atque consurgens. * Et ligabis ea quasi si- b.13.
gnum in manu tua, eruntque & mouebun-

tur inter oculos tuos, *scribesq. ea in limine 9
& ostijs domus tuæ. Cũq. introduxerit te 10
Dñs Deus tuus in Terram, pro qua iurauit
patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob: & de
derit tibi ciuitates magnas & optimas quas
non ædificasti, * domos plenas cunctarum 11
opum, quas non extruxisti, cisternas, quas
non fodisti, vineta & oliueta, quæ non plan-
tasti, *& comederis, & saturatus fueris: *ca- 12
ue diligenter ne obliuiscaris Dñi, qui eduxit 13
te de Terra Ægypti. de domo seruitutis "Do-
minum Deum tuum timebis, & illi soli ser-
uies, ac per nomen illius iurabis. * Nõ ibitis 14
post deos alienos cunctarum Gentium, quę C
in circuitu vestro sunt: Quoniam Deus æ- 15
mulator Dñs Deus tuus ĩ medio tui: nequã
do irascatur furor Dñi Dei tui contra te, &
auferat te de superficie terræ. * Non tenta- 16
bis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in
loco tentationis. * Custodi præcepta Domi- 17
ni Dei tui, ac testimonia, & ceremonias, quas
præcepit tibi: *& fac quod placitũ est, & bo- 18
num in conspectu Domini: vt bene sit tibi:
& ingressus possideas terram optimam, de
qua iurauit Dominus patribus tuis, * vt de- 19
leret omnes inimicos tuos coram te, sicut lo-
cutus est. * Cumque interrogauerit te filius 20
tuus cras, dicens: Quid sibi volunt testimo-
nia hæc, & ceremoniæ, atq. iudicia, quæ præ- D
cepit Dominus Deus noster nobis? * dices 21
ei: Serui eramus Pharaonis in Ægypto, &
eduxit nos Dominus de Ægypto in manu
forti: *fecitque signa, atque prodigia magna 22
& pessima in Ægypto cõtra Pharaonem, &
omnem domum illius in conspectu nostro
*& eduxit nos inde, vt introductis daret 23
Terrã, super qua iurauit patribus nostris.
*Præcepitque nobis Dominus, vt faciamus 24
omnia legitima hæc, & timeamus Dominũ
Deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis
diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. * Erit q. 25
nostri misericors, si custodierimus, & feceri-
mus omnia præcepta eius coram Domino
Deo nostro, sicut mandauit nobis.

* Matt. 4. b. 7. Luc 4. b. 12. Infr. 10. d. 20.

CAP. VII.

CVm introduxerit te Dñs Deus tuus in 1
terram, quam possessurus ingredieris, A
& deleuerit Gentes multas coram te, " He-
thæum, & Gergezæum & Amorthæũ, Cha-
nanæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Ie-
busæum, septem gentes multo maioris nu-
meri quã tu es, & robustiores te: * tradide- 2
ritque eas Dominus Deus tuus tibi, percu-
ties eas vsque ad internecionem " Non ini-
bis cum eis fœdus, nec misereberis earum,
* neque sociabis cum eis conuugia. Filiam 3
tuam non dabis filio eius, nec filiam illius
accipies filio tuo: * quia seducet filium tuũ 4
ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alie-
nis, irascetur que furor Domini, & delebit te
cito. *Quin potius hæc facietis eis: " Aras eo- 5
rum subuertite, & confringite statuas, lucos-
que succidite, & sculptilia comburite, * " 6

* Exo. 23. e. 13. & 33. a. 2. * Exo. 23. g. 32. & 34. b. 15. 16. * Infr. 12. a. 3. 14. a. 1. 16. d. 21.

Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. "Te
elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei popu 14.
lus peculiaris de cunctis populis, qui sunt Infr. 14.
super terram. * Non quia cunctas gentes nu 2. & 26.
B mero vincebatis, vobis iunctus est Domi- 17.
nus, & elegit vos, cum omnibus sitis populis
8 pauciores: * sed quia dilexit vos Dominus,
& custodiuit iuramentum, quod iurauit pa-
tribus vestris: eduxitque vos in manu for-
ti, & redemit de domo seruitutis, de manu
9 Pharaonis regis Ægypti. * Et scies quia Do-
minus Deus tuus, ipse est Deus fortis, & fi-
delis, custodiens pactum, & misericordiam
diligentibus se, & his, qui custodiunt præce-
10 pta eius in mille generationes: * & reddens
odientibus se statim, ita vt disperdat eos, &
vltra non differat, protinus eis restituẽs qd
11 merentur, * Custodi ergo præcepta, & cere-
monias, atque iudicia, quæ ego mando tibi
12 hodie vt facias. * Si postquam audieris hæc
iudicia, custodieris ea, & feceris, custodiet &
Dominus Deus tuus pactum tibi, & miseri-
13 cordiam, quam iurauit patribus tuis: *& di
liget te, ac multiplicabit, benedicetque fru-
ctui ventris tui, & fructui terræ tuæ, triticõ
to tuo, atque vindemiæ, oleo, & armentis,
gregibus ouium tuarum super Terram, pro
C qua iurauit patribus tuis, vt daret eam tibi.
14 * Benedictus eris inter oẽs populos. " Non " Exo.
eritapud te sterilis vtriusque sexus, tam in f. 26.
15 hominibus, quam in gregibus tuis. * Aufe-
ret Dominus a te omnem languorem: & in-
firmitates Ægypti pessimas, quas nouisti,
16 non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. *
Deuorabis omnes populos: quos Dominus
Deus tuus daturus est tibi Non parcet eis o-
culus tuus, nec seruies dijs eorum, ne sint in
17 ruinam tui. Si diceris in corde tuo: Plures
sunt gentes istæ quã ego, quomodo potero
18 delere eas? *noli metuere, sed recordare
quæ fecerit Dñs Deus tuus Pharaoni, & cun
19 ctis Ægyptijs, * plagas maximas, quas vide-
runt oculi tui, & signa, atque portenta, ma-
numque robustam, & extentum brachium
vt educeret te Dñs Deus tuus. sic faciet
20 cunctis populis, quos metuis. * " Insuper, &
D crabrones mittet Dominus Deus tuus i eos, " Exo.
donec deleat omnes, atq. disperdat qui te fu e. 23. g. 32.
21 gerint, & latere potuerint. * Nõ timebis eos, 2.
quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Ios. 24.
22 Deus magnus & terribilis: * ipse consumet 12.
nationes has in conspectu tuo paulatim, at-
que per partes. Non poteris eas delere pari-
terque forte multiplicentur contra te bestiæ
23 terræ. * Dabitque eos Dñs Deus tuus in cõ-
spectu tuo: & interficiet illos donec penitus
24 deleãtur. * Traderque reges eorum in ma-
nus tuas, & disperdes nomina eorũ sub cæ-
lo: nullus poterit resistere tibi, donec conte-
25 ras eos. * " Sculptilia eorum igne combures: " 2. Ma-
non concupisces argentum, & aurum, de q- ch. 12. g.
bus facta sunt, neq. assumes ex eis tibi quid- 40.
quam, ne offendas, propterea quia abomina
26 tio est Dñi Dei tui. * Nec inferes quippiã ex
idolo in domum tuam, ne fias anathema;
sicut

sicut & illud est. Quasi spurcitiam detesta-
beris, & velut inquinamẽtum, ac sordes abo-
minationi habebis, quia anathema est.

CAP. VIII.

OMne mandatũ, quod ego præcipio tibi 1
hodie caue diligẽter vt facias: vt possi- A
tis viuere, & multiplicemini, ingressiq. pos-
sideatis Terrã, pro qua iurauit Dñs patribus
vestris. * Et recordaberis cuncti itineris, per 2
quod adduxit te Dominus Deus tuus qua-
draginta annis per desertũ, vt affligeret te,
atq. tentaret, & nota fierent quæ in tuo ani-
mo versabantur, vtrum custodires manda-
ta illius, an nõ. * Afflixit te penuria, & dedit 3
cibum Manna, quod ignorabas tu & patres
tui: vt ostenderet tibi q̃ non " in solo pane
viuat homo, sed in omni verbo, quod egre-
ditur de ore Dei. * Vestimẽtũ tuũ, quo ope- 4
riebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes B
tuus nõ est subtritus, en quadragesimus an-
nus est. * Vt recogites in corde tuo, quia si- 5
cut erudit filium suum homo, sic Dñs Deus
tuus erudiuit te, * vt custodias mãdata Do- 6
mini Dei tui, & ambules in vijs eius, & ti-
meas eum. * Dominus enim Deus tuus in-
troducet te in terram bonam, terram riuo-
rum, aquarumq. & fontium: in cuius campis
& montibus erumpunt fluuiorum abyssi:
* terram frumenti, hordei, ac vinearum, in 8
qua ficus, & malogranata, & oliueta nascun-
tur: terram olei, ac mellis: * Vbi asque vlla 9
penuria comedes panem tuũ, & rerum om-
nium abundantia perfrueris: cuius lapides
ferrum sunt, & de mõtibus eius æris metal-
la fodiũtur: * vt cum comederis, & satiatus 10
fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra C
optima, quam dedit tibi. * Obserua, & ca- 11
ue nequando obliuiscaris Domini Dei tui,
& negligas mãdata eius, atque iudicia, & ce-
remonias, quas ego præcipio tibi hodie: * ne 12
postquam comederis, & satiatus fueris, do-
mos pulchras ædificaueris, & habitaueris in
eis, * habuerisque armenta boum, & ouium 13
greges, argenti, & auri, cũctarumque rerum
copiam, * eleuetur cor tuum, & non remi- 14
nisceris Dñi Dei tui, qui eduxit te de Terra
Ægypti, de domo seruitutis: & ductor 15
tuus fuit in solitudine magna, atque terribi-
li, "in qua erat serpens flatu adurens, & scor-
pio, ac dipsas, & nullæ omnino aquæ: qui e-
duxit riuos de petra durissima, * & cibauit 16
te Manna in solitudine, quod nescierũt pa-
tres tui. Et postquam afflixit ac probauit, ad D
extremum misertus est tui, * ne diceres in 17
corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus
meæ, hæc mihi omnia præstiterunt. * Sed 18
recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires
tibi præbuerit, vt impleret pactum suum,
super quo iurauit patribus tuis, sicut præ-
sens indicat dies. * Sin autem oblitus Do- 19
mini Dei tui, secutus fueris deos alienos, co-
lueris que illos, & adoraueris: ecce nunc præ-
dico tibi quòd omnino dispereas, * Sicut 20

* Mat. 4. a. 4. Luc. 4. a. 4. * Nu. 20. b. 9. 21. b. 6. Exo. 16. c. 30. & 17. b. 6.

Gentes, quas deleuit Dominus in introitu
tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fue-
ritis voci Domini Dei vestri.

CAP. IX.

1 AVdi Israel: Tu trãsgredieris hodie Ior-
A danem, vt possideas nationes maxi-
mas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad
2 cælum vsque muratas * populum magnum
atque sublimen, filios Enacim, quos ipse vi-
disti, & audisti, quibus nullus potest ex ad-
3 uerso resistere. * Scies ergo hodie quod Do-
minus Deus tuus ipse transibit ante te: ignis
deuorans, atq. consumens, qui conterat eos,
& deleat, atque disperdat ante faciem tuam
4 velociter, sicut locutus est tibi. * Ne dicas
in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus
Deus tuus in conspectu tuo: Propter iusti-
tiam meam introduxit me Dominus, vt ter-
ram hanc possiderem, cum propter impie-
5 tates suas istæ deletæ sint nationes. * Ne-
que enim propter iustitias tuas, & æquita-
tem cordis tui ingredieris, vt possideas ter-
ras earum: sed quia illæ egerunt impie, in-
troeunte te delete sunt: & vt compleret ver-
bum suum Dominus, quod sub iuramento
pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac,
6 & Iacob, * scito ergo quòd non propter iu-
B stitias tuas Dominus Deus tuus dederit ti-
bi terram hanc optimam in possessionem,
7 cum durissimæ ceruicis sis populus. * Me-
mento, & ne obliuiscaris quomodo ad ira-
cundiam prouocaueris Dominum Deum
tuum in solitudine. Ex eo die, quo egres-
sus es ex Ægypto vsque ad locum istum,
semper aduersum Dominum contendisti.
8 * " Nam & in Horeb prouocasti eum, & " Exo. 17.
9 iratus delere te voluit, * quando ascendi b. 6. 19. a. 3. 31. d.
in montem, vt acciperem tabulas lapideas, 18. 32. d.
tabulas pacti, quod pepigit vobiscum Do- 15.
minus, & perseueraui in monte quadragin-
ta diebus, ac noctibus panem non comedens
10 & aquam non bibens. * Deditque mihi
Dominus duas tabulas lapideas scriptas di-
gito Dei, & continentes omnia verba, quæ
vobis locutus est in monte de medio ignis,
11 quando concio populi congregata est. * Cũ-
que transissent quadraginta dies, & totidem
noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas
12 lapideas, tabulas fœderis, * dixitque mihi:
" Surge, & descende hinc cito: quia popu- " Exo. 32.
lus tuus, quem eduxisti de Ægypto, dese- b. 7.
C ruerunt velociter viam, quam demonstrasti
13 eis, feceruntque sibi conflatile. * Rursum-
que ait Dominus ad me: Cerno quod po-
14 pulus iste duræ ceruicis sit: dimitte me vt
conteram eum, & deleam nomen eius de
sub cælo, & constituam te super Gentem,
15 quæ hac maior, & fortior sit. * Cumque de-
monte ardente descenderem, & duas tabu-
16 las fœderis vtraque tenerem manu, * vidis-
semq. vos peccasse Domino Deo vestro, &
fecisse vobis vitulum conflatilem, ac dese-
ruisse velociter viam eius, quã vobis osten-
derat;

derat:* proieci tabulas de manibus meis,cõ- 17
fregitque eas in conspectu vestro.* Et proci- 18
di ante Dominum sicut prius, quadraginta
diebus & noctibus panem non comedens,
& aquam non bibens propter omnia pecca-
ta vestra,quæ gessistis contra Dominum, &
eum ad iracundiam prouocastis: * timui e- 19
nim indignationem & iram illius, quæ ad-
uersum vos concitatus,delere vos voluit. Et
exaudiuit me Dominus etiam hac vice. * 20
Aduersum Aaron quoque vehementer ira-
tus, voluit eum conterere, & pro illo simili-
ter deprecatus sum. * Peccatum autem ve- 21
strũ quod feceratis,idest, vitulum,arripiens
igne combussi, & in frustra comminuens, D
omninoque in puluerem redigens, proieci
in torrentem,qui de monte descendit.*[a] In 22
incendio quoque & in tentatione, & in Se-
pulchris concupiscentiæ prouocastis Domi-
num:*& quando misit vos de Cadesbarne, 23
dicens: Ascendite, & possidete Terram,
quam dedi vobis, & contempsistis imperiũ
Domini Dei vestri, & non credidistis ei,ne-
que vocẽ eius audire voluistis:* sed semper 24
fuistis rebelles à die,qua nosse vos cępi.* Et 25
iacui coram Domino quadraginta diebus,
ac noctibus, quibus cum suppliciter depre-
cabar,ne deleret vos vt fuerat comminatus:
* & orans dixi: Domine Deus,ne disperdas 26
populum tuum, & hereditatem tuam, quã
redemisti in magnitudine tua, quos eduxi-
sti de Ægypto in manu forti. * Recordare 27
seruorum tuorũ Abraham, Isaac, & Iacob:
ne aspicias duritiam populi huius, & impie-
tatem atque peccatum:* ne forte dicant ha- 28
bitatores terrę,de qua eduxisti nos: Non po-
terat Dominus introducere eos in Terram,
quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcir-
co eduxit,vt interficeret eos in solitudine.* 29
qui sunt populus tuus & hereditas tua,quos
eduxisti in fortitudine tua magna,& in bra-
chio tuo extento.

[a] Nu.11. a.1. 16.a. 1.12.a.5.

CAP. X.

IN [a] tempore illo dixit Dominus ad me: 1
Dola tibi duas tabulas lapideas,sicut prio A
res fuerunt, & ascende ad me in montem:
faciesque arcam ligneam, * & scribam in ta- 2
bulis verba, quę fuerunt in his, quas ante cõ-
fregisti, ponesque eas in arca. * Feci igitur 3
arcam de lignis setim. Cumque dolassem
duas tabulas lapideas instar priorum,ascen-
di in montẽ, habens eas in manibus. * Scri- 4
psitque in tabulis iuxta id, quod prius scri-
pserat, verba decem, quæ locutus est Domi-
nus ad vos in monte de medio ignis, quan-
do populus congregatus est:& dedit eas mi-
hi.* Reuersusque de monte,descendi,& po- 5
sui tabulas in arcam,quam feceram,quæ hu- B
cusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Domi-
nus. * [a] Filij autem Israel mouerunt castra 6
ex Beroth filiorum Iacan in Mosera, vbi [a]
Aaron mortuus,ac sepultus est,pro quo, sa-
cerdotio functus est Eleazar filius eius.* In- 7
de venerunt in Gadgad: de quo loco profe-
cti castrametati sunt in Ietebatha, in Terra

[a] Exo.34. a.1.
[a] Nu.33. d.31.
[a] Nu.20. d.28.

8 aquarum,atque torrentium. * Eo tẽpore se-
parauit tribum Leui, vt portaret arcam fœ-
deris Domini,& staret coram eo in ministe-
rio, ac benediceret in nomine illius vsque in
9 præsentem diem. * Quam ob rem non ha-
buit Leui partẽ, neque possessionem cũ fra-
tribus suis:quia ipse Dominus possessio eius
10 est, sicut promisit ei Dñs Deus tuus. * Ego
C autem steti in mõte,sicut prius,quadraginta
diebus,ac noctibus:exaudiuitque me Domi-
11 nus etiam hac vice,& te perdere noluit.* Di
xitque mihi: Vade,& præcede populũ,vt in-
grediatur & possideat Terram,quam iuraui
12 patribus eorum vt traderem eis, * Et nunc
Israel, quid Dñs Deus tuus petit à te, nisi vt
timeas Dominum Deum tuum, & ambu-
les in vijs eius,& diligas eum,ac seruias Do-
mino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota
13 anima tua. * custodiasq. mandata Domini,
& ceremonias eius, quas ego hodie præci-
14 pio tibi, vt bene sit tibi? * En Domini Dei
tui cælum est, & cælum cæli, terra,& omnia
15 quæ in ea sunt: * & tamen patribus tuis cõ-
glutinatus est Dñs, & amauit eos, elegitque
semen eorum post eos,idest, vos, de cunctis
D Gentibus,sicut hodie cõprobatur.* Circum-
16 cidite igitur prępuitium cordis vestri,& cer-
17 uicem vestram ne induretis amplius:* quia
Dominus Deus vester ipse est Deus deorũ,
& Dominus dominantium, Deus magnus,
& potens, & terribilis, qui [a] personam non
18 accipit,nec munera. * Facit iudicium pupil-
lo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei vi-
19 ctum,atq. vestitum, * & vos ergo amate pe-
regrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in Ter-
20 ra Ægypti. * [a] Dominum Deum tuum ti-
mebis,& ei soli seruies: ipsi adhærebis. iura-
21 bisque in nomine illius. * Ipse est laus tua,
& Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia &
22 terribilia, quæ viderunt oculi tui. * [a] In se-
ptuaginta animabus descenderũt patres tui
in Ægyptum: & ecce nunc multiplicauit te
Dominus Deus tuus sicut astra cæli.

[a] Act.10. b.34. 2.Para.19. c.7. Iob.34. b.19. Sap.6.b. Eccl.35. c.15. Rom.2. b.11. Gal.2.b.
[a] Sup.6. c.13. Matt.4. b.10. Luc.4.b. 8.
[a] Gen.46. c.27. Exod.1. a.5.

CAP. XI.

1 AMa itaque Dominum Deum tuum, &
A obserua præcepta eius & ceremonias,
2 iudicia,atq. mandata omni tempore. * Co-
gnoscite hodie quæ ignorant filij vestri, qui
non viderunt disciplinam Domini Dei ve-
stri,magnalia eius & robustam manum, ex-
3 tentumque brachium,* signa,& opera, quæ
fecit in medio Ægypti Pharaoni regi,& vni-
4 uersæ terrę eius,* omnisque exercitui Ægy-
ptiorũ:& equis,ac curribus: quo modo ope-
ruerint eos aquæ maris rubri, cũ vos perse-
querentur, & deleuerit eos Dominus vsque
5 in præsentem diem: * vobisque quæ fecerit
in solitudine donec veniretis ad hunc locũ:
6 * & [a] Dathan sitque Abiron filijs Eliab, qui [a]
fuit filius Ruben:quos [a] aperto ore suo terra
absorbuit cum domibus & tabernaculis, & [a]
vniuersa substantia eorum, quam habebant
7 in medio Israel.* Oculi vestri viderunt om-
nia

[a] Nu.16. a.1.
[a] Nu.16. c.32.

nia opera Domini magna quæ fecit, * vt cu- 8
stodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego
hodie præcipio vobis, & possitis introire, & B
possidere Terram, ad quam ingredimini,
* multoq. in ea viuatis tempore: quam sub 9
iuramento pollicitus est Dominus patribus
vestris, & semini eorum, lacte & melle ma-
nantem.* Terra enim,ad quam ingredieris 10
possidendam, non est sicut Terra Ægypti,
de qua existi, vbi facto semine in hortorum
morem aquæ ducuntur irriguæ:* sed mon- 11
tuosa est & campestris, de cælo expectans
pluuias, * quam Dominus Deus tuus sem- 12
per inuisit, & oculi illius in ea sunt à princi-
pio anni vsq; ad finem eius. * [a] Si ergo obe- 13
dieritis mandatis meis, quæ ego hodie præ-
cipio vobis, vt diligatis Dominum Deũ ve-
strum, & seruiatis ei in toto corde vestro,&
in tota anima vestra: * dabit pluuiam terrę 14
vestræ temporaneam & serotinam, vt colli-
gatis frumentum, & vinum,& oleum,* fę- 15
numque ex agris ad pascenda iumenta,& vt
ipsi comedatis,ac saturemini. * Cauete ne 16
forte decipiatur cor vestrum, & recedatis à
Domino, seruiatisque dijs alienis, & adore-
tis eos:* iratusque Dominus claudat cęlum, 17
& pluuię non descendant,nec terra det ger-
men suum, pereatisque velociter de terra C
optima, quam Dominus daturus est vobis.
* [a] Ponite hæc verba mea in cordibus,& in 18
animis vestris, & suspendite ea pro signo in
manibus, & inter oculos vestros collocate.
* Docete filios vestros,vt illa meditentur, 19
quãdo sederis in domo tua, & ambulaueris
in via,& accubueris,atque surrexeris.* Scri- 20
bes ea sup postes,& ianuas domus tuæ: * vt 21
multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum
in Terra, quam iurauit Dominus patribus
tuis,vt daret eis quãdiu cęlum imminet ter-
ræ.* Si enim custodieritis mandata,quæ ego 22
præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis
Dñm Deum vestrum, & ambuletis in om-
nibus vijs eius,adherẽtes ei,* disperdet Do- 23
minus oẽs gentes istas ante faciem vestram,
& possidebitis eas: quæ maiores & fortiores
vobis sunt. * [a] Omnis locus,quem calcaue- 24
rit pes vester,vester erit. A deserto,& à Liba-
no, à flumine magno Eufrate vsq. ad mare
occidentale erunt termini vestri. * Nullus 25
stabit contra vos: terrorem vestrum & for-
midinem dabit Dominus Deus vester super
omnem terram,quã calcaturi estis, sicut lo-
cutus est vobis. * En propono in conspectu 26
vestro hodie benedictionem,& maledictio-
nem: * benedictionem, si obedieritis man- 27
datis Domini Dei vestri,quæ ego hodie prę-
cipio vobis: * maledictionem, si nõ obedie- 28
ritis mandatis Domini Dei vestri, sed reces-
seritis de via, quam ego nunc ostẽdo vobis,
& ambulaueritis post deos alienos, quos i-
gnoratis. * Cum vero introduxerit te Do- 29
minus Deus tuus in Terram, ad quã pergis
habitandã, pones benedictionẽ super mon-
tem Garizim, maledictionem super mon-
tem Hebal, * qui sunt trans Iordanem post 30

[a] Sup.10. c.12.
[a] Sup.6. b.6.
[a] Iosu.1. a.3.

viam, quę vergit ad solis occubitum in Ter-
ra Chananæi, qui habitat in campestribus
contra Galgalam, quæ est iuxta vallem ten-
31 dentem,& intrantem procul. * Vos enim
trãsibitis Iordanem, vt possideatis Terram,
quam Dominus Deus vester daturus est vo-
32 bis,& habeatis,& possideatis illam. * Vide-
te ergo,vt impleatis ceremonias,atque iudi-
cia, quæ ego hodie ponam in conspectu ve-
stro.

CAP. XII.

1 HÆc sunt præcepta,atque iudicia, quæ
A facere debetis in Terra, quam Domi-
nus Deus patrum tuorum daturus est tibi,
vt possideas eam cunctis diebus, quibus su-
2 per humum gradieris. * Subuertite omnia
loca, in quibus coluerunt gentes, quas pos-
sessuri estis,deos suos super mõtes excelsos,
& colles, & subter omne lignũ frondosum.
3 * [a] Dissipate aras eorum, & confringite sta-
tuas, lucos igne comburite, & idola commi-
nuite disperdite nomina eorũ de locis illis.
4 * Non facietis ita Domino Deo vestro:* sed
5 ad locum,quem elegerit Dominus Deus ve-
ster de cũctis tribubus vestris, vt ponat no-
6 men suum ibi,& habitet in eo, venietis: * &
offeretis in loco illo holocausta,& victimas
vestras, decimas,& primitias manuum ve-
strarum,& vota,atque donaria,primogenita
7 boum,& ouium. * Et comedetis ibi in con-
spectu Domini Dei vestri: ac lætabimini in
cunctis,ad quæ miseritis manum vos,& do-
mus vestræ,in quibus benedixerit vobis Do
8 minus Deus vester. * Non facietis ibi quæ
nos hic facimus hodie, singuli quod sibi re-
9 ctum videtur. * Nec enim vsque in præ-
sens tempus venistis ad requiem, & posses-
sionem, quam Dominus Deus vester datu-
10 rus est vobis.* Transibitis Iordanem,& ha-
B bitabitis in Terra,quam Dominus Deus ve-
ster daturus est vobis, vt requiescatis a cun-
ctis hostibus per circuitũ: & absq. vllo timo-
11 re habitetis * in loco, quem elegerit Domi-
nus Deus vester, vt sit nomen eius in eo, il-
luc omnia, quæ præcipio, cõferetis holocau-
sta, & hostias, ac decimas, & primitias ma-
nuum vestrarum: & quidquid præcipuum
est in muneribus, quæ vouebitis Domino,
12 * Ibi epulabimini coram Domino Deo ve-
stro, vos & filij,ac filiæ vestrę, famuli:& fa-
mulę,atque Leuites, qui in vrbibus vestris
commorantur:neq.enim habet aliam partem
13 & possessionẽ inter vos. * Caue ne offeras
holocausta tua in omni loco: quem videris:
14 * sed in eo,quem elegerit Dominus, in vna
tribuũ tuarũ offeres hostias, & facies quęcũ-
15 que præcipio tibi.* Sin aũt comedere volue
ris, & te esus carniũ delectauerit, occide, &
comede iuxta benedictionem Dñi Dei tui, q̃
dedit tibi in vrbibꝰ tuis: siue immundũ fue-
rit, hoc est, maculatum & debile: siue mun-
dum,hoc est, integrum,& sine macula, quod
offerri licet, sicut capreã, & ceruum, come-
des,

[a] Sup.7. d.25. 2.Mac.12. g.40.

des, * absq. esu dumtaxat sanguinis, quem 16
super terram quasi aquam effundes. * Non 17
poteris comedere in oppidis tuis decimam C
frumenti,& vini,& olei tui, primogenita ar-
mentorum, & pecorum, & omnia, quæ vo-
ueris,& sponte efferre volueris,& primitias
manuum tuarũ: * sed coram Domino Deo 18
tuo comedes ea in loco, quẽ elegerit Domi-
nus Deus tuus, tu & filius tuꝰ & filia tua, &
seruus, & famula,atq. Leuites, qui manet in
vrbibus tuis: & lætaberis & reficietis coram
Domino Deo tuo in cunctis, ad quæ exten-
deris manum tuam. * Caue ne derelinquas 19
Leuitem in omni tempore, quo versaris in
* Gen.28. terra.* " Quãdo dilatauerit Dominus Deus 20
c.14. tuus terminos tuos," sicut locutus est tibi, &
* Inf.15. volueris vesci carnibus, quas desiderat ani-
b.8. ma tua:* Locus autem,quem elegerit Domi- 21
Exod.34 nus Deus tuus vt sit nomen eius ibi, si pro-
c.24. cul fuerit, occides de armentis,& pecoribus,
quæ habueris, sicut præcepi tibi, & comedes
in oppidis tuis, vt tibi placet.* Sicut comedi- 22
tur caprea,& ceruus,ita vesceris eis:& mun-
dus, & immundus in commune vescentur.
* Hoc solum caue,ne sanguinem comedas, 23
sanguis enim eorum pro anima est: & idcir-
co non debes animam comedere cum carni-
bus: *sed super terram fundes quasi aquam 24
* vt bene sit tibi,& filijs tuis post te,cum fe- 25
ceris quod placet in conspectu Domini. * D
Quæ autem sanctificaueris, & voueris Do- 26
mino,tolles,& venies ad locum,quem elege-
rit Dominus: & offerens oblationes tuas 27
carnem, & sanguinem super altare Dñi Dei
tui: sanguinem hostiarum fundes in altari:
carnibus autem ipse vesceris. * Obserua,& 28
audi omnia,quæ ego præcipio tibi, vt bene
sit tibi,& filijs tuis post te in sempiternum,
cum feceris quod bonum est, & placitum in
* Inf. 19. conspectu Domini Dei tui. * " Quando di- 29
2.1. sperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem
tuã gentes,ad quas ingredietis possidendas,
& possederis eas, atque habitaueris in terra
earum: * caue ne imiteris eas, postquam te 30
fuerint introeunte subuersæ, & requiras ce-
remonias earũ, dicens: Sicut coluerunt gen-
tes istæ deos suos, ita & ego colam. * Non 31
facies similiter Domino Deo tuo. Omnes
enim abominationes,quas auersatur Domi-
nus, fecerunt dijs suis,offerentes filios & fi-
lias,& comburentes igni. * Quod præcipio 32
tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas
quidquam,nec minuas.

CAP. XIII.

SI surrexerit in medio tui prophetes, aut 1
qui somnium vidisse se dicat,& prædixe- A
rit signum, atque portentum, * & euenerit 2
quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, &
sequamur Deos alienos,quos ignoras, & ser-
uiamus eis:* non audies verba prophetæ il- 3
lius,aut somniatoris: quia tentat vos Domi-
nus Deus vester,vt palam fiat vtrum diliga-
tis eum,an non, in toto corde,& in tota ani-
ma vestra. * Dominum Deum vestrum se- 4
quimini, & ipsum timete, & mandata illius
custodite,& audite vocem eius:ipsi seruietis
5 & ipsi adhærebitis. * Propheta autẽ ille aut
B fictor somniorũ interficietur: quia locutus
est vt vos auerteret a Domino Deo vestro,
qui eduxit vos de Terra Ægypti, & rede-
mit vos de domo seruitutis: vt errare te fa-
ceret de via, quam tibi præcepit Dominus
Deus tuus:& auferes malum de medio tui.
6 * Si tibi voluerit persuadere frater tuus fi-
lius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia,siue
vxor,quæ est in sinu tuo,aut amicus,quẽ di-
ligis vt animam tuam, clam dicens: Eamus,
& seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu &
7 patres tui,*cunctarum in circuitu gentium,
quæ iuxta, vel procul sunt, ab initio, vsque
8 ad finem terræ, * non acquiescas ei, nec au-
dias,neque parcat ei oculus tuus,vt misérea-
9 ris,& occultes eum, * sed statim interficies" " Inf.17.
sit primum manus tua super eum, & postea b.7.
10 omnis populus mittat manum.* Lapidibus
C obrutus necabitur: quia voluit te abstrahere
à Domino Deo tuo, qui eduxi te de Terra
11 Ægypti de domo seruitutis: vt omnis Is-
rael audiens timeat, & nequaquam vltra fa-
12 ciat quippiam huius rei simile. * Si audieris
in vna vrbium tuarũ, quas Dominus Deus
tuus dabit tibi ad habitandum dicentes ali-
13 quos. * Egressi sũt filij Belial de medio tui,
& auerterunt habitatores vrbis suæ, atq; di-
xerũt: Eamus,& seruiamus dijs alienis,quos
14 ignoratis: quære solicite, & diligenter, rei
veritate perspecta, si inueneris certum esse
quod dicitur,& abominationem hanc opere
15 perpetratam,* statim percuties habitatores
D vrbis illius in ore gladij, & delebis eã,ac om-
16 nia, quæ in illa sunt, vsq. ad pecora * quid-
quid etiam supellectilis fuerit, congregabis
in medio platearum eius,& cum ipsa ciuita-
te succedens,ita vt vniuersas consumas Do-
mino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus.
17 non ædificabitur amplius,* & non adhere-
bit de illo anathemate quidquam in manu
tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris,
sui,& misereatur tui,multiplicetque te sicut
18 iurauit patribus tuis,* quando audieris vo-
cem Domini Dei tui, custodiens omnia pre-
cepta eius,quæ ego precipio tibi hodie,vt fa-
cias quod placitum est in conspectu Domi-
ni Dei tui.

CAP. XIIII.

1 FIlij estote Domini Dei vestri:non vos in-
A cidetis,nec facietis calnitium super mor-
2 tuo. * quoniam populus sanctus es Domi- " Sup.7.
no Deo tuo: & te elegit, vt sis ei in popu- a.6.
lum peculiarem de cunctis gentibus, quæ Inf. 16.
3 sunt super terram. * " Ne comedatis quæ d.18.
4 immunda sunt. * Hoc est animal, quod " Leu.11.
comedere debetis, Bouem, & ouem, & ca- a.4.
5 pram, * ceruum, & capream, bubalum, tra-
gelaphum, pygargum, orygem, camelopar-
6 dalum, * Omne animal, quod in duas par-
tes

tes findit vngulam,& ruminat, comedetis.
* De his autem,quæ ruminant,& vngulam 7
non findunt,comedere non debetis, vt ca-
melum, leporem, chœrogrillum:hæc quia
ruminant, & non diuidunt vngulam, im-
munda erunt vobis. * Sus quoque quoniam 8
diuidit vngulam,& non ruminat,immun- E
da erit.carnibus eorum nõ vescemini,& ca-
dauera nõ tãgetis * Hæc comedetis ex om- 9
nibus,quæ morantur in aquis: Quæ habent
pinnulas,& squamas,comedite:* quæ absq. 10
pinnulis,& squamis sunt,ne comedatis,quia
immunda sunt. * Omnes aues mundas co- 11
medite. * Immundas ne comedatis: aquilã 12
scilicet,& gryphem,& hallætum * ixion, & 13
vulturem,ac miluum iuxta genus suum: * 14
& omne coruini generis, * & struthionem, 15
ac noctuam, & larum, atque accipitrẽ iux-
ta genus suum: * herodium, ac cygnum,& 16
ibin,*ac mergulum, porphyrionem,& ny- 17
cticoracem,*onocrotalum, & charadrium, 18
singula in genere suo: vpupã quoque,& ve- C
spertilionẽ.* Et omne quod reptat,& pen- 19
nulas habet,immundum erit,& non come-
detur.* Omne quod mundum est,comedi- 20
te. * Quidquid autem morticinum est, ne 21
vescamini ex eo. Peregrino,qui intra portas
tuas est,da vt comedat,aut vende ei:quia tu
Exo.23. populus sanctus Domini Dei tui es. Nõ co
d.19.34. ques hœdum in lacte matris suæ.* Decimã 22
c.26. partem separabis de cunctis fructibus tuis
qui nascuntur in terra per annos singulos,* 23
& comedes in conspectu Domini Dei tui in
loco,quem elegerit, vt in eo nomen illius in
uocetur, decimam frumenti tui, & vini,&
olei, & primogenita de armentis & ouibus
tuis: vt discas timere Dominum Deum tuũ
omni tempore.* Cum autem longior fuerit 24
via, & locus,quem elegerit Dominus Deus D
tibique benedixerit, nec poueris ad eũ hæc
cuncta portare,* vendens omnia,& in pre- 25
tium rediges,portabisque manu tua,& pro-
ficisceris ad locum,quem elegerit Dominus
Deus tuus:* & emes ex eadẽ pecunia quid 26
quid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex
ouibus, vinum quoque,& siceram,& omne
quod desiderat anima tua:& comedes corã
Domino Deo tuo,& epulaberis tu,& domꝰ
tua;*& Leuites,qui intra portas tuas est,ca- 27
ue ne derelinquas eum,quia non habet aliã
partem in possessione tua.* Anno tertio se- 28
parabis aliam decimã ex omnibus, quæ na-
scuntur tibi eo tempore:& repones intra ia-
nuas tuas.* Venietq. Leuites,qui aliam non 29
habet partem,nec possessionẽ tecum. & pe-
regrinus,ac pupillus,& vidua,qui intra por-
tas tuas sunt,& comedent & saturabuntur:
vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cũ-
ctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

SEptimo anno facies remissionem,*quæ 1
hoc ordine celebrabitur. Cui debetur ali 2
quid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, A
petere non poterit, quia annus remissionis
est Domini.* A peregrino & aduena exiges: 3
ciuẽ,& propinquum repetendi non habebis
potestatem.* Et omnino indigens,& mẽdi- 4
cus non erit inter vos vt benedicat tibi Dñs
Deus tuum in terra,quam traditurus est ti-
bi in possessionem. * Si tñ audieris vocem 5
Dñi Dei tui,& custodieris vniuersa quę ius-
sit,& quæ ego hodie præcipio tibi, benedi-
cet tibi,vt pollicitus est. * Fenerabis gendib. 6
multis,& ipse a nullo accipies mutuum. Do
minaberis nationib. plurimis, & tui nemo
dominabitur: * Si vnus de fratrib. tuis,qui 7
morantur intra portas ciuitatis tuæ in ter-
B ra.q̃ Dñs Deus tuus daturus est tibi,ad pau
pertatem venerit: non obdurabis cor tuũ,
nec contrahes manum, * sed aperies eam 8
pauperi," & dabis mutuum, quo eum indi- "Mat.5.g.
gere perspexeris. * Caue ne forte subrepat 9 43.
tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Luc.6.c.
Appropinquat septimus annus remissionis: 34.
& auertat oculos tuos a paupere fratre tuo,
nolens ei quod postulat mutuum commo-
dare ne clamet contra te ad Dominum, &
10 fiat tibi in peccatũ.* Sed dabis ei;nec agens
quippiã callide in eius necessitatibus suble-
uandis: vt benedicat tibi Dñs Deus tuus
in omni tempore, & in cunctis ad quæ ma-
11 num miseris.* " Non deerunt pauperes in " Matt.26.
terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio a.10.
tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno &
12 pauperi,qui tecum versatur in terra.* " Cũ " Exod.2.
C tibi vẽditus fuerit frater tuus Hebræus,aut a.2.
Hebræa,& sex annis seruierit tibi, in septi- Ier.34.c.
13 mo anno dimittes eum liberum:*& quem 14.
libertate donaueris,nequaquam vacuũ abi-
14 re patieris: * sed dabis viaticum de gregib.
& de area,& torculari tuo,quibus Dominꝰ
15 Deus tuus benedixerit tibi.* Memẽto q; &
ipse seruieris in Terra Ægypti, & liberauit
te Dominus Deus tuus,& idcirco ego nunc
16 præcipio tibi.* Sin autẽ dixerit: Nolo egre-
di:eo quod diligat te, & domum tuam, &
17 bene sibi apud te esse sentiat:* affixes su-
bulã,& perforabis aurem eius in ianua do-
mus tuæ,& seruiet tibi vsq. in æternum.an-
18 cillæ quoque similiter facies.* Non auertas
ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos li-
beros:quoniam iuxta Mercedem mercena-
D rij per sex annos seruiui tibi: vt benedicat
tibi Dominus Deus tuus in cunctis operib.
19 quæ agis.* De primogenitis,quæ nascuntur
in armentis,& in ouibus tuis, quidquid est
sexus masculini, sanctificabis Dño Deo tuo
Non operaberis in primogenito bouis, &
20 contondebis primogenita ouium:* In con-
spectu Domini Dei tui comedes ea per an-
nos singulos in loco, quem elegerit Domi-
21 nus,tu & domus tua.* " Sin autem habue- " Luc. 22.
rit maculã, vel claudum fuerit,vel cæcum, c.20.
aut in aliqua parte deforme vel debile, non Eccl. 35.
22 immolabitur Domino Deo tuo. * sed intra b.14.
portas vrbis tuæ comedes illud:tã mundus
quã immundus similiter vescẽtur eis quasi
23 caprea,& ceruo,* Hoc solũ obseruabis, vt
san-

sanguinem eorum nõ comedas, sed effun-
des in terram quasi aqua.

CAP. XVI.

OBserua mensem nouarum frugum,& 1
verni primum temporis,vt facias Pha- A
se Domino Deo tuo, quoniam in isto men-
se eduxit te Domin9 Deus tuus de Ægypto
nocte.* Immolabisque Phase Domino Deo 2
tuo de ouibus, & de bobus in loco, quē ele-
gerit Dominus Deus tuus,vt habitet nomē
eius ibi.* Non comedes in eo panē fermen- 3
tatum: Septem diebus comedes absque fer-
mēto afflictionis panem: quoniam in pauo-
re egressus de Ægypto: vt memineris diei
egressionis tuę de Ægypto, omnibus dieb9
vitæ tuæ.* Non apparebit fermentū in om- 4
nibus terminis tuis septem diebus,& nõ re-
manebit de carnibus eius,quod immolatū
est vespere in die primo vsque mane.* Nõ 5
poteris immolare Phase in qualibet vrbiū B
tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus
est tibi:* sed in loco,quē elegerit Dominus 6
Deus tuus,vt habitet nomen eius ibi: immo
labis Phase vespere ad solis occasum,quan-
do egressus es de Ægypto.* Et coques,& co- 7
medes in loco,quem elegerit Dominus De9
tuus, maneque cõsurgens vades in taberna-
cula tua.* Sex diebus comedes azyma: & in 8
die septima, quia collecta est Domini Dei
tui,non facies opus.* Septem hebdomadas 9
numerabis tibi ab ea die,qua falcem in sege-
tem miseris.*& celebrabis diem festū heb- 10
domadarum Domino Deo tuo, oblationē
spontaneam manus tuæ, quam offeres iux-
ta benedictionem Domini Dei tui:*& epu- 11
laberis coram Domino Deo tuo, tu, filius
tuus,& filia tua,seruus tuus, & ancilla tua,
& Leuites,qui est intra portas tuas,aduena
ac pupillus & vidua, qui morantur vobi- C
scum: in loco quem elegerit Dominus Deus
tuus,vt habitet nomē eius ibi:*& recorda- 12
beris qm̄ seruus fueris in Ægypto: custodies
que ac facies quæ præcepta sunt.* Solemni- 13
tatem quoq. tabernaculorum celebrabis per
septem dies,quādo collegeris de area,& tor
culari fruges tuas *& epulaberis in festiuita 14
te tua, tu, filius tuus, & filia,seruus tuus &
ancilla, Leuites quoq. & aduena pupillus ac
vidua qui intra portas tuas sunt.* Septem 15
diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in
loco,quem elegerit Dominus: benedicetq. ti-
bi Dominus Deus tuus, in cunctis frugibus
tuis,& in omni opere manuū tuarum,eris-
que in lætitia.* Tribus vicibus per annū ap- 16
parebit omne masculinum tuum in con-
spectu Dñi Dei tui in loco,quem elegerit in
solemnitate azymorum, in solēnitate heb- D
"Exo.23. domadarū, & in solemnitate tabernaculo-
c.15. 34. rum. " Non apparebit ante Dñm vacuus,* 17
c.20. sed offeret vnusquisq. secundum quod ha-
Eccl.35. buerit iuxta benedictionem Dñi Dei sui, q̄
a.6. dederit ei.* Iudices & magistros constitues 18
in omnibus portis tuis,quas Dñs Deus tuus
dederit tibi ꝑ singulas tribus tuas: vt iudi-
19 cent populum iusto iudicio* nec in alteram
partem declinent." Non accipies personam, "Sup.1.c.
nec munera: quia munera excæcant oculos 17.
20 sapientum,& mutant verba iustorum.* Iu- Leu.19.
ste quod iustum est persequeris: vt viuas & c.15.
possideas Terram, quam Dominus Deus Exo.23.
21 tuus dederit tibi.* Non plantabis lucum,& b.8.
omnem arborem iuxta altare Domini Dei Eccl.20
22 tui.* Nec facies tibi,neque cõstitues statuā: d.31.
quæ odit Dominus Deus tuus.

CAP. XVII.

1 A NOn immolabis Domino Deo tuo ouē
& bouem,in quo est macula,aut quip
piā vitij,quia abominatio est Dño Deo tuo.
2 * Cum reperti fuerint apud te intra vnā por
tarum tuarū, quas Dñs Deus tuus dabit ti-
bi, vir aut mulier,qui faciant malum in cõ-
spectu Domini Dei tui, & transgrediantur
3 pactum illius.* vt vadant, & seruiant dijs
alienis,& adorent eos,solem,& lunā,& om-
4 nem militiam cæli, quæ nõ præcepi:*& hoc
tibi fuerit nunciatum, audiensq; inquisieris
diligēter,& verum esse repereris,& abomi-
5 natio facta est in Israel.* deduces virum,ac
mulierem, qui rem sceleratissimam perpe-
trarunt,ad portas ciuitatis tuæ,& lapidibus
6 obruentur.*" In ore duorum,aut trium te- "Inf.19.
stium peribit qui interficietur. Nemo occi- d.15.
7 datur, vno contra se dicente testimonio.* Matt.18
Manus testium prima interficiet eū,& ma- b.16.
B nus reliqui populi extrema mittetur: vt au- 2.Cor.13
8 feras malum de medio tui.* Si difficile & a.1.
ambiguum apud te iudicium esse perspexe Sup.13.
ris inter sanguinem & sanguinem, causam c.9.
& causam,lepram & lepram: & iudicium in
tra portas tuas videris verba variari: surge,
& ascende ad locum, quem elegerit Domi-
9 nus Deus tuus.* " Veniesque ad sacerdotes
Leuitici generis,& ad iudicem,qui fuerit il- " 2.Par.
lo tempore, quæresque ab eis,qui indicabūt 19.c.20.
10 tibi iudicij veritatem.* Et facies quodcun-
que dixerint qui præsunt loco, quē elegerit
11 Dominus,& docuerint te*iuxta legē eius:
sequerisq. sententiam eorum,nec declinabis
12 ad dexteram,neque ad sinistram.* Qui au-
C tem superbierit, nolens obedire sacerdotis
imperio,qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo,& decreto iudicis.morietur homo
13 ille,& auferes malum de Israel.*cunctusq.
populus audiēs timebit, vt nullus deinceps
14 intumescat superbia.* Cum ingressus fue-
ris Terrā,quā Dominus Deus tuus dabit ti-
bi,& possederis eam,habitaueris que in illa,
& dixeris: Constituam super me regem,si-
cut habent omnes per circuitum nationes:
15 *cum cõstitues,quem Dominus Deus tuus
elegerit de numero fratrum tuorū. Nõ po-
teris alterius gentis hominē regem facere,q
16 non sit frater tuus.* Cumque fuerit consti-
tutus,nõ multiplicabit sibi equos,nec redu-
D cet populum in Ægyptum, equitatus nu-
mero subleuatus, præsertim cum Dominus
præ-

præceperit vobis, vt nequaquā amplius per
eandem viam reuertamini.* Non habebit 17
vxores plurimas,quæ alliciant animū eius,
neque argenti,& auri immensa pondera.
* Postquam autē sederit in solio regni sui, 18
describet sibi Deuteronomium legis huius
in volumine,accipiens exemplar a sacerdo-
tibus Leuiticæ tribus, * & habebit secū,le- 19
getque illud omnibus diebus vitę suæ,vt di
scat timere Dominum Deū suum,& custo-
dire verba,& ceremonias eius, quæ in lege
pręcepta sunt.* Nec eleuetur cor eius in su-20
perbiam super fratres suos, neque declinet
in partem dexteram,vel sinistram, vt lon-
go tēpore regnet ipse,& filij eius sup̄ Israel.

CAP. XVIII.

"Sup.10. NOn " habebunt sacerdotes, & Leuitæ, 1
b.9. & omnes,qui de eadem tribu sūt, par A
"Nu.18.c tem & hereditatem cum reliquo Israel,quia
20. sacrificia Domini, & oblationes eius come-
1.Cor.9.b dent,* & nihil aliud accipient de possessio- 2
13. ne fratrum suorum: Dñs enim ipse est he-
reditas eorum, sicut locutus est illis.* Hoc 3
erit iudiciū sacerdotum a populo, & ab his
qui offerunt victimas: siue bouem, siue ouē
immolauerint,dabunt sacerdoti armum,ac
"Nu.18. ventriculum: * " primitias frumenti, vini, 4
c.21. & olei,& lanarū partem ex ouium tõsione.
*Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de 5
cunctis tribubus tuis,vt stet,& ministret no
mini Domini ipse, & filij eius in sempiter-
num.*Si exierit Leuites ex vna vrbium tua 6
rum ex omni Israel,in qua habitat,& volue B
rit venire,desiderans locum,quem elegerit
Dominus, * ministrabit in nomine Domi- 7
ni Dei sui,sicut omnes fratres eius Leuitæ,
qui stabunt eo tempore coram Dño.* Par- 8
tem ciborum eandem accipiet, quam & ce-
teri: excepto eo,quod in vrbe sua ex paterna
ei successione debetur.* Quando ingressus 9
fueris terram, quam Dominus Deus tuus
dabit tibi,caue ne imitari velis abominatio-
"Le.20.d. nes illarum gentium.* " nec inueniatur in 10
27. te qui lustret filium suum,aut filiā, ducens
per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, &
obseruet somnia,atque auguria,nec sit male
ficus,*nec incantator,nec qui pythones cõ-11
"1.Reg. sulat,nec diuinos,"aut quærat a mortuis ve
28.a.7. ritatem.*omnia enim hæc abominatur Do 12
minus,& propter istiusmodi scelera delebit C
eos in introitu tuo.* perfectus eris,& absq. 13
macula cū Domino Deo tuo * Gentes istæ, 14
quarum possidebis terram,augures diuinos
audiunt: tu autem a Domino Deo tuo ali-
"Ioan.1. ter institutus es.*" PROPHETAM de 15
f.45. gente tua & de fratribus tuis sicut me, susci
Act.3.d. tabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum au-
22. dies,* vt petisti a Domino Deo tuo " in Ho 16
"Exo.20. reb,quando concio congregata est,atque di-
d.21. xisti. Vltra non audiam vocem Domini Dei
"Io.2.g. mei, & ignem hunc maximum amplius nõ
45. videbo,ne moriar:* Et ait Dominus mihi, 17
Bene omnia sunt locuti, * " Prophetam 18
D suscitabo eis de medio fratrum suorum
similem tui: & ponam verba mea in ore
eius, loqueturque ad eos omnia,quæ pręce-
19 pero illi:*qui autem verba eius,quæ loque-
tur in nomine meo,audire noluerit,ego vl-
20 tor existam.* Propheta autem,qui arrogan
tia deprauatus voluerit loqui in nomine
meo,quę ego non præcepi illi vt diceret,aut
ex nomine alienorum deorum, interficie-
21 tur.* Quod si tacita cogitatione responde-
ris: Quo modo possum intelligere verbum,
22 quod Dominus non est locutus?* hoc ha-
bebis signum: Quod in nomine Domini ꝓ-
pheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc
Dominus non est locutus,sed per tumorem
animi sui propheta confinxit: & idcirco no
timebis eum.

CAP. XIX.

1 A CVm disperdiderit Dominus Deus tuus " Nu.35.
gētes,quarum tibi traditurus est terrā, b.10.
& possederis eam,habitaueris q. in vrbibus Ios.20.a.2
2 eius,& in ædibus *" tres ciuitates separabis
tibi in medio Terræ,quam Dominus Deus
3 tuus dabit tibi in possessionem,* sternens
diligenter viam: & in tres æqualiter partes
totam Terrę tuę prouinciam diuides: vt ha
beat è vicino,qui propter homicidium pro-
4 fugus est,quo possit euadere.* Hæc erit lex
homicidæ fugientis,cuius vita seruāda est:
Qui percusserit proximum suum nesciens,
& qui heri,& nudiustertius nullum contra
5 eum odium habuisse comprobatur:* sed
abijsse cum eo simpliciter in siluā ad ligna
cædenda, & in succisione lignorum securis
fugerit manu,ferrumq. lapsū de manubrio
B amicum eius percusserit,& occiderit: hic ad
vnam supradictarum vrbium confugiet,&
6 viuet: *ne forsitan proximus eius,cuius ef-
fusus est sāguis,dolore stimulatus persequa
tur, & apprehendat eum si longior via fue-
rit,& percutiat animam eius,qui nõ est reus
mortis: quia nullum contra eum, qui occi-
sus est, odium prius habuisse monstratur.
7 * Idcirco præcipio tibi,vt tres ciuitates ęqua
8 lis inter se spatij diuidas.*" Cum autem di- " Gen.28.
latauerit Dominus Deus terminos tuos, si- c.14.
cut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cū- Sup.12.c. 20.
9 ctam Terram,quam eis pollicitus est: (*si ta
men custodieris mādata eius,& feceris quæ Exo.34.c. 24.
hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum
Deum tuum, & ambules in vijs eius omni
tempore) addes tibi tres alias ciuitates,& su
pradictarum trium vrbium numerū dupli
10 cabis.* vt non effundatur sanguis innoxius
C in medio Terrę,quam Dominus Deus tuus
dabit tibi possidendā,ne sis sanguinis reus.
11 *" Si quis autem odio habens proximum " Nu.35
suum,insidiatus fuerit vitæ eius, surgensq. c.20.
percusserit illum,& mortuus fuerit,fugerit-
12 que ad vnam de supradictis vrbibus,*mit-
tent seniores ciuitatis illius, & arripiēt eum
de loco effugij, tradentque in manu proxi-
mi, cuius sanguis effusus est, & morietur.
Non

* Nõ misereberis eius, & auferes innoxiũ 13
sanguinem de Israel, vt bene sit tibi. * Nõ 14
assumes, & trãsferes terminos proximi tui,
quos fixerunt priores in possessione tua,
quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Ter
" Sup. 17. ra, quam acceperis possidendam. * " Non 15
a.6. stabit testis vnus contra aliquem, quidquid D
Mat. 18. illud peccati, & facinoris fuerit: sed in ore
b.16. duorũ aut trium testium stabit omne ver-
2. Cor. 13 bum. * Si steterit testis mendax contra ho- 16
a.1. minem, accusans eum præuaricationis,
Sup. 13. *stabunt ambo, quorum causa est, ante Do- 17
c.9. minum in conspectu sacerdotum & iudicũ
" Da. 13. qui fuerint in diebus illis. * " Cumque dili- 18
g.62. gentissimè perscrutantes, inuenerint falsũ
testem dixisse cõtra fratrem suum menda-
cium: *reddent ei sicut fratri suo facere co- 19
gitauit, & auferes malum de medio tui:
*vt audientes cæteri timorem habeãt & ne- 20
quaquam talia audeant facere. * Non mise- 21
" Exo. 21. reberis eius, " sed animam pro anima, ocu-
e. 23. 24. lum pro oculo, dentem pro dente, manum
Leui. 24. pro manu, pedem pro pede exiges.
c. 19.
Mat. 5. f. 39.

CAP. XX.

SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & 1
videris equitatus & currus, & maiorem A
quam tu habeas aduersarij exercitus multi-
tudinem, non timebis eos: quia Dominus
Deus tuus tecum est, qui eduxit te de Terra
Ægypti. * Appropinquante autem iam prę- 2
lio, stabit sacerdos ante aciẽ, & sic loquetur
ad populum: * Audi Israel, vos hodie con- 3
tra inimicos vestros pugnam committitis,
non pertimescat cor vestrum, nolite metue-
re, nolite cedere, nec formidetis eos: * quia 4
Dominus Deus vester ĩ medio vestri est. &
pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt
eruat vos de periculo. * Duces quoque per 5
singulas turmas audiente exercitu procla-
" 1. Mac. mabunt: " Quis est homo, qui ædificauit
3. g. 56. domum nouam, & non dedicauit eam? va-
dat, & reuertatur in domum suam, ne forte
moriatur in bello, & alius dedicet eam. B
* Quis est homo qui plantauit vineam, & 6
nedum fecit eam esse communem, de qua
vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur
in domum suam: ne forte moriatur in bel-
lo, & alius homo eius fungatur officio.
* Quis est homo, qui despondit vxorem, & 7
non accepit eam? vadat, & reuertatur in do-
mum suam, ne forte moriatur in bello, &
" Iudic. 7. alius homo accipiat eam. * His dictis ad 8
a. 3. dent reliqua, & loquentur ad populũ. " Quis
est homo formidolosus, & corde pauidõ?
vadat, & reuertatur in domum suam, ne pa
uere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse
timore perterritus est. * Cũque siluerint du 9
ces exercitus, & finem loquendi fecerint, C
vnusquisque suos ad bellãdum cuneos prę
parabit. * Si quando accesseris ad expugnã- 10
dam ciuitatem, offeres ei primum pacem.
* Si receperit, & aperuerit tibi portas, cun- 11
ctus populus, qui in ea est, saluabitur, & fet-
12 uiet tibi sub tributo. * Sin autem fœdus in
re noluerit, & ceperit contra te bellum, op-
13 pugnabis eam. * Cumque tradiderit Domi-
nus Deus tuus illam in manu tua, percuties
omne, quod in ea generis masculini est, in
14 ore gladij, * absque mulieribus & infanti-
bus, iumentis & ceteris, quæ in ciuitate sũt.
Omnem prædam exercitui diuides, & co-
medes de spolijs hostium tuorum, quæ
15 Dñs Deus tuus dederit tibi. * Sic facies cun-
ctis ciuitatibus, quæ a te procul valde sunt,
& non sunt de his vrbibus, quas in posses-
16 sionem accepturus es. * De his autem ciui-
D tatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino
17 permittes viuere: * sed interficies in ore
gladij. Hethæum videlicet, & Amorrhæũ,
& Chananæum, Pherezæum, & Heuæum,
& Iebusæum, sicut præcipit tibi Dominus
18 Deus tuus: * ne forte doceant vos facere
cunctas abominationes, quas ipsi operati
sunt dijs suis: & peccatis in Dominũ Deũ
19 vestrum. * Quando obsederis ciuitatẽ multo
tempore, & munitionibus circumdederis
vt expugnes eam, non succides arbores,
de quibus vesci potest, nec securibus per cir
cuitum debes vastare regionem: quoniam
lignum est, & non homo, nec potest bellan-
20 tium contra te augere numerum. * Si qua
autem ligna non sunt pomifera, sed agre-
stia, & in ceteros apta vsus, succide, & in-
strue machinas, donec capias ciuitatem,
quæ contra te dimicat.

CAP. XXI.

1 QVando inuentum fuerit in terra, quã
A Dominus Deus tuus daturus est tibi,
hominis cadauer occisi, & ignorabitur cędis
2 reus, * egredientur maiores natu, & iudices
tui, & metientur a loco cadaueris singularũ
3 per circuitum spatia ciuitatum: * & quam
viciniorẽ ceteris esse perspexerint, seniores
ciuitatis illius tollent vitulam de armento,
quæ non traxit iugum, nec terram scidit vo
4 mere, * & ducent eam ad vallem asperam
atque saxoxam, quę numquam arata est, nec
sementem recepit: & cædent in ea ceruices
5 vitulæ: * succedentque sacerdotes filij Leui,
quos elegerit Dominus Deus tuus, vt mini-
strent ei, & benedicant in nomine eius, &
ad verbum eorum omne negotiũ, & quid-
quid mundum, vel immundum est, iudice
6 tur. * Et venient maiores natu ciuitatis il-
B lius ad interfectum, lauabuntq. manus suas
7 super vitulam, quæ in valle percussa est, * &
dicent: Manus nostræ non effunderunt san
8 guinem hunc, nec oculi viderunt. * pro-
pitius esto populo tuo Israel, quem rede-
misti Domine, & ne reputes sanguinem
innocentem in medio populi tui Israel. Et
9 auferetur ab eis reatus sanguinis: * tu au-
tem alienus eris ab innocentis cruore, qui fu
sus est, cum feceris quod præcepit Dominus.
10 * Si egressus fueris ad pugnam contra ini-
micos tuos, & tradiderit eos Dñs Deus
tuus

tuus, in manu tua, captiuosq. duxeris, * & 11
videris in numero captiuorũ mulierẽ pul-
chram, & adamaueris eam, voluerisq. habe
re vxorem, * introduces eam in domum 12
tuam, quæ radet cæsariem, & circumcidet
vngues, * & deponet vestem, in qua capta 13
est: sedensq. in domo tua, flebit patrem &
matrem suam vno mẽse: & postea intrabis
ad eam, dormiesq. cũ illa, & erit vx or tua. C
* Si autem postea non sederit animo tuo, 14
dimittes eam liberam, nec vendere poteris
pecunia, nec opprimere per potentiã: quia
humiliasti eam. * Si habuerit homo vxores 15
duas, vnam dilectam, & alteram odiosam,
genuerintq. ex eo liberos, & fuerit filius o-
diosæ primogenitus, * voluerit q. substantiã 16
inter filios suos diuidere: non poterit filiũ
dilectæ facere primogenitum, & præferre
filio odiosæ. * " Sed filium odiosæ agnoscet 17
" 1. Par. 5. primogenitum, dabitq. ei de his quę habue-
b. 1. rit cuncta duplicia: ipse est enim principium
liberorum eius, & huic debentur primoge-
nita. * Si genuerit homo filium contumacẽ 18
& proterum, qui nõ audiat patris, aut ma-
tris imperium, & coercitus obedire contẽ- D
pserit: * apprehẽdent eum, & ducent ad se- 19
niores ciuitatis illius, & ad portam iudicij,
*, dicentq. ad eos: Filius noster iste proter- 20
uus & contumax est, monita nostra audire
cõtemnit, commessationibus vacat, & luxu
riæ atq conuiuijs: * lapidibus eum obruet 21
populus ciuitatis: & morietur, vt auferatis
malum de medio vestri, & vniuersus Israel
audiens pertimescat. * Quando peccauerit 22
homo quod morte plectẽdum est, & adiu-
dicatus morti appensus fuerit in patibulo:
*nõ permanebit cadauer eius in ligno, sed 23
" Gal. 3. b. in eadem die sepelietur: quia " maledictus
13. a Deo est qui pendet in ligno: & nequaquã
contaminabis Terram tuam, quam Domi-
nus Deus tuus dederit tibi in possessionẽ.

CAP. XXII.

* Exo. 23. N On " videbis bouem fratris tui, aut ouẽ 1
24. A errantẽ, & præteribis: sed reduces fra-
tri tuo, * etiamsi non est propinquus frater 2
tuus, nec nosti eum: duces in domum tuã,
& erunt apud te quamdiu quærat ea frater
tuus, & recipiat, * Similiter facies de asino, 3
& de vestimento, & de omni re fratris tui,
quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas
quasi alienam. * Si videris asinum fratris tui 4
aut bouem cecidisse in via, non despicies,
sed subleuabis cum eo. * Non induetur mu 5
lier veste virili, nec vir vretur veste femi-
nea: abominabilis.n. apud Deũ est qui facit
hæc: * Si ambulans per viam, in arbore vel 6
in terra nidum auis inueneris, & matrẽ pul
lis, vel ouis desuper incubantem: non tene-
bis eam cũ filijs, * sed abire patiens is, captos 7
tenens filios: vt bene sit tibi, & longo viuas
tempore: * Cum ædificaueris domum no- 8
uam, facies murum tecti per circuitum: ne
effundatur sanguis in domo tua, & sis reus B
9 labente alio, & in præceps ruente. * Non se-
res vineam tuam altero semine, ne & se-
mentis, quam seuisti, & quæ nascuntur ex
10 vinea, pariter sanctificentur. * Non arabis
11 in boue simul & asino. * Non indueris ve-
stimento, quod ex lana, linoque contextum
12 est. * " Funiculos in fimbrijs facies, p quat- " Nu. 15.
13 tuor angulos pallij tui, quo operieris. * Si d. 38.
duxerit vir vxorẽ, & postea odio habuerit
14 eã, * quæsieritq. occasiones, quibus dimittat
eã, objiciens ei nomen pessimum, & dixerit:
Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eã nõ
15 inueni virginem: * tollent eam pater & ma-
ter eius, & ferent secum signa virginitatis
16 eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt: * &
dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorẽ:
17 quam quia odit, * imponit ei nomen pes-
C simum, vt dicat: Non inueni filiam tuam
virginem: & ecce hæc sunt signa virginita-
tis filiæ meæ expandent vestimentum co-
18 ram senioribus ciuitatis: * apprehendentq.
senes vrbis illius virum, & verberabunt il-
19 lum, * condemnantes insuper centũ siclis
argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam
diffamauit nomen pessimum super virgi-
nem Israel: habebitq. eam vxorem, & non
poterit dimittere eam omnibus dieb. vitæ
20 suæ. * Quod si verum est quod objicit, &
21 non est in puella inuenta virginitas; * eij-
cient eam extra fores domus patris sui, & la-
pidibus obruẽt viri ciuitatis illius, & morie-
tur: quoniam fecit nefas in Israel, vt fornica-
retur in domo patris sui, & auferes malum
22 de medio tui. * " Si dormierit vir cum vxo- * Leu. 20.
re alterius, vterque morietur, id est, ad ulter b. 11.
23 & adultera: & auferes malum de Israel. * Si
puellam virginem desponderit vir, & inue-
nerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit
24 cum ea, * educes vtrumque ad portã ciui-
D tatis illius, & lapidibus obruentur: puella,
quia nõ clamauit, cum esset in ciuitate: vir,
quia humiliauit vxorem proximi sui, & au
25 feres malum de medio tui. * Sin autem in
agro reperetit vir puellam, quæ desponsata
est, & apprehendens concubuerit cum ea, ip
26 se morietur solus: * puella nihil patietur,
nec est rea mortis: quoniam sicut latro cõ-
surgit contra fratrem suum & occidit ani-
27 mam eius, ita & puella perpessa est. * sola
erat in agro: clamauit, & nullus affuit, qui
28 liberaret eam: * Si inuenerit vir puellã vir-
ginem, quæ non habet sponsum, & apprehẽ
dens concubuerit cum illa, & res ad iudiciũ
29 venerit: * " dabit quid dormiuit cum ea pa- * Exo. 22.
tri puellę quinquaginta siclos argenti, & ha- c. 17.
bebit eam vxorem, quia humiliauit illam:
non poterit dimittere eam cunctis diebus
30 vitæ suæ. * Non accipiet homo vxorem pa-
tris sui, nec reuelabit operimentum eius.

CAP. XXIII.

1 NOn intrabit eunuchus attritis vel am-
A putatis testiculis, & abscisso veretro, ec
2 clesiam Domini. * Non ingredietur mam-
zer

zer hoc eſt,de ſcorto natus, in eccleſiam Do-
mini , vſque ad decimam generationem .
Neh.13. * " Ammonites,& Moabites etiam poſt de- 3
a.1. cimam generationem non intrabunt eccle-
" Nu.22. ſiam Domini, in æternum : * quia nolue- 4
a.5. runt vobis occurrere cum pane, & aqua in
via quando egreſſi eſtis de Aegypto, &
quia conduxerunt contra te Balaam filium
Beor de Meſopotamia Syriç, vt malediceret
tibi : * & noluit Dominus Deus tuus audire 5
Balaam, vertitq. maledictionem eius in be- B
nedictionem tuam, eo quod diligeret te.
* Non facies cum eis pacem, nec quæras eis 6
bona cũctis diebus vitæ tuæ in ſempiternũ.
* Non abominaberis Idumæum, quia frater 7
tuus eſt: nec Aegyptium, quia aduena fuiſti
in terra eius. * Qui nati fuerint ex eis, tertia 8
generatione intrabunt in eccleſiam Domi-
ni.* Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes 9
tuos in pugnã, cuſtodies te ab omni re ma-
la. * Si fuerit inter vos homo, qui nocturno 10
pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra,
* & non reuertetur, priuſquam ad veſperã 11
lauetur aqua:& poſt ſolis occaſum regredie-
tur in caſtra : * Habebis locum extra caſtra, 12
ad quem egrediaris ad requiſita naturę, * ge 13
rens paxillum in balteo cumque ſederis, fo-
dies per circuitum, & egeſta humo operies C
* quo releuatus es (Dominus enim Deus tu⁹ 14
ambulat in medio caſtrorum, vt eruat te, &
tradat tibi inimicos tuos) & ſint caſtra tua
ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis ne
derelinquat te. * Nõ trades ſeruum Domi- 15
no ſuo, qui ad te confugerit * habitabit te- 16
cũ in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium
tuarum requieſcet:ne contriſtes eũm. * Nõ 17
erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator
de filijs Iſrael. * Non offeres mercedẽ pro- 18
ſtibuli, nec pretium canis in domo Domini
Dei tui, quidquid illud eſt, qđ voueris : quia
abominatio eſt vtrumque apud Dominum
Deum tuum:* Non fænerabis fratri tuo ad 19
vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamli- D
bet aliam rem : * ſed alieno. Fratri autem 20
tuo abſque vſura id, quo indiget, commoda-
bis : vt benedicat tibi Dominus Deus tuus
in omni opere tuo in Terra, ad quam ingre-
dieris poſſidendam.* Cum votum voueris 21
Domino Deo tuo, nõ tardabis reddere:quia
requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi mo-
ratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.
* Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. 22
* Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs 23
tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Do
mino Deo tuo, & propria voluntate & ore
tuo locutus es.* Ingreſſus vineam proximi 24
tui, comede vuas quantum tibi placuerit: fo
ras autem ne efferas tecũ . * Si intraueris in 25
ſegetem amici tui, franges ſpicas, & manu
conteres : falce autem non metes.

CAP. XXIIII.

" Mat.5. c.32. 19. a.7.
SI " acceperit homo vxorem, & habuerit 1
eam, & non inuenerit gratiam ante ocu- A
los eius propter aliquam fœditatem: ſcribet
libellum repudij, & dabit in manu illius, & Mar.10. a.4.
2 dimittet eam de domo ſua.* Cumq egreſſa
3 alterum maritum duxerit, * & ille quoque
oderit eam, dederitq. ei libellum repudij, &
dimiſerit de domo ſua, vel certe mortuus
4 fuerit : * non poterit prior maritus recipere
eam in vxorem, quia polluta eſt, & abomi-
nabilis facta eſt coram Domino : ne peccare
facias Terram tuam, quam Dominus Deus
5 tuus tradiderit tibi poſſidendam.* Cum ac-
B ceperit homo nuper vxorem, non procedet
ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis in-
iungetur publicæ, ſed vacabit abſque culpa
domi ſuæ, vt vno anno lætetur cum vxore
6 ſua. * Non accipies loco pignoris inferiorẽ,
& ſuperiorem molam, quia animam ſuam
7 oppoſuit tibi. * Si deprehenſus fuerit homo
ſolicitans fratrem ſuum de filijs Iſrael, &
vendito eo acceperit pretium, interficietur,
8 & auferes malum de medio tui. * Obſerua
diligenter ne incurias plagam lepræ, ſed fa-
cies quęcumque docuerint te ſacerdotes Le-
uitici generis iuxta id, quod præcepi eis, &
9 imple ſolicite. * " Mementote quæ fecerit " Nu.12.
Dominus Deus veſter Mariç in via cũ egre- c.10.
10 deremini de Ægypto.* Cum repetes a pro-
C ximo tuo rem aliquam, quam debet tibi,
non ingredieris domum eius, vt pignus au-
11 feras :* ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet
12 quod habuerit. * ſin autem pauper eſt, non
13 pernoctabit apud te pignus, * ſed ſtatim red
des ei ante ſolis occaſum : vt dormiens in
veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iu-
14 ſtitiam coram Domino Deo tuo. * " Non " Leu.19.
negabis mercedem indigentis, & pauperis c.13.
fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur Tob.4.
15 in terra, & intra portas eſt, * ſed eadem die 15.
reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis oc-
caſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtẽtat ani-
mam ſuam : ne clamet contra te ad Domi-
16 num, & reputetur tibi in peccatum. * " Non " 4.Reg.
occidentur patres pro filijs, nec filij pro pa- 14.b.6.
tribus, ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo mo- 2.Par.25.
17 rietur. * Non peruertes iudicium aduenæ a.4.
D & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ Ezech.18.
18 veſtimentum.* Memento quod ſeruieris in d.20.
Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus
inde. Idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rẽ.
19 * Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, &
oblitus manipulum reliqueris, non reuerte-
ris vt tollas illum:ſed aduenam, & pupillũ,
& viduam auferre patieris, vt benedicat ti-
bi Dominus Deus tuus in omni opere ma-
20 nuum tuarũ. * Si fruges collegeris oliuarũ,
quidquid remanſerit in arboribus, non re-
uerteris vt colligas: ſed relinques aduenæ,
21 pupillo, ac viduæ. * Si vindemiaueris vineã
tuam, non colliges remanentes racemos, ſed
cedent in vſus aduenæ, pupilli, ac viduæ.
22 * Memento quod & tu ſeruieris in Ægyp-
to, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc
rem.

CAP.

CAP. XXV.

SI fuerit cauſa inter aliquos, & interpella- 1
uerint iudices: quem iuſtum eſſe perſpe- A
xerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem im
pium, condemnabunt impietatis. * Sin autẽ 2
eum, qui peccauit, dignum viderint plagis :
proſternent, & coram ſe facient verberari.
Pro menſura peccati erit, & plagarum mo- " 2.Cor.
dus, * ita dumtaxat, " vt quadragenarium 3 11.f.24.
numerum non excedant : ne fœdè laceratus " 1.Cor.
ante oculos tuos abeat frater tuus. * " Non 4 9.b.9.
ligabis os bouis terentis in area fruges tuas : 1.Tim.5.
* " Quando habitauerint fratres ſimul, & v- 5 c.18.
nus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, v- " Mat.22.
xor defuncti non nubet alteri : ſed accipiet c.24.
eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris Mar.12.
ſui. * & primogenitum ex ea filium nomine B b.19.
illius appellabit, vt non deleatur nomẽ eius 6 Luc.20.
ex Iſrael.* Sin autem noluerit accipere vxo- 7 d.28.
rem fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget
mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit
maiores natu, dicetque. " Non vult frater vi- " Ruth.4.
ri mei ſuſcitare nomen fratris ſui in Iſrael : b.5.
nec me in coniugem ſumere. * Statimq. ac- 8
cerſiri eum facient, & interrogabunt. Si re-
ſponderit : Nolo eam vxorem accipere.* ac- 9
cedet mulier ad eum coram ſenioribus, &
tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque
in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, C
qui non ædificat domũ fratris ſui. * Et vo- 10
cabitur nomen illius in Iſrael, Domus di-
ſcalceati. * Si habuerint inter ſe iurgiũ viri 11
duo, & vnus contra alterum rixari cœperit,
volenſq. vxor alterius eruere virum ſuum
de manu fortioris, miſeritq. manum, & ap-
prehenderit verenda eius: * abſcides manũ 12
illius, nec flecteris ſuper eam vlla miſericor
dia.* Non habebis in ſacculo diuerſa pon- 13
dera maius & minus:* nec erit in domo tua 14
modius maior, & minor. * pondus habebis 15
iuſtum:& verum, & modius æqualis, & ve-
rus erit tibi : vt multo viuas tempore ſuper
Terram, quam Dominus Deus tuus dede-
rit tibi. * abominatur enim Dñs Deus tuus 16
eum, qui facit hæc, & auerſatur omnem in-
iuſtitiam. * " Memento quæ fecerit tibi A- 17 " Exo.17.
malec in via quando egrediebaris ex Ægyp- c.8.
to: * quomodo occurrerit tibi : & extremos 18
agminis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit,
quando tu eras fame, & labore confectus, &
non timuerit Deum * Cum ergo Dominus 19
Deus tuus dederit, tibi requiem, & ſubiece-
rit cunctas per circuitum nationes in Terra,
quam tibi pollicitus eſt : delebis nomen eius
ſub cælo. Caue ne obliuiſcaris.

CAP. XXVI.

CVmq. intraueris Terram, quam Domi- 1
nus Deus tuus tibi daturus eſt poſſiden- A
dam, & obtinueris eam, atque habitaueris
in ea : * tolles de cunctis frugibus tuis pri- 2
mitias, & pones in cartallo, pergeſque ad lo-
cum, quem Dominus Deus tuus elegerit, vt
3 ibi inuocetur nomen eius; * accedeſq. ad ſa-
cerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices
ad eum : Profiteor hodie coram Domino
Deo tuo, quod ingreſſus ſum in Terrã, pro
qua iurauit patribus noſtris, vt daret eam
4 nobis. * Suſcipienſq. ſacerdos cartallum de
manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui:
5 * & loqueris in conſpectu Domini Dei tui :
Syrus perſequebatur patrem meum, qui de-
ſcendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus eſt
B in pauciſſimo numero : creuitq. in gentem
magnam ac robuſtam, & infinitæ multitu-
6 dinis. * Afflixeruntq. nos Aegyptii, & perſe-
7 cuti ſunt imponentes onera grauiſſima: * &
clamauimus ad Dominum Deum patrum
noſtrorum: qui exaudiuit nos, & reſpexit hu
militatem noſtram, & laborem, atque angu-
8 ſtiam: * & eduxit nos de Aegypto in manu
forti, & brachio extento: in ingenti pauore,
9 in ſignis atque portentis: * & introduxit ad
locum iſtum, & tradidit nobis Terram la-
10 cte, & melle manantem. * Et idcirco nunc
offero primitias frugum Terræ, quam Do-
minus dedit mihi. Et dimittes eas in cõſpe-
ctu Domini Dei tui, & adorato Dño Deo
11 tuo. * Et epulaberis in omnibus bonis, quæ
Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui
tuæ, tu, & Leuites, & aduena qui tecum eſt,
12 * Quando compleueris decimam cunctarũ
C frugum tuarum, anno decimarũ tertio da-
bis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ,
vt comedant intra portas tuas, & ſaturẽtur
13 * loquerisq. in conſpectu Domini Dei tui :
Abſtuli quod ſanctificatũ eſt de domo mea: " Sup.14.
& " dedi illud Leuitæ, & aduenæ, & pupillo d. 29.
ac viduæ, ſicut iuſſiſti mihi : non præteriui
mandata tua, nec ſum oblitus imperij tui.
14 * Non comedi ex eis in luctu meo, nec ſepa
raui ea in qualibet immunditia, nec expẽdi
ex his quidquã in re funebri. Obediui voci
Dñi Dei mei, & feci omnia ſicut præcepiſti
15 mihi.* " Reſpice de ſanctuario tuo, & de ex " Iſa. 63.
celſo cælorum habitaculo, & benedic popu- d. 15.
lo tuo Iſrael, & Terræ, quam dediſti nobis, Baruc.2.
D ſicut iuraſti patribus noſtris, terræ lacte, & d.16.
16 melle mananti. * Hodie Dñs Deus tuus præ
cepit tibi vt facias mandata hæc, atque iudi-
cia : & cuſtodias, & impleas ex toto corde
17 tuo, & ex tota anima tua * " Dominum ele- " Sup. 7.
giſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in a. 6.
vijs eius, & cuſtodias ceremonias illius, &
mandata atque iudicia, & obedias, eius im-
18 perio. * & Dominus elegit te hodie vt ſis ei
populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, &
19 cuſtodias omnia præcepta illius : * & faciat
te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit,
in laudem, & nomen, & gloriam ſuam : vt
ſis populus ſanctus Domini Dei tui, ſicut lo-
cutus eſt.

CAP. XXVII.

1 PRæcepit aũt Moyſes, & ſeniores Iſrael
A populo dicentes : Cuſtodite omne man-
2 datum, quod præcipio vobis hodie. * Cũq.
K tran-

tranſieritis Iordanem in Terram, quam Do-
minus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes
lapides, & calce leuigabis eos, * vt poſſis in 3
eis ſcribere omnia verba legis huius, Iorda-
ne tranſmiſſo: vt introeas Terram, quã Do-
minus Deus tuus dabit tibi, terram lacte, &
melle manantem, ſicut iurauit patribus tuis.
Ex. 20. d. 25. Ioſ. 8. f. 31.
* Quãdo ergo tranſieritis Iordanem, erigi- 4
te lapides, quos ego hodie præcipio vobis in
monte Hebal, & leuigabis eos calce: * & ædi- 5
ficabis ibi altare Domino Deo tuo, de lapidi- B
bus, quos ferrum non tetigit, * & de ſaxis in- 6
formib. & impolitis: & offeres ſuper eo ho-
locauſta Domino Deo tuo, * & immolabis 7
hoſtias pacificas, comedesq. ibi, & epulabe-
ris coram Domino Deo tuo. * Et ſcribes ſu- 8
per lapides omnia verba legis huiꝰ planè, &
lucidè. * Dixeruntq. Moyſes, & ſacerdotes 9
Leuitici generis ad omnem Iſraelem: At-
tende, & audi Iſrael: Hodie factus es popu
lus Domini Dei tui: * audies vocem eius, & 10
facies mandata atque iuſtitias, quas ego præ-
cipio tibi, * Præcepitque Moyſes populo in 11
die illo, dicens: * Hi ſtabunt ad benedicen- 12
dum populo ſuper montem Garizim, Ior-
dane tranſmiſſo: Simeon, Leui, Iudas, Iſſa-
char, Ioſeph, & Beniamin. * Et è regione iſti 13
ſtabunt ad maledicendum in mõte Hebal: C
Ruben, Gadd, & Aſer, & Zabulon, Dan, &
Dan. 9. c. 11.
Nephtali. * Et pronunciabunt Leuitæ, 14
dicentq. ad omnes viros Iſrael excelſa voce:
* Maledictus homo, qui facit ſculptile, & cõ 15
flatile, abominationem Domini, opus ma-
nuum artificũ, ponetq. illud in abſcondito,
& reſpondebit omnis populus, & dicet: A-
men. * Maledictus qui non honorat patrẽ 16
ſuum, & matrem: & dicet omnis populus:
Amen. * Maledictus qui transfert terminos 17
proximi ſui, & dicet omnis populus: Amen.
* Maledictus qui errare facit cæcũ in itine- 18
re, & dicet omnis populus: Amen. * Ma- 19
ledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pu-
pilli, & viduæ, & dicet omnis populus: A-
men. * Maledictus qui dormit cum vxore 20
patris ſui, & reuelat operimentum lectuli D
eius, & dicet omnis populus: Amen. * Ma- 21
ledictus qui dormit cum omni iumento, &
dicet omnis populus: Amen. * Maledictus 22
qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui,
vel matris ſuæ, & dicet omnis populus: A-
men. * Maledictus qui dormit cũ ſocru ſua, 23
& dicet omnis populus: Amen. * Maledi- 24
ctus qui clam percuſſerit proximum ſuum.
& dicet omnis populus. Amen. * Maledi- 25
ctus qui accipit munera, vt percutiat ani-
mam ſanguinis innocentis, & dicet omnis
populus: Amen. * Maledictus qui non 26
permanet in ſermonibus legis huius, nec eos
opere perficit, & dicet omnis populus. A-
men.

CAP. XXVIII.

SI autem audieris vocem Domini Dei tui 1
vt facias, atque cuſtodias omnia mãdata A
eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te
Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gẽ-
2 tibus, quæ verſantur in terra. * Veniẽtq. ſu
per te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & appre
hendent te: ſi tamen præcepta eius audieris:
3 * Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in
4 agro. * Benedictus fructus ventris tui, & fru-
ctus terræ tuæ, fructusq. iumentorum tuo-
rum greges armentorum tuorum, & caulæ
5 ouiũ tuarum. * Benedicta horrea tua, & be
6 nedictæ reliquiæ tuæ. * Benedictus eris tu in
7 grediens, & egrediens. * Dabit Dñs inimicos
tuos, qui conſurgunt aduerſum te corruen-
tes in conſpectu tuo: per vnam viam ve-
nient contra te, & per ſeptem fugient à facie
8 tua. * Emittet Dominus benedictionem ſu-
per cellaria tua, & ſuper omnia opera ma-
nuum tuarum: benedicetque tibi in terra,
9 quam acceperis: * Suſcitabit te Dominus ſi-
bi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi: ſi
cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & am-
10 bulaueris in vijs eius. * Videbuntque om-
nes terrarum populi, quod nomen Domini
B inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te. * A-
11 bundare te faciet Dñs omnib. bonis, fructu
vteri tui, & fructu iumentorum tuorũ, fru-
ctu terræ tuæ, quam iurauit Dominus pa-
12 tribus tuis vt daret tibi. * Aperiet Dominus
theſaurum ſuum optimum, cælum, vt tri-
buat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo: be-
nedicetque cunctis operibus manuum tua-
rum. Et fœnerabis gentibus multis, & ip-
13 ſe à nullo fœnus accipies. * Conſtituet te
Dominus in caput, & non in caudam, &
eris ſemper ſupra, & non ſubter: ſi tamen
audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego
præcipio tibi hodie, & cuſtodieris, & feceris,
14 * ac non declinaueris ab eis, nec ad dexte-
rã, nec ad ſiniſtram, nec ſecutus fueris deos
15 alienos, neque colueris eos. * Quod ſi au-
dire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cu-
ſtodias, & facias omnia mandata eius, & ce-
remonias quas ego præcipio tibi hodie, ve-
nient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, &
16 apprehendent te: * Maledictus eris in ciuita
17 te, maledictus in agro. * Maledictum hor-
reum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ.
Leu. 26. b. 14. Tre. 2. f. 17. Malach. 2. a. 2. Baruc. 1. d. 20.
18 * Maledictus fructus ventris tui, & fructus
terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges
19 ouium tuarum. * Maledictus eris ingre-
20 diens, & maledictus egrediens. * Mittet Do
minus ſuper te famem, & eſuriem, & incre-
pationem in omnia opera tua, quæ tu facies:
C donec conterat te, & perdat velociter, pro-
pter adinuentiones tuas peſſimas, in quibus
21 reliquiſti me. * Adiũgat tibi Dominus peſti-
lentiam, donec conſumat te de terra, ad
22 quam ingredieris poſſidendam. * Percutiat
te Dominus egeſtate, febri, & frigore, ardore
& æſtu, & aere corrupto, ac rubigine, &
23 perſequatur donec pereas. * Sit cælum, quod
ſupra te eſt, æneum: & terra, quam calcas,
24 ferrea. * Det Dominus imbrem terræ tuæ
puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te ci-
25 nis, donec conteraris. * Tradat te Do-
minus corruentem ante hoſtes tuos, per
vnam viam egrediaris contra eos, & per ſe-
ptem fugias, & diſpergaris per omnia regna
terræ, * ſitq. cadauer tuum in eſcam cũctis 26
volatilibus cæli, & beſtiis terræ, & non ſit
qui abigat. * Percutiat te Dominus vlcere 27
Ægypti, & partem corporis, per quam ſter-
cora egerũt, vt ſcabie quoq & prurigine: ita
vt curari nequeas. * Percutiat te Dñs amen- 28
tia, & cæcitate ac furore mentis, * & palpes 29
in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tene-
bris, & non dirigas vias tuas. Omnique tẽpo
re calumniam ſuſtineas, & opprimaris vio-
lentia, nec habeas qui liberet te. * Vxorẽ ac 30
cipias, & alius dormiat cum ea. Domum
ædifices, & non habites in ea. Plantes vineã,
& non vindemies eam. * Bos tuus immole- 31
tur coram te, & non comedas ex eo, Aſinus D
tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non red-
datur tibi, Oues tuæ dentur inimicis tuis, &
non ſit qui te adiuuet. * Filij tui, & filiæ tuæ 32
tradantur alteri populo, videntibus oculis
tuis, & deficientibus ad conſpectum eorum
tota die, & non ſit fortitudo in manu tua.
* Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos 33
comedat populus, quem ignoras, & ſis ſem-
per calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cun-
ctis diebus, * & ſtupens ad terrorem eorum, 34
quæ videbũt oculi tui. * Percutiat te Domi- 35
nus vlcere peſſimo in genibus, & in ſuris, ſa-
nariq. non poſſis à planta pedis vſq. ad ver-
ticem tuum. * Ducet te Dominus, & regem 36
tuum, quem conſtitueris ſuper te, in gentem,
quam ignoras tu, & patres tui: & ſeruies ibi
dijs alienis, ligno, & lapidi. * Et eris perditus 37
in prouerbium, ac fabulam omnibus popu-
Mic. 6. d. 15. Aggei 1. b. 6.
lis, ad quos te introduxerit Dominus. * Se- 38
mentem multam facies in terram, & modi-
cum congregabis: quia locuſtæ deuorabunt
omnia. * Vineam plantabis, & fodies: & vi- 39
num non bibes, nec colliges ex ea quippiam:
quoniam vaſtabitur vermibus. * Oliuas ha- 40
bebis in omnibus terminis tuis, & nõ vnge-
ris oleo: qa defluent, & peribũt. * Filios ge- 41
nerabis, & filias, & nõ frueris eis: quoniã du-
centur in captiuitatẽ. * Omnes arbores tuas 42
& fruges terræ tuæ rubigo conſumet. * Ad- E
uena: qui tecũ verſatur in terra, aſcendet ſu 43
per te, eritq. ſublimior: tu autem deſcendes,
& eris inferior. * Ipſe fœnerabit tibi, & tu 44
non fœnerabis ei. Ipſe erit in caput, & tu eris
in caudam. * Et venient ſuper te omnes ma 45
ledictiones iſtæ, & perſequẽtes apprehẽdent
te, donec intereas: quia non audiſti vocem
Domini Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius
& ceremonias, quas præcepit tibi. * Et erũt 46
in te ſigna, atque prodigia, & in ſemine tuo
vſque in ſempiternum: * eo quod nõ ſeruie- 47
tis Domino Deo tuo in gaudio, cordiſq læ-
titia, propter rerum omnium abundantiã:
* ſeruies inimico tuo, quem immittet tibi 48
Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & om-
ni penuria, & ponet iugũ ferreum ſuper cer-
uicem tuam, donec te conterat. * Adducet 49
Dñs ſuper te Gentem de longinquo, & de ex
tremis terræ finibus in ſimilitudinem aqui-
læ volantis cum impetu: cuius linguam in-
50 telligere non poſſis: * Gentem procaciſſi-
mam, quæ non deferat ſeni, nec miſereatur
51 paruuli, * & deuoret fructum iumentorum
tuorũ, ac fruges Terræ tuæ: donec intereas,
& non relinquat tibi triticum, vinum, & o-
leum, armenta boum, & greges ouium: do-
52 nec te diſperdat, * & conterat in cunctis vr-
bibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi at-
que ſublimes, in quibus habebas fiduciã in
omni Terra tua. * Obſideberis intra portas
F tuas in omni Terra tua, quam dabit tibi Do-
Baru. 2. a. 2. Tren. 4. b. 10.
53 minus Deus tuus: * & comedes fructũ vte-
ri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum
tuarum, quas dederit tibi Dñs Deus tuus in
anguſtia, & vaſtitate quà opprimet te ho-
54 ſtis tuus. * Homo delicatus in te, & luxurio-
ſus valde, inuidebit fratri ſuo, & vxori, quæ
55 cubat in ſinu ſuo, * ne det eis de carnibus fi-
liorum ſuorũ, quas comedet: eo quod nihil
aliud habeat in obſidione, & penuria, qua va
ſtauerint te inimici tui intra omnes portas
56 tuas. * Tenera mulier, & delicata, quæ ſuper
terram ingredi non valebat, nec pedis veſti-
gium figere propter mollitiẽ, & teneritudi-
nem nimiam, inuidebit viro ſuo, qui cubat
57 in ſinu eius ſuper filij, & filiæ carnibus, * &
illuuie ſecundarum, quæ egrediuntur de me
dio feminum eius, & ſuper liberis, qui eadẽ
hora nati ſunt, comedẽt enim eos clam pro-
pter rerum omnium penuriam in obſidio-
ne, & vaſtitate, qua opprimet te inimicus
58 tuus intra portas tuas. * Niſi cuſtodieris, &
feceris omnia verba legis huius, quæ ſcripta
ſunt in hoc volumine, & timueris nomen
eius glorioſum, & terribile, hoc eſt, Dominũ
59 Deũ tuum: * augebit Dñs plagas tuas, & pla
gas ſeminis tui plagas magnas, & perſeuerã-
60 tes, infirmitates peſſimas, & perpetuas: * &
G conuertet in te omnes afflictiones Ægypti,
61 quas timuiſti, & adhærebunt tibi: * Inſuper
vniuerſos languores, & plagas, quæ non ſunt
ſcriptæ in volumine legis huius, inducet Do-
62 minus ſuper te, donec te cõterat: * & rema-
nebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut
aſtra cæli præ multitudine, quoniam nõ au-
63 diſti vocem Dñi Dei tui. * Et ſicut ante læ-
tatus eſt Dñs ſuper vos, bene vobis faciens,
vosq. multiplicans: ſic lætabitur diſperdens
vos, atque ſubuertens, vt auferamini de Ter
64 ra ad quam ingredieris poſſidendam. * Di-
ſperget te Dominus in omnes populos à
ſũmitate terræ vſq. ad terminos eius: & ſer-
uies ibi dijs alienis, quos, & tu ignoras, & pa
65 tres tui, lignis, & lapidibus. * In gentibus
quoq. illis nõ quieſces, neq. erit requies veſti-
gio pedis tui. Dabit enim tibi Dñs ibi cor pa-
uidum, & deficientes oculos, & animã con-
66 ſumptã mœrore. * Et erit vita tua quaſi pẽ-
dens ante. Timebis nocte, & die, & nõ cre-
67 des vitæ tuæ. * Mane dices: Quis mihi det
veſperum? & veſpere: Quis mihi det ma-
ne? propter cordis tui formidinem, qua
terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis ocu
lis,

lis. *Reducet te Dominus classibus in Ægy- 68
pum per viam, de qua dixit tibi, vt eam am-
plius non videres. Ibi venderis inimicis tuis
in seruos, & ancillas, & non erit, qui emat.

CAP. XXIX.

HÆc sunt verba fœderis, quod præcepit 1
Dominus Moysi, vt feriret cum filijs Isra-
el in Terra Moab: præter illud fœdus,
quod cum eis pepigit in Horeb.* Vocauitque 2
Moyses omnem Israel, & dixit ad eos: "Vos
vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram
vobis in Terra Ægypti Pharaoni, & omni-
bus seruis eius, vniuersæq. terræ illius, *ten- 3
tationes magnas, quas viderunt oculi tui, si-
gna illa, portentaque ingentia,* & non dedit 4
vobis Dominus cor intelligens, & oculos vi-
dentes, & aures, quæ possunt audire, vsque in
præsentem diem.* "Adduxit vos quadragin- 5
ta annis per desertum: non sunt attrita vesti-
menta vestra, nec calceamenta pedum ve-
strorum vetustate consumpta sunt * Panem 6
non comedistis, vinum, & siceram non bibi-
stis: vt sciretis, quia ego sum Dominus Deus
vester. * Et venistis ad hunc locum: "egres- 7
sus q. est Sehon Rex Hesebon, & Og rex Ba-
san, occurrentes nobis ad pugnam. Et percus-
simus eos, * & tulimus terram eorum, ac 8
tradidimus possidendam Ruben, & Gad, & B
dimidiæ tribui Manasse. * Custodite ergo 9
verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis
vniuersa, quæ facitis. * Vos statis hodie 10
cuncti coram Domino Deo vestro, princi-
pes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque
doctores, omnis populus Israel, liberi & *11
vxores vestræ, & aduena, qui tecum mora-
tur in castris, exceptis lignorum cæsoribus,
& his, qui comportant aquas: * vt transeas in 12
fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando
quod hodie Dominus Deus tuus percutit te-
cum: * vt suscitet te sibi in populum, & ipse 13
sit Deus tuus sicut locutus est tibi, & sicut iu-
rauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob.
* Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hęc 14
iuramenta confirmo, * sed cunctis præsenti- 15
bus, & absentib. * Vos enim nostis quo mo- 16
do habitauerimus in Terra Ægypti, & quo
modo transierimus per medium nationum, C
quas transeuntes, * vidistis abominationes 17
& sordes, id est, idola eorum, lignum & lapi-
dem, argentum, & aurum, quæ colebant. * 18
Ne forte sit inter vos vir, aut mulier, familia,
aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Do
mino Deo nostro, vt vadat, & seruiat dijs il-
larum Gentium: & sit inter vos radix ger-
minans fel, & amaritudinem, * Cumque au- 19
dierit verba iuramenti huius, benedicat sibi
in corde suo, dicens: Pax erit mihi, & ambu-
labo in prauitate cordis mei: & absumat e-
bria sitientem, * & Dominus nõ ignoscat ei: 20
sed tunc, quam maxime furor eius fumet, &
zelus contra hominem illum, & sedeant su-
per eum omnia maledicta, quæ scripta sunt
in hoc volumine; & deleat Dominus nomen
21 eius sub cælo, * & consumat eum in perdi-
tionẽ ex omnibus tribubus Israel iuxta male-
dictiones, quæ in libris legis huius, ac fœde-
22 ris continentur. * Dicetq. sequens generatio,
& filij qui nascentur deinceps, & peregrini,
D qui de longe venerint, videntes plagas Ter-
ræ illius, & infirmitates quibus eam afflixe-
23 rit Dominus, * sulphure, & salis ardore cõ-
burens, ita vltra non seratur, nec virẽs quip-
piam germinet, in exemplũ "subuersionis *Gen.19.
Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboim, d.24.
quas subuertit Dominus in ira, & furore suo.
24 * Et dicent omnes Gentes: " Quare sic fe-
cit Dns Terræ huic? quæ est hæc ira furoris "3. Reg.
25 eius immensa? * Et respondebunt: quia de- 9.b.8.
reliquerunt pactum Dni, quod pepigit cum Ier.22.
patribus eorum, quando eduxit eos de Ter- b.5.
26 ra Ægypti: * & seruierunt dijs alienis, & ado
rauerunt eos, quos nesciebant, & quibus non
27 fuerant attributi: * idcirco iratus est furor Do
mini contra Terram istam, vt induceret su-
per eam omnia maledicta, quæ in hoc volu-
28 mine scripta sunt: * & eiecit eos de terra sua
in ira, & in furore, & in indignatione maxi-
ma proiecitq. in terram alienam, sicut hodie
29 comprobatur. * Abscondita, Domino Deo
nostro: quæ manifesta sunt, nobis, & filijs no
stris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa verba legis huius.

CAP. XXX.

1 CVm ergo venerint super te omnes ser-
A mones isti, benedictio, siue maledictio,
quam proposui in conspectu tuo: & ductus
pœnitudine cordis tui in vniuersis gentibus,
in quas dispersérit te Dominus Deus tuus,
2 * & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius
imperijs, sicut ego hodie præcipio tibi, cum
filijs tuis, in toto corde tuo, & in tota anima
3 tua: * reducet Dns Deus tuus captiuitatem
tuam, ac miserebitur tui, & rursum congre-
gabit te de cunctis populis, in quo te ante di-
4 sperſit. * Si ad cardines cęli fueris dissipatus,
5 inde te retrahet Dominus Deus tuus, * & " "2. Mac.
assumet, atque introducet in Terram, quam 1.f.29.
possederunt patres tui, & obtinebis eam: &
B benedicens tibi, maioris numeri te esse fa-
6 ciet, quam fuerunt patres tui. * Circumcidet
Dominus Deus tuus cor tuum, & cor semi-
nis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in
toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis
7 viuere: * Omnes autem maledictiones has
conuertet super inimicos tuos, & eos, qui o-
8 derunt te, & persequuntur. * Tu autem re-
uerteris, & audies vocem Dni Dei tui: facies-
que vniuersa mandata, quæ ego præcipio ti-
9 bi hodie: * & abundare te faciet Dns Deus
tuus in cunctis operibus manuum tuarum,
in sobole vteri tui, & in fructu iumentorum
tuorum, in vbertate terræ tuæ, & in rerum
omnium largitate. [illegible] enim Dns, vt
gaudeat super te in [illegible] bonis, sicut ga-
10 uisus est in patribus [illegible] tamen au-
dieris vocem D[illegible] tui, & custo-
die-

dieris præcepta eius, & ceremonias, quæ in
hac lege conscripta sunt: & reuertaris ad Do- C
minum Deum tuum in toto corde tuo, &
in tota anima tua: * Mãdatum hoc quod ego 11
præcipio tibi hodie, non supra te est, neque
procul positum, * nec in cęlo situm, vt possis 12
dicere. "Quis nostrum valet ad cælum ascen- *Ro.10.
dere, vt deferat illud ad nos, & audiamus b.6.
arque opere compleamus? * Neque trans ma- 13
re positum: vt causeris, & dicas: Quis ex no-
bis poterit transfretare mare, & illud ad nos
vsq. deferre: vt possimus audire, & facere, q̃
præceptum est? * Sed iuxta te est sermo val- 14
de, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.
* Considera, quod hodie proposuerim in cõ- 15
spectu tuo vitam, & bonum, & è contrario
mortem, & malum: * vt diligas Dnm Deum 16
tuum, & ambules in vijs eius, & custodias
mandata illius, ac ceremonias atq. iudicia: &
viuas, atq. multiplicet te, benedicatque tibi in
Terra, ad quam ingredieris possidendam. * 17
Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire
nolueris, atque errore deceptus adoraueris
Deos alienos, & seruieris eis: * prædico tibi 18
hodie, quod pereas, & paruo tempore more-
ris in Terra, ad quam, Iordane trãsinisso, in-
gredieris possidendã * Testes inuoco hodie 19
cęlum, & terrã, quod proposuerim vobis vitã
& mortem, benedictionem, & maledictionẽ.
Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen
tuum: * & diligas Dnm Deum tuum, atque 20
obedias voci eius, & illi adhęreas (ipse est enim
vita tua, & longitudo dierum tuorum,) vt
habites in terra, pro qua iurauit Dominus
patribus tuis. Abraham, Isaac, & Iacob, vt da-
ret eam illis.

CAP. XXXI.

1 ABijt itaq. Moyses, & locutus est omnia
A verba hæc ad vniuersum Israel, * & di-
xit ad eos: Cẽtum viginti annorum sum ho-
2 die, non possum vltra egredi, & ingredi, præ-
sertim cum & Dns dixerit mihi: " Non trãsi- " Sup.3.
bis Iordanem istũ. * Dns ergo Deus tuus trã- d.21.
3 sibit ante te: ipse delebit omnes gentes has in Nu.27.
conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste 4.13.
transibit ante te, sicut locutus est Dns. * Fa-
4 cietq. Dns eis " sicut fecit Sehon, & Og regib. "Nu.21.
Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitque b.24.
5 eos. * Cum ergo, & hos tradiderit vobis, si-
6 militer facietis eis sicut præcepi vobis. * " Viri- " Sup.7.
liter agite, & confortamini? nolite timere, nec B 2.2.
paueatis ad conspectum eorum: quia Dns
Deus tuus ipse est ductor tuus, & nõ dimit-
7 tet, nec derelinquet te. * Vocauitque Moyses
Iosue, & dixit ei coram omni Israel: " Cõfor- " Ios.1.
tare, & esto robustus: tu enim introduces po- b.6.
pulum istum in Terram, quam daturũ se pa- 3. Reg.
tribus eorũ iurauit Dns, & tu eam sorte di- 2.2.2.
8 uides. * Et Dns, qui ductor est vester, ipse erit
tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli
timere, nec paueas. Scripsit itaq. Moyses legẽ
9 hãc, & tradidit eam sacerdotibus filijs Leui,
qui portabant arcam fœderis Dni, & cunctis
10 senioribus Israel. * Præcepitq. eis, dicens: post
C septem annos, anno remissionis, in solemni-
11 tate tabernaculorum, * conuenientibus cun-
ctis ex Israel, vt appareant in conspectu Dni
Dei tui in loco, quem elegerit Dns, leges ver-
ba legis huius, coram omni Israel, audientib.
12 eis, * & in vnum omni populo congregato,
tam viris, quam mulieribus, paruulis, & adu-
enis, qui sunt intra portas tuas: vt audiẽtes
discant, & timeant Dnm Deum vestrum, &
custodiant, impleantque omnes sermones le
13 gis huius, * filij quoq. eorum, qui nunc igno-
rant: vt audire possint, & timeant Dnm Deũ
suum cunctis diebus, quibus versantur in
Terra, ad quam vos, Iordane transinisso per-
14 gitis obtinendam, * Et ait Dns ad Moysen:
D Ecce prope sunt dies mortis tuæ: voca Iosue,
& statue in tabernaculo testimonij, vt præci-
piam ei. Abierunt ergo Moyses, & Iosue,
15 & steterunt in tabernaculo testimonij: * ap-
paruitq. Dns, ibi in columna nubis, quæ ste-
16 tit in introitu tabernaculi. * Dixitque Dns ad
Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis,
& populus iste consurgens fornicabitur post
deos alienos in Terra, ad quam ingreditur,
vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritũ
17 faciet fœdus, quod pepigi cum eo. * Et irasce-
tur furor meus contra eum in die illo: & de-
relinquam eum, & abscondam faciem meam
ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eũ
omnia mala, & afflictiones ita, vt dicat in illo
die: Verè quia non est Deus mecum, inuene-
18 runt me hæc mala. * Ego autem abscondam,
E & celabo faciem meã in die illo propter om-
nia mala, quæ fecit, quia secutus est deos alie-
19 nos. * Nunc itaq. scribite vobis canticũ istud,
& docete filios Israel: vt memoriter teneant,
& ore decantẽt, & sit mihi carmen istud pro
20 testimonio inter filios Israel, * introducam
enim in Terram, pro qua iurauí patrib. eius,
lacte, & melle manantem. Cumque comede-
rint, & saturati, crassiq. fuerint, auertentur
ad deos alienos, & seruient eis: detrahentq.
21 mihi, & irritum facient pactum meũ. * Post-
quam inuenerint eum mala multa, & affli-
ctiones, respondebit ei cãticum istud pro te-
F stimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore
seminis sui. Scio enim cognationes eius, quæ
facturus sit hodie, antequam introducã eum
22 in Terram, quam ei pollicitus sum. * Scripsit
ergo Moyses cãticum, & docuit filios Israel,
23 * Præcepitque Dominus Iosue filio Nun, &
ait: Confortare, & esto robustus: tu enim in-
troduces filios Israel in Terram, quam polli-
24 citus sum, & ego ero tecum. * Postquam er-
go scripsit Moyses verba legis huius in vo-
25 lumine, atque compleuit: * præcepit Leuitis
qui portabant arcam fœderis Domini, dicens.
26 * Tollite librum istum, & ponite eum in la-
G tere arcæ fœderis Domini Dei vestri, vt sit
27 ibi contra te in testimonium. * Ego enim
scio contentionem tuam, & ceruicem tuam
durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediẽte
vobiscum, semper contentiosè egistis cõtra Dominum; quanto magis cum mortuus

fuero? * Congregate ad me omnes maiores 28
natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum, & terrã. * Noui enim 29
quod post mortem meam iniquè ageris, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuũ vestrarum. * Locutus est ergo Moyses, audiente 30
vniuerso cętu Israel verba carminis huius, & ad finem vsq. compleuit.

CAP. XXXII.

A Vdite cæli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. 1 A
* Concrescat, vt pluuia doctrina mea, Pluat 2
vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.
* Quia nomen Domini inuocabo: date ma 3
gnificentiam Deo nostro.
* Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ 4
eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus, & rectus.
* Peccauerunt ei, & non filij eius in sordi- 5
bus: generatio prauã, atque peruersa,
* Hæccine reddis Domino populo stulte, 6
& insipiens? nũquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?
Iob.8.b.8. * " Memento dierum antiquorum, cogita 7
generationes singulas: interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi.
* Quando diuidebat Altissimus gentes: 8
quando separabat filios Adam, cõstituit ter- B
minos populorum iuxta numerum filiorum Israel.
* Pars autem Domini, populus eius: Iacob 9
funiculus hæreditatis eius.
* Inuenit eum in terra deserta, in loco hor 10
roris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
* Sicut aquila prouocans ad volãdum pul- 11
los suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.
* Dominus solus dux eius fuit: & non erat 12
cum eo Deus alienus.
* Constituit eum super excelsum terram: 13
vt comederet fructus agrorũ, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.
* Butyrum de armento, & lac de ouibus 14
cum adipe agnorum, & arietum filiorũ Ba- C
san: & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.
* Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: 15
incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.
* Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in 16
abominationibus ad iracundiã concitauerũt.
* Immolauerunt dæmonijs, & non Deo, 17
dijs, quos ignorabant; noui recẽtesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.
18 * Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.
19 * Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui, & filiæ.
20 * Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.
21 * Ipsi me prouocauerunt in eo, qui nõ erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & " ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. " Ro.10.d.19.
22 * Ignis succensus est in furore meo, & ar- Ier.15.c.14.
D debit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.
23 * Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
24 * Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarũ immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.
25 * Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.
26 * Dixi: Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
27 * Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.
28 * Gens absq. consilio est, & sine prudentia.
29 * " Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. " Ier.9.c.12.
30 * Quo modo persequatur vnus mille, & duo fugient decem millia? nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus cõclu- E sit illos?
31 * Non enim est Deus vester vt dij eorum & inimici nostri sunt iudices.
32 * De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: eorum vua fellis, & botri amarissimi.
33 * Fel draconum vinum eorum, & venenũ aspidum insanabile.
34 * Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?
35 * " Mea est vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorũ: iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora. " Eccle 28.a.1. Ro.12.d 19.
36 * Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Heb.10 f.30.
37 * Et dicet: " Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam. " Iere.2. f.28.
38 * De quorum victimis comedebãt adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant, & F opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. " 2. Reg 2.a.6. Tob.13 a 2.
39 * " Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, " & nõ est, qui de manu mea possit eruere. Sap.16.b.13. " Iob.10 b.7.

* Le-

* Leuabo ad cælum manum meam, & di- 40
cam: Viuo ego in æternum.
* Si acuero, vt fulgur gladium meum, & 41
arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.
* Inebriabo sagittas meas sanguine, & gla 42
dius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis.
" 2. Mac. 2.7.b.8. * " Laudate gentes populũ eius, quia san- 43
guinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.
* Venit ergo Moyses, & locutus est omnia 44
verba cantici huius in auribus populi, ipse G & Iosue filius Nun. * Compleuitque omnes 45
sermones istos, loquẽs ad vniuersum Israel.
* & dixit ad eos: Ponite corda vestra in om- 46
nia verba, quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filijs vestris custodire, & facere, & implere vniuersa, quæ scripta sunt legis huius: * quia non inanissimum præcepta sunt 47
vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes lõgo perseueretis tempore in terra, ad quam, Iordane transmisso, ingredimini possidendam. * Locutusq. est Dominus ad 48
Moysen in eadem die, dicens: * Ascende in 49
montem istum Abarim, idest, transitum, in montem Nebo, qui est in Terra Moab cõtra Iericho: & vide Terram Chanaan, quam ego tradam filijs Israel obtinendam, & mo- Nu.27.c.13. & 20.d.26.
rere in monte. * Quem cõscendentes iunge- 50
ris populis tuis, " sicut mortuus est Aaron frater tuus in mõte Hor, & appositus populis suis: * " quia præuaricati estis contra me 51 Nu.20.24.& 37 c.14.
in medio filiorum Israel ad Aquas cõtradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel. * E contra vide- 52
bis terram, & non ingredieris in eam, quam ego dabo filijs Israel.

CAP. XXXIII.

H Æc est benedictio, qua benedixit Moy 1
ses homo Dei, filijs Israel ante mor- A
tem suam.
* Et ait: Dominus de Sinai venit, & de 2
Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex.
Sup.3.a.1. * Dilexit populos, " omnes sancti in ma- 3
nu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius.
* Legem præcepit nobis Moyses, heredi- 4
tatem multitudinis Iacob.
* Erit apud rectissimum rex, congregatis 5
principibus populi cum tribubus Israel.
* Viuat Ruben, & non moriatur, & sit par 6
uus in numero.
* Hæc est Iudæ benedictio: Audi Domi- 7
ne vocem Iudæ, & ad populum suum in- B
troduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius cõtra aduersarios eius erit.
* Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctri- 8
na tua viro sancto tuo, quẽ probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictio-
9 nis. * Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos, & fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierũt eloquiũ
10 tuum, & pactum tuum seruauerunt. * Iudicia tua ò Iacob, & legem tuam ò Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustũ
11 super altare tuum. * Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant.
12 * Et Beniamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.
13 * Ioseph quoque ait: De benedictione Do- C mini terra eius, de pomis cęli, & rore, atque
14 abysso subiacente. * De pomis fructuum so-
15 lis, ac lunæ. * de vertice antiquorũ mõtium,
16 de pomis collium æternorum: * & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius, " qui apparuit in rubo, veniat super " Exo.3.a.2.
caput Ioseph, & super verticem Nazaræi in-
17 ter fratres suos. * Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsq; ad terminos terræ, hæ sũt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse.
18 * Et Zabulon, ait: Lætare Zabulon in exi-
19 tu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. * Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui mundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.
20 * Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cępitque brachium,
21 & verticem. * Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.
22 * Dan quoque ait: Dan catulus leonis, fluet D largiter de Basan.
23 * Et Nephthali dixit: Nephthali abundãtia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare, & meridiem possidebit.
24 * Aser quoque ait: Benedictus in filijs A-
ser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo
25 pedem suum. * Ferrum, & æs calceamẽtum eius. Sicut dies iuuentutis tuę, ita & senectus
26 tua. * Nõ est Deus alius, vt Deus rectissimi: ascensor cęli auxiliator tuus. Magnificentia
27 eius discurrunt nubes, * habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicętque: Conterere.
28 * Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti, & vini, cęlique caligabunt rore.
29 * Beatus es tu Israel: quis similis tui populo, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & in eorum colla calcabis. " 2. Mac. 2.a.4.

CAP. XXXIV.

1 A Ascendit " ergo Moyses de campestri- Sup.3.
A bus Moab super Montem Nebo, in ver d.26.

ticem Phasga contra Iericho: ostenditque ei
Dominus omnem Terrã Galaad vsq. Dan,
* & vniuersum Nephthali, terramque E- 2
phraim, & Manasse, & omnem terram Iu-
da vsque ad mare nouissimum, * & austra- 3
lem partem, & latitudinem cãpi Iericho ci-
uitatis palmarum vsque Segor. * Dixitque 4
"Gen.12 Dominus ad eum: "Hęc est terra, pro qua iu-
b. 7. & raui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semi- B
15.d.18. ni tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, &
non transibis ad illam. * Mortuusque est ibi 5
Moyses seruus Domini, in terra Moab, iu-
bente Domino: * & sepeliuit eum in valle 6
Terræ Moab contra Phogor: & non cogno-
uit homo sepulchrum eius vsque in præsen-
tem diem. * Moyses centum, & viginti anno- 7
rum erat quando mortuus est: non caligauit
8 oculus eius, nec dentes illius moti sunt. * Fle-
C ueruntque eum filij Israel in campestribus
Moab triginta diebus: & completi sunt dies
9 planctus lugẽtium Moysen. * Iosue verò fi-
lius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia
Moyses posuit super eum manus suas. Et
obedierunt ei filij Israel, feceruntq sicut præ-
10 cepit Dominus Moysi. * Et non surrexit vl-
tra propheta in Israel sicut Moyses, quẽ nos-
11 set Dominus facie ad faciem, * in omnibus
D signis, atque portentis, quæ misit per eum, vt
faceret in Terra Ægypti Pharaoni, & omni-
12 bus seruis eius, vniuersæque terræ illius, * &
cunctã manum robustam, magnaq. mirabi-
lia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

LIBER IOSVE,

HEBRAICE IEHOSVA.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est post mortem 1
Moysi serui Domini, vt A
loqueretur Dominus ad
Iosue, filium Nun, mini-
strũ Moysi, & diceret ei:
* Moyses seru⁹ meus mor 2
tuus est: surge, & transi
"Deu.11 Iordanem istũ tu, & omnis populus tecum,
c.23. in Terram, quã ego dabo filijs Israel. * "Om- 3
nem locum, quem calcauerit vestigium pe- "Heb.13
dis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum a.6.
4 Moysi. * A deserto, & Libano vsque ad flu- Inst.3.
uium magnum Euphraten, omnis terra He- b.7.
thæorũ vsq. ad mare magnum contra solis "Deu.36
5 occasum erit terminus vester. * Nullus po- b.6.f.23.
terit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ: 3.Reg.2.
"sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, non di- a.
6 mittam, nec derelinquam te. * "Confortare,
&

& esto robustus: tu enim sorte diuides po- B
pulo huic Terram, pro qua iuraui patribus
suis, vt traderem eam illis. * Confortare igi- 7
tur, & esto robustus valde: vt custodias, &
facias omnem legem, quam præcepit tibi
Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad
dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cun- 8
cta quæ agis. * Non recedat volumen legis
huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo die-
bus, ac noctibus, vt custodias, & facias om-
nia, quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam
tuam, & intelligis eam. * Ecce præcipio tibi, 9
confortare, & esto robustus. Noli metuere,
C & noli timere: quoniam tecum est Dominus
Deus tuus in omnibus ad quæcumque per-
rexeris. * præcepitque Iosue principibus po- 10
puli, dicens: Trãsite per medium castrorum,
& imperate populo, ac dicite: * Præparate 11
vobis cibaria: quoniam post diem tertium
transibitis Iordanem, & intrabitis ad possi-
dendam Terram, quam Dominus Deus ve-
ster daturus est vobis. * Rubenitis quoque 12
& Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait: * 13
Mementote sermonis, quem præcepit vobis
Moyses famulus Domini, dicens: Dominus
"Nu.32. Deus vester dedit vobis requiem, & omnem 14
d.27. Terram. * " Vxores vestræ, & filij, ac iumen-
ta manebunt in Terra, quam tradidit vobis
Moyses trans Iordanem: vos autem transite
armati ante fratres vestros, omnes fortes
manu, & pugnate pro eis, * donec det Do- 15
minus requiem fratribus vestris sicut, & vo- D
bis dedit, & possideant ipsi quoque Terram,
quam Dominus Deus vester daturus est eis:
& sic reuertemini in Terrã possessionis ve-
stræ, & habitabitis in ea, quam vobis dedit
Moyses famulus Domini trans Iordanem
contra solis ortum. * Responderuntque ad 16
Iosue, atque dixerunt: Omnia, quæ præcepi-
sti nobis, faciemus: & quocumque miseris,
ibimus. * Sicut obediuimus in cũctis Moysi, 17
ita obediemus, & tibi: tantum sit Dominus
Deus tuus tecum, sicut fuit cũ Moyse. * Qui 18
contradixerit ori tuo, & non obedierit cun-
ctis sermonibus, quos præceperis ei, moria-
tur, tu tantum confortare, & viriliter age.

CAP. II.

MIsit igitur Iosue filius Nun de Setim 1
duos viros exploratores clãm abscondi- A
to, & dixit eis: Ite, & considerate Terram,
"Iac.2.d. vrbemque Iericho. " Qui pergentes ingressi
25. sunt domũ mulieris meretricis nomine Ra-
Heb.21. hab, & quieuerunt apud eam. * Nunciatum- 2
f.31. que est regi Iericho, & dictum: Ecce viri in-
gressi sunt huc per noctem de filijs Israel, vt
explorarent Terram. * Misitque rex Iericho 3
ad Rahab dicens: Educ viros, qui venerunt
ad te, & ingressi sunt domũ tuam: explora-
"Inf.6.c. tores quippe sunt, & omnem Terram consi-
17. derare venerunt. * " Tollensq. mulier viros, 4
abscondit, & ait: Fateor, venerunt ad me, sed
nesciebam vnde essent: * cumque porta clau- 5
deretur in tenebris, & illi pariter exierunt,
nescio quò abierunt: persequimini citò, &
6 comprehendetis eos. * Ipsa autem fecit ascẽ-
dere viros in solariũ domus suæ, operuitq.
7 eos stipula lini, quæ ibi erat. * Hi autem, qui
B missi fuerant, secuti sunt eos per viam, quæ
ducit ad vadum Iordanis: illisq. egressis sta-
8 tim porta clausa est. * Necdũ obdormierant
qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos,
9 & ait: * Noui quod Dominus tradiderit vo-
bis Terram: etenim irruit in nos terror ve-
ster, & elanguerunt omnes habitatores Ter-
10 ræ. * Audiuimus quòd "siccauerit Dominus "Exo.14
aquas Maris rubri ad vestrũ introitum quã- c.21.
do egressi estis ex Ægypto: " & quæ feceritis "Nu.21.
duobus Amorrhæorum regibus, qui erant e.24.
trans Iordanem: Sebon, & Og, quos interfe-
11 cistis. * Et hæc audientes pertimuimus, &
elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis
spiritus ad introitum vestrum: Dñs enim
Deus vester ipse est Deus in cœlo sursum, &
12 in terra deorsum. * " Nunc ergo iurate mi- "Inf.6.d.
hi per Dominum, vt quomodo ego misori- 22.
cordiam feci vobiscum, ita, & vos faciatis cũ
domo patris mei: detisq. mihi verũ signum;
13 * vt saluetis patrem meum, & matrem, fra-
C tres, ac sorores meas, & omnia, quæ illorum
14 sũt, & eruatis animas nostras à morte. * Qui
responderunt ei: Anima nostra sit pro vobis
in mortem, si tamen non prouideris nos,
cumque tradiderit nobis Dominus terram,
faciemus in te misericordiam, & veritatem.
15 * Demisit ergo eos per funẽ de fenestra, do-
16 mus enim eius hærebat muro. * Dixitque ad
eos: Ad mõtana conscendite, ne fortè occur-
rant vobis reuertentes: ibique latitate tribus
diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam
17 vestram. * Qui dixerũt ad eam: Innoxij eri-
18 mus à iuramento hoc, quo adiurasti nos: * si
ingredientibus nobis Terram, signum fuerit
funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in
fenestra, per quam demisisti nos, & patrem
tuum, ac matrem, fratresque, & omnem co-
D gnationem tuam congregaueris in domum
19 tuam. * Qui ostiũ domus tuæ egressus fue-
rit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos
erimus alieni. Cunctorum autem sanguis,
qui tecum in domo fuerint, redundabit in
20 caput nostrũ, si eos aliquis tetigerit. * Quòd
si nos prodere volueris, & sermonem istum
proferre in medium, erimus mundi ab hoc
21 iuramẽto, quo adiurasti nos. * Et illa respõ-
dit: Sicut locuti estis, ita fiat, dimittensq. eos,
vt pergerent appẽdit funiculum coccineum
22 in fenestra. * Illi verò ambulantes peruenerunt ad mõtana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur, qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem viam, nõ repe-
23 rerunt eos. * Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: & transmisso Iordane, venerũt ad Iosue filium Nun, narrauerunt que ei omnia, quæ
24 acciderant sibi, * atque dixerunt: Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

CAP.

CAP. III.

I Gitur Iosue de nocte consurgens mouit 1
castra: egredientesq. de Setim, venerũt ad A
Iordanem ipse, & omnes filij Israel, & mo-
rati sunt ibi tres dies.* Quibus euolutis, trã- 2
sierunt præcones per castrorũ medium, * & 3
clamare cœperunt: Quando videritis arcam
fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stir
pis Leuiticæ portantes eam, vos quoq. con-
surgite, & sequimini præcedentes;* sitq. in- 4
ter vos, & arcam spatium cubitorum duum
milliũ: vt procul videre possitis, & nosse per
quam viam ingrediamini: quia prius nõ am
bulastis per eã: & cauete ne appropinquetis B
ad arcam.* Dixitq. Iosue ad populum: San-
ctificamini: cras enim faciet Dominus inter
vos mirabilia.* Et ait ad sacerdotes: Tollite 6
arcam fœderis, & præcedite populum. Qui
iussa complentes, tulerunt, & ambulauerũt
ante eos.* Dixitque Dominus ad Iosue: Ho- 7
die incipiam exaltare te coram omni Israel:
vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita, &
tecum sim.* Tu aũt præcipe sacerdotibus, 8
qui portant arcam fœderis: & dic eis: Cum
ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state
in ea.* Dixitque Iosue ad filios Israel: Acce- 9
dite huc, & audite verbum Dñi Dei vestri.
* Et rursum: In hoc, inquit, scietis quòd Do- 10
minus Deus viuens in medio vestri est, & C
disperdet in conspectu vestro Chananæum
& Hethæum, & Heuæum, & Pherezæum,
Gergesæum quoque, & Iebusæum, & Amor
rhæum.* [h] Ecce, arca fœderis Domini 11
omnis terræ antecedet vos per Iordanem.
* Parate duodecim viros de tribubus Israel, 12
singulos per singulas tribus.* Et cum po- 13
suerint vestigia pedum suorum sacerdotes
qui portant arcam Domini Dei vniuersæ
terræ in aquis Iordanis, aquę, quæ inferiores
sunt, decurrent atque deficient: quæ autem
desuper venijũt, in vna mole cõsistent;* Igi- 14
tur egressus est populꝰ de tabernaculis suis,
vt transiret Iordanem: & sacerdotes, qui por
tabant arcam fœderis, pergebant ante eum.
* Ingressisque eis Iordanem, & pedibus eo- 15
rum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem D
ripas aluei sui tempore messis impleuerat)
* steterunt aquæ descendentes in loco vno, 16
& ad instar montis intumescentes appare-
bãt procul ab vrbe, quæ vocatur Adom vsq.
ad locum Sarthan: quæ aũt inferiores erant,
in Mare solitudinis (quod nũc vocatur mor
tuum) descenderunt, vsquequo omniò de-
ficerent.* Populus autem incedebat contra 17
Iericho: & sacerdotes, qui portabant arcam
fœderis Domini, stabant super siccam hu-
mum in medio Iordanis accincti, omniq.
populus per arentem alueum transibat.

h Act. 7. f. 45. Eccl. 24. c. 36.

CAP. IV.

QVibus transgressis, dixit Dominus ad 1
Iosue:* Elige duodecim viros singulos 2
per singulas tribus:* & præcipe eis vt tol- 3
A lant de medio Iordanis alueo, vbi fetterunt
pedes sacerdotum, duodecim durissimos la-
pides, quos ponetis in loco castrorũ, vbi fi-
4 xeritis hac nocte tentoria.* Vocauitq. Iosue
duodecim viros, quos elegerat de filijs I-
5 srael singulos de singulis tribubus,* & ait
ad eos: Ite ante arcã Dñi Dei vestri ad Iorda
nis mediũ, & portare inde singuli singulos
lapides in humeris vestris, iuxta numerum
6 filiorũ Israel,* vt sit signũ inter vos, & quãdo
interrogauerint vos filij vestri cras, dicẽ-
7 tes: Quid sibi volunt isti lapides?* respondebi-
tis eis: Defecerunt aquæ Iordanis ante ar-
B cam fœderis Domini, cum transiret eã: id-
circo positi sunt lapides isti in monimentũ
8 filiorum Israel vsque in æternũ.* Fecerunt
ergo filij Israel sicut præcepit eis Iosue, por-
tantes de medio Iordanis alueo duodecim
lapides, vt Dñs ei imperarat, iuxta numerũ
filiorum Israel, vsque ad locum, in quo ca-
9 strametati sunt, ibique posuerunt eos.* Alios
quoque duodecim lapides posuit Iosue
in medio Iordanis alueo, vbi stetterunt sacer
dotes, qui portabant arcam fœderis: & sunt
10 ibi vsque in præsentem diem.* Sacerdotes
autem, qui portabant arcam, stabant in Ior-
danis medio, donec omnia complerentur,
quæ Iosue, vt loqueretur ad populum, præ-
ceperat Dominus, & dixerat ei Moyses. Fe-
11 stinauitque populus, & transijt.* Cumque
C transissent omnes, transiuit, & arca Dñi,
sacerdotesque pergebant ante populum,
12 * Filij quoq. Ruben, & Gad, & dimidia tri-
bus Manasse, armati præcedebant filios Is-
13 rael, [a] sicut eis præceperat Moyses:* & qua-
draginta pugnatorum millia per turmas, &
cuneos incedebant per plana, atque campe-
14 stria vrbis Iericho.* In die illo magnifica-
uit Dominus Iosue coram omni Israel, vt ti-
merent eum, sicut timuerant Moysen, dum
15 adiuueret.* Dixitque ad eum:* Præcipe sa-
16 cerdotibus, qui portant arcam fœderis, vt a-
17 scendant de Iordane.* Qui præcepit eis, di-
18 cens: Ascendite de Iordane.* Cumque a-
scendissent portantes arcam fœderis Domi-
ni, & siccam humum calcare cœpissent, re-
D uersæ sunt aquæ in alueum suũ, & fluebãt
19 sicut ante consuetuerant.* Populus autem
ascendit de Iordane, decimo die mẽsis pri-
mi, & castrametati sunt in Galgalis contra
20 Orientalem plagam vrbis Iericho.* Duode
cim quoque lapides, quos de Iordanis alueo
21 sumpserant, posuit Iosue in Galgalis,* & di
xit ad filios Israel: Quando interrogauerint
filij vestri cras patres suos, & dixerint eis:
22 Quid sibi volũt lapides isti?* docebitis eos
atque dicetis: Per arentem alueum transiuit
23 Israel Iordanem istum,* siccante Domino
Deo vestro aquas eius: in conspectu vestro,
24 donec transiretis:* [b] sicut fecerat prius in
mari rubro, quod siccauit donec transire-
25 mus:* vt discant omnes terrarum populi
fortissimam Domini manum, vt & vos ti-
meatis Dominum Deum vestrum omni
tempore.

a Nu. 32. c. 28.

b Ex. 14. c. 21.

CAP.

CAP. V.

POstquam ergo audiuerunt omnes reges 1
Amorrhæorum, qui habitabãt trans Ior-A
danẽ ad Occidentalẽ plagam, & cuncti re-
ges Chanaan, qui propinqua possidebãt ma-
gni maris loca, q; siccasset Dominus fluenta
Iordanis coram filijs Israel, donec transirẽt,
dissolutũ est cor eorum, & non remansit in
eis spiritus, timentiũ introitum filiorum I-
srael.* Eo tempore ait Dñs ad Iosue: Fac ti- 2
bi cultros lapideos, & circũcide secundo fi-
lios Israel.* Fecit quod iusserat Dñs, & cir- 3
cumcidit filios Israel in colle præputiorum.
* Hæc aũt causa est secundæ circumcisionis: 4
Omnis populus, qui egressus est de Ægypto B
generis masculini, vniuersi bellatores viri,
mortui sunt in deserto per longissimos viæ
circuitus* qui oẽs circumcisi erant. Populus 5
aũt qui natus est in deserto,* per quadragin- 6
ta annos itineris latissimæ solitudinis in cir-
cũcisus fuit: donec consumerentur qui non
audierant vocem Dñi, & quibus ante iura-
uerat, vt non ostenderet eis terram lactę, &
melle manantẽ.* Horum filij in locum suc- 7
cesserunt patrum, & circũcisi sunt à Iosue: C
quia sicut nãti fuerant, in præputio erãt, nec
8 eos in via aliquis circumciderat.* Postq. au-
tem oẽs circumcisi sunt, manserunt in eodẽ
9 castrorum loco, donec sanarentur.* Dixitq.
Dñs ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium
Ægypti à vobis. Vocãtumq. est nomen loci
10 illius Galgala, vsq. in præsentẽ diẽ.* Manse-
runtq. filij Israel in Galgalis, & fecerũt Pha-
se, quartadecima die mensis ad vesperũ in
11 campestribus Iericho:* & comederunt de
D frugibus Terræ die altero, azymos panes, &
12 polẽtã eiusdem anni.* Defecitq. mãna post
quam comederunt de frugibus Terræ, nec
vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed come-
derũt de frugibus præsẽtis anni Terræ Cha
13 naan.* Cũ aũt esset Iosue in agro vrbis Ie-
richo, leuauit oculos, & vidit virũ stantẽ cõ-
tra se, euaginatum tenentem gladium, perre
xitq. ad eũ, & ait: Noster es, an aduersario-
14 rũ?* Qui rndit: Nequaq̃: sed sum princeps
15 exercitus Domini, & nunc venio.* Cecidit
Iosue pronus in terrã. Et adorans ait: Quid
16 Dominus meus loquitur ad seruum suũ?*
"Solue inquit, calceamentum tuum de pedi-
bus tuis: locus enim, in quo stas sanctus est
fecitque Iosue, vt sibi fuerat imperatum.

Exod. 3. b. 5. Act. 7. b. 33.



CAP. VI.

IEricho autem clausa erat atq. munita, ti- 1
more filiorũ Israel, & nullus egredi au-A
debat aut ingredi.* Dixitq. Dominus ad Io- 2
sue: Ecce dedi in manu tua Iericho, & regẽ
eius, omnesq. fortes viros.* Circuite vrbem 3
cuncti bellatores semel per diem: sic facie-
tis sex diebus.* Septimo autem die sacerdo- 4
tes tollant septem buccinas, quarũ vsus est
in iubileo, & præcedant arcam fœderis; se-
5 ptiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes
clangent buccinis.* Cumque insonuerit vox
tubæ longior atque concisio, & in auribus
vestris increpuerit, conclamabit oẽs popu-
lus vociferatione maxima, & muri funditus
corruent ciuitatis, ingredienturq. singuli per
6 locum, cõtra quem steterint.* Vocauit ergo
Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos:
Tollite arcam fœderis, & septem alij sacer-
dotes tollant septem iubileorum buccinas,
7 & incedant ante arcã Domini,* Ad populũ
quoque

quoque ait: Ite, & circuite ciuitatem, armati,
præcedentes arcam Domini.* Cumque Io- 8
sue verba finisset, & septẽ sacerdotes septẽ B
buccinis clangerent ante arcam fœderis Do-
mini,* omnisq. præcederet armatus exercitus, 9
reliquum vulgus arcam sequebatur, ac
buccinis omnia concrepabant. * Præcepe- 10
rat autem Iosue populo, dicens: Nõ clama-
bitis, nec audietur vox vestra, neque vllus
sermo ex ore vestro egredietur: donec ve-
niat dies, in quo dicam vobis: Clamate, & 11
vociferamini. * Circuiuit ergo arca Dñi ci-
uitatẽ semel per diem, & reuersa in castra,
mansit ibi.* Igitur Iosue de nocte consurgẽ- 12
te: tulerũt sacerdotes arcam Domini,* & se- 13
ptem ex eis septem buccinas, quarum in iu-
bileo visus est: præcedebantque arcam Dñi
ambulantes, atque clangẽtes: & armatus po-
pulus ibat ante eos, vulgus autem reliquum
sequebatur arcam, & buccinis personabat.
* Circuieruntque ciuitatem secundo die se- 14
mel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerũt sex
diebus.* Die autem septimo, diluculo con- 15
surgentes, circuierunt vrbem, sicut disposi- C
tum erat, septies.* Cumq. septimo circuitu 16
clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue
ad omnem Israel: Vociferamini: tradidit
enim vobis Dominus ciuitatem:* sitque ci- 17
uitas hæc anathema: & omnia quæ in ea
sunt, Dño, sola Rahab meretrix viuat cũ v-
niuersis, qui cum ea in domo sunt: // abscon-
dit enim nuncios, quos direximus.* Vos au- 18
tem cauete ne de his, quę præcepta sunt, qd-
piam cõtingatis, & sitis præuaricationis rei,
& omnia castra Israel sub peccato sint, atq.
turbentur.* Quidquid autem auri, & argẽti 19
fuerit, & vasorum æneorum, ac ferri, Domi-
no consecretur, repositum in thesauris eius.
*// Igitur omni populo vociferante, & clan- 20
gentibus tubis, postquam in aures multitu-
dinis vox, sonitusque increpuit, muri illico
corruerunt: & ascendit vnusquisque per lo-
cum, qui contra se erat: // ceperuntque ciuita-
tem, * & interfecerunt omnia quæ erant in 21
ea, à viro vsq ad mulierem, ab infante vsq.
ad senem. Boues quoq. & oues, & asinos in
ore gladij percusserunt.* Duobus autem vi- 22
ris, // qui exploratores missi fuerant, dixit Io- D
sue: Ingredimini domum mulieris meretri-
cis, & producite eam, & omnia quæ illius
sunt, sicut illi iuramento firmastis.*// Ingres- 23
sique iuuenes, eduxerũt Rahab, & parentes
eius, fratres quoque, & cunctam supellectili-
lem, ac cognationem illius, & extra castra
Israel manere fecerunt.*// Vrbem autem, & 24
omnia, quæ erant in ea, succenderunt, absq.
auro, & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ
in ærarium Domini consecrarunt.* Rahab 25
verò meretricem, & domum patris eius, &
omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & 26
habitauerunt in medio Israel vsque in præ-
sentem diem, eo quod absconderit nuncios,
quos miserat, vt explorarent Iericho. In tẽ-
pore illo, imprecatus est Iosue, dicens:* // 26
Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho.
In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat por-
27 tas eius. * Fuit ergo Dominus cum Io-
sue, & nomen eius vulgatum est in omni
terra.

// Sup. 2. b.7. Heb.11. f. 31.
// Heb.11 f. 30.
// 2. Mach. 12.c. 15.
// Sup. 2. b.7.
// Heb.11 f. 31.
// Infr. 8. a.2.
// 1. Reg. 16. g.34.

CAP. VII.

1 A FIlij // autem Israel præuaricati sunt man-
datum, & vsurpauerunt de anathema-
te. // Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi,
filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de ana-
themate: iratusque Dominus contra filios
2 Israel.* Cumque mitteret Iosue de Iericho
viros cõtra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad
Orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis:
Ascendite, & explorate Terram. Qui præce-
3 pta complentes exploraverunt Hai.* Et re-
uersi dixerunt ei: Nõ ascendat omnis popu
lus, sed duo vel tria millia virorum pergãt,
& deleant ciuitatem, quare omnis populus
frustra vexabitur cõtra hostes pauciss imos?
4 * Ascenderunt ergo tria millia pugnatorũ.
5 Qui statim terga vertentes,* percussi sunt à
viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta
sex homines: persecutiq. sunt eos aduersarij
de porta vsq. ad Sabarim, & ceciderunt per
prona fugientes: ptimuitq cor populi, & in-
6 star aquæ liquefactũ est. * Iosue verò scidit
vestimẽta sua, & pronus cecidit in terrã corã
arca Dñi vsq. ad vesperã, tam ipse quam
oẽs senes Israel: miseruntq. puluerẽ super ca
7 pita sua,* & dixit Iosue. Heu Dñe Deus: qd
B voluisti traducere populum istum Iordanẽ
fluuium, vt traderes nos in manus Amor-
rhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus man-
8 sissemus trans Iordanem. * Mi Dñe Deus
quid dicam, videns Israelem hostibus suis
9 terga vertẽtem? * Audient Chananæi, & oẽs
habitatores Terræ, & pariter conglobati cir-
cumdabunt nos, atq. delebunt nomẽ nostrũ
de terra: & quid facies magno nomini tuo?
10 * Dixitq. Dñs ad Iosue: Surge, cur iaces pro-
11 nus in terra:* Peccauit Israel, & præuarica-
tus est pactum meum: tuleruntque de ana-
themate, & furati sunt, atq. mentiti, & absco-
12 derũt inter vasa sua.* Nec poterit Israel sta
re ante hostes suos, eosq. fugiet: ~~quia~~ pollu-
tus est anathemate, non ero vltra vobiscũ,
donec cõteratis eum, qui huius sceleris reus
13 est.* Surge, sanctifica populum, & dic eis // // Sup. 3. b.5.
Sanctificamini in crastinum: hæc enim di- Leu. 20.
cit Dñs Deus Israel: Anathema in medio b.8.
tui est Israel: non poteris stare corã hostib. Nu. 11.
tuis, donec deleatur ex te, qui hoc cõtamina b.18.
14 tus est scelere.* Accedetisq. mane singuli p 1.Re.16.
C trib. vestras: & quamcumque tribũ sors in- b.5.
uenerit, accedet per cognationes suas, & co-
15 gnatio per domos, domusq per viros.* Et
quicumque ille in hoc facinore fuerit depre-
hensus, comburetur igni cum omni substa-
tia sua: quoniam præuaricatus est pactum
16 Domini, & fecit nefas in Israel.* Surgẽs ita-
que Iosue mane, applicuit Israel per tribus
suas

// Inf. 22. d.16.
// 1. Par. 2. a.7.

suas, & inuenta est tribus Iuda. * Quæ cum 17
iuxta familias suas esset oblata, inuenta est
familia Zare. Illam quoque per domos offe-
rens, reperit Zabdi:* cuius domum in singu 18
los diuidens viros, inuenit Achan filium
Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda.
* Et ait Iosue ad Achan. Fili mi, da gloriam 19
Domino Deo Israel, & confitere, atque indi-
ca mihi quid feceris, ne abscondas.* Respõ- 20
ditque Achan Iosue, & dixit ei: Verè ego
peccaui Domino Deo Israel, & sic, & sic feci:
21 * vidi enim inter spolia pallium coccineum
valde bonum, & ducentos siclos argenti, re-
gulamque auream quinquaginta siclorum:
& concupiscens abstuli, & abscondi in terra
contra medium tabernaculi mei, argentũ q-
22 fossa humo operui. * Misit ergo Iosue mini-
D stros: qui currentes ad tabernaculum illius,
repererunt cuncta abscondita in eodem lo-
23 co, & argentũ simul.* Auferentesq. de tẽto-

rio tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios
Israel, proieceruntq. ante Dominum.* // Tol 24
lens itaque Iosue Achan filium Zare, argen-
tumq. & pallium, & auream regulam, filios
quoque, & filias eius, boues, & asinos, & o-
ues, ipsumque tabernaculum, & cunctam
suppellectilem, (& omnis Israel cum eo) du
xerunt eos ad Vallem Achor * vbi dixit Io- 25
sue: quia turbasti nos, exturbet te Dominus
in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel:
& cuncta quæ illius erant, igne consumpta
sunt.* Congregaueruntque super eum acer 26
uum magnum lapidum, qui permanet vsq,
in præsentem diem. Et auersus est furor Do
mini ab eis. Vocatumque est nomen loci il-
lius, Vallis Achor, vsque hodie.

// 2. Reg. 18. d.17.

CAP. VIII.

1 DIxit autem Dominus ad Iosue: Ne ti-
A meas, neque formides: tolle tecum om-
nem multitudinem pugnatorum, & con-
surgens ascende in oppidum Hai, ecce tradi
di in manu tua regem eius, & populũ, vrbẽ
que, & terrã.* Faciesq. vrbi Hai, & regi eius, 2
// sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædam
verò, & omnia animãtia diripietis vobis: po-
ne insidias vrbi post eam. * Surrexitque Io- 3
sue, & omnis exercitus bellatorum cum eo,
vt ascenderent in Hai: & electa triginta mil-
4 lia virorum fortiũ misit nocte, * præcepitq.
eis, dicens: Ponite insidias post ciuitatem:
nec longius recedatis: & eritis omnes parati.
5 *// ego autem, & reliqua multitudo, q̃ mecũ // Sup. 7. a.4.
B est, accedemus ex aduerso contra vrbẽ. Cũ-
que exierint cõtra nos, sicut ante fecimus, fu-
6 giemus, & terga vertemus:* donec persequen-
tes ab vrbe longius protrahantur: putabunt
7 enim nos fugere sicut prius.* Nobis ergo fu
gientibus, & illis persequentibus, consurge-
tis de insidijs, & vastabitis ciuitatem: trade-
que eam Dominus Deus vester in manus ve
8 stras * cumque ceperitis, succendite eã, & sic
9 omnia facietis, vt iussi.* Dimisitq. eos, & per-
rexerunt ad locum insidiarũ, sederuntq in-
ter Bethel, & Hai, ad Occidentalem plagam
vrbis Hai: Iosue autẽ nocte illa ĩ medio mã-
10 sit populi. * surgensque diluculo recensuit
socios, & ascendit cum senioribus in fron-
te exercitus, vallatus auxilio pugnatorum,
11 * Cũq. venissent, & ascẽdissent ex aduersõ
C ciuitatis, steterunt ad Septentrionalem vrbis
plagam, inter quam, & eos erat vallis media.
12 * Quinque autem millia viros elegerat, &
posuerat in insidijs inter Bethel, & Hai ex oc
13 cidentali parte eiusdem ciuitatis.* omnis ve
ro reliquus exercitus ad aquilonẽ aciẽ dirige
bat

// Sup. 6. d.24.

bat, ita vt nouissimi illius multitudinis Oc-
cidentalem plagam vrbis attingerent. Abijt
ergo Iosue nocte illa, & stetit ĩ vallis medio.
* Quod cum vidisset rex Hai, festinauit ma 14
ne, & egressus est cum omni exercitu ciuita-
tis, direxitq. aciem cõtra desertum, ignorans
quod post tergum laterent insidiæ. * Iosue 15
verò, & omnis Israel cesserunt loco, simulá-
tes metum, & fugientes per solitudinis viá.
* At illi vociferantes pariter, & se mutuo co- 16
hortantes, persecuti sunt eos. Cumq. reces-
sissent à ciuitate, * & ne vnus quidem in vr- 17
be Hai, & Bethel remansisset, qui non perse- D
queretur Israel (sicut eruperant aperta oppi
da relinquentes,) * dixit Dñs ad Iosue: Le- 18
ua clypeum, qui in manu tua est cõtra vrbẽ
Hai, quoniam tibi tradam eam. * Cumq. ele- 19
uasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ,
quæ latebant, surrexerunt confestim &, per-
gentes ad ciuitaté, ceperunt, & succenderunt
eam. * Viri auté ciuitatis, qui persequeban- 20
tur Iosue, respicientes, & videntes fumum
vrbis ad cælum vsque conscendere, non po-
tuerunt vltra huc, illucque diffugere: præser-
tim cum hi, qui simulauerant fugam, & ten-
debant ad solitudinem, contra persequentes E
fortissimè restitissent. * Vidensque Iosue, & 21
omnis Israel, quod capta esset ciuitas, & fu-
mus vrbis ascenderet, reuersus percussit vi-
ros Hai. * Siquidem, & illi qui ceperant, & 22
succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe con-
tra suos, medios hostium ferire cæperunt.
Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cæde-
rentur, ita vt nullus de tãta multitudine sal-
uaretur, * regem quoque vrbis Hai apprehé 23
derunt viuentem, & obtulerunt Iosue. * Igi- 24
tur omnibus interfectis, qui Israelem ad de-
serta tendétem fuerant persecuti, & in eodé
loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel
percusserunt ciuitatem. * Erãt autem qui in 25
eodé die conciderant à viro vsque ad mulie
rem, duodecim millia hominum omnes vr-
bis Hai. * Iosue verò non contraxit manũ, 26
quã in sublime porrexerat, tenens clypeum
donec interficerentur omnes habitatores
Hai. * Iuméta autem, & prædam ciuitatis di 27
uiserunt sibi filij Israel sicut præceperat Do- F
minus Iosue. * Qui succendit vrbem, & fecit 28
eam tumulum sempiternum: * regẽ quoq. 29
eius suspendit in patibulo vsque ad vespe-
ram, & solis occasum. Præcepitque Iosue, &
deposuerunt cadauer eius de cruce: proiece-
runtq. in ipso introitu ciuitatis, congesto su-
per eum magno aceruo lapidum, qui perma
net vsque in præsentem diem. * Tunc ædifi 30
cauit Iosue altare Domino Deo Israel ĩ mon
Exo.20 c.25. Deut.27 a.5. te Hebal: * " sicut præceperat Moyses famu- 31
lus Domini filijs Israel, & scriptum est in
volumine legis Moysi: Altare verò de lapi-
dibus impolitis, quos ferrum non tetigit: &
obtulit super eo holocausta Domino, immo
lauitque pacificas victimas. * Et scripsit su- 32
per lapides Deuteronomium legis Moysi, G
quod ille digesserat corã filijs Israel. * Om- 33
nis autem populus, & maiores natu, ducesq.
ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ, in
conspectu sacerdotum qui portabant arcam
fœderis Domini, vt aduena ita, & indigena.
Media pars eorum iuxta mõtem Garizim,
& media iuxta montem Hebal, sicut præce-
perat Moyses famulus Domini. Et primum
34 quidem benedixit populo Israel. * Post hæc
legit omnia verba benedictionis, & maledi-
ctionis, & cuncta quæ scripta erant in legis
35 volumine. * Nihil ex his, quæ Moyses ius-
serat, reliquit intactum, sed vniuersa replica-
uit coram omni multitudine Israel, mulie-
ribus ac paruulis, & aduenis, qui inter eos
morabantur.

CAP. IX.

1 QVibus auditis, cuncti reges trãs Iorda-
A nem, qui versabantur in montanis, &
campestribus, in maritimis ac littore ma-
gni maris, hi quoque qui habitabant iuxta
Libanum Hethæus, & Amorrhæus, Chana-
næus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus
2 * cõgregati sunt pariter, vt pugnarent contra
Iosue, & Israel vno animo, eademq. senten-
3 tia. * At hi, qui habitabant in Gabaon, audiẽ-
tes cuncta quæ fecerat Iosue Iericho, & Hai:
4 * & callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria,
saccos veteres agnis imponentes, & vtres vi-
5 narios scissos, atque consutos, * calceamenta-
que per antiqua quæ ad indicium vetustatis
pittacijs consuta erant, induti veteribus ve-
stimentis: panes quoque, quos portabant ob
viaticum, duri erant, & in frusta comminu-
6 ti * perrexeruntque ad Iosue, qui tunc mora-
batur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque
simul omni Israeli: De terra longinqua
venimus, pacem vobiscum facere cupien-
tes. Responderuntque viri Israel ad eos, atq.
7 dixerunt. * Ne fortè in terra, quæ nobis sor-
B te debetur, habitetis, & non possimus fœ-
8 dus inire vobiscum. * At illi ad Iosue: Serui
iniquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait. Qui
9 nam estis vos? & vnde venistis? * Responde-
runt: De terra longinqua valde venerũt ser-
ui tui in nomine Domini Dei tui. Audiui-
mus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ " Nu.2[illegible] c.13.
10 fecit in Aegypto, * " & duob. regibus Amor-
rhæorum, qui fuerunt trans Iordané, Sehon
regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erat in
11 Astaroth, * dixeruntque nobis seniores, &
omnes habitatores Terræ nostræ: Tollite in
manibus cibaria ob longissimam viam, &
occurrite eis, & dicite: Serui vestri sumus,
12 fœdus inite nobiscum. * En, panes quando
egressi sumus de domibus nostris, vt venire
mus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci
facti sunt, & vetustate nimia comminuti.
13 * vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti
sunt, & soluti: vestes, & calceamenta, quibus
induimur, & quæ habemus in pedibus, ob
longitudinem longioris viæ trita sunt, &
14 pene consumpta. * Susceperunt igitur de ci-
C barijs eorum, & os Domini non interroga- " 2. Re 21.a.2.
15 uerunt. * " Fecitque Iosue cum eis pacem, &
initio fœdere pollicitus est, quod non occi-
deren-

derentur: principes quoque multitudinis, iu-
rauerunt eis. * Post dies autem tres initi fæ- 16
deris, audierunt quod in vicino habitarent,
& inter eos futuri essent. * Moueruntque ca 17
stra filij Israel, & venerunt in ciuitates eo-
rum die tertio, quarum hæc vocabula sunt.
Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathia-
rim. * Et non percusserunt eos, eo quod iu- 18
rassent eis principes multitudinis in nomi-
ne Domini Dei Israel. Murmurauit itaque
omne vulgus contra principes. * Qui respon 19
derũt eis: iurauimus illis in nomine Domi-
ni Dei Israel, & idcirco nõ possumus eos cõ-
tingere. * Sed hoc faciemus eis: Reseruentur 20
quidem vt viuant, ne contra nos ira Domi-
ni concitetur, si peierauerimus: * sed sic vi- 21
uát, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna D
cædant, aquasque comportent. Quibus hæc
loquentibus: * vocauit Gabaonitas Iosue, 22
& dixit eis: Cur nos decipere fraude volui-
stis, vt diceretis: Procul valde habitamus à
23 vobis, cum in medio nostri sitis? * Itaque
sub maledictione eritis, & non deficiet de
stirpe vestra ligna cædens, aquasque com-
24 portans in domum Dei mei. * Qui respon-
derunt. Nunciatum est nobis seruis tuis,
quòd promisisset Dominus Deus tuus Moy
si seruo suo vt traderet vobis omnem Ter-
rã, & disperderet cunctos habitatores eius.
Timuimus igitur valde, & prouidimus ani-
mabus nostris, vt vestro terrore compulsi, &
25 hoc consilium iniuimus. * Nunc autem in
manu tua sumus, quod tibi bonũ, & rectum
26 videtur, fac nobis. * Fecit ergo Iosue vt dixe
rat, & liberauit eos de manu filiorũ Israel,
27 vt nõ occiderentur. * Decreuitq. in illo die
eos esse in ministerio cuncti populi, & alta-
ris Domini, cædentes ligna, & aquas com-
portantes, vsque in præsens tempus, in loco,
quem Dominus elegisset.

CAP. X.

QVæ cum audisset Adonisedec rex Ieru- 1
salem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai, A
& subuertisset eam (sicut enim fecerat Ieri-
cho, & regi eius, sic fecit Hai, & regi illius)
& quod transfugissent Gabaonitæ ad Israel,
& essent fœderati eorum, * timuit valde. 2
Vrbis enim magna erat Gabaon, & vna ciui-
tatum regalium, & maior oppido Hai, om-
nesq. bellatores eius fortissimi. * Misit ergo 3
Adonisedec rex Ierusalé ad Ohã regem He
bron, & ad Pharã regẽ Ierimoth, ad Iaphia
quoque regem Lachis, & ad Dabir regem E-
glon, dicens: * Ad me ascẽdite, & ferte præsi 4
dium, vt expugnemus Gabaon, quare trans-
fugerit ad Iosue, & ad filios Israel. * Congre 5
gati igitur ascenderunt quinq. reges Amor-
rhæorum: rex Ierusalem, rex Hebron, rex Ie
rimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum
exercitibus suis, & castrametati sunt circa
6 Gabaon, oppugnantes eam. * Habitatores
B autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad
Iosue, qui tunc morabatur in castris apud
Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas ma-
nus tuas ab auxilio seruorum tuorum: a-
scende cito, & libera nos, ferq. præsidium:
conuenerunt enim aduersum nos oẽs reges
Amorrhæorum, qui habitant in montanis.
7 * Ascenditq. Iosue de Galgalis, & omnis e-
8 xercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi. *
Dixitq. Dñs ad Iosue: Ne timeas: eos in ma-
nus enim tuas tradidi illos: nullus ex eis tibi
9 resistere poterit. * Irruit itaque Iosue su-
per eos repente, tota nocte ascendens de
10 Galgalis: * Et conturbauit eos Dominus
à fa-

à facie Israel: cõtriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viã ascensus
Beth horon, & percussit vsque Azeca, & Maceda. * Cumq. fugerent filios Israel, & essent 11
in descensu Beth horon, Dominus misit su- C
per eos lapides magnos de cælo vsq. ad Azeca: & mortui sunt multo plures lapidib. grãdinis, quàm quos gladio percusserant filij
Israel. * Tunc locutus est Iosue Domino in 12
die, qua tradidit Amorrhæum in conspectu
filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol con-
tra Gabaon ne mouearis, & Luna cõtra val-
" Isa. 28. f 21. lem Aialon. * Steteruntq. " Sol, & Luna, do- 13
nec vlciscereturse gẽs de inimicis suis. Non-
Eccl. 46. a. 5. ne scriptũ est hoc in libro iustorum? Stetit
itaque Sol in medio cæli, & nõ festinauit oc-
cumbere spatio vnius diei. * Nõ fuit antea 14
nec postea tã longa dies, obediente Domino
voci hominis, & pugnante pro Israel. * Re- 15
uersusque est Iosue cũ omni Israel in castra
Galgala. * Fugerant enim quinque reges, & 16
se absconderant in spelunca vrbis Maceda.
* Nunciatumque est Iosue, quod inuenti es- 17
sent quinque reges latentes in spelunca vr-
bis Maceda. * Qui præcepit socijs, & ait: Vo- 18
luite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite D
viros industrios, qui clausos custodiant: * 19
vos autem nolite stare, sed persequimini hos-
tes, & extremos quosque fugientium cæ-
dite: nec dimittatis eos vrbium suarum in-
trare præsidia, quos tradidit Dominus Deus
in manus vestras. * Cæsis ergo aduersarijs 20
plaga magna, & vsque ad internecionem pe-
ne consumptis, hi, qui Israel effugere pote-
runt, ingressi sunt ciuitates munitas. * Re- 21
uersusq. est omnis exercitus ad Iosue in Ma-
ceda, vbi tunc erant castra, sani, & integro
numero, nullusq. contra filios Israel mutire
ausus est. * Præcepitque Iosue, dicens: Ape- 22
rite os speluncæ, & producite ad me quinque
reges, qui in ea latitant. * Feceruntq. ministri, 23
vt sibi fuerant imperatum, & eduxerunt ad
eum quinque reges de spelunca, regem Ieru-
salem, regem Hebron, regem Ierimoth, re-
gem Lachis, regem Eglon. * Cumq. educti es- 24
sent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & E
ait ad principes exercitus, qui secum erant:
Ite, & ponite pedes super colla regum isto-
rum. Qui cum perrexissent, & subiectorum
colla pedibus calcarent, * rursum ait ad eos: 25
Nolite timere, nec paueatis, confortamini, &
estote robusti: sic enim faciet Dominus cun-
ctis hostibus vestris, aduersum quos dimica-
tis. * Percussitque Iosue, & interfecit eos, at- 26
" Deu. 21 d. 23. que suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi vsque ad vesperum. * " Cumq. 27
occumberet Sol, præcepit socijs, vt deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncam, in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens. * Eodem quoque 28
die Macedam cepit Iosue, & percussit eam
in ore gladij, regemq. illius interfecit, & om-
nes habitatores eius: non dimisit in ea sal-
tem paruas reliquias. Fecitque regi Maceda, F
29 sicut fecerat regi Iericho. * Transiuit autem
cũ omni Israel de Maceda in Lebna, & pu-
30 gnabat contra eam: * quam tradidit Dñs
cũ rege suo in manus Israel: percusseruntq.
vrbem in ore gladij, & omnes habitatores
eius, non dimiserunt in ea vllas reliquias. " Sup. 6, a. 2.
Feceruntq. regi Lebna, " sicut fecerant regi
31 Iericho. * De Lebna transiuit in Lachis cum
omni Israel: & exercitu per gyrum dispo-
32 to oppugnabat eam. * Tradiditq. Dominus
Lachis in manus Israel, & cepit eam die al-
tero, atq. percussit in ore gladij, omnemque
animã, quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna.
33 * Eo tempore ascendit Horam rex Gazer,
vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue
cum omni populo eius vsque ad interneciõ-
34 nem. * Transiuitque de Lachis in Eglon, &
35 circumdedit, * atque expugnauit eã eadem
die; percussitq. in ore gladij omnes animas,
quæ erant in ea iuxta omnia, quæ fecerat La-
36 chis. * Ascendit quoque cum omni Israel
de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eã:
37 * cepit eam, & percussit in ore gladij, regem
G quoque eius, & omnia oppida regionis il-
lius, vniuersasq. animas, quæ in ea fuerant
commoratæ: non reliquit in ea vllas reli-
quias: sicut fecerat Eglon, sic fecit, & Hebrõ,
cuncta, quæ in ea reperit consumens gladio.
38 * Inde reuersus in Dabir, * cepit eam, atque
39 vastauit: regem quoque eius, atq. omnia per
circuitum oppida percussit in ore gladij: non
dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat He-
bron, & Lebna, & regibus earum, sic fecit Da-
40 bir, & regi illius. * Percussit itaque Iosue
omnem Terram montanam, & meridia-
nam atque campestrem, & Asedoth cum
regibus suis: non dimisit in ea vllas reli-
quias, sed omne quod spirare poterat inter-
fecit, sicut præceperat ei Dominus Deus
41 Israel, * à Cadesbarne vsque Gazam. Om-
42 nem Terram Gosen vsque Gabaon, * vni-
uersosque reges, & regiones eorum vno im-
petu cepit, atque vastauit: Dominus enim
43 Deus Israel pugnauit pro eo. * reuersusque
est cum omni Israel ad locum castrorum
in Galgala.

CAP. XI.

1 QVæ cum audisset Iabin rex Asor, mi-
A si tad Iobab regem Madon, & ad regem
2 Semeron, atque ad regem Achsaph: * ad re-
ges quoq. Aquilonis, qui habitabant in mon-
tanis, & in planitie contra meridiem Cene-
roth, in campestribus quoque, & in regioni-
3 bus Dor iuxta mare: * Chananæum quoque
ab Oriente, & Occidente, & Amorrhæũ, at-
que Hethæum, ac Pherezæum, & Iebusæum
in montanis: Heuæum quoque, qui habita-
bat ad radices Hermon in Terra Maspha.
4 * Egressiq. sunt omnes cum turmis suis, po-
B pulus multus nimis sicut arena, quæ est in
5 litore maris, equi quoque, & currus immen-
sæ multitudinis. * Conueneruntq. omnes re-
ges isti in vnum ad Aquas Meron, vt pugna-
rent

rent contra Israel. * Dixitq. Dominus ad Io- 6
sue. Ne timeas eos: cras enim hac eadem ho-
ra ego tradam omnes istos vulnerandos in
cõspectu Israel: equos eorum subneruabis,
& currus igne combures. * Venitq. Iosue, & 7
omnis exercitus cum eo aduersus illos ad
Aquas Meron subito, & irruerunt sup eos,
* tradiditq. illos Dñs in manu Israel. Qui 8
percusserunt eos, & persecuti sunt vsq. ad Si
donem magnam, & Aquas Maserephoth, cã
pumque Masphe, qui est ad Orientalem il-
lius partẽ. Ita percussit omnes, vt nullas di-
mitteret ex eis reliquias: * fecitq. sicut præce- 9
perat ei Dominus, equos eorũ subneruauit,
currusq. cõbussit igni. * Reuersusq. statim 10
cepit Asor: & regem eius percussit gladio.
Asor enim antiquitus inter omnia regna hęc
principatum tenebat. * Percussitq omnes a- 11
nimas, quæ ibidem morabantur: non dimi-
sit in ea vllas reliquias, sed vsq: ad interne-
cionem vniuersa vastauit, ipsamque vrbem C
peremit incendio. * Et omnes per circuitũ 12
ciuitates, regesq. earum cepit, percussit, atque
deleuit, " sicut præceperat ei Moyses famu- " Deu. 7. a. 1.
lus Domini. * Absque vrbibus, quæ erant in 13
collibus, & in tumulis sitæ, ceteras succendit
Israel: vnam tantum Asor munitissimam
flamma cõsumpsit. * Omnemque prædam 14
istarum vrbium ac iumenta diuiserunt sibi
filij Israel, cunctis hominibus interfectis.
* " Sicut præceperat Dominus Moysi seruo 15
" Exo. 34. b. 11. suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuer
sa compleuit: non præterijt de vniuersis mã-
Deut. 7. a. 1. datis, nec vnum quidem, verbum quod ius-
serat Dominus Moysi. * Cepitque itaque Iosue 16
omnem Terram montanam, & meridianã,
terramq. Gosen, & planitiem, & Occidenta-
lem plagam, montemq. Israel, & campestria
eius: * & partem montis, quæ ascendit Seir 17
vsque Baalgad per planitiem Libani subter
montem Hermon: omnes reges eorum ce-
pit, percussit, & occidit. * Multo tempore pu 18
gnauit Iosue contra reges istos. * Non fuit D
ciuitas quę se traderet filijs Israel, præter He 19
uæũ qui habitabat in Gabaon: omnes enim
bellando cepit. * Domini enim sentẽtia fue- 20
rat, vt indurarentur corda eorum, & pugna-
rent contra Israel, & caderent, & non mere-
rentur vllam clementiam, ac perirent, sicut
præceperat Dominus Moysi. * In illo tempo 21
re venit Iosue, & interfecit Enacim de mon-
tanis, Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni
monte Iuda, & Israel, vrbesq. eorum dele-
uit. * Non reliquit vllum de stirpe Enacim, 22
in Terra filiorum Israel: absque ciuitatibus
Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis reli-
cti sunt. * Cepit ergo Iosue omnem Terrã, 23
sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tra
didit eam in possessionem filijs Israel secũ-
dum partes, & tribus suas, queuitque Terra
à prælijs.

CAP. XII.

HI sũt reges, quos percusserũt filij Israel 1
& possederunt Terram eorum trans A
Iordanem ad Solis ortum, à torrẽte Arnon
vsque ad montem Hermon, & omnẽ Oriẽ-
talem plagam, quæ respicit solitudinem.
2 * Sehon rex Amorrhæorum, qui habitauit
in Hesebõ, dominatus est ab Aroer, quæ sita
est super ripam torrentis Arnon, & mediæ
partis in valle, dimidiæq. Galaad, vsque ad
torrentem Iacob, qui est terminus filiorum
3 Ammon. * & à solitudine vsque ad Mare
B Ceneroth contra Oriẽtem, & vsque ad Ma-
re deserti, quod est mare salsissimum, ad O-
rientalem plagam per viã, quæ ducit Beth-
simoth, & ab australi parte, quæ subiacet A-
4 sedoth, Phasga. * Terminus Og regis Basan,
de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Asta-
roth, & in Edrai, & dominatus est in monte
Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Ba
5 san, vsque ad terminos * Gessuri, & Macha-
ti, & dimidiæ partis Galaad: terminos Schõ
6 regis Hesebõn: * Moyses famulus Domini,
& filij Israel percusserunt eos, tradiditque
C Terram eorum Moyses in possessionẽ Ru-
benitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manas-
7 se. * Hi sunt reges Terræ, quos percussit Io-
sue, & filij Israel trans Iordanem ad Occidẽ
talem plagam, à Baalgad in campo Libani,
vsque ad montẽ, cuius pars ascendit in Seir:
tradiditque eam Iosue in possessionem tri-
8 bubus Israel, singulis partes suas, * tã in mõ-
tanis, quam in planis, atque campestribus. In
Asedoth, & in solitudine, ac in meridie He-
thæus fuit, & Amorrhæus, Chananæus, &
9 Pherezæus, Heuæus, & Iebusæus. * Rex Ieri
D cho vnus: rex Hai, quæ est ex latere Bethel,
10 vnus: * rex Ierusalem vnus, * rex Hebrõ v-
11 nus. * rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus,
12 * rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, * rex Da-
13 bir vnus, rex Gader vnus, * rex Herma v-
14 nus, rex Hered vnus, * rex Lebna vnus, rex
15 Odullam vnus, * rex Maceda vnus, rex Be-
16 thel vnus, * rex Taphua vnus, rex Opher v-
17 nus, rex Aphec vnus, rex Saron vnus, * rex
18 Madon vnus, rex Asor vnus, * rex Semerõ
19 vnus, rex Achsaph vnus, * rex Thenac vnus,
20 rex Mageddo vnus * rex Cades, vnus, rex Ia
21 chanan Carmeli vnus * rex Dor, & prouin-
22 ciæ Dor vnus, rex Gentium Galgal vnus,
23 * rex Thersa vnus: omnes reges triginta v-
24 nus.

CAP. XIII.

1 IOsue senex, prouectæq. ætatis erat, & dixit
A Dominus ad eum: Senuisti, & longæuus
es, terraq latissima derelicta est, quæ nedũ
2 sorte diuisa est: * oĩs videlicet Galilæa. Phi-
3 listhijm, & vniuersa Gessuri. * A fluuio tur-
bido, qui irrigat Ægyptum, vsque ad ter-
minos Accaron contra Aquilonem: Terra
Chanaan, quæ in quinque regulos Phili-
4 sthijm diuiditur, Gazæos, & Azotios, Asca-
lonitas, Gethæos, & Accaronitas. * Ad me-
ridiem verò sunt Heuæi omnis Terra Cha-
naan, & Maara Sidoniorum vsq. Apheca, &
5 terminos Amorrhei. * eiusq. cõfinia, Libani
quoque regio contra Orientẽ à Baalgad sub
L mon-

monte Hermon, donec ingrediatis Emath.
* Omnium qui habitant in monte à Libano 6
vsque ad Aquas Maserephoth, vniuersique
Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie filio-
rum Israel. Veniat ergo in partem hæredita-
tis Israel. Sicut præcepi tibi. * Et nunc diuide 7
terram in possessionem nouem tribubus, & B
[a] Nu.31. dimidiæ tribui Manasse, * cum qua Ruben 8
f.31. & Gad possederunt terram, [a] quam tradidit
eis Moyses famulus Domini trans fluenta
Iordanis, ad orientalem plagam: * Ab Aroer, 9
quæsita est in ripa torrentis Armõ, & in val-
lis medio, vniuersaq. cãpestria Medaba, vs-
que Dibon, * & cunctas ciuitates Sehon, re- 10
gis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon vsq;
ad terminos filiorum Ammon, * & Galaad, 11
ac terminum Gessuri, & Machati, & omnem
montẽ Hermon, & vniuersãm Basan, vsque
ad Salecha. * omne regnũ Og in Basan, qui 12
regnauit in Astaroth, & Edrai, ipse fuit de re-
liquijs Raphaim: percussitque eos Moyses,
atque deleuit. * Noluerunteque disperdere 13
filij Israel Gessuri, & Machati: & habitaue-
runt in medio Israel vsque in præsentẽ diẽ.
[b] Nu.18. * [b] Tribui autem Leui non dedit possessio 14
a.1. nem: sed sacrificia, & victimæ Domini Dei
Israel, ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est
illi. * Dedit ergo Moyses possessionem tri- 15
bui filiorum Ruben iuxta cognationes suas.
* Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ si- 16
ta est in ripa torrẽtis Arnõ, & in valle eius-
dem torrentis media: vniuersam planitiẽ, 17
quæ ducit Medaba, * & Hesebon, cunctosq. C
viculos earum, qui sunt in campestribus: Di-
bon quoque, & Bamothbaal, & oppidum
Baalmaon, * & Iassa, & Cedimoth, & Me- 18
phaath, * & Cariathaim, & Sabama, & Sara- 19
thasar in monte conuallis. * Bethphogor 20
& Asedoth, Phasga, & Bethiesimoth, * & om 21
nes vrbes campestres, vniuersaque regna
Sehõ regis Amorrhæi, qui regnauit in Hese-
[c] Nu.31. bon, [c] quem percussit Moyses cum principi-
c.8. bus Madian: Heuæum, & Recem, & Sur, &
Hur, & Rebeduces Sehon habitatores Ter-
ræ. * & Balaam filiũ Beor ariolum occide- 22
rũt filij Israel gladio cum ceteris interfectis.
* Factusque est terminus filiorũ Ruben Ior 23
danis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarũ
per cognationes suas vrbium, & viculorum.
* Deditq. Moyses tribui Gad, & filijs eius p 24
cognationes suas possessionẽ, cuius hæc di-
uisio est. * Terminus Iaser, & omnes ciui- 25
tates Galaad. & dimidiam partem terræ fi- D
liorum Ammon: vsque ad Aroer, quę est cõ-
tra Rabba. * & ab Hesebon vsque Ramoth: 26
Masphe, & Betonim: & à Manaim vsque ad
terminos Dabir, * in valle quoque Betharã, 27
& Bethnenra, & Socoth, & Saphõ reliquam
partem regni Sehon regis Hesebon: huius
quoque finis Iordanis est vsque ad extremã
partem maris Cenereth trans Iordanẽ ad o-
rienralem plagam, * hæc est possessio filio- 28
rum Gad per familias suas, ciuitates, & vil-
læ earum. * Dedit & dimidiæ tribui Manas- 29
se, filiisq. eius iuxta cognationes suas posses-
sionem, * cuius hoc principium est: à Ma-
naim vniuersam Basan, & cuncta regna, Og
regis Basan, omnesque vicos Iair, qui sunt
31 in Basan, sexaginta oppida, * & dimidiam
partem Galaad, & Astarot, & Edrai vrbes
regni Og in Basan, filijs Machir, filij Ma-
nasse dimidiæ parti filiorũ Machir iuxta co-
32 gnationes suas, * Hanc possessionem diui-
sit Moyses in campestribus Moab trans Ior-
danem contra Iericho ad Orientalem pla-
33 gam. * [d] Tribui autem Leui non dedit pos- [d] Nu.18.
sessionem: quoniam Dominus Deus Israel b.8.
ipse est possessio eius, vt locutus est illi.

CAP. XIV.

1 HOc est, quod possederunt filij Israel in
A Terra Chanaan, quam dederũt eis E-
leazar sacerdos, & Iosue filius Nũ, & princi-
2 pes familiarum per tribus Israel: * sorte om [e] Nu.34.
nia diuidentes, [e] sicut præceperat Dominus c.13.
in manu Moysi, nouẽ tribubus, & dimidiæ
3 tribui. * Duabus n. tribubus, & dimidiæ de-
derat Moyses trans Iordanem possessionẽ:
absque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt in
4 ter fratres suos, * sed in eorum successerunt
B locum filij Ioseph in duas diuisi tribus, Ma-
nasse, & Ephraim: nec acceperunt Leuitæ a-
liam in Terra partem, nisi vrbes ad habitan-
dum, & suburbana earum ad alenda iumẽ-
5 ta, & pecora sua. * Sicut præceperat Domin?
Moysi, ita fecerunt filij Israel, & diuise-
6 rũt Terram. * Accesserunt itaq. filij Iuda ad [f] Nu.13.
Iosue in Galgala, locutusq. est ad eum Caleb d.22.
filius Iephone Cenezæus: [f] Nosti quid locu-
tus sit Dominus ad Moysen hominẽ Dei de
7 me, & te in Cadesbarne. * Quadraginta an-
norũ eram quando misit me Moyses famu-
lus Domini de Cadesbarne, vt considerarẽ
C Terram, nũciauiq. ei quod mihi verũ vide-
8 batur. * Fratres autem mei, qui ascenderãt
mecum dissoluerũt cor populi: & nihilomi-
nus ego secutus sum Dominũ Deũ meum.
9 * Iurauitque Moyses in die illo, dicens: Ter-
ra, quam calcauit pes tuus, erit possessio tua,
& filiorum tuorum in æternum: quia secu-
10 tus es Dominum Deum meum. * Concessit
ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus
est vsque in præsentem diem. Quadra-
ginta, & quinque anni sunt, ex quo locutus
est Dominus verbum istud ad Moysen, qst
ambulabat Israel per solitudinẽ hodie octo
11 ginta quinque annorum sum * sic valẽs, vt
D eo valebam tempore quando ad exploran-
dum missus sum: [g] illius in me tẽporis for-
titudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellã [g] Eccles.
12 dum quàm ad gradiendum. * Da ergo mihi 46.b.11.
montem istum, quem pollicitus est Domi-
nus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt
& vrbes magnæ atq. munitæ: si fortè sit Do
minus mecum, & potuero delere eos: sicut
13 promisit mihi. * Benedixitq. ei Iosue, & tra-
14 didit ei Hebron in possessionem, * atque
ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cene
zæo vsque in præsentem diem: quia secutus
15 est Dominum Deũ Israel. * Nomẽ Hebron
ante

ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maxi-
mus ibi inter Enacim situs est: & Terra ces
sauit à prælijs.

CAP. XV.

[a] Nu.34. 1 IGitur [a] sors filiorũ Iudæ per cognationes
2.3. suas ista fuit. A termino Edom, desertum A
Sin contra Meridiem, & vsque ad extremam
partem australis plagæ, * initiũ eius à sum- 2
mitate maris salsissimi, & à lingua eius, quæ
respicit Meridiẽ. * Egrediturq. contra ascẽ- 3
sum Scorpionis, & pertransit in Sina: ascen-
ditque in Cadesbarne, & peruenit in Esron,
ascendens ad Addar, & circuiens Caarcaa,
* atque inde pertransiens in Asemona, & 4
perueniens ad torrẽtem Ægypti, eruntque
termini eius mare magnũ. hic erit finis me-
ridianæ plagæ. * Ab Oriente verò erit initiũ, 5
mare salsissimũ vsque ad extrema Iordanis,
& ea quæ respiciunt ad Aquilonem à lingua
maris vsque ad eundem Iordanis fluuium, B
* ascenditq. terminus in Beth Hagla, & tran 6
sit ab Aquilone in Beth Araba: ascendens ad
lapidem Boen filij Ruben. * & tendens vsq. 7
ad terminos Debera de Valle Achor, contra
Aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex ad
uerso Ascensionis Adommim, ab australi
parte torrentis: transitque aquas, quæ vocan
tur Fons Solis, & erunt exitus eius ad Fon-
tem Rogel. * ascenditque per conuallẽ filij 8
Ennom ex latere Iebusæi ad Meridiem, hæc
est Ierusalem: & inde se erigens ad verticem
montis, qui est contra Geennom ad Occidẽ-
tem in summitate Vallis Raphaim cõtra A-
quilonem, * pertransitq. à vertice montis vs-
que ad fontem aquæ Nephroa, & peruenit C
vsque ad vicos montis Ephron: inclinaturq.
in Baala, quæ est Cariathiarim, id est, vrbs
filuarum. * & circuit de Baala contra Occi- 10
dentem, vsque ad montem Seie: transitq,
iuxta latus montis Iarim ad Aquilonem in
Chessõn, & descendit in Bethsames: trãsitq.
in Thamna, * & peruenit cõtra Aquilonem 11
partis Accarõ ex latere: inclinaturq Sechro-
na, & transit montem Baala: peruenitque in
Iebneel, & magni maris contra occidentem
fine cõcluditur, * hi sunt termini filiorũ Iu 12
da per circuitum in cognationib. suis. * Ca- 13
leb verò filio Iephone dedit partẽ in medio
filiorũ Iuda, sicut præceperat ei Dominus: D
Cariath Arbe patris Enac, ipsa est Hebron.
* [b] Deleuitq. ex ea Caleb tres filios Enac. Se- 14
[b] Iud. 1. c.10.
sai, & Ahimã, & Tholmai de stirpe Enac * 15
atq. inde cõscendẽs venit ad habitatores Da-
bir, q̃ prius vocabatur Cariath Sepher, id est,
ciuitas literarũ. * Dixitq. Caleb. Qui percus 16
serit Cariath, Sepher, & ceperit eam, dabo ei
Axã filiã meã vxorẽ. * Cepitq. eã Othoniel 17
filius Cenez frater Caleb iunior: deditque ei
Axam filiam suam vxorẽ. * Quæ, cũ perge- 18
rẽt simul, suasa est à viro suo vt peteret à pa
tre suo agrum, suspirauitq. vt sedebat in asi-
no. Cui Caleb: Quid habes inquit? * At illa re 19
spondit; Da mihi benedictionem; Terrã au-
stralem, & arentem dedisti mihi, iũge, & irri-
guã. Dedit itaque ei Caleb irriguũ superius
20 & inferius. * Hæc est possessio tribus filiorũ
21 Iuda per cognationes suas * Erãtq. ciuitates
E ab extremis partibus filiorũ Iuda iuxta ter-
minos, Edom à Meridie: Cabseel, & Eder, &
22 Iagur, * & Cina, & Demona, & Ada, * &
23 Cades, & Asor, & Iethnam, * Ziph, & Te-
24 lem, & Baloth, * Asor noua, & Carioth, Hes
25 ron, hæc est Asor. * Amam, Sama, & Molada
26 * & Asergadda, & Hasemon, & Bethphe-
27 let, * & Hasersual; & Bersabee, & Baziothia,
28 * & Baala, & Iim, & Esem, * & Eltholad, &
29 Cesil, & Harma, * & Siceleg, & Medemena,
30 & Sensenna, * Lebaoth, & Selim, & Aen, &
31 Remon, omnes ciuitates vigintinouẽ, & vil-
32 læ earũ * In cãpestribus verò: Esthaol, & Sa-
33 rea, & Alena, * & Zanoe, & Ængãnim, & Ta-
F phua, & Enaim, * & Ierimoth, & Adullã, So-
34 cho, & Azeca, * & Saraim, & Adithaim, &
35 Gedera, & Gederothaim: vrbes quatuorde-
36 cim, & villæ earũ * Sanã, & Hadassa, & Mag
37 dalgad * Delean, & Masepha, & Iecthel, * La
38 chis, & Bascath, & Eglon, * Chebbon, & Le-
39 hemã, & Cethlis * & Gideroth, & Bethdagõ
40 & Naama, & Maceda: ciuitates sedecim, &
41 villæ earũ * Labana, & Ether, & Asãn, * Ieph
42 tha, & Esna, & Nesib, * & Cesla, & Achzib, &
43 Maresa: ciuitates nouem, & villæ earum. *
44 Aocaron cum vicis, & villulis suis. * Ab Ac-
45 carõ vsque ad mare: omnia quæ vergunt ad
46 Azotum, & viculos eius * Azotus cum vicis,
47 & villulis suis Gaza cũ vicis. & villulis suis,
vsque ad torrentem Aegypti, & mare ma-
48 gnum terminus eius. * Et in monte: Samir,
49, & Iether, & Socoth * & Danna. & Cariathsẽ-
50 na, hæc est Dabir: * Anab, & Istemo, & Anim
51 * Gosen, & Olon, & Gilo: ciuitates vndecim
G & villæ earum. * Arab, & Ruma, & Esaan,
52 * & Ianũ, & Beththaphua, & Apheca, * Ath
53 matha, & Cariatharbe, hæc est Hebron, &
54 Sior: ciuitates nouem, & villæ earũ. * Maon,
55 & Carmel, & Ziph, & Iota, * Iezrael, & Iuca-
56 dam, & Zanoe, * Accain, Gabaa, & Thãna:
57 ciuitates decem, & villæ earum * Halhul, &
58 Bessur, & Gedor, * Mareth, & Bethanoth,
59 & Eltecon: ciuitates sex, & villæ earum, * Ca-
60 riathbaal, hæc est Cariathiarim vrbis filiarũ
61, & Arebba: ciuitates duæ, & villæ earum * In
62 deserto Betharaba, Meddin, & Sachacha * &
Nebsan, & ciuitas salis, & Engaddi: ciuitates
63 sex, & villæ earum. * Iebusæum aũt habita-
torem Ierusalem non potuerunt filij Iuda
delere: habitauitq. Iebusæus cum filijs Iuda
in Ierusalem vsque in præsentem diem.

CAP. XVI.

1 CEcidit quoque sors filiorum Ioseph ab
A Iordane contra Iericho, & aquas eius ab
Oriente: solitudo quę ascendit de Iericho ad
2 montem Bethel: * & egreditur de Bethel Lu
3 za: transitq. terminum Archi, Atharoth, * &
B descẽdit ad Occidentẽ iuxta terminũ Iepho-
leti, vsque ad terminos Beth horon inferio-

ris,& Gazer, finiunturq. regiones eius mari
magno:*possederuntq. filij Ioseph Manasses 4
& Ephraim.* Et factus est terminus filiorũ 5
Ephraim per cognationes suas: & possessio
eorum cõtra Orientem Ataroth addar vsq.
Beth horon superiorem.* Egrediunturq. cõ- 6
finia in mare: Machmethtah verò Aquilonẽ C
respicit,& circuit terminos contra Orientem
in Thanathselo: & pertransit ab Oriente Ia-
noc, * descenditque de Ianoe in Ataroth, & 7
Naaratha,& peruenit in Iericho, egrediturq.
ad Iordanem.* De Taphna pertransit cõtra 8
mare in Vallem arũdineti, suntque egressus
eius in mare salsissimum, hæc est possessio D
tribus filiorum Ephraim per familias suas.* 9
Vrbesq. separatæ sunt filijs Ephraim in me-
dio possessionis filiorum Manassæ, & villæ
earum.* Et non interfecerunt filij Ephraim 10
Chananæum, qui habitabat in Gazer: habi-
tauitq. Chananæus in medio Ephraim vsq.
in diem hanc tributarius.

CAP. XVII.

CEcidit autem sors tribui Manasse: (ipse 1
enim est primogenitus Ioseph) Machir A
primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit
vir pugnator, habuitq. possessionem Galaad
[n] Nu.26. d.30. & Basan:*[n]& reliquis filiorum Manasse iux- 2
ta familias suas, filijs Abiezer,& filijs Helec,
& filijs Esriel,& filijs Sechẽ,& filijs Hepher,
filijs Semida, isti sunt filij Manasse filij Io-
[o] Nu.27. a.1.& 36 d.11. seph, mares per cognationes suas.*[o]Salphaad 3
verò filio Hepher filij Galaad filij Machir fi-
lij Manasse non erant filij, sed solæ filiæ qua-
rum ista sunt nomina, Maala,& Noa,& He-
gla,& Melcha,& Thersa.* Veneruntque in- 4
conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij
Nun,& principum dicentes; Dñs præcepit p
manum Moysi, vt daretur nobis possessio in
medio fratrum nostrorum. Deditq. eis iuxta
imperium Domini possessionem in medio
fratrum patris earum.* Et ceciderunt fu- 5
niculi Manasse, decem, absq. Terra Galaad B
& Basan trans Iordanem.* Filiæ enim Ma- 6
nasse possederunt hæreditatem in medio
filiorum eius. Terra autẽ Galaad cecidit in
sortem filiorum Manasse, qui reliqui erant.
* Fuitque terminus Manasse ab Aser, Mach- 7
methath, quæ respicit Sichẽ: & egreditur ad
dextram iuxta habitatores Fontis Taphnæ.
* Etenim in sorte Manasse ceciderat Terra 8
Taphnæ, quæ est iuxta terminos Manasse fi-
liorum Ephraim.* Descenditque terminus 9
Vallis arũdineti in meridiem torrentis ciui-
tatum Ephraim, quę in medio sunt vrbium
Manasse: terminus Manasse ab Aquilone
torrentis, & exitus eius pergit ad mare:* Ita 10
vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab A-
quilone Manasse, & vtramque claudat ma-
re,& coniungãtur sibi in tribu Aser ab Aqui- C
lone,& in tribu Issachar ab Oriente.* Fuitq. 11
hæreditas Manasse in Issachar, & in Aser,
Bethsan,& viculi eius,& Ieblaam cum vicu-
lis suis,& habitatores Dor cum oppidis suis;
habitatores quoq. Endor cum viculis suis,
similiterq. habitatores Thenac cum viculis
suis: & habitatores Mageddo cum viculis
12 suis,& tertia pars vrbis Nopheth.* Nec po-
tuerũt filij Manasse has ciuitates subuertere,
sed cœpit Chananæus habitare in terra sua.
13 *Postquam autem cõualuerunt filij Israel,
subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tri-
14 butarios, nec interfecerunt eos.* Locutiq. fi-
D lij Ioseph ad Iosue: & dixerunt: Quare dedi-
sti mihi possessionem sortis, & funi uli v-
nius, cum sim tantæ multitudinis,& benedi-
15 xerit mihi Dñs?* Ad quos Iosue ait: Si popu
lus multus es, ascẽde in siluam,& succide ti-
bi spatia in Terra Pherezæi,& Raphaim: qa
16 angusta est tibi possessio montis Ephraim.*
Cui responderunt filij Ioseph. Non poteri-
mus ad montana conscendere, cum ferreis
curribus vtantur Chananæi, qui habitant in
terra campestri: in qua sitæ sunt Bethsan cũ
viculis suis, & Iezrael mediam possidẽs val-
17 lẽ.* Dixitq. Iosue ad domũ Ioseph, Ephraim
& Manasse: Populus mult⁹ es,& magnę for-
18 titudinis, non habebis sortẽ vnam,* sed trã-
sibis ad montẽ,& succides tibi, atq. purgabis
ad habitandũ spatia: & poteris vltra procede
re cum subuerteris Chananęum, quem dicis
ferreos habere currus,& esse fortissimum.

CAP. XVIII.

1 COngregatiq. sunt oẽs filij Israel in Silo,
A ibique fixerunt tabernaculum testimo-
2 nij,& fuit eis Terra subiecta.* Remanserant
autem filiorum Israel septem tribus, quę nec-
3 dum acceperant possessiones suas.* Ad quos
Iosue ait: Vsquequo marcetis ignauia,& non
intratis ad possidendam Terram, quã Dñs
4 Deus patrum vestrorum dedit vobis? * Eli-
gite de singulis tribubus ternos viros, vt mit
tam eos,& pergant, atq. circumeãt Terram,
& describant eam iuxta numerum vniuscu-
iusq. multitudinis: referantque ad me quod
5 descripserint.* Diuidite vobis terram in se-
ptem partes: Iudas sit in terminis suis ab Au-
6 strali plaga,& domus Ioseph ab Aquilone,*
mediam inter hos Terram in septem partes
describite: & huc venietis ad me, vt coram
7 Dño Deo vestro mittam vobis hic sortem,*
quia nõ est inter vos pars Leuitarum, sed sa-
B cerdotium Dñi est eorũ hæreditas. Gad aũt
& Ruben, & dimidia tribus Manasse iã ac-
ceperant possessiones suas trans Iordanẽ ad
Orientalem plagam: quas dedit eis Moyses
8 famulus Dñi.* Cumque surrexissent viri, &
pergerent ad describendam terram, præcepit
eis Iosue dicens: Circuite Terram, & descri-
bite eam, ac reuertimini ad me: vt hic coram
9 Dño, in Silo mittam vobis sortem.* Itaque
perrexerunt: & lustrantes eam, in septem par-
10 tes diuiserunt, scribẽtes in volumine. Reuer-
sq. sunt ad Iosue in castra Silo.* Qui misit
sortes corã Domino in Silo, diuisitq. Terram
11 filijs Israel in septem partes.* Et ascẽdit sors
prima filiorum Beniamin per familias suas,
vt

vt possiderent Terram inter filios Iuda, &
filios Ioseph.* Fuitque terminus eorum cõ- 12
tra Aquilonẽ à Iordane: pergens iuxta latus
Iericho Septentrionalis plagæ,& inde contra
Occidentem ad montana cõsedens, & per-
ueniens ad solitudinem Bethauen,* atque 13
[p] Gen.28 d.19. pertransiens iuxta [p]Luzam ad Meridiem ip
sa est Bethel: descenditque in Ataroth addar
in montẽ, qui est ad Meridiem Beth horon
inferioris:* Et inclinatur circuiens cõtra ma- 14
re ad Meridiem montis, qui respicit Beth C
horon contra Africum, suntq. exitus eius in
Cariath baal, quæ vocatur,& Cariathiarim,
vrbem filiorum Iuda, hæc est plaga contra
mare, ad Occidentem.* A Meridie autem ex 15
parte Cariathiarim egreditur terminus cõ-
tra mare,& peruenit vsque ad fontem aqua-
rum Nephtoa.* Descenditq. in partem mõ- 16
tis, qui respicit Vallem filiorum Ennom: &
est contra Septentrionalem plagam in extre-
ma parte Vallis Raphaim. Descenditque in
Geennom (id est, Vallem Ennon) iuxta latus
Iebusæi ad Austrum: & peruenit ad Fontem
Rogel.* transiens ad Aquilonem,& egrediẽs 17
ad Ensemes, id est, fontem Solis:* & pertran- D
sit vsque ad tumulos, qui sunt è regione A- 18
scensus Adommim: descenditque ad Aben-
boen, id est, lapidem Boen filij Rubẽ: & per-
transit ex latere Aquilonis ad campestria: de-
scenditq. in planitiem,* & prætergreditur 19
contra Aquilonem Beth hagla: suntque exi-
tus eius contra linguam maris salsissimi ab
Aquilone in fine Iordanis ad Australẽ plagã:
* qui est terminus illius ab Oriente. hęc est 20
possessio filiorum Beniamin per terminos
suos in circuitu,& familias suas.* Fuerunt q. 21
ciuitates eius, Iericho,& Beth hagla,& Vallis
Casis,* Beth Araba, & Samaraim,& Bethel, 22
& Auim,& Aphara,& Ophera, Villa Emo 23
na,& Ophni,& Gabee: ciuitates duodecim, 24
& villæ earũ *Gabaon,& Rama,& Beroth, 25
* & Mesphe,& Caphara,& Amosa,* & Re- 26
cem, Iarephel,& Tharela,* & Sela, Eleph,& 27
& Iebus, quæ est Ierusalem Gabaath,& Ca- 28
riath: ciuitates quatuordecim, & villæ earũ.
Hæc est possessio filiorum Beniamin iuxta
familias suas.

CAP. XIX.

ET egressa est sors secunda filiorum Si- 1
meon per cognationes suas, fuitque hære A
ditas* eorum in medio possessionis filiorũ 2
Iuda: Bersabee. & Sabee,& Molada* & Ha- 3
sersual, Bala,& Asem* & Elcholad, Bethul, 4
& Harma* & Siceleg: & Betmarchaboth, & 5
Hasersusa,* & Bethlebaoth,& Sarchen: ciui- 6
tates tredecim,& villæ earum.* Ain,& Rem- 7
mon & Atharet Asan: ciuitates quatuor, &
villæ earum: * omnes viculi per circuitum 8
vrbium istarum vsque ad Baalath Beer Ra-
math contra australem plagam. Hæc est hę-
reditas filiorum Simeon iuxta cognationes
suas,* in possessione,& funiculo filiorum Iu 9
da: quia maior erat,& idcirco filij Simeon
10 possederunt in medio hæreditatis eorum.*
Ceciditq. sors tertia filiorum Zabulon per
cognationes suas: & factus est terminus pos-
11 sessionis eorum vsque Sarid.* Ascenditque
de Mari,& Merala,& peruenit ĩ Debbaseth,
vsque ad torrentem, qui est contra Ieconã.
12 * Et reuertitur de Sared contra Orientem
in fines Cesselethabor: & egreditur ad Dabe-
13 reth, ascenditque contra Iaphie.* Et inde
pertransit vsque ad orientalem plagã Geth-
hepher,& Thacasin: et egreditur in Remmõ
14 Amthar,& Noa.* Et circuit ad Aquilonem
B Hanathon: suntq. egressus eius Vallis Iesh-
15 thael:* & Cateth,& Naalol,& Semerun, &
Iedala, & Bethleem, ciuitates duodecem, &
16 villæ earum.* Hæc est hæreditas tribus fi-
liorum Zabulon per cognationes suas vrbes,
17 & viculi earũ.* Issachar egressa est sors quar
18 ta per cognationes suas,* fuitque eius hære-
19 ditas Iezrael,& Casaloth, & Sunen,* & Ha-
pharaim,& Seõ,& Anaharath,* & Rabboth,
20 & Cesion, Abes,* & Rameth,& Engannim,
21 & Enhadda,& Bethphesses.* Et peruenit
terminus eius vsque Thabor,& Sehesima,&
22 Bethsames, eruntq. exitus eiꝰ Iordanis,* ciui
23 tates sedecim, & villæ earũ.* Hæc est posses-
sio filiorum Issachar per cognationes suas,
24 vrbes,& viculi earum.* Ceciditq. sors quin-
ta tribui filiorum Aser per cognationes suas:
25 *fuitque terminus eorum Halcath,& Chali,
26 & Betẽ,& Axaph,* & Elmelech,& Amaad,
& Messal: & peruenit vsq; ad Carmelũ ma-
27 ris,& Sihor,& Labanath.* Ac reuertitur cõ-
tra orientem Bethdagon,& pertransit vsque
Zabulon,& Vallẽ Iephthael contra Aquilo-
C nem in Bethemec,& Nehiel.* Egrediturque
28 ad læuam Cabul,& Abram,& Rohob,&
Hamon, & Cana, vsq. ad Sidonẽ magnam,
29 *reuertiturq. in Horma, vsq. ad ciuitatẽ mu
nitissimam Tyrum,& vsq. Hosa: eruntq. e-
30 xitus eius in mare de funiculo Achziba:* &
Amma,& Aphec,& Rohob, ciuitates vigin-
31 tiduæ,& villæ earum.* Hæc est possessio
filiorum Aser per cognationes suas, vrbesq. &
32 viculi earum.* Filiorum Nephtali sexta sors
33 cecidit, p familias suas.* & cepit terminus de
Heleph,& Elon in Saananim,& Adami, quę
est Neceb,& Iebnael vsq. Lecum: & egressus
34 eorum vsq. ad Iordanem:* reuertiturq. ter-
minus contra Occidentem in Azanotthabor,
atq. inde egreditur in Hucuca, & pertransit
in Zabulon contra Meridiem,& in Aser cõ-
tra Occidentem, & in Iuda ad Iordanẽ con-
35 tra ortum Solis, ciuitates munitissimæ Asse-
D dim, Ser,& Emath,& Recchath,& Cenereth
36 *& Edema,& Arama, Asor,* & Cedes &
37 Edrai, Enhasor,* & Ieron,& Madalel: Horẽ
38 & Bethanath, & Bethsames: ciuitates decẽ
39 & nouẽ,& villæ earum.* Hæc est possessio
tribus filiorũ Nephtali per cognationes suas,
40 vrbes & viculi earum.* Tribui filiorum Dã
41 per familias suas egressa est sors septima:* &
fuit terminus possessionis eius Sara, & Est-
42 haol,& Hirsemes; id est, ciuitas Solis.* Selebin
43 & Aialõ,& Iethela,* Elõ,& Thena,& Acrõ,

Elthece, Gebbethon,& Balaath,& Iud,& 44
Bane,& Barach,& Gethremmon;*& Meiar-45
con,& Arecon, cũ termino,qui respicit Iop-46
pen,*& ipso fine concluditur. Ascenderunt-47
que filij Dan,& pugnauerunt contra Lesen,
ceperuntq. eam : & percusserunt eam in ore
gladij,& possederunt,& habitauerunt in ea,
vocantes nomen eius Lesem Dan , ex nomi-
ne Dan patris sui * Hæc est possessio tribus 48
filiorum Dan,per cognationes suas, vrbes,&
viculi earum *Cumq. complesset sorte diui-49
dere Terram singulis per tribus suas , dede-
runt filij Israel possessionem Iosue filio Nũ
in medio sui,* & iuxta præceptum Domini, 50
vrbem quam postulauit, Thamnath Saraa in
mõte Ephraim : & ædificauit ciuitatem,ha-
bitauitq. in ea. * Hæ sunt possessiones,quas 51
sorte diuiserunt Eleazar Sacerdos , & Iosue
filius Nun , & principes familiarum , ac tri-
buum filiorum Israel in Silo , coram Domi-
no ad ostium tabernaculi testimonij, partiti-
que sunt Terram .

CAP. XX.

ET locutus est Dominus ad Iosue,dicẽs : 1
Loquere filijs Israel,& dic eis: * Separa- A
″Nu.35. a.9. Deu.19. a.2. te vrbes fugitiuorum, ″ de quibus locutus sũ 2
ad vos per manum Moysi;* vt confugiat ad 3
eas quicumque animam percusserit nescius :
& possit euadere iram proximi,qui vltor est
sanguinis:*cum ad vnam harum confugerit 4
ciuitatum,stabit ante portam ciuitatis, & lo- B
quetur senioribus vrbis illius ea,quæ se com-
probent innocentem:sicque suscipient eum ,
& dabunt ei locum ad habitandum.* Cum- 5
que vltor sanguinis eum fuerit persecutus,
non tradent in manus eius:quia ignorans p-
cussit proximum eius, nec ante biduum, tri-
duum ve eius probatur inimicus.* Et habita- 6
bit in ciuitate illa , donec stet ante iudicium
causam reddens facti sui, & moriatur Sacer- C
dos magnus,qui fuerit in illo tempore : tunc
reuertetur homicida,& ingredietur ciuitatẽ,
& domum suam,de qua fugerat.* Decreue- 7
runtq. Cedes in Galilæa montis Nephtali,&
Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe,
ipsa est Hebron in monte Iuda * Et trãs Ior- 8
danem contra Orientalem plagam Iericho , D
″Deu.4. f.43. ″statuerunt Bosor , quæ sita est in campestri
solitudine de tribu Ruben , & Ramoth in
Galaad de tribu Gad, & Gaulõ in Basan de
tribu Manasse.* Hæ ciuitates constitutæ sũt 9
cunctis filijs Israel,& aduenis, qui habitabãt
inter eos : vt fugeret ad eas, qui animam ne-
scius percussisset,& non moreretur in manu
proximi , effusum sanguinem vindicare cu-
pientis,donec staret ante populum expositu-
rus causam suam .

CAP. XXI.

ACcesseruntq. principes familiarum Le- 1
ui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue A
filium Nun, & adduces cognationũ per sin-
2 gulas tribus filiorum Israel:*locutiq. sunt ad
eos in Silo Terræ Chanaan,atque dixerunt :
″Dñs præcepit per manum Moysi, vt darẽtur ″Nu.35. a.2.
nobis vrbes ad habitandum , & suburbana
3 earum ad alenda iumenta * Dederuntq. filij
Israel de possessionibus suis iuxta imperium
4 Dñi ciuitates,& suburbana earum.*Egressa-
que est sors in familiam Caath filiorum Aa-
ron sacerdotis de tribubus Iuda, & Simeon,
5 & Beniamin,ciuitates tredecim:*Et reliquis
filiorum Caath,id est, Leuitis,qui superfue-
rant de tribubus Ephraim , & Dan, & dimi-
6 dia tribu Manasse,ciuitates decem. * Porrò
filijs Gerson egressa est sors , vt acciperent
de tribubus Issachar,& Aser,& Nephtali,di-
midiaque tribu Manasse in Basan ciuita-
7 tes numero tredecim. * Et filijs Merari , per
cognationes suas de tribubus Ruben,& Gad
8 & Zabulon vrbes duodecim.*Dederuntque
filij Israel Leuitis ciuitates, & suburbana ea-
rum , sicut præcepit Dñs per manũ Moysi,
9 singulis sorte tribuentes * De tribubus filio-
B rum Iuda , & Simeon dedit Iosue ciuitates :
10 ″quarum ista sunt nomina,* filijs Aaron per
per familias Caath Leuitici generis (prima ″1. Par. 6.a.2.
11 enim sors illis egressa est.)*Cariatharbe pa-
tris Enac,quę vocatur Hebron,in monte Iu-
12 da,& suburbana eius per circuitum.*″ Agros
verò,& villas eius dederat Caleb filio Iepho- ″Sup.14. d.14.
13 ne ad possidẽdum.* Dedit ergo filijs Aaron
sacerdotis Hebrõ confugij ciuitatem, ac sub-
urbana eius : & Lobnam cum suburbanis
14 suis:*& Iether,& Estemo,*& Holon,& Da-
15 bir,*& Ain,& Ieta,& Bethsames, cum sub-
16 urbanis suis:ciuitates nouem de tribubus, vt
17 dictum est, duabus. * De tribu autem filio-
18 rum Beniamin, Gabaon,& Gabae,*& Ana-
thoth,& Almon,cum suburbanis suis:ciuita-
19 tes quatuor.* Omnes simul ciuitates filiorũ
Aaron sacerdotis,tredecim,cum suburbanis
20 suis. * Reliquis verò per familias filiorum
Caath Leuitici generis , hæc est data posses-
21 sio.*De tribu Ephraim vrbes confugij, Sichẽ
cum suburbanis suis in monte Ephraim , &
22 Gazer,*& Cibasim,& Beth horon cum sub-
23 urbanis suis ciuitates quatuor.*De tribu quo-
C que Dan, Eltheco,& Gabathon,* & Aialon,
24 & Gethremmon, cum suburbanis suis,ciui-
25 tates quatuor.* Porrò de dimidia tribu Ma-
nasse, Thanac,& Gethremmon, cum subur-
26 banis suis ciuitates duæ. * Omnes ciuitates
decem,& suburbana earum , datæ sunt filijs
27 Caath inferioris gradus.* Filijs quoq. Gersõ
Leuitici generis dedit de dimidia tribu Ma-
nasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan, &
Bosram,cum suburbanis suis,ciuitates duas.
28 * Porrò de tribu Issachar, Cesion, & Dabe-
29 reth,*& Iaramoth,& Engãni,cũ suburbanis
30 suis,ciuitates quatuor.* De tribu autẽ Aser,
31 Masal,& Abdõ,*& Helchath,& Rohob,cũ
32 suburbanis suis,ciuitates quatuor.* De tribu
quoq. Nephtali ciuitates confugij , Cedes in
Galilæa, & Hammoth Dor,& Carthan,cum
33 suburbanis suis,ciuitates tres.*Omnes vrbes
familiarum Gerson , tredecim, cum subur-
banis

banis suis.* Filijs autem Merari Leuitis infe- 34
rioris gradus p̃ familias suas data est de tri-
bu Zabulon, Iecnam, & Cartha, & Damnã, 35
& Naalol , ciuitates quatuor cum suburba-
nis suis . * De tribu Ruben vltra Iordanẽm 36
contra Iericho ciuitates refugij , Bosor in so- D
litudine, Misor,& Iaser,& Iethsõ,& Mepha-
ath , ciuitates quatuor cum suburbanis suis .
* De tribu Gad ciuitates confugij , Ramoth 37
in Galaad,& Manaim,& Hesebon,& Iazer,
ciuitates quatuor cum suburbanis suis . * 38
Omnes vrbes filiorum Merari per familias,
& cognationes suas,duodecim.* Itaque ciui- 39
tates vniuersæ Leuitarum in medio posses-
sionis filiorũ Israel fuerũt quadraginta octo
* cum suburbanis suis, singulæ per fami- 40
lias distributæ.* Deditq. Dominus Deus Is- 41
raeli omnem Terram , quam traditurum se
patribus eorum iurauerat:& possederunt il-
lam,atque habitauerunt in ea.*Dataq.est ab 42
eo pax in omnes per circuitũ nationes : nul-
lusque eis hostium resistere ausus est,sed cũ-
cti in eorum ditionem redacti sunt . * Ne 43
vnum quidem verbum , quod illis præstitu-
rum se esse promiserat , irritum fuit, sed re-
bus expleta sunt omnia .

CAP. XXII.

EOdem tempore vocauit Iosue Rubeni- 1
tas, & Gaditas, & dimidiam tribũ Ma- A
nasse,* dixitque ad eos : Fecistis omnia,quæ 2
præcepit vobis Moyses famulus Domini :
mihi quoque in omnibus obedistis, * nec re- 3
liquistis fratres vestros longo tempore , vsq.
in præsentem diem,custodientes imperium
Domini Dei vestri. * Quia igitur dedit Do- 4
minus Deus vester fratribus vestris quietem
& pacem, sicut pollicitus est : reuertimini, &
ite in tabernacula vestra,& in terram posses-
″Nu.32. f.31. Sup. 13. b.8. sionis , ″quam tradidit vobis Moyses famu-
lus Domini trans Iordanem:* ita dumtaxat, 5
vt custodiatis attentè, & opere compleatis
mandatum , & legem quam præcepit vobis
Moyses famulus Domini, vt diligatis Do-
minum Deum vestrũ , & ambuletis in om-
nibus vijs eius, & obseruetis mandata illius,
adhæreatisque ei , ac seruiatis in omni cor- B
de,& in omni anima vestra * Benedixitque 6
eis Iosue, & dimisit eos . Qui reuersi sunt in
tabernacula sua . * Dimidiæ autẽ tribui Ma- 7
nasse possessionẽ Moyses dederat in Basan;
idcirco mediæ,quę superfuit,dedit Iosue sor
tem inter cęteros fratres suos trans Iordanẽ
ad Occidentalem plagam. Cumque dimitte-
ret eos in tabernacula sua, & benedixisset
eis,* dixit ad eos : In multa substantia,atque 8
diuitijs reuertimini ad sedes vestras,cum ar
gento,& auro,ære,ac ferro,& veste multipli-
ci : diuidite prædam hostium cum fratribus
vestris.* Reuersiq. sunt,& abierunt filij Ru- 9
ben,& filij Gad, & dimidia tribus Manasse,
à filijs Israel de Silo,quæsita est in Chanaan,
vt intrarẽt Galaad Terram possessionis suę,
quam obtinuerant iuxta imperium Domini
10 in manu Moysi.* Cumque venissent ad tu-
C mulos Iordanis in Terram Chanaan, ędifi-
cauerunt iuxta Iordanẽ altare infinitæ ma-
11 gnitudinis. * Quod cũ audissent filij Israel.
& ad eos certi nuncij detulissent ædificasse
filios Ruben,& Gad,& dimidiæ tribus Ma-
nasse altare in Terra Chanaan, super Iorda-
12 nis tumulos, contra filios Israel: * conuene-
runt omnes in Silo, vt ascenderent, & dimi-
13 carent contra eos. * Et interim miserunt ad
illos in Terram Galaad Phinees filiũ Elea-
14 zari sacerdotis , * & decem principes cũ eo,
15 singulos de singulis tribubus.* Qui venerũt
ad filios Rubẽ,& Gad, & dimidiæ trib. Ma-
nasse in Terram Galaad, dixeruntq.ad eos :
16 * Hæc mandat omnis populus Domini :
Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Do-
minum Deum Israel , ædificantes altare sa-
17 crilegum , & à cultu illius recedentes : * An
D parum vobis est,″ q; peccastis in Beelphegor ″Nu.25. a.4.
& vsque in præsentem diem macula huius
sceleris in nobis permanet,multique de po- Deut.4.
18 pulo corruerunt . * Et vos hodie reliquistis a.3.
Dñm , & cras in vniuersum Israel ira eius
19 desæuiet. * Quòd si putatis immũdam esse
terrã possessionis vestræ,trãsite ad Terram,
in qua tabernaculum Domini est , & habita-
te inter nos : tantum, vt à Domino, & à no-
stro consortio non recedatis , ædificato alta-
20 ri præter altare Domini Dei nostri.* ″ Non- ″Sup.7.
ne Achan filius Zare præterijt mandatum a.1.
Domini , & super omnem populũ Israel ira
eius incubuit ? Et ille erat vnus homo,atque
21 vtinã solus perijsset in scelere suo. * Respõ-
deruntq. filij Ruben, & Gad, & dimidia tri-
bus Manasse principibus legationis Israel :
22 * Fortissimus Deus Dominus , Fortissimus
Deus Dñs, ipse nouit, & Israel simul intelli-
E get : si præuaricationis animo , hoc altare cõ-
struximus , non custodiat nos , sed puniat
23 nos in præsenti : * & si ea mente fecimus, vt
holocausta,& sacrificium, & pacificas vi-
ctimas super eo imponeremus, ipse quærat,
24 & iudicet : * & non ea magis cogitatione at-
que tractatu, vt diceremus: Cras dicent filij
vestri filijs nostris . Quid vobis,& Domino
25 Deo Israel ? * terminum posuit Dñs inter
nos,& vos, ò filij Ruben,& filij Gad, Iorda-
nẽ fluuium : & idcirco partem nõ habetis in
Domino . Et per hanc occasionem auertent
filij vestri filios nostros à timore Domini.
26 Putauimus itaque melius,* & diximus: Ex-
F truamus nobis altare , non in holocausta ,
27 neque ad victimas offerendas,* sed in testi-
moniũ inter nos,& vos,& sobolem nostram
vestramque progeniem, vt seruiamus Dño,
& iuris nostri sit offerre , & holocausta , &
victimas,& pacificas hostias : & nequaquam
dicant cras filij vestri filijs nostris: Non est
28 vobis pars in Domino.* Quòd si voluerint
dicere,respondebunt eis: Ecce altare Domi-
ni, quod fecerunt patres nostri, non in holo-
causta , neque in sacrificium, sed in testimo-
29 nium nostrum, ac vestrum . * Absit à nobis
hoc scelus , vt recedamus à Domino, & eius

vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculũ eius.* Qui- 30
bus auditis. Phinees sacerdos,& principes legationis Israel, qui erãt cum eo,placati sunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse, libentissime susceperũt. G
* Dixitque Phinees filius Eleazari sacerdos 31
ad eos: Nunc scimus,quòd nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis à præuaricatione hac,& liberastis filios Israel de manu Domini. * Reuersusque est cum principibus à 32
filijs Rubẽ, & Gad de terra Galaad, finium Chanaan ad filios Israel, & retulit eis.* Placuitque sermo cunctis audientibus. Et 33
laudauerunt Deum filij Israel, & nequaquam vltra dixerunt, vt ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent Terram possessionis eorum.* Vocaueruntque filij Ru- 34
ben, & filij Gad altare, quod extruxerant, Testimonium nostrum, quòd Dominus ipse sit Deus.

CAP. XXIII.

E Voluto autem multo tempore, postquã 2
pacem dederat Dominus Israeli, subie- A
ctis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iã
longæuo, & persenilis ætatis:* vocauit Iosue 2
omnem Israelem, maioresque natu, & principes,ac duces,& magistros,dixi que ad eos: Ego senui,& progressioris ætatis sum:* vos- 3
que cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit: * & nunc, quia vobis sorte diuisit omnem 4
Terram, ab Orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes: * Dominus Deus vester di- 5
sperdet eas,& auferet à facie vestra, & possi- B
debitis Terram, sicut vobis pollicitus est. * tantum confortamini, & estote soliciti, vt 6
custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis neque ad dexteram,neque ad sinistram:* ne 7
postquam intraueritis ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum,& seruiatis eis,& adoretis illos: * sed 8
adhæreatis Domino Deo vestro: quod fecistis vsq. in diem hanc. * Et tunc auferet Do- 9
minus Deus in conspectu vestro gentes magnas,& robustissimas,& nullus vobis resitte- C
re poterit. * Vnus è vobis persequetur ho- 10
stium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.* Hoc tantum diligentissimè præcauete, 11
vt diligatis Dñm Deum vestrum. * Quod 12
si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant,erroribus adhærere,& cum eis miscere connubia:atq.amicitias copulare:* iam 13
nunc scitote,quòd Dominus Deus vester nõ eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foueam,ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris,do
D nec vos auferat, atq. disperdat de Terra hac
14 optima,quam tradidit vobis.* " En ego ho- " 3. Reg.
die ingredior viam vniuersæ terræ, & toto 2.a.2.
animo cognoscetis, quòd de omnib.verbis, quæ se Dominus præstiturũ vobis esse polli-
15 citus est,vnum non præterierit incassũ.* Sicut ergo impleuit opere, quod promisit, & prospera cuncta venerunt:sic adducet super vos quidquid malorũ comminatus est, donec vos auferat, atq. disperdat de Terra hac
16 optima,quam tradidit vobis,* eo quod pręterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: citò atq. velociter cõsurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima, quam tradidit vobis.

CAP. XXIV.

1 C Ongregauitque Iosue omnes tribus Is-
A rael in Sichen, & vocauit maiores natu,
ac principes, & iudices, & magistros: stete-
2 runtque in conspectu Domini:* & ad popu-
lum sic locutus est: Hęc dicit Dominus Deus Israel: Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abrahã, & Na-
3 chor: seruieruntque dijs alienis.* " Tuli ergo " Gen.11
patrem vestrũ Abraham de Mesopotamiæ d.26.
finibus:& adduxi eum in Terram Chanaã:
4 multiplicauitque semen eius: * " & dedi ei " Gen.21
Isaac: " Illique rursum dedi Iacob,& Esau. a.2.
E quibus, Esau dedi montem Seir ad possi- " Ge.25.
dendum: " Iacob verò,& filij eius descende- d.26.
5 runt in Ægyptum. * " Misique Moysen, " Ge.35.
B & Aarõ,& percussi Ægyptum multis signis, a.8.
6 atque portentis. * Eduxitq vos,& patres ve- " Ge.45.
stros de Ægypto,& venistis ad mare: persecutique sunt; Ægypti patres vestros cũ cur- a.6. " Exo.
ribus, & equitatus, vsque ad Mare rubrum. c. 10. &
7 * Clamauerunt autem ad Dominum filij Is- 12. f.37.
rael: " qui posuit tenebras inter vos, & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit b.9. " Ex.14.
eos. Viderunt oculi vestri cuncta,quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine
8 multo tempore: * & introduxi vos in Terrã Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. " Cumq. pugnarent contra vos, tradidi,eos " Nu.21.
in manus vestras, & possedistis Terram eo- e.29.
9 rum,atque interfecistis eos. * " Surrexit autẽ " Nu.22.
Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit a.5.
C cõtra Israelem. Misitque,& vocauit Balaam
10 filiũ Beor,vt malediceret vobis:* & ego nolui audire eum, sed è contrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius.
11 * " Transistisq., Iordanem, & venistis ad Ie- " Sup.
richo. Pugnaueruntque contra vos viri ciui- d. 14.&
tatis eius,Amorrhæus,& Pherezęus,& Cha- 6.a.1.&
nanæus, & Hethæus, & Gergesæus, & He- 11.a.3.
uæus,& Iebusæus: & tradidi illos in manus " Sup.
12 vestras; * " Misitque ante vos crabrones: & d.20.
eieci eos de locis suis,duos reges Amorrhęo- Exo.23.
13 rum,non in gladio, nec in arcu tuo. * Dedi- f.28.
que vobis Terram, in qua non laborastis, & Deut.7.
vrbes,quas non ædificastis, vt habitaretis in c.20.
eis; vineas, & oliueta, quæ non plantastis.

" 1.Reg. * " Nunc ergo timete Dominum, & seruite 14
7.a.5. ei perfecto corde,atque verissimo,& auferte
Tob. 14. deos, quib.seruierunt patres vestri in Meso- D
c.10. potamia, & in Ægypto, & seruite Domino
* Sin autẽ malum vobis videtur, vt Domi- 15
no seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis, vtrum dijs,quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an dijs Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis ego autem, & domus mea seruiemus Dño. * Respon- 16
ditq. populus, & ait: Absit à nobis, vt relinquamus Dominum, & seruiamus dijs alienis.* Dominus Deus noster ipse eduxit nos, 17
& patres nostros de Terra Ægypti,de domo seruitutis: feciteq. videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via,per quã ambulauimus,& in cunctis populis,per quos transiuimus.* Et eiecit vniuersas gentes, A- 18
morrhæum habitatorem Terræ, quam nos intrauimus. Seruiemus igitur Domino, quia F
ipse est Deus noster.* Dixitque Iosue ad po- 19
pulum: Nõ poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris,atque peccatis.* Si 20
dimiseritis Dominũ, & seruieritis dijs alienis, conuertet se: & affliget vos, atque subuertet postquã vobis præstiterit bona. * Di- 21
xitque populus ad Iosue: Nequaquam ita,vt loqueris,erit,sed Domino seruiemus.* Et Io- 22
sue ad populum, Testes,inquit,vos estis,quia ipsi elegeritis vobis Dominum, vt seruiatis ei. Responderuntque. Testes. * Nunc er- 23
go, ait, auferte deos alienos de medio ve-
F stri, & inclinate corda vestra ad Dominum
24 Deum Israel. * Dixitque populus ad Iosue: Domino Deo nostro seruiemus, & obedien-
25 tes erimus præceptis eius. * Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo
26 præcepta,atque iudicia in Sichem. * Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem, posuitq eum subter quercum, quæ erat in san-
27 ctuario Domini:* & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quod audierit omnia verba Domini,quæ locutus est vobis? ne fortè postea negare veli-
28 tis, & mentiri Domino Deo vestro. * Dimisitq. populum, singulos in possessionẽ suam.
29 * Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini,cẽtum, & decem annorum:
30 * sepelieruntq. eum in finibus possessionis G suæ in Thamnathsare, quæ est sita in monte Ephraim, à Septentrionali parte montis
31 Gaas. * Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosue,& seniorũ, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerunt omnia " Gen.50
32 opera Domini,quæ fecerat in Israel. * " Ossa d.25.
quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Exo.13.
Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte a- d.19.
gri, " quem emerat Iacob à filijs Hemor pa- " Ge.33.
tris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit d.19.
33 in possessionem filiorum Ioseph. * Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

LIBER IVDICVM,

HEBRAICE SOPHETIM.

CAPVT PRIMVM.

POST mortem Iosue con- 1
suluerunt filij Israel Do- A
minum, dicentes: Quis
ascendet ante nos con-
tra Chananæum, & erit
dux belli? * Dixitque 2
Dominus: Iudas ascen-
det: ecce tradidit terram in manus eius. * Et 3
ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende me-
cum in sortem meam, & pugna contra Cha-
nanæum, vt & ego pergam tecum in sortem
tuam. Et abijt cum eo Simeon. * Ascendit- 4
que Iudas, & tradidit Dominus Chana-
næum, ac Pherezæum in manus eorum: &
percusserunt in Bezec decem milia viro-
rum. * Inueneruntque Adonibezec in Be- 5
zec, & pugnauerunt contra eum, ac percus- B
serunt Chananæum, & Pherezæum. * Fu- 6
git autem Adonibezec: quem persecuti
comprehenderunt, cæsis summitatibus ma-
nuum eius ac pedum. * Dixitque Adonibe- 7
zec: Septuaginta reges amputatis manuum
ac pedũ summitatibus colligebant sub mẽ-
sa mea ciborũ reliquias: sicut feci, ita red-
didit mihi Deus. Adduxeruntq. eum in Ieru-
salem, & ibi mortuus est. * Oppugnantes er- 8
go filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & per
cusserunt in ore gladij, tradentes cunctam
incendio ciuitatem. * Et postea descẽdentes 9
pugnauerunt cõtra Chananæum, qui habi-
tabat in montanis, & ad meridiẽ, & in cam-
10 pestrib. * ″ Pergensq. Iudas contra Chana- C ″ Ios. 15.
næũ, qui habitabat in Hebron, (cuius nomẽ c. 13.
fuit antiquitus Cariath Arbe) percussit Se-
11 sai, & Ahiman, & Tholmai: * atq. inde pro-
fectus abijt ad habitatores Dabir, cuius no-
men verus erat Cariat Sepher, id est, ciuitas
12 literarũ. * Dixitq. Caleb: Qui percusserit Ca-
riath Sepher, & vastauerit eã, dabo ei Axam
13 filiam meam vxorem: * Cumq. cepisset eã
Othoniel filius. Cenex frater Caleb minor,
14 dedit ei Axam filiam suam coniugem. *
Quam pergẽtem in itinere monuit vir suus
vt peteret a patre suo agrum. Quæ cũ suspi-
rasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid
15 habes? * At illa respondit: Da mihi benedi- D
ctionem, quia terram arẽtẽ dedisti mihi: da
& irriguã aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguũ
16 superius, & irriguum inferius. * Filij autem
Cinæi cognati Moysi ascenderũt de ciuitate
palmarum, cum filijs Iuda in desertũ sortis
eius, quod est ad meridiem Arad. & habita-
17 uerunt cum eo. * Abijt autem Iudas cum
Simeone fratre suo, & percusserunt simul
Chananeũ, qui habitabat in Sephaath, & in-
terfecerunt eum. Vocatũque est nomen vr-
18 bis, Horma, id est, anathath. * Cepitq. Iudas
Gazam cũ finibus suis, & Ascalonem, atque
19 Accaron cum terminis suis: * Fuitque Dñs
cum Iuda, & montana possedit: nec potuit
delere

delere habitatores vallis, qa falcatis currib. E
abundabant. * Dederuntq. Caleb Hebeon, ″ 20
sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres
filios Enac. * Iebuseum aũt habitatorẽ Ieru- 21
salem non deleuerunt filij Beniamin: habi-
tauitq. Iebusæus cum filijs Beniamin in Ie-
rusalem, vsq. in præsentem die. * Domus 22
quoq. Ioseph ascendit in Bethel, fuitq. Domi
nus cum eis. * Nam cum obsiderent vrbẽ, 23
quæ prius Luza vocabatur, * viderunt ho- 24
minem egredientem de ciuitate, dixeruntq.
ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis,
& faciemus tecum misericordiam. * Qui cũ 25
ostendisset eis, percusserũt vrbem in ore gla
dij: hominem aũt illum, & oẽm cognatio-
nem eius dimiserunt. * Qui dimissus, abijt 26
in Terram Hetthim, & ædificauit ibi ciuita- F
tem, vocauitq. eã Luzã: q̃ ita appellatur vsq.
in præsentem diem. * Manasses quoque nõ 27
deleuit Bethsan, & Thanac cũ viculis suis,
& habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo
cum viculis suis, cœpitq. Chananæus habita-
re cum eis. * Postquam autẽ confortatus est 28
Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit.
* Ephraim ẽt non interfecit Chananæũ, qui 29
habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. * 30
Zabulon non deleuit habitatores Cetron, &
Naalol: sed habitauit Chananæus in medio
eius, factusq. est ei tributarius. * Aser quoque 31
non deleuit habitatores Accho, & Sidonis,
Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, &
Rohob: * habitauitque in medio Chananæi 32
habitatoris illius terræ, nec interfecit eum,
* Nephthali quoque non deleuit habitato- 33
res Bethsames, & Bethanath: & habitauit in-
ter Chananæum, habitatorem Terræ, fue-
runtque ei Bethsamitæ, & Bethanitæ tribu-
tarij. * Arctauitque Amorrhæus filios Dan 34
in monte, nec dedit eis locum vt ad planio-
ra descenderent: * habitauitq. in monte Ha- 35
res, quod interpretatur testaceo, in Aialon, &
Salebim. Et aggrauata est manus domus Io-
seph, factusq. est ei tributarius. * Fuit autem 36
terminus Amorrhæi ab Ascensu Scorpio-
nis, petra, & superiora loca.

CAP. II.

ASCenditq. Angelus Domini de Galgalis 1
ad Locum flentium, & ait: Eduxi vos A
de Ægypto, & introduxi in Terrã, pro qua
iurauí patrib. vestris: & pollicitus sum, vt
non facerem irritum pactum meum vobi-
scum in sempiternum: * ita dũtaxat vt non 2
feriretis fœdus cum habitatorib. Terræ hu-
ius, sed aras eorũ subuertteretis: & noluistis
audire vocẽ meam: cur hoc fecistis? * Quã 3
ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt ha-
beatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruí-
nam. * Cumque loqueretur Angelus Domi- 4
ni hæc verba ad omnes filios Israel: eleuaue-
runt ipsi vocem suam, & fleuerunt. * Et vo- 5
catum est nomen loci illius: Locus flentiũ, B
siue lacrymarum: immolaueruntque ibi ho-
stias Domino. * ″ Dimisit ergo Iosue popu- 6
lum, & abierunt filij Israel vnusquisque in
possessionem suam, vt obtinerent eam: * ser 7
uieruntque Domino cunctis diebus eius, &
seniorum, qui longo post eum vixerũt tẽ-
pore, & nouerãt omnia opera Domini, quæ
fecerat cum Israel. * Mortuus est autem Io- 8
sue filius Nun, famulus Domini, centũ, &
decem annorum, * & sepelierunt eum in fi- 9
nibus possessionis suæ in Thamnathsarein
monte Ephraim, a Septentrionali plaga mõ
tis Gaas. * Omnisq. illa generatio cõgregata 10
est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui nõ
nouerant Dominum, & opera quæ fecerat
cum Israel. * Feceruntque filij Israel malũ 11
in conspectu Domini, & seruierunt Baalim.
* Ac dimiserunt Dominum Deum patrum 12
C suorum, qui eduxerat eos de Terra Ægy-
pti: & secuti sunt deos alienos, deosque po-
pulorum, qui habitabant in circuitu eorum,
& adorauerunt eos: & ad iracundiã conci-
tauerunt Dominum, * dimittentes eum, & 13
seruientes Baal, & Astaroth. * Iratusq. Do-
minus contra Israel, tradidit eos in manus
diripientium: qui ceperunt eos, & vendide-
runt hostibus, qui habitabant per gyrũ: nec
potuerunt resistere aduersarijs suis: * sed 15
quocumque pergere voluissent, manus Dñi
super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis
& vehementer afflicti sunt. * Suscitauitque 16
Dominus iudices, qui liberarent eos de va-
stãtium manibus: sed nec eos audire volue-
runt, * fornicantes cum dijs alienis, & ado- 17
rantes eos. Citò deseruerunt viam, per quã
ingressi fuerant patres eorum: & audientes
mandata Domini, omnia fecere contraria.
* Cumque Dominus iudices suscitaret, in 18
D diebus eorum flectebatur misericordia, &
audiebat afflictorum gemitus, & liberabat
eos de cæde vastantium * Postquam autem 19
mortuus esset iudex, reuertebãtur, & multo
faciebant peiora, quam fecerant patres eorũ
sequentes deos alienos, seruientes eis, & ado
rantes illos. Non dimiserunt adinuentiones
suas, & viam durissimam, per quam ambu
lare consueuerunt. * Iratusq. est furor Dñi 20
in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista
pactum meum, quod pepigeram cum patri-
bus eorum, & vocem meam audire cõtem-
psit: * & ego non delebo gentes, quas dimi- 21
sit Iosue, & mortuus est: * vt in ipsis expe- 22
rias Israel, vtrum custodiant viam Domi-
ni, & ambulent in ea, sicut custodierunt pa-
tres eorum, an non. * Dimisit ergo Dñs 23
omnes nationes has, & citò subuertere no-
luit, nec tradidit in manus Iosue.

CAP. III.

HÆ sunt gentes, quas Dominus dereli- 1
quit, vt erudiret in eis Israelem, & om
A nes, qui non nouerant bella Chananæorum:
* vt postea discerent filij eorum certare cũ 2
hostibus, & habere consuetudinem prælian-
di: * quinque satrapas Philisthinorum, om- 3
nemque Chananæum, & Sidonium, atque
Heuæũ, qui habitabat in monte Libano, de
monte

*Nu. 14. d. 24. Ios. 15. c. 14.

*Ios. 24. g. 28.

monte Baal Hermon vsque ad introitum
Emath. * Dimisitque eos, vt in ipsis ex- 4
periretur Israelem, vtrum audiret manda-
ta Domini, quæ præceperat patribus eorum
per manum Moysi, an non. * Itaque filij I- 5
srael habitauerunt in medio Chananæi, &
Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & He-
uæi, & Iebusæi: * & duxerunt vxores filias 6
eorum, ipsique filias suas filijs eorum tradi-
derunt, & seruierunt dijs eorum. * Fecerunt 7
que malum in conspectu Domini, & obliti
sunt Dei sui, seruientes Baalim, & Astaroth.
* Iratusque contra Israel Dominus, tradidit 8
eos in manus Chusan Rasathaim regis Me-
sopotamiæ, seruieruntque ei octo annis. * 9
Et clamauerunt ad Dominum: qui suscita- B
uit eis saluatorem, & liberauit eos, Otho-
niel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb
minorem: * fuitque in eo spiritus Domini, 10
& iudicauit Israel. Egressusque est ad pu-
gnam, & tradidit Dominus in manus eius
Chusan Rasathaim regem Syriæ, & oppres-
sit eum. * Quieuitque terra quadraginta an- 11
nis, & mortuus est Othoniel filius Cenez.
* Addiderunt autem filij Israel facere ma- 12
lum in cōspectu Domini: qui cōfortauit ad
uersum eos Eglon regem Moab: quia fece-
runt malum in conspectu eius. * Et copula- 13
uit ei filios Ammon, & Amalec: abijtque, &
percussit Israel, atque possedit Vrbem pal-
marum. * Seruieruntque filij Israel Egion 14
regi Moab decem, & octo annis: * & postea 15
clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit
eis saluatorem vocabulo Aod, filium Ge-
ra, filij Iemini, qui vtraque manu pro dex-
tera vtebatur. Miseruntque filij Israel per il- C
lum munera Eglon regi Moab. * Qui fecit 16
sibi gladium ancipitem, habentem in me-
dio capulum longitudinis palmæ manus,
& accinctus est eo subter sagum in dextro
femore. * Obtulitque munera Eglon regi 17
Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. * 18
Cumque obtulisset ei munera, prosecutus
est socios, qui cum eo venerant. * Et reuer- 19
sus de Galgalis, vbi erant idola, dixit ad Re-
gem: Verbum secretum habeo ad te ò Rex.
Et ille imperauit silentium: egressisque om-
nibus, qui circa eum erant, * ingressus est 20
Aod ad eum: sedebat autem in æstiuo cena-
culo solus, dixitque: Verbum Dei habeo ad
te. Qui statim surrexit de throno. * Exten- 21
ditque Aod sinistram manum, & tulit sicā
de dextero femore suo, infixitq. eam in vē-
tre eius * tam validè, vt capulus sequeretur 22
ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe
stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita vt
percusserat, reliquit in corpore: statimq. per
secreta naturæ alui stercora proruperunt. * 23
Aod autē clausis diligentissimè ostijs cena-
culi, & obfirmatis sera, * per posticum egres- 24
sus est. Seruique regis ingressi viderunt clau- D
sas fores cœnaculi, atque dixerunt: Forsitan
purgat aluum in æstiuo cubiculo. * Expe- 25
ctantesque diu, donec erubescerent, & vidē-
tes quod nullus aperiret, tulerunt clauem;
& aperientes inuenerunt dominum suum
26 in terra iacentem mortuum. * Aod autem,
dum illi turbarentur effugit, & pertransijt
Locum idolorum, vnde reuersus fuerat.
27 Venitq. in Seirath: * & statim insonuit buc-
cina in monte Ephraim: descenderuntq cū
28 eo filij Israel, ipso in fronte gradiente. * Qui
dixit ad eos: Sequimini me tradidit enim
Dominus inimicos nostros Moabitas in ma
nus nostras. * Descenderuntq. post eum, &
occupauerunt vada Iordanis, quæ transmit-
tunt in Moab: & non dimiserunt transire
29 quemquam: * sed percusserunt Moabitas in
tempore illo, circiter decem millia, omnes
robustos, & fortes viros, nullus eorum eua-
30 dere potuit. * Humiliatusque est Moab in
die illo sub manu Israel: & quieuit Terra
31 octoginta annis. * Post hunc fuit Samgar
filius Anath, qui percussit de Philisthijm sex
centos viros vomere: & ipse quoque defen-
dit Israel.

CAP. IIII.

1 A Addideruntque filij Israel facere malū
in conspectu Domini post mortem
2 Aod, * // & tradidit illos Dominus in manus // 1. Reg. 12. b. 9.
Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor:
habuitque ducem exercitus sui nomine Si-
saram, ipse autem habitabat in Haroseth
3 gētium. * Clamaueruntque filij Israel ad Do
minum: nongentos enim habebat falcatos
currus, & per viginti annos vehementer op
4 presserat eos. * Erat autem Debbora Pro-
phetissa vxor Lapidoth, q̄ iudicabat popu-
5 lum in illo tēpore. * Et sedebat sub palma,
quæ nomine illius vocabatur, inter Rama,
& Bethel in monte Ephraim: ascendebant-
6 que ad eam filij Israel in omne iudicium. *
Quæ misit, & vocauit Barac filium Abinoē
de Cedes Nephthali, dixitque ad eum: Præ-
B cepit tibi Dñs Deus Israel, vade, & duc
exercitum in montem Thabor. tollesq. te-
cum decē millia pugnatorum de filijs Ne-
7 phthali, & de filijs Zabulon: * ego autem ad-
ducam ad te in loco torrentis Cison, Sisarā
principē exercitus Iabin, & currus eius, atq.
omnem multitudinem, & tradam eos in
8 manu tua. * Dixitque ad eam Barac: Si venis
mecū, vadā: si nolueris venire mecū, non p-
9 gam. * Quæ dixit ad eū. Ibo quidem tecum,
sed in hac vice victoria non reputabitur ti-
bi, quia in manu mulieris tradetur Sisara.
Surrexit itaque Debbora, & perrexit cū Ba-
10 rac in Cedes. * Qui accitis Zabulon, & Ne-
phthali, ascendit cum decem millibus pu-
gnatorum, habens Debboram in comitatu
11 suo. * Haber autem Cineus recesserat quon-
dam à ceteris Cinæis fratribus suis filijs Ho
bab, cognati Moysi, & tetenderat tabernacu-
la vsque ad vallem, quæ vocatur Sennim, &
12 erat iuxta Cedes. * Nunciatumq. est Sisaræ
quod ascendisset Barac filius Abinoem, in
13 monte Thabor: * & congregauit nongentos
falcatos currus, & omnem exercitū de Ha-
14 roseth gentiū ad torrentem Cison. * Dixitq.
Deb-

Debbora ad Barac: Surge, hæc est enim dies,
in qua tradidit Dominus Sisaram in manus C
tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit ita-
que Barac de monte Thabor, & decem mil-
// Ps. 82. 6, 10. lia pugnatorum cum eo. * // Perterruitque 15
Dominus Sisaram, & omnes currus eius,
vniuersamq. multitudinem in ore gladij ad
conspectum Barac: in tantum, vt Sisara de
curru desiliens, pedibus fugeret, * & Barac 16
persequeretur fugiētes currus, & exercitum
vsque ad Haroseth gentium, & omnis ho-
stium multitudo vsq. ad internecionem ca-
deret. * Sisara autem fugiens peruenit ad 17
tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat
enim pax inter Iabin regem Azor, & do-
mum Haber Cinæi. * Egressa igitur Iahel 18
in occursum Sisaræ, dixit ad eum: Intra ad
me domine mi: intra, ne timeas. Qui ingres-
sus tabernaculum eius, & opertus ab ea pal-
lio, * dixit ad eam: Da mihi, obsecro, paulu- 19
lū aquæ, quia sitio valde; Quæ aperuit vtrē
lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.
* Dixitq Sisara ad eam: Sta ante ostium ta- 20
bernaculi: & cum venerit aliquis interro- D
gans te, & dicens: Numquid hic est aliquis?
Respondebis: Nullus est. * Tulit itaque Ia- 21
bel vxor Haber clauū tabernaculi, assumens
pariter, & malleum: & ingressa abscondit è,
& cum silentio posuit supra tempus capitis
eius clauum, percussumque malleo defixit
in cerebrum vsque ad terram; qui soporem
morti consocians defecit, & mortuus est.
* Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat: 22
egressaque Iahel in occursum eius, dixit ei,
Veni, & ostendam tibi virum, quem quæris.
Qui cum intrasset ad eam, vidit Sisaram ia-
centem mortuum, & clauum infixum in tē-
pore eius. * Humiliauit ergo Deus in die il- 23
lo Iabim regem Chanaā coram filijs Israel:
24 * qui crescebant quotidie, & forti manu op-
primebant Iabin regem Chanaan, donec de-
lerent eum.

CAP. V.

1 A Cecineruntque Debbora, & Barac filius
Abinoem in illo die dicentes.
2 * Qui sponte obtulistis de Israel animas
vestras ad periculum, benedicite Domino.
3 * Audite reges, auribus percipite principes,
Ego sum, ego sum quæ Domino canā, psal-
lam Domino Deo Israel.
4 * Domine cum exires de Seir, & transires
per regiones Edom: terra mota est, cæliq. ac
nubes distillauerunt aquis.
5 * Montes fluxerunt à facie Domini; & Si-
nai à facie Domini Dei Israel.
6 * In diebus Samgar filij Anath, in diebus Ia
hel quieuerunt semitæ: & qui ingredieban-
tur per eas, ambulauerunt per calles deuios.
7 * Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerūt,
donec surgeret Debbora, surgeret mater in
Israel.
8 * Noua bella elegit Dominus, & portas ho
stium ipse subuertit; clypeus, & hasta si ap-
paruerint in quadraginta millibus Israel.
9 * Cor meum diligit principes Israel: qui p-
B pria voluntate obtulistis vos discrimini, be-
nedicite Domino.
10 * Qui ascenditis super nitentes asinos, &
sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loqui-
mini.
11 * Vbi collisi sunt currus, & hostiū suffoca-
tus est exercitus, ibi narrētur iustitiæ Dñi, &
clementia in sortes Israel: tunc descendit po-
pulus Dñi ad portas, & obtinuit principatū.

Sur-

*Surge,ſurge,Debbora,ſurge,ſurge, & lo- 12
quere canticum:ſurge Barac, & apprehende
captiuos tuos fili Abinoen.
* Saluatæ ſunt reliquiæ populi, Dominus 13
in fortibus dimicauit.
* Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & 14
poſt eum ex Beniamin in populos tuos ò
Amalec:de Machir principes deſcenderunt,
& de Zabulon,qui exercituum ducerent ad
bellandum.
* Duces Iſſachar fuere cum Debbora, & 15
Barac veſtigia ſunt ſecuti, qui quaſi in præ-
ceps ac Barathrum te diſcrimini dedit: diui-
ſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta
eſt contentio.
* Quare habitas inter duos terminos, vt 16
audias ſibilos gregum: diuiſo contra ſe Ru-
C ben, magnanimorum reperta eſt conten-
tio.
* Galaad trans Iordanem quieſcebat, & 17
Dan vacabat nauibus: Aſer habitabat in lit-
tore maris,& in portubus morabatur.
*Zabulon verò,& Nephthali obtulerunt 18
animas ſuas morti in regione Merome.
* Venerunt reges,& pugnauerunt,pugna 19
uerunt reges Chanaan in Thanach iuxta a-
quas Maggedo, & tamen nihil tulere præ-
dantes.
* De cælo dimicatum eſt contra eos: ſtel- 20
læ manantes in ordine,& curſu ſuo, aduer-
ſus Siſaram pugnauerunt.
* Torrens Ciſon traxit cadauera eorum, 21
torrens Cadumim,torrens Ciſon: conculca
anima mea robuſtos.
* Vngulæ equorum ceciderunt, fugienti- 22
bus impetu, & per præceps ruentibus fortiſ-
ſimis hoſtium.
* Maledicite terræ Metox, dixit Angelus 23
Domini:maledicite habitatoribus eius, quia
non venerunt ad auxilium Domini,in adiu-
torium fortiſſimorum eius.
* Benedicta inter mulieres Iahel vxor Ha 24
ber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo D
ſuo.
* Aquam petenti lac dedit, & in phiala 25
principum obtulit butyrum.
* Siniſtram manum miſit ad clauum, & 26
dextram ad fabrorum malleos, percuſſitque
Siſaram quærens in capite vulneri locum,
& tempus validè perforans.
* Inter pedes eius ruit:defecit,& mortuus 27
eſt: voluebatur ante pedes eius, & iacebat e-
xanimis,& miſerabilis.
* Per feneſtram reſpiciens, vlulabat ma- 28
ter eius:& de cænaculo loquebatur: Cur mo-
ratur regredi currus eius? quare tardauer-
unt pedes quadrigarum illius:
* Vna ſapiẽtior ceteris vxoribus eius, hæc 29
ſocrui verba reſpondit:
* Forſitan nunc diuidit ſpolia,& pulcher- 30
rima feminarum eligitur ei: veſtes diuer-
ſorum colorum Siſaræ traduntur in præ-
dam, & ſupellex varia ad ornanda colla con
geritur.
* Sic pereant omnes inimici tui Domine: 31
qui autem diligunt te, ſicut Sol in ortu ſuo
ſplendet,ita rutilent.
32 * Quieuitq. terra per quadraginta annos.

CAP. VI.

1 A FEcerunt autem filij Iſrael malum in con
ſpectu Domini: qui tradidit illos in ma-
2 nu Madian ſeptem annis, * & oppreſſi ſunt
valde a beis. Feceruntq ſibi antra,& ſpelun-
cas in mõtibus,& munitiſſima ad repugnan-
3 dum loca * Cumque ſeuiſſet Iſrael, aſcẽde-
bat Madian, & Amalec, ceterique Orienta-
4 liũ nationũ:* & apud eos figentes tentoria,
ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant vſque
ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad
vitam pertinens relinquebant in Iſrael, non
5 oues,non boues,non aſinos * Ipſi enim, &
vniuerſi greges eorum veniebant cum taber
naculis ſuis, & inſtar locuſtarum vniuerſa
complebãt, innumera multitudo hominũ,
& camelorum, quidquid tetigerant deuaſtã-
6 tes. * Humiliatuſque eſt Iſrael valde in con-
7 ſpectu Madian * Et clamauit ad Dominum
poſtulans auxilium contra Madianitas.
8 * Qui miſit ad eos virum prophetam, & lo-
B cutus eſt: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael:
Ego vos feci cõſcendere de Aegypto, & edu
9 xi vos de domo ſeruitutis, * & liberaui de
manu Aegyptiorum, & omnium inimico-
rum,quia affligebant vos: eiecique eos ad in-
troitum veſtrum, & tradidi vobis Terram
10 eorum.* Et dixi: Ego Dñs Deus veſter,ne ti
meatis deos Amorrhæorum, in quorum
terra habitatis. Et noluiſtis audire vocem
11 meam.* Venit autem Angelus Domini, &
ſedit ſub quercu,quæ erat in Ephra,& perti-
nebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cumque
Gedeon filius eius excuteret,atque purgaret
frumenta in torculari, vt fugeret Madian,
12 * apparuit ei Angelus Domini, & ait Domi-
C nus tecum virorum fortiſſime: * Dixitque
13 ei Gedeon: Obſecro mi Domine, ſi Domi-
nus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos
hæc omnia? vbi ſunt mirabilia eius, quæ
narrauerunt patres noſtri, atque dixerunt:
De Aegypto eduxit nos Dominus? Nunc au-
tem dereliquit nos Dominus, & tradidit in
14 manu Madian.* Reſpexitq. ad eum Domi-
nus,& ait: " Vade in hac fortitudine tua, &
liberabis Iſrael de manu Madian:ſcito quòd " 1. Reg.
15 miſerim te. * Qui reſpondens ait: Obſecro, 11.c.12.
mi Domine, in quo liberabo Iſrael? ecce fa-
milia mea infima eſt in Manaſſe, & ego mi-
16 nimus in domo patris mei. * Dixitque ei
Dominus: Ego ero tecum: & percuties Ma-
17 dian quaſi vnum virum.* Et ille, Si inueni,
inquit, gratiam coram te, da mihi ſignum
18 quod tu ſis qui loqueris ad me. * Nec rece-
D das hinc,donec reuertar ad te,portans ſacri-
ficium,& offerens tibi. Qui reſpondit: Ego
19 præſtolabor aduẽtum tuum. * Ingreſſus eſt
itaque Gedeon,& coxit hœdum,& de farinę
modio azymos panes: carneſque ponens in
caniſtro, & ius carnium mittens in ollam,
tulit

tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei. * Cui 20
dixit Angelus Domini: Tolle carnes,& azy-
mos panes, & pone ſupra petram illam, &
ius deſuper funde. Cumque feciſſet ita,
* extendit Angelus Domini ſummitatem 21
virgæ,quam tenebat in manu, & tetigit car-
nes,& panes azymos: aſcenditque ignis de
petra,& carnes, azymosq. panes cõſumpſit:
Angelus autem Domini euanuit ex oculis
eius. * Vidẽſq Gedeon quod eſſet Angelus 22
Domini,ait: Heu mi Domine Deus: quia vi-
di Angelum Domini facie ad faciem. * Di- 23
xitque ei Dominus: Pax tecum: ne timeas,
non morieris. * Aedificauit ergo ibi Gedeõ 24
altare Domino, vocauitque illud, Domini E
pax, vſque in præſentem diem. Cumque ad-
huc eſſet in Ephra, quæ eſt familiæ Ezri, * 25
nocte illa dixit Dominus ad eum: Tolle tau
rum patris tui,& alterum taurum annorum
ſeptem, deſtrueſq. aram Baal quæ eſt patris
tui:& nemus,quod circa aram eſt,ſuccide: * 26
& ædificabis altare Domino Deo tuo in ſum
mitate petræ huius, ſuper quam ante ſacrifi-
cium poſuiſti: tollenſq. taurum ſecundum,
& offeres holocauſtum ſuper ſtruem ligno-
rum,quæ de nemore ſuccideris.* Aſſumpris 27
ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis,fecit
ſicut præceperat ei Dñs. Timens autem do-
mum patris ſui, & homines illius ciuitatis,
per diem noluit id facere, ſed omnia nocte
compleuit. * Cumq. ſurrexiſſent viri oppidi 28
eius mane,viderunt deſtructam aram Baal, F
lucumq. ſucciſum,& taurum alterum impo-
ſitum ſuper altare, quod tunc ædificatum e-
rat. * Dixeruntq. ad inuicem: Quis hoc fe- 29
cit? Cumque perquirerent auctorem facti,
dictum eſt: Gedeon filius Ioas fecit hæc om-
nia. * Et dixerunt ad Ioas: Produc filium 30
tuum huc,vt moriatur: quia deſtruxit aram
Baal, & ſuccidit nemus. * Quibus ille re- 31
ſpondit: Numquid vltores eſtis Baal, vt
pugnetis pro eo? qui aduerſarius eſt eius,
moriatur antequam lux craſtina veniat: ſi
Deus eſt, vindicet ſe de eo, qui ſuffodit arã
32 eius. * Ex illo die vocatus eſt Gedeõn, Ie-
robaal, eo quòd dixiſſet Ioas: Vlciſcatur ſe
33 de eo Baal,qui ſuffodit aram eius. * Igitur
omnis Madian,& Amalec,& Orientales po-
puli congregati ſunt ſimul,& tranſeuntes Ior-
danem, caſtrametati ſunt in valle Iezrael.
34 * Spiritus autem Domini induit Gedeon,
G qui clangens buccina conuocauit domum
35 Abiezer, vt ſequeretur ſe. * Miſitque nun-
cios in vniuerſum Manaſſen, qui, & ipſe ſe-
cutus eſt eum:& alios nuncios in Aſer, & Za
bulon, & Nephthali, qui occurrerunt ei.
36 * Dixitq. Gedeon ad Deum: Si ſaluum fa-
cis per manum meam Iſrael, ſicut locutus
37 es,* ponam hoc vellus lanæ in area: ſi ros in
ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas,
ſciam quòd per manum meam,ſicut locutus
38 es,liberabis Iſrael. * Factumque eſt ita. Et
de nocte conſurgens expreſſo vellere, con-
39 cham rore impleuit. * Dixitque, rurſus ad
Deum: Ne irascatur furor tuus contra me,ſi
adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in
vellere. Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit, &
40 omnis terra rore madens. * Fecitque Deus
nocte illa vt poſtulauerat: & fuit ſiccitas in
ſolo vellere,& ros in omni terra.

CAP. VII.

1 A IGitur Ierobaal qui,& Gedeon,de nocte cõ
ſurgens,& omnis populus cum eo, venit
ad fontem,qui vocatur Harad, erant autem
caſtra Madian in valle ad Septentrionalem
2 plagam collis excelſi. * Dixitq. Dominus ad
Gedeon,

Gedeon: Multus tecum est populus, nec tra-
detur Madian in manus eius: ne glorietur
contra me Israel, & dicat: Meis viribus li-
beratus sum. * Loquere ad populum, & cun. 3
ctis audientibus prædica. " Qui formidolo-
sus, & timidus est, reuertatur. Recesserunt q.
de monte Galaad, & reuersi sunt de populo
vigintiduo millia virorum, & tãtum decem
millia remanserunt. * Dixitque Dominus ad 4
Gedeõ: Adhuc populus multus est, duc eos B
ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo di-
xero tibi, vt tecum vadat, ipse pergat: quem
ire prohibuero, reuertatur. * Cumq. descen- 5
disset populus ad aquas, dixit Dominus ad
Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut
solent canes lambere, separabis eos seorsum:
qui autem curuatis genibus biberint, in alte-
ra parte erũt. * Fuit itaque numerus eorum, 6
qui manu ad eos proijciente, lamberant a-
quas, trecenti viri: omnis autem reliqua
multitudo flexo poplite biberat. * Et ait Do- 7
minus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lã- C
berunt aquas, liberabo vos, & tradam in
manu tua Madian: omnis autem reliqua
multitudo reuertatur in locũ suum. * Sum- 8
ptis itaque pro numero cibarijs, & tubis, om-
nem reliquam multitudinem abire præcepit
ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis vi-
ris se certamini dedit. Castra autem Madian
erant subter in valle. * Eadem nocte dixit 9
Dominus ad eum: Surge, & descende in ca-
stra: quia tradidi eos in manu tua, * si au- 10
tem solus ire formidas, descendat tecum
Phara puer tuus. * Et cum audieris, quid lo- 11
quantur, tunc confortabuntur manus tuæ,
& securior ad hostium castra descendes.
Descendit ergo ipse, & Phara puer eius in
partem castrorum, vbi erant armatorum
vigiliæ. * Madian autem, & Amalec, & om- 12
nes Orientales populi fusi iacebant in valle, D
vt locustarum multitudo: cameli quoque
innumerabiles erant, sicut arena, quæ iacet
in littore maris. * Cumque venisset Gedeon, 13
narrabat aliquis somnium proximo suo, &
in hunc modum referebat, quod viderat: Vi-
di somnium, & videbatur mihi, quasi sub-
cinericius panis ex hordeo, volui & in ca-
stra Madian descendere: cumque peruenis-
set ad tabernaculum, percussit illud, atque
subuertit, & terræ funditus coæquauit. * Re- 14
spondit is, cui loquebatur: Nõ est hoc aliud,
nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitæ:
tradidit enim Dominus in manus eius Ma-
dian, & omnia castra eius. * Cumque audis- 15
set Gedeon somnium, & interpretationem E
eius, adorauit: & reuersus est ad castra Is-
rael, & ait: Surgite tradidit enim Dominus
in manus nostras castra Madian. * Diui- 16
sitque trecentos viros in tres partes, & dedit
tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas
ac lampades in medio lagenarũ: * Et dixit 17
ad eos: Quod me facere videritis, hoc facie-
te: ingrediar partem castrorum, & quod fe-
cero sectamini. * Quando personauerit tu- 18
bã in manu mea, vos quoque per castrorum

"Deu.20. b.8.
1. Mac.3 g.56.

circuitum clangite, & conclamate Domino,
19 & Gedeoni * Ingressusq. est Gedeon, & tre-
F centi viri, qui erant cum eo in partem ca-
strorum, incipientibus vigilijs noctis me-
diæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buc-
cinis clangere, & complodere inter se la-
20 genas. * Cumque per gyrum castrorum in
tribus personarent locis, & hydrias confre-
gissent, tenuerunt sinistris manibus lampa-
des, & dextris sonantes tubas, clamauerũtq.
21 Gladius Domini, & Gedeonis: * stantes sin-
guli in loco suo per circuitum castrorũ ho-
stilium. Omnia itaque castra turbata sunt,
22 & vociferantes, * vlulantesq. fugerũt, & ni-
hilominus insistebant trecenti viri buccinis
personantes, " immisitq. Dominus gladium
in omnibus castris, & mutua se cæde trũca- "Psal.82.
23 bant, * fugientes vsque ad Bethsetta, & cre- e.12.
pidinem Abelmehula in Tebbath. Concla-
G mantes autem viri Israel de Nephthali, & A-
ser, & omni Manasse persequebantur Ma-
24 dian. * Miritque Gedeon nuncios in omnẽ
montem Ephraim, dicens: Descendite in oc-
cursum Madiã, & occupate aquas vsq. Beth-
bera, atque Iordanem. Clamauitque omnis
Ephraim. & præoccupauit aquas, atque Ior-
25 danem vsque Bethbera. * " Apprehensosq. "Psal.88.
duos viros Madian Oreb, & Zeb, interfecit c.10.
Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torcular Isa. 10.f.
Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb, 26.
& Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta
Iordanis.

CAP. VIII.

1 A Dixeruntq. ad eum viri Ephraim. Quid
est hoc, quod facere voluisti, vt nos non
vocares, cum ad pugnam pergens contra
Madian? iurgantes fortiter, & propè vim in-
2 ferentes. * Quibus ille respondit. Quid enim
tale facere potui, quale vos fecistis? non ne
melior est racemus Ephraim, vindemijs
3 Abiezer? * In manus vestras Dominus tra-
didit principes Madian, Oreb, & Zeb: quid
tale facere potui, quale vos fecistis? Quod
cum locutus esset, requieuit spiritus eorum,
4 quo tumebant contra eum. * Cumque ve-
nisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum
cum trecentis viris, qui secum erant: & præ
lassitudine, fugientes persequi non poterant.
5 * Dixitque ad viros Soccoth. Date, obsecro
B panes populo, qui mecum est, quia valde de-
fecerunt: vt possimus persequi Zebee, &
6 Salmana reges Madian * Respondẽrũt prin-
cipes Soccoth: Forsitan palmæ manuum
Zebee, & Salmana in manu tua sunt, & idcir
co postulas, vt demus exercitui tuo panes.
7 * Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit Dñs
Zebee, & Salmana in manus meas, cõteram
carnes vestras cum spinis, tribulisque deserti.
8 * Et inde conscendens, venit in Phanuel lo-
cutusque est ad viros loci illius similia. Cui
& illi responderunt, sicut responderunt viri
9 Soccoth. * Dixit itaque & eis: Cum reuersus
fuero victor, in pace, destruam turrim hãc.

* Zebee

* Zebee autem, & Salmana requiescebãt cũ 10
omni exercitu suo Quindecim enim millia C
viri remanserant ex omnibus turmis Orien-
talium populorum, cæsis centum viginti mil-
libus bellatorum educentium gladium.
Osee c.d.14. * " Ascendensq. Gedeon per viam eorũ, qui 11
in tabernaculis morabantur, ad Orientalem
partem Nobe, & Iegbaa, Percussit castra ho-
stium, qui securi erant, & nihil aduersi suspi-
cabantur. * Fugeruntq. Zebee, & Salmana, 12
quos persequens Gedeon comprehendit, tur
bato omni exercitu eorum. * Reuertẽsq. de 13
bello ante solis ortum, * apprehendit puerũ 14
de viris Soccoth: & interrogauit eum nomi-
na principum, & seniorũ Soccoth, & descri-
psit septuaginta septẽ viros. * Venitq. ad Soc- 15
coth, & dixit eis: En Zebee, & Salmana, su-
per quibus exprobrastis mihi, dicentes: For-
sitan manus Zebee, & Salmana in manibus
tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris D
qui lassi sunt, & defecerunt panes * Tulit er- 16
go seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tri-
bulos, & contriuit cum eis, atque comminuit
viros Soccoth. * Turrim quoq. Phanuel sub 17
uertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitque
* ad Zebee, & Salmana: Quales fuerunt viri, 18
quos occidistis in Thabor? Qui responde-
runt: Similes tui, & vnus ex eis quasi filius re
gis. * Quibus ille respondit: Fratres mei fue- 19
rũt, filij matris meæ. viuit Dominus, quia si
seruassetis eos, non vos occiderẽ. * Dixitq. Ie 20
ther primogenito suo: Surge, & interfice eos. E
Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia
adhuc puer erat. * Dixeruntq. Zebee, & Sal- 21
mana: Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon,
"Ps. 82. & interfecit Zebee, & Salmana: & tulit or-
c.12. namenta ac bullas, quibus colla regalium
camelorum decorari solent. * Dixeruntq. om- 22
nes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri
tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia libera-
sti nos de Madian. * Quibus ille ait: Non do 23
minabor vestri, nec dominabitur in vos fi-
lius meus, sed dominabitur vobis Domin⁹.
* Dixitq. ad eos: Vnam petitionem postulo 24
à vobis: Date mihi inaures ex præda vestra
Inaures enim aureas Israelitæ habere cõsue-
uerant. * Qui responderunt: Libentissimè 25
dabimus. Expãdenteiq. super terrã pallium, F
proiecerunt in eo inaures de præda: * & fuit 26
pondus postulatarum inaurium, mille se-
pringenti sicli, absque ornamentis, & moni-
libus, & veste purpurea, quibus reges Madiã
vti solitti erant, & præter torques aureas ca-
melorum. * Fecitq. ex eo Gedeon Ephod, & 27
posuit illud in ciuitate sua Ephra. Forni-
catusque est omnis Israel in eo, & factum est
Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.
* Humiliatus est autem Madian corã filijs 28
Israel, nec potuerunt vltra ceruices eleuare:
sed quieuit terra per quadraginta annos, qui-
bus Gedeon præfuit. * Abijt itaque Ierobaal 29
filius Ioas, & habitauit in domo sua: * ha- 30
buitq septuaginta filios, qui egressi sunt de
femore eius, eo quòd plures haberet vxores,
31 * Concubina autem illius, quam habebat in
G Sichem, genuit ei filium nomine Abimele-
32 ch. * Mortuusque est Gedeon filius Ioas in
senectute bona, & sepultus est in sepulchro
Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri.
33 * Postquam autem mortuus est Gedeon a-
uersi sunt filij Israel, & fornicati sunt cum
Baalim. Percusseruntque cum Baal fœdus,
34 vt esset eis in deum. * nec recordati sunt Do
mini Dei sui, qui erũit eos de manibus ini-
micorum suorum omnium per circuitum:
35 * nec fecerunt misericordiam cum domo Ie
robaal Gedeon iuxta omnia bona, quæ fece-
rat Israeli.

CAP. IX.

1 A Abijt autem Abimelech filius Ierobaal
in Sichem ad fratres matris suæ, & lo-
cutus est ad eos, & ad omnem cognationem
2 domus patris matris suæ dicens. * Loquimi
ni ad omnes viros Sichem: Quid vobis est
melius, vt dominentur vestri septuaginta vi
ri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur v-
nus vir? simulque considerate, quod os ve-
3 strum, & caro vestra sum. * Locutique sunt
fratres matris eius de eo ad omnes viros Si-
chem vniuersos sermones istos, & inclinaue
runt cor eorum post Abimelech, dicentes.
4 Frater noster est. * Dederuntq. illi septuagin
ta pondo argenti de fano Baalberit. Qui cõ-
duxit sibi ex eo viros inopes, & vagos, secu-
5 tique sunt eum. * Et venit in domũ patris sui
in Ephra, & occidit fratres suos filios Iero-
baal septuaginta viros, super lapidem vnũ:
remansitq. Ioatham filius Ierobaal minimus
6 & absconditus est. * Congregati sunt autem
omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vr-
bis Mello: abieruntque & constituerunt re-
gem Abimelech iuxta quercũ, quæ stabat in
7 Sichem. * Quod cũ nunciatũ esset Ioatham,
B iuit, & stetit in vertice montis Garizim; ele-
uataque voce, clamauit, & dixit: Audite me
8 viri Sichem, ita audiat vos Deus: * Ierunt li-
gna, vt vngerent super se regem: dixerũtque
9 oliuæ: Impera nobis. * Quæ respondit: Nũ-
quid possum deserere pinguedinem meam,
qua, & dij vtuntur, & homines, & venire vt
10 inter ligna promouear? * Dixeruntque li-
gna ad arborem ficum: Veni, & super nos
11 regnum accipe. * Quæ respondit eis: Num-
quid possum deserere dulcedinem meam,
fructusque suauissimos, & ire vt inter cete-
12 ra ligna promouear? * Locutaque sunt ligna
13 ad vitẽ: Veni, & impera nobis. * Quæ respõ-
dit eis: Nunquid possum deserere vinũ meũ
quod lætificat Deum, & homines, & inter li
14 gna cetera promoueri? * Dixeruntq. omnia
ligna ad rhamnum: Veni, & impera super
15 nos. * Quæ respondit eis: Si verè me regem
vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea
requiescite, si autem non vultis, egrediatur
ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.
16 * Nunc igitur, si rectè, & absque peccato
C constituistis super vos regem Abimelech,

M &

& bene egiſtis cum Ierobaal, & cum domo
eius,& reddidiſtis vicem beneficijs eius, qui
pugnauit pro vobis, * & animã ſuam dedit 17
periculis, vt erueret vos de manu Madian,
* qui nunc ſurrexiſtis cõtra domum patris 18
mei,& interfeciſtis filios eius ſeptuaginta vi-
ros ſuper vnum lapidem, & conſtituiſtis re-
gem Abimelech filiũ ancillæ eius ſuper ha-
bitatores Sichem, eo quod frater veſter ſit:
* ſi ergo rectè,& abſque vitio egiſtis cum Ie- 19
robaal,& domo eius,hodie lętamini in Abi-
melech, & ille lætetur in vobis. * Sin autem 20
peruersè:egrediatur ignis ex eo,& conſumat
habitatores Sichem,& oppidum Mello:egre
diaturque ignis de viris Sichem, & de oppi-
do Mello,& deuoret Abimelech. * Quæ cũ 21
dixiſſet, fugit, & abijt in Bera: habitauitque
ibi ob metum Abimelech fratris ſui. * Re- 22
gnauit itaque Abimelech ſuper Iſrael tribus
annis. * Miſitque Dominus ſpiritum peſſi- 23
mum inter Abimelech, & habitatores Si-
chem,qui cœperunt eum deteſtari, * & ſce- 24
lus interfectionis ſeptuaginta filiorum Iero-
baal,& effuſionem ſanguinis eorum confer-
re in Abimelech fratrem ſuum, & in ceteros
Sichimorum principes, qui eum adiuuerant.
* Poſueruntque inſidias aduerſus eum in 25
ſummitate montium: & dum illius præſto- D
labantur aduentum, exercebant latrocinia,
agentes prædas de prætereuntibus, nunciatũ
que eſt Abimelech. * Venit autẽ Gaal filius 26
Obed cum fratribus ſuis,& trãſiuit in Sichi-
mam. Ad cuius aduentum erecti habitatores
Sichem, * egreſſi ſunt in agros vaſtantes vi- 27
neas,vuaſq. calcantes: & factis cantantium
choris, ingreſſi ſunt fanum dei ſui. & inter
epulas,& pocula maledicebant Abimelech,
* clamãte Gaal filio Obed. Quis eſt Abime- 28
lech,& quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei: nun-
quid non eſt filius Ierobaal,& cõſtituit prin-
cipem Zebul ſeruum ſuũ ſuper viros Emor
patris Sichem? Cur ergo ſeruiemus ei? * vti- 29
nam daret aliquis populum iſtum ſub manu
mea, vt auferrem de medio Abimelech. Di-
ctumq. eſt Abimelech.: Congrega exercitus
multitudinem,& veni. * Zebul enim prin- 30
ceps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filij
Obed, iratus eſt valdè, * & miſit clam ad A- 31
bimelech nuncios, dicens: Ecce, Gaal filius
Obed venit in Sichimam cũ fratribus ſuis,
& oppugnat aduerſum te ciuitatem. * Surge E
itaque nocte cum populo, qui tecũ eſt, & la- 32
tita in agro. * & primo mane oriente Sole, 33
irrue ſuper ciuitatem, illo autem egrediente
aduerſum te cũ populo ſuo, fac ei quod po-
tueris. * Surrexit itaque Abimelech cũ om- 34
ni exercitu ſuo nocte,& tetendit inſidias iux
ta Sichimam in quatuor locis. * Egreſſusque 35
eſt Gaal filius Obed,& ſtetit in introitu pòr
tæ ciuitatis. Surrexit autem Abimelech, &
omnis exercitus cum eo:de inſidiarum loco.
* Cumque vidiſſet populum Gaal, dixit ad 36
Zebul: Ecce de montibus multitudo deſcẽ-
dit. Cui ille reſpondit. Vmbras montium
vides quaſi capita hominum, & hoc errore
37 deciperis. * Rurſũq. Gaal ait: Ecce populus
de vmbilico terræ deſcẽdit, & vnus cuneus
38 venit per viam, quæ reſpicit quercum.* Cui
dixit Zebul: Vbi eſt nunc os tuum, quo lo-
quebaris? Quis eſt Abimelech vt ſeruiamus
ei? Nonne hic populus eſt, quem deſpicie-
39 bas? Egredere,& pugna contra eum.* Abijt
ergo Gaal, ſpectante Sichimorum populo,&
40 pugnauit contra Abimelech, * qui perſecu-
tus eſt eum fugientem,& in vrbem compu-
lit: cecideruntq. ex parte eius plurimi, vſque
41 ad portam ciuitatis.* & Abimelech ſedit in
F Ruma: Zebul autem, Gaal, & ſocios eius ex-
pulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt commora-
42 ri. * Sequenti ergo die egreſſus eſt populus
in campũ. Quod cum nunciatum eſſet Abi-
43 melech,* tulit exercitum ſuum,& diuiſit in
tres turmas, tendens inſidias in agris. Videſ-
que quod egrederetur populus de ciuitate,
44 ſurrexit,& irruit in eos * cum cuneo ſuo, op-
pugnans, & obſidens ciuitatem: duæ autem
turmæ palantes per campum aduerſarios p
45 ſequebantur. * Porrò Abimelech omni die
illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfe-
ctis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita
46 vt ſal in ea diſpergeret. * Quod cũ audiſſẽt
qui habitabant in turre Sichimorum, ingreſ-
ſi ſunt fanum dei ſui Berith, vbi fœdus cum
eo pepigerant, & ex eo locus nomen accepe-
47 rat, qui erat munitus valdè: * Abimelech,
quoque audiẽs viros turris Sichimorum pa-
48 riter conglobatos,* aſcendit in montem Sel-
mon cum omni populo ſuo: & arrepta ſe-
curi, præcidit arboris ramum, impoſitumq.
ferens humero, dixit ad ſocios: Quod me vi-
49 detis facere, citò facite. * Igitur certatim ra-
G mos de arboribus præcidentes, ſequebãtur
ducem. Qui circumdantes præſidiũ ſuccen-
derunt: atque ita factum eſt, vt fumo,& igne
mille homines necarẽtur, viri pariter,& mu-
50 lieres, habitatorum turris Sichem. * Abime-
lech autem inde proficiſcens venit ad oppi-
dum Thebes, quod circumdans obſidebat
51 exercitu. * Erat autem turris excelſa in me-
dia ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri
ac mulieres, & omnes principes ciuitatis,
clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris te-
52 ctũ ſtantes per propugnacula.* Accedẽſque
Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter:
& appropinquãs oſtio, ignem ſupponere ni-
53 tebatur:* ″ & ecce vna mulier fragmen mo- ″2. Reg.
læ deſuper iaciens, illiſit capiti Abimelech, 11.d.21.
54 & confregit cerebrum eius, * ″ Qui vocauit ″1. Reg.
citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagi 31 b.4.
na gladium tuum,& percute me: ne fortè di 1. Para.10.
catur quod à femina interfectus ſim. Qui iuſ- a.4.
55 ſa perficiens, interfecit eum. * Illoq. mortuo,
omnes, qui cum eo erant de Iſrael, reuerſi
56 ſunt in ſedes ſuas: * & reddidit Deus ma-
lum, quod fecerat Abimelech contra patrem
ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis,
57 * Sichimitis quoque quod operati erant, re-
tributum eſt, & venit ſuper os maledictio
Ioatham filij Ierobaal.

CAP. X.

POſt Abimelech ſurrexit dux in Iſrael 1
Thola filiꝰ Phua patrui Abimelech: vir A
de Iſſachar, qui habitauit in Samir mõtis E-
phraim: * iudicauit Iſraelem viginti, & tri- 2
bus annis, mortuuſque eſt, ac ſepultus in Sa-
mir. * Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iu- 3
dicauit Iſraelem per viginti, & duos annos,
* habens triginta filios ſedentes ſuper trigin 4
ta pullos aſinarum, & principes triginta ciui-
tatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ B
Hauoth Iair, id eſt, oppida Iair, vſque in præ
ſentem diem in Terra Galaad. * Mortuuſq. 5
eſt Iair, ac ſepultus in loco, cui eſt vocabu-
lum Camon.* Filij autem Iſrael peccatis ve- 6
teribus iungentes noua, fecerunt malum in
conſpectu Domini,& ſeruierunt idolis, Baa-
lim,& Aſtaroth, & dijs Syriæ, ac Sidonis, &
Moab, & filiorum Ammon,& Philiſthijm:
dimiſeruntq. Dominum, & non coluerunt
eum. * Contra quos Dominus iratus, tradi- 7
dit eos in manus Philiſthijm, & filiorum
Ammon.* Afflictiq. ſunt,& vehementer op 8
preſſi per annos decem, & octo, omnes qui
habitabant trans Iordanem in Terra Amor-
rhæi, qui eſt in Galaad. * in tantum, vt filij 9
Ammon Iordane tranſmiſſo, vaſtarent Iu-
dam,& Beniamin, & Ephraim: afflictuſque
eſt Iſrael nimis. Et clamantes ad Dominũ, 10
dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliqui- C
mus Dominum Deum noſtrum, & ſeruiui-
mus Baalim. * Quib. locutus eſt Dominus: 11
Numquid non Ægyptij & Amorrhæi filijq.
Ammon, & Philiſthijm, * Sidonij quoque 12
& Amalec, & Chanaan oppreſſerunt vos,&
clamaſtis ad me,& erui vos de manu eorũ?
* Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos 13
alienos: idcirco non addam vt vltra vos li-
berem: * ite,& inuocate deos quos elegiſtis: 14
ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ. * Di- 15
xerũtq. filij Iſrael ad Dominũ: Peccauimꝰ, D
redde tu nobis quidquid tibi placet: tantum
nunc libera nos. * Quæ dicentes, omnia de 16
finibus ſuis alienorum deorum idola proie-
cerunt,& ſeruierunt Domino Deo: qui do-
luit ſuper miſerijs eorum. * Itaque filij Am- 17
mon conclamantes in Galaad fixere tento-
ria: cõtra quos congregati filii Iſrael, in Maſ-
pha caſtrametati ſunt:* Dixeruntque prin- 18
cipes Galaad ſinguli ad proximos ſuos: Qui
primus ex nobis contra filios Ammon cœpe-
rit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

FVit illo tempore Iephte Galaadites vir 1
fortiſſimus, atque pugnator, filius mulie- A
ris meretricis, qui natus eſt de Galaad. * Ha- 2
buit autem Galaad vxorem, de qua ſuſcepit
filios: qui poſtquam creuerant, eiecerunt Ie-
phte, dicentes: Hæres in domo patris noſtri
eſſe non poteris, quia de altera matre natus
es. * Quos ille fugiens, atque deuitans, habi- 3
tauit in Terra Tob: congregatiq. ſunt ad eũ
viri inopes,& latrocinãtes, & quaſi principẽ
4 ſequebantur, * In illis diebus pugnabant fi-
5 lij Ammon contra Iſrael. * Quibus acriter
inſtantibus perrexerũt maiores natu de Ga-
laad, vt tollerẽt in auxiliũ ſui Iephte de Ter
6 ra Tob. * dixeruntq ad eũ. Veni,& eſto prin
ceps noſter,& pugna contra filios Ammon. Gen.5.f.
7 * Quibus ille reſpondit: ″ Nonne vos eſtis, 27.
B qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris
mei,& nunc veniſtis ad me neceſſitate com-
8 pulſi?* Dixerũtq; principes Galaad ad Ieph-
te. Ob hanc igitur cauſam nunc ad te veni-
mus, vt proficiſcaris nobiſcũ, & pugnes con-
tra filios Ammon, ſisq. dux omnium qui ha
9 bitant in Galaad. * Iephte quoque dixit eis:
Si verè veniſtis ad me, vt pugnem pro vobis
contra filios Ammon, tradideritq. eos Dñs
in manus meas, ego ero veſter princeps?
10 * Qui reſponderunt ei: Dñs, qui hæc audit,
ipſe mediator, ac teſtis eſt, quod noſtra pro-
11 miſſa faciemus. * Abiit itaque Iephte cum
principibus Galaad, fecitque eum omnis po-
pulus principẽ ſui. Locutuſq. eſt Iephte om-
nes ſermones ſuos coram Dño in Maſpha.
12 * Et miſit nuncios ad regem filiorum Am-
mon, qui ex perſona ſua dicerent: Quid mi-
hi,& tibi eſt, quia veniſti cõtra me, vt vaſta-
13 res terram meam? * Quibus ille reſpõdit: * Nu.21
C ″ Quia tulit Iſrael terram meã quando aſcen c. 13.
dit de Ægypto à finibus Arnon vſq. Ieboc
atque Iordanem: nunc ergo cum pace redde
14 mihi eã.* Per quos rurſum mandauit Ieph-
te & imperauit eis: vt dicerent regi Ammõ:
15 * Hæc dicit Iephte: non tulit Iſrael Terram
16 Moab, nec Terram filiorum Ammon:* ſed
quando de Ægypto conſcenderunt, ambula-
uit per ſolitudinem vſque ad Mare rubrũ, ″Nu.20.
17 & venit in Cades. * ″ Miſitq nuncios ad re- c. 14.
gem Edom, dicens: Dimitte me vt tranſeam
per terram tuam: Qui noluit acquieſcere p̃-
cibus eius. Miſit quoque ad regem Moab, qui
& ipſe tranſitum præbere contempſit. Man-
18 ſit itaq. in Cades,* & circuiuit ex latere Ter
ram Edom & Terram Moab: venitq. cõtra
Orientalem plagam Terræ Moab, & caſtra- ″Nu.21.
metatus eſt trans Arnon: ″ nec voluit intra- c. 13.
D re terminos Moab: Arnon quippe confiniũ
19 eſt Terræ Moab. * Miſit itaque Iſrael nun-
cios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui ha
bitabat in Heſebon, & dixerunt ei: Dimitte
vt tranſeam per terram tuam vſque ad flu-
20 uium. * Qui & ipſe Iſrael verba deſpiciẽs,
non dimiſit eum tranſire per terminos ſuos:
ſed infinita multitudine cõgregata egreſſus
eſt contra eum in Iaſa, & fortiter reſiſtebat.
21 * Tradiditq eum Dñs in manus Iſrael cum
omni exercitu ſuo, qui percuſſit eũ,& poſſe-
dit omnem Terram Amorrhæi habitatoris
22 regionis illius. * & vniuerſos fines eius de
Arnon vſq. Iacob,& de ſolitudine vſque ad
23 Iordanem. * Dominus ergo Deus Iſrael ſub-
uertit Amorrhæum, pugnante cõtra illum
populo ſuo Iſrael, & tu nunc vis poſſidere
24 terram eius? * Nonne ea quæ poſſidet Cha-
mos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ au-
tem Dñs Deus noſter victor obtinuit, in no-

Nu.22. a.2. ſtram cedent poſſeſſionem.* "niſi fortè me- 25
lior es Balaac filio Sephor rege Moab:aut do E
cere potes, quod iurgatus ſit contra Iſrael, &
pugnauerit contra eum,* quando habitauit 26
in Heſebon,& viculis eius,& in Aroer,& vil-
lis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Ior-
danem,per trecentos annos. Quare tanto tẽ-
pore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis?* 27
Igitur non ego pecco in te, ſed tu contra me
male agis,indicens mihi bella non iuſta. Iu-
dicet Dñs arbiter huius diei inter Iſrael, &
inter filios Ammon.* Noluitque acquieſce- 28
re rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ
per nuncios mandauerat. * Factus eſt ergo 29
ſuper Iephte Spiritus Domini, & circuiens
Galaad,& Manaſſe, Maſpha,quoq. Galaad,
& inde tranſiens ad filios Ammon,* votum F
vouit Dño dicens: Si tradideris filios Ammõ 30
in manus meas,* quicumque primus fuerit 31
egreſſus,de foribus domus meæ, mihiq. oc-
currerit reuertenti cum pace à filijs Ammõ,
eum holocauſtum offeram Dño. * Tranſi- 32
uitque Iephte ad filios Ammon,vt pugnaret
contra eos:quos tradidit Dñs in manus eius.
* Percuſſitque ab Aroer vſque dum venias 33
in Mennith,viginti ciuitates,& vſque ad A-
bel, quæ eſt vineis conſita, plaga magna ni-
mis, humiliatique ſunt filij Ammon a filijs
Iſrael. * Reuertẽte autem Iephte in Maſpha 34
domum ſuam, occurrit ei vnigenita filia
ſua cum tympanis,& choris,non enim habe-
bat alios liberos.* Qua viſa,ſcidit veſtimen- 35
ta ſua,& ait: Heu me filia mea decepiſti me,
& ipſa decepta es: aperui enim os meum ad
Dñm,& aliud facere non potero. * Cui illa 36
reſpondit: Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad
Dñm, fac mihi quodcumque pollicitus es, G
conceſſa tibi vltione,atque victoria de hoſti-
bus tuis.* Dixitque ad patrem: Hoc ſolum 37
mihi præſta,quod deprecor: Dimitte me,vt
duobus menſibus circumeam montes, &
plangam virginitatem meam cum ſodalibus
meis.* Cui ille reſpondit: Vade. Et dimiſit 38
eam duobus menſibus. Cumque abijſſet cũ
ſocijs, ac ſodalibus ſuis, flebat virginitatem
ſuam in montibus.* Expletiſq. duob. men- 39
ſibus,reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei
ſicut vouerat,quæ ignorabat virum. Exinde
mos increbuit in Iſrael,& conſuetudo ſerua-
ta eſt:* vt poſt anni circulum conueniant in 40
vnum filiæ Iſrael, & plangant filiam Iephte
Galaaditæ diebus quatuor.

CAP. XII.

ECce autem in Ephraim orta eſt ſeditio, 1
nam tranſeuntes contra Aquilonem di- A
xerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam
contra filios Ammon, vocare nos noluiſti,
vt pergeremus tecum? Igitur incendemus
domum tuam. * Quibus ille reſpondit: Di- 2
ſceptatio erat mihi,& populo meo contra fi-
lios Ammon vehemens: vocauique vos, vt
præberetis mihi auxilium,& facere noluiſtis.
3 * Quod cernens poſui animam meam in
manibus meis,tranſiuique ad filios Ammõ,
& tradidit eos Dñs in manus meas. Quod
commerui, vt aduerſum me conſurgatis, in
4 prælium?* Vocatis itaque ad ſe cunctis viris
B Galaad,pugnabat contra Ephraim:percuſſe-
runtque viri Galaad Ephraim,quia dixerat:
Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim, & habi-
5 tat in medio Ephraim,& Manaſſe. * Occu-
pauerunt que Galaaditæ vada Iordanis, per
quæ Ephraim reuerſurus erat. Cumque ve-
niſſet ad ea de Ephraim numero fugiẽs,atq.
dixiſſet: Obſecro, vt me tranſire permittatis:
dicebant ei Galaatidæ: Nũquid Ephratheus
6 es: quo dicente. Non ſum:* interrogabant eũ:
C Dic ergo Scibboleth,quod interpretatur Spi-
ca. Qui reſpondebat, Sibboleth eadem litera
ſpicam exprimere non valens. Statimque ap-
prehenſum iugulabant in ipſo Iordanis trã-
ſitu. Et ceciderunt in illo tẽpore de Ephraim
7 quadraginta duo millia. * Iudicauit itaq. Ie-
phte Galaadites Iſrael ſex annis:& mortuus
8 eſt,ac ſepultus in ciuitate ſua Galaad. * Poſt
hunc iudicauit Iſrael Abeſan de Bethlehẽ:
9 *qui habuit triginta filios, & totidem filias,
D quas emittens foras, maritis dedit,& eiuſdẽ
numeri filij ſuis accepit vxores, introducens
in domum ſuam. Qui ſeptem annis iudica-
10 cauit Iſrael. * mortuuſque eſt,ac ſepultus in
11 Bethlehem.* Cui ſucceſſit Ahialon Zabulo-
12 nites:& iudicauit Iſrael decem annis:* mor-
13 tuuſque eſt,ac ſepultus in Zabulon. * Poſt
hunc iudicauit Iſrael Abdon,filius Illel Pha-
14 rathonites:* qui habuit quadraginta filios,&
triginta ex eis nepotes aſcendentes ſuper ſe-
ptuaginta pullos aſinarum,& iudicabit Iſrael
15 octo annis: * mortuuſque eſt,ac ſepultus in
Pharathon terræ Ephraim, in monte Ama-
lec.

CAP. XIII.

1 RVrſumque "filij Iſrael fecerunt malum "Sup.10. b.6.
A in conſpectu Dñi:qui tradidit eos in
2 manus Philiſthinorum quadraginta annis *
erat autem quidam vir de Saraa:& de ſtirpe
Dan nomine Manue, habens vxorem ſteri-
3 lem. * Cui apparuit Angelus Domini, & di-
xit ad eam, Sterilis es, & abſque liberis," ſed "1.Reg.1. c.20. Gen.16. e 11. Luc.1.c 31. Nu.6.c 34.
4 concipies,& paries filium: * caue ergo ne bi-
bas vinum, ac ſiceram,nec immundum
5 quidquam comedas: * quia concipies,& pa-
ries filium, cuius non tanget caput nouacu-
la:erit enim nazaræus Dei ab infantia ſua, &
ex matris vtero,& ipſe incipiet liberare Iſrael
6 de manu Philiſthinorum.* Quæ cũ veniſſet
B ad maritum ſuum,dixit ei: Vir Dei venit ad
me,habens vultũ angelicum,terribilis nimis.
Quem cum interrogaſſem, quis eſſet, &
vnde veniſſet,& quo nomine vocaretur,
7 noluit mihi dicere: * ſed hoc reſpondit:
Ecce concipies, & paries filium: caue ne
vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo ve-
ſcaris immundo: erit enim puer nazaræus
Dei ab infantia ſua, ex vtero matris ſuæ
vſque

vſq. ad diem mortis ſuæ.* Orauit itaq. Ma- 8
nue Dominum, & ait: Obſecro Domine,
vt vir Dei,quem miſiſti, veniat iterũ, & do-
ceat nos, quicquid debeamus facere de pue-
ro,qui naſciturus eſt.* Exaudiuitque Domi- 9
nus deprecantem Manue, & apparuit rurſũ
Angelus Dei vxori eius ſedenti in agro, Ma-
nue autem maritus eius non erat cũ ea. Quæ
cum vidiſſet Angelum,* feſtinauit,& cucur- 10
rit ad virum ſuum:nunciauitq. ei dicẽs: Ec-
ce apparuit mihi vir,quem ante videram. * 11
Qui ſurrexit,& ſecutus eſt vxorem ſuam:
veniensq. ad virum,dixit ei: Tu es,qui locu-
tus es mulieri? Et ille reſpondit: Ego ſum.
* Cui Manue. Quando, inquit,ſermo tuus 12
fuerit expletus,quid vis vt faciat puer? aut à C
quo ſe obſeruare debebit?* Dixitq. Angelus 13
Domini ad Manue: Ab omnibus, quæ locu-
tus ſum vxori tuæ abſtineat ſe:* & quidquid 14
ex vinea naſcitur,non comedat: vinum,& ſi-
ceram non bibat,nullo veſcatur immundo:
& quod ei præcepi,impleat, atque cuſtodiat.
*Dixitq. Manue ad Angelum Domini: Ob- 15
ſecro te, vt acquieſcas precibus meis,& facia-
mus tibi hædum de capris. * Cui reſpondit 16
Angelus: Si me cogis,non comedam panes
tuos: ſi autem vis holocauſtum facere, offer
illud Dño. Et neſciebat Manue,quòd Ange-
lus Dñi eſſet. * Dixitq.ad eum: Quod eſt tibi 17
nomen,vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, ho-
noremus te?* Cui ille reſpondit:" Cur quæ- 18 "Gen 32. g.29.
ris nomen meum,quod eſt mirabile?* Tulit 19
itaque Manue hædum de capris,& libamen-
ta,& poſuit ſuper petram,offerens Domino
qui facit mirabilia: ipſe autem, & vxor eius D
intuebantur.* Cumq. aſcenderet flamma al- 20
taris in cælum, Angelus Domini pariter in
flamma aſcendit. Quod cum vidiſſent Ma-
nue, & vxor eius, proni ceciderunt in terrã,
21 * & vltra eis non apparuit Angelus Domi-
ni. Statimque intellexit Manue, Angelum
22 Domini eſſe,* & dixit ad vxorem ſuã: Mor-
23 te moriemur,quia vidimus Deum.* Cui re-
ſpondit mulier: Si Dominus nos vellet occi-
dere,de manibus noſtris holocauſtum, & li-
bamenta non ſuſcepiſſet,nec oſtendiſſet no-
bis hæc omnia,neque ea, quæ ſunt ventura,
24 dixiſſet.* Peperit itaq. filium,& vocauit no-
men eius Samſon. Creuitque puer, & bene-
25 dixit ei Dominus. * Cœpitque Spiritus Do-
mini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa
& Eſthaol.

CAP. XIIII.

1 DEſcendit ergo Samſon in Thamnatha,
A videnſq. ibi mulierem de filiabus Phi-
2 liſthijm, * aſcendit, & nunciauit patri ſuo,
& matri ſuæ, dicens: Vidi mulierẽ in Tham-
natha de filiabus Philiſthinorum: quam quę-
3 ſo,vt mihi accipiatis vxorem. * Cui dixerunt
pater,& mater ſua: Numquid non eſt mulier
in filiabus fratrum tuorum, & in omni po-
pulo meo, quia vis accipere vxorem de Phi-
liſthijm,qui incircumciſi ſunt? Dixitq. Sam-
ſon ad patrem ſuum: Hanc mihi accipe: quia
4 placuit oculis meis.* Parentes autem eius ne-
B ſciebant,quod res à Domino fieret,& quęre-
ret occaſionem contra Philiſthijm, eo enim
tempore Philiſthijm dominabantur Iſraeli,
5 * Deſcendit itaq. Samſon cum patre ſuo, &
matre in Thãnatha. Cumq. veniſſent ad vi-
neas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus,
6 & rugiens,& occurrit ei. * Irruit autem Spi-
ritus Domini in Samſon, & dilacerauit leo-
nem,quaſi hædũ in fruſtra diſcerpens, nihil

omninò habens in manu:& hoc patri,& ma-
tri noluit indicare.* Descenditque & locutus 7
est mulieri, quæ placuerat oculis eius. * Et 8
post aliquot dies reuertens, vt acciperet eam,
declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce
examen apũ in ore Leonis erat,ac fauus mel-
lis. * Quem cum sumpsisset in manibus,co- 9
medebat in via: veniensq. ad patrem suum
& matrem,dedit eis partem, qui & ipsi co-
mederunt: nec tamen eis voluit indicare, q̃
mel de corpore leonis assumpserat.* Descen- 10
dit itaque pater eius ad mulierem, fecit filio
suo Samson conuiuium,sic enim iuuenes fa- C
cere consueuerant. * Cum ergo ciues loci il- 11
lius vidissent eum, dederunt ei sodales tri-
ginta vt essent cum eo. * Quibus locutus est 12
Samson: Proponam vobis problema: quod
si solueritis mihi intra septem dies conuiuij,
dabo vobis triginta sindones,& totidem tu-
nicas:*sin autem non potueritis soluere,vos 13
dabitis mihi triginta sindones, & eiusdem
numeri tunicas. Qui responderunt ei:Propo-
ne problema, vt audiamus. * Dixitque eis: 14
De comedente exiuit cibus,& de forti egres-
sa est dulcedo, nec potuerunt per tres dies
propositionem soluere. * Cumque adesset 15
dies septimus,dixerunt ad vxorem Samson.
Blandire viro tuo,& suade ei, vt indicet tibi
quid significet problema, quod si facere no-
lueris,incendemus te,& domum patris tui,
an idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spolia-
retis?* Quæ fundebat apud Samson lacrimas, 16
& querebatur dicens: Odisti me,& non dili- D
gis:idcirco problema, quod proposuisti filijs
populi mei,non vis mihi exponere. At ille re-
spondit:Patri meo,& matri nolui dicere: &
tibi indicare potero? * Septem igitur diebus 17
conuiuij flebat ante eum:tandemque die se-
ptimo cum ei esset molesta, exposuit: Quæ
statim indicauit ciuibus suis.* Et illi dixerunt 18
ei die septimo ante solis occubitum: Quid
dulcius melle,& quid fortius leone? Qui ait
ad eos: Si non arassetis in vitula mea, non in-
uenissetis propositionem meam.* Irruit ita- 19
que in eum Spiritus Domini, descenditque
Ascalonẽ,& percussit ibi triginta viros, quorũ
ablatas vestes dedit iis, qui problema solue-
rant. Iratusq. nimis ascendit in domum pa-
tris sui: * vxor autem eius accepit maritum 20
vnum de amicis eius,& pronubis.

CAP. XV.

POst aliquantulum autem temporis,cum 1
dies triticeæ messis instaret, venit Samsõ, A
inuisere volẽs vxorem suam,& attulit ei hœ-
dum de capris. Cumque cubiculum eius so-
lito vellet intrare,prohibuit eum pater illius,
dicens. * Putaui,quod odisses eam,& ideo 2
tradidi illam amico tuo:sed habet sororem,
quæ iunior, & pulchrior illa est, sit tibi pro
ea vxor.* Cui Samson respondit:Ab hac die 3
non erit culpa in me contra Philisthæos: fa-
ciam enim vobis mala.* Perrexitque & cepit 4
trecentas vulpes, caudasq. earum iunxit ad
5 caudas:& faces ligauit in medio:* quas igne
succendens dimisit,vt huc illucque discurre-
rent. Quæ statim perexerunt in segetes Phi-
listhinorum: Quibus succensis,& comporta-
tæ iam fruges,& adhuc stantes,in stipula,
B concrematæ sunt,in tantum, vt vineas quoq.
6 & olueta flamma consumeret. * Dixeruntq.
Philisthijm:Quis fecit hanc rem? Quibus di-
ctum est: Samson gener Thamnathæi: quia
tulit vxorem eius,& alteri tradidit,hæc ope-
ratus est. Ascenderuntque Philisthijm:& cõ-
busserunt, tam mulierem, quam patrẽ eius.
7 * Quibus ait Samson: Licet hæc feceritis, ta-
men adhuc ex vobis expetam vltionẽ,& tũc
8 quiescam.* Percussitque eos ingenti plaga,ita
vt stupentes suram femori imponerent. Et
descendens habitabit in spelunca petræ Etã.
9 * Igitur ascendentes Philisthijm in Terram
Iuda castrametati sunt in loco,qui postea vo
catus est Lechi,id est,maxilla,vbi eorum ef-
10 fusus est exercitus. *Dixeruntque ad eos de
tribu Iuda: Cur ascendistis aduersum nos?
Qui responderunt: Vt ligemus Samson, ve-
C nimus, & reddamus ei,quæ in nos operatus
11 est.*Descenderunt ergo tria millia virorum
de Iuda, ad specum silicis Etam,dixeruntq.
ad Samson. Nescis quod Philisthijm impe-
rent nobis?quare hoc facere voluisti? Quibus
12 ille ait:Sicut fecerunt mihi,& sic feci eis.* Li-
gare,inquiunt,te venimus, & tradere in ma-
nus Philisthinorum. Quibus Samson,Iurate,
ait,& spondete mihi,quod nõ occidatis me.
13 * Dixerunt:Non te occidemus,sed vinctum
trademus. Ligaueruntque eum duobus no-
uis funibus,& tulerunt eum de petra Etam.
14 * Qui cum venisset ad locum Maxillæ, &
Philisthijm vociferãtes occurrissent ei,irruit
Spiritus Domini in eum:& sicut solent ad o-
dorem ignis lina consumi,ita vincula,quibus
15 ligatus erat,dissipata sunt:& soluta.* Inuen-
tamque maxillam,id est,mandibulam asini,
D quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille
16 viros,* & ait. In maxilla asini,in mandibula
pulli asinarum deleui eos, & percussi mille
17 viros.* Cumque hæc verba canens comples-
set,proiecit mandibulam de manu, & voca-
uit nomen loci illius Ramathlechi,quod in-
18 terpretatur eleuatio maxillæ.* Sitiensq. val-
de, clamauit ad Dominum,& ait: Tu dedisti
in manu serui tui salutem hanc maximam
atque victoriam: en siti morior,incidamque
19 in manus incircumcisorum.* Aperuit itaque
Dominus molarem dẽtem in maxilla asini,
& egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis,
refocillauit spiritum,& vires recepit, idcirco
appellatum est nomen loci illius, Fons inuo-
cantis de maxilla, vsque in præsentem diem.
20 * Iudicauitque Israel in diebus Philisthijm
viginti annis.

CAP. XVI.

1 ABijt quoque in Gazam, & vidit ibi mu-
A lierem meretricem,ingressusque est ad
2 eam.* Quod cum audissent Philisthijm,
&per-



& percrebuisset apud eos, intrasse vrbem
Samson, circumdederunt eum, positis in
porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte
cum silentio præstolantes, vt facto mane
exeuntem occiderent. * Dormiuit autem 3
Samson vsque ad medium noctis: & inde
consurgens apprehendit ambas portæ fores
cum postibus suis, & sera, impositasque hu-
meris suis portauit ad verticem montis, qui
respicit Hebron. * Post hæc amauit mulie- 4
rem, quæ habitabat in Valle Sorec, & voca-
batur Dalila. * Veneruntque ad eam princi- 5
pes Philisthinorum,atque dixerunt: Decipe
eum, & disce ab illo, in quo habeat tantam
fortitudinem, & quomodo eum superare B
valeamus, & vinctum affligere, quod si fe-
ceris, dabimus tibi singuli mille, & centum
argenteos. * Locuta est ergo Dalila ad Sam- 6
son: Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxi-
ma fortitudo, & quid sit quo ligatus erum-
pere nequeas? * Cui respondit Samson: Si 7
septem neruiceis funibus necdum siccis, &
adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus
ero, vt ceteri homines.* Attuleruntq. ad eam 8
satrapæ Philisthinorum septem funes, vt di-
xerat quibus vinxit eum, * latentibus apud 9
se insidijs, & in cubiculo finẽ rei expectanti-
bus,clamauitque ad eum: Philisthijm super
te Samson. Qui rupit vincula, quo modo si
rumpat quis filum de stuppæ tortum puta-
mine, cum odorem ignis acceperit: & non
est cognitum,in quo esset fortitudo eius. * 10
Dixitque ad eum Dalila: Ecce illusisti mihi,
& falsum locutus es: saltem nunc indica
mihi quo ligari debeas. * Cui ille respondit: 11
Si ligatus fuero nouis funibus, qui numquã
fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum
12 hominum similis. * Quibus rursum Dalila
vinxit eum, & clamauit: Philisthijm super
te Samson, in cubiculo insidijs præpara-
tis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum.
13 * Dixitque Dalila rursum ad eum: Vsque-
que decipis me, & falsum loqueris? ostende
quo vinciri debeas. Cui respondit Samson:
Si septem crines capitis mei cum licio ple-
xueris, & clauum his circumligatum terræ
14 fixeris infirmus ero. * Quod cum fecisset
Dalila, dixit ad eum: Philisthijm super te
Samson. Qui consurgens de somno extraxit
15 clauum cum crinibus, & licio. * Dixitque
D ad eum Dalila: Quo modo dicis,quòd amas
me, cum animus tuus non sit mecum? Per
tres vices mentitus es mihi, & noluisti di-
16 cere in quo sit maxima fortitudo tua. *
Cumque molesta esset ei, & per multos dies
iugiter adhæreret, spatium ad quietem non
tribuens, defecit anima eius, & ad mortem
17 vsque lassata est.* Tunc aperiens veritatem
rei,dixit ad eum: Ferrum numquam ascen-
dit super caput meũ, quia Nazaræus, id est,
consecratus Deo sum de vtero matris meæ:
si rasum fuerit caput meum, recedet à me
fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ce-
18 teri homines. * Vidensque illa quòd con-
fessus ei esset omnem animum suum, misit
ad principes Philisthinorum, ac mandauit:
E Ascendite adhuc semel,quia nunc mihi ape-
ruit cor suum. Qui ascenderunt assumpta
19 pecunia, quam promiserant. * At illa dor-
mire eum fecit super genua sua, & in sinu
suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem,
& rasit septem crines eius, & cepit abigere

 eum,

eum, & à se repellere: statim enim ab eo for-
titudo discessit: * dixitque: Philisthijm su-20
per te Samson. Qui de somno consurgens,
dixit in animo suo: Egrediar sicut ante feci,
& me excutiam, nesciens, quòd recessisset
ab eo Dominus. * Quem cum apprehendis-21
sent Philisthijm, statim eruerunt oculos
eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis,
& clausum in carcere molere fecerunt. *22
Iamque capilli eius renasci ceperant. * & 23
principes Philisthinorum conuenerunt in
vnum, vt immolarent hostias magnificas
Dagon deo suo, & epularentur, dicẽtes: Tra-
didit Deus noster inimicum nostrum Sam-
son in manus nostras. * Quod etiam popu 24
lus videns, laudabat deum suum, eadem-
que dicebat: Tradidit Deus noster aduersa-
rium nostrum in manus nostras, qui dele-
uit terram nostram, & occidit plurimos. * 25
Lætantesque per conuiuia, sumptis iam epu-
lis, præceperunt, vt vocaretur Samson, & an-
te eos luderet. Qui adductus de carcere lu-
debat ante eos, feceruntque eum stare inter
duas columnas. * Qui dixit puero regenti 26
gressus suos: Dimitte me, vt tangam colum-
nas, quibus omnis imminet domus, & recli-
net super eas, & paululum requiescam. *27
Domus autem erat plena virorum, ac mulie-G
rum, & erant ibi omnes principes Philisthi-
norum, ac de tecto, & solario circiter tria
millia vtriusque sexus spectantes ludentem
Samson. * At ille inuocato Domino ait: Do-28
mine Deus, memento mei, & redde mihi
nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt
vlciscar me de hostibus meis, & pro amis-
sione duorum luminum vnã vltionem re-
cipiam. * Et apprehendens ambas colũnas, 29
quibus innitebatur domus, alteramque ea-
rum dextera, & alteram læua tenens, * ait: 30
Moriatur anima mea cum Philisthijm, con-
cussisque fortiter columnis, cecidit domus
super omnes principes, & ceteram multitu
dinem: quæ ibi erat: multoque plures inter-
fecit moriens, quàm ante viuus occiderat.
* Descẽdentes autem fratres eius, & vniuer-31
sa cognatio tulerunt corpus eius, & sepelie-
runt inter Saraa, & Esthaol in sepulchro pa-
tris sui Manue: iudicauitque Israel viginti
annis.

CAP. XVII.

FVit eo tempore vir quidam de monte 1
Ephraim nomine Michas, * qui dixit ma- 2
tri suæ: Mille & centum argenteos, quos se-
A paraueras tibi, & super quibus me audiente
iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt.
Cui illa respondit: Benedictus filius meus
Domino. * Reddidit ergo eos matri suæ, 3
quæ dixerat ei. Consecraui, & voui hoc ar-
gentum Domino, vt de manu mea suscipiat B
filius meus, & faciat sculptile, atque confla-
tile; & nunc trado illud tibi. * Reddidit igi- 4
tur eos matri suæ: quæ tulit ducentos argen-
teos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis
sculptile, atque conflatile, quod fuit in domo
5 Michæ. * Qui ædiculam quoque in ea Deo
separauit, & fecit ephod, & theraphim, id
est, vestem sacerdotalem, & idola: imple-
uitque vnius filiorum suorum manum, &
6 factus est ei sacerdos. * In diebus illis non
erat rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi
7 rectum videbatur, hoc faciebat. * Fuit quo-
que alter adolescens de Bethlehem Iuda, ex
cognatione eius: eratque ipse Leuites, & ha-
8 bitabat ibi. * Egressusque de ciuitate Bethle-
hem, peregrinari voluit vbicunque sibi com-
modum reperisset. Cumque venisset in
montem Ephraim, iter faciens, & declinas-
9 set parumper in domum Michæ, * interro-D
gatus est ab eo vnde venisset. Qui respõdit:
Leuita sum de Bethlehem Iuda, & vado, vt
habitem vbi potuero, & vtile mihi esse per-
10 spexero. * Dixitq Michas: Mane apud me,
& esto mihi parens, ac sacerdos: daboq. tibi
per annos singulos decem argenteos, ac ve-
stem duplicem, & quæ ad victum sunt ne-
11 cessaria. * Acquieuit, & mansit apud homi-
12 nem, fuitque illi quasi vnus de filijs, * im-
pleuitque Michas manum eius, & habuit
13 puerum sacerdotem apud se. * Nunc scio,
dicens, quòd benefaciet mihi Deus habenti
Leuitici generis sacerdotem.

CAP. XVIII.

1 IN diebus illis non erat rex in Israel, &
A tribus Dan quærebat possessionem sibi,
vt habitaret in ea: vsque ad illum enim die
2 inter ceteras tribus sortem non acceperat. *
Miserunt ergo filij Dan, stirpis, & familiæ
suæ quinque viros fortissimos de Saraa, &
Esthaol, vt explorarent terram, & diligen-
ter inspicerent: dixeruntque eis: Ite, & consi-
derate terram. Qui cum pergentes venissent
in montem Ephraim, & intrassent domum
3 Michæ, requieuerunt ibi: * & agnoscentes
vocem adolescentis Leuitæ, vtentesq. illius
B diuersorio, dixerunt ad eum: Quis te huc
adduxit? quid hic agis? quam ob causam
4 huc venire voluisti? * Qui respondit eis:
Hæc, & hæc præstitit mihi Michas, & me
5 mercede conduxit, vt sim ei sacerdos. * Ro-
gauerunt autem eum, vt consuleret Domi-
nũ, vt scire possent, an prospero itinere per-
6 gerent, & res haberet effectum. * Qui re-
spondit eis: Ite in pace: Dominus respicit
7 viam vestram, & iter quo pergitis. * Euntes
igitur quinque viri venerunt Lais: viderunt-
que populum habitantem in ea absque vllo
timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum,
securum, & quietum, nullo ei penitus resi-
C stente, magnarumque opum, & procul à Si-
8 done, atque à cunctis hominibus separatũ.
* Reuersique ad fratres suos in Saraa, & E-
sthaol, & quid egissent sciscitantibus respon-
derunt;

derunt: * Surgite, ascendamus ad eos: vidi- 9
mus enim terram valde opulentam, & vbe-
rem: nolite negligere, nolite cessare, eamus,
& possideamus eam, nullus erit labor: * In- 10
trabimus ad securos, in regionem latissi-
mam, tradetque nobis Dominus locum, in
quo nullius rei est penuria eorum, quæ gi-
gnuntur in terra. * Profecti igitur sunt de 11
cognatione Dan, id est, de Saraa, & Esthaol
sexcenti viri accincti armis bellicis, * ascen- 12
denteq manserunt in Cariathiarim Iudæ:
qui locus ex eo tempore Castrorum Dan,
nomen accepit, & est post tergum Cariathia-
rim. * Inde transierunt in montem Ephra- 13
im. Cumque venissent ad domum Michæ, D
* dixerunt quinque viri, qui prius missi fue- 14
rant ad considerandam Terram Lais, cete-
ris fratribus suis: Nostis quòd in domibus
istis sit ephod, & theraphim, & sculptile, at-
que cõflatile: videte quid vobis placeat. * Et 15
cum paululum declinassent, ingressi sunt
domum adolescentis Leuitæ, qui erat in do-
mo Michæ: salutaueruntque eum verbis
pacificis. * Sexcenti autem viri ita, vt erant 16
armati, stabant ante ostium. * At illi, qui in- 17
gressi fuerant domum iuuenis, sculptile, &
ephod, & theraphim atque conflatile tolle-
re nitebãtur, & sacerdos stabat ante ostium,
sexcentis viris fortissimis haud procul ex-
pectantibus. * Tulerunt igitur, qui intraue- 18
rant, sculptile, ephod, & idola, atque confla-
tile. Quibus dixit sacerdos. Quid facitis? * 19
Cui respõderunt: Tace, & pone digitum su-
per os tuum: venique nobiscum, vt habea-
mus te patrem, ac sacerdotem. Quid tibi
melius est, vt sis sacerdos in domo vnius
viri, an in vna tribu, & familia in Israel? * 20
Quod cum audisset, acquieuit sermonibus
eorum, & tulit ephod, & idola, ac sculptile,
21 & profectus est cum eis. * Qui cum perge-
rent, & ante se ire fecissent parvulos, ac iu-
22 menta, & omne, quod erat pretiosum, * &
iam à domo Michæ essent procul, viri qui
habitabant in ædibus Michæ conclamantes
23 secuti sunt, * & post tergum clamare cepe-
F runt. Quicum respexissent, dixerunt ad
24 Micham: Quid tibi vis? cur clamas? * Qui
respondit: Deos meos, quos mihi feci, tu-
listi, & sacerdotem, & omnia, quæ ha-
25 beo, & dicitis: Quid tibi est? * Dixerunt-
que ei filij Dan: Caue ne vltra loquaris ad
nos, & veniant ad te viri animo concitati, &
26 ipse cum omni domo tua pereas. * Et sic
cœpto itinere perrexerunt. Videns autem
Michas, quòd fortiores se essent, reuersus est
27 in domum suam. * Sexcenti autem viri tu-
lerunt sacerdotem, & quæ supra diximus:
veneruntque in Lais ad populum quiescen-
tem, atque securum, & percusserunt eos in
ore gladij: vrbemque incendio tradiderunt,
28 * nullo penitus ferente præsidium, eo quòd
G procul habitarent à Sidone, & cum nullo
hominum haberent quidquam societatis, ac
negotij. Erat autem ciuitas sita in regione
Rohob: quam rursum extruentes habitaue-
29 runt in ea, * vocato nomine ciuitatis Dan
iuxta vocabulum patris sui, quem genuerat
30 Israel, quæ prius Lais dicebatur. * Posue-
runtque sibi sculptile, & Ionathan filium
Gersan filij Moysi, ac filios eius sacerdotes
in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis sue.
31 * Mansitque apud eos idolum Michæ omni
tempore, quo fuit Domus Dei in Silo, in die-
bus illis non erat rex in Israel.

CAP.

CAP. XIX.

1 FVit quidam vir Leuites habitãs in late-
re montis Ephraim, qui accepit vxorem A
de Bethlehem Iuda: * quæ reliquit eum,& 2
reuersa est in domum patris sui in Bethle-
hen, mansitque apud eum quatuor mensi-
bus. * Secutusque est eam vir suus, volens 3
reconciliari ei, atque blandiri, & secum re-
ducere, habẽs in comitatu puerum, & duos
asinos: quæ suscepit eũ,& introduxit in do-
mum patris sui. Quod cum audisset socer
eius, eumque vidisset, occurrit ei lætus,* & 4
amplexatus est hominem. Manstitq. gener
in domo socer tribus diebus, comedens cũ
eo,& bibens familiariter.* Die autem quar- 5
to de nocte consurgens, proficisci voluit.
Quem tenuit socer, & ait ad eum: Gusta B
prius paululum panis, & confortа stoma-
chum,& sic proficisceris. * Sederuntque si- 6
mul, ac comederunt,& biberunt. Dixitque
pater puellæ ad generum suum: Quæso te
vt hodie hic maneas, pariterque lætemur.* 7
At ille consurgens, cœpit velle proficisci. Et
nihilominus obnixe eum socer tenuit, &
apud se fecit manere. * Mane autem facto, 8
parabat Leuites iter. Cui socer rursum: Oro
te, inquit, vt paululum cibi capias,& assum-
pris viribus, donec increscat dies, postea pro-
ficiscaris. Comederunt ergo simul. * Surre- 9
xitq. adolescens, vt pergeret cum vxore sua
& puero. Cui rursum locutus est socer. Cõ-
sidera quòd dies ad occasum declinior sit,
& propinquat ad vesperũ: mane apud me
etiam hodie,& duc lætum diem, & cras, p- C
ficisceris vt vadas in domum tuam. * No- 10
luit gener acquiescere sermonibus eius: sed
statim pertexit, & venit contra Iebus, quæ
altero nomine vocatur Ierusalem, ducens
secum duos asinos onustos,& concubinam.
* Iamque erant iuxta Iebus, & dies muta- 11
batur in noctem: dixitque puer ad dominũ
suum: Veni obsecro, declinemus ad vrbem
Iebusæorum,& maneamus in ea. * Cui re- 12
spondit dominus: Non ingrediar oppidum
gentis alienæ, quæ non est de filijs Israel, sed
transibo vsque Gabaa:* & cum illuc perue- 13
nero, manebimus ĩ ea, aut certè in vrbe Ra-
ma. * Transierunt ergo Iebus, & cęptum 14
carpebant iter, occubuitq. eis Sol iuxta Ga- D
baa, quæ est in tribu Beniamin: * diuerte- 15
runtq. ad eam, vt manerent ibi. Quo cum
intrassent, sedebãt in platea ciuitatis,& nul-
lus eos recipere voluit hospitio.* Et ecce ap- 16
paruit homo senex, reuertens de agro,& de
opere suo vesperi, qui,& ipse de monte erat
Ephraim,& peregrinus habitabat in Gabaa.
homines autem regionis illius erant filij Ie-
mini.* Eleuatisq. oculis, vidit senex seden- 17
tem hominem cum sarcinulis suis in platea
ciuitatis:& dixit ad eũ: Vnde venis, & quò
vadis?* Qui respondit ei: Profecti sumus de 18
Bethlehem Iuda,& pergimus ad locum no-
strum, qui est in latere montis Ephraim, vn-
de ieramus in Bethlehem: & nunc vadim
ad domum Dei. nulluſq. sub tectum suum
19 nos vult recipere,* habentes paleas,& tenũ
E in asinorum pabulum,& panem,ac vinum
in meos,& ancillę tuę vsus,& pueri, qui me-
20 cum est: nulla re indigemus nisi hospitio.*
Cui respondit senex: Pax tecum sit ego præ-
bebo omnia quæ necessaria sunt: tantum,
21 quæso, ne in platea maneas.* Introduxitq.
eum in domum suam, & pabulum asin s
præbuit, ac postquam lauerunt pedes suos,
22 recepit eos in conuiuium.* Illis epulanti-
bus, & post laborem itineris, & cibo potu
reficientibus corpora, venerunt viri ciuita-
tis illius, filij Belial (id est, absque iugo) &
circumdantes domum senis, fores pulsare
cęperunt, clamantes ad dominum domus
atque dicentes: " Educ virum, qui ingressus " Ge. 19.
23 est domum tuam, vt abutamur eo.* Egres- b.5.
F susque est ad eos senex,& ait: Nolite fratres,
nolite facere malum hoc: quia ingressus est
homo hospitium meum, & cessate ab hac
24 stultitia:* habeo filiam virginem,& hic ho-
mo habet concubinam, educam eas ad vos,
vt humilietis eas, & vestram libidinem cõ-
pleatis tantum, obiecro, ne scelus hoc con-
25 tra naturam operemini in virum. * Nole-
bãt acquiescere sermonibus illius, quod cer-
nens homo, eduxit ad eos concubinam suã,
& eis tradidit illudendam: qua cum tota no-
26 cte abusi essent, dimiserunt eam mane.* At
mulier, recedẽtibus tenebris, venit ad ostiũ
domus, vbi manebat dominus suus,& ibi
27 corruit:* Mane facto, surrexit homo,& ape-
ruit ostium, vt cęptã expleret viam: & ecce
concubina eius iacebat ante ostium sparsis
28 in limine manibus. * Cui ille putans eam
G quiescere, loquebatur: Surge,& ambulemus:
qua nihil respondente, intelligens q̃ erat
mortua, tulit eã,& imposuit asino, reuersus-
29 que est in domum suam.* Quam cum esset
ingressus, arripuit gladium,& cadauer vxo-
ris cum ossibus suis in duodecim partes ac
frustra concidens, misit in omnes terminos
30 Israel.* Quod cum vidissent singuli, concla-
mabant: Numquam res talis facta est in Is-
rael ex eo die: quo ascenderunt patres nostri
de Ægypto, vsque in præsens tempus: ferte
sententiam, & in commune decernite quid
facto opus sit.

CAP. XX.

1 EGressi itaque sunt omnes filij Israel, &
A pariter congregati, quasi vir vnus, " de " Ose. 9.
Dan, vsq; Bersabee,& Terra Galaad ad Do- b.9.
2 minum in Maspha: * Omnesque anguli po-
pulorum, & cunctæ tribus Israel in ecclesiã
populi Dei conuenerunt quadringenta mil-
3 lia peditum pugnatorum. (* Nec latuit filios
Beniamin quod ascendissent filij Israel in
Maspha.) Interrogatusque Leuita, maritus
mulieris interfectæ, quomodo tãtum scelus
4 perpetratum esset,* respondit: Veni in Ga-
baa Beniamin cum vxore mea, illucque di-
uerti:

uerti: * & ecce homines ciuitatis illius circũ- 5
dederunt noctu domum, in qua manebam,
volentes me occidere, & vxorem meam in-
credibili furore libidinis vexantes, denique
mortua est.* Quam arreptam, in frusta con- 6
cidi, misique partes in omnes terminos pos-
sessionis vestræ: qui numquam tantum ne-
fas,& tam grande piaculum factum est in I-
srael.* Adestis omnes filij Israel, decernite 7
quid facere debeatis.* Statimque omnis popu 8
lus, quasi vnius hominis sermone respon- B
dit: Non recedemus in tabernacula nostra,
nec suam quisquam intrabit domum: * sed 9
hoc contra Gabaa in commune faciamus.
* Decem viri eligantur è centum ex omni- 10
bus tribubus Israel, & centum de mille, &
mille de decem millibus, vt cõportent exer-
citui cibaria,& possimus pugnare contra
Gabaa Beniamin, & reddere ei pro scelere,
quod meretur.* Cõuenitque vniuersus Is- 11
rael ad ciuitatem, quasi homo vnus eadem
mente, vnoque consilio,* & miserunt nun- 12
cios ad omnem tribum Beniamin, qui dice-
rent: Cur tantum nefas in vobis repertum
est? * Tradite homines de Gabaa, qui hoc 13
flagitium perpetrarunt, vt moriantur,& au-
feratur malum de Israel. Qui noluerũt fra-
trum suorum filiorum Israel audire man-
datum:* sed ex cunctis vrbibus, quæ sortis 14
suæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis fer
rent auxilium,& contra vniuersum populũ
Israel dimicarent.* Inuentique sunt viginti 15
quinque millia de Beniamin educentium
gladium, præter habitatores Gabaa,* qui se- 16
ptingenti erant viri fortissimi, ita sinistra vt C
dextra prælianteſ: & sic fundis lapides ad
certum iacientes, vt capillum quoque pos-
sent percutere,& nequaquã in alteram par-
tem ictus lapidis deferretur.* Virorũ quo- 17
que Israel, absque filijs Beniamin, inuenta
sunt quadringenta millia educentium gla-
dios,& paratorum ad pugnam.* Qui surgẽ- 18
tes venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo:
consulueruntque Deum, atq. dixerunt: Quis
erit in exercitu nostro princeps certaminis
contra filios Beniamin? Quibus respondit
Dominus: Iudas sit dux vester.* Statimque 19
filij Israel surgentes mane, castrametati sunt
iuxta Gabaa:* & inde procedẽtes ad pugnã 20
contra Beniamin, vrbem oppugnare cęperunt.
* Egressique filij Beniamin de Gabaa, 21
occiderunt de filijs Israel die illo viginti
duo millia virorum.* Rursum filij Israel, & 22
fortitudine,& numero confidentes, in eodẽ
loco, in quo prius certauerant, aciem direxe-
runt:* itata men vt prius ascenderent,& fle- 23
rent coram Domino vsque ad noctem: con- D
sulerentque eum, & dicerent: Debeo vltra
procedere ad dimicandum contra filios Be
niamin fratres meos, an non? Quibus ille re-
spondit: Ascendite ad eos,& iniite certamẽ.
* Cumque filij Israel altera die contra filios 24
Beniamin ad prælium processissent,* erui- 25
perunt filij Beniamin de portis Gabaa: &
occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati
sunt, vt decem,& octo millia virorum edu-
26 centium gladium prosternerent.* Quamo-
brem omnes filij Israel venerunt in domũ
Dei,& sedentes flebant coram Domino: ie-
iunauerunteque die illo vsque ad vesperam,
& obtulerunt ei holocausta, atque pacifica
27 victimas, * & super statu suo interrogaue-
runt. Eo tempore ibi erat arca fœderis Dei.
28 * Phinees filius Eleazari filij Aaron præpo-
situs domus. Cõsulueruntque igitur Domini,
atque dixerunt: Exire vltra debemus ad pu
gnam contra filios Beniamin fratres no-
stros, an quiescere? Quibus ait Dominus:
Ascendite, cras enim tradam eos in manus
29 vestras. * Posuerunteque filij Israel insidias
30 per circuitum vrbis Gabaa: * & tertia vice,
sicut semel, & bis, contra Beniamin exerci-
31 tum produxerũt.* Sed & filij Beniamin ar
E dacter eruperunt de ciuitate,& fugiẽtes ad-
uersarios longius persecuti sunt, ita vt vul-
nerarent ex eis sicut primo die, & secundo,
& cæderent per duas semitas, vertentes ter-
ga quarum vna ferebatur in Bethel, & alte-
ra in Gabaa, atq. prosternerent triginta circi-
32 ter viros:* putauerunt enim solito eos mo-
re cedere. Qui fugã arte stimulantes inierũt
consilium vt abstraherent eos de ciuitate,&
quasi fugientes ad suspradictas semitas pdu-
33 cerent: * Omnes itaque filij Israel surgẽtes
de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco,
qui vocatur Baal thamar. Insidiæ quoq. quæ
circa vrbem erant, paulatim se aperire cœ-
34 perunt,* & ab Occidentali vrbis parte pro-
cedere. Sed & alia decem millia virorum
de vniuerso Israel habitatores vrbis ad cer-
tamina prouocabant. Ingrauatumq. est bel-
lum contra filios Beniamin, & non intelle-
xerunt, quod ex omni parte illis instaret
35 interitus. * Percussitque eos Dominus in
conspectu filiorum Israel, & interfecerunt
ex eis in illo die viginti quinque millia, & cẽ-
tum viros, omnes bellatores, & educẽte gla-
36 dium.* Filij autem Beniamin cum se infe-
F riores esse vidissent, cęperunt fugere. Quod
cernentes filij Israel, dederunt eis ad fugien
dum locum, vt ad preparatas insidias deue-
37 nirent, quas iuxta vrbem posuerant.* Qui
cum repentè de latibulis surrexissent, & Be-
niamin terga cædentibus daret, ingressi sũt
ciuitatem,& percusserunt eam in ore gladij
38 * Signum autem dederant filli Israel his,
quos in insidijs collocauerant, vt postquam
vrbem cepissent, ignem accenderent: vt ascẽ
dente in altum fumo, captam demonstra-
39 rent.* Quod cum cernerent filij Israel in ip
sũ certamine positi (putauerunt enim filij
Beniamin eos fugere,& instantius perseque
bantur, cæsis de exercitu eorum triginta vi-
40 ris.) * & viderent quasi columnam fumi de
ciuitate consedere: Beniamin quoque aspi-
ciens retro cum captam cerneret ciuitatem,
41 & flammas in sublime ferri: * qui prius si-
mulauerant fugam, versa facie fortius resi-
stebant. Quod cum vidissent filij Beniamin
42 in fugam versi sunt,* & ad viam deserti ire
cępe-

cœperunt,illuc quoque eos aduersarijs per-
sequentibus,sed & hi,qui vrbem succēdērāt
occurrerunt eis. * Atque ita factum est,vt 43
ex vtraque parte ab hostibus cæderētur,nec G
erat vlla requies morientium. Ceciderunt,
atque prostrati sunt ad Orientalem plagam
vrbis Gabaa.* Fuerūt autem qui in eodem 44
loco interfecti sunt,decem,& octo millia vi-
rorum, omnes robustissimi pugnatores: * 45
Quod cū vidissent,qui remanserant de Be-
niamin,fugerunt in solitudinē:& pergebant
ad Petram,cuius vocabulum est Remmon.
In illa quoque fuga palātes,& in diuersa tē-
dentes,occiderunt quinque millia virorum.
Et cum vltra tenderent, persecuti sunt eos,
& interfecerunt etiam alia duo millia.* Et 46
sic factum est,vt omnes qui ceciderāt de Be
niamin in diuersis locis,essent vigintiquinq.
millia, pugnatores ad bella promptissimi.
*Remāserunt itaque de omni numero Be- 47
niamin,qui euadere,& fugere in solitudinē
potuerunt,sexcenti viri: sederuntque in Pe-
tra Remmon mensibus quatuor.*Regressi 48
autem filij Israel omnes reliquias ciuitatis
à viris vsque ad iumēta gladio pcusserunt,
cunctasque vrbes, & viculos Beniamin vo-
rax flamma consumpsit.

CAP. XXI.

IVrauerunt quoque filij Israel in Maspha 1
& dixerunt: Nullus nostrum dabit filijs A
Beniamin de filiabus suis vxorem.* Vene- 2
runtque omnes ad domum Dei in Silo,& in
conspectu eius sedentes vsque ad vesperam
leuauerunt vocem, & magno vlulatu cepe-
runt flere,dicentes. * Quare Domine Deus 3
Israel factū est hoc malum in populo tuo,
vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? * 4
Altera autem die diluculo consurgentes,ex-
truxerunt altare:obtuleruntque ibi holocau-
sta,& pacificas victimas,& dixerunt:* Quis 5
non ascendit in exercitu Domini de vniuer
sis tribubus Israel? Grandi enim iuramento
se constrinxerant,cum essent in Maspha,in
rerfici eos,qui defuissent. * Ductique pēni- 6
tentia filij Israel super fratre suo Beniamin, B
cęperunt dicere: Ablata est tribus vna de
Israel,*vnde vxores accipient?omnes enim 7
in commune iurauimus, non daturos nos
his filias nostras;*idcirco dixerunt: Quis est 8
de vniuersis tribubus Israel, qui non ascen-
dit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuen
ti sunt habitatores Iabes Galaad in illo exer-
citu non fuisse. (*Eo quoque tempore cum 9
essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.)
10 *Miserunt itaque decem millia viros robu-
stissimos,& præceperunt eis: Ite,& percutite
habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam
11 vxores quam paruulos eorum.* Et hoc erit
quod obseruare debebitis. " Omne generis " Nu.31.
masculini,& mulieres,quæ cognouerunt vi- c.17.
12 ros,interficite, virgines autē reseruate.* In-
uentæque sunt de Iabes Galaad quadringen
tæ virgines, quæ nescierunt viri thorum,&
adduxerunt eas ad castra in Silo,in Terram
13 Chanaan. * Miseruntque nuncios ad filios
Beniamin, qui erant in Petra Remmon, &
præceperunt eis. vt eos susciperent in pace.
14 * Veneruntque filij Beniamin in illo tēpo-
C re, & datæ sunt eis vxores de filiab. Iabes
Galaad:alias aūt non repererunt,quas simi-
15 li modo traderent.* Vniuersisq. Israel val-
de doluit,& egit pēnitentiam super interfe-
16 ctione vnius tribus ex Israel.*Dixeruntque
maiores natu:Quid faciemus reliquis,q̄ non
acceperunt vxores? omnes in Beniamin fe-
17 minæ conciderunt,&*magna nobis cura,In
gentique studio prouidendum est,ne tribus
18 deleatur ex Israel. * Filias enim nostras eis
dare nō possumus, constricti iuramento,&
maledictione,qua diximus:Maledictus,qui
19 dederit de filiab suis vxorē Beniamin.* Ce
peruntque consilium,atq.dixerunt: Ecce so-
lemnitas Domini est in Silo anniuersaria, q̄
sita est ad Septētrionem vrbis Bethel, & ad
D Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel ten
dit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi
20 Lobona.* Pręceperuntq.filijs Beniamin,at-
21 que dixerunt: Ite,& latitate in vineis.* Cūque
videritis filias Silo ad ducendos choros
ex more procedere,exite repēte de vineis,&
rapite ex eis singuli vxores singulas, & per-
22 gite in Terrā Beniamin.* Cumq. venerint
patres earum ac fratres, & aduersum vos
quæri cęperint, atque iurgari, dicemus eis.
Miseremini eorum: non enim rapuerunt
eas iure bellantium atque victorum, sed ro-
gantibus,vt acciperent non dedistis,& à ve-
23 stra parte peccatum est. * Feceruntque
filij Beniamin, vt sibi fuerat imperatum: &
iuxta numerum suum rapuerūt sibi de his,
quæ ducebant choros, vxores singulas:
abieruntque in possessionem suam,ędificau
24 tes vrbes,& habitantes in eis.* Filij quoque
Israel reuersi sunt per tribus, & familias in
tabernacula sua. In diebus illis non erat rex
in Israel:sed vnusquisque quod sibi rectum
videbatur, hoc faciebat.

LIBER RVTH.

CAPVT PRIMVM.

IN diebus vnius iudicis, 1
quando iudices præerant, A
facta est fames in Terra.
Abijtq. homo de Bethle-
hem Iuda, vt peregrina-
retur in regione Moabiti-
de cū vxore sua: ac duob.
liberis, * ipse vocabatur 2
Elimelech,& vxor eius Noemi: & duo filij,
alter Mahalon,& alter Chelion, Ephrathæi
de Bethlehē Iuda. Ingressique regionē Moa
bitidem,morabantur ibi. * Et mortuus est 3
Elimelech maritus Noemi: remansitq. ipsa
cum filijs.*, Qui acceperunt vxores Moabiti- 4
das,quarū vna vocabatur Orpha, altera ve-
rò Ruth. Mā seruntq. ibi decē annis,* & am 5
bo mortui sunt, Mahalō videlicet,& Cheliō,
remansitq. mulier orbata duobus liberis ac
marito. * Et surrexit vt in patriā pergeret cū 6
vtraq. nuru sua de regione Moabitide: au-
dierat .n. quod respexisset Dñs populū suū B
& dedisset eis escas. * Egressa est itaq de lo- 7
co peregrinationis suæ, cum vtraque nuru:
& iam in via reuertendi posita in Terrā Iu-
da,* dixit ad eas:Ite ī domū matris vestræ, 8
faciat vobiscum Dominus misericordiā, si-
cut fecistis cum mortuis,& mecū. * Det vo- 9
bis inuenire requiem in domibus virorum,
quos sortiturę estis. Et osculata est eas. Quæ
eleuata voce flere cœperunt,* & dicere: Te- 10
cum pergemus ad populū tuum.*Quibus il 11
la respōdit:Reuertemini filię meę,cur veni-
tis mecum? num vltra habeo filios in vtero
12 meo,vt viros ex me sperare possitis?* Reuer
timini filiæ meæ,& abite: iam .n. senectute
confecta sum, nec apta vinculo coniugali, et
si possem hac nocte cōcipere,& parere filios,
13 * si eos expectare velitis donec crescāt,& an
C nos pubertatis impleant, ante eritis verulæ
quā nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ: quia
vestra angustia magis me premit, & egressa
14 est manus Dñi contra me. * Eleuata igitur
voce, rursum flere cœperūt. Orpha osculata
est socrū,ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui
15 suæ,* cui dixit Noemi: En reuersa est cogna
ta tua ad populū suū, & ad deos suos, vade
16 cū ea.*Quę respōdit: Ne aduersēris mihi vt
relinquā te, & abeā:quocunque.n.perrexeris
pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter
morabor. Populus tuus populus meus, &
17 Deus tuus Deus meus.*Quæ te terra moriē
tem susceperit, in ea moriar:ibiq. locū acci-
piam sepulturæ, Hæc mihi faciat Dominus
& hæc addat,si non sola mors me, & te sepa
18 rauerit.* Videns ergo Noemi,quod obstina
D to animo Ruth decreuisset secum pergere,
aduersari noluit, nec ad suos vltra reditum
19 persuadere:*profectæq.sunt simul,& vene-
runt in Bethlehem. Quibus vrbē ingressis,
velox apud cunctos fama percrebuit: dice-
20 bātq. mulieres. Hæc est illa Noemi. * Quib.
ait: Ne vocetis me Noemi (id est,pulchram)
sed vocate me Mara(id est,amarā) qa ama-
21 ritudine valde repleuit me Omnipotēs.* E-
gressa sum plena,& vacuā reduxit me Dñs.
Cur ergo vocatis me Noemi, q̄ Dñs humi-
liauit,

liauit,& afflixit Omnipotens? * Venit ergo 22
Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de
terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in
Bethlehem, quando primum hordea mete-
bantur.

CAP. II.

ERat autem viro Elimelech consangui- 1
neus, homo potens, & magnarum opũ. A
nomine Booz.* Dixitque Ruth Moabitis ad 2
socrum suam. Si iubes, vadam in agrum, &
colligam spicas, quæ fugerint manus meten-
tiũ vbicumque clementis in me patris fami-
lias reperero gratiam. Cui illa respondit: Va-
de filia mea. * Abijt itaque, & colligebat spi- 3
cas post terga metentium. Accidit autem vt
ager ille haberet dominum nomine Booz,
qui erat de cognatione Elimelech.* Et ecce, 4
ipse veniebat de Bethlehem, dixitq. messori-
bus: Dominus vobiscum. Qui responderunt
ei: Benedicat tibi Dominus. * Dixitq. Booz 5
iuueni, q̃ messoribus præerat: Cuius est hæc
puella? * Cui respondit: Hæc est Moabitis, 6
quæ venit cum Noemi, de regione Moabi- B
tide, * & rogauit spicas colligere remanen- 7
tes, sequens messorum vestigia: & de mane
vsque nunc stat in agro, & ne ad monumen-
tum quidẽ domum reuersa est.* Et ait Booz 8
ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum a-
grum ad colligendum, nec recedas ab hoc
loco: sed iungere puellis meis: * & vbi mes- 9
suerint, sequere. Mandaui enim pueris meis
vt nemo molestus sit tibi, sed etiam si sitie-
ris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de qui-
bus, & pueri bibunt. * Quæ cadens in faciẽ 10
suam, & adorans super terram, dixit ad eũ:
Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante
ocũlos tuos, & nosse me dignareris peregri-
nam mulierem?* Cui ille respondit: Nũcia- 11
ta sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ C
post mortem viri tui: & quod reliqueris pa-
rentes tuos, & terram in qua nata es, & ve-
neris ad populum, quem antea nesciebas. * 12
Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & ple-
nam mercedem recipias à Domino Deo Is-
rael, ad quem venisti, & sub cuius confugi-
sti alas. * Quæ ait: Inueni gratiam apud ocu 13
los tuos domine mi, qui consolatus es me,
& locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non
sum similis vnius puellarum tuarum. * Di- 14
xitq. ad eam Booz: Quando hora vescendi
fuerit, veni huc, & comede panem, & intin-
ge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad
messorum latus, & congessit polentam sibi,
comeditque, & saturata est, & tulit reliquias.
* Atque inde surrexit, vt spicas ex more col- 15
ligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, di-
cens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne
prohibeatis eam: * & de vestris quoque ma- 16
nipulis proijcite de industria, & remanere
permittite, vt absque rubore colligat, & col- D
ligentem nemo corripiat: * Collegit ergo in 17
agro vsque ad vesperã: & quæ collegerat vir-
ga cædens, & excutiens, inuenit hordei quasi
18 ephi mensuram, id est, tres modios. * Quos
portans reuersa est in ciuitatem, & ostendit
socrui suæ insuper protulit, & dedit ei de re-
19 liquijs cibi sui, quo saturata fuerat. * Dixitq.
ei socrus sua: Vbi hodie collegisti, & vbi feci-
sti opus? sit benedictus qui misertus est tui.
Indicauitque ei apud quem fuisset operata:
& nomen dixit viri, quod Booz vocaretur,
20 * Cui respõdit Noemi: Benedictus sit à Do
mino quoniam eandem gratiam, quam præ-
buerat viuis, seruauit, & mortuis, Rursumq.
21 ait: Propinquus noster est homo.* Et Ruth,
Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt iam-
diu messoribus eius iungerer, donec omnes
22 segetes meterentur.* Cui dixit socrus: Me-
lius est, filia mea, vt cum puellis eius exeas
ad metendum, ne in alieno agro quispiam
23 resistat tibi.* Iuncta est itaque puellis Booz,
& tamdiu cum eis messuit, donec hordea, &
triticum in horreis cõderentur.

CAP. III.

1 POstquam autem reuersa est ad socrum
A suam, audiunt ab ea: Filia mea, quæram
tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi.
2 * Booz iste, cuius puellis in agro iũcta es, p-
pinquus noster est, & hac nocte areã hordei
3 ventilat.* Lauare igitur, & vngere, & indue
re cultioribus vestimentis, & descende in a-
ream, non te videat homo, donec esum, po-
4 tumq. finierit. * Quãdo autem ierit ad dor-
miendum, nota locum in quo dormiat: ve-
niesq. discooperies pallium, quo operitur à
parte pedum, & proijcies te, & ibi iacebis: ip-
5 se autem dicet tibi quid agere debeas.* Quæ
6 respondit: Quidquid præceperis, faciã.* De-
B scenditq. in aream: & fecit omnia, quæ sibi
7 imperauerat socrus. * Cumque comedisset
Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, isset-
que ad dormiendum iuxta acerum mani-
pulorum, venit absconditè, & discooperto
8 pallio, à pedibus eius se proiecit.* Et ecce, no-
cte iam media expauit homo, & cõturbatus
est, vidit q. mulierem iacẽtem ad pedes suos
9 * & ait illi. Quæ es? Illaq. respõdit: Ego sum
Ruth ancilla tua expande pallium tuum su-
10 per famulam tuam, quia propinquus es.* Et
Ille: Benedicta, inquit, es à Domino filia, &
priorem misericordiam posteriori superas-
ti: quia non es secuta iuuenes pauperes, siue
11 diuites. * Noli ergo metuere, sed quidquid
dixeris mihi, faciã tibi. Scit. n. omnis populus, q
habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te
12 esse virtutis.* Nec abnuo me propinquum,
13 sed est alius me propinquior. * Quiesce hac
nocte: & facto mane, si te voluerit propin-
quitatis iure retinere, bene res acta est: si nau
tẽ ille noluerit: ego te absq. vlla dubitatione
D suscipiam, viuit Dominus, dormi vsq. ma-
14 ne. * Dormiuit itaque ad pedes eius: vsque
ad noctis abscessum. Surrexit itaq antequã
homines se cognoscerent mutuo, & dixit
Booz. Caue ne quis nouerit quod huc vene-
15 ris.* Et rursum, Expande, inquit, palliũ tuũ,
quo

quo operiris, & tene vtraq. manu. Qua ex-
tendente, & tenente mensus est sex modios
hordei, & posuit super eam. Quæ portans in
gressa est ciuitatem, * & venit ad socrum 16
suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narra-
uitq. ei omnia, quæ sibi fecisset homo. * Et 17
ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, &
ait: Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuã.
* Dixitq. Noemi: Expecta filia donec videa- 18
mus quem res exitum habeat, neq. enim ces-
sabit homo nisi compleuerit, quod locutus
est.

CAP. IV.

AScendit ergo Booz ad portam, & sedit 1
ibi. Cumq. vidisset propinquum præte- A
rire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad
eum: Declina paulisper, & sede hic: vocans
cũ nomine suo. Qui diuertit, & sedit, * Tol- 2
lens autem Booz decem viros de senioribus
ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic. * Quib. sedẽ 3
tibus, locutus est ad propinquum. Partem a-
gri fratris nostri Elimelech vendet Noemi,
quæ reuersa est de regione Moabitide: * qd 4
audire te volui, & tibi dicere coram cunctis
sedentibus, & maioribus natu de populo
meo. Si vis possidere iure propinquitatis: e-
me, & posside. sin autem displicet tibi hoc
ipsum indica mihi, vt sciam quid facere de-
beam, nullus enim est propinquus, excepto
te, qui prior es: & me, qui secundus sum. B
At ille respondit: Ego agrum emã. * Cui di- 5
xit Booz: Quando emeris agrum de manu
mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ v-
xor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites
nomẽ propinqui tui in hereditate sua.* Qui 6
respondit: Cedo iuri propinquitatis: neque
enim posteritatem familiæ meæ delere de-
beo, tu meo vtere priuilegio, quo me liben-
ter carere profiteor. * [a] Hic autem erat mos 7
antiquitus in Israel inter propinquos, vt si
quando alter alteri suo iuri cedebat: vt esset
firma concessio, soluebat homo calceamen-
tum suum, & dabat proximo suo, hoc erat
8 testimonium cessionis in Israel. * Dixit ergo
propinquo suo Booz: Tolle calceamentum
9 tuum. Quod statim soluit de pede suo. * At
Ille maioribus natu, & vniuerso populo: Te
stes vos, inquit, estis hodie, quòd possederim
omnia quæ fuerunt Elimelech, & Chelion
10 & Mahalon, tradente Noemi: * & Ruth
Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniu-
gium sumpserim, vt suscitem nomen de-
functi in hereditate sua, ne vocabulum eius
de familia sua ac fratribus, & populo delea-
11 tur. Vos, inquam, huius rei testes estis. * Re-
spondit omnis populus, qui erat in porta, &
maiores natu: Nos testes sumus: faciat Do-
minus hanc mulierem, quæ ingreditur do-
mum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædi-
ficauerunt domum Israel: vt sit exemplum
virtutis in Ephratha, & habeat celebre no-
12 men in Bethlehem.* fiatque domus tua, si-
cut domus Phares, [a] quem Thamar pepe- [a] Ge. 38.
rit Iudæ, de semine, quod tibi dederit Domi- 29.
13 nus ex hac puella.* Tulit itaq. Booz Ruth,
& accepit vxorem: ingressusque est ad eam,
D & dedit illi Dominus vt conciperet, & pare-
14 ret filium.* Dixeruntque mulieres ad Noe-
mi: Benedictus Dominus, qui non est passus
vt deficeret successor familiæ tuæ, & voca-
15 retur nomen eius in Israel. * Et habeas qui
consoletur animam tuam, & enutriat sene-
ctutem. De nuru enim tua natus est, quæ te
diligit: & multo tibi melior est, quàm si se-
16 ptem haberes filios. * Susceptumque Noe-
mi puerum posuit in sinu suo, & nutricis
17 ac gerulæ fungebatur officio. * Vicinæ autẽ
mulieres congratulantes ei, & dicentes: Na-
tus est filius Noemi: vocauerunt nomen
eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid.
18 * Hæ sunt generationes Phares: [a] Phares
19 genuit Esron, * Esron genuit Aram, Aram [a] 1. Par.
20 genuit Aminadab, * Aminadab genuit Na- 2.a.4. &
21 hasson, Nahasson genuit Salmon, * Salmon 4.a.1. &
22 genuit Booz, Booz genuit Obed, * Obed ge- Matt. 1.
nuit Isai, Isai genuit Dauid. a.3.

[a] Deu. 25 b.7.

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS.



CAPVT PRIMVM.

EVIT vir vnus de Rama 1
thaimsophim, de monte A
Ephraim, & nomen eius
Elcana, filius Ieroham, fi-
lij Eliu, filij Thohu, filij
Suph, Ephrathæus: * & 2
habuit duas vxores, no-
men vni Anna, & nomen secundę Phenen-
na. Fueruntq. Phenennæ filij: Annæ autem
non erant liberi. * Et ascendebat vir ille de 3
ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, &
sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erat
autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phi-
nees, sacerdotes Domini. * Venit ergo 4
dies, & immolauit Elcana, deditque Phe-
nennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & fi-
liabus partes: * Annæ autem dedit partem 5
vnam tristis, quia Annam diligebat. Domi-
nus autem conclusérat vuluam eius: * Atili- 6
gebat quoque eam æmula eius, & vehemen-
ter angebat, in tãtum, vt exprobraret, quod
7 Dominus conclussisset vuluam eius: * sic-
B que faciebat per singulos annos, cum re-
deunte tempore ascenderunt ad templum
Domini: & sic prouocabat eam. Porrò illa
8 flebat, & non capiebat cibum. * Dixit ergo
ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & qua-
re non comedis? & quam ob rem affligitur
cor tuum? numquid non ego melior tibi
9 sum, quàm decem filij? * Surrexit autem
Anna postquam comederat, & biberat in
Silo. Et Heli sacerdote sedente super sol-
10 lam ante postes templi Domini, * cum es-
set Anna amaro animo, orauit ad Domi-
11 num, flens largiter, * & votũ vouit, dicens:
Domine exercituum, si respiciens videris af
flictionem famulæ tuæ, & recordatus mei
fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq. ser-
uæ tuæ sexum virilem: dabo eum Dño om-
nibus diebus vitæ eius, & nouacula nõ ascẽ-
12 det super caput eius. * Factum est aũt, cum
illa multiplicaret preces coram Domino, vt

Heli obseruaret os eius. * Porrò Anna lo- 13
quebatur in corde suo, tantumq. labia illius
mouebãtur, & vox penitus nõ audiebatur. C
Aestimauit ergo eam Heli temulentã, * di- 14
xitq. ei: Vsquequo ebria eris? digere paulis-
per vinum, quo mades. * Respondens An- 15
na, Nequaquam, inquit, domine mi: nam
mulier, infelix nimis ego sum, vinũq. & om-
ne quod inebriare potest, non bibi, sed effu-
di animam meam in conspectu Domini.
* Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de 16
filiabus Belial: quia ex multitudine doloris,
& mœroris mei locuta sum vsq. in præsens.
* Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Is- 17
rael det tibi petitionem tuam, quam rogasti
eum. * Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla 18
tua gratiã in oculis tuis. Et abijt mulier in
viam suam, & comedit, vultusque illius non
sũt amplius in diuersa mutati. * Et surrexe- 19
runt mane, & adorauerũt corã Domino: re-
uersq. sunt, & venerũt in domũ suam Ra-
matha. Cognouit autẽ Elcana Annam vxo-
rem suam: & recordatus est eius Dominus.
* Et factum est post circulum dierum, cõce- 20
pit Anna, & peperit filium, vocauitq. nomẽ
eius Samuel: eo quod à Domino postulasset
eum. * Ascendit autẽ vir eius Elcana, & om- 21
nis domus eius, vt immolaret Dño hostiam D
solemnem, & votum suũ, * & Anna nõ a- 22
scendit: dixit enim viro suo: Non vadã, do-
nec ablactetur infans, & ducã eum, vt appa-
reat ante conspectum Domini, & maneat
ibi iugiter. * Et ait ei Elcana vir suus: Fac 23
quod bonum tibi videtur, & mane donec
ablactes eũ: precorque vt impleat Dominus
verbum suum. Mãsit ergo mulier, & lactauit
filium suum donec amoueret eum a lacte.
* Et adduxit eum secum, postquã ablacta- 24
uerat, in vitulis tribus, & tribus modijs fari-
næ, & Amphora vini, & adduxit eum ad do
mum Domini in Silo. Puer autẽ erat adhuc
infantulus: * & immolauerũt vitulũ, & ob- 25
tulerunt puerũ Heli. * Et ait Anna. Obsecro 26
mi domine, viuit anima tua domine: ego
sum illa mulier, quæ steti corã te hic orans
Dominum. * Pro puero isto oraui, & dedit 27
mihi Dominus petitionem meam, quã po-
stulaui eum. * Idcirco & ego commodaui 28
eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit
commodatus Domino. Et adorauerunt ibi
Dominum. Et orauit Anna, & ait.

CAP. II.

EXultauit cor meum in Domino, & exal- 1
tatum est cornu meũ in Deo meo: dila-
A tatum est os meum super inimicos meos:
quia lætata sum in salutari tuo.
* Non est sanctus, vt est Dominus: neque 2
enim est alius extra te, & non est fortis sicut
Deus noster.
* Nolite multiplicare loqui sublimia, glo- 3
riantes: recedant vetera de ore vestro: quia
Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præ-
parantur cogitationes.
4 * Arcus fortium superatus est, & infirmi
accinẽti sunt robore.
5 * Repleti prius pro panibus se locauerũt:
& famelici saturati sunt, donec sterilis pepe-
rit plurimos: & quæ multos habebat filios,
infirmata est.
6 * [a] Dominus mortificat, & viuificat, de- [a] Deut. 32. f. 39. Tob. 13. a. 2. Sap. 16. b. 13.
B ducit ad inferos, & reducit.
7 * Dominus pauperem facit, & ditat, hu-
miliat, & sublleuat.
8 * Suscitat de puluere egenum, & de sterco
re eleuat pauperem: vt sedeat cum principi-
bus, & solũ gloriæ teneat. Domini .n. sunt
cardines terræ, & posuit super eos orbem.
9 * Pedes sanctorũ suorum seruabit, & im
pii in tenebris conticescent: quia non in for-
titudine sua roborabitur vir.
10 * Dominum formidabũt aduersarij eius
C & super ipsos in cælis tonabit: Dominus iu-
dicabit fines Terræ, & dabit imperium regi
suo, & sublimabit cornu Christi sui.
11 * Et abijt Elcana Ramatha, in domũ suã,
puer autem erat minister in conspectu Do-
mini ante faciem Heli sacerdotis.
12 * Porrò filij Heli, filij Belial, nesciẽtes Do-
13 minum, * neque officium sacerdotũ ad po
pulum: sed quicũque immolasset victimam,
veniebat puer sacerdotis: dum coquerentur
carnes, & habebat fuscinulam tridentem in
14 manu sua, * & mittebat eã in lebetem, vel
in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum
& omne, quod leuabat fuscinula, tollebat sa-
cerdos sibi, sic faciebant vniuerso Israeli ve-
15 nientium in Silo. * Et iam antequam ado-
lerent adipẽ, veniebat puer sacerdotis, & di-
cebat immolanti: Da mihi carnẽ, vt coquam
D sacerdoti: non enim accipiam a te carnem
16 coctam, sed crudam. * Dicebatq. illi immo-
lans: Incendatur primum iuxta morem ho-
die adeps, & tolle tibi quantumcunque de-
siderat anima tua. Qui respondens aiebat
ei: Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin
17 tollam vi. * Erat ergo peccatum puerorum
grande nimis coram Domino: quia extra-
18 hebant homines à sacrificio Domini: * Sa-
muel autem ministrabat ante faciem Domi-
19 ni, puer, accinctus ephod lineo. * Et tuni-
cam paruam faciebat ei mater sua, quam af-
ferebat statutis diebus, ascendens cum vi-
ro suo, vt immolaret hostiam solemnem,
20 * Et benedixit Heli Elcanæ, & vxori eius.
dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen
de muliere hac, pro fœnore quod commo-
dasti Domino, Et abierunt in locum suũ.
21 * Visitauit ergo Dominus Annam, & con-
E cepit, & peperit tres filios, & duas filias:
& magnificatus est puer Samuel apud Do-
22 minum. * Heli autem erat senex valdè, &
audiuit omnia, quæ faciebant filij sui vni-
uerso Israeli: & quomodo dormiebant cum
mulieribus, quæ obseruabant ad ostium ta-
23 bernaculi: * & dixit eis: Quare facitis res
huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas,
24 ab omni populo? * Nolite filij meus nõ enim
est bona fama, quam ego audio, vt transgre-

di faciatis populum Domini. * Si peccauerit 25
vir in virum, placari ei potest Deus: si autē
in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro
eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia
volu t Dominus occidere eos. * puer autem 26
Samuel proficiebat, atque crescebat, & pla- F
cebat tam Dño, quā hominibus * Venit aūt 27
vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Do-
minus: Nunquid non apertē reuelatus sū
domui patris tui, cum essent in Ægypto in
domo Pharaonis? * Et elegi eū ex omnibus 28
tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascen-
deret ad altare meū, & ad oleret mihi incen-
sum, & portaret ephod corā me: & dedi do-
mui patris tui omnia de sacrificijs filiorum
Israel. * Quare calce abiecistis victimā meā, 29
& munera mea q̄ præcepi vt offerrentur in
templo: & magis honorasti filios tuos quam
me, vt comederetis primitias omnis sacrificij
Israel populi mei: * Propterea ait Dominus 30
Deus Israel: " Loquens locutus sum, vt do-
" 3. Reg. 2. c. 27. mus tua, & domus patris tui ministraret in
conspectu meo, vsque in sempiternū. Nunc
autem dicit Dominus: Absit hoc a me: sed
quicumq. glorificauerit me, glorificabo eum:
qui aūt contemnūt me, erūt ignobiles. * Ec- 31
ce dies veniūt, & præcidā brachiū tuum, &
brachiū domus patris tui, vt nō vt senex in G
domo tua. * Et videbis æmulū tuum in tē- 32
plo, in vniuersis prosperis Israel: & non erit
senex in domo tua cunctis diebus. * Verū- 33
tamen non auferam penitus virum ex te ab
altari meo: sed vt deficiant oculi tui, & tabe-
scat anima tua: & pars magna domus tuæ
morietur cum ad virilem ætatem venerit.
* Hoc autem erit ibi signum, quod ventu- 34
rū est duobus filijs tuis, Ophni, & Phinees:
In die vno morientur ambo. * Et suscitabo 35
mihi sacerdotem fidelē, qui iuxta cor meū,
& animam meam faciet: & ædificabo ei do-
mum fidelem, & ambulabit coram Christo
meo cunctis diebus, * Futurum est autē, vt 36
quicunque remanserit in domo tua, veniat
vt oretur pro eo, & offerat numismum argen
teum, & tortā panis, dicatque: Dimitte me
obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt
comedam buccellam panis.

CAP. III.

PVer autem Samuel ministrabat Domino 1
coram Heli, & sermo Domini erat pre- A
tiosus in diebus illis, non erat visio manifes-
ta. * Factum est ergo in die quadam, Heli
iacebat in loco suo, & oculi eius caligaue-
rant, nec poterat videre: * lucerna Dei ante- 3
quam extingueretur, Samuel dormiebat in
templo Domini, vbi erat arca Dei. * Et vo- 4
cauit Dominus Samuel. Qui respondēs, ait:
Ecce ego. * Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce 5
ego: vocasti enim me. Qui dixit: Non voca-
ui: reuertere, & dormi, Et abijt, & dormiuit.
* Et adiecit Dominus rursū vocare Samue- 6
lem. Consurgensq. Samuel, abijt ad Heli, &
dixit: Ecce ego: quia vocasti me. Qui respon-
B dit: Non vocaui te fili mi: reuertere, & dor-
7 mi, * Porrò Samuel nec dum sciebat Domi-
num, neque reuelatus fuerat ei sermo Domi-
8 ni. * Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc
Samuelem tertiò. Qui consurgens abijt ad
9 Heli, * & ait: Ecce ego: quia vocasti me. In-
tellexit ergo Heli, quia Dns vocaret puerū:
& ait ad Samuelem: Vade, & dormi: & si
deinceps vocauerit te, dices: Loquere Do-
mine, quia audit seruus tuus. Abijt ergo
10 Samuel, & dormiuit in loco suo. * Et venit
Dominus, & stetit: & vocauit, sicut voca-
uerat secundo, Samuel, Samuel. Et ait Sa-
muel: Loquere Domine, quia audit seruus
11 tuus. * Et dixit Dominus ad Samuelem: Ec-
C ce ego facio verbum in Israel: quod quicun-
12 que audierit, tinnient ambæ aures eius, * In
die illa suscitabo aduersū Heli omnia, quæ
locutus sum super domum eius: incipiam,
13 & complebo. * Prædixi enim ei, quod iudi-
caturus essem domum eius in æternū, pro-
pter iniquitatem, eo quod nouerat indignē
14 agere filios suos, & nō corripuerit eos. * Id-
circò iurauī Domui Heli quod nō expietur
iniquitas domus eius victimis, & munerib.
15 vsque in æternū. * Dormiuit autem Samuel
vsque mane, aperuitq. ostia domus Domi-
ni. Et Samuel timebat indicare visionē He-
16 li. * Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit:
Samuel fili mi? Qui respondens, ait: Præsto
17 sum. * Et interrogauit eum: Quis est sermo
D quem locutus est Dominus ad te? oro te ne
celaueris me, hæc faciat tibi Deus, & hæc ad-
dat, si abscōderis à me sermonem ex omni-
18 bus verbis, quæ dicta sunt tibi. * Indicauit
itaque ei Samuel vniuersos sermones, & nō
abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus
est: quod bonum est in oculis suis faciat.
19 * Creuit autem Samuel, & Dominus erat
cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis
20 eius in terram. * Et cognouit vniuersus Is-
rael à Dan, vsque Bersabee, quod fidelis
21 Samuel propheta esset Domini. * Et addidit
Dominus vt appareret in Silo, quoniam re-
uelatus fuerat Dominus Samuel in Silo, ita-
ta verbum Domini. Et euenit sermo Samue
lis vniuerso Israeli.

CAP. IV.

1 ET factum est in diebus illis, conuene-
A runt Philistijm in pugnam: & egressus
est Israel obuiam Philisthijm in prælium,
& castrametatus est iuxta Lapidem adiuto-
rii. Porrò Philisthijm venerunt in Aphec,
2 * & instruxerunt aciem contra Israel. Inito
autem certamine, terga vertit Israel Phili-
sthæis, & cæsa sunt in illo certamine pas-
sim per agros, quasi quatuor milia virorū.
3 * Et reuersus est populus ad castra: dixe-
runtque maiores natu de Israel: Quare per-
cussit nos Dominus hodie corā Philisthijm?
Afferamus ad nos de Silo arcā fœderis Do-
mini, & veniat in mediū nostri, vt saluet nos
4 de manu inimicorū nostrorū. * Misit ergo
popu-



populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœ-
deris Domini exercituum sedētis super Che
rubim: erantq. duo filij Heli cum arca fœde
ris Dei, Ophni, & Phinees. * Cumque venis- 5
set arca fœderis Domini in castra, vociferā-
tus est omnis Israel clamore grandi, & per-
sonuit terra. * Et audierant Philisthijm vo- 6
cem clamoris, dixeruntque: Quænam est B
hæc vox clamoris magni in castris Hebræo-
rum? Et cognouerunt quod arca Domini ve-
nisset in castra. * Timueruntque Philisthijm 7
dicentes: Venit Deus in castra. Et ingemue-
runt, dicētes: * Væ nobis: non enim fuit tan- 8
ta exultatio heri, & nudiustertius: væ nobis.
Quis nos saluabit de manu Deorum sublimium istorum? hi sunt Dij, qui percusserunt
Ægyptum omni plaga, in deserto. * Con- 9
fortamini, & estote viri, Philisthijm: ne ser-
uiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt vobis:
confortamini, & bellate. * Pugnauerunt er- 10
go Philisthijm, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum: & facta
est plaga magna nimis: & ceciderunt de Is-
rael triginta millia pedium. * Et arca Dei 11
capta est: duo quoq. filij Heli mortui sunt, C
Ophni, & Phinees. * Currens autem vir de 12
Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa,
scissa veste, & cōspersus puluere caput. * Cū 13
que ille venisset, Heli sedebat super sellā con
tra viam spectans. Erat enim cor eius pa-
uens pro arca Dei. Vir autem ille postquam
ingressus est, nunciauit vrbi: & vlulauit om-
nis ciuitas. * Et audiuit Heli sonitū clamo- 14
ris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus
huius? At ille festinauit, & venit, & nuncia-
uit Heli. * Heli autē erat nonaginta, & octo 15
annorum, & oculi eius caligauerāt, & vide-
re non poterat. * Et dixit ad Heli: Ego sum 16
qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi ho
17 die. Cui ille ait: Quid actum est fili mi? * Re-
spondens autem ille, qui nunciabat; Fugit, in
quit, Israel coram Philisthijm, & ruina ma-
gna facta est in populo insuper, & duo filij
D tui mortui sunt, Ophni, & Phinees: & arca
18 Dei capta est. * Cum ille nominasset arcam
Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium,
& fractis ceruicibus mortuus est. Senex e-
nim erat vir, & grandæuus, & ipse judicauit
19 Israel quadraginta annis. * Nurus aūt eius,
vxor Phinees, prægnans erat, vicinaque par-
tui, & audito nuncio quod capta esset arca
Dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus,
incuruauit se, & peperit: irruerant enim in
20 eam dolores subiti. * In ipso autem momē-
to mortis eius, dixerunt ei quæ stabant cir-
ca eam: Ne timeas, quia filiū peperisti. Quæ
21 non respondit eis, neque animaduertit. * Et
vocauit puerum, Ichabod, dicens: Trāslata
est gloria de Israel, quia capta est arca Dei, &
22 pro socero suo, & pro viro suo, * & ait: trans
lata est gloria ad Israel, eo quod capta esset
arca Dei.

CAP. V.

1 PHilisthijm autem tulerunt arcam Dei, &
A asportauerūt eam à Lapide adiutorij in
2 Azotum. * Tuleruntque Philisthijm arcam
Dei, & intulerunt eam in templum Dagon,
3 & statuerunt eam iuxta Dagon. * Cumq. sur-
rexissent diluculo Azotij altera die, ecce Da-
gon iacebat pronus in terra ante arcam Do-
4 mini, & tulerunt Dagon, & restituerunt eū
in locum suum. * Rursumque mane die al-
tera consurgentes, inuenerunt Dagon iacen-
tem super faciem suam in terra coram arca
Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ
B manuum eius abscissæ erant super limen:

* porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in 5
loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant
ſacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediun-
tur templum eius, ſuper limen Dagon in A-
zoto, vſque in hodiernum diem.* Aggrauata 6
eſt autem manus Domini ſuper Azotios, &
demolitus eſt eos: " & percuſſit in ſecretiori
o Pſ.77.g 66. parte natium Azotũ, & fines eius. Et ebullie-
runt villæ, & agri in medio regionis illius, &
nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis
magnæ in ciuitate.* Videntes autem viri A- 7
zotij huiuſcemodi plagam, dixerunt. Nõ ma-
neat arca Dei Iſrael apud nos: quoniam du- C
ra eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon
Deum noſtrum.* Et mittentes congregaue- 8
runt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe,
& dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Iſ-
rael? Reſponderuntque Gethæi: Circumdu-
catur arca Dei Iſrael. Et circumduxerunt ar-
cam Dei Iſrael.* Illis autem circumducentib. 9
eam, fiebat manus Domini per ſingulas ciui-
tates interfectionis magnę nimis: & percũtie-
bat viros vniuſcuiuſque vrbis, à paruo vſque
ad maiorem, & computreſcebant prominen-
tes extales eorum. Inieruntq. Gethæi conſi-
lium, & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.* Miſe- 10
runt ergo arcam Dei in Accaron. Cumq. ve-
niſſet arca Dei in Accaron, exclamauerũt D
Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad nos ar-
cam Dei Iſrael, vt interficiat nos, & populum
noſtrum.* Miſerunt itaque, & congregaue- 11
runt omnes ſatrapas Philiſthinorum: qui di-
xerunt: Dimitte arcam Dei Iſrael, & reuerta-
tur in locum ſuum, & non interficiat nos cũ
populo noſtro.* Fiebat enim pauor mortis 12
in ſingulis vrbibus, & grauiſſima valde ma-
nus Dei, viri quoque, qui mortui non fuerãt,
percutiebantur in ſecretiori parte natium, &
aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis
in cælum.

CAP. VI.

FVit ergo arca Domini in regione Phili- 1
ſthinorum ſeptem menſibus.* Et voca- 2
uerunt Philiſthijn Sacerdotes, & diuinos, A
dicentes: Quid faciemus de arca Domini? in-
dicate nobis, quomodo remittamus eam in
locum ſuum. Qui dixerunt.* Si remittitis ar- 3
cam Dei Iſrael, nolite dimittere eam vacuã,
ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, &
tunc curabimini: & ſcietis quare non recedat
manus eius à vobis.* Qui dixerunt: Quid eſt, 4
quod pro delicto reddere debeamus ei? Re-
ſponderuntq. illi:* Iuxta numerum prouin- 5
ciarum Philiſthinorum, quinq. anos aureos
facietis, & quinque mures aureos: quia plaga
vna fuit omnibus vobis, & ſatrapis veſtris.
Facietiſque ſimilitudines anorum veſtrorũ,
& ſimilitudines murium, qui demoliti ſunt
terram, & dabitis Deo Iſrael gloriam: " fortè
releuet manum ſuam à vobis, & à dijs ve-
Exo.12. 13. ſtris, & à terra veſtra.* Quare aggrauatis cor- B 6
da veſtra, ſicut aggrauauit Ægyptus, & Pha-
rao cor ſuum? " nonne poſtquam percuſ-
7 ſus eſt, tunc dimiſit eos, & abierunt?* Nunc
ergo arripite, & facite plauſtrum nouum v-
num: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt im-
poſitum iugum, iungite in plauſtro, & reclu-
8 dite vitulos earum domi.* Tolletiſque arcã
Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea
quæ exoluiſtis eis pro delicto, ponetis in cap-
ſellam ad latus eius, & dimittite eam vt va-
9 dat.* Et aſpicietis: & ſi quidem per viam fi-
nium ſuorum aſcenderit contra Bethſames,
ipſe fecit nobis hoc malum grande: ſin autẽ,
minimè: ſciemus, quia nequaquã manus eius
10 tetigit nos, ſed caſu accidit:* Fecerunt ergo
illi hoc modo: & tollẽtes duas vaccas, quæ la-
11 ctabant vitulos, iunxerunt ad plauſtrum, vi-
tuloſque earum concluſerunt domi.* Et po- C
ſuerũt arcam Dei ſuper plauſtrũ, & capſellã,
quæ habebat mures aureos, & ſimilitudines
12 anorum.* Ibant autem in directum vaccæ
per viam, quæ ducit Bethſames, & itinere v-
no gradiebantur, pergentes, & mugientes: &
non declinabant neque ad dextram, neque
ad ſiniſtram: ſed & ſatrapæ Philiſthijm ſe-
quebantur vſque ad terminos Bethſames.
13 * Porrò Bethſamitæ metebant triticum in
valle: & eleuantes oculos ſuos, viderunt ar-
14 cam, & gauiſi ſunt cum vidiſſent.* Et plau-
ſtrum venit in agrum Ioſue Bethſamitæ, &
ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & cõ-
ciderunt ligna plauſtri, vaccaſq. impoſuerũt
15 ſuper ea holocauſtum Domino.* Leuitæ
autem depoſuerunt arcam Dei, & capſellã,
quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa aurea,
& poſuerunt ſuper lapidem grandem. Viri
autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta,
& immolauerunt victimas in die illa Do-
16 mino.* Et quinque ſatrapæ Philiſthinorum
viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die il-
17 la.* Hi ſunt autem ani aurei, quos reddide- D
runt Philiſthijm pro delicto, Domino: Azo-
tus vnum, Gaza vnum, Aſcalon vnum, Geth
18 vnum, Accaron vnum:* & mures aureos ſe-
cundum numerũ vrbium Philiſthijm quin-
que prouinciarum, ab vrbe murata, vſque ad
villam, quæ erat abſque muro, & vſque ad
Abel magnum, ſuper quem poſuerunt arcã
Domini, quæ erat vſque in illum diem in a-
19 gro Ioſue Bethſamitis.* Percuſſit autem de
viris Bethſamitibus, eo quòd vidiſſent arcã
Domini: & percuſſit de populo ſeptuaginta
viros, & quinquaginta milia plebis. Luxitq.
popu us, eo quod Dominus percuſſiſſet ple-
20 bem plaga magna.* Et dixerunt viri Beth-
ſamitæ. Quis poterit ſtare in conſpectu
Domini Dei ſancti huius? & ad quem aſcender
21 à nobis?* Miſeruntque nuncios ad habitato-
res Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Phi-
liſthijm arcam Domini, deſcendite, & redu-
cite eam ad vos.

CAP. VII.

1 AVenerũt ergo viri Cariathiarim, & redu
xerunt arcam Domini, & intulerunt:
eam in domum Abinadab, in Gabaa: Elea-
zarum

zarum autem filium eius ſanctificauerunt,
vt cuſtodiret arcam Domini.* Et factum eſt 2
ex qua die manſit arca Domini in Cariathia-
rim, multiplicati ſunt dies (erat quippe iam
annus vigeſimus) & requieuit omnis domus
Iſrael poſt Dominum.* Ait autẽ Samuel ad 3
vniuerſam domum Iſrael, dicens: " Si in toto
e Deut.6. c.13. Matt.4. b.11. corde veſtro reuertimini ad Dominum, au-
ferte deos alienos de medio veſtri, Baalim,
& Aſtaroth: & præparate corda veſtra Do-
mino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu
Philiſthijm.* Abſtulerũt ergo filij Iſrael Baa- 4
lim, & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli. B
* Dixit autem Samuel: Congregate vniuer- 5
ſum Iſrael in Maſphath, vt orem pro vobis
Dominum.* Et conuenerunt in Maſphath: 6
hauſeruntque aquam, & effuderunt in con-
ſpectu Domini, & ieiunauerunt in die illa,
atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. Iu-
dicauitq. Samuel filios Iſrael in Maſphath.* 7
Et audierunt Philiſthijm, quod congregati
eſſent filij Iſrael in Maſphath, & aſcenderũt
ſatrapæ Philiſthinorum ad Iſrael. Quod cũ
audiſſent filij Iſrael, timuerunt à facie Phili-
ſthinorum.* Dixeruntque ad Samuelem: Ne 8
ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deũ
noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthino- C
rum.* Tulit autem Samuel agnum lactentẽ 9
vnum, & obtulit illũ holocauſtum integrũ
Domino: & clamauit Samuel ad Dominum
pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus.* Fa- 10
ctum eſt autem, cum Samuel offerret holo-
cauſtum, Philiſthijm iniere prælium contra
Iſrael: intonuit autem Dominus fragore ma-
gno in die illa ſuper Philiſthijm, & exterruit
f Ecc.46. d.21. eos, & cæſi ſunt à facie Iſrael.* " Egreſſique 11
viri Iſrael de Maſphath perſecuti ſunt Phi-
liſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locũ,
qui erat ſubter Bethchar.* Tulit autem Sa- 12
muel lapidem vnum, & poſuit eum inter
Maſphath, & inter Sen: & vocauit nomen lo-
ci illius, Lapis adiutorij: Dixitque. Huc vſque
auxiliatus eſt nobis Dominus.* Et humilia- D
ti ſunt Philiſthijm, nec appoſuerunt vltra, vti 13
venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque
manus Dñi ſuper Philiſthæos, cunctis dieb.
Samuelis.* Et redditæ ſunt vrbes, quas tule- 14
rant Philiſthijm ab Iſrael, Iſraeli, ab Accaron
vſq. Geth, & terminos ſuos: liberauitq. Iſrael
de manu Philiſthinorum, eratque pax inter
Iſrael, & Amorræhorum.* Iudicabat quoq. 15
Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ:* 16
& ibat per ſingulos annos circuiens Bethel,
& Galgala, & Maſphath, & iudicabat Iſraelẽ
in ſupradictis locis.* Reuertebaturq. in Ra- 17
matha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudi-
cabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare
Domino.

CAP. VIII.

FActum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel 1
poſuit filios ſuos iudices Iſrael.* Fuitq. A
nomen filij eius primogeniti Ioel, & nomen 2
3 ſecundi Abia, iudicum in Berſabee.* Et nõ
ambulauerunt filij illius in vijs eius: ſed de-
clinauerunt poſt auaritiam, acceperuntque
4 munera, & peruerterunt iudicium.* Cõgre-
gati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, vene-
5 runt ad Samuelem in Ramatha.* Dixerunt-
que ei: Ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambu-
lant in vijs tuis: " conſtitue nobis regem, vt iu " Oſe.13. 14
dicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes. c.10. Acto.13
6 * Diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, eò quòd B c.2.1.
diximus: Da nobis regem, vt iudicet nos. Et
7 orauit Samuel ad Dominum.* Dixit autem
Dominus ad Samuelem: Audi vocem popu-
li in omnibus, quæ loquuntur tibi, non enim
te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.
8 * Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die,
qua eduxi eos de Ægypto vſq. ad diẽ hanc:
ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt dijs
9 alienis, ſic faciunt etiam tibi.* Nunc ergo vo-
cem eorum audi: verumtamen conteſtare
eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus eſt
10 ſuper eos.* Dixit itaque Samuel omnia ver-
bã Domini ad populum, qui petierat à ſe re-
11 gẽ, & * ait: Hoc erit ius regis, qui imperatu- C
rus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in
curribus ſuis, facietque ſibi equites, & præ-
12 cursores quadrigarum ſuarum, * & conſti-
tuet ſibi tribunos, & centuriones, & arato-
res agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum,
& fabros armorum, & curruum ſuorum.
13 * Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguenta-
14 rias, & focarias, & panificas.* Agros quoque
veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, &
15 dabit ſeruis ſuis.* Sed & ſegetes veſtras, &
vinearum reditus addecimabit, vt det eunu-
16 chis, & famulis ſuis.* Seruos etiam veſtros,
& ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos au-
17 feret, & ponet in opere ſuo.* Greges quoque
D veſtros addecimabit, vosq. eritis ei ſerui.* Et
18 clamabitis in die illa à facie regis veſtri, quẽ
elegiſtis vobis: & nõ exaudiet vos Dominus
19 in die illa, quia petiſtis vobis regem.* Noluit
autem populus audire vocem Samuelis, ſed
dixerunt: Nequaquam, rex enim erit ſuper
20 nos, * & erimus nos quoq. ſicut omnes gen-
tes: & iudicabit nos rex noſter, & egredietur
ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis
21 * Et audiuit Samuel omnia verba populi,
22 & locutus eſt ea in auribus Domini.* Dixit
autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem
eorum, & conſtitue ſuper eos regem. Et ait
Samuel ad viros Iſrael: Vadat vnuſquiſque
in ciuitatem ſuam.

CAP. IX.

1 ET erat vir de Beniamin nomine Cis, fi-
A lius Abiel, filij Seror, filij Bechorath,
2 filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore.* Et
erat ei filius vocabulo Saul, electus, & bonus:
& non erat vir de filijs Iſrael melior illo ab
humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem
3 populum.* Perierant autem aſinæ Cis patris
Saul; & dixit Cis ad Saul filium ſuum. Tolle

tecum vnum de pueris.& consurgens, vade
& quære asinas Qui cum transissent per mõ-
tem Ephraim,* & per terram Salisa, & non 4
inuenissent, transierunt etiam per Terrã Sa-
lim,& non erant;sed & per Terram Iemini,
& minimè repererunt. * Cum autem venis- 5
sent in Terram Suph,dixit Saul ad puerum,
qui erat cum eo: Veni,& reuertamur,ne for-
tè dimiserit pater meus asinas,& solicitus sit
pro nobis.* Qui ait ei: Ecce vir Dei est in ciui- 6
tate hac vir nobilis: omne, quod loquitur,
sine ambiguitate venit, nunc ergo eamus il-
luc, si fortè indicet nobis de via nostra, pro-
pter quam venimus. * Dixitq. Saul ad puerũ 7
suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum B
Dei? panis defecit in sacciis nostris:& sport-
ulam non habemus, vt demus homini Dei
nec quidquam aliud.* Rursum puer respõ- 8
dit Sauli,& ait: Ecce inuẽta est in manu mea
quarta pars stateris argenti, demus homini
Dei,vt indicet nobis viam nostram.*(Olim 9
in Israel, sic loquebatur vnusquisque vadens
consulere Deum: Venite,& eamus ad Vidẽ-
tem.Qui enim Propheta dicitur hodie voca-
batur olim Videns) * Et dixit Saul ad pue- 10
rum suum. Optimus sermo tuus, Veni,ea-
mus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir
Dei.* Cumque ascenderunt cliuum ciuita- 11
tis, inuenerunt puellas egredientes ad hau-
riendam aquam, & dixerunt eis: Num hic
est Videns?* Quæ respondentes dixerunt il- 12
lis. Hic est:ecce ante te,festina nunc:hodie e-
nim venit in ciuitatem, quia sacrificium est
hodie populi in excelso. * Ingredientes vr- 13
bem,statim inuenietis eum antequam ascen-
dat excelsum ad vescẽdum, neque enim co-
mesurus est populus,donec ille veniat: quia
ipse benedicit hostiæ,& deinceps comedunt,
qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite,quia
hodie repperietis eum.* Et ascenderunt in ci- 14
uitatem. Cumque illi ambularent in medio C
vrbis,apparuit Samuel egrediens obuiam eis,
[n] Act.13. c.21. vt ascenderet in excelsum. * [n] Dominus 15
autem reuelauerat auriculam Samuelis ante
vnam diem,quam veniret Saul,dicens:* Hac 16
ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam virum
ad te de Terra Beniamin,& vnges eum du-
cem, super populum meum Israel: & salua-
bit populum meum de manu Philisthinorũ:
quia respexi populum meum, venit
enim clamor eorum ad me.* Cumque aspe- 17
xisset Samuel Saulem,Dominus dixit ei: Ec-
ce vir, quem dixeram tibi,iste dominabitur
populo meo.* Accessit autẽ Saul ad Samue- 18
lem in medio portæ,& ait: Indica, oro, mihi
vbi est domus Videntis: * Et respondit Sa- 19
muel Sauli dicens: Ego sum Videns ascende
ante me in excelsum, vt comedas mecum
hodie, & dimittam te mane:& omnia, quæ
sunt in corde tuo,indicabo tibi. * Et de asi- 20
nis,quas nudiustertius perdidisti:ne solicitus
sis,quia inuentæ sunt. Et cuius erunt optima
quæque Israel?nonne tibi,& omni domui pa
tris tui?* Respondens autem Saul,ait: Num- 21
quid non filius Iemini ego sum de minima
tribu Israel,& cognatio mea nouissima inter
omnes familias de tribu Beniamin?quare er-
22 go locutus es mihi sermonem istum.* Assu-
mens itaque Samuel Saulem,& puerum ei?,
D introduxit eos in triclinium, & dedit eis
locum in capite eorum,qui fuerant inuitati,
23 erant enim quasi triginta viri.* Dixitque Sa-
muel coco Da partem,quam dedi tibi.& pre-
24 cepi vt reponeres seorsum apud te.* Lenã-
uit autem cocus armum,& posuit ante Saul.
Dixitque Samuel: Ecce quod remansit,pone
ante te,& comede: quia de industria seruatũ
est tibi,quando populum vocaui. Et come-
25 dit Saul cum Samuele in die illa.* Et descen
derunt de excelso,in oppidum,& locutus est
cum Saule in solario: strauitque Saul in sola-
26 rio, & dormiuit. * Cumque mane surrexis-
sent,& iam elucesceret,vocauit Samuel Sau-
lem in solario,dicens:Surge.& dimittam te.
Et surrexit Saul: egressique sunt ambo ipse
27 videlicet,& Samuel.* Cumque descenderẽt
in extrema parte ciuitatis Samuel dixit ad
Saul: Dic puero,vt antecedat nos,& transeat:
tu autem subsiste paulisper, vt indicem tibi
verbum Domini.

CAP. X.

1 A TVlit [n] autem Samuel lenticulam olei, & [n] Act.13. c.21.
effudit super caput eius:& deosculatus
est eum,& ait: Ecce vnxit te Dominus super
hæreditatem suam in principem, & libera-
bis populum suum de manibus inimicorum
eius,qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi si-
2 gnum,quia vnxit te Deus in principem.* Cũ
abieris hodie à me, inuenies duos viros iux-
ta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin,
in Meridie,dicentque tibi: Inuentæ sunt asi-
næ,ad quas ieras perquirendas: & intermis-
sis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis,
3 & dicit: Quid faciam de filio meo?* Cum-
que abieris inde, & vltra transieris,& ve-
neris ad quercum Thabor, inuenient te ibi
tres viri ascendentes ad Deum in Bethel v-
nus portans tres hœdos, & alius tres tortas
4 panis,& alius portans lagenam vini. * Cum-
que te salutauerint, dabunt tibi duos panes,
5 & accipies de manu eorũ.* Post hæc venies
in collem Dei,vbi est statio Philisthinorum:
& cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium
habebis gregem Prophetarum descendentiũ
de excelso,& ante eos psalterium, & tympa-
6 num,& tibiam,& citharam, ipsosq. prophe-
tantes.* Et insilier in te Spiritus Domini, &
B prophetabis cum eis, & mutaberis in virum
7 aliũ.* Quando ergo euenerint signa hęc om-
nia tibi, fac quæcumque inuenerit manus
8 tua,quia Dominus tecum est.* Et descendes
ante me in Galgala, (ego quippe descendam
ad te,) vt offeras oblationem,& immoles vi-
ctimas pacificas septem diebus expectabis,
donec veniam ad te, & ostendam tibi, quid
9 facias.* Itaq.cum auertisset humerum suum
vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor
aliud, & venerunt omnia signa hæc in die
10 illa.* Veneruntque ad prædictum collem,& eece

ecce cuneus prophetarum obuius ei: & insi-
luit super eum Spiritus Domini, & prophe-
tauit in medio eorum * Videtes autem om- 11
nes qui nouerant eũ heri, & nudiustertius,
quòd esset cũ prophetis, & prophetaret, di-
xerunt ad inuicem: Quænam res accidit fi-
lio Cis?num & Saul inter prophetas? * Re- 12
sponditque alius ad alterum, dicens: Et quis C
pater eorum? proprerea versum est in pro-
[n] Inf.19. d.24. uerbium: [n] Num & Saul inter prophetas?
* Cessauit autem prophetare, venit ad ex- 13
celsum. * Dixitque patruus Saul ad eum, & 14
ad puerum eius. Quo abistis? Qui responde-
runt: Quærere asinas:quas cum non reperis-
semus,venimus ad Samuelem. * Et dixit ei 15
patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi
Samuel. * Et ait Saul ad patruum suum:In- 16
dicauit nobis,quia inuentæ essent asinæ. De
sermone autem regni non indicauit ei,quem
locutus fuerat ei Samuel.* Et cõuocauit Sa- 17
muel populum ad Dominum in Maspha:
* & ait ad filios Israel: Hæc dicit Dominus 18
Deus Israel: Ego eduxi Israel de Ægypto,&
erui vos de manu Ægyptiorũ, & de manu
omnium regum,qui affligebant vos * Vos 19
autem hodie proiecistis Deum vestrum,qui
[o] Sap. 8. d.19. solus saluauit vos de vniuersis malis, & tri-
bulationibus vestris, & dixistis: [o] Nequa-
quam:sed regem constitue super nos. Nunc D
ergo stare coram Domino per tribus vestras,
& per familias. * Et applicuit Samuel om- 20
nes tribus Israel, & cecidit sors tribus Beniamin
* Et applicuit tribum Beniamin,& co- 21
gnationes eius, & cecidit cognatio Metri,
& peruenit vsque ad Saul filium Cis. Quæ-
sierunt ergo eum,& non est inuentus. * Et 22
consuluerunt post hæc Dominum vtrum,
nam venturus esset illuc.Respondit que Do-
23 minus: Ecce absconditus est domi. * Cucurrerunt itaque,& tulerunt eum inde:steritque
in medio populi, & altior fuit vniuerso po-
24 pulo ab humero,& sursum.* Et ait Samuel
ad omnem populum: Certe videtis quẽ ele-
git Dominus, quoniam non sit similis illi in
omni populo. Et clamauit omnis populus,
25 & ait: Viuat rex. * Locutus est antè Samuel
ad populum legem regni, & scripsit in libro,
& reposuit coram Domino: & dimisit Sa-
muel omnem populum,singulos in domum
26 suam.*Sed & Saul abijt in domum suam in
Gabaa:& abijt cum eo pars exercitus: quorũ
27 tetigerat Deus corda.* Filij verò Belial dixe-
runt: Num saluare nos poterit iste? Et despe
xerunt eum, & non attulerunt ei munera.
ille verò dissimulabat se audire.

CAP. XI.

1 A ET factum est quasi post mensem,ascen-
dit Naas Ammonites, & pugnare cepit
aduersum Iabes Galaad. Dixeruntque om-
nes viri Iabes ad Naas: Habeto nos fœdera-
2 tos,& seruiemus tibi. * Et respondit ad eos
Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum
fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos
3 dextros,ponamque vos opprobrium in vni-
uerso Israel. * Et dixerunt ad eum seniores
Iabes: Concede nobis septem dies, vt mitta-
mus nuncios ad vniuersos terminos Israel:
& si non fuerit, qui defendat nos, egredie-
4 mur ad te.* Venerunt ergo nuncij in Gabaa
B Saulis,& locuti sunt verba hæc,audiente po-
pulo: & leuauit omnis populus vocẽ suam,
5 & fleuit.* Et ecce Saul veniebat,sequens bo-
ues de agro, & ait: Quid habet populus,qđ
plorat? Et narrauerunt ei verba virorum Ia-
6 bes. * Et insiliuit Spiritus Domini in Saul,
cum audisset verba hæc, & iratus est furor

eius nimis.* Et assumens vtrumque bouem, 7
concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nunciorum, dicens: C
Quicumq. non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Dñi populũ, & egressi sunt quasi vir vnus. * Et recensuit eos in Bezech: fueruntque filiorum Israel trecenta millia: virorum autẽ Iuda triginta millia.* Et dixerunt nun- 9
cijs, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit Sol. Venerunt ergo nuncij, & annunciauerunt viri Iabes: qui lætati sunt.
* Et dixerunt: Mane exibimus ad vos: & fa- 10
cietis nobis omne, quod placuerit vobis.* Et 11
factum est, cum diei crastinus venisset, con- D
stituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies: reliqui autẽ dispersi sunt, ita vt nõ relinquerẽtur in eis duo pariter.* Et ait populus 12
ad Samuelẽ. "Quis est iste, qui dixit: Saul nõ
"Sup. 10. d. 27. regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos.* Et ait Saul: Nõ occidetur quisquã 13
in die hac, quia hodie fecit Dominus salutẽ in Israel. * Dixit autẽ Samuel ad populum: 14
Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. * Et perrexit omnis populus in 15
Galgala, & fecerunt ibi regem Saul corã Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

CAP. XII.

Dixit autem Samuel ad vniuersum Is- 1
rael: Ecce audiui vocem vestram iuxta A
omnia, quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem. * Et nunc rex graditur ante 2
vos: ego autem senui, & incanui: porrò filij mei vobiscum sunt: itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad
"Eccl. 46. d. 22. hanc diem ecce præsto sum. * "Loquimini 3
de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquã munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamque vobis. * Et dixerunt: Non es ca- 4
lumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. * Dixitque 5
ad eos: Testis est Dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia nõ inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis.* Et ait Samuel ad populũ: Do- 6
minus, qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra Ægypti. * Nunc 7
ergo state, vt iudicio contendam aduersum B
vos coram Domino de omnibus misericor-
"Ge. 46. a. 5. dijs Domini, quas fecit vobiscum, & cum
patribus vestris: * "quo modo Iacob ingres- 8
sus est in Ægyptum, & clamauerunt patres vestri ad Dominũ: & misit Dominus Moysen, & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto: & collocauit eos in loco hoc. * Qui 9

obliti sunt Domini Dei sui, "& tradidit eos "Iudi. 4.
in manu Sisaræ magistri militiæ Hasor, & a. 1.
in manu Philisthinorum, & in manu regis
10 Moab, & pugnauerũt aduersum eos. * Post ea autem clamauerunt ad Dominum, & dixerunt. Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & seruiuimus Baalim, & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum
11 nostrorum, & seruiemus tibi. * "Et misit "Iudi. 6.
Dominus Ierobaal, & Badan, & Iephte, & c. 14.
Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis cõfi-
12 denter.* Videntes autem quòd Naas rex fi- C
liorũ Ammon venisset aduersum vos, dixi- "Sup. 8.
stis mihi: "Nequaquã, sed rex imperabit no- d. 19. &
bis: cum Dominus Deus vester regnaret in 10. c. 19.
13 vobis.* Nunc ergo præsto est rex vester, quẽ elegistis, & petistis: ecce dedit vobis Domi-
14 nus regem.* Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini: eritis, & vos, & rex, qui imperat vobis, sequentes Dominum
15 Deum vestrum:* si autem nõ audieritis vocem Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super
16 patres vestros.* Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est Do-
17 minus in conspectu vestro. * Numquid nõ messis tritici est hodie? inuocabo Dominũ, & dabit voces, & pluuias: & scietis, & videbitis, quia grande malum, feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regẽ.
18 * Et clamauit Samuel ad Dominum, & de- D
dit Dominus voces, & pluuias in illa die.
19 * Et timuit omnis populus nimis Dominũ, & Samuelem, & dixit vniuersus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad Dominũ Deum tuum, vt non moriamur: addidimus enim vniuersis peccatis nostris malũ, vt pe-
20 teremus nobis regẽ. * Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, sed seruite Domino
21 in omni corde vestro.* Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque
22 eruent vos, quia vana sunt. * Et nõ derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum: quia iurauit Dominus
23 facere vos sibi populum. * Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, &
24 rectam.* Igitur timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro vidistis
25 enim magnifica, quæ in vobis gesserit. * Quod si perseueraueritis in malitia: & vos, & rex vester pariter peribitis.

CAP. XIII.

1 Filius vnius anni erat Saul cum regnare
A cœpisset, duobus autem annis regnauit
2 super Israel. * Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erãt cũ Saul duo millia ĩ Machmas, & in monte Bethel: mille autẽ cum Ionatha in Gabaa Beniamin: porro cęterũ po-
pulum

pulum remisit vnumquemq. in tabernacula sua.* Et percussit Ionathas stationem Phi- 3
listhinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philisthijm, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.* Et 4
vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famã: Percussit Saul stationem Philisthinorum, & erexit se Israel aduersus Philisthijm. Clama- 5
uit ergo populus post Saul in Galgala. * Et Philisthijm congregati sunt ad præliandum contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquũ vulgus, sicut arena, quæ est in littore maris plurima. Et ascẽdentes castrametati sunt in Machmas ad O- 6
rientem Bethauen.* Quod cũ vidissent viri 7
Israel se in arcto positos, (afflictus enim erat 8
populus) abscondẽrunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis.* Hebræi autem transierunt Iordanẽ 9
in terram Gad, & Galaad. Cumq. adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus pertertitus est, qui sequebatur eum. Et expecta- 8
uit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsusq; est populus ab eo.* Ait ergo Saul: Afferte mi- 9
hi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holo- 10
caustum.* Cumq. complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiam ei, vt salutaret eum.* Locu- 11
tusq. est ad eũ Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porro Philisthijm congregati fuerant in
Machmas, * dixi: Nunc descendent Phili- 12
sthijm ad me in Galgala, & faciem Domi- C
ni non placaui. Necessitate compulsus, obtu-
li holocaustum.* Dixitque Samuel ad Saul: 13
Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fe-
cisses, iam nunc preparasset Dominus regnũ
"Act. 13. d. 22. tuum super Israel in sempiternum.* sed ne- 14
quaquam regnum tuum vltra consurget: "
Quæsiuit Dominus sibi virũ iuxta cor suũ: & præcepit ei Dominus, vt esset dux super populum suum, eo quod nõ seruaueris, quæ
præcepit Dominus. * Surrexit autẽ Samuel, 15
& ascendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos viros.* Et Saul, 16
& Ionathas filius eius, populusq. qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: D
porro Philisthijm cõfederant in Machmas.
* Et egressi sunt ad prædandum de castris 17
Philisthinorũ tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra ad Terram Saul.
* porro alius ingrediebatur per viam Beth- 18
horon: tertius autẽ verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertũ.
* Porro faber ferrarius non inueniebatur in 19
omni Terra Israel, cauerant.n. Philisthijm, ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceã.* Descẽdebat ergo omnis Israel ad Phi- 20

listhijm; vt exacueret vnusquisq. vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum.
21 * Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, vsq. ad
22 stimulum corrigendum. * Cumque venisset dies prælij, non est inuentus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha, excepto Saul, & Ionatha filio
23 eius.* Egressa est autem statio Philisthijm, vt transcenderet in Machmas.

CAP. XIV.

1 Et accidit quadã die, vt diceret Ionathas
A filius Saul ad adolescẽtem armigerum suum: Veni, & transeamus ad stationẽ Philisthinorum, quæ est trans locũ illum. Patri
2 autem suo hoc ipsum non indicauit.* Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranato, quæ erat in Magrõ: & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.
3 * Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, "qui ortus fuerat ex Heli sacer- "Sup. 4.
dote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & d. 21.
4 populus ignorabat: quo isset Ionathas.* Erãt autem inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philisthinorũ, eminentes petræ ex vtraq. parte, & quasi in modum dentium scopulis hinc, & inde præruptæ, nomen vni Boses, & nomẽ alteri Sene:
5 * vnus scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiem
6 contra Gabaa. * Dixit autem Ionathas ad a- B
dolescentem armigerũ suum: Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horũ, si fortè faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile saluare vel in multis,
7 vel in paucis. * Dixitq. ei armiger suus: Fac omnia, quæ placẽt animo tuo: perge quo cu-
8 pis, & ero tecũ vbicumq. volueris. * Et ait Ionathas: Ecce nos transimus ad viros istos.
9 Cumque apparuerimus eis, * si aliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad
10 vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. * Si autem dixerint. Ascẽdite ad nos:
11 ascẽdamus, quia tradidit eos Dñs in manib. nostris, hoc erit nobis signũ. * Apparuit igitur vtrq. stationi Philisthinorũ, dixeruntq. Philisthijm: En Hebræi egrediũtur de cauer-
12 nis, in quib. abscõditi fuerãt.* Et locuti sunt viri de statione ad Ionathan, & ad armigerũ eius, dixeruntq. Ascẽdite ad nos, & ostendemus vobis rẽ. Et ait Ionathas ad armigerum
13 suum: Ascendamus, sequere me "tradidit "1. Mac.
enim Dominus eos in manus Israel. * Ascẽ- 4. d. 30.
dit autem Ionathas manibus, & pedibus reptans, & armiger eius post eum. Itaque alij C
cadebant ante Ionathan, alios armiger eius
14 interficiebat sequens eum.* Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas, & armiger eius, quasi viginti virorũ in media parte iugeri, quam par boum in die arare cõsueuit.
15 * Et factum est miraculum in castris, per agros: sed & omnis populus stationis eorũ, qui ierant ad prædãdum, obstupuit, & con-
turba-

turbata est terra:& accidit quasi miraculum
a Deo.* Et respexerunt speculatores Saul, 16
qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce mul-
titudo prostrata,& huc illucque diffugiens.
* Et ait Saul populo,qui erat cum eo:Requi- 17
rite,& videte quis abierit ex nobis. Cumque
requisissent, repertũ est nõ adesse Ionathã,
& armigerum eius.* Et ait Saul ad Achiam: 18
Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei
in die illa cum filijs Israel)* Cumq.loque- 19
retur Saul ad sacerdotem,tumultus magnus
exortus est in castris Philisthinorum crefce-
batque paulatim, & clarius resonabat. Et ait
Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuã:
* Conclamauit ergo Saul,& omnis populus,20
qui erat cum eo,& venerũt vsque ad locum
certaminis: & ecce versus fuerat: gladius v-
niuscuiusque ad proximum tuum,& cædes
magna nimis.* Sed & Hebræi qui fuerant 21
cum Philisthijm heri,& nudiustertius,ascẽ- D
derantque cum eis in castris, reuersi sunt vt
essent cũ Israel, qui erãt cum Saul, & Iona-
tha.*Omnes quoque Israelitæ,qui se abscõ- 22
derant in monte Ephraim, audientes quod
fugissent Philisthæi,sociauerunt se cum suis
in prælio. Et erant cum Saul, quasi decem
millia virorum.* Et saluauit Dominus in 23
die illa Israel pugna autem peruenit vsq.ad
Bethauen.* Et viri Israel sociati sunt ibi in 24
die illa: adiurauit autem Saul populum, di-
cens: Maledictus vir,qui comederit panem,
vsque ad vesperã, donec vlciscar de inimi-
cis meis. Et nõ manducauit vniuersus popu
lus panem:*omneque terræ vulgus venit in 25
saltum, in quo erat mel super faciem agri.
*Ingressus est itaque populus saltum,& ap- 26
paruit fluens mel, nullusq. applicuit manũ
ad os suum timebat enim populus iuramẽ-
tum.*Porro Ionathas nõ audierat cũ adiu- 27
raret pater eius populum: extendit q. sum-
mitatem virgæ, quam habebat in manu,&
intinxit in fauum mellis:& conuertit manũ
suam ad os suum, & illuminati sunt oculi
eius.*Respondensq.vnus de populo,ait:Iu- 28
reiurando constrinxit pater tuus populum,
dicẽs: Maledictus vir,qui comederit panem
hodie(defecerat autẽ populus.)* Dixitque 29
Ionathas: Turbauit pater meus terrã: vidi- E
stis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo
quod gustauerim paululum de melle isto:
*quãto magis si comedisset populus de præ- 30
da inimicorum suorum,quam reperit? non
ne maior plaga facta fuisset in Philisthijm?
*Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a 31
Machmis vsq.in Aialon. Defatigatus est au-
tem populus nimis.*& versus ad prædam 32
tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauer-
ũt in terra:comeditque populus cũ sangui-
ne.*Nunciauerunt aũt Sauli dicentes,quod 33
populus peccasset Domino, comedens cum
sanguine. Qui ait: Præuaricati estis: voluite
ad me iam nunc saxũm grande.* Et dixit 34
Saul: Dispergimini in vulgus, & dicite eis vt
adducat ad me vnusquisque bouẽ suũ, &
arietem occidite super istud, & vescimini,
& non peccabitis Dño comedentes cũ san-
guine. Adduxit itaque omnis populus vniu-
quisque bouẽ in manu sua vsque ad noctẽ:
35 & occiderunt ibi.* Ædificauit autem Saul
altare Domino:tuncque primum cepit ædi-
36 ficare altare Domino.* Et dixit Saul: Irruã-
mus super Philisthæos nocte, & vastemus
eos vsque dũ illucescat mane, nec relinqua-
F mus ex eis virum. Dixitque populus: Omne
quod bonũ videtur in oculis tuis, fac. Et ait
37 sacerdos: Accedamus huc ad Deum.* Et
consuluit Saul Dominũ: Nũ persequar Phi-
listhijm? si trades eos in manus Israel? Et nõ
38 respondit ei in die illa.* Dixitque Saul: Ap-
plicate huc vniuersos angulos populi:& sci-
tote, & videte per quem acciderit peccatum
39 hoc hodie.* Viuit Dominus saluator Israel,
quia si per Ionatham filium meum factum
est,absque retractatione morietur. Ad quod
40 nullus contradixit ei de omni populo:* Et
ait ad vniuersum Israel:Separamini vos in
partẽ vnã,& ego cum Ionatha filio meo ero
in parte altera. Responditque populus ad
Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis,
41 fac.* Et dixit Saul ad Dominũ Deũ Israel:
Domine Deus Israel da iudicium: quid est
quod nõ responderis seruo tuo hodie? Si in
me aut in Ionatha filio meo est iniqtas hæc
da offensionẽ: aut si hæc iniquitas est in po-
pulo tuo,da sanctitatem. Et deprehẽsus est
42 Ionathas,& Saul,populus autem exiuit.* Et
ait Saul. Mittite sortem inter me,& inter Io-
natham filium meum. Et captus est Iona-
43 thas.*Dixit autem Saul ad Ionatham: Indi-
ca mihi quid feceris. Et ĩdicauit ei Ionathas
& ait:Gustans gustaui in summitate virgæ,
quæ erat in manu mea, paululum mellis,&
44 ecce ego morior.* Et ait Saul. Hęc faciat mi-
hi Deus,& hæc addat, quia morte morieris
45 Ionatha.*Dixitq. populus ad Saul: Ergo ne
G Ionathas morietur,qui fecit salutẽ hãc ma-
gnã in Israel?hoc nefas est: viuit Dominus,
si ceciderit capillus de capite eius in terram,
quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit
ergo populus Ionatham, vt non moreretur.
46 * Recessitque Saul,nec persecutus est Phili-
sthijm: porro Philisthijm abierũt ĩ loca sua
47 * Et Saul,confirmato regno super Israel,pu
gnabat per circuitum aduersum omnes ini-
micos eius,contra Moab, & filios Ammon,
& Edom, & reges Soba, & Philisthæos: &
48 quocumque se verterat,superabat.* Cõgre-
gatoque exercitu, percussit Amalec, & eruit
49 Israel de manu vastatorum eius.* Fuerunt
autem filij Saul, Ionathas,& Iessui,& Mel-
chisua,& nomina duarum filiarum eius,no
men primogenitæ Merob,& nomẽ minoris
50 Michol.* Et nomen vxoris Saul, Achinoam
filia Achimaas: & nomen principis militiæ
51 eius Abner,filius Ner,patruelis Saul.* Porro
Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner,
52 filius Abiel.* Erat aũt bellum potẽs aduer-
sum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nã
quemcumq. viderat Saul virum fortem, &
aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

CAP.

CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul: Me misit Do- 1
minus, vt vngerẽ te in regem super po- A
pulum eius Israel: nũc ergo audi vocẽ Do-
mini:* Hęc dicit Dñs exercituum: Recensui 2
*Ex.17. quæcumq. fecit Amalec Israeli,″ quomodo
c.8. restitit ei in via cum ascenderet de Ægypto
*Nunc ergo vade,& percute Amalec,& de- 3
molire vniuersa eius: non parcas ei, & non
cõcupiscas ex rebus ipsius aliquid:sed inter-
fice a viro vsq. ad mulierem, & paruulum
atq. lactẽtem, bouem,& ouem,camelum,&
asinum.* Præcepit itaq. Saul populo,& recẽ- 4
suit eos quasi agnos: ducenta millia peditũ,
& decem millia virorum Iuda.* Cumque 5
venisset Saul vsq. ad ciuitatem Amalec, te- B
tendit insidias in torrente.* Dixitq. Saul Ci- 6
næo: Abite,recedite,atq.descendite ab Ama-
lec:ne forte inuoluam te cum eo,tu enim fe-
cisti misericordiam cum omnibus filijs I-
srael,cum ascenderent de Ægypto. Et recess-
sit Cinæus de medio Amalec.* Percussitq. 7
Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad
Sur,quæ est ẽ regione Ægypti.* Et apprehẽ- 8
dit Agag regem Amalec viuum:omne autẽ
vulgus interfecit in ore gladij.* Et pepercit 9
Saul,& populus Agag, & optimis gregibus
ouium: & armentorum, & vestibus,& arie-
tibus,& vniuersis quæ pulchra erant,nec vo
luerunt disperdere ea: quidquid verò vile
fuit, & reprobum,hoc demoliti sunt.* Fa- 10
ctum est autem verbũ Domini ad Samuel,
dicens:* Pœnitet me quod cõstituerim Saul 11
regem: quia dereliquit me,& verba mea o- C
pere non implenit. Contristatusque est Sa-
muel,& clamauit ad Dominum tota nocte.
* Cumq. de nocte surrexisset Samuel vt iret 12
ad Saul mane,nunciatum est Samueli,eo qd
venisset Saul in Carmelum,& erexisset sibi
fornicem triumphalem, & reuersus transis-
set,descendisset q. in Galgala. Venit ergo Sa-
muel ad Saul, & Saul offerebat holocaustũ
Domino de initijs prædarum,q̃ attulerat ex
Amalec.* Et cum venisset Samuel ad Saul, 13
dixit ei Saul: Benedictus tu Domino,imple-
ui verbum Domini. * Dixitque Samuel: Et 14
quæ est hæc vox gregum,quæ resonat in au- D
ribus meis, & armentorum, quam ego au-
dio?* Et ait Saul:De Amalec adduxerũt ea: 15
pepercit enim populus melioribus ouibus
& armentis,vt immolarentur Domino Deo
tuo,reliqua verò occidimus. * Ait autẽ Sa- 16
muel ad Saul: Sine me, & iudicabo tibi quæ
locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitq ei.
Loquere.* Et ait Samuel: Nonne cũ paruu- 17
lus esses in oculis tuis, caput in tribubus I-
srael factus es? vnxitque te Dominus in regẽ
super Israel.* & misit te Dominus in viam. 18
& ait: Vade,& interfice peccatores Amalec,
& pugnabis contra eos vsq. ad internecionẽ
eorum.*Quare ergo nõ audisti vocem Do- 19
mini:sed versus ad prædã es, & fecisti:ma-
lum in oculis Domini? * Et ait Saul ad Sa- 20
muelem; Immo audiui vocem Domini, & E
ambulaui in via,per quam misit me Domi-
nus,& adduxi Agag regẽ Amalec, & Ama-
21 lec interfeci.* Tulit autem de præda popu-
lus oues, & boues primitias eorum quæ cæ-
sa sunt, vt immolet Dño Deo suo in Galga- ″ Eccl.4.
22 lis.* Et ait Samuel.″ Numquid vult Domi- d.17.
nus holocausta,& victimas, & nõ potius vt Osee.6.
obediatur voci Dñi? MELIOR est enim b.6.
obedientia,quam victimæ: & auscultare ma- Matt.9.
23 gis quam offerre adipem arietum,* quoniã b.13.&
quasi peccatum ariolandi est, repugnare:& 12.a.7.
quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.
Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Do-
24 mini, abiecit te Dominus ne sis rex. * Dixit
que Saul ad Samuelẽ: Peccaui,quia præua-
ricatus sum sermonem Domini,& verba
tua, timens populum, & obediens voci eo-
25 rum. * Sed nunc porta, quæso, peccatum
F meum,& reuertere mecum, vt adorem Do
26 minum.* Et ait Samuel ad Saul: Nõ reuer-
tar tecum, quia proiecisti sermonem Domi-
ni,& proiecit te Dominus ne sis rex super I-
27 srael.* Et conuersus est Samuel vt abiret:ille
autẽ apprehendit summitatẽ pallij eius, q̃ ″Inf.28.
28 & scissa est. * Et ait ad eum Samuel:*″ Sci- c.17.
dit Dominus regnum Israel à te hodie, &
29 tradidit illud proximo tuo meliori te.* Por
rò Triumphator in Israel nõ parcet,& pœni
tudine non flectetur:neq. enim homo est vt
30 agat pœnitentiam.* At ille ait: Peccaui:sed
G nunc honora me coram senioribus populi
mei,& coram Israel,& reuertere mecum,vt
31 adorem Dominum Deum tuum.* Reuer-
sus ergo Samuel secutus est Saulem, & ado-
32 rauit Saul Dominum.*Dixitq.Samuel: Ad-
ducite ad me Agag regem Amalec. Et obla-
tus est ei Agag pinguissimus, & tremens. Et
33 dixit Agag:Siccine separat amara mors?* Et
ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulie-
res gladius tuus, sic absque liberis erit inter
mulieres mater tua. Et in frusta concidit
eum Samuel coram Domino in Galgalis.
34 * Abijt autem Samuel in Ramatha:Saul ve
35 rò ascendit in domum suam in Gabaa.* Et
non vidit Samuel vltra Saul vsq. ad diem
mortis suæ: verumtamen lugebat Samuel
Saulem: quoniam Dominum pœnitebat qd
constituisset eum regem super Israel.

CAP. XVI.

1 A DIxitq.Dominus ad Samuelem. Vsque-
quo tu luges Saul, cum ego proiecerim
eũ ne regnet super Israel? imple cornu tuũ
oleo,& veni, vt mittam te ad Isai Bethlehe-
mitem: prouidi enim in filijs eius mihi re-
2 gem.* Et ait Samuel: Quo modo vadam?
audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait
Dominus: Vitulum de armento tolles in
manu tua,& dices: Ad immolandum Do-
3 mino veni. * Et vocabis Isai ad victimam,
& ego ostendam tibi quid facias, & vnges
4 quemcumque monstrauero tibi* fecit ergo
Samuel, sicut locutus est ei Dñs Venitq. in
Bethlehem, & admiratusũt seniores ciuita-

tis,

tis,occurrentei ei,dixeruntq. Pacificus ne eſt
egreſſus tuus?* Et ait: Pacificus:ad immolã- 5
dũ Dño veni, ſanctificamini, & venite me-
cum vt immolẽ. Sanctificauit ergo Iſai,& fi-
lios eius,& vocauit eos ad ſacrificiũ.* Cum 6
que ingreſſi eſſent, vidit Eliab,& ait: Nũ co-
ram Dño eſt Chriſtus eius?* Et dixit Dñs ad 7
Samuelẽ: Ne reſpicias vultũ eius,neq.altitu-
dinem ſtaturæ eius; qm̃ abieci eũ, nec iuxta
a Pſal.7.c.10. intuitũ hominis ego iudico:homo enim vi-
det ea quæ patent, a Dñs aũt intuetur cor:* 8
Et vocauit Iſai Abinadab,& adduxit eũ co-
ram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Do
minus. * Adduxit aũt Iſai Samma,de quo 9
ait: Etiam hunc non elegit Dñs. * Adduxit 10
itaq. Iſai ſeptem filios ſuos corã Samuele:&
ait Samuel ad Iſai : Non elegit Dñs ex iſtis.
*Dixitq.Samuel ad Iſai: Numquid iam cõ- 11
pleti ſunt filij? Qui rñdit. Adhuc reliquus
eſt paruulus, & paſcit oues . Et ait Samuel
ad Iſai: Mitte,& adduc eũ: nec enim diſcũ- C
bemus prius q̃ huc ille veniat. * Miſit ergo, 12
& adduxit eum . Erat aũt rufus, & pulcher
aſpectu,decoraq . facie,& ait Dominus: Sur-
ge,vnge eum, ipſe eſt enim.* Tulit ergo Sa- 13
muel cornu olei,& vnxit eum in medio fra-
a 2.Reg.7.b.8. trum eius:& a directus eſt Spiritus Domini
à die illa in Dauid, & deinceps. ſurgenſque
Samuel abijt in Ramatha .*Spiritus autem 14
Domini receſſit à Saul, & exagitabat eũ ſpi-
15 ritus nequam, à Domino.* Dixeruntq. ſer-
uí Saul ad eũ : Ecce ſpiritus Dei malus exa- Pſal.77.g 36.88.c.21.
16 gitat te. * Iubeat Dñs noſter, & ſerui tui,
qui coram te ſunt, quærent hominem ſcien-
tem pſallere cithara , vt quando arripuerit Act.7.f.46.& 13.c.36.
te ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſua
17 & leuius feras. * Et ait Saul ad ſeruos ſuos:
Prouidete ergo mihi aliquem bene pſallen-
18 tem,& adducite eum ad me.* Et reſpõdẽs
vnus de pueris,ait:Ecce vidi filium Iſai Be
D thlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſi-
mum robore, & virum bellicoſum , & pru-
dentem in verbis,& virum pulchrũ: & Do-
19 minus eſt cum eo.*Miſit ergo Saul nuncios
ad Iſai, dicens : Mitte ad me Dauid filium
20 tuum,qui eſt in paſcuis. * Tulit itaque Iſai
aſinum plenum panibus , & lagenam vini,
& hædum de capris vnum,& miſit per ma-
21 num Dauid filij ſui Sauli.* Et venit Dauid
ad Saul,& ſtetit coram eo:at ille dilexit eum
22 nimis,& factus eſt eius armiger.* Miſitque
Saul ad Iſai,dicens: Stet Dauid in cõſpectu
meo : inuenit enim gratiam in oculis meis,
23 *Igitur quandocumq.ſpiritus Domini ma-
lus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam
& percutiebat manu ſua , & refocillabatur
Saul , & leuius habebat . recedebat enim ab
eo ſpiritus malus.



CAP. XVII.

Congregantes autẽ Philiſthijm agmina 1
ſua in prælium,conuenerunt in Socho A
Iudæ,& caſtrametati ſunt inter Socho,& A-
zeca in finibus Dommim.*Porro Saul,& fi- 2
lij Iſrael congregati venerunt in Vallẽ tere-
binthi,& direxerunt aciem ad pugnandum
3 contra Philiſthijm.* Et Philiſthijm ſtabant
ſuper montem ex parte hac, & Iſrael ſtabat
ſupra montẽ ex altera parte, valliſq. erat in-
4 ter eos.* Et egreſſus eſt vir ſpuri9 de caſtris
Philiſthinorũ nomine Goliath, de Geth al-
5 titudinis ſex cubitorum, & palmi:* & caſſis
ærea ſuper caput eius,& lorica ſquamata in-
duebatur. Porrò pondus loricæ eius, quinq.
millia

millia ſiclorum æris erat: * & ocreas æreas 6
habebat in cruribus : & clypeus æreus tege-
bat humeros eius.* haſtile autem haſtæ eius 7
erat quaſi liciatorium texentium , ipſum au-
tem ferrum haſtæ eius ſexcentos ſiclos habe-
bat ferri: & armiger eius antecedebat eum .
* Stansq. clamabat aduerſum phalanges Iſ- 8
rael,& dicebat eis : Quare veniſtis parati ad
prælium ? Numquid ego non ſum Phili-
ſthæus,& vos ſerui Saul? Eligite ex vobis vi- B
rum,& deſcendat ad ſingulare certamen,*ſi 9
quiuerit pugnare mecum,& percuſſerit me,
erimus vobis ſerui : ſi autem ego præualue-
ro,& percuſſero eum, vos ſerui eritis, & ſer-
uietis nobis . * Et aiebat Philiſthæus : Ego 10
exprobraui agminib. Iſrael hodie : Date mi-
hi virum,& ineat mecũ ſingulare certamen.
* Audiens autem Saul , & omnes Iſraelitæ 11
ſermones Philiſthæi huiuſmodi, ſtupebant,
& metuebant nimis. * Dauid aũt erat filius 12
a Sup.16.a.1. viri Ephratæi,de quo a ſupra dictum eſt, de
Bethlehem Iuda,cui nomen erat Iſai, qui ha
bebat octo filios , & erat vir in dieb. Saul ſe-
nex,& grandæuus inter viros.* Abierunt au 13
tem tres filij eius maiores poſt Saul in præ-
lium : & nomina trium filiorum eius , qui
perrexerunt ad bellum. Eliab primogenitus,
& ſecundus Abinadab , tertiuſque Samma .
* Dauid autem erat minimus . Tribus ergo 14
maioribus ſecutis Saulem , * abijt Dauid,& 15
reuerſus eſt à Saul, vt paſceret gregem patris
ſui in Bethlehem . * Procedebat verò Phili- 16
ſthæus mane,& veſpere,& ſtabat quadragin
ta diebus. * Dixit autem Iſai ad Dauid filiũ 17
ſuum : Accipe fratribus tuis ephi polentæ ,
& decẽ panes iſtos , & curre in caſtra ad fra-
tres tuos,* & decem formellas caſei has de- 18
feres ad tribunum : & fratres tuos viſitabis , C
ſi rectè agant : & cum quibus ordinati ſunt ,
diſce . * Saul autem,& illi,& omnes filij Iſ- 19
rael , in Valle terebinthi pugnabant aduer-
ſum Philiſthijm . * Surrexit itaque Dauid 20
mane , & commendauit gregem cuſtodi ; &
onuſtus abijt,ſicut præceperat ei Iſai Et venit
ad locum Magala & ad exercitum, qui egreſ
ſus ad pugnã vociferatus erat in certamine .
*Direxerat enim aciem Iſrael, ſed , & Phili- 21
ſthijm ex aduerſo fuerant præparati.*Dere- 22
linquẽs ergo Dauid vaſa, quæ attulerat , ſub
manu cuſtodis ad ſarcinas , cucurrit ad locũ
certaminis , & interrogabat , ſi omnia rectè
agerẽtur erga fratres ſuos.* Cumque adhuc 23
ille loqueretur eis , apparuit vir ille ſpurius
aſcendens, Goliath nomine, Philiſthæus, de
Geth , de caſtris Philiſthinorum : & loquen-
te eo hęc eadem verba audiuit Dauid.* Om 24
nes autem Iſraelitę,cum vidiſſent virum,fu
gerunt à facie eius,timentes eum valdè.* Et 25
dixit vnuſquiſpiam de Iſrael: Num vidiſtis
virum hunc, qui aſcendit ? ad exprobrandũ
enim Iſrael aſcendit . Virum ergo , qui per-
cuſſerit eum, ditabit rex diuitijs magnis , fi- D
liam ſuam dabit ei,& domum patris eius fa-
ciet abſque tributo in Iſrael. * Et ait Dauid 26
ad viros,qui ſtabant ſecum,dicens: Quid da-
bitur viro , qui percuſſerit Philiſthæum hũc
& tulerit opprobrium de Iſrael ? quis enim
eſt hic Philiſthæus incircumciſus, qui expro
27 brauit acies Dei viuentis?* Referebat autem
ei populus eundem ſermonem,dicens: Hæc
28 dabuntur viro,qui percuſſerit eum.* Quod
cum audiſſet Eliab frater eius maior, loquẽ-
te eo cum alijs , iratus eſt contra Dauid , &
ait: Quare veniſti, & quare dereliquiſti pau-
culas oues illas in deſerto ? ego noui ſuper-
biam tuam, & nequitiam cordis tui : quia vt
29 videres prælium, deſcendiſti. * Et dixit Da-
uid : Quid feci ? numquid non verbum eſt?
30 * Et declinauit paululum ab eo ad alium :
dixitq. eundem ſermonem . Et reſpondit ei
31 populus verbum ſicut prius . * Audita ſunt
autem verba, quæ locutus eſt Dauid , & an-
32 nunciata in conſpectu Saul * Ad quem cum
fuiſſet adductus,locutus eſt ei : Non conci-
dat cor cuiuſquam in eo : ergo ſeruus tuus
vadam,& pugnabo aduerſus Philiſthæum .
33 * Et ait Saul ad Dauid : Non vales reſiſtere
Philiſthæo iſti , nec pugnare aduerſus eum :
quia puer es , hic autem vir bellator eſt ab
34 adoleſcentia ſua.* Dixitque Dauid ad Saul .
E a Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem , & a Eccleſ.47.a.2.
veniebat leo , vel vrſus , & tollebat arietem
35 de medio gregis:* & perſequebar eos,& per
cutiebam , eruebamq. de ore eorum : & il-
li conſurgebant aduerſum me,& apprehen-
debam mentum eorum, & ſuffocabam , in-
36 terficiebamq. eos. * Nam,& leonem, & vr-
ſum interfeci ego ſeruus tuus : erit igitur , &
Philiſthæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex
eis. Nunc vadam,& auferam opprobriũ po-
puli: quoniam quis eſt iſte Philiſthæus incir-
cumciſus , qui auſus eſt maledicere exercitui
37 Dei viuentis ? * Et ait Dauid: Dominus qui
eripuit me de manu leonis , & de manu vrſi
ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius .
Dixit autem Saul ad Dauid: Vade,& Domi-
38 nus tecum ſit.* Et induit Saul Dauid veſti-
mentis ſuis , & impoſuit galeam æream ſup
39 caput eius & veſtiuit eũ lorica . * Accinctus
ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam ,
cępit tentare ſi armatus poſſet incedere: non
enim habebat conſuetudinem. Dixitque Da-
uid ad Saul: Nõ poſſum ſic incedere,q̃a non
40 vſum habeo. Et depoſuit ea, * & tulit bacu-
lũ ſuũ,quem ſemper habebat in manibus, &
elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de
torrente, & miſit eos in peram paſtoralem ,
quã habebat ſecum , & fundam manu tulit :
41 & proceſſit aduerſum Philiſthæum . * Ibat
F autem Philiſthæus incedẽs,& appropinquãs
aduerſum Dauid,& armiger eius ante eum.
42 * Cũq. inſpexiſſet Philiſthæ9,& vidiſſet Da
uid,deſpexit eum. Erat.n. adoleſcens: rufus
43 & pulcher aſpectu * Et dixit Philiſthæ9 ad
Dauid: Numquid ego canis ſum,quod tu ve
nis ad me cũ baculo ? Et maledixit Phili-
44 ſthæus Dauid in dijs ſuis:*dixitq ad Dauid
Veni ad me , & dabo carnes tuas volatilibus
45 celi,& beſtijs terræ.*Dixit aũt Dauid ad Phi
liſthæum : Tu venis ad me cũ gladio,& ha-
ſta

sta,& clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum
Israel,quibus exprobrasti * hodie, & dabit 46
te Dominus in manu mea, & percutiam te,
& auferam caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie volatilibus cæli, & bestijs terræ: vt sciat omnis terra,quia est Deꝰ in Israel.* Et nouerit vniuer 47
sa ecclesia hæc,quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus: ipsius enim est bellum,
& tradet vos in manus nostras.* Cum ergo 48
surrexisset Philisthæus,& veniret,& appropinquaret contra Dauid,festinauit Dauid,&
cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi.
* Et misit manum suam in peram, tulitque 49
vnum lapidem,& funda iecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte: & in-
fixus est lapis in fronte eius, & cecidit in fa-
ciem super terram. * ″ Præualuitq. Dauid 50
aduersus Philisthæum in funda,& lapide,
percussumq, Philisthæum interfecit. Cum-
que gladium non haberet in manu Dauid,
*cucurrit,& stetit super Philisthæum,& tu- 51
lit gladium eius, & eduxit eum de vagina
sua:& interfecit eum, præciditq. caput eius.
Videntes autem Philisthijm,quod mortuus
esset fortissimus eorum,fugerunt.* Et con- 52
surgentes viri Israel,& Iuda vociferati sunt,
& persecuti sunt Philisthæos vsque dum ve
nirent in vallem, & vsque ad portas Accaron, ceciderunt que vulnerati de Philisthijm
in via Saraim,& vsque ad Geth,& vsque ad
Accaron. * Et reuertentes filij Israel post- 53
quam persecuti fuerant Philisthæos, inuase-
runt castra eorum. * Assumens autē Dauid 54
caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem:
arma verò eius posuit in tabernaculo suo.
* Eo autem tempore, quo viderat Saul Da- 55
uid egredientem contra Philisthæum, ait
ad Abner principem militiæ: De qua stirpe
descendit hic adolescens, Abner? Dixitq. Abner. Viuit anima tua, rex, si noui. * Et ait 56
rex: Interroga tu, cuius filius sit iste puer.
*Cumq. regressus esset Dauid percusso Phi 57
listhæo tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentē in manu. * Et ait ad eum Saul: De qua progenie 58
es,ô adolescens? Dixitq. Dauid: Filius serui
tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

″ Eccl. 4. a.4. 1. Mac.4 d.30.

CAP. XVIII.

ET factum est cum complesset loqui ad 1
Saul: anima Ionathæ conglutinata esta-
nimæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi
animam suam. * Tulitq eū Saul in die illa, 2
& non concessit ei vt reuerteretur in domū
patris sui. * Inierunt autem Dauid, & Iona- 3
tas fœdus: diligebat enim eū quasi animam
suam.* Nam expoliauit se Ionathas tunica, 4
qua erat indutus,& dedit eam Dauid,& reli
qua vestimenta sua vsque ad gladium,& ar
cum suum,& vsque ad balteum. * Egredie- 5
batur quoque Dauid ad omnia quæcumque
misisset eum Saul,& prudenter se agebat po
suitque eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximè-
6 que in conspectu famulorum Saul. * Porrò
cum reuerteretur percusso Philisthæo Da-
uid,egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel,cantantes,chorosq. ducentes in oc
cursum Saul regis,in tympanis lætitiæ, & in
7 sistris.* Et præcinebant mulieres ludentes,
atque dicentes ″ percussit Saul mille, & Da- ″ Eccl.47
8 uid decem milia.* Iratus est autem Saul ni- a.7.
mis, & displicuit in oculis eius sermo iste:
C dixitque: Dederunt Dauid decem millia,&
mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi
9 solum regnum? * Non rectis ergo oculis
Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.
10 * Post diem autem alteram, inuasit spiritus
Dei malus Saul. & prophetabat ī medio domus suæ:Dauid autem psallebat manu sua,
sicut per singulos dies, tenebatq. Saul lan-
11 ceam, * & misit eam, putans quod confige-
re posset Dauid cum pariete, & declinauit
12 Dauid à facie eius secundò * Et timuit Saul
Dauid,eo quod Dominus esset cum eo, & à
13 se recessisset. * Amouit ergo eum Saul à se,
D & fecit eum tribunum super mille viros: &
egrediebatur,& intrabat in conspectu popu-
14 li.* In omnibus quoque vijs suis Dauid pru
15 dēter agebat.& Dominus erat cum eo * Vi
dit itaque Saul,quod prudens esset nimis, &
16 cœpit cauere eum.* Omnis autem Israel,&
Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingredie-
17 batur,& egrediebatur ante eos. * Dixitque
Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior Merob,ipsam dabo tibi vxorem: tantummodo
esto vir fortis, & præstare bella Dñi. Saul
autem reputabat,dicens: Nō sit manus mea
in eum, sed sit super eū manus Philisthino-
18 rum. * Ait autem Dauid ad Saul: Quis ego
E sum,aut quæ est vita mea, aut cognatio pa-
19 tris mei in Israel, vt fiam gener regis? * Factum est autem tēpus cum deberet dari Me
rob filia Saul Dauid,data est Hadrieli Mola-
20 thitæ vxor. * Dilexit autem Dauid Michol
filia Saul altera. Et nunciatum est Saul, &
21 placuit ei. * Dixitq Saul: Dabo eam illi, vt
fiat ei in scandalum, & sit super eum manus
Philisthinorum. Dixitq Saul ad Dauid. In
22 duabus rebus gener meus eris hodie. * Et
mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad
Dauid clam me, dicentes: Ecce places regi,
& omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo
23 esto gener regis. * Et locuti sunt serui Saul
F in aurib. Dauid omnia verba hæc Et ait Dauid: Num parum videtur vobis, generum
esse regis? Ego autem sum vir pauper,& te-
24 nuis.* Et renunciauerunt serui Saul, dicentes: Huiuscemodi verba locutus est Dauid.
25 * Dixit autem Saul: Sic loquimini ad Dauid: Non habet rex sponsalia necesse, nisi
tantum centum præputia Philisthinorum,
vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthi-
26 norum. * Cumque renunciassent serui eius
Dauid verba,quæ dixerat Saul,placuit sermo
in

in oculis Dauid, vt fieret gener regis. * Et 27
post paucos dies surgens Dauid, abijt cum D
viris,qui sub eo erant. Et percussit ex Phili-
sthijm ducentos viros,& attulit eorum præputia,& annumerauit ea regi, vt esset gener
eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiā suam
vxorem. * Et vidit Saul,& intellexit quòd 28
Dominus esset cum Dauid. Michol autem
filia Saul diligebat eum.* Et Saul magis cœ- 29
pit timere Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. * Et egressi sunt 30
principes Philisthinorum,à principio autem
egressionis eorum,prudentius se gerebat Da
uid quàm omnes serui Saul, & celebre factū
est nomen eius nimis.

CAP. XIX.

LOcutus est autem Saul ad Ionathā filiū 1
suum,& ad omnes seruos suos, vt occi- A
derent Dauid: Porrò Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde.* Et indicauit Ionathas 2
Dauid,dicens: Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te, quæso ma-
ne,& manebis clam, & absconderis. * Ego 3
autem egrediens stabo iuxta patrem meum,
in agro vbicumque fueris: & ego loquar de
te ad patrem meum: & quodcunque vide-
4 ro,nunciabo tibi. * Locutus est ero Iona-
thas de Dauid bona ad Saul patrem suum:
dixitq.ad eum: Ne peccet rex in seruū tuum
Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius
5 bona sunt tibi valde. * Et posuit animam
suam in manu sua, & percussit Philisthæū,
& fecit Dominus salutem magnam vniuer-
so Israeli: & vidisti,& lætatus es Quare ergo
peccas in sanguine innoxio, interficiens Da-
6 uid, qui est absq. culpa? * Quod cum au-
B disset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit:
7 Viuit Dominus, quia non occidetur. * Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei
omnia verba hæc: & introduxit Ionathas

Dauid ad Saul,& fuit ante eum, sicut fuerat
heri,& nudiustertius. * Motum est autem 8
rursum bellum:& egressus Dauid,pugnauit
aduersus Philisthijm: percussitq. eos plaga
magna,& fugerunt à facie eius. * Et factus 9
est spiritus Domini malus in Saul, sedebat
autem in domo sua,& tenebat lanceam:porrò Dauid psallebat manu sua.* Nisusq. est 10
Saul configere Dauid lancea in pariete, &
declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem
casso vulnere perlata est in parietem, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. * Misit 11
ergo Saul satellites suos in domum Dauid,
vt custodirent eum, & interficeretur mane: Quod cum annunciasset Dauid Michol
vxor sua, dicens: Nisi saluaueris te nocte
hac,cras morieris,* deposuit eum per fene- 12
stram porrò ille abijt, & aufugit, atque sal-
13 uatus est.* Tulit autem Michol statuam,&
C posuit eam super lectum, & pellem pilosam
caprarum,posuit ad caput eius, & operuit
14 eam vestimentis. * Misit autem Saul appa-
ritores, qui raperent Dauid, & responsum
15 est quod ægrotaret. * Rursumq misit Saul
nuncios vt viderent Dauid,dicens: Afferte
16 eū ad me in lecto,vt occidatur * Cumq. venissent nuncij, inuentū est simulacrū super
17 lectū,& pellis caprarum ad caput eius.* Dixitq. Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi,& dimisisti inimicum meum vt fugeret?
Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi: Dimitte me,alioquin inter fi-
18 cia te.* Dauid autē fugiens,saluatus est, &
venit ad Samuel in Ramatha, & nunciauit
ei

ei omnia, quæ fecerat sibi Saul: & abierunt
ipse, & Samuel, & morati sunt in Naioth:
* Nunciatum est autem Sauli à dicentibus: 19
Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. * Misit 20
ergo Saul lictores, vt raperét Dauid: qui cum D
vidissent cuneum prophetarum vaticinan-
tium, & Samuelem stantem super eos, fa-
ctus est etiá Spiritus Domini in illis, & pro-
phetare cœperunt etiam ipsi. * Quod cum 21
nunciatum esset Sauli, misit & alios núcios:
prophetauerunt autem, & illi. Et rursum
misit Saul tertios núcios: qui & ipsi prophe-
tauerunt. Et iratus iracundia Saul, * abijt 22
etiam ipse in Ramatha, & venit vsque ad ci-
sternam magnam, quæ est in Socho, & inter-
rogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel, &
Dauid? Dictumque est ei: Ecce in Naioth
sunt in Ramatha. * Et abijt in Naioth ĩ Ra- 23
matha, & factus est etiam super eum Spiri-
tus Domini, & ambulabat ingrediens, &
prophetabat vsque dum veniret in Naioth
in Ramatha. * Et expoliauit etiam ipse se 24
vestimentis suis, & prophetauit cum ceteris
coram Samuele, & cecinit nudus tota die il-
la, & nocte. Vnde & exiuit prouerbium:
[a] Sup.10. c.12.
[a] Num & Saul inter prophetas?

CAP. XX.

FVit autem Dauid de Naioth, quæ est in 1
Ramatha, veniensq. locutus est corá Io- A
natha: Quid feci? quæ est iniquitas mea, &
quod peccatum meum in patrem tuum,
quia quærit animam meam? * Qui dixit ei: 2
Absit, non morieris: neque enim faciet pa-
ter meus quidquam grande, vel paruú, nisi
prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit
me pater meus sermonem tantummodo?
nequaquam erit istud. * Et iurauit rursum 3
Dauidi. Et ille ait: Scit profectò pater tuus
quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet:
Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Qui-
nimmo viuit Dominus, & viuit anima tua,
quia vno tantum (vt ita dicam) gradu, ego
morsq. diuidimur. * Et ait Ionathas ad Da- 4
uid: Quodcumque dixerit mihi anima tua
faciam tibi. * Dixit autem Dauid ad Iona- 5
than: Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex
more sedere soleo iuxta regem ad vescen-
dum: dimitte ergo me, vt abscondar in agro
vsque ad vesperam diei tertiæ. * Si respiciens 6
requisierit me pater tuus, respódebis ei: Ro-
gauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethle- B
hem ciuitatem suam: quia victimæ solem-
nes ibi sunt vniuersis contribulibus suis.
* Si dixerit, Bene pax erit seruo tuo: si au- 7
tem fuerit iratus, scito quia completa est ma-
litia eius. * Fac ergo misericordiam in ser- 8
uum tuum: quia fœdus Domini me famu-
lum tuum tecum inire fecisti: si autem est
iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad
patrem tuum ne introducas me. * Et ait Io- 9
nathas: Absit hoc à te, neque enim fieri po-
test, vt si certè cognouero completá esse pa-
tris mei malitiam contra te, non annunciem
10 tibi. * Respondítque Dauid ad Ionathan:
Quis renunciabit mihi, siquid fortè respon-
11 derit tibi pater tuus durè de me? * Et ait Io-
C nathas ad Dauid: Veni, & egrediamur foras
in agrum. Cumq. exissent ambo in agrum,
12 * ait Ionathas ad Dauid: Domine Deus Is-
rael, si inuestigauero sententiam patris mei
crastino vel perendie, & aliquid boni fuerit
super Dauid, & non statim misero ad te, &
13 notum tibi fecero, * hæc faciat Dominus Io-
nathæ, & hæc addat. Si autem perseuerau-
erit patris mei malitia aduersum te, releua-
bo aurē tuam, & dimittā te, vt vadas in pa-
ce, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum pa-
14 tre meo. * Et si vixero, facies mihi miseri-
15 cordiá Domini: si verò mortuus fuero, * nó
auferes misericordiam tuam à domo mea
vsque in sempiternum, quádo eradicauerit
Dominus inimicos Dauid, vnumquemque
de terra: auferat Ionathan de domo sua, &
requirat Dominus de manu inimicorú Da-
16 uid. * Pepigit ergo Ionathas fœdus cum do-
D mo Dauid: & requisiuit Dominus de manu
17 inimicorum Dauid. * Et addidit Ionathas
deierare Dauid, eo quod diligeret illum: si-
cut enim animam suam ita diligebat eum:
18 * Dixitque ad eum Ionathas: Cras calendæ
19 sunt, & requireris: * requiretur enim sessio
tua vsque perendie. Descédes ergo festinus,
& venies in locú vbi celandus es in die, qua
operari licet, & sedebis iuxta lapidé, cui no-
20 mé est Ezel. * Et ego tres sagittas mittá iux-
ta eú, & iaciam quasi exercés me ad signú.
21 * Mittam quoque, & puerum, dicens ei: Va-
22 de, & affer mihi sagittas. * Si dixero puero:
Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas, tu veni
ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, vi-
uit Dominus. Si autem sic locutus fuero pue-
ro: Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace,
23 quia dimisit te Dominus. * De verbo autem
quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus
24 inter me & te vsque in sempiternú. * Absco-
ditus est ergo Dauid in agro, & venerút ca-
E lendæ, & sedit rex ad comedendum panem.
25 * Cumque sedisset rex super cathedram
suam (secundum consuetudinem,) quæ e-
rat iuxta parietem, surrexit Ioanathas, & se-
dit Abner ex latere Saul, vacuusq. apparuit
26 locus Dauid. * Et non est locutus Saul quid-
quam in die illa: cogitabat enim, quod fortè
euenisset ei, vt non esset mundus, nec purifi-
27 catus * Cumque illuxisset dies secunda post
calendas, rursus apparuit vacuus locus Da-
uid. Dixitq. Saul ad Ionathan filium suum:
Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie
28 ad vescendum? * Responditq. Ionathas Sau-
li: Rogauit me obnixè, vt iret in Bethleem,
29 * & ait: Dimitte me, quoniam sacrificium
solemne est in ciuitate, vnus de fratribus
meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gra-
tiam in oculis, tuis, vadam citò, & videbo fra-
tres meos. Ob hanc causá non venit ad mésá
30 regis. * Iratus autem Saul aduersum Iona-
F thas, dixit ei: Fili mulieris virum vltro ra-
pientis, numquid ignoro, quia diligis filium
Isai

Isai in confusionem tuam, & in confusioné
ignominiosæ matris tuæ? * Omnibus enim 31
diebus quibus filius Isai vixerit super terrá,
non stabilieris tu, neque regnum tuum. Ita-
que iam nunc mitte, & adduc eum ad me:
quia filius mortis est: * Respondens autem 32
Ionathas Sauli patri suo, ait: Quare morie-
tur? quid fecit? * Et arripuit Saul lanceam 33
vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas
quod definitum esset a patre suo, vt interfi-
ceret Dauid. * Surrexit ergo Ionathas à men 34
sa in ira furoris, & non comedit in die calé-
darum secunda pané. Contristatus est enim
super Dauid, eo quod confudisset eum pa-
ter suus. * Cumq. illuxisset mane, venit Io- 35
nathas in agrum iuxta placitum Dauid, &
puer paruulus cum eo, * & ait ad puerum 36
suum: Vade, & affer mihi sagittas, quas ego G
iacio. Cumq. puer cucurrisset, iecit aliam sa-
gittam trans puerum. * Venit itaque puer 37
ad locum iaculi, quod miserat Ionathas, &
clamauit Ionathas post tergú pueri, & ait:
Ecce ibi est sagitta porrò vltra te. * Clama- 38
uitq. iterum Ionathas post tergum pueri, di-
cens: Festina velociter, ne steteris. Collegit
autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad
dominum suum: * & quid ageretur, peni- 39
tus ignorabat: tantummodo enim Ionathas,
& Dauid rem nouerant. * Dedit ergo Io- 40
nathas arma sua puero, & dixit ei: Vade, &
defer in ciuitatem. * Cumque abijsset puer, 41
surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad Au-
strum, & cadens pronus in terram, adorauit
tertiò, & osculantes se alterutrum, fleuerunt
pariter, Dauid autem amplius. * Dixit ergo 42
Ionathas ad Dauid: Vade in pace: quæcum-
que iurauimus ambo in nomine Domini,
dicentes: Dominus sit inter me, & te, & inter
semen meum, & semen tuum vsque in sem-
piternum. * Et surrexit Dauid, & abijt: sed 43
& Ionathas ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI.

VEnit autem Dauid in Nobe ad Achi- 1
melech sacerdotem: & obstupuit A- A
chimelech, eo quod venisset Dauid. Et dixit
ei: * Quare tu solus, & nullus est tecum? Et 2
ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex
præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo
sciat rem, propter quam missus es à me, &
cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam &
pueris condixi in illú, & illú locum. * Nunc 3
ergo si quid habes ad manum, vel quinque
panes, da mihi, aut quidquid inueneris. * Et 4
respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non
habeo laicos panes ad manum, sed tantum
panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxi-
mè à mulieribus? Et respódit Dauid sacer- 5
doti, & dixit ei: Equidem, si de mulierib. agi- B
tur. continuimus nos ab heri, & nudiuster-
tius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa
puerorum sancta porrò via hæc polluta est,
sed, & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.
* [b] Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum pa- 6
[b] Mat.12 a.3.
nem, neque enim erat ibi panis, nisi tantum
panes propositionis, qui sublati fuerant à fa-
7 cie Dñi, vt ponerentur panes calidi. * Erat au-
tem ibi vir quidam de seruis Saul, in die il-
la, intus in tabernaculo Domini, & nomé e-
ius Doeg Idumeæus, potentissimus pastorú
8 Saul. * Dixit auté Dauid ad Achimelech: Si
C habes hic ad manum hastam, aut gladium?
quia gladiú meú, & arma mea non tuli me-
9 cum, sermo enim regis vrgebat. * Et dixit sa-
cerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthæi,
qué percussisti in Valle terebinthi, est inuo-
lutus pallio post ephod: si istum vis tollere
tolle, neque enim hic est alius absque eo. Et
ait Dauid: Non est huic alter similis, da mi-
10 hi eum. * Surrexit itaque Dauid, fugit in
die illa à facie Saul: & venit ad Achis regem
11 Geth: * dixeruntq. serui Achis ad eum, cum
D vidissent Dauid: Numquid non iste est Da- [c] Sup.12. b.7.
uid rex terræ? nonne huic cantabát per cho-
ros, dicentes: [d] Percussit Saul mille, & Dauid [d] Eccl.47 a.7.
12 decé millia? * Posuit autem Dauid sermo-
nes istos in corde suo, & extimuit valde à
13 facie Achis regis Geth. * Et immutauit os
suum coram eis, & collabebatur inter manus
eorum, & impingebat in ostia portæ, deflue-
14 bantque saliuæ eius in barbá. * Et ait A-
chis ad seruos suos: Vidistis hominem insa-
15 num: quare adduxistis eum ad me? * An de-
sunt nobis furiosi, quòd introduxistis illum,
vt fureret me præsente? hiccine ingredietur
domum meam?

CAP. XXII.

1 ABijt ergo Dauid inde, & fugit in spelú-
A cam Odollam. Quod cum audissent
fratres eius, & omnis domus patris eius, de-
2 scenderunt ad eum illuc. * Et conuenerunt
ad eum omnes, qui erant in angustia consti-
tuti, & oppressi ære alieno, & amaro ani-
mo: & factus est eorum princeps, fueruntq.
3 cú eo quasi quadringenti viri. * Et profectus
est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab, &
dixit ad regé Moab: Maneat, oro, pater meus
& mater mea vobiscum, donec sciam quid
4 faciat mihi Deus. * Et reliquit eos ante fa-
ciem regis Moab: manseruntque apud eum
cunctis diebus, quibus Dauid fuit in præsi-
5 dio. * Dixitq; Gad propheta ad Dauid: No-
li manere in præsidio, proficiscere, & vade
in Terram Iuda. Et profectus est Dauid, &
6 venit in saltum Haret. * Et audiuit Saul
quod apparuisset Dauid, & viri, qui erant cú
eo; Saul autem cum maneret in Gabaa, & es-
set in nemore, quod est in Rama, hasta ma-
nu tenens, cunctique serui eius circumsta-
7 rent eum. * ait ad seruos suos qui assiste-
B bant ei: Audite nunc filij Iemini: numquid
omnibus vobis dabit filius Isai agros, & vi-
neas, & vniuersos vos faciet tribunos, & cen-
8 turiones: * quoniá coniurastis omnes aduer-
sum me, & non est qui mihi renúciet, maxi-
mè cum, & filius meus fœdus inierit cum fi-
lio Isai? Nó est qui vicé meam doleat ex vo-



bis,nec qui annunciet mihi : eo quòd ſuſcita-
uerit filius meus ſeruum meum aduerſum
me,inſidiantem mihi vſque hodie. * Reſpō- 9
dens autem Doeg Idumæus, qui aſſiſtebat,
& erat prim⁹ inter ſeruos Saul, Vidit, inquit
filium Iſai in Nobe apud Achimelech filiū
Achitob ſacerdotem . * Qui cōſuluit pro eo 10
Dominum, & cibaria dedit ei, ſed & gladiū
Goliath Philiſthæi dedit illi. * Miſit ergo 11
rex ad accerſendum Achimelech ſacerdotē
filium Achitob, & omnem domum patris
eius,ſacerdotum,qui erant in Nobe,qui vni-
uerſi venerunt ad regem. * Et ait Saul ad 12
Achimelech : Audi fili Achitob . Qui re- C
ſpondit : Præſto ſum Domine. * Dixitq. ad 13
eum Saul: Quare coniuraſtis aduerſum me,
tu,& filius Iſai,& dediſti ei panes,& gladiū,
& conſuluiſti pro eo Deum, vt conſurgeret
aduerſum me,inſidiabor vſque hodie pma-
nens? * Reſpondensq. Achimelech regi ait : 14
Et quis in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid
fidelis,& gener regis, & pergens ad imperiū
tuum,& glorioſus in domo tua? * Num ho- 15
die cæpi pro eo conſulere Deum? abſit hoc
à me : ne ſuſpicetur rex aduerſus ſeruum
ſuum rem huiuſcemodi, in vniuerſa domo
patris mei; nō enim ſciuit ſeruus tuus quid
quam ſuper hoc negotio, vel modicum, vel
grande. * Dixitq. rex: Morte morieris Achi- 16
melech, tu & omnis domus patris tui. * Et 17
ait rex emiſſarijs, qui circumſtabant eum:
Conuertimini, & interficite ſacerdotes Do-
mini : nam manus eorum cum Dauid eſt: D
ſcientes quod fugiſſet, & non indicauerunt
mihi. Noluerunt autem ſerui regis extende-
re manus ſuas in ſacerdotes Domini. * Et 18
ait rex ad Doeg. Conuertere tu,& irrue in ſa-
cerdotes, Cōuerſusq. Doeg Idumæus,irruit
in ſacerdotes, & trucidauit in die illa octo-
gintaquinque viros veſtitos ephod lineo,
19 * Nobe autē ciuitatem ſacerdotū percuſſit
in ore gladij,viros & mulieres, & paruulos,
& lactentes,bouemq. & aſinū, & ouē in ore
20 gladij. * Euadēs autem vnus filius Achime-
lech, filij Achitob, cuius nomen erat Abia-
21 thar,fugit ad Dauid, * & annūciauit ei quod
22 occidiſſet Saul ſacerdotes Domini. * Et ait
Dauid ad Abiathar : Sciebā in die illa, quod
cū ibi eſſet Doeg Idumæus, procul dubio an
nunciaret Sauli : ego ſum reus omnium ani-
23 marum patris tui. * Mane mecū, ne timeas:
ſi quis quæſierit animam meam, quæret, &
animam tuam,mecumque ſeruaberis.

CAP. XXIII.

1 ET annunciauerunt Dauid dicētes : Ec-
A ce Philiſthijm oppugnant Ceilā,& diri-
2 piunt areas. * Conſuluit ergo Dauid Domi-
num,dicens : Num vadam, & percutiā Phi-
liſthæos iſtos? Et ait Dominus ad Dauid: Va-
de & percuties Philiſthæos,& Ceilam ſalua-
3 bis. * Et dixerunt viri,qui erant cum Dauid,
ad eum: Ecce nos hic in Iudæa conſiſtētes ti-
memus:quāto magis ſi ierimus in Ceilam ad
4 uerſum agmina Philiſthinorū? * Rurſum er-
go Dauid conſuluit Dominum. Qui reſpon
dens,ait ei : Surge,& vade in Ceilam:ego .n.
5 tradam Philiſthæos in manu tua. * Abijt er-
go Dauid,& viri eius in Ceilam, & pugnauit
aduerſum Philiſthæos, & abegit iumēta eo-
rum, & percuſſit eos plaga magna : & ſalua-
6 uit Dauid habitatores Ceilæ. * Porrò eo tē-
pore, quo fugiebat Abiathar filius Achime-
lech ad Dauid in Ceilam, ephod ſecum ha-
7 bens deſcenderat. * Nunciatum eſt autem
Sauli quod veniſſet Dauid in Ceilam, & ait
B Sauli; Tradidit eum Deus in manus meas,

concluſusque eſt introgreſſus vrbem, in qua
portæ,& feræ ſunt. * Et præcepit Saul omni 8
populo vt ad pugnam deſcenderet in Ceilā:
& obſideret Dauid,& viros eius. * Quod cū 9
Dauid reſciſſet,quia præpararet ei Saul clam
malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem : Ap-
plica ephod. * Et ait Dauid: Dn̄e Deus Iſrael 10
audiuit famam ſeruus tuus,quod diſponant
Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbē pro-
pter me : * Si tradent me viri Ceilæ in ma- 11
nus eius? & ſi deſcendet Saul, ſicut audiuit
ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael indica ſer-
uo tuo, Et ait Dominus : Deſcendet. * Dixit 12
que Dauid:Si tradent me viri Ceilæ,& viros
qui ſunt mecū,in manus Saul? Et dixit Do-
minus: Tradent. * Surrexit ergo Dauid, & vi 13
ri eius quaſi ſexcenti,& egreſſi de Ceila, huc
atque illuc vagabantur incerti : nunciatum-
que eſt Sauli quod fugiſſet Dauid de Ceila,
& ſaluatus eſſet,quam ob rem diſſimulauit
exire. * Morabatur autem Dauid in deſerto 14
in locis firmiſſimis, manſitque in mōte ſoli-
tudinis Ziph,in monte opaco : quærebat eū
tamen Saul cunctis diebus : & non tradidit
eum Deus in manus eius. * Et vidit Dauid 15
quod egreſſus eſſet Saul, vt quæreret ani- C
mam eius . Porrò Dauid erat in deſerto
Ziph in ſilua. * Et ſurrexit Ionathas filius 16
Saul, & abijt ad Dauid in ſiluam, & confor-
tauit manus eius in Deo: dixitque ei : * Ne- 17
timeas : neque enim inueniet te manus Saul
patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego
ero tibi ſecūdus, ſed & Saul pater meus ſcit
hoc. * Percuſſit ergo vterque fœdus corā Do- 18
mino,manſitq. Dauid in ſilua : Ionathas au-
tem reuerſus eſt in domum ſuam. * [a] Aſcē- 19
derunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, di-
centes : Nonne ecce Dauid latitat apud nos
in locis tutiſſimis ſiluæ, in Colle Hachila,
quæ eſt ad dexteram deſerti? * Nunc ergo,ſi 20
cut deſiderauit anima tua vt deſcenderes,de
ſcende, noſtrum autem erit vt tradamus eū
in manus regis. * Dixitque Saul: Benedicti 21
vos à Domino,quia doluiſtis vicem meam.
* Abite ergo,oro,& diligentius præparate, 22
& curioſius agite, & conſiderate locum,vbi
ſit pes eius, vel quis viderit eū ibi, recogitat D
enim de me, quod calidè inſidier ei. * Con- 23
ſiderate,& videte omnia latibula eius,in qui
bus abſconditur:& reuertimini ad me ad rē
certam,vt vadam vobiſcum, quod ſi etiam
in terram ſe abſtruſerit, perſcrutabor eum
in cunctis millibus Iuda. * At illi ſurgentes 24
abierunt in Ziph ante Saul : Dauid autem
& viri eius erant in deſerto Maon, in cam-
peſtribus ad dexteram Ieſimon. * Iuit ergo 25
Saul,& ſocij eius ad quærendum eum:& nū
ciatum eſt Dauid, ſtatimq. deſcendit ad pe-
trā,& verſabatur in deſerto Maon,quòd cū
audiſſet Saul,perſecutus eſt Dauid in deſer-
to Maō. * Et ibat Saul ad latus mōtis ex par- 26
te vna: Dauid aūt,& viri eius erant in latere
mōtis ex parte altera: porrò Dauid deſpera-
bat ſe poſſe euadere à facie Saul:itaque Saul,
& viri eius in modum coronæ cingebant Da
27 uid,& viros eius,vt caperent eos. * Et nun-
cius venit ad Saul,dicens. Feſtina, & veni,
quoniam infunderunt ſe Philiſthijm ſuper
28 terram. * Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens p-
ſequi Dauid, & perrexit in occurſum Phili-
ſtinorum,propter hoc vocauerunt locum il-
lum, Petram diuidentem.

CAP. XXIV.

1 AScendit ergo Dauid inde : & habitauit
2 in locis tutiſſimis Engaddi. * Cumque
A reuerſus eſſet Saul, poſtquam perſecutus eſt
Philiſthæos,nunciauerunt ei dicentes Ecce,
3 Dauid in deſerto eſt Engaddi. * Aſſumens
ergo Saul tria millia electorum virorum ex
omni Iſrael,perrexit ad inueſtigandum Da-
uid,& viros eius, etiam ſuper abruptiſſimas
4 petras,quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. * Et ve
nit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant viā-
ti,eratq. ibi ſpelūca,quam ingreſſus eſt Saul,
vt purgaret ventrem : porrò Dauid, & viri
eius in interiore parte ſpeluncæ latebant.
5 * Et dixerūt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies,
de qua locutus eſt Dominus ad te : Ego tra-
dam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut
placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid,
B & præcidit oram chlamydis Saul ſilenter.
6 * Poſt hæc percuſſit cor ſuū Dauid, eo quod
7 abſcidiſſet oram chlamydis Saul. * Dixitque
ad viros ſuos: Propitius ſit mihi Dominus,
ne faciam hanc rem domino meo, Chriſto
Domini, vt mittam manum meam in eum,
8 quia Chriſtus Dn̄i eſt. * Et confregit Dauid
viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos
vt conſurgerent in Saul : porrò Saul exurgēs
9 de ſpelunca,pergebat cœpto itinere. * Surre-
xit autem,& Dauid poſt eum:& egreſſus de
ſpelunca,clamauit poſt tergum Saul,dicens:
Domine mi rex. Et reſpexit Saul poſt ſe: &
inclinans ſe Dauid pronus in terram,adora-
10 uit, * dixitque ad Saul:Quare audis verba ho
minum loquentium, Dauid quærit malum
11 aduerſum te? * Ecce hodie viderūt oculi tui
quòd tradiderit te Dominus in manus meas
in ſpelunca:& cogitaui vt occiderē te,ſed pe-
percit tibi oculus meus,dixit enim : Non ex-
C tendam manum meam in dominum meū,
12 Quia Chriſtus Domini eſt. * Quin potius pa
ter mi, vide, & cognoſce orā chlamydis tuæ
in manu mea: quoniam cum præſcinderem
ſummitatem chlamydis tuæ,nolui extende-
re manum meam in te, animaduerte, & vi-
de, quoniam non eſt in manu mea malum,
neque iniquitas, neque peccaui in te,tu autē
13 inſidiaris animæ meæ vt auferas eam. * Iudi
cet Dominus inter me,& te, & vlciſcatur me
Dominus ex te:manus autem mea non ſit in
14 te. * Sicut, & in prouerbio antiquo dicitur:
AB IMPIIS egredietur impietas : ma-
15 nus ergo mea non ſit in te. * Quem perſe-
queris, rex Iſrael, quem perſequeris? canem
mortuum perſequeris, & pulicem vnum.
16 * Sit Dominus iudex,& iudicet inter me, &
te, & videat, & iudicet cauſam meam, &
17 eruat me de manu tua. * Cum autem com-

[a] Inf. 26. a. 1.

pleffet Dauid loquens fermones huiufcemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox hæc tua
eft filii mi Dauid? Et leuauit Saul vocem D
ſuam, & fleuit: dixitque ad Dauid: Iuſtior 18
tu es, quam ego: tu enim tribuiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. * Et tu in- 19
dicaſti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuã,
& non occideris me. * Quis enim cum inue- 20
nerit inimicum ſuum, dimittet eum in via
bona? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo, quod hodie operatus es in
me. * Et nunc quia ſcio quod certiſſimè re- 21
gnaturus ſis, & habiturus id manu tua regnũ Iſrael: * iura mihi in Domino, ne deleas 22
ſemen meum poſt me, neque auferas nomẽ
meum de domo patris mei. * Et iurauit Da- 23
uid Sauli. Abijt ergo Saul in domum ſuam:
& Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora
loca.

CAP. XXV.

"Eccli.46 d.3. Inf.28.a.3.

MOrtuus "eſt autem Samuel, & congre- 1
gatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerũt A
eum, & ſepelierunt eum in domo ſua in Ra-
matha. Conſurgenſq. Dauid deſcendit in de-
ſertum Pharan. * Erat autem vir quiſpiam in 2
ſolitudine Maon, & poſſeſſio eius in Carme-
lo, & homo ille magnus nimis: erantque ei o-
ues tria millia, & mille capræ: & accidit vt
tonderetur grex eius in Carmelo. * Nomen 3
autem viri illius erat Nabal: & nomen vxo-
ris eius Abigail, eratq. mulier illa prudentiſ-
ſima, & ſpecioſa: porrò vir eius durus, & peſ-
ſimus, & malitioſus: erat autem de Genere
Caleb. * Cum ergo auditſſet Dauid in deſerto 4
quod tonderet Nabal gregem ſuum, * miſit 5
decem iuuenes, & dixit eis: Aſcendite in Car-
melum: & venietis ad Nabal, & ſalutabitis
eum ex nomine meo pacifice. * Et dicetis: 6
Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ B
pax, & omnibus, quæcumque habes, ſit pax.
* Audiui quod tonderent paſtores tui, qui 7
erant noſtrum in deſerto: numquam eis
moleſti fuimus, nec aliquando deſuit, quid-
quam eis de grege, omni tempore, quo fue-
runt noſtcum in Carmelo. * Interroga pue- 8
ros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inue-
niant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die
enim bona venimus: quodcumque inuene-
rit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Da-
uid. * Cumq. veniſſent pueri Dauid, locuti 9
ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomi-
ne Dauid: & ſilierunt. * Reſpondens autem 10
Nabal pueris Dauid, ait: Quis eſt Dauid? &
quis eſt filius Iſai? hodie increuerunt ſerui
qui fugiunt dominos ſuos. * Tollam ergo 11
panes meos, & aquas meas, & carnes pecorũ,
quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris,
quos neſcio vnde ſint? * Regreſſi ſunt itaque 12
pueri Dauid per viam ſuam, & reuerſi vene-
runt, & nunciauerunt ei omnia, verba quæ
dixerat. * Tunc ait Dauid pueris ſuis: Accin- C
gatur vnuſquiſq. gladio ſuo. Et accinctiſ ſũt 13
gladijs ſuis, accinctuſque eſt, & Dauid enſe
ſuo: & ſecuti ſunt Dauid, quaſi quadringenti
viri, porrò ducenti, remanſerunt ad ſarcina.
14 * Abigail autem vxori Nabal nũciauit vnus
de pueris ſuis, dicens: Ecce Dauid miſit nun-
cios de deſerto, vt benedicerent domino no-
15 ſtro: & auerſatus eſt eos * homines iſti, boni
ſatis fuerunt nobis, & non moleſti, nec quid-
quam aliquando perijt omni tempore, quo
16 fuimus conuerſati cum eis in deſerto: * pro
muro erant nobis tam in nocte quam in die
omnibus diebus, quibus pauimus apud eos
17 greges * Quam ob rem conſidera, & recogi-
ta quid facias: quoniam completa eſt malitia
aduerſum virum tuum, & aduerſum do-
mum tuam, & ipſe eſt filius Belial, ita vt no-
18 mo poſſit loqui * Feſtinatur igitur Abigail,
& tulit ducentos panes, & duos vtres vini, &
quinque arietes coctos, & quinque ſata poſẽ-
D tæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ, & ducen-
tas maſſas caricarum, & poſuit ſuper aſi-
19 nos: * dixitque pueris ſuis: Præcedite me: ec-
ce, ego poſt tergum ſequar vos: viro autẽ ſuo
20 Nabal non indicauit. * Cum ergo aſcendiſ-
ſet aſinum, & deſcenderet ad radices mõtis,
Dauid, & viri eius deſcendebant in occurſũ
21 eius: quibus, & illa occurrit. * Et ait Dauid:
verè fruſtra ſeruaui omnia, quæ huius erant
in deſerto, & nõ perijt quidquam de cũctis,
quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi
22 malum pro bono. * Hæc faciat Deus inimi-
cis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de om-
nibus, quæ ad ipſum pertinent vſque mane,
23 mingentem ad parietem. * Cum autem vi-
diſſet Abigail Dauid, feſtinauit & deſcendit
de aſino, & procidit coram Dauid ſuper fa-
24 ciem ſuam, & adorauit ſuper terram, * & ce-
cidit ad pedes eius, & dixit: In me ſit, domi-
ne mi, hæc iniquitas: loquatur, obſecro, ancil-
la tua, in auribus tuis: & audi verba famu-
25 læ tuæ. * Ne ponat, oro, dominus meus rex
cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Na-
bal: quoniam ſecundum nomen ſuum ſtul-
tus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autem an-
cilla tua non vidi pueros tuos, domine mi,
26 quos miſiſti. * Nunc ergo domine mi, viuit
E Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit
te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit ma-
num tuam tibi: & nunc ſint ſicut Nabal ini-
mici tui, & qui quærunt domino meo malũ.
27 * Qua propter ſuſcipe benedictionem hanc,
quam attulit ancilla tua tibi domino meo:
& da pueris, qui ſequuntur te Dñm meum.
28 * Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens
enim faciet Dominus tibi Domino meo do-
mum fidelium, quia prælia Domine, domine
mi, tu præharis: malitia ergò non inuenia-
29 tur in te omnibus diebus vitæ tuæ. * Si enim
ſurrexerit aliquando homo perſequens te, &
quærens animam tuam, erit anima domini
mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium,
apud Dominum Deum tuum: porrò inimi-
corũ tuorum anima rotabitur, quaſi in impe-
30 tu & circulo fundæ: * Cum ergo fecerit Dñs
tibi domino meo omnia, quæ locutus eſt bo-
na

na de te, & cõſtituerit te ducem ſuper Iſrael,
* non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupu- 31
lum cordis domino meo, quod effuderis ſã-
guinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: &
cum benefecerit Dominus domino meo re-
cordaberis ancillæ tuę. * Et ait Dauid ab Abi- 32
gail. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui F
miſit hodie te in occurſum meum, & bene-
dictum eloquium tuũ, * & benedicta tu, quę 33
prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinẽ,
& vlciſcerer me manu mea. * Alioquin viuit 34
Dominus Deus Iſrael, qui prohibuit me ne
malum facerem tibi: niſi citò veniſſes in oc-
curſum mihi, non remaniſſet Nabal vſque
ad lucem matutinam, mingens ad parietem.
* Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia, 35
quæ attulerat ei, dixitque ei. Vade pacificè in
domum tuam, ecce audiui vocem tuam, &
honorui faciem tuam. * Venit autem Abi- 36
gail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in
domo eius, quaſi conuiuium regis, & cor
Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: &
non indicauit ei verbum puſillum, aut gran-
de vſque mane. * Diluculo autem cum digeſ 37
ſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua G
verba hæc, & emortuum eſt cor eius in trin-
ſecus, & factus eſt quaſi lapis. * Cumque per- 38
tranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus
Nabal, & mortuus eſt. * Quod cum audiſſet 39
Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus Do-
minus, qui iudicauit cauſam opprobrij mei
de manu Nabal, & ſeruum ſuum cuſtodiuit
à malo, & malitiam Nabal reddidit Domi-
nus in caput eius. Miſit ergo Dauid, & locu-
tus eſt ad Abigail, vt ſumeret eam ſibi in vx-
orem. * Et venerunt pueri Dauid ad Abi- 40
gail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, di-
centes: Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſi-
bi in vxorem. * Quæ conſurgens adorauit 41
prona in terram, & ait: Ecce famula tua ſit
in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domi-
ni mei. * Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail, & 42
aſcendit ſuper aſinum, & quinq. puellę ierũt
cum ea, pediſſæque eius, & ſecuta eſt nuncios
Dauid: & facta eſt illi vxor. * Sed & Achinoã 43
accepit Dauid de Iezrael, & fuit vtraque vx-
or eius. * Saul autem dedit Michol filiam 44
ſuam vxorem Dauid, Phalti filio Lais, qui
erat de Gallim.

CAP. XXVI.

"Sup.23. c.19.

ET "venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, 1
dicentes, Ecce, Dauid abſconditus eſt in A
colle Hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis.
* Et ſurrexit Saul, & deſcendit in deſertum 2
Ziph, & cum eo tria millia virorum de ele-
ctis Iſrael, vt quæreret Dauid in deſerto
Ziph. * Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa 3
Hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in
via: Dauid autem habitabat in deſerto. Vi-
dens autem, quod veniſſet Saul poſt ſe in de-
ſertum, * miſit exploratores, & didicit quod 4
illuc veniſſet certiſſimè. * Et ſurrexit Dauid
clam, & venit ad locum vbi erat Saul: cum-
que vidiſſet locum, in quo dormiebat Saul,
& Abner filius Ner, princeps militiæ eius, &
Saulem dormientem in tentorio, & reliquũ
6 vulgus per circuitum eius: * ait Dauid ad
Achimelech Hethæum, & Abiſai filium
Saruiæ, fratrem Ioab, dicens: Quis deſcendet
mecum ad Saul in caſtra? Dixitque Abiſai,
7 Ego deſcendam tecum. * Venerunt ergo Da-
uid, & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in ten-
B torio, & haſtam fixam in terra ad caput eius:
Abner autem, & populum dormientes in
8 circuitu eius. * Dixitque Abiſai ad Dauid:
Concluſit Deus inimicum tuum hodie in
manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lan-
cea in terra, ſemel, & ſecundo opus non erit.
9 * Et dixit Dauid ad Abiſai: Ne interficias eũ:
quis enim extendet manum ſuam in Chri-
10 ſtum Domini, & innocens erit? * Et dixit Da-
uid. Viuit Dominus, quia niſi Dñs perculſerit eũ, aut dies eius venerit vt moriatur, aut
11 in prælium deſcendens perierit. * propitius
ſit mihi Dñs ne extendam manum meam in
Chriſtum Domini, nunc igitur tolle haſtam,
quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, &
12 abeamus. * Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcy-
phum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abie-
runt: & non erat quiſquam, qui videret, &
intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormie-
bant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos.
13 * Cumque tranſiſſet Dauid ex aduerſo, &
ſteriſſet in vertice montis de longe, & eſſet
14 grande interuallum inter eos, * clamauit Da-
uid ad populũ, & ad Abner filium Ner, di-
cens: Nonne rñdebis Abner: Et rñdens Ab-
ner, ait? Quis es tu, qui clamas, & iniquietas re-
15 gem? * Et ait Dauid ad Abner: Nunquid nõ
C vir tu es? & quis alius ſimilis tui ĩ Iſrael? qua-
re ergo nõ cuſtodiſti dñm tuum regem? In-
greſſus eſt enim vnus de turba vt interfice-
16 ret regem, dñm tuum. * Nõ eſt bonum hoc,
quod feciſti: viuit Dñs, quoniam filij mortis
eſtis vos, qui non cuſtoditis Dñm veſtrum
Chriſtum Domini, nunc ergo vide vbi ſit ha-
ſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad
17 caput eius. * Cognouit autem Saul vocẽ Da-
uid, & dixit? Numquid vox hæc tua, fili mi
Dauid? Et ait Dauid: Vox mea, domine mi
18 rex. * Et ait: Quã ob cauſam dominus meus
perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut qd
19 eſt malum in manu mea? * Nunc ergo audi,
oro, domine mi rex, verba ſerui tui: Si Domi-
nus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrifi-
cium: ſi autem filij hominum, maledicti ſunt
in conſpectu Domini: qui eiecerunt me ho-
D die, vt non habitem in hæreditate Domini,
20 dicentes: Vade, ſerui dijs alienis. * Et nunc
nõ effundatur ſanguis meus in terrã coram
Domino: quia egreſſus eſt rex Iſrael, vt quæ-
rat pulicem vnum, ſicut perſequitur perdix
21 in montibus. * Et ait Saul: Peccaui, reuertere
fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi
malefaciam, eo quòd pretioſa fuerit aĩa mea
in oculis tuis hodie: apparet enim quod ſtul-
22 tè egerim, & ignorauerĩ multa nimis. * Et re-

ſpondens Dauid, ait: Ecce haſta regis: tranſeat
vnus de pueris regis, & tollat eam.* Domi- 23
nus autem retribuet vnicuiq. ſecundum iu-
ſtitiam ſuam, & fidem: tradidit enim te Do-
minus hodie in manum meam, & nolui ex-
tendere manum meam in Chriſtum Domi-
ni.* Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie 24
in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in
oculis Domini, & liberet me de omni angu-
ſtia.* Ait ergo Saul ad Dauid. Benedictus 25
tu fili mi Dauid: & quidem faciens fa-
cis, & potens poteris. Abijt autem Dauid in
viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum
ſuum.

CAP. XXVII.

ET ait Dauid in corde ſuo: Aliquando in- 1
cidam vna die in manus Saul nõne me- A
lius eſt vt fugiam, & ſaluet in Terra Phili-
ſthinorum, vt deſperet Saul, ceſſetq. me que-
rere in cunctis finibus Iſrael? fugiam ergo
manus eius.* Et ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, 2
& ſexcenti viri cum eo, ad Achis filium Ma-
och regem Geth.* Et habitauit Dauid cum 3
Achis in Geth, ipſe & viri eius: vir & domus
eius: & Dauid, & duæ vxores eius, Achinoam
Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.
* Et nunciatum eſt Sauli quod fugiſſet Da- 4
uid in Geth, & non addidit vltra quærere B
eum.* Dixit autem Dauid ad Achis: Si inue- 5
ni gratiã in oculis tuis, detur mihi locus in
vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi:
cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate regis
tecum?* Dedit itaque ei Achis in die illa Si- 6
celeg: propter quam cauſam facta eſt Scice-
leg regum Iuda, vſque in diem hanc.* Fuit 7
autem numerus dierum, quibus habitauit
Dauid in regione Philiſthinorum, quatuor
menſium.* Et aſcendit Dauid, & viri eius, & 8
agebant prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de C
Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in ter-
ra antiquitus, euntibus Sur vſque ad Terram
Ægypti.* Et percutiebat Dauid omnem ter- 9
ram, nec relinquebat viuentem virũ, & mu-
lierem: tollenſq. oues, & boues, & aſinos, &
camelos, & veſtes, reuertabatur, & veniebat
ad Achis.* Dicebat autem ei Achis: In quem 10
irruiſti hodie? Reſpondebat Dauid: Contra D
meridiem Iudæ, & contra meridiem Iera-
meel, & contra meridiem Ceni.* Virum, & 11
mulierem non viuificabat Dauid, nec addu-
cebat in Geth, dicens. Ne fortè loquantur ad-
uerſum nos: Hæc fecit Dauid: & hoc erat de-
cretum illi omnibus diebus, quibus habitauit
in regione Philiſthinorum.* Credidit ergo 12
Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus
eſt contra populum ſuum Iſrael: erit igitur
mihi ſeruus ſempiternus.

CAP. XXVIII.

FActum eſt autem in diebus illis, congre- 1
gauerunt Philiſthijm agmina ſua, vt p- A
pararentur ad bellum contra Iſrael; dixitque
Achis ad Dauid: Sciens nunc ſcito, quoniam
mecum egredieris in caſtris tu, & viri tui.
2 *Dixitq. Dauid ad Achis: Nunc ſcies, quæ fa-
cturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Da-
uid: Et ego cuſtodem capitis mei ponam te
3 cunctis diebus.*[n] Samuel autem mortuus eſt, [n] Sup. 25. a. 1. Eccl. 46. d. 23.
planxitq, eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eũ
in Ramatha vrbe ſua. Et Saul abſtulit magos
4 & hariolos de terra.* Congregatiq. ſunt Phi
liſtihijm, & venerunt, & caſtrametati ſunt
in Sunam: congregauit autem, & Saul vni-
5 uerſum Iſrael, & venit in Gelboe.* Et vidit
Saul caſtra Philiſthijm, & timuit, & expauit
6 cor eius nimis.* Conſuluitque Dominum, &
B non reſpondit ei, neque per ſomnia, neq. per
7 ſacerdotes, neque per prophetas.* Dixitque
Saul ſeruis ſuis: Quærite mihi mulierem ha-
bẽtem[o] phythonem, & vadam ad eam, & ſci- [o] Le. 20. d. 27. Deut. 18. b. 11. Act. 16. c. 16.
ſcitabo per illam. Et dixerunt ſerui eius ad
8 eum: Eſt mulier phythonem habens in En-
dor.* Mutauit ergo habitum ſuum: veſtituſ-
que eſt alijs veſtimentis, & abijt ipſe, & duo
viri, cum eo, veneruntque ad mulierem no-
9 cte, & ait illi: Diuina mihi in phythone, & ſu-
ſcita mihi quem dixero tibi.* Et ait mulier
ad eum: Ecce, tu noſti quanta fecerit Saul, &
quomodo eraſerit magos, & hariolos de ter-
ra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt occi-
10 dar?* Et iurauit ei Saul in Dño, dicens: Viuit
Dominus, quia non eueniet tibi quidquam
11 mali propter hanc rem.* Dixitque ei mu-
lier: Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelem
12 mihi ſuſcita.* Cum autem vidiſſet mulier
Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit
ad Saul: Quare impoſuiſti mihi? Tu es enim
13 Saul.* Dixitq. ei rex: Noli timere: quid vidi-
ſti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcenden-
14 tes de terra.* Dixitque ei: Qualis eſt forma
C eius. Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe ami-
ctus eſt pallio. Et intellexit Saul, quod Sa-
muel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuã
15 in terra, & adorauit. Dixit autem Samuel ad
Saul:[p] Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer? Et [p] Ecc. 47. d. 23.
ait Saul: Coarctor nimis: ſi quidẽ Philiſthijm
pugnãt aduerſum me. & Deus receſſit à me,
& exaudire me noluit neque in manu pro-
phetarum, neque per ſomnia: vocaui ergo
16 te, vt oſtenderes mihi quid faciam.* Et ait
Samuel: Quid interrogas me, cum Dñs receſ-
17 ſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum? Fa-
ciet enim tibi Dñs ſicut locutus eſt in manu
mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua,
18 & dabit illud proximo tuo Dauid,* quia nõ
obediſti voci Dñi, neque feciſti iram furoris
eius in Amalech, idcirco quod pateris, fecit ti
19 bi Dñs hodie.* Et dabit Dominus etiam Iſ-
D rael tecum in manus Philiſthijm: cras autem
tu, & filij tui mecum eritis: ſed & caſtra
Iſrael tradet Dominus ĩ manus Philiſthijm.
20 * Statimque Saul cecidit porrectus in terrã:
extimuerat enim verba Samuelis, & robur
non erat in eo, quia non comederat panem
21 tota die illa. Ingreſſa eſt itaque mulier illa
ad Saul, (conturbatus enim erat valde,) di-
xitq. ad eum: Ecce obediuit ancilla tua voci
tuæ,

tuæ, & poſui animam meam in manu mea:
& audiui ſermones tuos, quos locutus es ad
me.* Nunc igitur audi, & tu vocem ancillæ 22
tuæ, & ponam coram te buccellam panis, vt
comedens conualeſcas, & poſſis iter agere.
* Qui renuit, & ait: Non comedam. Coege- 23
runt aũt eum ſerui ſui, & mulier, & tandem
audita voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit
ſuper lectum.* Mulier autem illa habebat 24
vitulum paſchalem in domo, & feſtinauit, &
occidit eum: tollẽſq. farinam, miſcuit eam, &
coxit azyma,* & poſuit ante Saul, & ante 25
ſeruos eius. Qui cũ comediſſent, ſurrexerũt,
& ambulauerunt per totam noctem illam.

CAP. XXIX.

CONgregata ſunt ergo Philiſthijm vni- 1
uerſa agmina in Aphec: ſed & Iſrael ca- A
ſtrametatus eſt ſuper fontẽ, qui erat in Iezra-
hel.* Et ſatrapæ quidem Philiſthijm incede- 2
bant in centurijs, & millibus: Dauid autem
& viri eius erant in nouiſſimo agmine cum
Achis.* Dixeruntque principes Philiſthijm 3
ad Achis: Quid tibi volunt Hebræi iſti? Et ait
Achis ad principes Philiſthijm: Num igno-
ratis Dauid, qui fuit ſeruus Saul regis Iſrael,
& eſt apud me multis diebus, vel annis, &
nõ inueni in eo quidquã eo die, qua trãsfugit
ad me, vſq ad diem hanc?* [q] Irati ſunt autem 4
aduerſus eum principes Philiſthijm, & dixe- B
runt ei: Reuertatur vir iſte, & ſedeat in loco
ſuo, in quo conſtituiſti eum, & nõ deſcendat
nobiſcum in prælium, ne fiat nobis aduerſa-
rius, cum præliari cœperimus: quomodo e-
nim aliter poterit placare dominum ſuum,
niſi in capitibus noſtris?* Nonne iſte eſt Da- 5
uid, cui cantabant in choris, dicentes: Percuſ-
ſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem
millibus ſuis?* Vocauit ergo Achis Dauid, & 6
ait ei: Viuit Dominus, quia rectus es tu, & C
bonus in conſpectu meo: & exitus tuus, &
introitus tuus mecum eſt in caſtris: & non
inueni in te quidquam mali ex die, qua veni-
ſti ad me, vſque in diem hanc: ſed ſatrapis
nõ places.* Reuertere ergo, & vade in pace, 7
& non offendas oculos ſatrapaparum Phili-
ſthijm.* Dixitque Dauid ad Achis: Quid.n. 8
feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo a die,
qua fui in cõſpectu tuo vſque in diẽ hanc, vt D
non veniam, & pugnem cõtra inimicos dñi
mei regis?* Reſpondens autem Achis locu- 9
tus eſt ad Dauid: Scio qa bonus es tu in ocu-
lis meis, ſicut Angelus Dei: ſed principes Phi
liſthinorum dixerunt: Nõ aſcendet nobiſcũ
in prælium.* Igitur cõſurge mane tu, & ſer- 10
ui domini tui, qui venerunt tecũ: & cum de
nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere, per-
gite.* Surrexit itaq. de nocte Dauid ipſe, & 11
viri eius, vt proficiſcerentur mane, & reuer-
terentur ad Terram Philiſthijm: Philiſthijm
autem aſcenderunt in Iezrahel.

CAP. XXX.

[q] 1. Par. 12. d. 20.

GVmque[r] veniſſent Dauid, & viri eius 1
in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetũ A
fecerant ex parte auſtrali in Siceleg, & per-
cuſſerant Siceleg, & ſuccenderant eam igni.
2 * Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à mi-
nimo vſq: ad magnum: & non interfecerant
quemquam, ſed ſecũ duxerant, & pergebant
3 itinere ſuo.* Cum ergo veniſſent Dauid, &
viri eius ad ciuitatem, & inueniſſent eã ſuc-
cenſam igni, & vxores ſuas, & filios ſuos, &
4 filias ductas eſſe captiuas,* leuauerunt Da-
uid, & populus, qui erat cum eo voces ſuas,
& planxerunt donec deficerent in eis lacry-
5 mæ.* Siquidem, & duæ vxores Dauid capti-
B uæ ductæ fuerãt, Achinoam Iezrahelites, &
6 Abigail vxor Nabal Carmeli.* Et contriſta-
tus eſt Dauid valde: volebat enim eũ popu-
lus lapidare, qa amara erat anima vniuſcui-
uiſque viri ſuper filijs ſuis, & filiabus: con-
fortatus eſt autem Dauid in Domino Deo
7 ſuo.* Et ait ad Abiathar ſacerdotem filium
Achimelech: Applica ad me ephod. Et appli-
8 cauit Abiathar ephod ad Dauid,* & conſu-
luit Dauid Dominũ, dicens: Perſequebar la-
trunculos hos, & cõprehendam eos, an non?
Dixitque ei Dominus: Perſequere, abſque
dubio enim comprehendes eos, & excuties
9 prædam.* Abijt ergo Dauid ipſe, & ſexcenti
C viri, qui erant cum eo, & venerunt vſque ad
Torrentem Beſor: & laſſi quidã ſubſtiterũt.
10 * Perſecutus eſt autem Dauid ipſe, & qua-
dringenti viri: ſubſtiterant enim ducẽti, qui
laſſi tranſire nõ poterant Torrentem Beſor.
11 * Et inuenerunt virum Ægyptium in agro,
& adduxerunt eum ad Dauid: dederuntque
12 ei panẽ, vt comederet, & biberet aquã,* ſed
& fragmen maſſe caricarum, & duas ligatu-
ras vuæ paſſæ. Quæ cum comediſſet, reuer-
ſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: non
enim comederat panem, neq. biberat aquam,
13 tribus diebus, & tribus noctibus.* Dixit ita-
que ei Dauid: Cuius es tu? vel vnde? & quo
pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego ſum, ſer-
D uus viri Amalecitæ: dereliquit autẽ me do-
minus meus, quia ægrotare cœpi nudiuſter-
14 tius.* Siquidem nos erupimus ad auſtralem
plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Me-
ridiem Caleb, & Siceleg ſuccendimus igni.
15 * Dixitque ei Dauid: Potes me ducere ad
cuneum iſtum? Qui ait: Iura mihi per Deũ,
quod non occidas me, & non tradas me in
manus domini mei, & ego ducam te ad cu-
16 neum iſtum. Et iurauit ei Dauid.* Qui cum
duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſuper
faciem vniuerſæ terræ comedentes, & bibẽ-
tes, & quaſi feſtum celebrantes diem, pro
cuncta præda, & ſpolijs, quæ cœperãt de Ter-
17 ra Philiſthijm, & de Terra Iuda.* Et percuſ-
E ſit eos Dauid à veſpere vſq. ad veſperam al-
terius diei, & non euaſit ex eis quiſquam, niſi
quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcende-
18 rant camelos, & fugerant.* Eruit ergo Da-
uid omnia, quæ tulerant Amalecitæ, & duas
19 vxores ſuas eruit.* Nec defuit quidquam à
paruo vſq. ad magnum, tam de filijs, quam
de filiabus, & de ſpolijs, & quæcumque ra-
20 puerãt omnia reduxit Dauid.* Et tulit vni-
uerſos,

uersos greges, & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntque: Hæc est præda Dauid. * Venit autem Dauid ad ducẽtos viros, 21
qui lassi substiterant, nec sequi potuerãt Dauid, & residere eos iusserat in Torrente Besor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & popu- F
lo, qui erat cum eo. Accedens autem Dauid ad populũ, salutauit eos pacificè. * Respon- 22
densque omnis vir pessimus, & iniquus de viris, qui ierant cum Dauid, dixit: Quia non
venerunt nobiscum, non dabimus eis quid-
quam de præda, quam eruimus: sed sufficiat
vnicuiq. vxor sua, & filij: quos cum acceperint, recedant. * Dixit autem Dauid: Non sic 23
facietis fratres mei de his, quę tradidit nobis
Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrun-
culos, qui eruperant aduersum nos, in ma-
nus nostras: * nec audiet vos quisquam su- 24
per sermone hoc, æqua enim pars erit descẽ-
dentis ad prælium, & remanentis ad sarci- G
nas, & similiter diuident. * Et factũ est hoc 25
ex die illa, & deinceps constitutum, & præfi-
nitum, & quasi lex in Israel vsque in diem
hanc. * Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit 26
dona de præda seniorib. Iuda proximis suis,
dicens: Accipite benedictionem de præda
hostium Domini: * His, qui erant in Bethel, 27
& qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Ie-
ther, * & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, 28
& qui in Esthamo, * & qui in Rachal, & qui 29
in vrbibus Ierameel, & q̃ in vrbibus Ceni, * 30
& qui in Arama, & qui in lacu Asan, & qui
in Athach, * & qui in Hebron, & reliquis 31
qui erant in his locis, in quibus commoratus
fuerat Dauid ipse, & viri eius.

CAP. XXXI.

PHilisthijm autem pugnabant aduersum 1
Israel: & fugerũt viri Israel, ante faciem A
Philisthijm, & ceciderunt interfecti in mon-
te Gelboe. * // Irrueruntque Philisthijm in 2 // 1. Pa. 10 a. 5.
Saul, & in filios eius, & percusserunt Iona-
than, & Abinadab, & Melchisua filios Saul,
* totumq. pondus prælij versum est in Saul, 3
& consecuti sunt eum viri sagittarij, & vul-
neratus est vehementer à sagittarijs. * // Di- 4 // 1. Par. 10. b. 3.
xitque Saul ad armigerum suum: Euagina
gladium tuum, & percute me: ne fortè ve-
B niant incircumcisi isti, & interficiant me,
illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fue-
rat enim nimio terrore perterritus, arripuit,
itaque Saul gladium, & irruit super eum.
* Quod cum vidisset armiger eius, videlicet, 5
quod mortuus esset Saul, irruit etiã ipse su-
per gladium suum, & mortuus est cum eo.
* Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & 6
armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa
pariter. * Videtes autem viri Israel, qui erant 7
C trãs vallem, & trans Iordanem, quòd fugis-
sent viri Israelitæ, & q̃ mortuus esset Saul,
& filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fu-
gerunt, veneruntque Philisthijm, & habita-
uerunt ibi * Facta autem die altera, venerũt 8
Philisthijm, vt spoliarent interfectos, & in-
uenerunt Saul, & tres filios eius iacentes in
monte Gelboe. * Et præciderunt caput Saul, 9
& spoliauerunt eum armis: & miserunt in
Terram Philisthinorum per circuitum, vt
annunciaretur in templo idolorum, & in
populis. * Et posuerunt arma eius in tem- 10
plo Astaroth, corpus vero eius suspende-
runt in muro Bethsan. * // Quod cum au- 11 // 2. Reg. 2. a. 4.
diissent habitatores Iabes Galaad, quæcum-
que fecerant Philisthijm Saul, * surrexerunt 12
omnes viri fortissimi, & ambulauerunt to-
ta nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cada-
uera filiorum eius de muro Bethsan: vene-
runtque Iabes Galaad, & combusserunt ea
ibi: * & tulerunt ossa eorum, & sepe- 13
lierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt
septem diebus.

LIBER SECVNDVS SAMVELIS, QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

CAPVT PRIMVM.

FACTVM est autẽ, post- 1
quam mortuus est Saul, A
vt Dauid reuerteretur a
cæde Amalec, & mane-
ret in Siceleg duos dies.
* In die autem tertia ap- 2
paruit homo veniens de
castris Saul veste consciss-
sa, & puluere consperſus caput, & vt venit
ad Dauid, cecidit super faciem suam, & &
adorauit. * Dixitque ad eum Dauid: Vnde 3
venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi.
* Et dixit ad eum Dauid: Quod est verbum 4
quod factum est? indica mihi. Qui ait: Fugit
populus ex præuio, & multi corruentes è po-
pulo mortui sunt: sed & Saul, & Ionathas fi-
lius eius interierunt. * Dixitq. Dauid ad ado- 5
lescentem, qui nunciabat ei: Vnde scis, quia
mortuus est Saul, & Ionathas filius eius? * Et 6
ait adolescens, qui nunciabat ei: Casu veni
in montem Gelboe, & Saul incumbebat su-
per hastã suam: porrò currus, & equites ap-
propinquabant ei, * & conuersus post ter- 7
B gum suum, videns q. me vocauit. Cui cum
respondissem: Adsum: * dixit mihi: Quis nã 8
es tu? Et ait ad eum. Amalecites ego sum.
* Et locutus est mihi: Sta super me, & inter- 9
fice me: quoniam tenent me angustiæ, &
adhuc tota anima mea in me est. * Stansque 10
super eum, occidi illum: sciebam enim quòd
viuere non poterat post ruinam: & tuli dia-
dema, quod erat in capite eius, & armillam
de brachio illius, & attuli ad te dominum
meum huc. * Apprehendens autem Dauid 11
vestimenta sua scidit, omnesqué viri, qui e-
rant cum eo, * & planxerunt, & fleuerunt, & 12
ieiunauerunt vsq. ad vesperam super Saul,
& super Ionathan filium eius, & super popu
lum Domini, & super domum Israel, eo ꝙ
corruissent gladio. * Dixitque Dauid ad iu- 13
uenem, qui nunciauerat ei: Vnde es tu? Qui
respondit: Filius hominis aduenæ Amaleci-

[a] Ps.104. b.15. tæ ego sum.* Et ait ad eum Dauid:[a] Quare 14
non timuisti mittere manum tuam vt occi- C
deres Christum Domini?* Vocansque Da- 15
uid vnum de pueris suis, ait: Accedēs irrue
in eum. Qui percussit illum,& mortuus est.
* Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus super 16
caput tuum: os.n.tuum locutum est aduer-
sum te,dicens: Ego interfeci Christū Domi-
ni.* Planxit autē Dauid planctum huiusce- 17
modi super Saul, & super Ionathan filium
eius,(* & præcepit,vt ducerent filios Iuda 18
arcum, sicut scriptum est in Libro iustorū)
Et ait: Considera Israel pro his, qui mortui
sunt super excelsa tua vulnerati.* Inclyti Is- 19
rael,super montes tuos interfecti sunt: quo-
modo ceciderunt fortes?* Nolite annuncia- 20
re in Geth, neque annuncietis in compitis D
Ascalonis:ne fortè lætentur filij Philisthijm,
ne exultent filiæ incircūcisorum. * Montes 21
Gelboe,nec ros,nec pluuia veniāt super vos,
neque sint agri primitiarum: quia ibi abie-
ctus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi
non esset vnctus oleo.* A sanguine interfe- 22
ctorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ
numquam redijt retrorsum,& gladius Saul
non est reuersus inanis.* Saul,& Ionathas 23
amabiles,& decori in vita sua,in morte quo-
que nō sunt diuisi: a quilis velociores, leoni-
bus fortiores. * Filij Israel super Saul flete, 24
qui vestiebat vos coccino in delicijs,qui præ-
bebat ornamēta aurea cultui vestro.* Quo- 25
modo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas
in excelsis tuis occisus est? * Doleo super te 26
frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis
super amorem mulierum. Sicut mater vni-
cum amat filiū suum, ita ego te diligebam.
* Quomodo cediderunt robusti,& perierūt 27
arma bellica.

CAP. II.

I Gitur post hæc consuluit Dauid Domi- 1
num,dicēs: Num ascendam in vnam de A
ciuitatib. Iuda? Et ait Dominus ad eum. A-
scende: Dixitque Dauid: Quò ascendam? Et
respondit ei: in Hebron.* Ascendit ergo Da- 2
uid,& duæ vxores eius, Achinoam Iezraeli-
tes,& Abigail vxor Nabal Carmeli:* sed,& 3
viros,qui erant cū eo, duxit Dauid singulos
cum domo sua:& manserūt in oppidis He-
[a] 1. Mac. 2.f.57. bron.* [a] Veneruntq. viri Iuda,& vnxerunt 4
ibi Dauid,vt regnaret super domum Iuda.
Et nunciatū est Dauid, quòd viri Iabes Ga-
laad sepelissent Saul.* Misit ergo Dauid nū- 5
cios ad viros Iabes Galaad,dixitque ad eos:
Benedicti vos à Domino,qui fecistis miseri-
cordiam hanc cum domino vestro Saul, &
sepelistis eum.* Et nūc retribuet vobis qui- 6
dem Dominus misericordiā, & veritatem: B
sed & ego reddam gratiam,eo quòd fecistis.
verbū illud.* Confortentur manus vestræ. 7
& estote filij fortitudinis: licet enim mortu⁹
sit dominus vester Saul,tamē me vnxit do-
mus Iuda in regē sibi.* Abner autem filius 8
Ner princeps exercitus Saul tulit Isboseth
filium Saul, & circumduxit eum per castra,
9 * regemque cōstituit super Galaad,& super
Gessuri,& super Iezrael,& super Ephraim,
& super Beniamin,& super Israel vniuersū
10 * Quadraginta annorū erat Isboseth filius
Saul cum regnare cœpisset super Israel, &
duobus annis regnauit: sola autem domus
11 Iuda sequebatur Dauid. * Et fuit numerus
dierum,quos commoratus est Dauid,impe-
rans in Hebron super domum Iuda, septē
12 annorum, & sex mensium.* Egressusq. est
Abner filius Ner,& pueri Isboseth filij Saul
13 de castris in Gabaon.* Porro Ioab filius Sar
uiæ,& pueri Dauid egressi sunt, & occurre-
runt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in
vnū conuenissent è regione sederunt: hi ex
14 vna parte piscinæ, & illi ex altera. * Dixitq.
Abner ad Ioab: Surgant pueri, & ludant
coram nobis: Et respondit Ioab: Surgant.
15 * Surrexerunt ergo, & transierunt numero
D duodecim de Beniamin, ex parte Isboseth
16 filij Saul, & duodecim de pueris Dauid.*
Apprehensoque vnusquisque capite cōparis
sui,defixit gladium in latus contrarij,& ce-
ciderunt simul: vocatumque est nomen loci
17 illius Ager robustorum,in Gabaon.* Et or-
tum est bellum durum satis in die illa:fuga-
tusque est Abner, & viri Israel à pueris Da-
18 uid.* Erāt autem ibi tres filij Saruię, Ioab,
& Abisai, & Asael:porro Asael cursor vele-
cissimus fuit,quasi vnus de capreis,quæ mo-
19 rantur in siluis.* Persequebatur autem Asa-
el Abner, & non declinauit ad dexterā ne-
que ad sinistram omittens persequi Abner.
20 * Respexit itaque Abner post tergū suum,
& ait: Tune es Asael? Qui respondit: Ego
21 sum. * Dixitque ei Abner: Vade ad dex-
E tram,siue ad sinistram, & apprehende vnū
de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius.
Noluit autem Asael omittere quin vrgeret
22 eum. * Rursumque locutus est Abner ad
Asael: recede, noli me sequi, ne compellar
confodere te in terram, & leuare non po-
tero faciem meam ad Ioab fratrem tuum.
23 * Qui audire contempsit, & noluit declina-
re:percussit ergo cum Abner auersa hasta in
inguine, & transfodit,& mortuus est in eo-
dem loco: omnesque qui transibant per lo-
cum illum, in quo ceciderat Asael, & mor-
24 tuus erat,subsistebant.* Persequentibus au-
F tem Ioab,& Abisai fugiētem Abner,Sol oc-
cubuit: & venerunt vsque ad Collem aquæ
ductus, qui est ex aduerso vallis itineris de-
25 serti in Gabaon. * Congregatique sunt filij
Beniamin ad Abner: & cōglobati in vnum
cuneum, steterunt in summitate tumuli v-
26 nius.* Et exclamauit Abner ad Ioab,& ait:
Nū vsq. ad internecionē tuus mucro desæ-
uiet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsquequo non dicis populo vt omittat
27 persequi fratres suos?* & ait Ioab: Viuit Do
minus,si locutus fuisses,mane recessisset po
28 pulus persequens fratrem suum.* Insonuit
G ergo Ioab buccina, & stetit omnis exercitus,
nec persecuti sunt vltra Israel, neque iniere certa-

certamen.* Abner autē,& viri eius abierūt 29
per campestria,tota nocte illa: & transierunt
Iordanem,& lustrata omni Beth horon,ve-
nerūt ad castra.* Porro Ioab reuersus,omis- 30
so Abner, congregauit omnem populum:&
defuerunt de pueris Dauid decem, & nouē
viri excepto Asaele.* Serui autē Dauid per- 31
cusserunt de Beniamin,& de viris,qui erant
cum Abner trecentos sexaginta, qui & mor-
tui sunt.* Tuleruntque Asael,& sepelierūt 32
eum in sepulchro patris sui in Bethlehem:
& ambulauerunt tota nocte Ioab,& viri qui
erant cum eo,& in ipso crepusculo peruene-
runt in Hebron.

CAP. III.

FActa est ergo longa cōcertatio inter do- 1
mum Saul,& inter domum Dauid, Da- A
uid proficiscens, & semper seipso robustior
[a] 1. Par. 3.a.1. domus autem Saul decrescens quotidie.
* [a] Natique sunt filij Dauid in Hebron: fuit- 2
que primogenitus eius Amnō de Achinoam
Iezrahelitide.* Et post eū Cheleab de Abi- 3
gail vxore Nabal Carmeli: porro tertius Ab-
salon filius Maacha filię Tholmai regis Ges-
sur.* Quartus autem Adonias, filius Hag- 4
gith: & quintus Saphathia, filius Abital.
* Sextus quoque Iethraā de Egla vxore Da- 5
uid: hi nati sunt Dauid in Hebron. * Cum 6
ergo esset prælium inter domum Saul,& do-
mum Dauid, Abner filius Ner regebat do-
mum Saul.* Fuerat autem Sauli concubina 7
nomine Respha, filia Aia, Dixitque Isboseth B
ab Abner: * Quare ingressus es ad concubi- 8
nam patris mei? Qui iratus nimis propter
verba Isboseth, ait: Numquid caput canis
ego sum aduersus Iudā hodie,qui fecerim
misericordiam super domum Saul patris
tui,& super fratres,& proximos eius,& non
tradidi te in manus Dauid,& tu requisisti in
me quod argueres [p] muliere hodie?* Hæc 9
faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi
quomodo iurauit Dominus Dauid, sic fa-
ciam cum eo, * vt transferatur regnum de 10
domo Saul, & eleuetur thronus Dauid sup
Israel,& super Iudam, à Dan vsque Bersa-
bee.* Et non potuit respondere ei quidquā, 11
quia metuebat illum. * Misit ergo Abner 12
nuncios ad Dauid pro se dicentes: Cuius
est terra? Et vt loquerentur: Fac mecum
amicitias, & erit manus mea tecum, & re-
ducam ad te vniuersum Israel. * Qui ait: 13
Optime: ego faciam tecum amicitias, sed v- C
nam rem peto te, dicens: Non videbis faciē
meam antequam adduxeris Michol filiam
Saul:& sic venies,& videbis me.* Misit au- 14
[a] 1. Reg. 18.g.27. tem Dauid nuncios ad Isboseth filium Saul
dicens: [a] Redde vxorem meam Michol,quā
despondi mihi cētū præputijs Philisthijm.
* Misit ergo Isboseth,& tulit eam à viro suo 15
Phaltiel, filio Lais. * Sequebaturque eam 16
vir suus, plorans vsque Bahurim: & dixit
ad eū Abner. Vade,& reuertere. Qui reuer-
sus est.* Sermonem quoque intulit Abner 17
ad seniores Israel, dicens: Tam heri quam
nudiustertius quærebatis Dauid vt regnā-
18 ret super vos.* Nunc ergo facite: qm Do-
minus locutus est ad Dauid, dicens in ma-
nu serui mei Dauid saluabo populum meū
D Israel de manu Philisthijm,& omnium ini-
19 micorum eius. * Locutus est autem Abner
etiam ad Beniamin. Et abijt vt loqueretur ad
Dauid in Hebron omnia quæ placuerāt Is-
20 raeli,& vniuerso Beniamin.* Venitq. ad Da
uid in Hebron cum viginti viris:& fecit Da
uid Abner, & viris eius qui venerant cū eo,
21 conuiuium.* Et dixit Abner ad Dauid: Sur
gam,vt congregem ad te Dominum meum
regem omnem Israel, & ineam tecum fœ-
dus, & imperes omnibus, sicut desiderat a-
nima tua. Cum ergo deduxisset Dauid Ab-
22 ner,& ille iisset ī pace,* statim pueri Dauid,
& Ioab venerunt cæsis latronibus,cum præ-
da magna nimis: Abner autem non erat cū
Dauid in Hebron,quia iam dimiserat eum,
23 & profectus fuerat in pace.* Et Ioab,& om
nis exercitus, qui erat cum eo, postea vene-
runt: nunciatum est itaque Ioab à narranti- [a] 3. Reg. 2.a.3.
E bus:[a] Venit Abner filius Ner ad regem,&
24 dimisit eum,& abijt in pace. * Et ingressus
est Ioab ad regem,& ait: Quid fecisti? Ec-
ce venit Abner ad te: quare dimisisti eum.
25 & abijt, & recessit? * Ignorans Abner fi-
lium Ner, quoniam ad hoc venit ad te vt
deciperet te,& sciret exitum tuum,& introi
26 tum tuum,& nosset omnia quæ agis? * E-
gressus itaque Ioab à Dauid, misit nuncios
post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira,
27 ignoārte Dauid. * Cumque redijsset Abner
ī Hebron, seorsum adduxit eū Ioab ad me-
dium portę, vt loqueretur ei in dolo:& per-
cussit illum ibi in inguine, & mortus est in
28 vltionē sanguinis Asael fratris eius.* Quod
cum audisset Dauid rem iam gestam, ait:
Mundus ego sum,& regnum meum apud
Dominum vsque in sempiternū à sanguine
29 Abner filij Ner,* & veniat super caput Ioab
E & super omnem domū patris eius: nec de-
ficiat de domo Ioab fluxum seminis susti-
nens,& leprosus,& tenens fusum,& cedens
30 gladio,& indigens pane.* Igitur Ioab,& ـــ
Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo
quòd occidisset Asael fratrem eorum in Ga
31 baon in prælio. * Dixit autem Dauid ad
Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum
eo: Scindite vestimenta vestra,& accingimi-
ni saccis, & plangite ante exequias Abner,
32 porro rex Dauid sequebatur feretrū.* Cūq.
sepelissent Abner in Hebron,leuauit rex Da
uid vocem suam, & fleuit super tumulum
33 Abner: fleuit aūt,& omnis populus.* Plan-
gensq. rex,& lugens Abner, ait: Nequaquam
vt mori solent ignaui, mortuus est Abner,
34 * Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui
nō sunt compedibus aggrauati: sed sicut so-
lēt cadere coram filijs iniquitatis, sic corrui-
sti. Congeminansq. omnis populus fleuit su
35 per eū.* Cūq. venisset vniuersa multitudo
cibum capere cum Dauid, clara adhuc die
iurauit

iurauit Dauid, dicēs: Hæc faciat mihi Deus,
& hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem vel aliud quipquam.* Omnisque 36
populus audiuit, & placuerunt eis cuncta
quæ fecit rex in conspectu totius populi.* & 37
cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel
in die illa quoniam non actum fuisset à re-
ge vt occideretur Abner filius Ner,* Dixit 38
quoque rex ad seruos suos: Num ignoratis
quoniam princeps, & maximus cecidit ho-
die in Israel?* Ego autem adhuc delicatus, 39
& vnctus rex: porro viri isti filij Saruiæ duri
sunt mihi: retribuat Dominus facienti ma-
lum iuxta malitiam suam.

CAP. IV.

A Vdiuit autē Isboseth filius Saul quòd 1
cecidisset Abner in Hebron, & dissolu-A
tæ sunt manus eius, omnisque Israel pertur-
batus est.* Duo autem viri principes latro- 2
num erant filio Saul, nomen vni Baana. &
nomen alteri Rechab, filij Remmon Bero-
thitæ de filijs Beniamin: siquidē, & Beroth
reputata est in Beniamin.* & fuerunt Bero- 3
thitæ in Gethaim, fuerūtq. ibi aduenæ vsq.
ad tempus illud.* Erat autem Ionathæ filio 4
Saul filius debilis pedibus: quinquēnis enim B
fuit, quando venit nuncius de Saul, & Iona-
tha ex Iezrahel. tollens itaq. eum nutrix sua,
fugit: cumq. festinaret vt fugeret, cecidit, &
claudus effectus est habuitq. vocabulū Mi-
phiboseth.* Venientes igitur filij Remmon 5
Berothitæ, Rechab, & Baana, ingressi sunt
feruente die domum Isboseth: qui dormie-
bat super stratum suum meridie. Et ostiaria
domus purgans triticum, obdormiuit.* In- 6
gressi sunt autem domum latenter assumē-
tes spicas tritici, & percusserunt eum in in-
guine Rechab, & Baana frater eius, & fuge-
rūt.* Cum autem ingressi fuissent domum, 7
ille dormiebat super lectum suum in con-C
claui, & percutientes interfecerunt eum: sub
latoque capite eius abierunt per viam deser-
ti tota nocte,* & attulerunt caput Isboseth 8
ad Dauid in Hebron: dixeruntque ad regē:
Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui, q
quærebat animam tuam: & dedit Dominus
domino meo regi vltionem hodie de Saul,
& de semine eius.* Respondens autem Da- 9
uid Rechal, & Baana fratri eius, filijs Rem-
mon Berothitæ, dixit ad eos: Viuit Domi-
nus, qui eruit animam meam de omni an-
gustia,* quoniam eum, qui annunciauerat 10
mihi, & dixerat: Mortuus est Saul: qui puta-D
bat se prospera nunciare: tenui, & occidi eū
in Siceleg, cui oportebat mercedē dare pro
nuncio.* Quanto magis nunc eum homi- 11
nes impij interfecerunt virum innoxium in
domo sua, super lectum suum, non quærā
sanguinem eius de manu vestra, & auferam
vos de terra? * Præcepit itaq. Dauid pueris 12
suis, & interfecerunt eos: præcidentesq. ma-
nus, & pedes eorum, suspēderunt eos super
piscinam in Hebron; caput autem Isboseth

Sup. 1. b. 14.

tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Ab-
ner in Hebron.

CAP. V.

1 ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad
A Dauid in Hebron dicentes: " Ecce nos, " 1. Par.
2 os tuum, & caro tua sumus.* Sed & heri, & 21. a. 1.
nudiustertius cum esset Saul rex super nos,
tu eras educens, & reducens Israel: dixit au-
tem Dominus ad te: Tu pasces populum
3 meū Israel, & tu eris dux super Israel:* Ve-
nerunt quoque, & seniores Israel ad regem
in Hebron, & percussit cum eis rex Dauid
fœdus in Hebron coram Domino: vnxerūt
4 que Dauid in regem super Israel.* Filius tri
ginta annorum erat Dauid, cum regnare ce-
5 pisset,* " & quadraginta annis regnauit. In " 3. Reg.
Hebron regnauit super Iudam septem an- 2. b. 11.
nis, & sex mensibus: in Ierusalem autem re-
6 gnauit triginta tribus annis super omnē Is-
rael, & Iudam.* Et abijt rex, & omnes viri,
qui erant cum eo, in Ierusalem, ad Iebusæū
habitatorem terræ: dictumque est Dauid ab
B eis. Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæ-
cos, & claudos dicentes: Non ingredie Da-
7 uid huc.* Cepit autem Dauid arcem Sion,
8 hæc est ciuitas Dauid.* Proposuerat enim
Dauid in die illa præmium, qui percussisset
Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas,
& abstulisset cæcos, & claudos odientes ani-
mā Dauid, idcirco dicitur in prouerbio: Cæ-
9 cus, & claudus non intrabunt in tēplū.* Ha-
bitauit autem Dauid in arce, & vocauit eā,
ciuitatē Dauid: & ædificauit per gyrum à
10 Melio, & intrinsecus.* Et ingrediebat pro-
ficiens atque succrescens, & Dñs Deus exer-
11 cituū erat cum eo.* " Misit quoque Hiram " 1. Par.
rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedri- 14. a. 1.
na, & artifices lignorum, artificesq lapidum
ad parietes: & ædificauerunt domū Dauid.
12 * Et cognouit Dauid quoniam cōfirmasset
C eum Dominus regem super Israel, & quo-
niā exaltasset regnum eius super populum
13 suū Israel.* " Accepit ergo Dauid adhuc cō- " 1. Par.
cubinas, & vxores de Ierusalē, postquā ve- 3. a. 1.
nerat de Hebrō: natique sunt Dauid, & alij
14 filij, & filiæ: * & hæc nomina eorum, qui
nati sunt ei in Ierusalem, Samua, & Sobab
15 & Nathan, & Salomon,* & Iebahar, & Eli-
16 sua, & Nepheg,* & Iaphia, & Elisama, & E-
17 lioda, & Eliphaleth.* Audierunt ergo Phili
sthijm quod vnxissent Dauid in regem sup
Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent
Dauid: quod cum audisset Dauid, descēdit " 1. Par.
18 in præsidiū.* " Philisthijm autem veniētes 14. b. 10.
19 diffusi sunt in Valle Raphaim. * & consu-
luit Dauid Dominum, dicens: Si ascendā ad
Philisthijm, & si dabis eos in manu mea? Et
dixit Dominus ad Dauid: Ascende, quia tra-
20 dens dabo Philisthijm in manu tua.* " Ve- " Is. 28. b.
D nit ergo Dauid in Baal Pharasim, & percus- 21.
sit eos ibi, & dixit: Diuisit Dñs inimicos
meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Pro-
pterea vocatum est nomen loci illius, Baal
Pha-

Pharasim.* Et reliquerunt ibi sculptilia sua: 21
quæ tulit Dauid, & viri eius.* Et addiderūt 22
adhuc Philisthijm vt ascenderent, & diffusi
sunt in Valle Raphaim. * Consuluit au- 23
tem Dauid Dominum: Si ascendam con-
tra Philisthæos, & tradat eos in manus
meas? Qui respondit: Non ascendas con-
tra eos, sed gyra post tergum eorum, & ve-
24 nies ad eos ex aduerso pyrorum. * Et cum
audieris sonitum gradientis in cacumine
pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc e-
gredietur Dominus ante faciem tuam, vt
25 percutiat castra Philisthijm. * Fecit itaque
Dauid sicut præceperat ei Dominus, & per-
cussit Philisthijm de Gabaa, vsque dum ve-
nias Gezer.

CAP. VI.

C Ongregauit autem rursum Dauid om- 1
nes electos ex Israel triginta millia. A
* " Surrexitq. Dauid, & abijt: & vniuersus po- 2
pulus, qui erat cū eo de viris Iuda, vt ad du-
cerent arcam Dei, super quam inuocatum est
nomen Domini exercituum, sedentis in che-
rubim super eā.* Et imposuerūt arcam Dei 3
super plaustrum nouum tuerūtq. eā de do-
mo Abinadab, qui erat in Gabaa. Oza autē,
& Ahio filij Abinadab, minabant plaustrum
" 1. Reg. nouum * " Cumque tulissent eam de domo 4
7. a. 2. Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens ar-
cam Dei Ahio præcedebat arcam. * Dauid 5
autem, & omnis Israel ludebant coram Do-
mino in omnibus lignis fabrefactis, & cithe-
ris, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymba-
lis. * Postquam autem venerunt ad Aream 6
Nachon, extendit Oza manum ad arcā Dei,
& tenuit eam: quoniam calcitrabant bo-
ues, & declinauerunt eam. * Iratusq. est in- 7
dignatione Dominus contra Ozam, & per- B
cussit eum super temeritate: qui mortuus est
" 1. Par. ibi iuxta arcam Dei,* " Contristatus est autē 8
13. b. 11. Dauid, eo quod percussisset Dominus Ozā,
& vocatum est nomen loci illius. Percussio
Ozæ vsque in diem hanc. * Et extimuit Da- 9
uid Dominum in die illa, dicens: Quo mo-
do ingredietur ad me arca Domini? * Et no 10
luit diuertere ad se arcā Domini in ciuitate
Dauid: sed diuertit eā in domū Obededom
11 Gethæi. * Et habitauit arca Domini in do-
mo Obededom Gethæi tribus mensibus: &
benedixit Dominus Obededom, & om- " 1. Par.
12 nem domum eius. * " Nunciatumque est 15. d. 25.
regi Dauid quod benedixisset Dominus O-
bededom, & omnia eius propter arcam
Dei. Abijt ergo Dauid, & adduxit arcam Dei
de domo Obededom in ciuitatem Dauid
cum gaudio: & erant cum Dauid septem
13 chori, & victima vituli.* " Cumq. transcen- " 1. Par.
C dissent, qui portabant arcam Domini sex 15. d. 26.
14 passus, immolabat bouem, & arietē,* & Da-
uid saltabat totis viribus ante Dominum,
15 porrò Dauid erat accīctus ephod lineo.* Et
Dauid, & oīs domus Israel ducebant arcam
testamenti Dñi, in iubilo, & in clangore buc-
16 cinæ.* Cumque intrasset arca Domini in ci-
uitatē Dauid, Michol filia Saul prospiciens
per fenestram, vidit regem Dauid subsilien-
tem, atque saltantem coram Dominō: & de-
17 spexit eum in corde suo. * Et introduxerūt
arcam Domini, & imposuerunt eam in loco
suo in medio tabernaculi, quod tetenderat
ei Dauid, & obtulit Dauid holocausta, & pa-
18 cifica coram Domino. * Cumque complesset
offerens holocausta, & pacifica, benedi-
xit populo in nomine Domini exercituum.
19 * Et partitus est vniuersę multitudini Israel
tam

tam viro quam mulieri singulis collyridam
panis vnam, & assaturã bubulæ carnis vnã, D
& similã frixam oleo: & abijt omnis popu-
lus, vnusquisq. in domũ suam.* Reuersusq. 20
est Dauid vt benediceret domui suæ: & e-
gressa Michol filia Saul in occursum Dauid,
ait: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel di-
scooperiens se ante ancillas seruorũ suorum,
& nudatus est, quasi si nudetur vnus de scur
ris.* Dixitq. Dauid ad Michol: Ante Domi- 21
num, qui elegit me potius quàm patrẽ tuũ,
& quam omnem domum eius, & præcepit
mihi vt essem dux super populum Domini
in Israel,* & Iudam, & vilior fiam plus quã 22
factus sum: & ero humilis in oculis meis: &
cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior
apparebo. * Igitur Michol filiæ Saul non est 23
natus filius vsque in diem mortis suæ.

CAP. VII.

F Actum est autem cum sedisset rex in do 1
mo sua, & Dominus dedisset eirequiem A
vndique ab vniuersis inimicis suis,* dixit ad 2
Nathan prophetam:" Videsne quod ego ha-
" 1. Par. 17.a.1. bitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit
in medio pellium?* Dixitq. Nathan ad regẽ: 3
Omne quod est in corde tuo, vade fac: quia
Dominus tecum est. * Factum est autem in 4
illa nocte: & ecce sermo Domini ad Nathã,
dicens:* Vade, & loquere ad seruum meum 5
Dauid: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædi-
ficabis mihi domum ad habitandũ?* Ne- 6
que enim habitauiin domo ex die illa, qua
eduxi filios Israel de Terra Aegypti, vsq. in
diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo,
& in tentorio. * Per cuncta loca, quæ 7
transiui cum omnibus filijs Israel, numquid
loquens locutus sum ad vnam de tribubus
Israel, cui præcepi, vt pasceret populũ meum
Israel, dicens: Quare non ædificasti mihi do-
mum cedrinam? * Et nunc hæc dices seruo 8
" Sup. 1. Reg. 16. b. 11. meo Dauid: Hæc dicit Dñs exercituũ. " Ego B
tuli te de pascuis sequentem greges, vt es-
Psal. 77. § 70. ses dux super populum meum Israel: * & 9
fui tecum in omnibus vbicumque ambula-
sti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à fa-
cie tua: fecique tibi nomen grande iuxta no-
mẽ magnorum, qui sunt in terra. * Et ponã 10
locum populo meo Israel, & plantabo eum,
& habitabit sub eo, & non turbabitur am-
plius: nec addent filij iniquitatis vt affligant
eum sicut prius, * ex die qua constitui iudi- 11
ces super populum meũ Israel: & requiem
dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædi-
citq. tibi Dominus, quod domum faciat tibi
" 3. Reg. 8. b. 19. Dominus.* " Cumque completi fuerint dies 12
tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo
semen tuum post te, quod egredietur de v-
" 3. Reg. 5. a. 3. tero tuo, & firmabo regnum eius:* " ipse æ- 13
dificabit domum nomini meo, & stabiliam
thronum regni eius vsque in sempiternum.
" 1. Par. 22. c. 10. * " Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in 14
filium: qui si iniquè aliquid gesserit, arguam
eum in virga virorum, & in plagis filiorum
15 hominum.* " Misericordiam autem meam " Ps. 88. 2. 3. 33.
non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quẽ
16 amoui à facie mea: * Et fidelis erit domus
C tua, & regnum tuum vsque in æternum an-
te faciem tuam, & " thronus tuus erit fir- " Heb. 1. b. 5.
17 mus iugiter.* Secundum omnia verba hæc,
& iuxta vniuersam visionem istam, sic locu-
18 tus est Nathan ad Dauid.* Ingressus est au-
tẽ rex Dauid, & sedit coram Domino, & di-
xit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ do- 21
19 mus mea, quia adduxisti me hucusque,* Sed
& hoc parum visum est in cõspectu tuo Do-
mine Deus, nisi loquereris etiã de domo ser-
ui tui in longinquũ: ista est enim lex Adam,
20 Domine Deus. * Quid ergo addere poterit
adhuc Dauid, vt loquãtur ad te? tu.n. scis ser
21 uũ tuũ Domine Deus.* Propter verbũ tuũ,
& secũdum cor tuum fecisti omnia magna-
22 lia hæc, ita vt notum faceres seruo tuo, * id-
circo magnificatus es Domine Deus, quia
non est similis tui, neque est Deus extra te,
in omnibus quæ audiuimus aurib. nostris.
23 * Quæ est autẽ, vt populus tuus Israel, gens
in terra propter quam iuit Deus, vt redime-
D ret eam sibi in populum, & poneret sibi no-
men, faceretq. eis magnalia, & horribilia su-
per terram, à facie populi tui, quem redemi-
sti, tibi ex Aegypto, gentem, & deum eius.
24 * Firmasti enim tibi populum tuum Israel
in populũ sempiternũ: & tu Domine Deus
25 factus es eis in Deũ. * Nunc ergo Dñe Deus
verbũ, quod locutus es super seruum tuũ, &
super domũ eius, suscita in sempiternum: &
26 fac sicut locutus es, * vt magnificetur nomẽ
tuum vsque in sempiternum, atq. dicatur:
Dominus exercituum, Deus super Israel. Et
domus serui tui Dauid erit stabilita coram
27 Domino, * quia tu Domine exercituũ Deus
Israel reuelasti autẽ serui tui, dicẽs: Domum
ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus
28 cor suum vt oraret te oratione hac. * Nunc
ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua
erunt vera: locutus es enim ad seruum tuũ
29 bona hæc. * Incipe ergo, & benedic domui
serui tui, vt sit in sempiternum corã te: quia
tu Domine Deus locutus es, & benedictio-
ne tua benedicetur domus serui tui in sem-
piternum.

CAP. VIII.

1 F Actum est autem post hæc percussit Da-
A uid Philistijm, & humiliauit eos:" & tulit " 1. Par. 18. a. 1.
Dauid Frenum tributi de manu Philisthijm
2 * Et percussit Moab, & mẽsus est eos funicu-
lo, coæquans terræ: mensus est autẽ duos funi
culos, vnum ad occidendũ, & vnũ ad viuifi-
cãdũ: factusq. est Moab Dauid seruiens sub
3 tributo. * Et percussit Dauid Adarezer fi-
lium Rohob regem Soba, quando profectus
est vt dominaretur super flumẽ Euphratẽ.
4 * Et captis Dauid ex parte eius mille septin-
gentis equitibus, & viginti millibus peditũ,
B subneruauit omnes iugales curruum: dereli-
5 quit autem ex eis centum currus. * Venit
quoque

quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret
Adarezer regi Soba: & percussit Dauid de
Syria viginti duo millia virorũ. * Et posuit 6
Dauid præsidium in Syria Damasci: factaq.
est Syria Dauid seruiens sub tributo: serua-
uitq. Dominus Dauid in omnib. ad quẽcum
que profectus est.* Et tulit Dauid arma au- 7
rea, quæ habebant serui Adarezer, & detulit
ea in Ierusalem. * Et de Bete, & de Beroth 8
ciuitatib. Adarezer tulit Rex Dauid æs mul-
tum nimis.* Audiuit autẽ Thou, rex Emath, 9
quod percussisset Dauid omne robur Adare
zer,* & misit Thou Ioram filium suũ ad re 10
gem Dauid, vt salutaret eum congratulans,
& gratias ageret: eo quod expugnasset Ada- C
rezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat
Thou Adarezer, & in manu eius erant vasa
aurea, & vasa argentea, & vasa ærea: * quæ 11
& ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cum
argento, & auro quæ sanctificauerat de vni-
uersis gentibus, quas subegerat * de Syria, & 12
Moab, & filijs Ammon, & Philisthijm, & A-
malec, & de manubijs Adarezer filij Rohob
regis Soba.* Fecit quoq. sibi Dauid nomẽ cũ 13
reuerteretur capta Syria in Valle Salinarum, D
cæsis decẽ, & octo millib. * & posuit in Idu- 14
mæa custodes, statuitq. præsidiũ: & facta est
vniuersa Idumea seruiẽs Dauid, & seruauit
Dñs Dauid in omnibus ad quæcumq; profe-
ctus est.* Et regnauit Dauid sup oẽm Israel, 15
faciebat quoque Dauid iudicium, & iustitiã
omni populo suo. * Ioab autem filius Sar- 16
uiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat fi-
lius Ahilud erat à cõmentarijs:* & Sadoc fi- 17
lius Achitob, & Achimeleeh filius Abia-
thar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba.* Ba- 18
naias autem filius Ioiadæ super Cerethi, &
Pheleti: filij autem Dauid sacerdotes erant.

CAP. IX.

ET dixit Dauid: Putasne est aliquis, qui re- 1
manserit de domo Saul, vt faciam cum A
eo misericordiã propter Ionathã?* Erat autẽ 2
de domo Saul, seruus nomine Siba: quem cũ
vocasset rex ad se, dixit ei: Tu ne es Siba? Et il
le rñdit: Ego sũ seruus tuus.* Et ait rex: Nũ 3
quid superest aliquis de domo Saul, vt faciã
cum eo misericordiã Dei? Dixitq. Siba regi:
Superest filius Ionathæ, debilis pedib. * Vbi, 4
inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait in do-
mo est Machir filij Ammiel in Lodabar. B
* Misit ergo rex Dauid, & tulit eũ de domo 5
Machir filij Ammiel de Lodabar.* Cum au 6
tem venisset Miphiboseth filius Ionathæ fi-
lij Saul ad Dauid, corruit in faciem suam,
& adorauit. Dixitque Dauid: Miphiboseth?
Qui respõdit: Adsum seruus tuus. * Et ait ei 7
Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in
te misericordiam propter Ionatham patrem
tuũ, & restituã tibi omnes agros Saul patris
tui, & tu comedes panem in mẽsa mea sem- C
per. * Qui adorans eum, dixit: Quis ego 8
sum seruus tuus, quoniam respexisti super
canem mortuum similem mei? * Vocauit 9
itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei:
Omnia quæcunque fuerunt Saul, & vniuer-
10 sam domũ eius, dedi filio domini tui. * O-
D perare igitur ei terram tu, & filij tui, & ser-
uti tui: & inferes filio domini tui cibos vt a-
latur: Miphiboseth autem filius domini tui
comedet semper panem super mẽsam meã.
Erant autem Sibæ quindecim filij, & vigin-
11 ti serui.* Dixitque Siba ad regem: Sicut ius-
sisti Domine mi rex seruo tuo, sic faciet ser-
uus tuus: & Miphiboseth comedet super mẽ
12 sam meam quasi vnus de filijs regis. * Habe
bat autem Miphiboseth filium paruulum
nomine Micha: omnis verò cognatio domus
13 Sibæ seruiebat Miphiboseth. * Porrò Mi-
phiboseth habitabat in Ierusalem: quia de
mensa regis iugiter vescebatur: & erat clau-
dus vtroque pede.

CAP. X.

1 F Actum est autem post hæc vt moreretur
A rex filiorum Ammon, & regnauit Ha-
2 non filius eius pro eo. * Dixitq. Dauid. " Fa- " 1. Par. 19. a. 2.
ciã misericordiã cum Hanõ filio Naas, sicut
fecit pater eius mecum misericordiam. Misit
ergo Dauid, consolans eum per seruos suos
3 super patris interitu. Cum autem venissent
serui Dauid in terram filiorum Ammõ, * di
xerunt principes filiorum Ammon ad Ha-
non dominũ suum: Putas quòd propter ho-
norem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideo vt inuestigaret, & ex-
ploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit
4 Dauid seruos suos ad te? * Tulit itaque
Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiã par-
tem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum
5 medias vsq. ad nates, & dimisit eos. * Quod
B cum nunciatum esset Dauid, misit in occur-
sum eorum: erant enim viri confusi turpi-
ter valdè, & mandauit eis Dauid: Mane-
te in Iericho, donec crescat barba vestra,
6 & tunc reuertimini. * Videntes autem fi-
lij Ammon quod iniuriam fecissent Dauid,
miserunt, & conduxerunt mercede Syrum
Rohob, & Syrum Soba, viginti millia pedi-
tũ, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob
7 duodecim millia virorum. * Quod cum
audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exer-
8 citum bellatorum. * Egressi sunt ergo filij
Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum
introitum portæ: Syrus autem Soba, & Ro-
hob, & Istob, & Maacha seorsum erãt in cã-
9 po. * Videns igitur Ioab quod præparatum
esset aduersum se prælium, & ex aduerso, &
C post tergum, elegit ex omnibus electis Israel
10 & instruxit aciem contra Syrum: * reliquam
autem partem populi tradidit Abisai fratri
suo, qui direxit aciem aduersus filios Am-
11 mon. * Et ait Ioab: Si præualuerint aduer-
sum me Syri, eris mihi in adiutorium: si au-
tem filij Ammõ præualuerint aduersum te
12 auxiliabor tibi. * Esto vir fortis, & pugne-
mus pro populo nostro, & ciuitate Dei no-
stri, Dominus autem faciet quod bonum est
in con-

in conspectu suo. * Inijt itaque Ioab, & po- 13
pulus, qui erat cum eo, certamen contra Sy-
ros, qui statim fugerunt à facie eius. * Filij 14
autem Ammon videntes, quia fugissent Sy-
ri, fugerunt, & ipsi à facie Abisai, & ingressi
sunt ciuitatē: reuersusq. est Ioab à filijs Am-
mon, & venit Ierusalem. * Videntes igitur 15
Syri quoniam corruissent coram Israel, con-
gregati sunt pariter. * Misitq. Adarezer, & e- 16
duxit Syros, qui erant trans fluuiū, & addu-
xit eorum exercitum: Sobach autem, magi-
ster militiæ Adarezer, erat principes eorum.
* Quod cum nunciatum esset Dauid, cōtra- 17
xit omnem Israelem, & transiuit Iordanem
venitque in Helam: & direxerunt aciem Syri
ex aduerso Dauid & pugnauerūt contra eū,
18 * Fugerūtq Syri à facie Israel, & occidit Da-
uid de Syris septingentos currus, & quadra-
ginta millia equitum, & Sobach principem
militiæ percussit: qui statim mortuus est.
19 * Videntes autem vniuersi reges, qui erāt in
præsidio Adarezer, se victos esse ab Israel,
expauerunt, & fugerūt quinquaginta, & octo
millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum
Israel, & seruierunt eis, timueruntq. Syri au-
xilium præbere vltra filijs Ammon.



CAP. XI.

[a] 1. Par. 20. a. 1.

FActum est autē, [a] vertente anno, eo tem- 1 A
pore quo solent reges ad bella procede-
re, misit Dauid Ioab, & seruos suos cū eo, &
vniuersum Israel, & vastauerunt filios Am-
mon, & obsederunt Rabba: Dauid autem
remansit in Ierusalem * Dum hæc agerentur 2
accidit, vt surgeret Dauid de stratu suo post
meridiem, & deambularet in solario do-
mus regiæ: viditque mulierem se lauantem,
ex aduerso super solarium suum erat autem
mulier pulchra valde. * Misit ergo rex, & re- 3
quisiuit, quæ esset mulier. Nunciatumque
est ei, quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam,
vxor Vriæ Hethæi. * Missis itaque Dauid 4
nuncijs, tulit eam, quæ cum ingressa esset
ad illum dormiuit cum ea: [b] statimque san-
ctificata est ab immunditia sua: * & reuer- 5
sa est in domum suam concepto fœtu. Mit-
tensq nunciauit Dauid, & ait: Concepi. * Mi- 6
sit autem Dauid ad Ioab dicens: Mitte ad
me Vriam Hetheum. Misitque Ioab Vriam
ad Dauid. * Et venit Vrias ad Dauid. Quæ- 7
sitiq Dauid quam rectè ageret Ioab, & po- B
pulus, & quo administraretur bellū, * & di- 8
xit Dauid ad Vriā: Vade in domum tuā, & B
laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de do
mo regis, secutusque est eum cibus regius.
9 * Dormiuit autem Vrias ante portam do-
mus regiæ cum alijs seruis domini sui, &
10 non descendit ad domum suam. * Nun-
ciatumq est Dauid à dicētibus: Non iuit V-
rias in domū suam. Et ait Dauid ad Vriā:
Numquid non de via venisti? quare nō de-
11 scendisti in domum tuam? * Et ait Vrias ad
Dauid: Arca Dei, & Israel, & Iuda habitant
in papilionibus, & dominus meus Ioab, &
serui domini mei super faciem terræ ma-
nent, & ego ingrediar domum meam, vt co
medā, & bibam, & dormiā cū vxore mea?
per salutem tuam, & per salutē animæ tuæ
12 non faciam rem hanc. * Ait ergo Dauid ad
Vriam: Mane hic etiā hodie, & cras dimit-
tam te. Mansit Vrias in Ierusalem in die il-
13 la, & altera: * & vocauit eum Dauid vt co-
mederet coram se, & biberet, & inebriauit
eum: qui egressus vespere, dormiuit in stra-
C to suo cum seruis domini sui, & in domum
14 suam nō descendit. * Factum est ergo
mane, & scripsit Dauid epistolā ad Ioab: misit-
que,

[a] Leu. 15. d. 18.

que per manum Vriæ, * scribens in epistola: 15
Ponite Vriā ex aduerso belli, vbi fortissimū
est prælium, & derelinquite eum, vt percus-
sus intereat. * Igitur cum Ioab obsideret vr- 16
bem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros
esse fortissimos. * Egressiq. viri de ciuitate, 17
bellabāt aduersum Ioab; & ceciderūt de po-
pulo seruorum Dauid, & mortuus est etiam
Vrias Hethæus. * Misit itaque Ioab, & nun- 18
ciauit Dauid omnia verba prælij. * præcepit 19
que nūcio, dicens: Cum compleueris vniuer-
sos sermones belli ad regem, * si eū videris 20
indignari, & dixerit: Quare accessistis ad mu
rum, vt prælianemini? an ignorabatis quod
multa de sup ex muro tela mittātur? * Quis 21
percussit Abimelech filium Ierobaal? [a] non-
ne mulier misit super eum fragmē molæ de
muro, & interfecit eum in Thebes quare iux-
ta murum accessistis? dices: Etiam seruus D
tuus Vrias Hethæus occubuit. * Abijt ergo 22
nuncius, & venit, & narrauit Dauid oīa quæ
ei præceperat Ioab * Et dixit nuncius ad Da 23
uid. Prævaluerūt aduersū nos viri, & egressi
sunt ad nos in agrum: nos autē facto impetu
persecuti eos sumus vsq. ad portam ciu tā-
tis. * Et direxerūt iacula sagittarij ad seruos 24
tuos ex muro desuper: mortuq. sunt de ser-
uis regis, quin et seruus tuus Vrias Hethæus
mortuus est. * Et dixit Dauid ad nūciū Hęc 25
dices Ioab: Non te frangat ista res: varius e-
nim euentus est belli, nunc hunc, & nunc il-
lum consumit gladius: conforta bellatores
tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & ex
hortare eos. * Audiuit autē vxor Vriæ, quòd 26
mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eū.
* Transacto autem luctu misit Dauid, & in 27
troduxit eam in domum suam, & facta est
ei vxor peperitque ei filiū: & displicuit ver-
bū hoc, quod fecerat Dauid, corā Domino.

[a] Iud. 9. 53.

CAP. XII.

MIsit ergo Dominus Nathan ad Dauid: 1 A
qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo
viri erāt in ciuitate vna, vnus diues, & alter
pauper. * Diues habebat oues, & boues pluri- 2
mos valdè. * Pauper autē nihil habebat om- 3
nino, præter ouem vnam paruulam, quam
emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eū
cum filijs eius, simul de pane illius comedens
& de calice eius bibens, & in sinu illius dor-
miens: eratq. illi sicut filia: * Cum autem pe- 4
regrinus quidam venisset ad diuitē, parcens
ille sumere de ouib⁹, & de bobus suis, vt ex-
hiberet conuiuiū peregrino illi, qui venerat
ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit
cibos homini qui venerat ad se. * Iratus au- 5
tem indignatione Dauid aduersus, hominē B
illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit Domi-
nus, quoniam filius mortis est vir qui fecit
[a] hoc. * [a] Ouem reddet in quadruplū, eo quod 6
fecerit verbū istud, & nō pepercerit. * Dixit 7
autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir. Hæc
dicit Dominus Deus Israel: Ego vnxi te in
regem super Israel, & ego erui te de manu
8 Saul, * & dedi tibi domum domini tui, &
vxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi
domum Israel, & Iuda: & si parua sunt ista,
9 adijciam tibi multo maiora. * Quare ergo
C contempsisti verbū Domini vt faceres malū
in cōspectu meo? Vriam Hetheū percussisti
gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem
tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Am-
10 mon. * Quam ob rem non recedet gladius
de domo tua vsque in sempiternū, eo quod
despexeris me, & tuleris vxorē Vrię Hethęi,
11 vt esset vxor tua. * Itaque hæc dicit Domi-
nus: Ecce ego suscitabo super te malum de
domo tua, & tollam vxores tuas in oculis
tuis, & [b] dabo proximo tuo, & dormiet cum [b] Inf. 16. d. 21.
12 vxoribus tuis in oculis Solis huius. * Tu enim
fecisti absconditè: ego autem faciam verbum
istud in conspectu omnis Israel, & in con-
13 spectu Solis. * Et dixit Dauid ad Nathan:
Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Da-
uid: [c] Dominus quoque transtulit pecca- [c] Ecc. 37. b. 13.
14 tum tuum: non morieris. * Verumtamen,
quoniam blasphemare fecisti inimicos Do-
mini, propter verbum hoc, filius, qui natus
D est tibi, morte morietur. * Et reuersus est
15 Nathan in domum suam. Percussit quo-
que Dominus paruulum, quem pepererat v-
16 xor Vriæ Dauid, & desperatus est. * De-
precatusque est Dauid Dominum pro par-
uulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus
17 seorsum iacuit super terram. * Venerūt au-
tem seniores domus eius: cogentes eum vt
surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cū
18 eis cibum. * Accidit autem die septima vt
moreretur infans: timuerūtque serui Dauid
nunciare ei, quod mortuus esset paruulus, di
xerunt enim: Ecce cum paruulus adhuc viue
ret, loquebamur ad eum, & non audiebat vo
cem nostram: quāto magis si dixerimus. Mor
19 tuus est puer, se affliget? * Cum ergo Dauid
E vidisset seruos suos mussitantes, intellexit
quod mortuus esset infantulus: dixitque ad
seruos suos: Num mortuus est puer? Qui re-
20 sponderūt ei: Mortuus est. * Surrexit ergo
Dauid de terra: & lotus vnctusq est? cumq.
mutasset vestem, ingressus est domum Do-
mini: & adorauit, & venit in domum suam,
petiuitque vt ponerent ei panē, & comedit.
21 * Dixerunt autem ei serui sui: Quis est ser-
mo, quē fecisti? propter infantem, cū adhuc
viueret ieiunasti, & flebas: mortuo autē pue-
22 ro, surrexisti, & comedisti panem? * Qui ait:
F Propter infantem dū adhuc viueret, ieiuna-
ui, & fleui: dicebam enim: Quis scit si forte do
23 net eū mihi Dominus, & vitiat infans? * Nūc
autem quia mortuus est, quare ieiunem? Nū
quid potero reuocare eum amplius? ego va-
dam magis ad eum: ille verò non reuertetur
24 ad me. * Et consolatus est Dauid Betsabee
vxorem suam, ingressusque ad eā, dormiuit
cum ea: quæ genuit filium, & vocauit nomē
25 eius Salomon, & Dominus dilexit eū. * Mi-
sitq. in manu Nathan prophetæ, & vocauit [a] 1. Par. 20. a. 1.
nomen eius. Amabilis Domino, eo quod di-
26 ligeret eum Dominus. * [a] Igitur pugnabat

[a] Exo. 12. a. 2.

Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, &
expugnabat vrbem regiam.* Misitque Ioab 27
nuncios ad Dauid, dicens: Dimicaui aduer- G
sum Rabbath, & capiēda est Vrbs aquarum.
* Nunc igitur congrega reliquam partē po- 28
puli, & obside ciuitatem, & cape eam ne cū
à me vastata fuerit vrbs nomini meo ascri-
batur victoria. * Congregauitque Dauid 29
omnem populū, & profectus est aduersum
Rabbath: cumq. dimicasset, cepit eam. * Et 30
tu it diadema regis eorū de capite eius, pon-
do auri talentum, habens gemmas pretiosis-
simas, & impositum est super caput Dauid.
Sed, & prædam ciuitatis asportauit multam
valdè.* populum quoq. eius adducens serra 31
uit, & circum egit super eos ferrata carpēta:
diuisitque cultris, & traduxit in typo laterū:
sic fecit vniuersis ciuitatib. filiorum Ammon
& reuersus est Dauid, & omnis exercitus in
Ierusalem.

CAP. XIII.

FActum est autem post hæc, vt Absalom 1
filij Dauid sororem speciosissimam, vo- A
cabulo Thamar, adamaret Amnō filius Da-
uid, * & deperiret eam valdè, ita vt propter 2
amorem eius ægrotaret: quia cum esset vir-
go, difficile ei videbatur vt quippiā inhone-
ste ageret cum ea.* Erat aūt Amnō amicus, 3
nomine Ionadab filius Semmaa fratris Da-
uid, vir prudens valdè, * Qui dixit ad eum: 4
Quare sic attenuaris macie fili regis per sin-
gulos dies? cur non indicas mihi? Dixitq. ei
Amnō: Thamar sororem fratris mei Abſa-
lom amo. * Cui respondit Ionadab: Cuba su 5
per lectum tuum, & languorem simula: cū-
que venerit pater tuus vt visitet te, dic ei: Ve
niat, oro, Thamar soror mea, vt det mihi ci-
bum, & faciat pulmentum, vt comedam de
manu eius. * Accubuit itaque Amnon, & 6
quasi ægrotare cœpit: cumq. venisset rex ad
B visitandum eum, ait Amnon ad regem: Ve-
niat obsecro, Thamar soror mea, vt faciat in
oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum
capiam de manu eius.* Misit ergo Dauid ad 7
Thamar domū, dicens: Veni in domū Am-
non fratris tui, & fac ei pulmentū. * Venitq. 8
Thamar in domum Amnon fratris sui: ille
autem iacebat: quæ tollens farinam commi-
scuit, & liquefaciens, in oculis eius coxit sor-
bitiunculas. * Tollensq. quod coxerat effu- 9
dit, & posuit coram eo, & noluit comedere:
dixitque Amnon: eijcite vniuersos à me. Cū
que eiecissent omnes,* dixit Amnō ad Tha- 10
mar: Infer cibum in conclaue, vt vescar de
manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiun-
culas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fra-
trem suum in conclaue.* Cūque obtulisset 11
ei cibum apprehendit eam, & ait: Veni, cuba
mecum soror mea. * Quæ respōdit ei. Noli 12
frater mi, noli opprimere me, neque enim
hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam
hanc. * Ego enim ferre non potero oppro- 13
brium meum, & tu eris quasi vnus de insi-
pientibus in Israel: quin potius loquere ad
14 regem. & non negabit me tibi. * Noluit au-
tem acquiescere precibus eius, sed prævalens
viribus oppressit eam, & cubauit cum ea.
15 * Et exosam eam habuit Amnon odio ma-
gno nimis: ita vt maius esset odium, quo
oderat eam, amore quo ante dilexerat Di-
16 xitque ei Amnon: Surge, & vade. * Quæ re-
spōdit ei: Maius est hoc malum, quod nūc
agis aduersum me, quam quod ante fecisti,
17 expellens me. Et noluit audire eam: * sed
vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Eij-
D ce hanc a me foras, & claude ostium post
18 eam. * Quæ induta erat talari tunica: huiu-
scemodi enim filiæ regis virgines vestibus
vtebantur. Eiecit itaque eam minister il-
19 lius foras: clausitq. fores post eam. * Quæ a-
spergēs cinerem capiti suo, scissa talari tuni-
ca, impositisque manibus super caput suum,
20 ibat ingrediens, & clamans. * Dixit autem ei
Absalom frater suus: Numquid Amnon frater
tuus concubuit tecum? sed nūc soror tace,
frater tuus est: neque affligas cor tuum
pro hac re. Mansit itaque Thamar cōtabescēs
21 in domo Absalom fratris sui.* Cum autem
audisset rex Dauid verba hæc, contristatus
est valdè, & noluit contristare spiritum Am-
non filij sui, quoniam diligebat eū, quia pri-
22 mogenitus erat ei.* Porrò non est locutus
E Absalom ad Amnō nec malum, nec bonum
oderat enim Absalom Amnon, eo quod vio-
23 lasset Thamar sororem suam. * Factum est
autem post tempus biennij, vt tonderentur
oues Absalom in Baalhasor, quæ est iux-
ta Ephraim: & vocauit Absalom omnes fi-
24 lios regis,* venitque ad regem, & ait ad eū:
Ecce tondentur oues serui tui: veniat, oro,
25 rex cum seruis suis ad seruum suum. * Di-
xitq rex ad Absalom: Noli fili mi, noli ro-
gare vt veniamus omnes, & grauemus te.
Cum autem cogeret eum, & noluisset ire,
26 benedixit ei. * Et ait Absalom: Si non vis ve
nire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Am-
non frater meus. Dixitq. ad eum rex: Non
27 est necesse, vt vadat tecum. * Coegit itaque
Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon
& vniuersos filios regis. Feceratq. Absalom
28 conuiuium quasi conuiuium regis. * Præce-
F perat autem Absalom pueris suis, dicens:
Obseruate cum temulentus fuerit Amnon,
& dixero vobis: Percutite eū, & interficite
nolite timere: ego enim sum qui præcipio
vobis: roboramini, & estote viri fortes.
29 * Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum
Amnon, sicut præceperat eis Absalom, Sur-
gentesq. omnes filij regis ascenderunt singu-
30 li mulas suas, & fugerunt. * Cūq. adhuc per
gerent in itinere, fama peruenit ad Dauid di
cens: Percussit Absalom omnes filios regis,
31 & non remansit ex eis saltem vnus. * Surre-
xit itaque rex, & scidit vestimenta sua: & ce-
cidit super terram, & omnes serui illius,
qui assistebant ei, sciderunt vestimenta
32 sua. * Respondens autem Ionadab filius
Semmaa fratris Dauid dixit: Ne æstimet do-
minus

minus meus rex, quod omnes pueri filij re-
gis occisi sunt: Amnon solus mortu⁹ est, quo
niam in ore Absalom erat positus ex die, qua
oppressit Thamar sororē eius. * Nūc ergo 33
ne ponat dominus meus rex super cor suum
verbum istud, dicens: Omnes filij regis oc-
cisi sunt quoniam Amnō solus mortuus est. G
* Fugit autē Absalom: & eleuauit puer spe- 34
culator oculos suos, & aspexit, & ecce popu-
lus multus veniebat per iter deuium ex late-
re montis. * Dixit autem Ionadab ad regē: 35
Ecce filij regis adsunt: iuxta verbum serui
tui sic factum est.* Cumq. cessasset loqui, ap 36
paruerunt & filij regis: & intrantes leuaue-
runt vocē suam, & fleuerunt: sed, & rex, &
omnes serui eius fleuerūt ploratu magno ni-
mis.* Porrò Absalom fugiens, abijt ad Tho- 37
lomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit
ergo Dauid filium suum cūctis diebus.* Ab 38
salom autem cum fugisset, & venisset in Ges
sur, fuit ibi tribus annis.* Cessauitq. rex Da- 39
uid persequi Absalom, eo quod consolatus
esset super Amnon interitu.

CAP. XIV.

INtelligens autē Ioab filius Saruiæ, quod 1
cor regis versum esset ad Absalom,* mi- A
sit Thecuam, & tulit inde mulierem sapien- 2
tem: dixitq. ad eam. Lugere te simula, & in-
duere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis
quasi mulier iam plurimo tempore lugens
mortuū: * & ingredieris ad regem, & loque- 3
ris ad eū sermones huiuscemodi. Posuit au-
tem Ioab verba in ore eius. * Itaque cum in- 4
gressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, ce-
cidit coram eo super terram, & adorauit,
& dixit: Serua me rex. * Et ait ad eam rex: 5
Quid causæ habes? quæ respondit: Heu,
mulier vidua ego sum mortuus est enim vir
6 meus. * Et ancillæ tuæ erant duo filij: qui
B rixati sunt aduersū se in agro, nullusq. erat,
qui eos prohibere posset, & percussit alter al-
7 terum, & interfecit eum. * Et ecce cōsurgēs
vniuersa cognatio aduersum ancillam tuā,
dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suū,
vt occidamus eū pro anima fratris sui, quem
interfecit, & deleamus heredem: & quærūt
extinguere scintillam meā, quæ relicta est, vt
non supersit viro meo nomen, & reliquiæ
8 super terram. * Et ait rex ad mulierem: Va-
de in domum tuam, & ego iubebo pro te.
9 * Dixitq. mulier Thecuitis ad regem: In me,
domine mi rex, sit iniquitas, & in domum
patris mei: rex autem, & thronus eius sit in-
10 nocens. * Et ait rex: Qui contradixerit tibi,
adduc eum ad me, & vltra non addet vt tā-
11 gat te. * Quæ ait: Recordetur rex Domini
C Dei sui, vt non multiplicentur proximi san-
guinis ad vlciscendum, & nequaquam inter-
ficiant filium meū. Qui ait. Viuit Domin⁹,
quia non cadet de capillis filij tui super ter-
12 ram, * Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla
tua ad dominum meum regem verbū. Et
13 ait: loquere. * dixitque mulier: Quare cogi-
tasti huiuscemodi rem contra populū Dei,
& locutus est rex verbum istud, vt peccet, &
14 non reducat eiectum suum. * Omnes mori-
mur, & quasi aquæ dilabimur in terrā, quæ
non reuertuntur * nec vult Deus perire ani- n Ezechi
mam, sed retractat cogitans ne penitus pe- 18. g. 32.
15 reat, qui abiectus est. * Nunc igitur veni, vt & 33. c. 11.
loquar ad dominū meū regem verbū hoc,
ꝓsente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar
D ad regem, si quo modo faciat rex verbū an-
16 cillæ tuæ. * Et audiuit rex, vt liberaret ancil
la suam de manu omnium. qui volebāt de
hereditare Dei delere me, & filium meū si-

mul.* Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum 17
dñi mei regis sicut sacrificium. Sicut .n. An-
gelus Dei, sic est Dñs meus rex, vt nec bene-
dictione, nec maledictione mouearur: vnde
& Dñs Deus tuus est tecum.* Et respondens 18
rex, dixit ad mulierem: Ne abscondas à me
verbum, quod te interrogo. Dixitq ei mulier:
Loquere Dñe mi rex.* Et ait rex: Numquid 19
manus Ioab tecum est in omnibus istis? Re-
spondit mulier, & ait: per salutem animæ tuę,
dñe mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexterã. E
est ex omnibus his, quæ locutus est dñs meus
rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mi-
hi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia ver-
ba hæc.* Vt verterem figuram sermonis hu- 20
ius, seruus tuus Ioab præcepit istud: tu autem
dñe mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam
Angelus Dei, vt intelligas omnia super terrã.
*Et ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbũ 21
tuum: Vade ergo, & reuoca puerum Absalõ.
*Cadensq Ioab super faciem suam in terrã, 22
adorauit, & benedixit regi: & dixit Ioab: Ho-
die intellexit seruus tuus, quia inueni gratiã
in oculis tuis, dñe mi rex. fecisti enim sermo-
nem serui tui.* Surrexit ergo Ioab, & abijt in 23
Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem.* F
Dixit autem rex: Reuertatur in domum 24
suam, & faciem meam non videat. Reuer-
sus est itaque Absalom in domum suam,
& faciem regis non vidit.* Porrò sicut Absa- 25
lom, vir non erat pulcher in omni Israel, &
decorus nimis: à vestigio pedis vsque ad ver-
ticem non erat in eo vlla macula.* Et quan- 26
do tondebat capillum (semel autem in anno
tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) põ-
derabat capillus capitis sui ducentis siclis põ-
dere publico.* Nati sunt autem Absalom fi- 27
lijtres: & filia vna nomine Thamar, elegan-
tis formæ.* Mansitq. Absalom in Ierusalem 28
duobus annis, & faciem regis nõ vidit.* Mi- 29
sit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem:
qui noluit venire ad eum. Cumque secundò
misisset, & ille noluisset venire ad eum* di- 30
xit seruis suis: Scitis agrum Ioab iuxta agrum
meum, habentem messem hordei: ite igitur,
& succendite eum igni. Succenderunt ergo G
serui Absalom segetem igni. Et veniẽtes ser-
ui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succẽ-
derũt serui Absalom partem agri igni *Sur- 31
rexitq Ioab, & venit ad Absalom in domũ
eius, & dixit: Quare succenderunt serui tui
segetem meam igni? * Et respondit Absalõ 32
ad Ioab: Misi ad te obsecrans vt venires ad
me, & mitterem te ad regem, & diceres ei:
Quare veni de Gessur? me ius mihi erat ibi
esse: obsecro ergo vt videam faciẽ regis: quod
si memor est mei, iuitatis meæ, interficiat me.
*Ingressus itaque Ioab ad regem, nuncia uit 33
ei omnia: vocatusq. est Absalom, & intrauit
ad regem, & adorauit super faciem terræ co-
ram eo: osculatusq. est rex Absalom.

CAP. XV.

I Gitur post hæc fecit sibi Absalom currus, 1
& equites, & quinquaginta viros, qui præ- A
cederent eum.* Et mane consurgens Absa- 2
lom, stabat iuxta introitum portę, & omnem
virum, qui habebat negocium vt veniret ad
regis iudicium, vocabat Absalom ad se, &
dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respon-
dens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum ser-
uus tuus.* Respondebatq. ei Absalom: Vi- 3
dentur mihi sermones tui boni, & iusti. Sed
non est, qui te audiat constitutus à rege, dice-
batque Absalom:* Quis me constituat iudi- 4
cem super terram, vt ad me veniant omnes,
qui habent negocium, & iustè iudicem?* Sed 5
B & cum accederet ad eum homo vt salutaret
illum, extendebat manum suam, & apprehẽ-
dens, osculabatur eum.* Faciebatq. hoc omni 6
Israel venienti ad iudicium, vt auditetur
à rege, & solicitabat corda virorum Israel.
* Post quadraginta autem annos, dixit Ab- 7
salom ad regem Dauid: Vadam, & reddam
vota mea, quæ voui Domino in Hebron.* 8
Vouens enim vouit seruus tuus, cum esset
in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dñs
in Ierusalem, sacrificabo Dño.* Dixitque ei 9
rex Dauid: Vade in pace. Et surrexit, & abijt
in Hebron.* Misit autẽ Absalom exploratō- 10
res in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim
vt audieritis clangorem buccinæ, dicite: Re-
gnauit Absalom in Hebron.* Porrò cũ Ab- 11
salom ierunt ducenti viri de Ierusalem vo-
cati, euntes simplici corde, & causam penitus
ignorantes.* Accersiuit quoque Absalõ Achi- 12
C tophel Gilonitem consiliarium Dauid, de ci-
uitate sua Gilo. Cumque immolaret victi-
mas, facta est coniuratio valida, populusque
concurrens augebatur cum Absalom.* Ve- 13
nit igitur nuncius ad Dauid, dicẽs: Toto cor-
de vniuersus Israel sequitur Absalom.* Et 14
ait Dauid seruis suis, qui erant cum eo in Ie-
rusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit
nobis effugium à facie Absaloni: festinate e-
gredi, ne fortè veniens occupet nos, & impel-
lat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem
in ore gladij.* Dixeruntq. serui regis ad eũ: 15
omnia quæcumque præceperit Dñs noster
rex libenter exequemur seruiti tui.* Egressus 16
est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus
suis: & dereliquit rex decem mulieres cõcu-
binas ad custodiendam domum.* Egressus- 17
D que rex, & omnis Israel pedibus suis, stetit p-
cul à domo:* & vniuersi serui eius ambula- 18
bant iuxta eum, & legiones Cerethi, & Phe-
lethi, & omnes Gethæi, pugnatores validi,
sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth
pedites, præcedebant regem.* Dixit autem 19
rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscũ?
reuertere, & habita cum rege, quia peregri-
nus es, & egressus es de loco tuo.* Heri ve- 20
nisti, & hodie compelleris nobiscum egredi?
ego autem vadam quo iturus sum: reuerte-
re, & reduc tecum fratres tuos, & Dñs faciet
tecum misericordiam, & veritatem, quia osté-
disti gratiam, & fidem.* Et respondit Ethai 21
regi, dicens: Viuit Dñs, & viuit Dominus
meus rex: quoniam in quocumque loco fue-
ris domine mi rex, siue in morte, siue in vi-
ta, ibi erit seruus tuus.* Et ait Dauid Ethai: 22
Veni, & transi: Et transiuit Ethai Getheus, & E
omnes viri, qui cum eo erant, & reliqua mul-
titudo.* Omnesque flebant voce magna, & 23
vniuersus populus transibat: rex quoq. trans-
grediebatur Torrentem Cedron, & cunctus
populus incedebat contra viam, quæ respicit
ad desertum.* Venit autem, & Sadoc sacer- 24
dos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes ar-
cam fœderis Dei, & deposuerunt arcam Dei:
& ascẽdit Abiathar, donec expletus esset om
nis populus, qui egressus fuerat de ciuitate.
* Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei 25
in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Do-
mini, reducet me, & ostendet mihi eam, &
tabernaculũ suum.* Si autem dixerit mihi: 26
Non places: præsto sum, faciat quod bonum F
est coram se.* Et dixit rex ad Sadoc sacerdo- 27
tem: O videns, reuertere in ciuitatem in pa-
ce, & Achimaas filius tuus, & Ionathas filius
Abiathar duo filij vestri, sint vobiscum.* Ec 28
ce ego abscondar in campestribus deserti, do-
nec veniat sermo à vobis indicãs mihi.* Re- 29
portauerunt ergo Sadoc, & Abiathar arcam
Dei in Ierusalem: & manserunt ibi.* Porrò 30
Dauid ascendebat Cliuum oliuarum, scandẽs
& flens, nudis pedibus incedens, & operto
capite, sed & omnis populus, qui erat cum eo
operto capite ascendebat plorans.* Nuncia- 31
tum est autem Dauid, quod & Achitophel es
set in coniuratione cum Absalom, dixitque
Dauid: Infatua, quæso, Domine consilium A-
chitophel.* Cumque ascenderet Dauid sum- 32
mitatem montis, in quo adoraturus erat Do- G
minum, ecce occurrit ei Chusai Atachites,
scissa veste, & terra pleno capite.* Et dixit ei 33
Dauid: Si veneris mecum, eris mihi oneri:* si 34
autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Ab-
salom? Seruus tuus sum rex, sicut fui seruus
patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis consi-
lium Achitophel.* Habes autem tecum Sa- 35
doch, & Abiatar sacerdotes: & omne verbũ,
quodcumque audieris de domo regis, indi-
cabis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus.* Sunt 36
autem cum eis duo filij eorum Achimaas fi-
lius Sadoc, & Ionathas filius Abiathar: &
mittetis per eos ad me omne verbum, quod
audieritis.* Veniente ergo Chusai ami- 37
co Dauid in ciuitatem, Absalom quoque in-
gressus est Ierusalem.

CAP. XVI.

C Vmque Dauid transisset paululũ mon- 1
tis verticem, apparuit Sibã puer Miphi- A
boseth in occursum eius, cum duobus asinis,
qui onerati erant ducentis panibus, & cẽtum
alligaturis vuæ passæ, & centum massis pala-
charum, & vtre vini.* Et dixit rex Sibæ: Quid 2
sibi volunt hæc? Rñditque Siba: Asini, dome-
*Inf.19. 6.17. sticis regis, vt sedeant: panes & palathæ ad
vescendum pueris tuis: vinum autem vt bi-
bat si quis defecerit in deserto.* Et ait rex: 3
Vbi est filius domini tui? Respondit q. Sibã
regi: Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie
restituet mihi domus Israel regnum patris
mei.* Et ait rex Sibæ: Tua sint omnia, quæ 4
fuerũt Miphiboseth. Dixitq Siba: Oro vt in-
ueniam gratiam coram te, dñe mi rex.* Ve- 5
nit ergo rex Dauid vsque Bahurim: & ecce e-
grediebatur inde vir de cognatione domus
Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebat-
que egrediens, & maledicebat,* mittebatque 6
B lapides contra Dauid, & contra vniuersos
seruos regis Dauid: omnis autem populus, &
vniuersi bellatores à dextro, & à sinistro late-
re regis incedebant.* Ita autem loquebatur 7
Semei cum malediceret regi: Egredere, egre-
dere vir sanguinum, & vir Belial.* Reddidit 8
tibi Dñs vniuersum sãguinem domus Saul:
quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit
regnum in manu Absalom filij tui, & ecce
premunt te mala tua, quoniam vir sanguinũ
es.* Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi: 9
Quare maledicit canis hic mortuus domino
meo regi? vadam, & amputabo caput eius.
*Et ait rex: Quid mihi, & vobis est filij Sar- 10
uiæ? dimittite eum, vt maledicat: Dñs enim
præcepit ei, vt maleciceret Dauid: & quis est
q audeat dicere, quare sic fecerit?* Et ait, rex 11
C Abisai, & vniuersis seruis suis: Ecce filius me,
qui egressus est de vtero meo, quærit animã
meam: quanto magis nunc filius Iemini? di-
mittite eum, vt maledicat iuxta præceptum
Domini:* si fortè respiciat Dominus affli- 12
ctionem meam; & reddat mihi Dominus bo
num pro maledictione hac hodierna.* Am- 13
bulabat itaque Dauid, & socij eius per viam
cum eo. Semei autem per iugum montis ex
latere, contra illum gradiebatur, maledicens,
& mittens lapides aduersum eum, terramq.
spargens.* Venit itaque rex, & vniuersus po- 14
pulus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi.
* Absalom autem, & omnis populus eius 15
ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel
cum eo.* Cum autem venisset Chusai Ara- 16
chites amicus Dauid ad Absalom, locutus
est ad eum: Salue rex, salue rex.* Ad quem 17
D Absalom, Hæc est, inquit, gratia tua ad amici-
cum tuum? quare non iuisti cum amico tuo.
* Respondit que Chusai ad Absalom: Ne- 18
quaquam: quia illius ero, quem elegit Domi-
nus, & omnis hic populus, & vniuersus I-
srael, & cum eo manebo. Sed vt & hoc in- 19
feram, cui ego seruiturus sum? nonne filio
regis? sicut partui patri tuo, ita parebo, & tibi.
*Dixit autem Absalom ad Achitophel: Inite 20
consilium quid agere debeamus.* Et ait A- 21
chitophel ad Absalom: Ingredere ad concu-
binas patris tui, quas dimisit ad custodiendã
domum, vt cum audierit omnis Israel, quod
fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum
manus eorum.* " Tetenderunt ergo Absa- 22 "Sup.12. c.11.
lom tabernaculum in solario, ingressusq. est
ad concubinas patris sui coram vniuerso Is-
rael.* Consilium autem Achitophel, quod 23
dabat in diebus illis, quasi si quis consule-
ret Deum: sic erat omne consilium Achito-
phel.

phel, & cum esset cum Dauid, & cum esset eum Absalom.

CAP. XVII.

DIxit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, 1 A
& consurgens persequar Dauid hac nocte.
* Et irruens super eum (quippe, qui lassus est, 2
& solutis manibus) percutiam eum: cumque
fugerit omnis populus, qui cum eo est, percu-
tiam regem desolatum. * Et reducam vniuer 3
sum populum: quomodo vnus homo reuer-
ti solet: vnum enim virum tu quæris: & om-
nis populus erit in pace. * Placuitque sermo 4
eius Absalom, & cunctis maioribus natu Is-
rael. * Ait autem Absalom: Vocate Chusai 5
Arachiten, & audiamus, quid etiam ipse di-
cat. * Cumque venisset Chusai ad Absalom, 6 B
ait Absalom ad eum: Huiuscemodi sermo-
nem locutus est Achitophel: facere debemus
an non? quod das consilium? * Et dixit Chu- 7
sai ad Absalom: Non est bonum consilium,
quod dedit Achitophel hac vice: * Et rursum 8
intulit Chusai: Tu nosti patrem tuum, &
viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & a-
maro animo, veluti si vrsa raptis catulis in
saltu seuiat: sed & pater tuus vir bellator est,
nec morabitur cum populo. * Forsitan nunc 9
latitat in foueis, aut in vno, quo voluerit, lo-
co: & cum ceciderit vnus quilibet in princi-
pio, audiet quicunque audierit, & dicet: Fa-
cta est plaga in populo, qui sequebatur Absa-
lõ. * Et fortissimus quisq; cuius cor est quasi 10
leonis, pauore, soluetur: scit enim omnis po- C
pulus Israel fortem esse patrem tuum, & ro-
bustos omnes, qui cum eo sunt * Sed hoc mi- 11
hi videtur rectum esse consilium: Congrege-
tur ad te vniuersus Israel à Dan vsq. Bersa-
bee, quasi arena maris innumerabilis: & tu e-
ris in medio eorum. * Et irruemus super eũ 12
in quocumque loco inuentus fuerit: & operie-
mus eum, sicut cadere solet ros super terrã:
& non relinquemus de viris, qui cum eo sũt,
ne vnum quidem. * Quod si vrbem aliquam 13
fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel ci-
uitati illi funes, & trahemus eam in torrentẽ,
vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea.
* Dixitq. Absalom, & omnes viri Israel: Me- 14
lius est consilium Chusai Arachitæ, consilio D
Achitophel: Dñi autem nutu dissipatum est
consiliũ Achitophel vtile, vt induceret Dñs
super Absalom malum. * Et ait Chusai Sa- 15
doc, & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc
modo consilium dedit Achitophel Absalõ,
& senioribus Israel: & ego tale & tale dedi
consilium. * Nunc ergo mittite citò, & nun- 16
ciate Dauid: dicentes; Ne moreris nocte hac
in campestribus deserti, sed absque dilatione
transgredere: ne fortè absorbeatur rex, & oĩs
populus, qui cum eo est. * Ionathas autem, & 17
Achimaas stabant iuxta Fontem Rogel: abiit E
ancilla, & nunciauit eis: & illi profecti sunt,
vt referrent ad regem Dauid nuncium, non
enim poterant videri, aut introire ciuitatem.
18 * Vidit autem eos, quidam puer, & indicauit
Absalom: illi verò concito gradu ingressi sũt
domum cuiusdam viri in Bahurim, qui ha-
bebat puteum in vestibulo suo, & descende-
19 runt in eum. * Tulit autem mulier, & expã-
dit velamen super os putei, quasi siccans pti-
20 sanas: & sic latuit res. * Cumque venissẽt ser-
ui Absalom in domum, ad mulierem dixe-
runt: Vbi est Achimaas, & Ionathas? Et re-
spondit eis mulier: Transierunt festinanter,
gustata paululum aqua. At hi qui querebant,
cum non reperissent, reuersi sunt in Ieru-
21 salem. * Cumq; abijssent, ascenderunt, illi de
F puteo, & pergentes nunciauerũt regi Dauid,
& dixerunt: Surgite, & transite citò fluuium:
quoniam huiuscemodi dedit consilium cõ-
22 tra vos Achitophel. * Surrexit ergo Dauid,
& omnis populus, qui cum eo erat; & trãsie-
runt Iordanem, donec dilucesceret: & ne v-
nus quidem residuus fuit, qui non transisset
23 fluuiũ. * Porrò Achitophel videns, quod nõ
fuisset factum consilium suum, strauit asinũ
suum, surrexitque & abijt in domum suam,
& in ciuitatem suam: & disposita domo sua,
suspendio interijt, & sepultus est in sepul-
24 chro patris sui. * Dauid autẽ venit in Castra,
G & Absalom transiuit Iordanem, ipse & om-
25 nes viri Israel cum eo. * Amasam verò con-
stituit Absalom pro Ioab super exercitum:
Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur
Ietra de Iesraeli, qui ingressus est ad Abigail
filiam Naas, sororem Saruiæ, quę fuit mater
26 Ioab. * Et castrametatus est Israel cum Ab-
27 salom in Terra Galaad. * Cumque venisset
Dauid in Castra, Sobi filius Naas de Rab-
bath filiorum Ammon, & Machir filius Am
mihiel de Lodabar, & Berzellai Galaadites
28 de Rogelim, * obtulerunt ei stratoria, & ta-
petia, & vasa fictilia, frumentum, & hordeũ,
& farinam, & polentam, & fabam, & lẽtem,
29 & frixum cicer, * & mel, & butyrum, oues,
& pingues vitulos, dederuntque Dauid, &
populo, qui cum eo erat, ad vescendum: su-
spicati enim sunt, populum fame, & siti fati-
gari in deserto.

CAP. XVIII.

1 A IGitur considerato Dauid populo suo cõ-
stituit super eos tribunos, & centuriones,
2 * & dedit populi tertiam partem sub manu
Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai fi-
lij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem sub
manu Ethai, qui erat de Geth, dixitq. rex ad
3 populum: Egrediar & ego vobiscum. * Et re-
spondit populus: Non exibis: siue enim fu-
gerimus, non magnopere ad eos de nobis
pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis,
non satis curabunt, quia tu vnus pro decem
milibus computaris: melius est igitur vt sis
4 nobis in vrbe præsidio. * Ad quos rex ait:
Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Ste-
tit ergo rex iuxta portam: egrediebaturque
popu-

populus per turmas suas centeni, & milleni.
* Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai, di- 5 B
cẽs: Seruate mihi puerum Absalom. Et om-
nis populus audiebat præcipientem regem
cunctis principibus pro Absalom. * Itaque 6
egressus est populus in campum contra Isra-
el, & factum est prælium in saltu Ephraim.
* Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu 7
Dauid, factaque est plaga magna in die illa,
viginti millium. * Fuit autem ibi prælium 8
dispersum super faciẽ omnis terræ, & mul-
to plures erant, quos saltus consumpserat de
populo, quàm hi, quos vorauerat gladius in
die illa. * Accidit autem, vt occurreret Absa- 9
lom seruis Dauid, sedens mulo: cumque in-
gressus fuisset mulus subter cõdẽsam quer-
cum, & magnam, adhæsit caput eius quer-
cui: & illo suspenso inter cælum, & terram,
mulus, cui insederat, pertransiuit * Vidit au- 10
tem hoc quispiam, & nunciauit Ioab, dicens:
Vidi Absalõ pẽdere de quercu * Et ait Ioab 11
viro, qui nunciauerat ei: Si vidisti, quare non C
confodisti eum cum terra, & ego dedissem
tibi decem argenti siclos, & vnum balteum?
* Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in mani- 12
bus meis mille argenteos, nequaquam mit-
terem manum meam in filium regis: audiẽ-
tibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai,
& Ethai, dicens: Custodite mihi puerũ Ab-
salom. * Sed &. si fecissem contra animam 13
meam audacter, nequaquam hoc regem la-
tere potuisset, & tu stares ex aduerso? * Et ait 14
Ioab: Nõ sicut tu vis, sed aggrediar eum co-
ram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua,
& infixit eas in corde Absalom: cumque ad-
huc palpitaret hærens in quercu, * cucurre- 15
runt decem iuuenes armigeri Ioab, & per- D
cutientes interfecerunt eũ. * Cecinit autem 16
Ioab buccina, & retinuit populum, ne perse-
queretur fugientem Israel, volens parcere
17 multitudini. * Et tulerunt Absalom, & pro-
iecerunt eum in saltu, in foueam grandem,
& comportauerunt super eũ aceruum lapi-
dum magnum nimis: omnis autem Israel
18 fugit in tabernacula sua. * Porrò Absalom
erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulum qui
est in Valle regis: dixerat enim: Non habeo
filium, & hoc erit monimentum nominis
mei. Vocauitque titulum nomine suo, &
appellatur Manus Absalom, vsque ad hanc
19 diem. * Achimaas autem filius Sadoc, ait:
Curram, & nunciabo regi, quia iudicium fe-
cerit ei Dominus de manu inimicorum
20 eius. * Ad quem Ioab dixit: Non eris nun-
E cius in hac die, sed nunciabis in alia: hodie
nolo te nunciare, filius enim regis est mor-
21 tuus. * Et ait Ioab Chusi: Vade, & nuncia re-
gi, quæ vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cu-
22 currit. * Rursus autem Achimaas filius Sa-
doch dixit ad Ioab: Quid impedit si etiam
ego curram post Chusi? Dixitq ei Ioab: Quid
vis currere fili mi? non eris boni nuncij ba-
23 iulus. * Qui respondit: Quid enim si cucur-
rero? Et ait ei: Curre. Currẽs ergo Achimaas
24 per viam compendij, transiuit Chusi. * Da-
uid autẽ sedebat inter duas portas: specula-
tor verò, qui erat in fastigio portæ super mu-
rum, eleuans oculos, vidit hominem currẽtẽ
25 solũ. * Et exclamans indicauit regi: dixitque
rex: Si solus est, bonus est nũcius in ore eius.
Properante autem illo, & accedẽte propius,
26 * vidit speculator hominẽ alterum curren-
F tem, & vociferans in culmine, ait: Apparet
mihi alter homo currẽs solus. Dixitque rex:
27 Et iste bonus est nuncius. * Speculator autẽ
Contẽplor, ait, cursum prioris, quasi cursum
Achimaas filij Sadoc. Et ait rex: Vir bonus
28 est: & nũcium portans bonum, venit. * Cla-

mans autem Achimaas, dixit ad regem: Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus
in terrã, ait: Benedictus Dñs Deus tuus, qui conclusit homines, qui leuauerũt manus suas
contra dominum meum regem. * Et ait rex: 29 Est ne pax puero Absalom? Dixitque Achi-
maas: Vidi tumultum magnum, cum mitte- G
ret Ioab seruus tuus, ò rex, me seruum tuũ:
nescio aliud. * Ad quem rex: Transi, ait, & 30
sta hic. Cumq. ille transisset, & staret, * appa- 31
ruit Chusi: & veniens ait: Bonum apporto
nuncium, dñe mi rex: iudicauit enim pro te
Dominus hodie de manu omnium, qui sur-
rexerunt contra te. * Dixit autẽ rex ad Chu- 32
si: Estne pax puero Absalon? Cui respondẽs
Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domi-
ni mei regis, & vniuersi, qui consurgunt ad-
uersus eum in malum. * Contristatus itaq. 33
rex, ascendit cenaculũ portæ, & fleuit. Et sic
[h] Inf. 19. 2.4. loquebatur: vadens. [h] Fili mi Absalom, Ab-
salom fili mi: quis mihi tribuat, vt ego moriar
pro te, Absalom fili mi, fili mi Abialom.

CAP. XIX.

NVnciatum est autem, Ioab q̃ rex fleret, 1
& lugeret filium suum: * & versa est A
victoria in luctum in die illa omni populo: 2
audiuit enim populus in die illa dici: Dolet
rex super filio suo. * Et declinauit popul⁹ in 3
die illa ingredi ciuitatẽ, quomodo declinare
solet populus versus, & fugiens de prælio.
* Porrò rex operuit caput suum, & clama- 4
bat voce magna: Fili mi Absalom, Absalom,
fili mi, fili mi. * Ingressus ergo Ioab ad regẽ 5
in domum, dixit: Confudisti hodie vultus
omnium seruorum tuorum, qui saluam fe-
ceruntanimam tuam, & animam filiorum
tuorum, & filiarum tuarum, & animã vxo-
rum tuarum, & animam cõcubinarum tua-
rum. * Diligis odientes te, & odio habes dili- 6
gentes te: & ostendisti hodie, quia non curas
de ducib. tuis, & de seruis tuis: & verè cogno
ui modò, quia si Absalom viueret, & omnes B
nos occubuissemus, tunc placeret tibi. * Nũc 7
igitur surge, & procede, & alloquens satis-
fac seruis tuis iuro enim tibi per Dominũ,
quod si non exieris ne vnus quidem reman-
surus sit tecum nocte hac: & peius erit hoc
tibi, quàm omnia mala, quæ venerunt super
te ab adolescentia tua vsq. in præsens. * Sur- 8
rexit ergo rex, & sedit in porta: & omni po-
pulo nũciatum est, quòd rex sederet in por-
ta: venitque vniuersa multitudo coram re-
ge: Israel autem fugit in tabernacula sua.
* Omnis quoque populus certabat in cunctis 9
tribubus Israel, dicens: Rex liberauit nos de
manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit
nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit
de terra propter Absalom. * Absalom autẽ, 10
quem vnximus super nos, mortuus est in
bello: vsquequo silebitis, & non reducitis re-
gem? * Rex verò Dauid misit ad Sadoc, & 11
Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad
maiores natu Iuda, dicentes; Cur venitis no-
C uissimi ad reducendum regem in domum
suam? (Sermo autem omnis Israel peru-
12 nerat ad regem in domo eius.) * Fratres
mei vos, os meum, & caro mea vos, quare
13 nouissimi reducitis regem? * Et Amasæ di-
cite: Nonne os meum, & caro mea es? Hæc
faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magi-
ster militiæ fueris coram me omni tempo-
14 re pro Ioab. * Et inclinauit cor omnium vi-
rorum Iuda, quasi viri vnius: miseruntque
ad regẽ, dicentes: Reuertere tu, & omnes ser-
15 ui tui. * Et reuersus est rex: & venit vsq. ad
Iordanem, & omnis Iuda venit vsque in
Galgalam, vt occurreret regi, & traduceret
16 eum Iordanem. * [h] Festinauit autẽ Semei fi- [h] 3. Reg. 2.b.8.
lius Gera filij Iemini de Bahurim, & descen-
dit cum viris Iuda in occursum regis Da-
17 uid, * cum mille viris de Beniamin, & Siba
puer de domo Saul: & quindecim filij eius,
D ac viginti serui erant cum eo: & irrumpen-
18 tes Iordanem, ante regem, * transierũt vada,
vt traducerent domum regis, & facerẽt iux-
ta iussionem eius: Semei autem filius Gera
prostratus coram rege, cum iam transisset
19 Iordanem, * dixit ad eum: Ne reputes mihi
domine mi iniquitatem, neque memineris
iniuriarum serui tui in die, qua egressus es
domine mi rex de Ierusalem, neque ponas
20 rex in corde tuo. * Agnosco enim seruus
tuus peccatum meum: & idcirco hodie pri-
mus veni de omni domo Ioseph, descendi-
21 que in occursum domini mei regis. * Respõ-
dens verò Abisai filius Saruiæ, dixit: Num-
quid pro his verbis non occidetur Semei,
22 quia maledixit Christo Domini? * Et ait Da-
uid: Quid mihi, & vobis filiæ Saruiæ? cur
efficimini mihi hodie in satan? ergo ne ho-
die interficietur vir in Israel? an ignoro ho-
23 die me factum regem super Israel? * Et ait
24 rex Semei: Non morieris. Iurauitq. ei. * Mi-
E phiboseth quoque filius Saul descendit in
occursum regis illotis pedibus, & intonsa
barba: vestesque suas non lauerat à die, qua
egressus fuerat rex, vsque ad diem reuertho-
25 nis eius in pace * Cumque Ierusalem occur-
risset regi, dixit ei rex: Quare non venisti
26 mecum Miphiboseth? * Et respondens ait:
Domine mi rex, seruus meus cõtempsit me:
dixique ei ego famulus tuus, vt sterneret mi-
hi asinum, & ascendens abirem cum rege:
27 claudus enim sũ seruus tuus. * [h] Insuper, & [h] Supra 2.3.
accusauit me seruum tuum ad te dominum
meũ regem: tu autem domine mi rex, sicut
angelus Dei es, fac quod placitum est tibi.
28 * Neq. n. fuit domus patris mei, nisi morti
obnoxia domino meo regi: tu autem posui-
sti me seruum tuum inter conuiuas mensæ
tuæ: quid ergo habeo iustæ querelę? aut quid
29 possum vltra vociferari ad regẽ? * Ait ergo
ei rex: Quid vltra loqueris? fixũ est, quod lo-
cutus sum: tu, & Siba diuidite possessiones.
30 * Responditque Miphiboseth regi: Etiam
cuncta accipiat, postquã reuersus est domi-
31 nus meus rex pacifice in domũ suam, * Ber-
F zellai quoque Galaadites, descendens de Ro-
gelim,

gelim, traduxit regem Iordanem, paratus e-
[h] 3. Reg. 2.b.7. tiam vltra fluuiũ prosequi eum. * [h] Erat au- 32
tem Berzellai Galaadites senex valdè, idest
octogenarius, & ipse præbuit alimenta regi,
cũ moraretur in Castris: fuit quippe vir di-
ues nimis. * Dixit itaq. rex ad Berzellai: Ve- 33
ni mecum, vt requiescas securus mecum in
Ierusalem. * Et ait Berzellai ad regem: Quot 34
[h] Sup. 17. g.27. sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam
cum rege in Ierusalem? * [h] Octogenarius 35
sum hodie: numquid vigent sensus mei ad
discernendũ suauе, aut amarũ? aut delecta-
re potest seruum tuum cibus, & potus? vel
audire possum vltra vocem cantorum, atq.
cantatricum? quare seruus tuus sit oneri do-
mino meo regi? * Paululum procedã famu- 36
lus tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac
vicissitudine, * sed obsecro, vt reuertar seru⁹ 37
tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar
iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ.
Est autẽ seruus tuus Chamaam, ipse vadat
tecum, domine mi rex, & fac ei quidquid ti-
bi bonum videtur. * Dixit itaque ei rex: Me- 38
cũ trãseat Chamaam, & ego faciam ei quid-
quid tibi placuerit, & omne, quod petieris à G
me, impetrabis. * Cumque transisset vniuer- 39
sus populus, & rex Iordanem, osculatus est
rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuersus
est in locum suum. * Transiuit ergo rex in 40
Galgalam, & Chamaam cum eo, omnis au-
tem populus Iuda traduxerat regem, & me-
dia tantum pars affuerat de populo Israel.
* Itaque omnes viri Israel concurrentes ad 41
regem dixerunt ei: Quare te furati sunt fra-
tres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem,
& domum eius Iordanem, omnesque viros
Dauid cum eo? * Et respondit omnis vir Iu 42
da ad viros Israel. Quia mihi ppior est rex:
cur irasceris super hac re? numquid comedi-
mus aliquid ex rege, aut munera nobis data
sunt? * Et respondit vir Israel ad viros Iuda, 43
& ait: Decem partibus maior ego sum apud
regem, magisq. ad me pertinet Dauid quam
ad te: cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi
nunciatum est priori, vt reducerem regem
meum? Durius autem responderunt viri iu-
da viris Israel.

CAP. XX.

ACcidit quoque, vt ibi esset vir Belial, no- 1
mine Seba, filius Bochri, vir Iemineus, A
& cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars
in Dauid, neque hereditas in filio Isai: reuer-
tere in tabernacula tua Israel. * Et separatus 2
est omnis Israel à Dauid, secutusque est Seba
filium Bochri: viri aũt Iuda adhæserunt re-
gi suo à Iordane vsque Ierusalem. * Cumq. 3
venisset rex in domum suam in Ierusalẽ, tu-
lit decem mulieres concubinas, quas dereli-
querat ad custodiẽdam domum, & tradidit
eas in custodiam, alimenta eis præbens: &
nõ est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsq. B
in diẽ mortis suæ in viduitate viuentes * Di- 4
xit autem rex Amasæ: Conuoca mihi omnes
viros Iuda in diem tertiũ, & tu adesto præ-
sens. * Abijt ergo Amasa, vt conuocaret Iu- 5
dam, & moratus ei extra placitum, quod ei
6 constituerat rex. * Ait autem Dauid ad Abi-
sai: Nunc magis afflicturus est nos Seba
filius Bochri, quam Absalom: tolle igitur ser-
uos domini tui, & persequere eum, ne fortè
inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos.
7 * Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab: Cere-
C thi quoq & Phelethi: & omnes robusti exie-
runt de Ierusalem ad persequendum Seba
8 filium Bochri. * Cũmq. illi essent iuxta lapi-
dem grandem, qui est in Gabaon, Amasa ve-
niẽs occurrit eis Porrò Ioab vestitus erat tu-
nica strricta ad mensuram habitus sui, & de-
super accinctus gladio depẽdente vsque ad
ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egre-
9 di poterat, & percutere. * Dixit itaque Ioab [h] 2. Reg. 7.a.5.
ad Amasam: Salue mi frater. [h] Et tenuit ma-
nu dextera mentum Amasæ, quasi osculans
10 eum. * Porro Amasa nõ obseruauit gladiũ,
quem habebat Ioab, qui percussit eum in la-
tere, & effudit intestina eius in terrã, nec se-
cundum vulnus apposuit, & mortuus est.
D Ioab autem, & Abisai frater eius persecuti
11 sunt Seba filium Bochri. * Interea quidam
viri, cum stetissent iuxta cadauer Amasæ, de
sociis Ioab, dixerunt: Ecce qui esse voluit pro
12 Ioab comes Dauid. * Amasa autem cõspers-
us sanguine, iacebat in media via. Vidit hoc
quidam vir quòd subsisteret omnis populus
ad videndum eum, & amouit Amasam de
via in agrum, operuitq. eum vestimento, ne
13 subsisterent transeuntes propter eũ * Amo-
to ergo illo de via, transibat omnis vir se-
quens Ioab ad persequendum Seba filium
14 Bochri. * Porrò ille transierat per omnes tri-
bus Israel in Abelam, & Bethmaacha: om-
nesque viri electi congregati fuerãt ad eum.
15 * Venerunt itaque, & oppugnabant eum in
E Abela, & in Bethmaacha, & circumdederũt
munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs:
omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, mo-
16 liebatur destruere muros. * Et exclamauit
mulier sapiens de ciuitate: Audite, audite, di-
cite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecũ.
17 * Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es
Ioab: Et ille respõdit: Ego. * Ad quem sic lo-
F cuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. * Qui re-
18 spondit: Audio. * Rursumq illa, Sermo, in-
quit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui in-
terrogant, interrogent in Abela: & sic per fi-
19 ciebant. * Nonne ego sum, quæ respondeo
veritatem in Israel, & tu quæris subuertere
ciuitatẽ, & euertere matrem in Israel? Quare
20 præcipitas hæreditatem Domini? * Respon-
densque Ioab, ait: Absit absit hoc à me: non
21 præcipito, neque demolior. * Non sic se ha-
bet res, sed homo de monte Ephraim Seba,
filius Bochri cognomine, leuauit manũ suã
G contra regem Dauid: tradite illum solum, &
recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab:
Ecce caput eius mittetur ad te per murum,
22 * Ingressa est ergo ad omnem populum, &
locuta est eis sapienter: qui abscissum caput
Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille
cecinit tuba, & recesserũt ab vrbe, vnusquis-
que

que in tabernacula ſua: Ioab autem reuerſus
Sup. 8. d. 16.
eſt Ieruſalem ad regē.* Fuit ergo Ioab ſu- 23
per omnem exercitum Iſrael: Banaias autē
filius Ioiadæ ſup Cerethæos,& Phelethæos.
* Adurā vero ſuper tributa: porrò Ioſaphat 24
filius Ahilud,à commentarijs.* Siua autem 25
ſcriba: Sadoc verò,& Abiathar, ſacerdotes.
Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid.

CAP. XXI.

FActa eſt quoque fames in diebus Dauid 1
tribus annis iugiter: & conſuluit Dauid A
oraculum Domini Dixitque Dominus: Pro-
pter Saul, & domum eius ſanguinum, quia
occidit Gabaonitas.* Vocatis ergo Gabao- 2
nitis rex, dixit ad eos (Porro Gabaonitæ nō
erāt de filijs Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæo-
Ioſ. 9. c. 16.
rum: filij quippe Iſrael iurauerant eis, & vo
luit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filijs
Iſrael, & Iuda.) * Dixit ergo Dauid ad Ga- 3
baonitas: Quid faciā vobis? & quod erit ve-
ſtri piaculum, vt benedicatis hereditati Do-
mini?* Dixeruntque ei Gabaonitæ: Non eſt 4
nobis ſuper agento, & auro quæſtio, ſed cō-
tra Saul,& contra domum eius: neque volu-
mus vt interficiatur homo de Iſrael. Ad quos
rex ait: Quid ergo vultis, vt faciam vobis?
*Qui dixerunt regi: Virum, qui attriuit nos 5
& oppreſſit iniquè, ita delere debemus vt
ne vnus quidem reſiduus ſit de ſtirpe eius
in cunctis finibus Iſrael *Dētur nobis ſeptē 6
viri de filijs eius, vt crucifigamus eos Domi- B
1. Reg. 18. a. 3.
no in Gabaa Saul, quondam electi Domini.
Et ait rex: Ego dabo.* Pepercitq rex Miphi- 7
boſeth filio Ionathæ filij Saul, propter iuſiu-
randum Domini, quod fuerat inter Dauid
& inter Ionathā filium Saul.* Tulit itaq rex 8
duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit
Sauli, Armoni, & Miphiboſeth: & quinque
filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Ha-
drieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi.*& 9
dedit eos in manus Gabaonitarum: qui cru-
cifixerunt eos in Monte coram Domino: &
ceciderunt hi ſeptem ſimul occiſi in diebus
meſſis primis, incipiente meſſione hordei.
* Tollens autem Reſpha filia Aia, cilicium 10
ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio meſſis
donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: & nō
dimiſit aues lacerare eos per diem, neque be
ſtias per noctem.* Et nunciata ſunt Dauid 11
quæ fecerat Reſpha, filia Aia, cōcubina Saul C
* Et abijt Dauid,& tulit oſſa Saul,& oſſa Io- 12
1. Reg. 31. c. 19.
nathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui fu-
rati fuerant ea de platea Bethſan in qua ſu-
ſpenderant eos Philiſthijm cū interfeciſſent
Saul in Gelboe: * & aſportauit inde oſſa 13
Saul, & oſſa Ionathæ filij eius: & colligen-
tes oſſa eorum, qui affixi fuerant, * ſepelie- 14
runt ea cum oſſibus Saul,& Ionathæ filij e-
ius in terra Beniamin, in latere, in ſepul-
chro Cis patris eius: feceruntq. omnia quæ
præceperat rex,& repropitiatus eſt Deus ter
ræ poſt hæc * Factum eſt autē rurſum præ- 15
lium Philiſthinorū aduerſum Iſrael, & de-
ſcendit Dauid,& ſerui eius cū eo, & pugna-
bant contra Philiſthijm. Deficiente autem
16 Dauid,* Ieſbibenob, qui fuit de genere ara-
pha, cuius ferrum haſtæ trecentas vncias
1. Reg. 17. a. 7.
appendebat,& accinctus erat enſe nouo, ni-
17 ſus eſt percutere Dauid. * Præſidioque ei
D fuit Abiſai filius Saruiæ,& percuſſum Phili-
ſthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Da
1. Par. 20. c. 4.
uid, dicentes: Iam non egredietis nobiſcum
in bellum, ne extinguas lucernam Iſrael.
18 * Secundum quoque bellum fuit in Gob
contra Philiſthæos: tunc percuſſit Sobochai
de Huſati, Saph de ſtirpe arapha de genere
19 gigantum.* Tertium quoque fuit bellum in
Gob contra Philiſthæos, in quo percuſſit A-
deodatus filius Saltus polymitarius Bethle-
hemites Goliath Gethæū, cuius haſtile ha-
20 ſtæ erat, quaſi liciatorium texētium.* Quar-
tum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit ex-
celſus, qui ſenos in manibus pedibuſque ha-
bebat digitos, ideſt, viginti quatuor, & erat
21 de origine arapha.* Et blaſphemauit Iſrael:
percuſſit autem eum Ionathan filius Sa-
22 maa fratris Dauid.* Hi quatuor nati ſunt
de arapha in Geth, & ceciderunt in manu
Dauid,& ſeruorum eius.

CAP. XXII.

1 LOcutus eſt autem Dauid Domino ver-
A ba carminis huius, in die qua liberauit
eum Dominus de manu omnium inimico-
Pſ. 17. a. 8.
2 rum ſuorum,& de manu Saul.* & ait. Do-
minus petra mea, & robur meum, & ſalua-
tor meus.
3 * Deus fortis meus ſperabo in eum: ſcutum
meum,& cornu ſalutis meę: eleuator meus,
& refugium meum: ſaluator meus, de ini-
quitate liberabis me.
Pſ. 17. a. 3.
4 * Laudabilem inuocabo Dominum, & ab
inimicis meis ſaluus ero.
5 * Quia circumdederunt me contritiones
mortis: torrentes Belial terruerunt me.
6 * Funes inferni circumdederunt me, præue-
nerunt me laquei mortis.
7 * In tribulatione mea inuocabo Dominum,
& ad Deum meum clamabo: & exaudiet de
templo ſuo vocem meam, & clamor meus
veniet ad aures eius
8 * Commota eſt,& contremuit terra: funda-
menta montium concuſſa ſunt, & conquaſ-
ſata, quoniam iratus eſt eis.
9 * Aſcendit fumus de naribus eius, & ignis
de ore eius vorabit: carbones ſuccenſi ſunt
ab eo.
10 * Inclinauit cælos,& deſcendit: & caligo ſub
pedibus eius.
11 * Et aſcendit ſuper cherubim,& volauit: &
B lapſus eſt ſuper pennas venti.
12 * Poſuit tenebras in circuitu ſuo latibulum:
cribrans aquas de nubibus cœlorum.
13 * Præ fulgore in conſpectu eius, ſuccenſi
ſunt carbones ignis.
14 * Tonabit de cælo Dominus: & excelſus da-
bit vocem ſuam.
15 * Miſit ſagittas, & diſſipauit eos: fulgur,&
conſumpſit eos.
16 * Et apparuerunt effuſiones maris,& reue-
lata ſunt fundamenta orbis ab increpatio-
ne

ne Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris
eius.
* Miſit de excelſo,& aſſumpſit me: & ex- 17
traxit me de aquis multis.
* Liberauit me ab inimico meo potentiſ- 18
ſimo,& ab his qui oderant me: quoniam ro-
buſtiores me erant.
* Præuenit me in die afflictionis meæ, & 19
factus eſt Dominus firmamentum meum.
* Et eduxit me in latitudinem: liberauit 20
me, quia complacuit ei.
* Retribuet mihi Dominus ſecundum iu- 21
ſtitiam meam: & ſecundum munditiā mā-
nuum mearum reddet mihi.
* Quia cuſtodiui vias Domini: & non egi 22
impiè à Deo meo.
* Omnia enim iudicia eius in conſpectu 23
meo: & præcepta eius non amoui à me.
* Et ero perfectus cum eo: & cuſtodiam 24
me ab iniquitate mea.
* Et reſtituet mihi Dominus ſecūdum iu- 25
ſtitiam meam: & ſecundum munditiā ma-
nuū mearū, in cōſpectu oculorum ſuorum.
* Cum ſancto ſanctus eris: & cum robu- 26
ſto perfectus.
* Cum electo electus eris: & cum peruer- 27
ſo peruerteris.
* Et populum pauperem ſaluum facies: 28
oculiſque tuis excelſos humiliabis.
* Quia tu lucerna mea Domine,& tu Do- 29
mine illuminabis tenebras meas.
* In te enim curram accinctus: in Deo 30
meo tranſiliam murum.
* Deus, immaculata via eius, eloquiū Do- 31
mini igne examinatum: ſcutum eſt omniū
ſperantium in ſe.
* Quis eſt Deus præter Dominum,& quis 32
fortis præter Deum noſtrum?
* Deus qui accinxit me fortitudine: & cō- 33
planauit perfectam viam meam.
* Coæquans pedes meos ceruis: & ſuper 34
excelſa mea ſtatuens me.
Pſ. 143. a. 1.
* Docēs manus meas ad præliū: & com- 35
ponens quaſi arcum æreum brachia mea.
* Dediſti mihi clypeum ſalutis tuę: & mā- 36
ſuetudo tua multiplicauit me.
* Dilatabis greſſus meos ſubtus me: & nō 37
deficient tali mei. D
* Perſequar inimicos meos,& conteram: 38
& non conuertar donec conſumam eos.
* Conſumam eos, & confringam, vt non 39
conſurgant: cadent ſub pedibus meis.
* Accinxiſti me fortitudine ad prælium: 40
incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me.
* Inimicos meos dediſti mihi dorſum: 41
odientes me, & diſperdam eos.
* Clamabunt,& nō erit qui ſaluet, ad Do- 42
minum: & non exaudiet eos.
* Delebo eos vt puluerem terrę, quaſi lu- 43
tū platearū comminuā eos, atq. confringam:
* Saluabis me à contradictionibus popu- 44
li mei: cuſtodies me in caput Gentium: po-
pulus, quem ignoro, ſeruiet mihi.
* Filij alieni reſiſtent mihi: auditu auris 45
obedient mihi.
46 * Filij alieni defluxerunt: & contrahentur
in anguſtijs ſuis.
47 * Viuit Dominus, & benedictus Deus
meus,& exaltabitur Deus fortis ſalutis meę.
48 * Deus qui das vindictas mihi, & deijcis
populos ſub me.
49 * Qui educis me ab inimicis meis,& à re-
ſiſtentibus mihi eleuas me: à viro iniquo
Pſ. 17. d. 52.
liberabis me.
Ro. 15. b. 9.
50 * Propterea confitebor tibi Domine in-
gentibus: & nomini tuo cantabo.
51 * Magnificans ſalutes regis ſui: & faciens
miſericordiam Chriſto ſuo Dauid: & ſemi-
ni eius in ſempiternum.

CAP. XXIII.

1 HÆc autē ſunt verba Dauid nouiſſima.
A Dixit Dauid filius Iſai: Dixit vir, cui
cōſtitutū eſt de Chriſto Dei Iacob, egregius
2 pſaltes Iſrael: * Spiritus Dn̄i locutus eſt per
3 me,& ſermo eius per linguā meam. * Dixit
Deus Iſrael mihi, locutꝰ eſt Fortis Iſrael, Do
minator hominum, iuſtus dominator in ti-
4 more Dei: * Sicut lux aurorę, oriēte Sole ma-
ne abſq nubib. rutilat,& ſicut pluuijs germi-
5 nat herba de terra.* Nec tāta eſt domꝰ mea
apud Deū, vt pactū æternū iniret mecū fir-
mū in oīb. atq. munitū. Cūcta.n. ſalus mea,
& omnis volūtas: nec eſt quidq̄ ex ea, qđ nō
6 germinet. * præuaricatores aūt quaſi ſpinæ
euellentur vniuerſi: quæ nō tolluntur manib.
1. Par. 11. b. 10.
7 * Et ſi quis tāgere voluerit eas, armabitur fer-
ro,& ligno lanceato, igneq. ſuccenſæ cōburē-
8 tur, vſq. ad nihilū.* Hęc nomina fortiū Da-
uid. Sedens in cathedra ſapientiſſimus prin-
ceps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus li-
gni vermiculus, qui octingētos interfecit im-
9 petu vno. * Poſt hunc Eleazar filius patrui
eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cū
B Dauid qn̄ exprobauerunt Philiſthijm, &
10 cōgregati ſūt illuc in præliū.* Cūq. aſcendiſ
ſent viri Iſrael ipſe ſtetit, & percuſſit Phili-
ſthæos, donec deficeret manus eius: & obri-
geſceret cū gladio: fecitq. Dn̄s ſalutem ma-
gnā in die illa: & populus, qui fugerat, reuer-
11 ſus eſt ad cæſorū ſpolia detrahēda.* Et poſt
hunc Sēma filius Age de Arari: & congrega-
ti ſunt Philiſthijm in ſtatione: erat quippe
ibi ager lente plenus. Cūq. fugiſſet populꝰ à
12 facie Philiſthijm, * ſtetit ille in medio agri,
& tuitus eſt eū, percuſſitq. Philiſthæos,& fe-
13 cit Dn̄s ſalutē magnā.* Necnō,& ante deſcē
derāt tres, qui erāt principes inter triginta,&
venerāt tp̄e meſſis ad Dauid in ſpeluncam
Odollā: caſtra aūt Philiſthinorū erāt poſita
14 in Valle gigātū.* Et Dauid erat ī p̄ſidio: por
rò ſtatio Philiſthinorū tūc erat in Bethlehē
15 * Deſiderauit ergo Dauid,& ait: O ſi qs mi-
C hi daret potū aquæ de ciſterna, q̄ eſt in Be-
16 thlehem iuxta portam.* Irruperūt ergo tres
fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerunt
aquam de ciſterna Bethlehē, quæ erat iuxta
portam, & attulerūt ad Dauid: at ille noluit
17 bibere, ſed libauit eam Domino, * dicens:
Pro-

Propitius sit mihi Dñs, ne faciam hoc:num
sanguiné hominũ istorum,qui profecti sũt,
& animarũ periculũ bibã? Noluit ergo bibe-
re hæc fecerunt tres robustissimi. * Abisai 18
quoq frater Ioab filius Saruiæ,princeps erat
de tribus. ipse est,qui leuauit hostiã suá con-
tra trecentos, quos interfecit, nominatus in
trib.* & inter tres nobilior,eratq.eorũ prin- 19
ceps,sed vsq.ad tres primos non peruenerat
* Et Banaias fili⁹ Ioiadæ viri fortissimi,ma-20
gnorum operum, de Cabseel ipse percussit
duos leones Moab, & ipse descendit,& per-
cussit leonem in media cisterna in dieb. ni-
uis;* Ipse quoq. interfecit virum Ægyptiũ, 21
virum dignum spectaculo, habẽtem in ma-
nu hastã:itaq cũ descẽdisset ad eum in vir-
ga,vi extorsit hastã de manu Ægyptij,& in-
terfecit eum hasta sua.* hęc fecit Banaias fi- 22
lius Ioiadæ. * Et ipse nominatus inter tres 23
robustos, qui erãt inter triginta nobiliores: D
verũtñ vsq ad tres non peruenerat:fecitque
eum sibi Dauid auriculariũ,á secreto. * A- 24
sael frater Ioab inter triginta, Elehanã filius
patrui eius de Bethlehem,*Sẽma de Haro- 25
di,Elica de Harodi,* Heles de Phalti, Hira 26
filius Acces de Thecua, * Abiezer de Ana- 27
thoth Mobonnai de Husati,*Selmon Aho-28
hites, Maharai Netophathites,*Heled filius29
Baana,& ipse Netophathites, Ithai fili⁹ Ri-
bai de Gabaath filiorũ Beniamin, * Banaia 30
Pharathonites, Heddai de Torrente Gaas,
*Abialbon Arbathites, Azmaueth de Bero- 31
mi,* Eliaba de Salaboni. Filij Iassen, Iona- 32
thã.*Sẽma de Orori, Aiã filius Sarar Arori- 33
tes,* Eliphelet fili⁹ Aasbai filij Machati, Eliã 34
filius Achithophel Gelonites, * Hesrai de 35
Carmelo, Pharai de Arbi, * Igaal filius Na- 36
thã de Soba, Bonni de Gadi,* Selec de Am- 37
moni, Naharai Berothites armiger Ioab fi-
lij Saruię.*Ira Iethrites Gareb,& ipse Iethri 38
tes,* Vrias Hethęus.omnes triginta septem. 39

CAP. XXIV.

a 1. Par. 21. a. 1.

ET *a* addidit furor Dñi irasci cõtra Israel 1
cõmouitq Dauid in eis dicentem: Vade A
numera Israel,& Iudã * Dixitq. rex ad Ioab 2
principem exercitus sui: Perambula oẽs tri-
bus Israel á Dan vsq. Bersabee, & numerate
populũ, vt sciã numerũ eius. * Dixitq. Ioab 3
regi: Adaugeat Dñs Deus tuus ad populum
tuũ,quãtus nunc est,iterumq. centuplicet in
cõspectu dñi mei regis: sed quid sibi domi-
nus meus rex vult in re huiuscemodi?*Ob- 4
tinuit aũt sermo regis verba Ioab, & princi-
pũ exercitus,egressusq. est Ioab,& principes
militũ á facie regis, vt numerarent populũ
Israel.* Cumq. pertrãsissent Iordanẽ,vene- 5
runt in Aroer ad dexterã vrbis, q̃ est in Val-
le Gad.*& per Iazer transierunt in Galaad, 6
& in terram inferiorem Hosid,& venerunt
in Dan siluestria. Circumeũtesq.iuxta Sido-
nẽ,* transierunt prope mænia Tyri, & om- 7
nem terrã Heuæi,& Chananæi,veneruntq.
ad meridiẽ Iuda in Bersabee.*& lustrata v- 8
B niuersa terra, affuerunt post nouem men-
9 ses,& viginti dies in Ierusalem.*Dedit ergo
Ioab numerum descriptionis populi regi,&
inuenta sunt de Israel octingenta millia vi-
rorum fortium, qui educerent gladiũ: & de
10 Iuda quingenta millia pugnatorũ.* Percus-
sit aũt cor Dauid eum, postquã numeratus
est populus,& dixit Dauid ad Dñm: Pecca-
ui valde in hoc facto: sed precor Dñe, vt
transferas iniquitatem serui tui, quia stultè
11 egi nimis. * Surrexit itaq. Dauid mane, &
sermo Dñi factus est ad Gad prophetam,&
12 videntem Dauid,dicens:* Vade,& loquere
ad Dauid: Hæc dicit Dñs: Trium tibi da-
tur optio, elige vnum quod volueris ex his,
13 vt faciam tibi.* Cumq.venisset Gad ad Da-
uid,nunciauit ei,dicens: Aut septẽ annis ve-
niet tibi fames in terra tua: aut tribus mẽsi-
bus fugies aduersarios tuos, & illi te perse-
quentur,aut certe tribus diebus erit pestilen
C tia in terra tua. Nunc ergo delibera,& vide
quem respondeam ei, qui me misit, sermo-
14 nem. * Dixit autẽ Dauid ad Gad: Coarctor
nimis: *a* sed melius est vt incidam in manus
Domini (multæ.n. misericordiæ eius sunt)
15 quam in manus hominum.*Immisitq. Do-
minus pestilentiam in Israel, de mane vsq.
ad tempus constitutum, & mortui sunt ex
populo á Dan vsq.ad Bersabeæ septuaginta
16 millia virorum.* Cumque extendisset ma-
num suam Angelus Dñi super Ierusalẽ,vt
disperderet eam, misertus est Dominus su-
per afflictione,& ait Angelo percutienti po-
pulum: Sufficit: nunc contine manum tuã
erat autem Angelus Dñi iuxta aream Areu-
17 na Iebusæi.*Dixitque Dauid ad Dominum
cum vidisset Angelum cædentem populũ:
Ego sum qui peccaui,ego inique egi: isti qui
oues sunt,quid fecerunt? vertatur, obsecro,
manus tua contra me, & contra domum pa
18 tris mei.* Venit autẽ Gad ad Dauid in die
D illa,& dixit ei: Ascende, & constitue altare
19 Dño in area Areuna Iebusæi.* Et ascendit
Dauid iuxta sermonem Gad, quem præce-
20 perat ei Dñs.* Cõspiciẽsq Areuna,animad-
21 uertit regẽ,& seruos eius transire ad se.* &
egressus adorauit regem prono vultu in ter
ram, & ait: Quid causæ est vt veniat domi-
nus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid
ait: Vt emam á te aream,& ædificem altare
Domino,& cesset interfectio, quæ grassatur
22 in populo.* Et ait Areuna ad Dauid. Acci-
piat:& offerat dominus meus rex,sicut pla-
cet ei:habes boues in holocaustum, & plau-
23 strum,& iuga boum in vsum lignorũ.*Om
nia dedit Areuna rex regi: dixitque Areuna
ad regem:Dominus Deus tuus suscipiat vo-
24 tum tuũ.* Cui respondens rex,ait. Nequa-
quam vt vis, sed emam pretio á te,& nõ of-
feram Domino Deo meo holocausta gratui-
ta. Emit ergo Dauid aream, & boues argẽti
25 siclis quinquaginta. * & ædificauit ibi Da-
uid altare Domino,& obtulit holocausta,&
pacifica, & propitiatus est Dominus terræ,
& cohibita est plaga ab Israel.

a 1. Par. 21. b. 13. Dan. 13. c. 23.

LI.

LIBER REGVM TERTIVS, SECVNDVM HEBRÆOS PRIMVS MALACHIM.



CAPVT PRIMVM,

ET rex Dauid senuerat,habe 1
batq. ætatis plurimos dies: A
cumq. operiretur vestibus,
non calefiebat * Dixerunt 2
ergo ei serui sui: Quæramus
domino nostro regi adole-
scentulam virginem,& stet
corã rege,& foueat eũ,dor-
miatque in sinu suo, & calefaciat dominum
nostrum regem. * Quæsierunt igitur adole- 3
scentulam speciosam in omnibus finibus Is-
rael, & inuenerunt Abisag Sunamitidem,
& adduxerunt eam ad regem.* Erat autem 4
puella pulchra nimis, dormiebatq. cum re-
ge,& ministrabat ei, rex verò non cognouit
eam.* Adonias autem filius Haggith eleua- 5
batur,dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi cur-
rus,& equites,& quinquaginta viros,qui cur-
rerent ante eum. * Nec corripuit eum pater 6
suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti?
Erat autem, & ipse pulcher valdè, secundus
natu post Absalom. * Et sermo ei cum Ioab 7
filio Saruiæ,& cum Abbiathar sacerdote, q B
adiuuabant partes Adoniæ.* Sadoc verò sa- 8
cerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan
propheta,& Samei,& Rei,& robur exercitus
9 Dauid non erat cũ Adonia. * Immolatis er-
go Adonias arietibus, & vitulis, & vniuersis
pinguibus iuxta Lapidẽ zoheleth,qui erat vi-
cinus Fonti rogel, vocauit vniuersos fratres
suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos
10 regis * Nathan autem prophetam,& Bana-
iam,& robustos quosque,& Salomonem fra-
11 trem suum non vocauit. * Dixit itaque Na-
thã ad Bethsabee matrem Salomonis: Num
audisti,quod regnauerit Adonias filius Hag
gith,& dominus noster Dauid hoc ignorat?
12 * Nunc ergo veni,accipe consilium á me, &
salua animam tuam, filijque tui Salomonis.
13 * Vade,& ingredere ad regem Dauid,& dic
ei. Nonne tu dñe mi rex iurasti mihi ancil-
læ tuæ,dicens: Salomon filius tuus regnabit
post me, & ipse sedebit in solio meo? quare
14 ergo regnat Adonias? * Et adhuc ibi te lo-
quente cum rege,ego veniam post te,& com
15 plebo sermones tuos.* Ingressa est itaq Be-
C thsabee ad regem in cubiculum: rex autem
senuerat nimis, & Abisag Sunamitis mini-
16 strabat ei. * Inclinauit se Bethsabee, & ado-
rauit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit,
17 vis? * Quæ respondens,ait: Domine mi, tu
iurasti per Dñm Deum tuum ancillæ tuæ,
Salo-

Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. * Et ecce nunc Ado- 18
nias regnat, te, domine mi rex, ignorante: * 19
Mactauit boues, & pinguia quæq;, & arietes
plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abia
thar quoque sacerdotem, & Ioab principem
militiæ: Salomonem autem seruũ tuum non
vocauit. * Veruntamen domine mi rex, in 20
te oculi respiciunt totius Israel, vt indices
eis, quis sedere debeat in solio tuo domine
mi rex post te. * Eritq. cum dormierit domi 21
nus meus rex cum patribus suis, erimus ego
& filius meus Salomon peccatores. * Adhuc 22
illa loquente cum rege, Nathan propheta ve
nit. * Et nunciauerunt regi, dicentes: Adest 23
Nathan propheta. Cumque introisset in cõ-
spectu regis, & adorasset eum pronus in ter-
ram, * dixit Nathan: Domine mi rex, tu di- 24
xisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat D
super thronum meum? * Quia descendit ho 25
die, & immolauit boues, & pinguia, & arie-
tes plurimos, & vocauit vniuersos filios re-
gis, & principes exercitus, Abiathar quoq. sa-
cerdotem: illisq. vescentibus, & bibentibus
coram eo, & dicentibus: viuat rex Adonias:
* Me seruum tuum, & Sadoc sacerdotem, & 26
Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem fa-
mulum tuum non vocauit. * Numquid à 27
domino meo rege exiuit hoc verbum, & mi-
hi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset
super thronum domini mei regis post eum?
* Et respondit rex Dauid, dicens: Vocate ad 28
me Bethsabee. Quæ cum fuisset ingressa co-
ram rege, & stetisset ante eum, * iurauit rex, 29
& ait: Viuit Dominus, qui eruit animam
meam de omni angustia, * quia sicut iura- 30
ui tibi per Dñm Deum Israel, dicens: Salo-
mõ filius tuus regnabit post me, & ipse sede-
bit super solium meum pro me: sic faciam
hodie. * Summissoq. Bethsabee in terram 31
vultu, adorauit regem, dicens: Viuat domi-
nus meus Dauid in æternũ. * Dixit quoque 32
rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem,
& Nathan prophetam, & Banaiam filium
Ioiadæ. Qui cum ingressi fuissent coram re-
ge, * dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos 33
domini vestri, & imponite Salomonem fi-
lium meum super mulam meam: & ducite
eum in Gihon. * & vngat eum ibi Sadoc sa- 34
cerdos, & Nathan propheta in regem super
Israel: & canetis buccina, atque dicetis: Vi-
uat rex Salomon. * Et ascendetis post eum, 35
& veniet, & sedebit super solium meum, &
ipse regnabit pro me: Illiq. præcipiam vt sit
dux super Israel, & super Iudam. * Et respõ 36
dit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens: Amen:
sic loquatur Dominus domini mei regis
* Quomodo fuit Dñs cum domino meo re- 37
ge, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat
soliũ eius à solio domini mei regis Dauid.
* Descendit ergo Sadoc sacerdos, & Nathan 38
propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cere-
thi, & Phelethi: & imposuerunt Salomonem
super mulam regis Dauid, & adduxerunt eũ
in Gihon: * Sumpsitq. Sadoc sacerdos cor- 39
nu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonẽ:
& cecinerunt buccina, & dixit omnis popu-
40 lus: Viuat rex Salomon, * Et ascendit vniuer
F sa multitudo post eum, & populus canentiũ
tibijs, & lætantium gaudio magno, & inso-
41 nuit terra à clamore eorum. * Audiuit autẽ
Adonias, & omnes, qui inuitati fuerant ab
eo, iamque conuiuium finitum erat: sed, &
Ioab, audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult
42 clamor ciuitatis tumultuantis? * Adhuc illo
loquente, Ionathas filius Abiathar sacerdotis
venit: cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir
43 fortis es, & bona nuncians. * Respondit q. Io-
nathas Adoniæ: Nequaquam: Dominus
enim noster Rex Dauid regem constituit Sa
44 lomonem: * misitq cum eo Sadoc sacerdo-
tem, & Nathan prophetam, & Banaiã filiũ
Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi, & impose-
45 runt eum super mulam regis. * Vnxeruntq.
eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta re
gem in Gihon: & ascenderunt inde lætan-
tes, & insonuit ciuitas: hæc est vox, quam au-
46 ditis. * Sed & Salomon sedet super solium
47 regni. * Et ingressi serui regis benedixerunt
G domino nostro regi Dauid, dicentes. Ampli-
ficet Deus nomen Salomonis super nomen
tuum, & magnificet thronũ eius super thro-
num tuum. Et adorauit rex in lectulo suo:
48 * & locutus est: Benedictus Dominus Deus
Israel, qui dedit hodie sedentẽ in solio meo,
49 videntibus oculis meis. * Territi sunt ergo,
& surrexerunt omnes, qui inuitati fuerãt ab
Adonia, & iuit vnusquisque in viam suam.
50 * Adonias autem timens Salomonem surre-
51 xit, & abijt, tenuitq. cornu altaris. * Et nun-
ciauerunt Salomoni, dicentes: Ecce Adonias
timens regem Salomonem, tenuit cornu al-
taris, dicens: Iuret mihi rex Salomon ho-
die, quod non interficiat seruum suum gla-
52 dio. * Dixitq. Salomon: Si fuerit vir bonus,
non cadet ne vnus quidem capillus eius in
terram: sin autem malum inuentum fuerit
53 in eo, morietur. * Misit ergo rex Salomon, &
eduxit eum ab altari: & ingressus adorauit
regem Salomonem? dixitq. ei Salomon: Va-
de in domum tuam.

CAP. II.

1 A Appropinquauerunt autẽ dies Dauid vt
moreretur, præcepitque Salomoni filio
2 suo, dicens: * Ego ingredior viam vniuersæ
3 terræ confortare, & esto vir. * Et obserua cu-
stodias Dñi Dei tui, vt ambules in vijs eius,
vt custodias ceremonias eius, & præcepta
eius, & iudicia, & testimonia, [n] sicut scriptum
est in lege Moysi, vt intelligas vniuersa quæ
4 facis, & quocumque te verteris: * vt con fir-
met Dominus sermones suos, quos locutus
est de me, dicens: Si custodierint filij tui vias
suas, & ambulauerint coram me in veritate,
in omni corde suo, & in omni anima sua,
5 non auferetur tibi vir de solio Israel. * Tu
quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius
Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exer-
citus

[n] Deute. 17.d.16.

[a] 2. Reg. 3.e.27. [b] 2. Reg. 20.c.10.
cieus Israel, [a] Abner filio Ner, & [b] Amasæ
filio Iether: quos occidit, & effudit sangui- B
nem belli in pace, & posuit cruorem prælij
in balteo suo, qui erat circa lumbos eius, &
in calceamento suo, quod erat in pedibus
eius. * facies ergo iuxta sapientiam tuam, & 6
non deduces eamdem eius pacificè ad infe-
ros. * Sed & filijs Berzellai Galaaditis red- 7
des gratiam, eruntque comedentes in mensa
tua: [c] occurrerunt enim mihi quando fugie-
bam à facie Absalom fratris tui. * [d] Habes 8
quoque apud te Semei filium Gera filij Ie-
mini de Bahurim, qui maledixit mihi male-
dictione pessima, quando ibam ad Castra:
sed quia descendit mihi in occursum cum
transirem Iordanem, & iurauí ei per domi-
num, dicens: Non te interficiam gladio: * tu 9
noli pati eum esse innoxium. Vir autem sa-
piens es, vt scias quæ facies ei, deducesque ca
nos eius cum sanguine ad inferos. * [e] Dormi 10
uit igitur Dauid cum patribus suis, & sepul-
tus est in ciuitate Dauid. * Dies autem, qui- 11
bus regnauit Dauid super Israel, quadragin-
ta anni sunt: in Hebron regnauit septem an-
nis: in Ierusalem, triginta tribus. * Salomon 12
autem sedit super thronũ Dauid patris sui,
& firmatum est regnum eius nimis. * Et in- 13
gressus est Adonias filius Haggith ad Beth- C
sabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pa-
cificus est ingressus tuus? Qui respondit: Pa-
cificus. * Addiditque: Sermo mihi est ad te. 14
Cui ait: Loquere. Et ille: * Tu, inquit, nosti, 15
quia meum erat regnum, & me præposuerat
omnis Israel sibi in regem: sed translatum est
regnum, & factum est fratris mei: à Domino
enim constitutum est ei. * Nunc ergo peti- 16
tionem vnam precor à te, ne confundas fa-
ciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere.
* Et ille ait: Precor vt dicas Salomoni regi 17
(neque enim negare tibi quidquam potest)
vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorem.
* Et ait Bethsabee: Bene, ego loquar pro te 18
regi. * Venit ergo Bethsabee ad regem Salo- 19
monem, vt loqueretur ei pro Adonia: & sur-
rexit rex in occursum eius, adorauitq. eam,
& sedit super thronum suum: positusq. est
thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram D
eius. * Dixitq. ei: Petitionem vnã paruulam 20
ego deprecor à te, ne cõfundas faciem meã.
Et dixit ei rex: Pete mater mea: neque enim
fas est vt auertam faciem tuam. * Quæ ait: 21
Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo
vxor. * Respondit q. rex Salomon, & dixit 22
matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamiti-
dem Adoniæ? postula ei, & regnum: ipse est
enim frater meus maior me, & habet Abia-
thar sacerdotẽ, & Ioab filium Saruiæ. * Iu- 23
rauit itaque rex Salomon per Dominum, di-
cens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat,
quia contra animam suam locutus est Ado-
nias verbum hoc. * Et nũc viuit Dominus, 24
qui firmauit me, & collocauit me super so-
lium Dauid patris mei, & qui fecit mihi do-
mum, sicut locutus est, quia hodie occide-
tur Adonias. * Misitq. rex Salomon per ma- 25
num Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum.
26 & mortuus est. * Abiathar quoq. sacerdoti
dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuũ,
equidem vir mortis es: sed hodie te non in-
E terficiam, quia portasti arcam Domini Dei
coram Dauid patre meo, & sustinuisti labo-
rem in omnibus, in quibus laborauit pater
27 meus. * Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt [f] 1. Reg. 2.f.31.
non esset sacerdos Domini, [f] vt impleretur
sermo Domini, quem locutus est super do-
28 mum Heli in Silo. * Venit autem nuncius
ad Ioab, quòd Ioab declinasset post Adoniã
& post Salomonem non declinasset: fugit
ergo Ioab in tabernaculum Domini, & ap-
29 prehendit cornu altaris. * Nunciatumq. est
regi Salomoni, quòd fugisset Ioab in taberna
culum Domini, & esset iuxta altare: misitque
Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicẽs: Va-
30 de, interfice eum. * Et venit Banaias ad ta-
bernaculum Dñi, & dixit ei: Hæc dicit rex:
Egredere. Qui ait: Non egrediar, sed hic mo-
riar. Renunciauit Banaias regi sermonẽ, di-
cens: Hæc locutus est Ioab, & hæc respon-
31 dit mihi. * Dixitq. ei rex. Fac sicut locutus
est: & interfice eum, & sepeli, & amouebis
sanguinem innocentem, qui effusus est à Io-
32 ab, à me, & domo patris mei. * Et reddet
Dñs sanguinem eius super caput eius, quia
interfecit duos viros iustos, melioresq. se, &
occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorã-
F te, [g] Abner filium Ner principem militiæ Is-
rael, & [h] Amasam filium Iether principem [g] 2. Reg.
33 exercitus Iuda: * & reuertetur sanguis illo- 3.e.27.
rum in caput Ioab, & in caput seminis eius [h] 2. Reg.
in sempiternũ. Dauid autẽ, & semini eius, 20.c.9.
& domui, & throno illius sit pax vsque in
34 æternum à Domino. * Ascendit itaque Ba-
naias filius Ioiadæ, & egressus eum interfe-
cit: sepultusque est in domo sua in deserto.
35 * Et constituit rex Banaiam filium Ioiadæ
pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotẽ
36 posuit pro Abiathar. * Misit quoque rex, &
vocauit Semei, dixitq. ei: Aedifica tibi do-
mũ in Ierusalẽ, & habita ibi, & non egredie-
37 ris inde huc atque illuc. * Quacũque autem
die egressus fueris, & transieris Torrentẽ Ce-
dron, scito te interficiendum, sanguis tuus
38 erit super caput tuũ. * Dixitq Semei regi: Bo
nus sermo, sicut locutus est dominus meus
rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit ita-
39 que Semei in Ierusalem diebus multis. * Fa-
ctum est autem post annos tres vt fugerent
serui Semei ad Achis filium Maacha regem
Geth: nunciatũq. est Semei quod serui eius
40 essent in Geth. * Et surrexit Semei, & strauit
asinum suum, iuitq. ad Achis in Geth ad re-
quirendum seruos suos, & adduxit eos de
41 Geth. * Nunciatum est autem Salomoni q
isset Semei in Geth de Ierusalẽ, & redisset.
42 * Et mittens vocauit eum, dixitq. illi: Non-
ne testificatus sum tibi per Dominũ, & præ-
dixi tibi: Quacumque die egressus, ieris huc
& illuc, scito te esse moriturum? Et respõdi-
43 sti mihi: Bonus sermo, quem audiui. * Qua-
re ergo non custodisti iusiurandum Dñi, &
præ-

præceptum,quod præceperam tibi? * Dixit 44
que rex ad Semei : Tu nosti omne malum,
cuius tibi conscium est cor tuum , quod feci-
sti Dauid patri meo: reddidit Dominus ma-
litiam tuam in caput tuum . * Et rex Salo- 45
mon benedictus , & thronus Dauid erit sta-
bilis coram Domino vsque in sempiternum.
* Iussit itaque rex Banaiæ filio Ioadæ : qui
egressus, percussit eum,& mortuus est.

CAP. III.

2. Par. 1. a. 1.

C Onfirmatum est igitur regnum in ma- 1
nu Salomonis , & affinitate coniunctus A
est Pharaoni regi Ægypti:accepit namq. fi-
liam eius, & adduxit in ciuitate Dauid , do-
nec compleret ædificans domum suam , &
domum Domini , & murũ Ierusalẽ per cir-
cuitum . * Attamen populus immolabat in 2
excelsis : nõ enim ædificatum erat templum
nomini Domini vsque in diem illum. * Di- 3
lexit autem Salomon Dominum , ambulans
in præceptis Dauid patris sui , excepto quod
in excelsis immolabat, & accendebat thy-
miama. * Abijt itaque in Gabaon, vt im- 4
molaret ibi : illud quippe erat excelsum ma-
ximum: mille hostias in holocaustum obtu-
lit Salomon super altare illud in Gabaon.
* Apparuit autem Dominus Salomoni per 5
somnium nocte, dicens : Postula quod vis,
vt dem tibi. * Et ait Salomon : Tu fecisti 6
cum seruo tuo Dauid patre meo misericor-
diam magnam , sicut ambulauit in cõspectu
tuo in veritate, & iustitia , & recto corde te-
cum:custodisti ei misericordiam tuam gran-
dem, & dedisti ei filium sedentem super
thronum eius, sicut est hodie.* Et nunc Do- 7
mine Deus, tu regnare fecisti seruum tuum
pro Dauid patre meo : ego autem sum puer B
paruulus, & ignorans egressum , & introitũ
meum. * Et seruus tuus in medio est popu- 8
li,quem elegisti,populi infiniti, qui numera-
ri, & supputari non potest præ multitudi-

2. Par. 1.c.10.

ne * Dabis ergo seruo tuo cor docile,vt po- 9
pulum tuum iudicare possit, & discernere
inter bonum , & malum , quis enim poterit
iudicare populum istum, populum tuum
hunc multum? * Placuit ergo sermo coram 10
Domino, quod Salomõ postulasset huiusce-
modi rem. * Et dixit Dominus Salomoni : 11
Quia postulasti verbum hoc, & non petisti
tibi dies multos, nec diuitias, aut animas
inimicorũ tuorum , sed postulasti tibi sapiẽ-
tiam ad discernendum iudicium:* ecce feci 12
tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi
cor sapiens, & intelligens, in tantum, vt nul-
lus ante te similis tui fuerit, nec post te sur-

Sap. 7. b.11. Matt. 6. d.29.

recturus sit.* Sed & hæc,quæ non postula- 13
sti,dedi tibi: diuitias scilicet,& gloriã, vt ne- C
mo fuerit similis tui in regibus cunctis retrò
diebus.*Si autem ambulaueris in vijs meis, 14
& custodieris præcepta mea,& mãdata mea,
sicut ambulauit pater tuus , longos faciam
dies tuos. * Igitur euigilauit Salomon,& in- 15
tellexit,quod esset somnium:cumque venis-
set Ierusalem , stetit coram arca fœderis Do-
mini,& obtulit holocausta, & fecit victimas
pacificas, & grande conuiuium vniuersis fa-
16 mulis suis . * Tunc venerunt duæ mulieres
17 meretrices ad regem,steteruntq. coram eo,*
quarum vna ait: Obsecro,mi Domine,ego &
mulier hæc habitabamus in domo vna, &
18 peperi apud eã in cubiculo:* Tertia autẽ die
post quã ego peperi peperit & hæc,& eramus
simul,nullusque alius nobiscum in domo,ex-
19 ceptis nobis duabus . * Mortuus est autem
filius mulieris huius nocte , dormiens quip-
20 pe oppressit eum. * Et consurgens intempe-
stæ noctis silentio , tulit filium meum de la-
tere meo ancillæ tuæ dormientis , & colloca-
uit in sinu suo : suum autem filium,qui erat
21 mortuus,posuit in sinu meo.* Cumque sur-
rexissem mane vt darem lac filio meo,appa-
D ruit mortuus: quem diligentius intuens cla-
ra luce , deprehendi non esse meum quem
22 genuerã.* Responditque altera mulier. Non
est ita, vt dicis, sed filius tuus mortuus est ,
meus autem viuit . Econtrario illa dicebat;
Mentiris: filius quippe meus viuit , & filius
tuus mortuus est . Atque in hunc modum
23 contendebant coram rege. * Tunc rex ait:
Hæc dicit filius meus viuit, & filius tuus
mortuus est. Et ista respondit, Non, sed fi-
24 lius tuus mortuus est,meus autem viuit. *
Dixit ergo Rex: Afferte mihi gladium. Cũq.
25 attulissent gladium coram rege. * Diuidite,
inquit,infantem viuum in duas partes,&
date dimidiam partem vni,& dimidiam par
26 tem alteri. *Dixit autem mulier:cuius filius
erat viuus,ad regem: (commota sunt quippe
viscera eius super filio suo) Obsecro domi-
ne,date illi infantem viuum,& nolite interfi
cere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi,
27 nec tibi sit,sed diuidatur. * Respondit rex ,
& ait:Date huic infantem viuum,& non oc-
28 cidatur:hæc est enim mater eius. * Audiuit
itaque omnis Israel iudicium quod iudicas-
set rex,& timuerunt regem, videntes sapien
tiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

CAP. IV.

1 E Rat autem Rex Salomon regnans super
2 omnem Israel:* & hi principes quos ha-
A bebat Azarias filius Sadoc sacerdotis : * E-
3 lihoreph,& Aia filij Sisa scribæ : Iosaphat fi-
4 lius Ahilud à commentarijs: * Banaias filius
Ioadæ super exercitum : Sadoch autem , &
5 Abiathar sacerdotes.* Azarias filius Nathan
super eos,qui assistebãt regi: Zabud, filius Na
6 than sacerdos,amicus regis: * & Ahisar præ-
positus domus: & Adonirã filius Abda sup
7 tributa.* Habebat autẽ Salomon duodecim
prefectos super oẽm Israel,qui prebebãt an-
nonã regi,& domui eius:per singulos n.mẽ-
ses in anno, singuli necessaria ministrabant.
8 * Et hæc nomina eorũ: Benhur,in monte E-
9 phraim.* Bẽdecar,ĩ Macces,& in Salebim,&
10 in Bethsames,& in Elõ,& in Bethanã.* Bẽ-
hesed

hesed in Aruboth : ipsius erat Socho,& om-
nis terra Epher. * Benabinadab, cuius om- 11
nis Nephathdor , Tapheth filiam Salomo- B
nis habebat vxorẽ. * Bana filius Ahilud re- 12
gebat Thanac, & Mageddo, & vniuersam
Bethsan , quæ est iuxta Sarthana subter Iez-
rahel,à Bethsan vsque Abel mehula è regio-
ne Iecmaan.* Bengaber in Ramoth Galaad: 13
habebat Auothiair filij Manasse in Galaad,
ipse præerat in omni regione Argob, q̃ est in
Basan,sexaginta ciuitatib. magnis,atque mu-
ratis,quæ habebant seras æreas * Ahinadab 14
filius Addo præerat ĩ Manaim. * Achimaas 15
in Nephthali : sed & ipse habebat Basemath
filiã Salomonis in coniugio . * Baana filius 16
Husi,in Aser,& in Baloth. * Iosaphat filius 17
Pharue,in Issachar.*Semei filius Ela,in Be- 18
niamin. * Gaber filius Vri,in terra Galaad, 19
in terra Seon regis Amorrhæi, & Og regis
Basan , super omnia quæ erant in illa terra
* Iuda, & Israel innumerabiles, sicut arena C

Ecc.47. c.16.

maris in multitudine : comedentes, & bibẽ- 20
tes,atque lætantes.* Salomõ autem erat in 21
ditione sua , habens omnia regna à flumine
terræ Philisthijm vsque ad terminum Æ-
gypti : offerentium sibi munera , & seruien-
tium ei cunctis diebus vitæ eius . * Erat au- 22
tem cibus Salomonis per dies singulos tri-
ginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ,
* decem boues pingues, & viginti boues pa- 23
scuales, & centũ arietes, excepta venatione
ceruorũ,caprearũ,atque bubalorũ, & auium
altilium . * Ipse enim obtinebat omnem re- 24
gionem, quæ erat trans flumen , à Thapsa
vsque ad Gazan,& cunctos reges illarum re-
gionum : & habebat pacem ex omni parte
in circuitu . * Habitabatque Iuda: & Israel 25
absq. timore vllo , vnusquisq. sub vite sua ,
& sub ficu sua, à Dan vsque Bersabee cun-

2. Par. 9.d.25.

ctis diebus Salomonis. * Et habebat Salo- 26
mon quadraginta millia præsepia equorum
currilium , & duodecim millia equestrium .
* Nutriebantq. eos supradicti regis p̃fecti : 27
sed, & necessaria mensæ regis Salomonis cũ D
ingenti cura præbebant in tẽpore suo.* Hor 28
deũ quoque,& paleas equorũ , & iumento-
rũ deferebant in locũ,vbi erat rex , iuxta cõ-
stitutum sibi : Dedit quoque Deus sapientiã 29
Salomoni,& prudentiã multam nimis,& la-
titudinẽ cordis quasi arenam,quę est in litto-
re maris. * Et præcedebat sapientia Salomo 30
nis sapientiã omnium Orientaliũ, & Ægyp-

Ec. 47. c.16.

tiorum, * & erat sapientior cunctis homi- 31
nibus sapientior Ethan Ezrahita, & Hemã ,
& Chalcol,& Dorda filijs Mahol:& erat no-
minatus in vniuersis gentibus per circuitum.
* Locutus est quoque Salomon tria millia 32
parabolas: & fuerunt carmina eius quinque
& mille . * Et disputauit super lignis à ce- 33
dro,quæ est in Libano. vsq. ad hyssopũ,quæ
egredietur de pariete : & disseruit de iumẽ-
tis , & volucribus , & reptilibus , & piscibus
* Et veniebant de cunctis populis ad audiẽ- 34
dam sapientiã Salomonis,& ab vniuersis re-
gibus terræ,qui audiebant sapientiam eius.

CAP. V.

1 M Isit quoque Hirã rex Tyri seruos suos
A ad Salomonem:audiuit enim quòd ip
sum vnxissent regem pro patre eius: quia a-
micus fuerat Hiram Dauid omni tempore.
2 * Misit autẽ Salomon ad Hiram,dicẽs: * Tu
3 scis voluntatem Dauid patris mei , & quia
non potuerit ædificare domũ nomini Do-
mini Dei sui propter bella imminentia per
circuitum, donec daret Dominus eos sub ve-
4 stigio pedum eius. * Nunc autem requiem
dedit Dominus Deus meus mihi per circui-
tum , & non est satan, neq occursus malus .

2. Reg. 7.b.13. 1. Para. 22. c.10.

5 * Quamobrem cogito ædificare templum
nomini Dñi Dei mei, sicut locutus est Dñs
Dauid patri meo , dicẽs : Filius tuus quẽ da-
B bo pro te super solium tuum , ipse ædifica-
6 bit domum nomini meo . * Præcipe igitur
vt præcidant mihi serui tui cedros de Liba-
no , & serui mei sint cum seruis tuis : mer-
cedem autem seruorum tuorum dabo tibi
quamcunque petieris ; scis enim quomodo
nõ est in populo meo vir,qui nouerit ligna
7 cædere sicut Sidonij. * Cum ergo audisset
Hirã verba Salomonis, lætatus est valdè , &
ait: Benedictus Dominus Deus hodie , qui
dedit Dauid filium sapientissimum super
8 populum hunc plurimum . * Et misit Hirã
ad Salomonem, dicens : Audiui quæcunque
mandasti mihi : ego faciam omnem volũta-
9 tem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis.* Ser
ui mei deponent ea de Libano ad mare: &
ego componã ea in ratibus in mari vsq ad
locum,quem significaueris mihi , & applica-
bo ea ibi , & tu tolles ea : præbebisque neces-
10 saria mihi,vt detur cibus domui meæ.* Ita
C que Hirã dabat Salamoni ligna cedrina , &
ligna abiegna , iuxta omnẽ voluntatẽ eius.
11 * Salomõ autem præbebat Hiram coros tri-
tici,viginti millia,in cibũ domui eius , & vi-
ginti coros purissimi olei : hæc tribuebat Sa-
12 lomon Hiram per singulos annos . * De-

Sup. 3. b.12.

dit quoque Dominus sapientiam Salomoni,
sicut locutus est ei : & erat pax inter Hiram
& Salomonem , & percusserunt ambo fœ-
13 dus .* Elegitque rex Salomon operarios de
D omni Israel , & erat indictio triginta millia
14 virorum. * Mittebatq. eos in Libanum,de-
cem millia per mẽses singulos vicissim , ita
vt duobus mensibus essent in domib. suis ,
& Adoniram erat super huiuscemodi indi-
15 ctione . * Fueruntq; Salomoni septuaginta
millia eorum,qui onera portabant , & octo-
16 ginta millia latomorum in monte . * absque
præpositis, qui præerant singulis operibus ,
numero trium millium , & trecẽtorum præ-
cipientium populo,& his qui faciebant opus.
17 * Præcepitq. rex , vt tollerent lapides gran-
des,lapides pretiosos in fundamentum tem-
18 pli, & quadrarent eos : * quos dolauerũt cę-
mentarij Salomonis , & cęmentarij Hiram :
porrò Giblij præparauerunt ligna , & lapi-
des ad ædificandam domum .

Q TEM.

TEMPLVM SINE TECTO cum porticu sua.



ab Longitudo L X. cubitorum.
ac Latitudo X X. cubitorum.
de Altitudo X X X. cubitorum.
fg Porticus ante templum X X. cubitorum longitudinis, & X. cubitorum latitudinis.
h Fenestræ obliquæ, siue laxiores intrinsecus, & extrinsecus arctæ.
K Tabulata per gyrum tria, siue appendices: quarum vna quinque cubitos latitudinis habebat: media sex: suprema, septem, singula altitudinis quinque cubitorum.
m n o Retractationes, siue reductiones in muro templi, quibus innitebantur capita trabium. Vocamus Gallicè retraiectis. Pro quibus trabes vertit Interpres.
p Cochlea.
q Sanctum sanctorum, siue oraculum, cuius longitudo, & latitudo erant X X. cubitorum: altitudo autem cubitorum X X. quod dum dicimus, eam partem altitudinis intelligimus, quæ solo auro erat tecta: nam alij decem cubiti erant tecti lapillis pretiosis, & auro.
r Templum siue sanctum, pro foribus oraculi, X L. cubitorum longitudinis.
s Arca fœderis.
t Cherubim duo, X. cubitorum altitudinis.
v Ostiola, siue valuæ in introitu oraculi.
x Velum quod distinguebatur Sanctum à Sancto sanctorum, 2. Par. 3. Matt. 27.
y Locus ostij templi: quod ideo non expressit pictor, ne reliquæ picturæ officeret.
z Candalebra decem, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram. 2. Paral. 4.
a a Mensæ decem.
bb Altare Thymiamatis.

TEM-

TEMPLVM TECTVM CVM PORTICV SVA, atrio Sacerdotum, & atrio Populi.



a Atrium interius, quod & atrium sacerdotum dicitur.
b Altare holocausti, longitudinis, & latitudinis, viginti cubitorum, & decem latitudinis.
c Labra, siue luteres, 2. Paral. 4.
d Mare 2. Paral. 4.
e Atrium populi, quod basilica, siue basilica grandis. 1. Paralip. 4. & 6. dicitur. & Act. 3. Porticus Salomonis. Hoc atrium nomine templi sæpe intelligitur in Nouo testamento, vt Matt. 21. Act. 3. In hoc atrio concionabatur CHRISTVS, & ex eo vendentes, & ementes eiecit.
f Basis ænea, siue suggestum, longitudinis, & latitudinis quinque cubitorum, & altitudinis trium 2. Paral. 6.
g Porta Orientalis, quæ porta Sur. 4. Reg. 2. & Porta fundamenti, 2. Paral. 23. dicitur. Hanc nonnulli putant esse, quæ Actorum tertio dicitur Porta speciosa: quod omniũ portarum Orientalis esset pulcherrima,
h Porta Meridionalis.
i Porta Septentrionalis.

CAP. VI.

1 A FActum est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum
Israel de Terra Ægypti, in anno quarto, mẽse Zio, (ipse est mensis secundus) regni Salo-
monis super Israel, ædificari cœpit domus
2 domino. * Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos
in latitudine, & triginta cubitos in altitudi-
3 ne. * Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram
latitudinis tẽpli: & habebat decem cubitos
4 latitudinis ante faciem templi. * Fecitque in
5 templo fenestras obliquas. * Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi
6 & oraculi, & fecit latera in circuitu. * Tabu-

latum, quod fubter erat, quinque cubitos ha-
bebat latitudinis, & medium tabulatum fex
cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum
feptem habens cubitos latitudinis. Trabes
autem pofuit in domo per circuitum forin-
fecus, vt non hærerent muris templi. * Do- 7
mus autem cum ædificaretur, de lapidi-
bus dolatis, atque perfectis ædificata eft: &
malleus, & fecuris, & omne ferramentum
non funt audita in domo cum ædificaretur.
* Oftium lateris medij in parte erat domus 8
dextræ: & per cochleam afcendebant in me-
dium cœnaculum, & à medio in tertium. * B
Et ædificauit domum, & confummauit eã: 9
texit quoque domum laquearibus cedrinis.
* Et ædificauit tabulatum fuper omnem 10
domum quinque cubitus altitudinis, & ope-
ruit domum lignis cedrinis. * Et factus eft 11
fermo Domini ad Salomonem, dicens: * Do 12
mus hæc, quam ædificas, fi ambulaueris in
præceptis meis, & iudicia mea feceris, & cu-
ftodieris omnia mandata mea, gradiens per
ea: firmabo fermonem meum tibi, "quem
locutus fum ad Dauid patrem tuum. *" Et 13
habitabo in medio filiorum Ifrael, & non
derelinquam populum meum Ifrael. * Igitur 14
ædificauit Salomon domum, & confumma-
uit eam. * Et ædificauit parietes domus in- 15
trinfecus, tabulis cedrinis, à pauimento do-
mus vfque ad fummitatem parietum,
& vfque ad laquearia: operuit lignis cedrinis
intrinfecus: & texit pauimentum domus ta-
bulis abiegnis. * Ædificauitque viginti cubi- 16
torum ad pofteriorem partem templi tabu-
lata cedrina, à pauimento vfque ad fuperio-
ra: & fecit interiorem domum oraculi in San-
ctum Sanctorum. * Porrò quadraginta cubi- 17
torum erat ipfum templum pro foribus o-
raculi. * Et cedro omnis domus intrinfecus 18
veftiebatur, habens tornaturas, & iuncturas
fuas fabrefactas & cælaturas eminentes: om- C
nia cedrinis tabulis veftiebantur: nec omni-
no lapis apparere poterat in pariete. * Ora- 19
culum autem in medio domus, in interiori
parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis
Domini. * Porrò oraculum habebat viginti 20
cubitos longitudinis, & viginti cubitos lati-
tudinis, viginti cubitos altitudinis: & operuit
illud atque veftiuit auro puriffimo: fed &
altare veftiuit cedro. * Domum quoque an- 21
te oraculum operuit auro puriffimo, & affi-
xit laminas clauis aureis. * Nihilque erat in 22
templo quod non auro tegeretur: fed & to-
tum altare, & oraculi texit auro. * Et fecit in 23
oraculo duos cherubim de lignis oliuarum,
decem cubitorum altitudinis. * Quinque 24
cubitorum ala cherub vna, & quinque cubi-
torum ala cherub altera: id eft, decem cubi-
tos habentes à fummitate alæ vnius vfque ad
alæ alterius fummitatem. * Decem quoque 25
cubitorum erat cherub fecundus: in menfu-
ra pari, & opus vnum erat in duobus cheru-
bim, * id eft, altitudinem habebat vnus che- 26
rub decem cubitorum, & fimiliter cherub fe-
cundus. * Pofuitque cherubim in medio tẽ- 27

" 2.Reg. 7.c.17.
" 1. Par. 22.b.9.

D pli interioris: extendebant autem alas fuas
cherubim, & tangebat ala vna parietem, &
ala cherub fecundi tangebat parietem alterũ:
alæ autem alteræ in media parte templi, fe
28 inuicem contingebant. * Texit quoque che-
29 rubim auro. * Et omnes parietes templi per
circuitum fculpfit varijs celaturis, & torno: &
fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas
varias, quafi prominentes de pariete, & egre-
30 dientes. * Sed & pauimentum domus texit
31 auro intrinfecus, & extrinfecus. * Et in ingref
fu oraculi fecit oftiola de lignis oliuarũ, po-
32 ftefq. angulorum quinque. * Et duo oftia de
lignis oliuarum: & fculpfit in eis picturam
cherubim, & palmarũ fpecies, & anaglypha
valde prominentia: & texit ea auro: & ope-
ruit tam cherubim, quam palmas, & cetera
33 auro. * Fecitque in introitu templi poftes de
34 lignis oliuarum quadrangulatos. * & duo o-
ftia de lignis abiegnis altrinfecus: & vtrum-
que oftium duplex erat, & fe inuicem tenens
35 aperiebatur. * Et fculpfit cherubim, & pal-
mas, & cælaturas valde eminentes: operuitq.
omnia laminis aureis opere quadro ad regu-
36 lam. * Et ædificauit atrium interius tribus
ordinibus lapidum politorum, & vno ordi-
37 ne lignorum cedri. * Anno quarto fundata
38 eft domus Domini in menfe Zio: * & in an-
no vndecimo mẽfe Bul (ipfe eft menfis octa-
uus) perfecta eft domus in omni opere fuo,
& in vniuerfis vtenfilibus fuis: ædificauitque
eum annis feptem.

CAP. VII.

1 DOmum autem fuam ædificauit Salo-
A mon" tredecim annis, & ad perfectum
2 vfque perduxit. * Ædificauit quoque domũ
faltus Libani centum cubitorum longitudi-
nis, & quinquaginta cubitorum latitudinis,
& triginta cubitorum altitudinis: & qua-
tuor deambulacra inter columnas cedrinas:
ligna quippe cedrina exciderat in columnas.
3 * Et tabulatis cedrinis veftiuit totam came-
ram, quæ quadraginta quinque columnis fu-
ftentabatur. Vnus autem ordo habebat co-
4 lumnas quindecim * contra fe inuicem pofi-
5 tas, * & è regione fe refpicientes, æquali fpa-
tio inter columnas, & fuper columnas qua-
6 drangulata ligna in cunctis æqualia. * Et
porticum columnarum fecit quinquaginta
cubitorum longitudinis, & triginta cubi-
torum latitudis: & alteram porticum in
facie maioris porticus: & columnas, & epi-
7 ftylia fuper columnas. * Porticum quoque
folij, in qua tribunal eft, fecit: & texit lignis
cedrinis à pauimento, vfque ad fummita-
8 tem. * Et domuncula, in qua fedebatur ad
iudicandum, erat in media porticu, fimili o-
pere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis
("quam vxorem duxerat Salomon) tali ope-
9 re, quali & hanc porticum. * Omnia lapidi-
B bus pretiofis, qui ad normam quandam, atq.
menfuram tam intrinfecus, quam extrinfe-
fecus

" Infr. 10.
" Sup. a.3.



cus ferrati erant: à fundamento vfq. ad fũ-
mitatem parietum, & extrinfecus vfque ad
atrium maius. * Fundamenta autem de lapi- 10
dibus pretiofis, lapidibus magnis decem fiue
octo cubitorum. * Et defuper lapides pretio- 11
fi æqualis menfuræ fecti erant, fimiliterq. de
cedro. * Et atrium maius rotundum triũ or- 12
dinum de lapidibus fectis, & vnius ordinis
de dolata cedro: necnon, & in atrio domus
13 Domini interiori, & in porticu domus. * Mi-
fit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de
14 Tyro, * filiũ mulieris viduę de tribu Neph-
thali, patre Tyrio artificem ærarium, & ple-
num fapientia, & intelligentia, & doctrina
ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum
veniffet ad regem Salomonem, fecit omne



opus eius. * Et finxit duas columnas æreas, 15
decẽ & octo cubitorũ altitudinis columnam
vnam: " & linea duodecim cubitorũ ambie- C
bat columnam vtramque. * Duo quoque ca- 16
pitella fecit, quæ ponerentur fuper capita co-
lumnarum, fufilia ex ære: quinque cubitorũ
altitudinis capitellum vnum, & quinque cu-
17 bitorum altitudinis capitellum alterum: * &

" Ier. 52. c. 21.

quaſi in modum retis, & catenarum ſibi in-
uicem miro opere contextarum. Vtrumque
capitellum columnarum fuſile erat: ſeptena
verſuum retiacula in capitello vno, & ſepte-
na retiacula in capitello altero. * Et perfecit 18
columnas, & duos ordines per circuitum re-
tiaculorum ſingulorum, vt tegerent capitel-
la, quæ erant ſuper ſummitatem malograna-
torum: eodem modo fecit, & capitello ſecũ-
do. * Capitella autem, quæ erant ſuper capita 19
columnarum, quaſi opere lilij fabricata erant
in porticu quatuor cubitorũ. * Et rurſum alia 20
capitella in ſummitate columnarum deſuper
iuxta menſuram columnæ contra retiacula:
malogranatorum autẽ ducenti ordines erãt
in circuitu capitelli ſecundi. * Et ſtatuit duas 21
columnas in porticu templi: cumq. ſtatuiſſet
columnam dexterã, vocauit eam nomine Ia-
chin: ſimiliter erexit columnam ſecundam: &
vocauit nomen eius Booz. * Et ſuper capita 22
″ 2. Par. 4. a. 2. columnarum opus in modum lilij poſuit: p- D
fectũq. eſt opus columnarum.″ * Fecit quoq. 23
mare fuſile decem cubitorum à labio, vſq. ad
labium, rotundum in circuitus quinq. cubito-
rum altitudo eius, & reſticula triginta cubi-
24 bitorum cingebat illud per circuitũ. * Et ſcul
ptura ſubter labiũ circuibat illud decẽ cubi-
tis ambiens mare: duo ordines ſculpturarum
25 ſtriatarũ erant fuſiles. * Et ſtabat ſuper duo-
decim boues, è quibus tres reſpiciebant ad A-
quilonẽ, & tres ad occidentem, & tres ad Me
ridiem, & tres ad Orientẽ, & mare ſuper eos
deſuper erat: quorũ poſteriora vniuerſa in-
26 trinſecus latitabant. * Groſſitudo autẽ lute-
ris, triũ vnciarum erat, labiumque eius, quaſi
labium calicis, & foliũ repandi lilij: duo mil-
27 lia batos capiebat. * Et fecit decem baſes æ-
neas, quatuor cubitorũ lõgitudinis baſes ſin-
gulas, & quatuor cubitorum latitudinis, &
28 trium cubitorũ altitudinis. * Et ipſum opus
baſium, in terraſile erat: & ſculpturę inter iũ-
29 cturas. * Et inter coronulas & plectas leones
& boues, & cherubim: & in iuncturis ſimili-
ter deſuper: & ſubter leones, & boues quaſi



lora ex ære dependentia. * Et quatuor rotæ 30
per baſes ſingulas, & axes ęrei: & per quatuor
partes quaſi humeruli ſubter luterem fuſiles,
contra ſe inuicem reſpectantes. * Os quoq. lu- 31
teris intrinſecus erat in capitis ſummitate: &
quod forinſecus apparebat, vnius cubiti erat E
totum rotundum, pariterq. habebat vnum
cubitum, & dimidium: in angulis autem co-
lumnarum variæ cælaturæ erant: & media
intercolumnia quadrata nõ rotunda. * Qua- 32
tuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos
baſis erant, cohærebant ſibi ſubter baſim: vna
rota habebat altitudinis cubitum, & ſemis. * 33
Tales autem rotæ erant quales ſolent in cur-
ru fieri: & axes earum, & radij, & canthi, &
34 modioli, omnia fuſilia. * Nam, & humeruli
illi quatuor per ſingulos angulos baſis vnius,
35 ex ipſa baſi fuſiles, cõiuncti erant. * In ſum-
mitate aũt baſis erat quædam rotunditas di-
midij cubiti, ita fabrefacta, vt luter deſuper
poſſet imponi, habẽs cælaturas ſuas, variaſq.
36 ſculpturas ex ſemetipſa. * Sculpſit quoque in
F tabulatis illis, quæ erant ex ære, & in angulis,
cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimi-
litudinem hominis ſtantis, vt non cęlata, ſed
37 appoſita per circuitum viderentur. * In hũc
modum fecit decẽ baſes, fuſura vna, & men-
38 ſura, ſculpturaq. conſimili. * Fecit quoq. de-
cẽ luteres æneos, quadraginta batos capiebat
luter vnus, eratque quatuor cubitorũ: ſingu-
los

les quoque luteres per ſingulas, id eſt, decem
baſes, poſuit. * Et conſtituit decem baſes, 39
quinque ad dexteram partẽ templi, & quin-
que ad ſiniſtrã: mare autem poſuit ad dex-
teram partem templi contra Orientem ad
Meridiem. * Fecit ergo Hirã lebetes, & ſcu- 40
tras, & hamulas, & perfecit omne opus re-
gis Salomonis in templo Domini. * Colum- 41
nas duas, & funiculos capitellorum ſuper ca
pitella columnarum duos: & retiacula duo,
vt operirent duos funiculos, qui erant ſuper
capita columnarum. * Et malogranata qua- 42
dringenta in duobus retiaculis: duos verſus
malogranatorum in retiaculis ſingulis, ad
operiendos funiculos capitellorum, qui erãt
ſuper capita columnarum. * Et baſes decem, 43
& luteres decẽ ſup baſes. * Et mare vnũ, & 44
boues duodecim ſubter mare. * Et lebetes, 45
& ſcutras, & hamulas omnia vaſa, quæ fecit G
Hiram regi Salomoni in domo Domini, de
aurichalcho erãt. * In campeſtri regione Ior- 46
danis fudit ea rex in argilloſa terra, inter So-
choth, & Sarthan. * Et poſuit Salomon om- 47
nia vaſa: propter multitudinem autẽ nimiã
non erat pondus æris. * Fecitque Salomon 48
omnia vaſa in domo Domini: altare aureũ,
& menſam, ſuper quam ponerentur panes
propoſitionis, auream: * & candelabra au- 49
rea, quinque ad dexteram, & quinque ad ſi-
niſtram contra oraculum ex auro puro: &
quaſi lilij flores, & lucernas deſuper aureas:
& forcipes aureos, * & hydrias, & fuſcinu- 50
las, & phiales, & mortariola, & thuribula, de
auro puriſſimo: & cardines oſtiorũ domus
interioris Sãcti ſanctorum, & oſtiorum do-
mus templi, ex auro erant. * ″ Et perfecit 51
″ 2. Par. 5. a. 1. omne opus, quod faciebat Salomon in do-
mo Domini, & intulit, quæ ſanctificauerat
Dauid pater ſuus, argẽtũ, & aurum, & vaſa,
repoſuitque in theſauris domus Domini.

CAP. VIII.

″ 2. Par. 5. a. 1. TVnc ″ congregati ſunt omnes maiores 1
natu Iſrael cum principibus tribuum, A
& duces familiarum filiorum Iſrael ad re-
gem Salomonẽ in Ieruſalẽ: vt deferrent arcã
fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id eſt, de
Sion. * Conuenitque ad regem Salomonem 2
vniuerſus Iſrael in mẽſe Ethanim, in ſolem-
ni die, ipſe eſt mẽſis ſeptimus. * Veneruntq. 3
cuncti ſenes de Iſrael, & tulerunt arcam ſa-
cerdotes, * & portauerunt arcam Domini, 4
& tabernaculum fęderis, & omnia vaſa San-
ctuarij, quæ erant in tabernaculo: & ferebant
eam ſacerdotes, & Leuitę. * Rex autem Salo- 5
mon, & omnis multitudo Iſrael, quæ conue-
nerat ad eum, gradiebatur cum illo, ante ar-
cam, & immolabant oues, & boues abſque
æſtimatione, & numero. * Et intulerunt ſa- 6
cerdotes arcam fęderis Dñi in locum ſuum,
in oraculum templi, in Sanctum ſanctorum
ſubter alas cherubim. * Si quidem cherubim 7
expandebant alas ſuper locum arcæ, & pro-
tegebant arcã, & vectes eius deſuper. * Cum- 8
que eminerent vectes, & apparerent ſummi-
tates eorum foris Sanctuarium, ante oracu-
lum, nõ apparebant vltra extrinſecus, qui &
9 fuerunt ibi vſque in præſentẽ diem, * in ar-
ca autem non erat aliud ″ niſi duæ tabulæ la- ″ Ex. 34. d. 27.
pideæ, quas poſuerat i ea Moyſes in Horeb, Heb. 9. a. 4.
quando pepigit Dominus fœdus cum filijs
Iſrael, cum egrederentur de Terra Ægypti.
10 * Factũ eſt autem, cum exiſſent ſacerdotes
B de Sanctuario, nebula impleuit domum Do-
11 mini, * & nõ poterãt ſacerdotes ſtare, & mi-
niſtrare propter nebulam, impleuerat enim
12 gloria Domini, domum Domini. * Tunc ait
Salomõ. ″ Dominus dixit, vt habitaret in ne- ″ 2. Par. 6. a. 1.
13 bula. * Ædificans ædificaui domum in ha-
bitaculum tuum, firmiſſimum ſoliũ tuũ in
14 ſempiternum. * Conuertit rex faciem ſuam,
& benedixit omni eccleſiæ Iſrael: omnis e-
15 nim eccleſia Iſrael ſtabat. * Et ait Salomon:
Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui locu-
tus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meũ, & in
16 manibus eius perfecit, dicens: * A die, qua e-
duxi populum meum Iſrael de Ægypto, nõ
elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael,
vt ędificaretur domus, & eſſet nomen meũ
ibi: ſed elegi Dauid, vt eſſet ſuper populum
17 meum Iſrael. * ″ Voluitq. Dauid pater meus ″ 2. Reg. 7. a. 5.
ædificare domum nomini Domini Dei Iſ-
18 rael: * & ait Dominus ad Dauid patrem
meum: Quod cogitaſti in corde tuo ædifica-
re domum nomini meo, bene feciſti hoc ip-
19 ſum mente tractans. * Veruntamen tu non
ædificabis mihi domum, ſed filius tuus, qui
egredietur de renibus tuis, ipſe ędificabit do
20 mum nomini meo. * Cõfirmauit Dominus
ſermonem ſuum, quem locutus eſt: ſtetique
pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronũ
Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: & ædifica-
21 ui domum nomini Domini Dei Iſrael. * Et
conſtitui ibi locum arcæ, in qua fędus Domi-
ni eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris,
22 quando egreſſi ſunt de Terra Ægypti. * Ste-
tit autẽ Salomon ante altare Domini in con-
C ſpectu eccleſiæ Iſrael, & expandit manus
23 ſuas in cęlum, * & ait: Domine Deus Iſrael,
non eſt ſimilis tui Deus in cęlo deſuper, &
ſuper terram deorſum: qui cuſtodis pactum
& miſericordiã ſeruis tuis, qui ambulabant
24 coram te in toto corde ſuo. * Qui cuſtodiſti
ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es
ei: ore locutus es, & manibus perfeciſti, vt
25 hæc dies probat. * Nũc igitur Domine Deus
Iſrael, cõſerua famulo tuo Dauid patri meo,
quæ locutus es ei, dicens. ″ Non auferetur de ″ 2. Reg. 7. b. 12.
te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum
Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viam
ſuam, vt ambulẽt coram me ſicut tu ambu-
26 laſti in conſpectu meo. * Et nunc Domine
Deus Iſrael firmẽtur verba tua, quæ locutus
27 es ſeruo tuo Dauid patri meo. * Ergo ne pu-
tandũ eſt, quod vere Deus habitet ſuper ter-
ram? ſi enim cęlum, & cęli cælorum te cape-
re non poſſunt, quanto magis domus hæc,
28 quã ædificaui? * Sed reſpice ad orationẽ ſer-
ui tui, & ad preces eius Domine Deus meus;

audi hymnum, & orationem, quam seruus
tuus orat coram te hodie: * vt sint oculi tui 29
aperti super domũ hanc nocte, ac die: super
[a]Deu.12 domum, de qua dixisti. [a] Erit nomen meum
b.11. ibi: vt exaudias orationem, quam orat in lo-
co isto ad te seruus tuus. * Vt exaudias de- 30
precationem serui tui, & populi tui Israel,
quo locumque orauerint in loco isto, & exau-
dies in loco habitaculi tui in cælo, & cum ex-
audieris, propitius eris. * Si peccauerit homo 31
in proximum suum, & habuerit aliquod iu-
D ramẽtum, quo teneatur astrictus: & venerit
propter iuramẽtum coram altari tuo in do-
mũ tuam, * tu exaudies in cælo: & facies, 32
& iudicabis seruos tuos, condemnans im-
pium, & reddens viam suam, super caput
eius, iustificansq; iustum, & retribuens ei se-
cundũ iustitiam suam: * Si fugerit populus 33
tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus
est tibi) & agentes pœnitentiam, & confiten-
tes nomini tuo, venerint, & orauerint, & de-
precati te fuerint in domo hac: * exaudi in 34
cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel,
& reduces eos in terram, quam dedisti patri-
bus eorum. * Si clausum fuerit cælum, & 35
non pluerit propter peccata eorum, & ora-
ntes in loco isto, pœnitentiam egerint nomi-
ni tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint pro-
pter afflictionẽ suã: * exaudi eos in cęlo, & 36
dimitte peccata seruorũ tuorum, & populi
tui Israel: & ostẽde eis viam bonam, per quã
ambulent, & da pluuiam super terrã tuam,
quam dedisti populo tuo in possessionem.
* Fames si oborta fuerit in terra: aut pestilẽ- 37
tia, aut corruptus aer, aut ęrugo, aut locusta,
vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius
portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infir-
mitas, * cũcta deuoratio, & imprecatio, quæ 38
acciderit omni homini de populo tuo Israel
si quis cognouerit plagã cordis sui, & expan-
derit manus suas in domo hac, * tu exau- 39
dies in cælo in loco habitationis tuæ, & re-
propitiaberis, & facies, vt des vnicuique se-
cundum omnes vias suas, sicut videris cor
E eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorũ
hominũ) * vt timeant te cunctis diebus, qui- 40
bus viuunt super faciem terræ, quam dedisti
patribus nostris, * Insuper, & alienigena, qui 41
nõ est de populo tuo Israel, cum venerit de
terra longinqua propter nomen tuũ, (audie-
tur enim nomen tuum magnum, & manus
tua fortis, & brachiũ tuum * extentum vbi- 42
que) cum venerit ergo, & orauerit in hoc lo-
co, * tu exaudies in cęlo, in firmamẽto habi- 43
taculi tui, & facies omnia, pro quib. inuoca-
uerit te alienigena: vt discant vniuersi popu-
li terrarũ nomẽ tuum timere, sicut populus
tuus Israel, & probent, quia nomẽ tuum in-
uocatum est super domũ hanc, quam ædifi-
caui. * Si egressus fuerit populus tuus ad bel- 44
lum cõtra inimicos suos, per viam, quocũq;
miseris eos, orabunt te cõtra viam ciuitatis,
quam elegisti, & contra domum, quam ędi-
ficaui nomini tuo, * & exaudies in cælo ora- 45
tiones eorũ, & preces eorum, & facies iudi-
46 cium eorũ. * Quòd si peccauerint tibi ([a] non [a] 2. Par.
est enim homo, qui non peccet) & iratus tra- 6. g. 36.
dideris eos inimicis suis, & captiui ducti fue- 1. Io. 1.
rint in terram inimicorum longè, vel prope, d. 8.
47 * & egerint pœnitẽtiam in corde suo in loco Eccle. 7.
captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint c. 21.
in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, ini-
48 que egimus, impie gessimus: * & reuersi fue-
rint ad te in vniuerso corde suo, & tota ani-
ma sua in terra inimicorũ suorum, ad quam
F captiui ducti fuerint: & orauerint te contra
viam terræ suę, quam dedisti patribus eorũ,
& ciuitatis quã elegisti, & templi quod ędifi-
49 caui nomini tuo: * exaudies ĩ cęlo in firma-
mento solij tui orones eorũ, & preces eorũ,
50 & facies iudicium eorum: * & propitiaberis
populo tuo, qui peccauit tibi, & omnib. ini-
quitatibus eorum, quibus pręuaricati sunt in
te: & dabis misericordiam coram eis, qui eos
51 captiuos habuerint, vt misereãtur eis. * Po-
pulus n. tuus est, & hereditas tua, quos eduxi-
sti de Terra Ægypti, de medio fornacis fer-
52 reæ. * Vt sint oculi tui aperti ad deprecatio-
nẽ serui tui, & populi tui Israel, & exaudias
53 eos in vniuersis, pro quib. inuocauerint te. *
Tu n. separasti eos tibi in hereditatẽ de vni-
uersis populis terræ, sicut locutus es p Moy-
sen seruum tuum, quãdo eduxisti patres no-
54 stros de Ægypto Domine Deus. * Factũ est
autẽ, cum complesset Salomon orans Dñm
omnẽ orationem, & deprecationẽ hanc, sur-
rexit de conspectu altaris Domini: vtrumq;
enim genu in terrã fixerat, & manus expan-
55 derat in cælũ * Stetit ergo, & benedixit om-
56 ni ecclesiæ Israel voce magna, dicẽs: * Bene-
dictus Dominus, qui dedit requiem populo
suo Israel, iuxta omnia, quæ locutus est: non
cecidit ne vnus quidẽ, sermo ex omnib. bo-
nis, quæ locutus est per Moysen seruũ suum
57 * Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut
fuit cum patribus nostris, non derelinquens
58 nos, neq; proijciens. * Sed incliner corda no-
stra ad se, vt ambulemus ĩ vniuersis vijs ei⁹,
& custodiamus mãdata eius, & ceremonias
eius, & iudicia quæcumq. mandauit patribus
59 nostris. * Et sint sermones mei isti, quib. de-
G precatus sum corã Domino, appropinquan-
tes Domino Deo nostro die, ac nocte, vt fa-
ciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel
60 per singulos dies: * vt sciant oẽs populi ter-
ræ, quia Dñs ipse est Deus, & non est vltra
61 absque eo. * Sit quoque cor nostrum perfe-
ctum cum Domino Deo nostro, vt ambule-
mus in decretis eius, & custodiamus mãda-
62 ta eius, sicut & hodie. * Igitur rex, & omnis
Israel cum eo, immolabant victimas coram
63 Domino. * Mactauitq. Salomon hostias pa-
cificas, quas immolauit Domino, boũ vigin-
ti duo millia, & ouiũ centum viginti millia
& dedicauerunt templum Domini rex, & fi-
64 lij Israel. * In die illa sanctificauit rex me-
dium atrij, quod erat ante domum Dñi: fe-
cit quippe holocaustũ ibi, & sacrificium, &
adipem pacificorũ: quoniam altare æreum,
quod erat coram Domino, minus erat, & ca-

pere

pere non poterat holocaustum, & sacrificiũ,
& adipem pacificorum. * Fecit ergo Salomõ 65
in tempore illo festiuitatẽ celebrem, & om-
nis Israel cũ eo, multitudo magna ab introi-
tu Emath vsque ad Riuum Ægypti, coram
Domino Deo nostro, septem diebus, & se-
ptem diebus, id est, quatuordecim diebus.
* Et in die octaua dimisit populos: qui bene- 66
dicentes regi profecti sunt in tabernacula
sua lætantes, & alacri corde super omnibus
bonis, quæ fecerat Dominus Dauid seruo
suo, & Israel populo suo.

CAP. IX.

1 FActum est autem cum perfecisset Salo-
mon ædificium domus Domini, & ędi-
A ficium regis, & omne quod optauerat, & vo-
luerat facere, * apparuit ei Dominus secundo 2
[b] 2. Par. 7 [b] sicut apparuerat ei in Gabaon. * Dixitq. Do- 3
c. 18. minus ad eũ: Exaudiui orationem tuam, &
Sup. 3. deprecationem tuam, quã deprecatus es co-
a. 5. ram me: sanctificaui domum hanc, quam
ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in
sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meũ
ibi in cunctis diebus. * Tu quoque si ambula- 4
ueris coram me, sicut ambulauit pater tuus,
in simplicitate cordis, & in æquitate: & fe-
ceris omnia, quæ præcepi tibi, & legitima
[a] 2. Reg. mea, & iudicia mea seruaueris, * [a] ponam 5
7. b. 12. thronum regni tui super Israel in sempiter-
c. 16. num, sicut locutus sum Dauid patri tuo, di-
cẽs. Nõ auferetur vir de genere tuo de solio
Israel. * Si autẽ auersione auersi fueritis vos, 6
& filij vestri, non sequentes me, nec custo-
dientes mandata mea, & ceremonias meas,
quas proposui vobis, sed abieritis, & colueri-
tis deos alienos, & adoraueritis eos: * aufe- 7
ram Israel de superficie terræ, quam dedi
eis: & templum, quod sanctificaui nomini B
meo, proijciam à conspectu meo, eritque
Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis
populis. * Et domus hæc erit in exemplum: 8
omnis, qui transierit per eam, stupebit, &
[b] Deu. 29. sibilabit, & dicet. [b] Quare fecit Dominus sic
d. 24. terræ huic, & domui huic? * Et respondebũt: 9
Ier. 22. Quia dereliquerunt Dominum Deum suũ,
c. 8. qui eduxit patres eorum de Terra Ægypti,
& secuti sunt deos alienos, & adorauerunt
eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Domi-
[c] 2. Par. nus super eos omne malum hoc. * [c] Exple- 10
8. a. 1. tis autem annis viginti postquam ędificaue-
rat Salomon duas domos, id est, domũ Do-
mini, & domum regis, * (Hiram rege Tyri 11
præbẽte Salomoni ligna cedrina, & abiegna,
& aurum iuxta omne, quod opus habũerat)
tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida
in Terra Galileę. * Et egressus est Hiram de 12
Tyro, vt videret oppida, quæ dederat ei Sa-
lomon, & nõ placuerunt ei, * & ait: Hæccine 13
sunt ciuitates, quas dedisti mihi frater? Et C
appellauit eas Terram chabul, vsq. in diem
hanc. * Misit quoque Hiram ad regem Salo- 14
monem centum viginti talenta auri. * Hæc 15
est summa expensarum, quam obtulit rex
Salomon ad ædificandam domum Domini
& domum suam, & Mello, & murum Ieru-
16 salẽ, & Hefer, & Mageddo, & Gazer. * Pha-
rao rex Ægypti ascendit, & cępit Gazer, suc-
cenditque eam igni: & Chananæum, qui ha-
bitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in
17 dotem filiæ suæ vxori Salomonis. * Ædifi-
cauit ergo Salomon Gazer, & Bethoron in-
18 feriorem, * & Baalath, & Palmirã in Terra
19 solitudinis. * Et omnes vicos, qui ad se per-
tinebant, & erant absque muro, muniuit, &
ciuitates curruum, & ciuitates equitum, &
quodcunq. ei placuit, vt ædificaret in Ieru-
salem, & in Libano, & in omni terra pote-
20 statis suæ. * Vniuersum populũ, qui re-
mãserat de Amorrhæis, & Hethæis, & Phe-
rezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt
21 de filijs Israel: * horum filios, qui reman-
serant in terra, quos scilicet non potuerant
filij Israel exterminare: fecit Salomon tri-
22 butarios, vsque in diem hanc. * De filijs au-
tem Israel non constituit Salomon seruire
quemquam, sed erant viri bellatores, & mi-
nistri eius, & principes, & duces, & præfecti
23 curruum, & equorum. * Erant autem prin-
cipes super omnia opera Salomonis præpo-
siti quingenti quinquaginta, qui habebant
subiectum populum, & statutis operibus
24 imperabant. * [a] Filia autẽ Pharaonis ascen- [a] 2. Par.
dit de ciuitate Dauid in domũ suã, quam 8. b. 11.
ædificauerat ei Salomon: tunc ædificauit
25 Mello. * Offerebat quoque Salomon tribus
vicibus per annos singulos holocausta, &
pacificas victimas super altare, quod ædifi-
cauerat Domino, & adolebat thymiama co-
ram Domino: perfectumque est templum.
26 * Classem quoque fecit rex Salomõ in Asion
gaber, quæ est iuxta Ailath in littore Maris
27 rubri, in Terra Idumææ. * Misitque Hiram
in classe illa seruos suos viros nauticos, &
28 gnaros maris, cum seruis Salomonis. * Qui
cum venissent in Ophir, sumptum inde au-
rum quadringentorum viginti talentorum,
detulerunt ad regem Salomonem.

CAP. X.

1 SEd [a] & Regina Saba, audita fama Salo-
A monis in nomine Domini, venit tentare
2 eum in ęnigmatibus. * Et ingressa Ierusalem
multo cũ comitatu, & diuitijs, camelis por-
tantibus aromata, & aurum infinitũ nimis,
& gemmas pretiosas, venit ad regem Salo-
monem, & locuta est ei vniuersa, quæ habe-
3 bat in corde suo. * Et docuit eam Salomon
omnia verba, quæ proposuerat: non fuit ser-
mo, qui regem posset latere, & non respon-
4 deret ei. * Videns autem regina Saba omnem
sapientiam Salomonis, & domum, quam æ-
5 dificauerat, * & cibos mensæ eius, & habita-
cula seruorum, & ordines ministrantiũ, ve-
stesque eorum, & pincernas, & holocausta,
quæ offerebat in domo Domini: non habe-
6 bat vltra spiritum, * dixitq. ad regem: Verus
7 est sermo, quem audiui in terra mea * super
sermonibus tuis, & super sapientia tua: &
non credebam narrantibus mihi, donec ipsa
veni,

veni, & vidi oculis meis, & probaui q̃ me-
dia pars mihi nunciata nõ fuerit: maior est B
sapientia, & opera tua, quàm rumor, quem
audiui.* Beati viri tui, & beati serui tui, qui 8
stant coram te semper, & audiunt sapientiã
tuam.* Sit Dominus Deus tuus benedictus, 9
cui complacuisti, & posuit te super thronũ
Israel, eo quòd dilexerit Dominus Israel in
sempiternum, & constituit te regem, vt face-
res iudicium, & iustitiam.* Dedit ergo regi 10
centũ viginti talenta auri, & aromata mul-
ta nimis, & gemmas pretiosas: non sunt al-
lata vltra aromata tam multa, quàm ea quæ
dedit regina Saba regi Salomoni. (* Sed & 11
[a] 2. Par. 9.c.10. [a] classis Hiram, quæ portabat aurum de
Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa
nimis, & gemmas pretiosas.* Fecitq. rex de 12
lignis thyinis fulcra domus Domini, & do-
mus regiæ, & citharas lyrasque cantoribus:
non sunt allata huiusmodi ligna thyina,
neque visa vsq. in præsentem diem. (* Rex 13
aũt Salomon dedit reginæ Saba omnia, quæ
voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vl-
tro obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa
est, & abijt in terram suam cum seruis suis:
* Erat aũt põdus auri, quod afferebatur Sa- 14
lomoni per annos singulos, sexcentorum se-
xaginta sex talentorum auri: * excepto eo, 15
quod afferebant viri, qui super vectigalia e-
rant, & negociatores, vniuersq; fruta ven-
dentes, & omnes reges Arabiæ, ducesque ter-
ræ.* Fecit quoque rex Salomon ducenta scu- 16
ta de auro purissimo, sexcẽtos auri siclos de-
dit in laminas scuti vnius.* Et trecentas pel- 17
tas ex auro probato: trecentæ minæ auri vnã
peltam vestiebant: posuitq. eas rex in domo
saltus Libani. * Fecit etiam rex Salomon 18
thronum de ebore grandem; & vestiuit eũ
19 auro fuluo nimis,* qui habebat sex gradus:
& summitas throni rotũda erat in parte po-
steriori: & duæ manus hinc atque inde te-
nẽtes sedile: & duo leones stabant iuxta ma-
20 nus singulas: * Et duodecim leuculi stan-
tes super sex gradus hinc atque inde: non est
21 factum tale opus in vniuersis regnis. * Sed
& omnia vasa, quibus potabat rex Salomõ,
erant aurea: & vniuersa supellex domus sal-
tus Libani de auro purissimo: non erat ar-
gentum, nec alicuius pretij putabatur in die-
22 bus Salomonis,* quia classis regis per mare
D cũ classe Hiram semel per tres annos ibat in
Tharsis, deferens inde aurum, & argentum,
& dentes elephantorum, & simias, & pa-
23 uos. * Magnificatus est ergo rex Salomon
super omnes reges terræ diuitijs, & sapien-
24 tia.* Et vniuersa terra desiderabat vultum
Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quã
25 dederat Deus in corde eius.* Et singuli de-
ferebant ei munera, vasa argentea, & aurea,
vestes, & arma bellica, aromata quoque, & 1. Par.
26 equos, & mulos per annos singulos.* [b] Con- 1.a. 14.
gregauitq. Salomon currus, & equites, & fa-
cti sunt ei mille quadringẽti currus, & duo-
decim millia equitum: & disposuit eos per
ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem.
27 * Fecitq. vt tanta esset abundantia argẽti in
Ierusalem, quanta, & lapidum, & cedrorum
præbuit multitudinẽ quasi sycomoros, quæ
28 nascuntur in campestribus.* Et educebã-
tur equi Salomoni de Ægypto, & de Coa.
Negociatores enim regis emebant de Coa,
29 & statuto pretio perducebant.* Egrediebã-
tur autem quadriga ex Ægypto sexcentis si-
clis argenti, & equus centum quinquaginta.
Atque in hunc modũ cuncti regis Hethæo-
rum, & Syriæ equos venundabant.

CAP.

CAP. XI.

[a] Deu. 17 d. 17. Eccl. 47. c. 21. [b] Exod. 34. b. 16.

REx aũt Salomon [a] adamauit mulieres 1
alienigenas multas, filiã quoq. Pharao- A
nis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idu-
mæas, & Sidonias, & Hethæas:* de gentibus, 2
super quib. dixit Dñs filijs Israel: [b] Non in-
grediemini ad eos, neq. de illis ingredientur
ad vestras: certissimè enim auertent corda
vestra vt sequamini deos earũ. His itaq. co-
pulatus est Salomon ardentissimo amore.
* Fueruntq. ei vxores quasi reginæ septingẽ- 3
te, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mu-
lieres cor eius.* Cũq. iam esset senex, depra- 4
uatũ est cor eius per mulieres, vt sequeretur
deos alienos: nec erat cor eius perfectum cũ
Dño Deo suo, sicut Dauid patris eius. * Sed 5
colebat Salomon Astarthen deam Sidonio-
rũ, & Moloch idolũ Ammonitarũ.* Fecitq. 6
Salomon quod non placuerat coram Dño, &
non adimpleuit vt sequeretur Dñm, sicut B
Dauid pater eius.* Tunc ædificauit Salomõ 7
fanum Chamos, idolo Moab, in monte, qui
est contra Ierusalẽ, & Moloch idolo filiorũ
Ammon.* Atq. in hunc modũ fecit vniuer- 8
sis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant
thura, & immolabãt dijs suis.* Igitur iratus 9
est Dñs Salomoni, quod auersa esset mens
eius a Dño Deo Israel, qui [c] apparuerat ei se-
cundò, * & præceperat de verbo hoc ne se- 10
queretur deos alienos, & nõ custodiuit, quę
mandauit ei Dñs.* Dixit itaq. Dñs Salomo- 11
ni: Quia habuisti hoc apud te, & nõ custodi-
sti pactum meum, & præcepta mea, quę mã-
dauì tibi, disrumpẽs scindam regnũ tuum,
& dabo illud seruo tuo.* [d] Verumtã in die- 12
bus tuis non faciam propter Dauid patrẽ C
tuum; de manu filij tui scindam illud, * nec 13
totũ regnũ auferã, sed tribum vnã dabo fi-
lio tuo propter Dauid seruũ meũ, & Ierusa-
14 lẽ, q̃ elegi.* Suscitauit aũt Dñs aduersarium
Salomoni Adad Idumæũ de semine regio,
15 qui erat in Edom.* [e] Cum n. esset Dauid in [e] 2. Reg.
Idumæa, & ascendisset Ioab princeps mili- 8. d. 14.
tiæ ad sepeliendum eos, qui fuerant interfe-
cti, & occidisset omne masculinum in Idu-
16 mæa (* sex enim, mensibus ibi moratus est
Ioab, & omnis Israel donec interimeret om-
17 ne masculinũ in Idumæa) * fugit Adad ip-
se, & viri Idumæi de seruis patris eius cum
eo, vt ingrederetur Ægyptũ: erat aũt Adad
18 puer paruulus.* Cũq. surrexisset de Madiã
venerunt in Pharan, tuleruntque secum vi-
ros de Pharan, & introierunt Ægyptum ad
Pharaonem regem Ægypti: qui dedit ei do-
mum, & cibos constituit, & terram delega-
19 uit.* Et inuenit Adad gratiam coram Pha-
raone valde: in tantum vt daret ei vxorem,
sororem vxoris suæ germanam Taphnes re-
20 ginæ.* Genuitque ei soror Taphnes Genu-
bath filium, & nutriuit eum Taphnes in
domo Pharaonis, eratq. Genubath habitans
21 apud Pharaonem cum filijs eius.* Cumque
audisset Adad in Ægypto, dormisse Dauid
cum patribus suis, & mortuum esse Ioab
principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte
22 me, vt vadam in terram meam.* Dixitque
ei Pharao: Qua enim re apud me indiges,
vt quæras ire ad terram tuam? At ille re-
23 spondit: Nulla: sed obsecro te vt dimittas
me.* Suscitauit quoque ei Deus aduersa-
rium Razon filium Eliada, qui fugerat Ada-
24 dezer regem Soba dominum suum: * & cõ-
E gregauit cõtra eum viros, & factus est prin-
ceps latronum cum interficeret eos Da-
uid: abieruntque Damascum, & habitaue-
runt

[c] Sup. 9. 2. 6. [d] Inf. 12. d. 15.

runt ibi,& cõſtituerunt eum regẽ in Dama-
ſco,*eratque aduerſarius Iſraeli cunctis die- 25
bus Salomonis: & hoc eſt malum Adad, &
odiũ contra Iſrael,regnauitq. in Syria.* Ie- 26
2.Par.13 roboam quoq. filius Nabath, Ephrathæus,
a.6. de Sareda, ſeruus Salomonis, cuius mater
erat nomine Sarua, mulier vidua: leuauit
manum contra regem.* Et hæc eſt cauſa re- 27
bellionis aduerſus eum,quia Salomon ædi-
ficauit Mello,& coæquauit voraginem ciui-
tatis Dauid patris ſui.* Erat autem Ieroboã 28
vir fortis,& potens: videnſq. Salomon adole
ſcentem bonæ indolis,& induſtrium, cõſti-
tuerat eum prefectum ſuper tributa vniuer
″2. Par. ſæ domus Ioſeph.* ″ Factum eſt igitur in 29
10.d.15. tẽpore illo,vt Ieroboam egrederet de Ieru-
ſalem,& inueniret eum Ahias Silonites pro-
pheta in via,opertus pallio nouo: erant aũt
duo tm̃ in agro.* Apprehẽdenſq. Ahias pal- 30
lium ſuum nouũ, quo coopertus erat,ſcidit
in duodecim partes.* Et ait ad Ieroboã: Tol 31
le tibi decem ſciſſuras: hæc enim dicit Dñs F
Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnũ de ma-
nu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.
* Porro vna tribus remanebit ei propter ſer- 32
uum meum Dauid,& Ieruſalem ciuitatem,
quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael: *eo 33
qđ dereliquerit me, & adorauerit Aſtarthẽ
deam, Sidoniorũ,& Chamos deũ Moab,&
Moloc deum filiorum Ammon: & nõ am-
bulauerit in vijs meis, vt faceret iuſtitiã co-
rã me, & præcepta mea,& iudicia ſicut Da-
uid pater eius.* Nec auferam omne regnũ 34
de manu eius,ſed ducem ponã eum cunctis
diebus vitæ ſuæ: propter Dauid ſeruũ meũ,
quem elegi, qui cuſtodiuit mandata mea,&
præcepta mea.* Auferam autem regnũ de 35
manu filij eius, & dabo tibi decem tribus:
*filio autem eius dabo tribum vnam,vt re- 36
maneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis
diebus coram me in Ieruſalem ciuitate,quã G
elegi vt eſſet nomen meum ibi.*Te autẽ aſ- 37
ſumã,& regnabis ſuper omnia, quæ deſide-
rat anima tua,eriſq. rex ſuper Iſrael.*Si igi- 38
tur audieris omnia, quæ præcepero tibi, &
ambulaueris in vijs meis,& feceris,quod re-
ctum eſt coram me, cuſtodiens mandata
mea, & præcepta mea, ſicut fecit Dauid ſer-
uus meus: ero tecũ, & ædificabo tibi domũ
fidelem, quõ ædificauit Dauid domum, &
tradã tibi Iſrael.* & affligam ſemen Dauid 39
ſuper hoc,verumtamen non cunctis diebus
* Voluit ergo Salomõ interficere Ieroboã: 40
qui ſurrexit, & aufugit in Ægyptũ ad Seſac
regem Ægypti, & fuit in Ægypto vſque ad
mortem Salomonis.* Reliquum autẽ ver- 41
borum Salomonis,& omnia quæ fecit,& ſa-
pientia eius: ecce vniuerſa ſcripta ſunt in Li
bro verborũ dierum Salomonis.* Dies au- 42
tem,quos regnauit Salomõ in Ieruſalem ſu-
per omnem Iſrael, quadraginta anni ſunt.
* Dormiuitque Salomon cum patribus ſuis 43
& ſepultus eſt in Ciuitate Dauid patris ſui,
regnauitque Roboam filius eius pro eo.

CAP. XII.

1 A V Enit autem Roboam in Sichem: illuc 2. Par.
enim congregatus erat omnis Iſrael ad 10.a.1.
2 conſtituendum eum regem.* At verò Iero-
boam filius Nabat, cũ adhuc eſſet in Ægy-
pto profugus a facie regis Salomonis, audita
3 morte eius, reuerſus eſt de Ægypto.* Miſe-
runtque,& vocauerũt eum: venit ergo Iero-
boam, & omnis multitudo Iſrael & locuti
4 ſunt ad Roboam, dicentes:* Pater tuus du-
riſſimum iugum impoſuit nobis: tu itaque
nunc imminue paululum de imperio patris
tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, quod
5 impoſuit nobis,& ſeruiemus tibi.* Qui ait
B eis: Ite vſq. ad tertium diem,& reuertimini
6 ad me. Cumq. abijſſet populus,*inijt conſi-
lium rex Roboam cum ſenioribus, qui aſſi-
ſtebant coram Salomone patre eius, cũ ad-
huc viueret,& ait: Quod datis mihi cõſiliũ,
7 vt reſpondeam populo huic?* Qui dixerũt
ei: Si hodie obedieris populo huic,& ſeruie-
ris,& petitioni eorum ceſſeris, locutuſq fue-
ris ad eos verba lenia, erunt tibi ſerui cun-
8 ctis diebus.*Qui dereliquit conſilium ſenũ,
quod dederant ei,& adhibuit adoleſcentes,
qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant il-
9 li,*dixitq.ad eos:Quod mihi datis conſiliũ,
vt reſpondeã populo huic, qui dixerũt mi-
hi: Leuius fac iugum quod impoſuit pater
10 tuus ſuper nos.* Et dixerunt ei iuuenes,qui
C nutriti fuerant cum eo: Sic loqueris populo
huic,qui locuti ſunt ad te, dicẽtes: Pater tuus
aggrauauit iugum noſtrum, tu releua nos
Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus
11 groſſior eſt dorſo patri mei.* Et nũc pater
meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego au
tem addam ſuper iugum veſtrum: pater
meus cecidit vos flagellis,ego autem cædam
12 vos ſcorpionibus;* Venit ergo Ieroboã,&
omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut
locutus fuerat rex dicens: Reuertimini ad
13 me die tertia:* Reſpõditq.rex populo dura,
derelicto cõſilio ſeniorũ, quod ei dederant
14 * & locutus eſt eis ſecundum conſilium iu-
uenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugũ
veſtrum,ego autem addam iugo veſtro:pa-
D ter meus cecidit vos flagellis, ego autem cæ-
15 dam vos ſcorpionibus.* Et non acquieuit
rex populo: quoniam auerſatus fuerat eum
Dominus,vt ſuſcitaret verbum ſuum, ″qđ ″Sup.11,
locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad f.31.
16 Ieroboam filium Nabat.* Videns itaque
populus quod noluiſſet eos audire rex, re-
ſpondit ei dicens: Quæ nobis pars in Dauid
vel quæ hæreditas in filio Iſai? Vade in ta-
bernacula tua Iſrael, nunc vide domũ tuam
Dauid.* Et abijt Iſrael in tabernacula ſua.
17 *Super filios autem Iſrael,quicumque habi
tabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboã,
18 * Miſit ergo rex Roboam Aduram,qui erat
ſuper tributa:& lapidauit eum omnis Iſrael
E & mortuus eſt. Porro rex Roboam feſti-
19 nus aſcendit currũ,& fugit in Ieruſalẽ:* re-
ceſſitque

ceſſitque Iſrael à domo Dauid, vſque in præ
ſentem diem.* Factum eſt autem cum au- 20
diſſet omnis Iſrael, quod reuerſus eſſet Iero
boam, miſerunt, & vocauerunt eum congre-
gato cœtu, & conſtituerunt eum regem ſu-
per omnem Iſrael, nec ſecutus eſt quiſquam
domum Dauid præter tribum Iuda ſolam.
* Venit autem Roboam Ieruſalem, & con- 21
gregauit vniuerſam domum Iuda, & tribũ
Beniamin, centum octoginta millia electo-
rum virorum bellatorum, vt pugnarent cõ-
tra domum Iſrael,& reducerẽt regnum Ro
″2. Par. boam filio Salomonis.* ″ Factus eſt autem 22
11.a.2. ſermo Domini ad Semeiam virum Dei, di-
cens.* Loquere ad Roboam filium Salomo- 23
nis regem Iuda,& ad omnẽ domũ Iuda, & F
Beniamin,& reliquos de populo, dicens: * 24
Hæc dicit Dominus: Non aſcendetis,neque
bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael
reuertatur vir in domũ ſuã,à me enim factũ
eſt verbũ hoc. Audierunt ſermonẽ Domini,
& reuerſi ſunt de itinere ſicut eis præceperat
Dominus.* Aedificauit autem Ieroboam 25
Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi:
& egreſſus inde ædificauit Phanuel.* Di- 26
xitq. Ieroboam in corde ſuo: Nunc reuerte-
tur regnum ad domum Dauid,*ſi aſcende- 27
rit populus iſte vt faciat ſacrificia in domo
Domini in Ieruſalem: & conuertetur cor po
puli huius ad dominum ſuum Roboam re-
″Tob.1. gem Iuda, interficientq. me, & reuertentur
a.5. ad eum.* ″ Et excogitato conſilio fecit duos 28
″Exod. vitulos aureos,& dixit eis: Nolite vltra aſcẽ-
32.b.8. dere in Ieruſalem: ″ Ecce dij tui Iſrael, qui G
te eduxerunt de Terra Aegypti.* Poſuitque 29
vnũ in Bethel,& alterum in Dan:* & factũ 30
eſt verbum hoc in peccatum: ibat enim popu
lus ad adorandum vitulum vſque in Dan * 31
″2. Par. Et fecit fana in excelſis,& ″ ſacerdotes de ex-
11.c.15. tremis populi,qui non erant de filijs Leui.* 32
Conſtituitque diem ſolemnem in menſe o-
ctauo, quintadecima die menſis in ſimilitu-
dinem ſolemnitatis, quæ celebrabatur in Iu-
da. Et aſcendens altare, ſimiliter fecit in Be-
thel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus
fuerat: conſtituitque in Bethel ſacerdotes ex-
celſorum, quæ fecerat.* Et aſcendit ſuper al- 33
tare quod extruxerat in Bethel, quintadeci-
ma die menſis octaui, quem finxerat de cor-
de ſuo:& fecit ſolemnitatem filijs Iſrael, &
aſcendit ſuper altare, vt adoleret incenſum.

CAP. XIII.

E T ecce vir Dei venit de Iuda in ſermo- 1
ne Domini in Bethel, Ieroboam ſtante A
ſuper altare, & thus iaciente.* Et exclama- 2
″4.Reg. uit contra altare in ſermone Domini, & ait:
23.d.17. Altare, altare, hæc dicit Dominus. ″ Ecce fi-
lius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine,&
immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum,
qui nunc in te thura ſuccendunt, & oſſa ho-
minum,ſuper te incendet.* Deditque in illa 3
die ſignum: dicens: Hoc erit ſignum quod lo
cutus eſt Dominus; Ecce altare ſcindetur,&
4 effundetur cinis qui in eo eſt.* Cumque au-
diſſet rex ſermonem hominis Dei, quem in-
clamauerat contra altare in Bethel, extendit
B manum ſuam de altari, dicens: Apprehendi-
te eum. Et exaruit manus eius, quam exten-
derat contra eum: nec valuit retrahere eam
5 ad ſe.* Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus
eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod prædi-
6 xerat vir Dei in ſermone Domini.* Et ait rex
ad virum Dei: Deprecare faciẽ Domini Dei
tui,& ora pro me vt reſtituatur manus mea
mihi. Orauitque vir Dei faciem Domini,&
reuerſa eſt manus regis ad eum, & facta eſt
7 ſicut prius fuerat.* Locutus eſt autem rex ad
virum Dei: Veni mecum domum vt pran-
8 deas,& dabo tibi munera.* Reſponditq. vir
Dei ad regem: Si dederis mihi mediam par-
tem domus tuæ,non veniam tecum, nec co-
medam panẽ: neq. bibam aquam in loco iſto:
9 * ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone
C Domini præcipientis: Non comedes panem,
neq. bibes aquam,nec reuerteris per viã, qua
10 veniſti.* Abijt ergo per aliam viam, & non
11 eſt reuerſus per iter,quo venerat in Bethel.*
Prophetes autem quidam ſenex habitabat in
Bethel,ad quem venerunt filij ſui, & narra-
uerunt ei omnia opera,quæ fecerat vir Dei il
la die in Bethel: & verba quæ locutus fuerat
12 ad regem,narrauerunt patri ſuo.* Et dixit
eis pater eorum: Per quam viam abijt? Oſten
derunt ei filij ſui viam, per quam abierat vir
13 Dei qui venerat de Iuda.* Et ait filijs ſuis:
Sternite mihi aſinum. Qui cum ſtrauiſſent,
14 aſcendit,*& abijt poſt virum Dei,& inuenit
eum ſedentem ſubtus terebinthum: & ait
D illi: Tu ne es vir Dei,qui veniſti de Iuda? Re-
15 ſpondit ille: Ego ſum.* Dixitque ad eum:
Veni mecum domum, vt comedas panem.
16 * Qui ait: Non poſſum reuerti,neque venire
tecum, nec comedam panem, neque bibam
17 aquam in loco iſto:* quia locutus eſt Do-
minus ad me in ſermone domini, dicens:
Non comedes panem, & non bibes aquam
18 ibi,nec reuerteris per viam,qua ieris.* Qui
ait illi: Et ego propheta ſum ſimilis tui: &
angelus locutus eſt mihi in ſermone Domi-
ni,dicens: Reduc eum tecum in domum
tuam, vt comedat panem, & bibat aquam,
19 Fefellit eum,* & reduxit ſecum: comedit er-
20 go panem in domo eius,& bibit aquã.* Cũ-
que ſederent ad mẽſam,factus eſt ſermo Do
mini ad prophetam, qui reduxerat eum.
21 * Et exclamauit ad virum Dei qui venerat
E de Iuda, dicens: Hæc dicit Dominus: Quia
non obediens fuiſti ori Domini, & nõ cuſto-
diſti mandatum, quod præcepit tibi Domi-
22 nus Deus tuus,* & reuerſus es,& comediſti
panem, & bibiſti aquam in loco,in quo præ-
cepit tibi ne comederes panem, neque bibe-
res aquam, non inferetur cadauer tuum in
23 ſepulchrum patrũ tuorum.* Cumq. come-
diſſet,& bibiſſet, ſtrauit aſinum ſuum pro-
24 phetæ,quem reduxerat.* Qui cum abijſſet,
inuenit eũ leo in via,& occidit, & erat cada-
uer eius proiectum in itinere; aſinus autem
ſtabat

ftabat iuxta illum, & leo ftabat iuxta cada-
uer. * Et ecce, viri trāſeūtes viderūt cadauer 25
proiectum in via, & leonem ftantem iuxta
cadauer. Et venerunt, & diuulgauerunt in
ciuitate, in qua prophetes ille ſenex habita-
bat.* Quod cum audiſſet propheta ille, qui 26
reduxerat eū de via, ait, Vir Dei eſt, qui ino- F
bediens fuit ori Domini, & tradidit eū Do-
minus leoni, & confregit eum, & occidit iux-
ta verbum Domini, quod locutus eſt ei.
* Dixitque ad filios ſuos: Sternite mihi aſi- 27
num. Qui cū ſtrauiſſent,* & ille abijſſet, in- 28
uenit cadauer eius proiectū in via, & aſinū,
& leonem ſtantes iuxta cadauer: non come-
dit leo de cadauere, nec læſit aſinū. * Tulit er 29
go prophetes cadauer viri Dei, & poſuit il-
lud ſuper aſinū, & reuerſus intulit in ciuita-
30 tē prophetæ ſenis vt plāgeret eū.* Et poſuit
cadauer eius in ſepulchro ſuo: & planxerunt
31 eum: Heu heu mi frater. * Cumque planxiſ
G ſent eum, dixit ad filios ſuos: Cum mortuus
fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir
Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa
32 mea. * Profectò enim veniet ſermo, quem
prædixit in ſermone Domini contra altare
quod eſt in Bethel, & contra omnia fana ex-
celſorum, quæ ſunt in vrbibus Samariæ.
33 * Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboā
de via ſua peſſima, ſed è contrario fecit de
nouiſſimis populi ſacerdotes excelſorum,
quicumque volebat, implebat manum ſuā,
34 & fiebat ſacerdos excelſorum. * Et propter
hanc cauſam peccauit domus Ieroboam, &
euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.



CAP. XIV.

IN tempore illo ęgrotauit Abia filius Iero- 1
boam.* Dixitq. Ieroboam vxori ſuæ: Sur- 2
ge, & commuta habitum, ne cognoſcaris A
"Sup.11. f.31. quod ſis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi
eſt Ahias propheta," qui locutus eſt mihi, q.
regnaturus eſſem ſuper populum hūc.* Tol 3
le quoque in manu tua decem panes, & cru-
ſtulam, & vas melle, & vade ad illum: ipſe e-
nim indicabit tibi quid euenturum ſit puero
huic. * Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: & 4
conſurgens abijt in Silo, & venit in domum
Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caliga-
uerant oculi eius præ ſenectute. * Dixit au- 5
tē Dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboā B
ingreditur vt conſulat te ſuper filio ſuo, qui
ægrotat, hæc, & hæc loqueris ei. Cū ergo illa
intraret, & diſſimularet ſe eſſe quæ erat,* au 6
diuit Ahias ſonitum pedū eius introeuntis
per oſtium, & ait: Ingredere vxor Ieroboam:
quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſ-
7 ſus ſum ad te durus nuncius. * Vade, & dic
Ieroboam: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael:
Quia exaltauit te de medio populi: & dedit
8 te ducē ſuper populum meū Iſrael: * & ſci-
di regnum domus Dauid, & dedi illud tibi,
& nō fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cu-
ſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in
C toto corde ſuo, faciens quod placitū eſſet in
9 conſpectu meo: * ſed operatus es mala ſu-
per omnes, qui fuerunt ante te, & feciſti tibi
deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracun-
diam prouocares, me autem proieciſti poſt
10 corpus tuum: * idcirco ecce ego inducā ma-
la ſuper domum Ieroboā, & " percutiam de "Inf.15. f.29.
Ieroboam mingentem ad parietem, & clau-
ſum, & nouiſſimum in Iſrael: & mundabo
reliquias domus Ieroboam, ſicut mundari
11 ſolet fimus vſque ad purum. * Qui mortui
fuerint de Ieroboā in ciuitate, comedent eos
canes: qui autem mortui fuerint in agro, vo-
rabunt eos aues cæli: quia Dominus locutus
eſt.

eſt. * Tu igitur ſurge, & vade in domū tuā: 12
& in ipſo introitu pedum tuorum in vrbē,
morietur puer,* & planget eū omnis Iſrael, 13
& ſepeliet: iſte enim ſolus inferetur de Iero- D
boam in ſepulchrū, quia inuentus eſt ſuper
eo ſermo bonus à Domino Deo Iſrael, in do
mo Ieroboam. * Conſtituet autem ſibi Do- 14
minus regem ſuper Iſrael, qui percutiet do-
mum Ieroboam in hac die, & in hoc tempo-
re:* & percutiet Dominus Deus Iſrael: ſicut 15
moueri ſolet arundo in aquam: & euellet Iſ-
rael de terra bona hac, quam dedit patribus
eorum, & ventilabit eos trans Flumen: quia
fecerunt ſibi lucos, vt irritarent Dn̄m. * Et 16
tradet Dominus Iſrael propter peccata Iero-
boam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael. * 17
Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abijt, &
venit in Therſa: cumque illa ingrederetur li-
men domus, puer mortuus eſt,* & ſepelie- 18
runt eum. Et planxit eum omnis Iſrael iux-
ta ſermonem Domini, quem locutus eſt in
manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ. * Reliqua 19
autem verborum Ieroboam, quomodo pu-
gnauerit, & quomodo regnauerit, ecce ſcri-
pta ſunt in Libro verborum dierum regum
Iſrael. * Dies autem, quibus regnauit Iero- 20
"2. Par. 12.a.13. boam, viginti duo anni ſunt: & dormiuit cū E
patribus ſuis: regnauitque Nadab filius eius
pro eo. * " Porrò Roboam filius Salomonis 21
regnauit in Iuda. Quadraginta, & vnius an-
ni erat Roboam, cum regnare cępiſſet: decē,
& ſeptem annis regnauit in Ieruſalem ciui-
tate, quam elegit Dominus vt poneret nomē
ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. No-
men autem matris eius Naama Ammanitis.
* Et fecit Iudas malum coram Domino, & 22
irritauerunt eum ſuper omnibus, quæ fece-
rant patres eorum in peccatis ſuis, qui pec-
cauerunt: * Aedificauerunt enim, & ipſi 23
ſibi aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem
collem excelſum, & ſubter omnem arborem
frōdoſam: * ſed & effeminati fuerunt in ter 24
ra, feceruntque omnes abominationes gen-
tium, quas attriuit Dominus ante faciem fi-
liorum Iſrael. * In quinto autem anno re- 25
gni Roboam, aſcendit Seſac rex Aegypti in
Ieruſalem, * & tulit theſauros domus Do- 26
mini: & theſauros regios, & vniuerſa diri-
puit: ſcuta quoque aurea, quæ fecerat Salo-
"Sup. 10 c.16. mon: * " pro quibus fecit rex Roboam ſcu- 27
ta ærea, & tradidit ea in manum ducum ſcu- G
tariorum, & eorum qui excubabant ante
oſtium domus regis. * Cumque ingrede- 28
retur rex in domum Domini, portabant ea
qui præeundi habebant officium: & poſtea
reportabant ad armentarium ſcutariorum.
* Reliqua autem ſermonum Roboam, & 29
omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in Libro
ſermonum dierum regum Iuda. * Fuit- 30
que bellum inter Roboam, & Ieroboam cun
ctis diebus. * Dormiuitque Roboam cum 31
patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciui-
tate Dauid: nomen autem matris eius Naa-
ma Ammanitis: & regnauit Abiam filius e-
ius pro eo.

CAP. XV.

1 IGitur in octauo decimo anno regni Iero-
A boam filij Nabat: regnauit Abiam ſuper
2 Iudam.* Tribus annis regnauit in Ieruſalē: "2. Par. 13.a.2.
" nomen matris eius Maacha filia Abeſſalō.
3 * Ambulauitque in omnibus peccatis patris
ſui, quæ fecerat ante eum: erat cor eius perfe-
ctum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid
4 patris eius.* Sed propter Dauid dedit ei Do
minus Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt
ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret
5 Ieruſalem: * eo quod feciſſet Dauid rectum
B in oculis Domini, & non declinaſſet ab om-
nibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ
6 ſuæ, "excepto ſermone Vriæ Hethæi. * At- "2. Reg. 11.a.4.
tamen bellum fuit inter Roboam, & Iero-
7 boam omni tempore vitæ eius. * Reliqua
autem ſermonum Abiam, & omnia quæ fe-
cit, nonne hæc " ſcripta ſunt in Libro verbo- "2. Par. 13.a.1.
rum dierum regum Iuda? Fuitque præ-
8 lium inter Abiam, & inter Ieroboam. * Et
dormiuit Abiam cum patribus ſuis, & ſe-
pelierunt eum in ciuitate Dauid: " regna- "2. Par. 14.a.1.
9 uitque Aſa filius eius pro eo. * In anno er-
go vigeſimo Ieroboam regis Iſrael regnauit
10 Aſa rex Iuda,* & quadraginta, & vno anno
regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius
11 Maacha, filia Abeſſalom. * Et fecit Aſa re-
ctum ante conſpectum Domini, ſicut Da-
12 uid pater eius: * & abſtulit effeminatos de
C terra, purgauitq. vniuerſas ſordes idolorum,
13 quæ fecerant patres eius.* Inſuper, & Maa-
cham matrem ſuam amouit, ne eſſet prin-
ceps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem
conſecrauerat, ſubuertitque ſpecum eius, &
confregit ſimulachrum turpiſſimum, &
14 combuſſit in Torrente Cedron: * excelſa
autem non abſtulit. Verumtamen cor Aſa
perfectum erat cum Domino cunctis die-
15 bus ſuis:* & intulit ea, quæ ſanctificauerat
pater ſuus, & vouerat, in domum Domini,
16 argentum, & aurum, & vaſa. * Bellum au-
tem erat inter Aſa, & Baaſa regem Iſrael cū-
17 ctis diebus eorum: * " Aſcendit quoque "2. Par. 16.a.1.
Baaſa rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Ra-
ma, vt non poſſet quiſpiam egredi vel in-
18 gredi de parte Aſa regis Iuda. * Tollens
itaque omne argentum, & aurum, quod re-
manſerat in theſauris domus regiæ, & dedit
D illud in manus ſeruorum ſuorum: & miſit
ad Benadad filium Tabremon filij Hezion,
regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, di-
19 cens:* Fœdus eſt inter me, & te, & inter pa-
trem meum, & patrem tuum: ideo miſi tibi
munera argentum, & aurum: & peto vt ve-
nias, & irritum facias fędus, quod habes
20 cum Baaſa rege Iſrael, & recedat à me.* Ac-
quieſcens Benadad regi Aſa miſit principes
exercitus ſui in ciuitates Iſrael, & percuſſe-
runt Ahion, & Dan, & Abeldomum Maa-
cha, & vniuerſam Cenneroth, omnem ſci-
21 licet Terram Nephthali. * Quod cum au-
diſſet Baaſa, intermiſit ædificare Rama, &
reuer-

reuersus est in Thersa.* Rex autē Asa nun- 22
cium misit in omnem Iudam dicens: Nemo
sit excusatus, & tulerunt lapides de Ra-
ma,& ligna eius, quibus ædificauerat Baasa,
& extruxit de eis rex Asa Gabaa Benjamin,
& Maspha. * Reliqua autem omnium ser- 23
monum Asa, & vniuersæ fortitudines eius,
& cuncta, quæ fecit, & ciuitates,quas extru-
xit,nonne hæc scripta sunt in Libro verbo-
rum dierum regum Iuda? Verumtamen in
tempore senectutis suæ doluit pedes. * Et 24
dormiuit cum patribus suis, & sepultus est
[a] 2. Par. 17.a.1. cum eis in Ciuitate Dauid patris sui. [a] Re-
gnauitque Iosaphat filius eius pro eo. * Na- 25
dab verò filius Ieroboam regnauit super Is-
rael anno secundo Asa regis Iuda: regna-
uitque super Israel duobus annis. * Et fecit 26
quod malum est in conspectu Domini, &
ambulauit in vijs patris sui, & in peccatis
eius, quibus peccare fecit Israel.* Insidiatus 27
est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Is-
sachar,& percussit eum in Gebbethon, quæ
est vrbs Philisthinorum: siquidem Nadab,
& omnis Israel obsidebant Gebbethon.
* Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio 28
Asa regis Iuda,& regnauit pro eo. * Cūque 29
[a] Inf. 22. f. 21. regnasset, [a] percussit omnem domum Iero-
boam: non dimisit ne vnam quidem ani-
mam de semine eius, donec deleret eū iux-
[b] Sup. 14. c. 10. ta verbum Domini, [b] quod locutus fuerat
in manu serui sui Ahiæ Silonitis, * propter 30
peccata Ieroboam,quæ peccauerat,& quibus G
peccare fecerat Israel: & propter delictum,
quo irritauerat Dominum Deum Israel.
* Reliqua autem sermonum Nadab,& om- 31
nia,quæ operatus est,nonne hæc scripta sunt
in Libro verborum dierum regum Israel?
* Fuitque bellum inter Asa, & Baasa regem 32
Israel cunctis diebus eorum. * Anno tertio 33
Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ,
super omnem Israel in Thersa viginti qua-
tuor annis. * Et fecit malum coram Domi- 34
no, ambulauitque in via Ieroboam, & in
peccatis eius,quibus peccare fecit Israel.

CAP. XVI.

FActus est autem sermo Domini ad Iehu 1
filium Hanani contra Baasa, dicens: A
* Pro eo, ꝙ exaltaui te de puluere, & posui 2
te ducem super populū meum Israel, tu au-
tem ambulasti in via Ieroboā, & peccare fe-
cisti populum meū Israel, vt me irritares in
peccatis eorum: * ecce, ego demetam poste- 3
riora Baasa, & posteriora domus eius: & fa-
ciam domum tuam sicut domum Ieroboā
[a] Sup. 15. g. 29. filij Nabat. * [a] Qui mortuus fuerit de Baa- 4
sa in ciuitate, comedent eum canes: & qui
mortuus fuerit ex eo in regione, comedent
[a] 2. Par 16.a.2. cum volucres cæli. * [a] Reliqua autem ser- 5
monum Baasa, & quæcumque fecit,& præ-
lia eius, nonne hæc scripta sunt in Libro B
verborum dierum regum Israel? * Dormi- 6
uit ergo Baasa cum patribus suis, sepultus-
que est in Thersa: & regnauit Ela filius eius
7 pro eo.* Cum autem in manu Iehu filij Ha-
nani prophetæ verbum Domini factum es-
set contra Baasa, & contra domum eius, &
contra omne malum, quod fecerat coram
Domino,ad irritandū eum in operibus ma-
nuum suarum, vt fieret sicut domus iero-
boam: ob hanc causam occidit eum,hoc est,
8 Iehu filium Hanani,prophetam.* Anno vi-
gesimo sexto Asa regis Iuda,regnauit Ela
filius Baasa, super Israel in Thersa duobus
9 annis.* Et rebellauit contra eum seruus suus
Zambri, dux mediæ partis æquitum: erat
autem Ela in Thersa bibens, & temulentus
10 in domo Arsa præfecti Thersa.* [a] Irruens [a] 4. Reg. 9. f. 31.
ergo Zambri,percussit, & occidit eum anno
C vigesimo septimo Asa regis Iuda, & regna-
11 uit pro eo.* Cumq. regnasset,& sedisset su-
per solium eius, percussit omnem domum
Baasa, & non dereliquit ex ea mingentem
ad parietem,& propinquos & amicos eius.
12 * Deleuitque Zambri omnem domum Baa-
sa,iuxta verbum Domini, quod locutus fue-
13 rat ad Baasa in manu Iehu prophetæ, * pro-
pter vniuersa peccata Baasa, & peccata Ela
filij eius,qui peccauerunt,& peccare fecerunt
Israel prouocantes Dommum Deum Israel
14 in vanitatibus suis. * Reliqua autem serme-
D monum Ela, & omnia quæ fecit nonne hæc
scripta sunt in Libro verborum dierum re-
15 gum Israel? * Anno vigesimo septimo Asa
regis Iuda, regnauit Zambri septem diebus
in Thersa:porrò exercitus obsidebat Gebbe-
16 thon vrbem Philisthinorum. * Cumque
audisset rebellasse Zambri,& occidisse regē,
fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat
princeps militiæ super Israel in die illa in ca-
17 stris. * Ascendit ergo Amri,& omnis Israel
cum eo de Gebbethon, & obsidebant Ther-
18 sa, * Videns autem Zambri, quod expu-
gnanda esset ciuitas,ingressus est palatium,
& succendit se cum domo regia: & mortuus
19 est in peccatis suis,* quæ peccauerat faciens
malum coram Domino, & ambulans in via
Ieroboam,& in peccato eius,quo fecit pecca-
20 re Israel. Reliqua autem sermonum Zam-
E bri, & insidiarum eius,& tyrannidis,nonne
hæc scripta sunt in Libro verborum dierum
21 regum Israel? * Tunc diuisus est populus
Israel in duas partes: media pars populi se-
quebatur Thebni filium Gineth, vt consti-
22 tueret eum regem: & media pars Amri. *
Præualuitque autem populus,qui erat cum Am-
ri,populo,qui sequebatur Thebni filium Gi-
neth: mortuusq. est Thebni,& regnauit Am-
23 ri.* Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda
regnauit Amri super Israel,duodecim annis:
24 in Thersa regnauit sex annis.* Emitq; mon-
tem Samariæ a Somer duobus talentis argē-
ti:& ædificauit eum, & vocauit nomen ciui-
tatis, quam extruxerat, nomine Semer Dñi
25 montis Samariam. * Fecit autē Amri malū
F in conspectu Dñi,& operatus est nequiter su-
26 per omnes,qui fuerunt ante eū. * Ambula-
uitq in omni via Ieroboā filij Nabat, & in
peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: vt
irri-

irritaret Dñm Deū Israel in vanitatib. suis.
* Reliqua autem sermonum Amri, & præ- 27
lia eius quæ gessit nonne hæc scripta sunt in
Libro verborum dierū regū Israel? * Dor- 28
miuitque Amri cum patribus suis, & sepul-
tus est in Samaria: regnauitque Achab filius
eius pro eo.* Achab verò filius Amri regna- 29
uit super Israel anno trigesimo octauo, Asa
regis Iuda. Et regnauit Achab filij Amri su-
per Israel in Samaria viginti, & duobus an-
nis. * Et fecit Achab filij Amri malū in cō- 30
spectu Domini super omnes, qui fuerūt an- G
te eū. * Nec sufficit ei vt ambularet in pec- 31
catis Ieroboā filij Nabat:insuper duxit vxo-
rē Iezabel filiā Ethbaal regis Sidoniorū. Et
32 abijt,& seruiuit Baal,& adorauit eum. * Et
posuit aram Baal in templo Baal,quòd ædi-
33 ficauerat in Samaria, * & plantauit lucum,
& addidit Achab in opere suo,irritās Domi-
nū Deum Israel super omnes reges Israel,
34 qui fuerunt ante eum. * [b] In diebus eius æ- [b] Ios. 6. d. 26.
dificauit Hiel de Bethel, Iericho in Abiram
primitiuo suo fundauit eam: & in Segub no
uissimo suo posuit portas eius:iuxta verbum
Domini,quod locutus fuerat in manu Iosue
filij Nun.

CAP. XVII.

Eccl. 48. a. 1. Iac. 5. d. 17. ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus 1
Galaad ad Achab. Viuit Dominus Deus A
Israel,in cuius conspectu sto,si erit annis his
ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. * Et 2
factum est verbum Domini ad eum,dicens:
* Recede hinc,& vade contra Orientem, & 3
abscondere in Torrente carith: qui est con-
tra Iordanem,* & ibi de torrente bibes: cor- 4
uisq. præcepi vt pascant te ibi. * Abijt ergo.& 5
fecit iuxta verbum Domini: cumque abijsset,
sedit in Torrente carith,q est cōtra Iordanē.
* Corui quoque deferebant ei panem,& car- 6
nes mane,similiter panem,& carnes vesperi,
& bibebat de torrente * Post dies autem sic- 7
catus est torrens:non enim pluerat super ter
ram.* Factus est ergo sermo Domini ad eum 8
dicens:Surge,& vade in Sarephta Sidoniorū, B
[a] Luc. 4. d. 26. & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri vi- 9
duæ vt pascat te.* [a] Surrexit,& abijt in Sare- 10
phta. Cumque venisset ad portam ciuitatis,
apparuit ei mulier vidua colligens ligna, &
vocauit eam,dixitque ei, Da mihi paululum
11 aquæ in vase,vt bibam.* Cumque illa perge-
ret, vt afferret,clamauit post tergum eius,di
cens: Affer mihi,obsecro, & buccellam panis
12 in manu tua.* Quæ respondit: Viuit Domi-
nus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi
quantū pugillus capere potest farinæ in hy-
dria,& paululum olei in lecytho: en colligo
duo ligna vt ingrediar,& faciam illū mihi,&
13 filio meo vt comedamus,& moriamur.* Ad
C quam Elias ait: Noli timere,sed vade, & fac
sicut dixisti: veruntamen mihi primum fac
de ipsa farina subcinericiuum panem paruu-
lum,& affer ad me: tibi autē,& filio tuo fa-
14 cies postea. * Hæc autem dicit Dominus
Deus Israel: Hydria farina non deficiet, nec
lecythus olei minuetur vsque ad diē, in qua
Dominus daturus est pluuiam super faciem
15 terræ. * Quæ abijt, & fecit iuxta verbum
Eliæ, & comedit ipse,& illa, & domus eius:
16 & ex illa die * hydria farinæ non defecit,
& lecythus olei non est imminutus, iuxta
verbū Domini, quod locutus fuerat in ma-
17 nu Eliæ.* Factum est autem post hæc,ægro-
tauit filius mulieris matris familias, & erat
languor fortissimus, ita vt nō remaneret in
R eo

eo halitus. * Dixit ergo ad Eliam: Quid mi- 18
hi.& tibi vir Dei? ingressus ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres D
filium meum? * Et ait ad eam Elias: Da mi- 19
hi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius,
& portauit in cænaculum vbi ipse manebat,& posuit super lectulum suum. * Et cla- 20
mauit ad Dominum,& dixit: Domine Deus
meus,etiam ne viduam,apud quam ego vt-
cumque sustẽtor, afflixisti vt interficeres fi-
lium eius? * Et expandit se, atque mensus 21
est super puerum tribus vicibus, & clama-
uit ad Dominũ,& ait: Domine Deus meus,
reuertatur obsecro anima pueri huius in
viscera eius. * Et exaudiuit Dominus vocẽ 22
Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eũ, &
reuixit. * Tulitq; Elias puerum,& deposuit 23
eum de cænaculo in inferiorẽ domum, &
tradidit matri suæ, & ait illi: En viuit filius
tuus. * Dixitq: mulier ad Eliã: Nunc,in isto 24
cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum
Domini in ore tuo verum est.

CAP. XVIII.

POst dies multos factum est verbum Do- 1
mini ad Eliam,in anno tertio dicens: A
Vade,& ostende te Achab, vt dem pluuiam
super faciem terræ. * Iuitergo Elias, vt ostẽ- 2
deret se Achab erat autem fames vehemens
in Samaria. * Vocauitque Achab Abdiam 3
dispensatorem domus suæ: Abdias autẽ ti-
mebat Dominum valdè. * Nam cum in 4
terficeret Iezabel prophetas Domini tulit
ille centum prophetas, & abscondit eos quin
quagenos, & quinquagenos in speluncis, &
pauit eos pane, & aqua: * Dixit ergo Achab 5
ad Abdiam: Vade in terrã ad vniuersos fon-
tes aquarum, & in cũctas valles, si forte pos-
simus inuenire herbam,& saluare equos, &
mulos,& nõ penitus iumenta intereat. * Di- 6
uiseruntq; sibi regiones, vt circuirent eas: A-
chab ibat per viam vnam, & Abdias per viã B
altera seorsum. * Cumque esset Abdias in 7
via, Elias occurrit ei: qui cum cognouisset
eum, cecidit super faciem suam,& ait: Num
tu es, domine mi, Elias? * Cui ille respon- 8
dit: Ego. vade, & dic domino tuo: Adest
Elias, * Et ille, Quid peccaui, inquit, quo- 9
niam tradis me seruum tuum in manu A-
chab, vt interficiat me? * Viuit Dominus 10
Deus tuus, quia non est gens aut regnum,
quo non miserit dominus meus te requi-
rens: & respondentibus cunctis: Non est
hic: adiurauit regna singula, & gentes,eo qd
minimè reperiteris. * Et nunc tu dicis mihi: 11
Vade,& dic domino tuo: Adest Elias. * Cũ- 12
que recessero à te, Spiritus Domini asporta-
bit te in locum, quem ego ignoro. & ingres-
sus nunciabo Achab, & non inuenierit te,
interficiet me: seruus autem tuus timet Do-
minum ab infantia sua. * Numquid non 13
indicatum est tibi domino meo, quid fece-
rim cum interficeret Iezabel prophetas Do- C
mini, quòd absconderim de prophetis Do-
mini centum viros, quinquagenos, & quin-
quagenos in speluncis, & pauerim eos pa-
14 ne. & aqua? * Et nunc tu dicis: Vade, &
dic domino tuo: Adest Elias: vt interficiat
15 me? * Et dixit Elias: Viuit Dominus exer-
cituũ, ante cuius vultum sto, quia hodie ap-
16 parebo ei * Abijt ergo Abdias in occursum
Achab, & indicauit ei: venitq. Achab in oc-
17 cursum Eliæ. * Et cum vidisset eum, ait:
18 Tune es ille, qui conturbas Israel? * Et ille
ait: Nõ ego turbaui Israel, sed tu, & domus
patris tui, qui dereliquistis mandata Domi-
19 ni,& secuti estis Baalim. * Verũtamẽ nunc
mitte,& cõgrega ad me vniuersum Israel in
monte Carmeli, & prophetas Baal quadrin-
gentos quinquaginta,prophetasque lucorum
quadringentos,qui comedunt de mẽsa Ieza-
20 bel. * Misit Achab ad omnes filios Israel, &
congregauit prophetas in monte Carmeli.
21 * Accedens autem Elias ad omnem populũ
D ait: Vsquequo claudicatis in duas partes?
si Dominus est Deus, sequimini eum: si au-
tem Baal, sequimini illum. Et non respon-
22 dit ei populus verbum. * Et ait rursus Elias
ad populum: Ego remansi propheta Domini
solus: Prophetæ autem Baal quadringẽti, &
23 quinquaginta viri sunt. * Dentur nobis duo
boues, & illi eligant sibi bouem vnum, &
in frustra cædentes ponant super ligna, ignẽ
autem non supponant: & ego faciam bouẽ
alterum,& imponam super ligna,ignem au-
24 tem non supponã * Inuocate nomina deo-
rum vestrorum,& ego inuocabo nomen Do
mini mei:& Deus qui exaudierit per ignem
ipse sit Deus: Respondens omnis populus
25 ait: Optima propositio. * Dixit ergo Elias p-
phetis Baal: Eligite vobis bouem vnũ, & fa-
cite primi, quia vos plures estis: & inuocate
E nomina deorũ vestrorum, ignemq. nõ sup-
26 ponatis. * Qui cum tulissent bouem, quem
dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen
Baal de mane,vsque ad meridiem,dicentes:
Baal exaudi nos. Et non erat vox:nec qui re-
sponderet:transiliebantque altare quod fece-
27 rãt. * Cumque esset iam meridies,illudebat
illis Elias, dicens: Clamate voce maiore:
Deus enim est,& forsitan loquitur,aut in di-
uersorio est,aut in itinere, aut certe dormit,
28 vt excitetur. * Clamabãt ergo voce magna,
& incidebant se iuxta ritum suum cultris, &
lanceolis, donec perfunderentur sanguine,
29 * Postquam autem transit meridies, & illis
prophetantib. venerat tempus quo sacrificiũ
offerri solet, nec audiebatur vox,nec aliquis
30 respõdebat,nec attendebat orãtes: * dixit E-
lias omni populo: Venite ad me. Et accedẽte
ad se populo curauit altare Dñi, quod de-
31 structũ fuerat. * Et tulit duodecim lapides
iuxta numerũ tribuũ filiorũ Iacob,ad quem
factus est sermo Dñi dicens: " Israel erit no- " Ge. 35.
32 men tuũ, * Et ædificauit de lapidibus altare f. 28.
F in nomine Domini: fecitque aquæ ductum,
quasi per duas aratiunculas in circuitu alta-
33 ris, * & cõposuit ligna: diuisitq. per membra
34 bouẽ,& posuit super ligna, * & ait: Implete
qua-

quatuor hydrias aqua,& fundite super holo
caustũ,& super ligna: Rursumq. dixit: Etiam
secundo hoc facite. Qui cum fecissent secun-
do ait: Etiam tertiò, idipsum facite. Fece-
runtque tertiò, * & currebant aquæ circum- 35
altare,& fossa aquæ ductus repleta est. * Cũ 36
que iam esset tempus vt offerretur holocau-
stum, accedens Elias propheta,ait: Domine
Deus Abraham, & Isaac, & Israel, ostende
hodie,quia tu es Deus Israel, & ego seruus
tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia
verba hæc. * Exaudi me Domine, exaudi 37
me: vt discat populus iste, quia tu es Dñs
Deus,& tu conuertisti cor eorum iterũ. * Ce- 38
cidit autẽ ignis Domini, & vorauit holocau-
stum,& ligna,& lapides puluerem quoque,
& aquam,quæ erat in aquæ ductu lambens.
* Quod cum vidisset omnis populus:cecidit 39
in faciẽ suam,& ait: Dominus ipse est Deus,
dominus ipse est Deus. * Dixitque Elias ad 40
eos: Apprehẽdite prophetas Baal,& ne vnus G
quidem effugiat ex eis: Quos cum apprehen
dissent,duxit eos Elias ad Torrentem cison,
& interfecit eos ibi: * Et ait Elias ad Achab: 41
Ascende, comede, & bibe: quia sonus mul-
tę pluuiæ est. * Ascẽdit Achab vt comederet 42
& biberet: Elias autem ascendit in verticẽ
Carmeli, & pronus in terram posuit faciem
suam inter genua sua, * & dixit ad puerum 43
suum: Ascende,& prospice cõtra mare. Qui
cum ascendisset, & contemplatus esset, ait:
Non est quidquam. Et rursum ait illi: Re-
uertere septem vicibus. * In septima autẽ 44
vice, Ecce nubecula parua quasi vestigium
hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascen-
de,& dic Achab. Iunge currum tuum,& de-
scende: ne occupet te pluuia. * Cumq se ver- 45
teret huc atque illuc, ecce cæli contenebrati
sunt,& nubes, & ventus, & facta est pluuia
grandis. Ascendensitaque Achab abijt in Ie-
zrahel: * & manus Domini facta est super E- 46
liã,accinctisque lumbis currebat ante Achab,
donec veniret in Iezrahel.

CAP. XIX.

NVnciauit autem Achab Iezabel omnia 1
quæ fecerat Elias, & quomodo occidis- A
set vniuersos prophetas gladio * Misitq. Ie- 2
zabel nunciũ ad Eliã, dicens: Hæc mihi fa-
ciant dij,& hæc addat,nisi hac hora cras po-
sitero animam tuam sicut animã vnius ex il-
lis. * Timuit ergo Elias, & surgens abijt 3
quocumque eum ferebat voluntas: venitque
in Bersabee Iuda,& dimisit ibi puerũ suum,
* & perrexit in desertum, viam vnius diei. 4
Cumq. venisset,& sederet subter vnã iuni-
perum, petiuit animæ suæ vt moreretur,&
ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam
meam:neque enim melior sum quam patres
mei. * Projecitque se,& obdormiuit in vm- 5
bra iuniperi: & ecce Angelus Domini teti-
git eum, & dixit illi: Surge, & comede.
* Respexit,& ecce ad caput suum subcineri- 6
cius panis,& vas aquæ, comedit ergo, & bi- B
7 bit,& rursum obdormiui. * Reuersusq. est
Angelus Domini secundò,& tetigit eum, di-
xitq. illi: Surge, comede: grandis enim tibi
8 restat via. * Qui cum surrexisset comedit, &
bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius
quadraginta diebus, & quadraginta nocti-
9 bus, vsque ad montẽ Dei Horeb. * Cumq. ve-
nisset illuc,mansit in spelũca: & ecce sermo
Domini ad eum,dixitq illi: Quid hic agis E-
10 lia? * At ille respondit: Zelo zelatus sum pro
Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel,altaria tua de-
struxerunt prophetas tuos occiderũt gladio
derelictus sum ego solus, & quærunt animã
11 meam vt auferant eam. * Et ait ei. Egredere,
C & sta in monte coram Domino: & ecce Do-
minus trãsit,& spiritus grandis .& fortis sub
uertens montes, & conterent petras ante
Dominum: non in spiritu Dominus,& post
spiritum commotio: non in commotione
12 Dominus, * & post commotionem ignis:
non in igne Dñs, & post ignem sibilus au-
13 ræ tenuis. * Quod cum audisset Elias, ope-
ruit vultum suum pallio,& egressus stetit in
ostio speluncæ, & ecce vox ad eum dicens:
14 Quid hic agis Elia? * Et ille respondit: Zelo
zelatus sum pro Domino Deo exercituum: " Ro. 12.
" quia dereliquerunt pactum tuum filij Is- a. 3.
rael: altaria tua destruxerunt, prophetas
tuos occiderũt gladio, derelictus sũ ego so-
lus, & quærunt animam meam vt auferant
15 eam. * Et ait Dominus ad eum: Vade,& re-
uertere in viam tuam per desertum in Da-
mascum: cumque peruenetis illuc, vnges
16 Hazael regem super Syriam, * & Iehu fi-
lium Namsi vnges regem super Israel: Eli-
D seum autem filium Saphat, qui est de Abel-
17 meula, vnges prophetam pro te. * " Et erit, " 4. Reg.
quicumque fugerit gladium Hazael, occidet 9. a. 1.
eum Iehu: & quicumque fugerit gladium
18 Iehu, interficiet eum Eliseus. * " Et derelin- " Ro. 11.
quam mihi in Israel septem millia virorum, a. 4.
quorũ genua nõ sunt incuruata ante Baal,&
omne os,quod non adorauit eũ osculans ma
19 nus. * Profectus ergo inde Elias, reperit Eli-
seum filium Saphat, arantem in duodecim
iugis boum,& ipse in duodecim iugis boum
arantibus vnus erat: cumq. venisset Elias ad
20 eũ, misit palliũ suum super illum. * Qui sta-
tim relictis bobus cucurrit post Eliam,& ait:
Osculer,oro,patrem meum,& matrem meã,
sic sequar te. Dixitque ei Vade,& reuertere:
21 quod enim meum erat,feci tibi. * Reuersus
autem ab eo,tulit par boum, & mactauit il-
lud,& in aratro boum coxit carnes, & dedit
populo,& comederunt: consurgensque abijt,
& secutus est Eliam,& ministrabat ei.

CAP. XX.

1 POrrò Benadad rex Syriæ, congregauit
A omnem exercitũ suum, & triginta duos
reges secum.& equos,& currus, & ascẽdens
pugnabat contra Samariam, & obsidebat
2 eam. * Mittensque nuncios ad Achab regem

Israel in ciuitatem,*ait: Hæc dicit Benadad: 3
Argentum tuum,&aurum tuum meum ℣
est:& vxores tuæ, & filij tui optimi mei sũt.
*Respondítque rex Israel:iuxta verbum ℣ 4
tuum, dñe mi rex, tuus tum ego, & omnia
mea.*Reuertẽtesq. nuncij,dixerunt: Hæc di- 5
cit Benedad,qui misit nos ad te: Argentum
tuum,& aurum tuum,& vxores tuas, & fi-
lios tuos dabis mihi.* Cras igitur hac eadem 6
hora mittam seruos meos ad te,& scrutabũ-
tur domum tuam, & domum seruorũ tuo-
rum: & omne, quod eis placuerit,ponent in
manibus suis,& auferent. * Vocauit autem 7
rex Israel omnes seniores terræ, & ait: Ani-
maduertite, & videte quoniã insidiatur no-
bis,misit enim ad me pro vxoribus meis, &
filijs, & pro argento & auro:& non abnui. B
* Dixeruntque omnes maiores natu, & vni- 8
uersus populus ad eum: Non audias,neque
acquiescas illi. * Respondit itaque nuncijs 9
Benadad:Dicite Dño meo regi:Omnia pro-
pter quæ misisti ad me seruũ tuum in initio,
faciam:hanc autem rem facere non possum,
*Reuersíque nuncij retulerunt ei.Qui remi- 10
sit,& ait:Hæc faciant mihi dij,& hæc addãt,
si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis
populi,qui sequitur me.* Et respondens rex 11
Israel,ait:Dicite ei: Ne glorietur accinctus æ-
que,vt discinctus.* Factũ est aũt,cũ audisset 12
Benadad verbum istud,bibebat ipse & reges
in vmbraculis,& ait seruis suis: Circumdate
ciuitatem. Et circumdederunt eam. * Et ecce 13
propheta vnus accedens ad Achab regem Is-
rael,ait ei. Hæc dicit Dñs: Certè vidisti om-
nem multitudinem hanc nimiã?ecce ego tra-
dam eam in manu tua hodie: vt scias, quia
ego sum Dñs.* Et ait Achab: Per quẽ? dixit. 14
que ei: Hæc dicit Dñs: Per pedissequos prin-
cipum prouinciarũ. Et ait: Quis incipiet præ- C
liari? Et ille dixit: Tu.* Recensuit ergo pue- 15
ros principum prouinciarum, & reperit nu-
merum ducentorum triginta duorum:& re-
censuit post eos populum, omnes filios Is-
rael,septẽ millia,*& egressi sunt meridie. Be- 16
nadad autem bibebat temulẽtus in vmbra-
culo suo,& reges triginta duo cum eo,qui ad
auxilium eius venerant. * Egressi sunt autẽ 17
pueri principum prouinciarũ in prima fron-
te. Misit itaque Benadad.Qui nunciauerunt
ei,dicentes: Viri egressi sunt de Samaria.* Et 18
ille ait: Siue pro pace veniunt,apprehendite
eos viuos: siue vt prœliẽtur,viuos eos capite.
* Egressi sunt ergo pueri principũ prouin- 19
ciarum,ac reliquus exercitus sequebatur:* & 20
percussit vnusquisque virum, qui contra se
veniebat:fugerunt Syri, & persecutus est eos
Israel. Fugit quoque Benadad rex Syriæ in e-
quo cum equitibus suis. * Necnon egressus 21
rex Israel percussit equos & currus, & per-
cussit Syriam plaga magna. * (Accedens au- 22
tem propheta ad regem Israel,dixit ei: Vade,
& confortare:& scito,& vide quid facias, se-
quẽti enim anno rex Syriæ,ascẽdet cõtra te.)
*Serui verò regis Syriæ dixerunt ei:Dij mõ- 23
tium sunt dij eorum,ideo superauerunt nos:
sed melius est vt pugnemus contra eos in cã-
24 pestribus,& obtinebimus eos.* Tu ergo ver
bum hoc fac.Amoue reges singulos ab exer-
citu tuo,& pone principes pro eis:& instaura
25 numerum militum: qui ceciderunt de tuis:
& equos secundum equos pristinos, & ℣
currus secundum currus,quos ante habuisti,
& pugnabimus contra eos in campestribus,
& videbis quod obtinebimus eos. Credidit
26 consilio eorum,& fecit ita.* Igitur postquam
E annus transierat, recensuit Benadad ad Sy-
ros, & ascendit in Aphec vt pugnaret contra
27 Israel.* Porrò filij Israel recensiti sunt,& ℣
acceptis cibarijs profecti ex aduerso,castraq.
metati sunt contra eos, quasi duo parui gre-
ges caprarum:Syri autem repleuerunt terrã:
28 (* Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem
Israel: Hæc dicit Dñs. Quia dixerunt Syri:
Deus montium est Dominus,& nõ est Deus
Vallium: dabo omnem multitudinem hanc
grandem in manu tua, & scietis quia ego sũ
29 Dominus.*) Dirigebantque septem diebus
ex aduerso hi,atque illi acies,septima autem
die commissum est bellum: percusserunt q.
filij Israel de Syris centum millia peditum
30 in die vna. * Fugerunt autem qui remanse-
rant in Aphec,in ciuitatem: & cecidit murus
super viginti septem millia hominũ, qui re-
manserant. Porrò Benadad fugiens ingres-
sus est ciuitatem,in cubiculum, quod erat in-
31 tra cubiculum,* dixeruntq. ei serui sui: Ecce
audiuimus, quod reges domus Israel clemẽ-
tes sint, ponamus itaque saccos in lumbis no-
stris,& funiculos in capitibus nostris,& egre-
F diamur ad regem Israel: forsitã saluabit ani-
32 mas nostras. * Acciaxerunt saccis lumbos
suos,& posuerunt funiculos in capitib. suis,
veneruntque ad regem Israel,& dixerunt ei:
Seruus tuus Benadad dicit. Viuat,oro te ania
mea. Et ille ait:Si adhuc viuit, frater meus
33 est.*Quod acceperunt viri pro omine: & festi-
nantes rapuerunt verbum ex ore eius,atq.
dixerunt: Frater tuus Benadad. Et dixit eis:
Ite, & adducite eum ad me. Egressus est er-
go ad eum Benadad, & leuauit eum in cur-
34 rum suum.*Qui dixit ei. Ciuitates,quas tu-
lit pater meus a patre tuo,reddam:& plateas
fac tibi in Damasco,sicut fecit pater meus in
Samaria,& ego fœderatus recedam à te. Pe-
35 pigit ergo fœdus, & dimisit eum.* Tunc vir
quidam de filijs prophetarum dixit ad sociũ
suum in sermone Domini: Percute me. At
36 ille noluit percutere.* Cui ait: Quia noluisti
audire vocem Domini,ecce recedes à me, &
percutiet te leo. Cumque paululum recesis-
set ab eo inuenit eum leo, atque percussit:
37 * Sed & alterum inueniens virum, dixit ad
G eum: Percute me. Qui percussit eum, & vul-
38 nerauit. * Abijt ergo propheta, & occurrit
regi in via,& mutauit aspersione puluerisos
39 & oculos suos.* Cumque rex transisset,cla-
mauit ad regem, & ait:Seruus tuus egressus
est ad prœliandum cominus: cumque fugis-
set vir vnus,adduxit eum quidam ad me,&
ait: Custodi virum istum: qui si lapsus fue-
rit,

rit,erit anima tua pro anima eius, aut talen-
tum argenti appendes.* Dum autem ego tur 40
batus huc illucque me verterem, subitò non
comparuit. Et ait rex Israel ad eum: Hoc est
iudicium tuum,quod ipse decreuisti.* At ille 41
statim abstersit puluerem de facie sua, & ℣
cognouit eum rex Israel, quòd esset de pro-
phetis.*Qui ait ad eum. Hæc dicit: Domi- 42
nus: " quia dimisisti virum dignum morte
de manu tua erit anima tua pro anima eius
43 & populus tuus pro populo eius. * Reuer-
sus est igitur rex Israel in domum suam, au-
dire contemnens,& furibundus venit in Sa-
mariam.

" Inf. 22. f. 38.

CAP. XXI.

POst verba autem hæc, tpe illo vinea erat 1
Naboth Iezrahelitæ,qui erat in Iezrahel, A
iuxta palatium Achab regis Samariæ.* Locu- 2
tus est ergo Achab ad Naboth,dicens:Da mi
hi vinetum tuam, vt faciam mihi hortum ole-
rum,quia vicina est,& prope domum meam,
daboq. tibi pro ea vineam meliorem: aut si
cõmodius tibi putas,argenti pretium,quanto
digna est. * Cui ridit Naboth: Propitius sit 3
mihi Dñs,ne dẽ hæreditate patrum meorũ
tibi.* Venit ergo Achab in domum suã indi- 4
gnans,& frendens super verbo,quod locutus
fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens: B
Non dabo tibi hæreditatem patrum meorũ.
Et projiciens se in lectulum suum,auertit fa-
ciem suam ad parietem, & non comedit pa-
nem.* Ingressa est autem ad eum Iezabel v- 5
xor sua,dixitq. ei: Quid est hoc,vnde anima
tua contristata est? & quare non comedis pa-
nem? *Qui respõdit ei: Locutus sum Naboth 6
Iezrahelitæ, & dixi ei:da mihi vineam tuã,
accep:a pecunia: aut,si tibi placet dabo tibi vi-
neam meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo
tibi vineam meam. * Dixit ergo ad eum Ie- 7
zabel vxor eius. Grandis auctoritatis es,& be-
nè regis regnum Israel: Surge, & comede pa-
nem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vi- C
8 neam Naboth Iezrahelitæ. * Scripsit itaque
literas ex nomine Achab, & signauit eas a-
nulo eius & misit ad maiores natu, & opti-
mates,qui erant in ciuitate eius,& habitabãt
9 cum Naboth. * Literarum autem hæc erat
sententia: Prædicate ieiunium, & sedere fa-
10 cite Naboth inter primos populi,*& submit
tite duos viros filios Belial contra eum, &
falsum testimonium dicant: Benedixit Deũ,
& regem:& educite eũ, & lapidate,sicq. mo-
11 riatur. * Fecerunt ergo ciues eius maiores
natu,& optimates, qui habitabant cum eo in
vrbe,sicut præceperat eis Iezabel,& sicut scri-
12 pũ erat in literis quas miserat ad eos:*præ-
D dicauerunt ieiunium,& sedere fecerunt Na-
13 both Iter primos populi.* Et adductis duo-
bus viris filijs diaboli,fecerunt eos sedere cõ-
tra eum:at illi, scilicet vt viri diabolici, dixe-
runt contra eum testimonium coram multi-
tudine: Benedixit Naboth Deum & regem:
quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatẽ,
14 & lapidibus interfecerunt. * Miseruntq. ad
Iezabel,dicentes: Lapidatus est Naboth, &
15 mortuus est.* Factum est autem,cum audis-
set Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum
locuta est ad Achab: Surge, & posside vineã
Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquie-
scere,& dare eam accepta pecunia: non enim
16 viuit Naboth,sed mortuus est.*Quod cum
audisset Achab, mortuũ videlicet Naboth,

surrexit, & descendebat in vineam Naboth
Iezrahelitæ: vt possideret eam. * Factus est 17
igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten,
dicens: * Surge, & descende in occursum A- 18
chab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad E
vineam Naboth descendit vt possideat eam:
*& loqueris ad eum, dicens: Hæc dicit Do- 19
minus. Occidisti, insuper, & possedisti. Et post
[y] Inf.22. f.38. hęc addes: Hæc dicit Dominus: "In loco hoc,
in quo linxerunt canes sanguinem Naboth,
lambẽt quoque sanguinem tuum. * Et ait A- 20
chab ad Eliam: Num inuenisti me inimicum
tibi? Quid dixit: Inueni, eo quòd venundatus
[b] 4. Reg. 9.b.8. fis, vt faceres malum in conspectu Domini. * 21
" Ecce ego inducam super te malum, & de-
metam posteriora tua, & interficiam de A-
chab mingentem ad parietem, & clausum
& vltimum in Israel. * Et dabo domum 22
[n] Sup.15. f.29. tuam sicut "domum Ieroboam filij Nabat, & F
[o] Sup.16. a.3. sicut "domum Baasa filij Ahia: quia egisti,
vt me ad iracundiam prouocares, & peccare
fecisti Israel. * "Sed & de Iezabel locutus est 23
[*] 4. Reg. 9.f.36. Dominus, dicens: Canes comedent Iezabel
in agro Iezrahel. * Si mortuus fuerit Achab 24
in ciuitate, comedent eum canes: si autem
mortuus fuerit in agro, comedent eum vo-
lucres cæli. * Igitur non fuit aliter talis sicut 25
Achab, qui venundatus est vt faceret manũ
in conspectu Domini: concitauit enim eum
Iezabel vxor sua, *& abominabilis factus est, 26
in tantum, vt sequeretur idola, quæ fecerant
Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à fa-
cie filiorum Israel. * Itaque cum audisset A- 27
chab sermones istos, scidit vestimenta sua, &
operuit cilicio carnem suam ieiunauitque &
dormiuit in sacco, & ambulauit demisso ca-
pite, * Et factus est sermo Dñi ad Eliã Thes- 28
biten, dicens: * Nonne vidisti humiliatum A- 29
chab coram me? quia igitur humiliatus est
mei causa, non inducã malum in diebus eius:
[q] 4. Reg. 9.f.26. sed "in diebus filij sui inferam malum do-
mui eius.

CAP. XXII.

2. Paral. 18.a.1. TRansierunt igitur tres anni absque bello 1
inter Syriam, & Israel. * In anno autem 2
tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem A
Israel. (* Dixitque rex Israel ad seruos suos: 3
Ignoratis, quod nostra sit Ramoth Galaad, &
negligimus tollere eam de manu regis Sy-
riæ?) * Et ait ad Iosaphat: Venies ne mecum 4
ad prælianduin in Ramoth Galaad? * Dixit- 5
que Iosaphat ad regem Israel: Sicut ego sum,
ita, & tu: populus meus, & populus tuus v-
num sunt: & equites mei, equitis tui. Dixitq.
Iosaphat ad regem Israel: Quære oro te, ho-
die sermonem Domini. * Congregauit ergo 6
rex Israel prophetas, quadringentos circiter
viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Ga-
laad ad bellandum, an quiescere? Qui respon-
derunt: Ascende, & dabit eam Dñs in manu
regis. * Dixit autem Iosaphat: Non est hic 7
pheta Domini quispiam, vt interrogemus
per eum? * Et ait rex Israel ad Iosaphath: 8
Remansit vir vnus, per quem possumus in-
B terrogare Dominum: sed ego odi eum, quia
non prophetat mihi bonum, sed malum, Mi
chæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait: Ne lo- 9
quaris ita rex. * Vocauit ergo rex Israel eunu-
chum quẽdam, & dixit ei. Festina adducere
10 Michæã filium Iemla. * Rex aũt Israel, & Io
saphat rex Iuda sedebant vnusquisque in so
lio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostiũ
portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ pro-
11 phetabant in conspectu eorum. * Fecit quo-
que sibi Sedecias filius Chanaana cornua
ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His venti-
12 labis Syriam, donec deleas eam. * Omnesque
prophetæ similiter prophetabant, dicentes:
Ascende in Ramoth Galaad, & vade prospe-
13 rè, & tradet Dñs in manus regis. * Nuncius
verò, qui erat vt vocaret Michæam, locutus
est ad eum, dicens: Ecce sermones propheta-
rum ore vno regi bona prædicant: sit ergo
14 sermo tuus similis eorum, & loquere bona. *
Cui Micheas ait: Viuit Dominus, quia quod-
cunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.
15 * Venit itaque ad regem, & ait illi rex: Mi-
chæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad
præliandum, an cessare? Cui ille respondit:
C Ascende, & vade prosperè, & tradet eum
16 Dominus in manus regis. * Dixit autem rex
ad eum: Iterum atque iterum adiuro te, vt nõ
loquaris mihi, nisi quod verum est, in nomi-
17 ne Domini. * Et ille ait: Vidi cunctum Israel
dispersum in montibus, quasi oues non habẽ
tes pastorem, & ait Dominus: Non habent
isti Dominum: reuertatur vnusquisq. in do-
18 mum suam in pace. (* Dixit ergo rex Israel
ad Iosaphat: Numquid non dixi tibi, quia nõ
prophetat mihi bonum, sed semper malũ.)
19 * Ille verò addẽs ait: Propterea audi sermo-
nem Domini: Vidi Dominum sedentem su-
per solium suum, & omnem exercitum cæli
20 assistentem ei à dextris, & à sinistris, * & ait
Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel,
vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et
dixit vnus verba huiuscemodi, & alius a iter:
21 * Egressus est autem spiritus, & stetit coram
Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui lo-
22 cutus est Dominus: In quo? * Et ille ait: Egre-
D diar, & ero spiritus mendax in ore omnium
prophetarum eius. Et dixit Dominus: Deci-
23 pies, & præualebis: egredere, & fac ita, * Nũc
igitur ecce dedit Dominus spiritum menda-
cij in ore omnium prophetarum tuorum,
qui hic sunt, & Dominus locutus est contra
24 te malum. * Accessit autem Sedecias filius
Chanaana, & percussit Michæam in maxil-
lã, & dixit: Me ne ergo dimisit Spiritus Domi
25 ni, & locutus est tibi? * Et ait Michæas: Visu-
rus es in die illa, quando ingredieris cubicu-
26 lum, intra cubiculum vt abscondaris: * Et
ait rex Israel: Tollite Michæam, & maneat
apud Amon principem ciuitatis, & apud
27 Ioas filium Amelech, * & dicite eis: Hæc di-
cit rex: Mittite virum istum in carcerem, &
sustentate eum pane tribulationis, & aqua
angu-

stiæ, donec reuertar in pace. * Dixitque 28
Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est
locutus in me Domine. Et ait: Audite po-
puli omnes. * Ascendit itaque rex Israel, & 29
Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. * Di- 30
xit itaq. rex Israel ad Iosaphat: Sume arma,
& ingredere prælium, & induere vestibus
tuis, porrò rex Israel mutauit habitum suũ,
& ingressus est bellum. * Rex autem Syriæ 31
præceperat principibus curruum triginta
duobus, dicens. Non pugnabitis contra mi-
norem, & maiorem quempiam, nisi cõtra re-
gem Israel, solũ. * Cum ergo vidissent prin- 32
cipes curruum Iosaphat, suspicati sunt, quod
ipse esset rex Israel, & impetu facto pugna-
bant contra eum: & exclamauit Iosaphat.
* Intellexeruntq. principes curruum, quod 33
non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo.
* Vir autem quidam tetendit arcũ, in incer- 34
tum sagittam dirigens, & casu percussit re-
gem Israel inter pulmonem, & stomachum.
At ille dixit aurigæ suo: Verte manũ tuam,
& eijce me de exercitu, quia grauiter vulne-
ratus sum. * Commissum est ergo prælium 35
in die illa, & rex Israel stabat in curru suo
contra Syros, & mortuus est vespere: fluebat
autem sanguis plagæ in sinum currus,
* & præco insonuit in vniuerso exercitu an- 36
tequam sol occumberet, dicens: Vnusquisq.
reuertatur in ciuitatem, & in terram suam.
* Mortuus est autem rex, & perlatus est in 37
Samariam: sepelieruntque regem in Sama-
[s] Sup.21. 2.19. ria, * " & lauerunt currũ eius in piscina Sa- 38
mariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & F
habenas lauerunt, iuxta verbum Domini,
quod locutus fuerat. * Reliqua autẽ sermo- 39
num Achab, & vniuersa, quę fecit, & domus
eburnea, quam ædificauit, cunctarumq. vr-
biũ, quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in
Libro sermonũ dierum regũ Israel? * Dor- 40
miuit ergo Achab cum patribus suis, & re-
41 gnauit Ochozias filius eius pro eo. * Iosa-
phat verò filius Asa regnare cœperat super
42 Iudã anno quarto Achab regis Israel. * Tri-
ginta quinque annorum erat cum regnare
cœpisset, & viginti quinque annis regnauit
in Ierusalem: nomen matris eius Azuba filia
43 Salai. * Et ambulauit in omni via Asa pa-
tris sui, & non declinauit ex ea, fecitq. quod
44 rectum erat in conspectu Dñi. * Verumta-
men excelsa non abstulit: adhuc enim popu-
lus sacrificabat, & adolebat incensum in ex-
45 celsis. * Pacemque habuit Iosaphat cum re-
46 ge Israel. * Reliqua autem verborum Iosa-
G phat, & opera eius, quæ gessit, & prælia, non-
ne hæc scripta sunt in Libro verborum die-
47 rum regum Iuda? * Sed & reliquias effemi-
natorum, qui remanserant in diebus Asa pa-
48 tris eius abstulit de terra. * Nec erat tunc rex
49 constitutus in Edom. * Rex verò Iosaphat
fecerat classes in mari, quæ nauigarent in O-
phir propter aurum: & ire non potuerunt,
50 quia confractæ sunt in Asiongaber. * Tunc
ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Va-
dant serui mei cum seruis tuis in nauibus.
51 Et noluit Iosaphat. * Dormiuitque Iosaphat
cum patribus suis, & sepultus est cum eis in
Ciuitate Dauid patris sui: regnauitq. Ioram
52 filius eius pro eo. * Ochozias autem filius
Achab regnare cęperat super Israel in Sama-
ria, anno septimo decimo Iosaphat regis Iu-
53 da, regnauitq. super Israel duob. annis. * Et
fecit malum in conspectu Domini, & am-
bulauit in via patris sui, & matris suæ, & in
via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
54 Israel. * Seruiuit quoque Baal, & adorauit
eum, & irritauit Dominum Deum Israel,
iuxta omnia, quæ fecerat pater eius.

LIBER REGVM QVARTVS, SECVNDVM HEBRÆOS MALACHIM SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

PRæuaricatus eſt auté Mo- 1
ab in Iſrael , poſtquam A
mortuus eſt Achab.* Ce- 2
ciditq. Ochozias per can-
cellos cenaculi ſui , quod
habebat in Samaria, & æ-
grotauit : miſitque nun-
cios , dicens ad eos : Ite ,
conſulite Beelzebub Deum Accaron, vtrum
viuere queam de infirmitate mea hac.* An- 3
gelus autem Domini locutus eſt ad Eliam
Theſbiten,dicens:Surge,& aſcende in occur-
ſum nunciorum regis Samariæ , & dices ad
eos : Numquid non eſt Deus in Iſrael, vt ea-
tis ad conſulendum Beelzebub Deum Acca-
ron?* Quam ob rem hęc dicit Dominus : De 4
lectulo , ſuper quem aſcendiſti, non deſcen-
des,ſed morte morieris. Et abijt Elias.* Re- 5
uerſique ſunt nuncij ad Ochoziam : Qui di- B
xit eis:Quare reuerſi eſtis?* At illi reſponde- 6
runt ei : Vir occurrit nobis,& dixit ad nos :
Ite:, & reuertimini ad regem , qui miſit vos,
& dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid,
quia non erat Deus in Iſrael, mittis, vt cõſu-
latur Beelzebub Deus Accarõ? Idcirco de le-
ctulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcẽdes,
7 ſed morte morieris.* Qui dixit eis: Cuius fi-
guræ , & habitus eſt vir ille, qui occurrit vo-
8 bis , & locutus eſt verba hæc? * At illi dixe-
rũt: Vir piloſus,& zona pellicea accinctus re-
9 nibus.Qui ait: Elias Theſbites eſt.* Miſitque
ad eũ quinquagenariũ principẽ, & quinqua-
ginta,qui erát ſub eo. Qui aſcendit ad eũ: ſe-
dentique in vertice montis, ait : Homo Dei,
10 rex præcepit,vt deſcendas.* Reſpondéſque
C Elias , dixit quinquagenario : Si homo Dei
ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te,
& quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis
de cęlo , & deuorauit eum , & quinquaginta
11 qui erát cũ eo.* Rurſumq.miſit ad eũ prin-
cipẽ quinquagenariũ alterũ , & quinquagin-
ta cũ eo. Qui locutus eſt illi: Homo Dei, hæc
12 dicit rex: Feſtina,deſcende.* Rñdens Elias
ait : Si homo Dei ego ſum,deſcẽdát ignis de
cęlo,& deuoret te,& quinquaginta tuos. De-
ſcendit ergo ignis de cęlo , & deuorauit illũ,
13 & quinquaginta eius . * Iterũ miſit principẽ
quinquagenarium tertium, & quinquaginta,
qui erant cũ eo. Qui cũ veniſſet,curuauit ge-
nua contra Eliã, & precatus eſt eum , & ait:
Homo Dei, noli deſpicere animã meam , &
animas ſeruorum tuorum , qui mecũ ſunt.
* Ecce

* Ecce deſcendit ignis de cęlo, & deuorauit 14
duos principes quinquagenarios primos , &
quinquagenos , qui cum eis erant : ſed nunc D
obſecro, vt miſerearis animæ meæ.* Locut⁹ 15
eſt autem Angelus Domini ad Eliam, dicẽs:
Deſcende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur,
& deſcendit cum eo ad regem, * & locutus 16
eſt ei. Hæc dicit Dominus:Quia miſiſti nun-
cios ad conſulendum Beelzebub Deum Ac-
caron , quaſi non eſſet Deus in Iſrael , à quo
poſſes interrogare ſermonẽ , ideo de lectu-
lo,ſuper quem aſcendiſti, non deſcẽdes, ſed
morte morieris . * Mortuus eſt ergo iuxta 17
ſermonem Domini, quem locutus eſt Elias ,
& regnauit Ioram frater eius pro eo , anno
ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis Iudæ: nõ
enim habebat filium. * Reliqua autem ver- 18
borum Ochoziæ , quæ operatus eſt , nonne
hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonũ dierum
regum Iſrael ?

CAP. II.

FActum eſt autem,cum leuare vellet Do- 1
minus Eliam per turbinem in cælum , A
ibant Elias,& Eliſeus de Galgalis.* Dixitque 2
Elias ad Eliſeum . Sede hic , quia Dominus
miſit me vſq. in Bethel . Cui ait Eliſeus. Vi-
uit Dñs , & viuit anima tua , quia non dere-
linquam te. Cumque deſcendiſſent Bethel ,
* egreſſi ſunt filij prophetarum, qui erant in 3
Bethel,ad Eliſeum,& dixerũt ei: Numquid
noſti, quia hodie Dominus tollet dominum
tuum a te? Qui reſpõdit: Et ego noui: ſilete .
* Dixit autem Elias ad Eliſeum : Sede hic , 4
quia Dominus miſit me in Iericho . Et ille
ait : Viuit Dominus, & viuit anima tua,quia
non derelinquam te. Cumq. veniſſent Ieri-
cho, * acceſſerunt filij prophetarũ, qui erant 5
in Iericho,ad Eliſeum,& dixerunt ei: Num-
quid noſti, quia Dñs hodie tollet dominum
tuum à te ? Et ait: Et ego noui : ſilete.* Dixit 6
autem ei Elias : Sede hic, quia Dominus mi- B
ſit me vſq. ad Iordanem. Qui ait: Viuit Do-
minus , & viuit anima tua , quia non dere-
linquam te. Ierunt igitur ambo pariter , * & 7
quinquaginta viri de filijs prophetarum ſe-
cuti ſunt eos, qui & ſteterunt è contra,lõge:
illi autem ambo ſtabant ſuper Iordanem .
* Tulitque Elias pallium ſuum , & inuoluit 8
illud, & percuſſit aquas , quæ diuiſæ ſunt in
vtramq partem,& tranſierunt ambo per ſic-
cum. * Cumq.tranſiſſent, Elias dixit ad Eli- 9
ſeum : Poſtula quod vis, vt faciam tibi,ante-
quam tollar à te. Dixitque Eliſeus: Obſecro,
vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. * Qui re- 10
ſpondit:Rem difficilem poſtulaſti: attamen
ſi videris me,quãdo tollar a te,erit tibi,quod
petiſti,ſi autem non videris, non erit. * Cũ- 11
que pergerent , & incedentes ſermocinaren-
tur, ecce currus igneus , & equi ignei diuiſe-
runt vtrumque:& a aſcendit Elias per turbi-
nem in cęlum , * Eliſeus autem videbat, & 12
clamabat , Pater mi, pater mi, currus Iſrael, C
& auriga eius . Et nõ vidit eum amplius:ap-

a 1. Mac. 2.c.58. Eccl. 48. b.13.

prehenditque veſtimenta ſua,& ſcidit illa in
13 duas partes.* Et leuauit pallium Eliæ,quod
ceciderat ei:reuerſuſq. ſtetit ſuper ripam Ior-
14 danis,* & pallio Eliæ,quod ceciderat ei,per-
cuſſit aquas,& non ſunt diuiſæ,& dixit: Vbi
eſt Deus Eliæ etiam nunc ? Percuſſitque a-
quas, & diuiſæ ſunt huc,atque illuc, & tran-
15 ſijt Eliſeus.* Videntes autem filij propheta-
rum,qui erant in Iericho è contra,dixerunt:
Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeũ. Et ve-
nientes in occurſum eius, adorauerunt eum
16 proni in terram,* dixeruntq. illi : Ecce,cum
ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui
poſſunt ire, & quærere dominum tuum, ne
fortè tulerit eum Spiritus Domini , & proie-
cerit eum in vnum montium , aut in vnam
17 valliũ. Qui ait: Nolite mittere.* Coegerunt-
que eum, donec acquieſceret,& diceret: Mit-
tite. Et miſerunt quinquaginta viros : qui cũ
quæſiſſent tribus diebus , non inuenerunt .
18 * Et reuerſi ſunt ad eum:at ille habitabat in
D Iericho,& dixit eis . Numquid non dixi vo-
19 bis: Nolite mittere? * Dixerunt quoq. viri ci-
uitatis ad Eliſeum : Ecce habitatio ciuitatis
huius optima eſt, ſicut tu ipſe domine pſpi-
cis : ſed aquæ peſſimæ ſunt , & terra ſterilis .
20 * At ille ait : Afferte mihi vas nouũ,& mit-
21 tite in illud ſal. Quod cũ attuliſſent,* egreſ-
ſus ad fontem aquarum , miſit in illum ſal ,
& ait; Hæc dicit Dominus Sanaui aquas has,
& non erit vltra in eis mors,neque ſterilitas.
22 * Sanatæ ſunt ergo aquæ vſq. in diem hanc,
23 iuxta verbũ Eliſei,quod locutus eſt. * Aſcẽ-
dit autem inde in Bethel: cumq. aſcenderet
per viam , pueri parui egreſſi ſunt de ciuita-
te,& illudebant ei, dicentes : Aſcende calue,
24 aſcende calue. * Qui cum reſpexiſſet, vidit
eos , & maledixit eis in nomine Domini : e-
greſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauе-
25 runt ex eis quadraginta duos pueros.* Abijt
autem inde in montem Carmeli, & inde re-
uerſus eſt in Samariam.

CAP. III.

1 IOram verò filius Achab regnauit ſuper
A Iſrael in Samaria anno decimo octauo
Ioſaphat regis Iudæ. Regnauitq. duodecim
2 annis. * Et fecit malum coram Domino, ſed
non ſicut pater ſuus,& mater:tulit enim ſta-
3 tuas Baal,quas fecerat pater ei⁹.* Verumta-
men in peccatis Ieroboã filij Nabat , qui pec-
care fecit Iſrael , adhæſit : nec receſſit ab eis .
4 * Porrò Meſa rex Moab , nutriebat pecora
multa , & ſoluebat regi Iſrael centum millia
agnorum,& centum millia arietum cum vel
5 Ierib⁹ ſuis.* Cumq. mortuus fuiſſet Achab,
præuaricatus eſt fędus , quod habebat cum
6 rege Iſrael.* Egreſſus eſt igitur rex Ioram in
die illa de Samaria , & recenſuit vniuerſum
7 Iſrael. * Miſitq.ad Ioſaphat regem Iuda, di-
cens : Rex Moab receſſit à me, veni mecum
contra eum ad prælium . Qui reſpondit A-
ſcendam : qui meus eſt , tuus eſt : populus
meus , populus tuus : & equi mei , equi tui .
8 * Dixitque. Per quam viam aſcendemus? At
ille

ille respondit: Per desertum Idumææ.* Per- 9
rexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex B
Edom, & circuierunt per viam septem die-
rum, nec erat aqua exercitui, & iumentis,
quę sequebãtur eos.* Dixitq. rex Israel: Heu 10
heu heu, congregauit nos Dominus tres re-
ges, vt traderet in manus Moab.* Et ait Io- 11
saphat: Est ne hic propheta Domini, vt de-
precemur Dominum per eum? Et respondit
vnus de seruis regis Israel: Est hic Eliseus fi-
lius Saphat, qui fundebat aquam super ma-
nus Eliæ.* Et ait Iosaphat: Est apud eum 12
sermo Domini. Descenditq. ad eum rex Is-
rael, & Iosaphat rex Iuda, & rex Edom.* Di- 13
xit autem Eliseus ad regem Israel: Quid mi-
hi, & tibi est? vade ad prophetas patris tui, &
matris tuæ. Et ait illi rex Israel: Quare con-
gregauit Dominus tres reges hos, vt traderet
eos in manus Moab?* Dixitq. ad eum Eli- 14
seus: Viuit Dominus exercituũ in cuius con-
spectu sto, quòd si non vultũ Iosaphat regis
Iudæ erubescerem, non attendissem quidẽ
te, nec respexissem.* Nunc autem adducite 15
mihi psaltem. Cumq. caneret psaltes, facta C
est super eum manus Dñi, & ait:* Hæc di- 16
cit Dominus: Facite alueum torrentis huius
fossas, & fossas.* Hęc enim dicit Dominus: 17
Non videbitis ventum, neque pluuiam: &
alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, &
familiæ vestræ, & iumenta vestra.* Parũq. 18
est hoc in conspectu Domini: insuper tradet
etiam Moab in manus vestras.* Et percutie- 19
tis omnem ciuitatem munitam, & omnem
vrbem electam, & vniuersum lignũ fructi-
ferum succidetis, cunctosq. fontes aquarum
obturabitis, & omnẽ agrum egregiũ operie-
tis lapidibus.* Factum est igitur mane, quã- 20
do sacrificium offerri solet, & ecce aquæ ve-
niebant per viam Edom, & repleta est terra
aquis.* Vniuersi autem Moabitæ audiẽtes 21
quòd ascẽdissent reges vt pugnarent aduer-
sum eos, conuocarunt omnes qui accincti e-
rant balteo desuper, & steterunt in terminis
* Primoq. mane surgentes, & orto iam sole 22
ex aduerso aquarũ, viderunt Moabitæ è cõ-
tra aquas rubras quasi sanguinem,* dixe- 23
runtque: Sanguis gladij est: pugnauerunt re- D
ges contra se, & cæsi sunt mutuo, nunc per-
ge ad prædam Moab.* Perrexeruntq in ca- 24
stra Israel: porrò consurgens Israel, percus-
sit Moab: at illi fugerunt coram eis. Vene-
runt igitur qui vicerãt, & percusserũt Moab
*& ciuitates destruxerunt: & omnem agrũ 25
optimum, mittentes singuli lapides, repleue
runt: & vniuersos fontes aquarũ obtura uer-
unt: & omnia ligna fructifera succiderunt,
ita vt muri tantum fictiles remanerent: &
circũdata est ciuitas à fundibularijs, & ma-
gna ex parte percussa.* Quod cum vidisset 26
rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit
secum septingentos viros educentes gladiũ,
vt irrumperent ad regem Edom: & non po-
tuerunt.* Arripiensq. filium suum primo- 27
genitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit
holocaustũ super murum: & facta est indi-
gnatio magna in Israel, statimq. recesserunt
ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

CAP. IV.

1 MVlier autẽ quædam de vxoribus pro-
A phetarum clamabat ad Eliseum, di-
cẽs: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu
nosti, quia seruus tuus fuit timens Dominũ:
& ecce creditor venit vt tollat duos filios
2 meos ad seruiẽdum sibi.* Cui dixit Eliseus:
Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid ha-
bes in domo tua? At illa respondit: Non ha-
beo ancilla tua quidquã in domo mea, nisi
3 parum olei, quo vngar.* Cui ait: Vade, pete
mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua
4 non pauca.* Et ingredere, & claude ostium
tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui:
& mitte inde in omnia vasa hæc: & cũ ple-
5 na fuerint, tolles.* Iuit itaque mulier, & clau-
sit ostium super se, & super filios suos: illi
6 offerebant vasa, & illa infundebat.* Cumq.
plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Af-
fer mihi adhuc vas. Et ille respõdit: Nõ ha-
7 beo. Stetitque oleum.* Venit autem illa, &
B indicauit homini Dei. Et ille, Vade, in-
quit, vende oleum, & redde creditori tuo.
8 tu autem, & filij tui viuite de reliquo.* Fa-
cta est autem quædam dies, & transibat Eli-
seus per Sunam: erat autem ibi mulier ma-
gna, quæ tenuit eam vt comederet panem:
cumq. frequenter inde transiret, diuertebat
9 ad eam vt comederet panem.* Quę dixit ad
virum suũ: animaduerto quod vir Dei san-
ctus est iste, qui transit per nos frequenter.
10 * Faciamus ergo ei cænaculum paruum, &
ponamus ei in eo lectulum, & mensam, &
sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad
11 nos, maneat ibi.* Facta est ergo dies quædã,
& veniens diuertit in cænaculum, & requie-
12 uit ibi.* Dixitq. ad Giezi puerum suum: Vo
ca Sunamitidem istam. Qui cũ vocasset eã,
13 & illa stetisset coram eo,* dixit ad puerum
suum: Loquere ad eam: Ecce, sedulè in om-
nibus ministrasti nobis, quid vis vt faciã ti-
bi? numquid habes negotium, & vis vt lo-
C quar regi, siue principi militiæ? Quæ respon-
14 dit: In medio populi mei habito.* Et ait:
Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq. Giezi:
Ne quæras: filiũ enim non habet, & vir eius
15 senex est.* Præcepit itaque vt vocaret eam:
quę cum vocata fuisset, & stetisset ante ostiũ
16 * dixit ad eam: in tempore isto, & in hac ea-
dẽ hora, si vita comes fuerit, habebis in vte-
ro filium. At illa respõdit: Noli quæso domi
17 ne mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.* Et
concepit mulier, & peperit filium in tempo-
re, & in hora eadem, qua dixerat Elisæus.
18 * Creuit autem puer. Et cum esset quædam
dies, & egressus isset ad patrem suũ, ad mes-
19 sores,* ait patri suo: Caput meum doleo, ca-
put meũ doleo. At ille dixit puero: Tolle, &
20 duc eum ad matrem suam.* Qui cum tulisset
D set, & duxisset eum ad matrem suam, po-
suit eum illa super genua sua vsque ad me-
ridiem,

ridiem, & mortuus est.* Ascendit autem, & 21
collocauit eũ super lectulum hominis Dei,
& clausit ostium: & egressa,* vocauit virum 22
suum, & ait: Mitte mecum, obsecro, vnũ de
pueris, & asinam, vt excurram vsque ad ho-
minem Dei, & reuertar.* Qui ait illi: Quam 23
ob causam vadis ad eum? hodie non sunt
Calendæ, neque Sabbatum. Quæ respondit:
Vadam.* Strauitq. asinam, & præcepit pue- 24
ro: Mina, & propera, ne mihi moram facias
in eũdo, & hoc age qd̃ præcipio tibi.* Profe- 25
cta est igitur, & venit ad virum Dei in mon-
tem Carmeli: cumque vidisset eam vir Dei
è contra, ait ad Giezi puerum suũ: Ecce Su-
namitis illa.* Vade ergo in occursum eius, 26
& dic ei: Rectè ne agitur circa te, & circa vi-
rum tuum, & circa filiũ tuum? Quæ respõ-
dit: Rectè.* Cumq. venisset ad virum Dei 27
in montem, apprehendit pedes eius: & acces-
sit Giezi vt amoueret eã.* Et ait homo Dei: E
Dimitte illam: anima enim eius in amaritu-
dine est, & Dominus celauit à me, & non in-
dicauit mihi.* Quæ dixit illi: Numquid pe- 28
tiui filium à domino meo? nunquid non di-
xi tibi: Ne illudas me?* Et ille ait ad Giezi: 29
Accinge lumbos tuos, & tolle baculũ meum
in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi ho-
mo, non salutes eum: & si salutauerit te quis-
piam, non respondeas illi: & pones baculum
meum super faciem pueri:* Porro mater 30
pueri ait: Viuit Dominus, & viuit anima
tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secu-
tus est eam,* Giezi autem præcesserat an- 31
te eos, & posuerat baculum super faciem
pueri, & non erat vox, neque sensus: reuer-
susque est in occursum eius, & nunciauit ei
dicens: Non surrexit puer.* Ingressus est er- 32
go Eliseus domũ, & ecce puer mortuus ia-
cebat in lectulo eius:* ingressusque clau- 33
sit ostium super se, & super puerum: & ora-
uit ad Dominum.* Et ascendit, & incubuit 34
super puerum, posuitque os suum super os F
eius, & oculos suos super oculos eius, & ma-
nus suas super manus eius: & incurauit se
super eum, & calefacta est caro pueri.* At il- 35
le reuersus, deambulauit in domo, semel
huc, atque illuc: & ascendit, & incubuit sup
eum: & oscitauit puer septies, aperuitque o-
culos.* Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Vo- 36
ca Sunamitidem hanc. Quæ vocata ingressa
est ad eũ. Qui ait: Tolle filium tuum.* Ve- 37
nit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit
super terram tulitque filium suum, & egres-
sa est,* & Eliseus reuersus est in Galgala. 38
Erat autem fames in terra, & filij propheta-
rum habitabant coram eo, dixitque vni de
pueris suis: Pone ollam grandem, & coque
pulmentum filijs prophetarum.* Et egsesi- 39
sus est vnus in agrum vt colligeret herbas G
agrestes: inueniq. quasi vitem siluestrem, &
collegit ex ea colocynthidas agri, & imple-
uit pallium suum, & reuersus concidit in ol-
lam pulmẽti: nesciebat enim quid esset.* In- 40
fuderunt ergo so. ijs, vt comederent: cumq.
gustassent de coctioe, clamauerunt, dicen-
tes: Mors in olla vir Dei. Et nõ potuerũt co-
41 medere.* At ille, Afferte, inquit, farinã. Cũ-
que tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde
turbæ, vt comedant. Et non fuit amplius qd
42 quam amaritudinis in olla.* Vir autem qui-
dam venit de Baalsalisa deferens viro Dei
panes primitiarum, viginti panes hordea-
ceos, & frumentum nouum in pera sua. At
43 Ille dixit: Da populo, vt comedat.* Respon-
ditque ei minister eius: Quantum est hoc,
vt apponam centum viris? Rursum ille ait:
Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Do-
44 minus: Comedent, & supererit.* Posuit ita-
que coram eis: qui comederunt, & super fuit
iuxta verbum domini.

CAP. V.

1 NAaman princeps militiæ regis Syriæ,
A erat vir magnus ad dominum suum,
& honoratus: per illum enim dedit Domi-
nus salutem Syriæ: erat autem vir fortis, &
2 diues: sed leprosus.* Porrò de Syria egressi
fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de
Terra Israel puellam paruulam, quæ erat in
3 obsequio vxoris Naaman,* quæ ait ad do-
minã suam: Vtinam fuisset dominus meus
ad prophetam, qui est in Samaria: profectò
4 curasset eum à lepra, quam habet?* Ingres-
sus est itaque Naaman ad dominum suũ, &
nunciauit ei, dicens: Sic, & sic locuta est puel
5 la de Terra Israel.* Dixitque ei rex Syriæ.
B Vade, & mittam literas ad regẽ Israel. Qui
cum profectus esset, & tulisset secum decẽ
talenta argenti, & sex millia aureos, & decẽ
6 mutatoria vestimentorum,* detulit literas
ad regem Israel, in hæc verba: Cum accepe-
ris epistolam hanc, scito quod miserim ad
te Naaman seruum meum, vt cures eũ à le-
7 pra sua.* Cumque legisset rex Israel lite-
ras, scidit vestimenta sua, & ait: Numquid
Deus ego sum, vt occidere possim, & viuifi-
care, quia iste misit ad me, vt curẽ hominem
à lepra sua? animaduertite, & videte quod
8 occasiones quærat aduersum me,* Quod cũ
audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet re
C gem Israel vestimenta sua, misit ad eũ, di-
cens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat
9 ad me, & sciat esse prophetã in Israel:* Ve-
nit ergo Naaman cum equis, & curribus, &
10 stetit ad ostium domus Elisei,* misitque ad
eum Eliseus nunciũ, dicens: Vade, & lauare
septies in Iordane, & recipiet sanitatem ca-
11 ro tua, atque mundaberis.* Iratus Naaman
recedebat dicens: Putabam quod egredere-
tur ad me, & stans inuocaret nomen Domi-
ni Dei sui, & tangeret manu sua locum lepre
12 & curaret me.* Numquid nõ meliores sũt
Abana, & Pharphar fluuij Damasci omnib.
D aquis Israel, vt lauer in eis, & munder? Cum
13 ergo vertisset se, & abiret indignans,* acces-
serunt ad eũ serui sui, & locuti sunt ei: Pa-
ter, & si rem grandem dixisset tibi prophe-
ta, certè facere debueras: quanto magis
quia nunc dixit tibi: Lauare, & mundaberis.
*De-

Luc.4.c. 25. *Descendit,& lauit in Iordane septies iux- 14
ta sermonem viri Dei, & restituta est caro
eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus
est.* Reuersusq ad virum Dei cũ vniuerso 15
comitatu suo, venit, & stetit corã eo, & ait:
Verè scio q̃ non sit alius Deus in vniuersa
terra, nisi tũ in Israel. Obsecro itaq. vt accipias
benedictionẽ à seruo tuo, * At ille rñ- 16
dit: Viuit Dñs ante quẽ sto, quia non accipiã. E
Cumq. vim faceret, penitus non acquieuit.
*Dixitq. Naaman: Vt vis: sed, obsecro, cõce 17
de mihi seruo tuo vt tollam onus duorum
burdonum de terra: non enim faciet vltra
seruus tuus holocaustum, aut victimã dijs
alienis, nisi dño. * Hoc autem solum est, de 18
quo depreceris Dñm pro seruo tuo, quando
ingredietur dñs meus templum Remmon,
vt adoret: & illo innitente super manum
meam, si adorauero in templo Remmon, a-
dorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi
Dominus seruo tuo pro hac re. * Qui dixit 19
ei. Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo ter-
ræ tempore. *Dixitque Giezi puer viri Dei: 20
Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, F
vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Do-
minus, quia curram post eum, & accipiam
ab eo aliquid. * Et secutus est Giezi post ter- 21
gum Naaman: quem cum vidisset ille curre-
tem ad se, desijt de curru in occursũ eius,
& ait: Rectè ne sunt omnia? * Et ille ait: Re- 22
ctè; dominus meus misit me ad te, dicens:
Modò venerunt ad me duo adolescẽtes de
monte Ephraim, ex filijs prophetarum: da
eis talẽtum argenti, & vestes mutatorias du
plices. *Dixitq. Naaman: Melius est vt acci- 23
pias duo talenta. Et coegit eum, ligauitque
duo talenta argenti in duobus saccis, & du-
plicia vestimenta, & imposuit duobus pue-
ris suis, qui & portauerũt coram eo. *Cum- 24
que venisset iã vesperi, tulit de manu eorũ G
& reposuit in domo, dimisitq. viros, & abie-
runt *ipse autem ingressus, stetit coram do- 25
mino suo. Et dixit Eliseus: Vnde venis Gie-
zi? Qui rñdit: Non iuit seruus tuus quoquã.
* At ille ait: Nonne cor meum in præsenti 26
erat, quãdo reuersus est homo de curru suo
in occursum tui? Nunc igitur accepisti argẽ-
tum, & accepisti vestes vt emas oliueta, &
vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancil-
las. * Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, 27
& semini tuo, vsque in sempiternum. Et
egressus est ab eo leprosus quasi nix.

CAP. VI.

DIxerunt autem filij prophetarum ad 1
Eliseum: Ecce locus, in quo habitamus A
coram te, angustus est nobis. * Eamus vsque 2
ad Iordanem, & tollant singuli de silua ma-
terias singulas, vt ædificemus nobis ibi locũ
ad habitandum. Qui dixit: ite. * Et ait vnus 3
ex illis. Veni ergo, & tu cum seruis tuis. Re-
spondit. Ego veniam. *Et abijt cum eis Cũ- 4
que venissent ad Iordanem, cędebant ligna.
* Accidit autem, vt cum vnus materiã suc- 5
cidisset, caderet ferrum securis in aquam:
exclamauitque ille, & ait: Heu heu heu do-
mine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam.
6 * Dixit autem homo Dei: Vbi cecidit? At
B ille monstrauit ei locum: præcidit ergo li-
gnum, & misit illuc: natauitque ferrum,
7 * & ait: Tolle. Qui extendit manum, &
8 tulit illud. * Rex autem Syriæ pugnabat
contra Israel, consiliumque inijt cum ser-
uis suis, dicens: In loco illo, & illo pona-
9 mus insidias. * Misit itaque vir Dei ad re-
gem Israel, dicens: Caue ne transeas in
locum illum: quia ibi Syri in insidijs sunt.
10 * Misit itaque rex Israel ad locũ, quem di-
xerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, &
11 obseruauit se ibi non semel neque bis. *Cõ-
turbatumque est cor regis Syriæ pro hac re:
& conuocatis seruis suis, ait: Quare non in-
dicatis mihi quis proditor mei sit apud re-
12 gem Israel? * Dixitque vnus seruorum eius
C Nequaquam Domine mi rex, sed Elisæus
propheta, qui est in Israel, indicat regi I-
srael omnia verba quæcumque locutus fue-
13 ris in conclauiti tuo. * Dixitque eis: Ite, & vi-
dete vbi sit: vt mittam, & capiam eum: An-
nunciauerunt que ei, dicentes: Ecce in Do-
14 than. * Misit ergo illuc equos, & currus, &
robur exercitus: qui cum venissent nocte, cir
15 cumdederunt ciuitatem. * Consurgens au-
tem diluculo minister viri Dei, egressus, vi-
dit exercitum in circuitu ciuitatis, & equos
& currus: nunciauitque ei, dicens: Heu heu
16 heu domine mi, quid faciemus? * At ille re-
spondit: Noli timere: plures enim nobi-
17 scum sunt, quam cum illis. * Cumque oras-
set Eliseus, ait: Domine, aperi oculos iu-
D ius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos
pueri, & vidit, & ecce mons plenus equo-
rum, & curruum igneorum, in circuitu Eli-
18 sei. * Hostes vero descenderunt ad eum:
porro Eliseus orauit ad Dominum, dicens:
Percute, obsecro gentem hanc cæcitate. Per-
cussitque eos Dominus, ne viderent, iuxta
19 verbum Elisei. * Dixit autem ad eos Eli-
sæus: Non est hæc via, neque ista est ciui-
tas: sequimini me, & ostendam vobis vi-
rum, quem quæritis. Duxit ergo eos in Sa-
20 mariam: * cumque ingressi fuissent in Sa-
mariam, dixit Eliseus: Domine aperi ocu-
los istorum, vt videant. Aperuitque Domi-
nus oculos eorum, & viderũt se esse in me-
21 dio Samarię. *Dixitq rex Israel ad Eliseum
cum vidisset eos: Numquid percutiam eos,
22 pater mi? * At ille ait: Non percuties: neque
E enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt per-
cutias, sed pone panẽ, & aquã coram eis, vt
comedant, & bibant, & vadant ad dominũ
23 suum. * Appositaque est eis ciborũ magna
præparatio, & comederunt, & biberunt, &
dimisit eos, abieruntque ad dominum suũ,
& vltra non venerunt latrones Syriæ in Ter
24 ram Israel. * Factum est autem post hac, cõ-
gregauit Benadad rex Syriæ, vniuersũ exer-
citum suum, & ascendit, & obsidebat Sama-
25 riam. * Factaq. est fames magna in Samaria:
& tan-

& tandiu obsessa est, donec venũ daretur ca-
put asini octoginta argenteis, & quarta pars
cabi stercoris columbarum quinque argen-
teis. * Cumq. rex Israel transiret per murũ, 26
mulier quædam exclamauit ad eum dicens: F
Salua me domine mi rex. * Qui ait: Non te 27
saluat Dominus: vnde te possum saluare:
de area, vel de torculari? Dixitq. ad eam rex:
Quid tibi vis? Quæ respondit. * Mulier ista 28
dixit mihi: Da filium tuum, vt comedamus
eum hodie, & filium meum comedemus
cras. * Coximus ergo filium meum, & co- 29
medimus. Dixitque ei die altera: Da filium
tuum, vt comedamus eũ. Quæ abscondit fi-
lium suum. * Quod cum audisset rex, scidit 30
vestimenta sua, & transibat per murum. Vi-
ditque omnis populus cilicium, quo vestitus
erat ad carnem intrinsecus. * Et ait rex. Hæc 31
mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit ca- G
put Elisei filij Saphat sup ipsum hodie. * E- 32
liseus autẽ sedebat in domo sua, & senes se
debant cum eo. Premisit itaque virum: & an
tequam veniret nuncius ille, dixit ad senes:
Numquid scitis quod miserit filius homici-
dæ hic, vt præcidatur caput meum? videte er
go, cum venerit nuncius, claudite ostium, &
non sinatis eum introire: ecce enim sonitus
pedum dñi eius post eum est. * Adhuc illo 33
loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat
ad eum. Et ait: Ecce, tantum malum à Do-
mino est: quid amplius expectabo à Dño?

CAP. VII.

DIxit autem Eliseus: Audite verbum Do 1
mini, Hæc dixit Dominus: In tempore A
hoc cras modij similæ vno statere emit, &
duo modij hordei statere vno, in porta Sa-
mariæ. * Respõdens vnus de ducibus, super 2
cuius manum rex incumbebat, homini Dei,
ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in
cælo, numquid poterit esse quod loqueris?
Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non co-
3 medes. * Quatuor ergo viri erãt leprosi iux-
ta introitum portæ, qui dixerunt ad inuicẽ:
4 Quid hic esse volumus donec moriamur? * si
ue ingredi voluerimus ciuitatem, fame mo-
riemur sive manserimus hic, moriẽdum no-
B bis est: venite ergo, & trãsfugiamus ad castra
Syriæ, si pepercerint nobis, viuemus: si autem
occidere voluerint, nihilominus moriemur.
5 * Surrexerunt ergo vesperi, vt venirẽt ad ca-
stra Syriæ. Cumq. venissent ad principiũ ca-
strorum Syriæ, nullum ibidem reperierunt.
6 * Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat
in castris Syriæ, curruum, & equorum, & e-
xercitus plurimi: dixeruntq. ad inuicem: Ec-
ce mercede conduxit aduersum nos rex Is-
7 rael reges Hethæorum, & Aegyptiorum, * &
venerunt super nos Surrexerunt ergo, & fu-
gerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria
sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntque
8 animas tantum suas saluare cupientes. * Igi-
tur cum venissent leprosi illi ad principium
castrorũ, ingressi sunt vnum tabernaculum,
& comederunt, & biberunt: tuleruntq. inde
argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, &
abscõderũt, & rursum reuersi sunt ad aliud
tabernaculum, & inde similiter auferentes
9 absconderunt. * Dixeruntq. ad inuicem: Nõ
C rectè facimus: hæc enim dies boni nũcij est.
Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsq.
mane, sceleris arguemur: venite, eamus, &
10 nunciemus in aula regis. * Cumq venissent
ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicen-
tes: Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibi-
dem reperimus hominem, nisi equos. &
11 asinos alligatos, & fixa tentoria. * Ierunt er-
go

go portarij, & nunciauerunt in palatio regis intrinsecus. * Qui surrexit nocte, & ait ad 12
seruos suos: Dico vobis quid fecerint nobis
Syri: Sciunt quia fame laboremus, & idcirco
egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi
poterimus. * Respondit autem vnus ser- 13
uorum eius: Tollamus quinque equos, qui
remanserunt in vrbe (quia ipsi tantum sunt
in vniuersa multitudine Israel, alij enim cõsumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus. * Adduxerũt ergo duos equos, misitq. 14
rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte. * Qui abierunt post eos vsque ad Iorda- 15
nem: ecce autem omnis via plena erat vesti-
D bus, & vasis, quæ proiecerant Syri cum turba
rentur reuertique nuncij indicauerunt regi,
* Et egressus populus diripuit castra Syriæ: 16
factusque est modius similæ statere vno, &
duo modij hordei statere vno, iuxta verbum Domini. * Porrò rex ducem illum, in 17
cuius manu incumbebat, constituit ad portam: quẽ conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descẽderat rex ad eum.
* Factumq. est secũdũ sermonem viri Dei, 18
quem dixerat regi, quando ait: Duo modij
hordei statere vno erunt, & modus similæ
statere vno hoc eodem tempore cras in porta Samariæ: quando responderat dux ille viro Dei dixerat: * Etiamsi Dominus fecerit 19
cataractas in cælo, nũquid poterit fieri quod
loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis,
& inde non comedes. * Euenit ergo ei si- 20
cut prædictum fuerat, & conculcauit eum
populus in porta, & mortuus est.

CAP. VIII.

Eliseus autem locutus est ad mulierem, 1
"cuius viuere fecerat filium, dicens, Sur- A
"Sup. 4. f.35. ge, vade tu, & domus tua, & peregrinare vbi
cumque repereris: vocauit enim Dominus
famẽ, & veniet super terram septem annis.
* Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum homi- 2
nis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philisthijm diebus multis.
* Cumque finiti essent anni septem, reuersa 3
est mulier de Terra Philisthijm: & egressa
est vt interpellaret regem pro domo sua, &
pro agris suis. * Rex autem loquebatur cum 4
Giezi puero viri Dei, dicens: Narra mihi
omnia magnalia, quæ fecerit Eliseus. * Cũq. 5
ille narraret regi quo modo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat B
filium, clamans ad regem pro domo sua, &
pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi
rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quẽ
suscitauit Eliseus. * Et interrogauit rex mu- 6
lierem: quæ narrauit ei. Deditq. ei rex eunuchum vnum, dicens: Restitue ei omnia
quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorũ à
die, qua reliquit terram vsque ad præsens.
* Venit quoque Eliseus Damascum, & Bena 7
dad rex Syriæ ægrotabat: nunciauerunqué
8 ei dicentes: Venit vir Dei huc. * Et ait rex
ad Hazael: Tolle tecum munera, & vade in
C occursum viri Dei, & consule Dominum per
eum, dicens: Si euadere potero de infirmita-
9 te mea hac? * Iuit igitur Hazael in occur-
sum eius, habens secum munera, & omnia
bona Damasci, opera quadraginta camelorum Cumque stetisset coram eo, ait: Filius
tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea
10 hac? * Dixitque ei Eliseus: Vade dic ei: Sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus quia
11 morte morietur. * Stetitque cum eo, & con-
turbatus est vsque ad suffusionem vultus:
12 fleuitque vir Dei. * Cui Hazael ait: Quare
D dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio
quæ facturus sis filijs Israel mala. Ciuitates
eorum interficies gladio, & paruulos eorum
13 elides, & prægnantes diuides * Dixitq. Hazael: Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.
14 * Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad do
minum suum. Qui ait ei: Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: Re-
15 cipies sanitatem. * Cumque venisset dies
altera, tulit stragulum, & infudit aquam, &
expandit super faciem eius: quo mortuo, re-
16 gnauit Hazael pro eo. * Anno quinto Ioram
filij Achab regis Israel, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. "2. Par. 21.b.3.
17 * "Triginta duorum annorum erat cum re-
gnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ie-
18 rusalem. * Ambulauitq. in vijs regum Israel
E sicut ambulauerat domus Achab: filia enim
Achab erat vxor eius: & fecit quod malum
19 est in conspectu Domini. * "Noluit autem "2. Reg. 7.c.16.
Dominus disperdere Iudam, propter Dauid
seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret il-
20 li lucernam, & filijs eius cunctis diebus. * "2. Par. 21.b.8.
In diebus eius recessit Edom, ne esset sub Iu-
21 da, & constituit sibi regem. * Venitq. Ioram
F Seira, & omnes currus cũ eo: & surrexit no-
cte, percussitq. Idumæos, qui eum circumdederant, & principes curruum, populus autẽ
22 fugit in tabernacula sua. * Recessit ergo E-
dom ne esset sub Iuda, vsque ad diem hãc.
23 Tũc recessit, & Lobna in tempore illo. * Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa
quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro
24 verborum dierum regum Iuda. * Et dormi-
uit Ioram cum patribus suis, sepultusque est
cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ocho-
25 zias filius eius pro eo. * "Anno duodecimo "2. Par. 22.a.2.
Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ocho-
26 zias filius Ioram regis Iudæ. * Viginti duo-
rum annorum erat Ochozias cum regnare
G cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalẽ:
nomen matris eius Athalia filia Amri regis
27 Israel. * Et ambulauit in vijs domus Achab:
& fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus A-
28 chab fuit. * Abijt quoque cum Ioram filio
Achab, ad prælianduṁ cõtra Hazael regem
Sy-

Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt
Syri Ioram: * qui reuersus est vt curaretur, 29
in Iezrahel: quia vulnerauerant eum Syri in
Ramoth prælianteṁ contra Hazael regem
Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab
in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

CAP. IX.

Eliseus autem prophetes vocauit vnum 1
de filijs prophetarum, & ait illi: Accin- A
ge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc
in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.
"3. Reg. 19.d.16. * "Cumque veneris illuc, videbis Iehu filiũ 2
Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis
eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. * Tenensq. lenti- 3
culam olei, fundes super caput eius, & dices:
Hæc dicit Dominus: Vnxi te regem super
Israel. Aperiesque ostium, & fugies, & non
ibi subsistes. * Abijt ergo adolescens puer 4
prophetæ in Ramoth Galaad, * & ingressus 5
est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant, & ait: Verbum mihi ad te, ò princeps. Dixitque Iehu: Ad quem ex omnibus
nobis? At ille dixit: Ad te, ò princeps. * Et 6
surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fu
dit oleum super caput eius, & ait: Hæc dicit B
Dominus Deus Israel: vnxi te regem super
populum Domini Israel, * & percuties do- 7
mum Achab domini tui, & vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, &
sanguinem omnium seruorum Domini de
"3. Reg. 21.e.20. manu Iezabel. * "Perdamque omnem do- 8
mum Achab: & interficiam de Achab min-
gentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. * Et dabo domum Achab, si- 9
"3. Reg. 15.f.29. cut "domum Ieroboam filij Nabat, & sicut
"3. Reg. 16.a.3. domum "Baasa filij Ahia. * Iezabel quoq. 10
comedent canes in agro Iezrahel, nec erit
qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fu-
git. * Iehu autem egressus est ad seruos do- 11
mini sui: qui dixerunt ei: Recte ne sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait
eis: Nostis hominem, & quid locutus sit. * At 12
illi responderunt: Falsum est, sed magis nar- C
ra nobis. Qui ait eis: Hæc, & hæc locutus est
mihi, & ait: Hæc dicit Dominus: Vnxi te re-
gem super Israel. * Festinauerunt itaque, & 13
vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, & in similitudinẽ tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt:
Regnauit Iehu. * Cõiurauit ergo Iehu filius 14
"Sup. 8. c.28. Iosaphat filij Namsi contra Ioram, "porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse,
& omnis Israel contra Hazael regem Syriæ:
* & reuersus fuerat vt curaretur in Iezrahel 15
propter vulnera, quia percusserant eum Syri, prælianteṁ contra. Hazael regem Syriæ:
Dixitq. Iehu. Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nunciet in Iezrahel. * Et ascẽdit, & profectus est 16
in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum
17 Ioram. * Igitur speculator, qui stabat super
D turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venien-
tis, & ait: Video ego globum. Dixitq. Ioram:
Tolle currum, & mitte in occursum eorum
18 & dicat vadẽs: Rectè ne sunt omnia? * Abijt
ergo qui ascenderat currum, in occursum
eius, & ait. Hæc dicit rex: Pacata ne sunt omnia? Dixitq Iehu. Quid tibi, & paci? transi, &
sequere me: Nunciauit quoque speculator,
dicens: Venit nuncius ad eos, & non reuerti-
19 tur. * Misit etiam currum equorum secundũ
venitq. ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Nũquid
pax est? Et ait Iehu: Quid tibi, & paci? transi,
20 & sequere me. * Nũciauit aũt speculator di-
E cens: Venit vsq. ad eos, & non reuertitur: est
autem incessus quasi incessus Iehu filij Nã-
21 si, præceps enim graditur. * Et ait Ioram:
Iunge currum. Iunxeruntq. currum eius, &
egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias
rex Iuda, singuli in curribus suis, egressique
sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum
22 in agro Naboth Iezrahelitæ. * Cũq. vidisset
Ioram Iehu, dixit: Pax est Iehu? At ille respõ
dit: Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel
matris tuæ, & veneficia eius multa vigent.
23 * Conuertit autem Ioram manum suam, &
fugiens ait ad Ochoziam: Insidiæ Ochozia.
24 * Porrò Iehu tetendit arcum manu, & per-
cussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru
25 suo. * Dixitq. Iehu ad Badacer ducem: Tol-
le, proijce eum in agro Naboth Iezrahelitæ:
memini enim quando ego, & tu sedentes in
curru sequebamur Achab patrem huius,
quod Dominus onus hoc leuauerit super "3. Reg.
26 eum, dicens: * "Si non pro sanguine Na- 21.f.22.
F both, & pro sanguine filiorum eius, quẽ vi-
di heri, ait Dominus, reddam tibi in agro
isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proijce eum in agrum iuxta verbum Domini.
27 * Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit
per viam domus horti persecutusq. est eum
Iehu, & ait: Etiam hunc percutiet in curru
suo. Et percusserunt eum in ascensu Gauer,
qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Maged-
28 do, & mortuus est ibi. * Et imposuerunt eũ
serui eius super currum suum, & tulerũt in
Ierusalem: sepelieruntque eum in sepulchro
29 cum patribus suis in Ciuitate Dauid. * An-
no vndecimo Ioram filij Achab, regnauit
30 Ochozias super Iuda. * Venitq. Iehu in Iez-
rahel. Porrò Iezabel introitu eius audito,
depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput
31 suum, & respexit per fenestram * ingredien-
tem Iehu per portam, & ait: "Numquid pax "3. Reg.
potest esse Zambri, qui interfecit dominum 16.c.20.
32 suum? * Leuauitq. Iehu faciem suam ad fe-
G nestram, & ait: Quæ est ista? & inclinaue-
33 runt se ad eum duo, vel tres eunuchi. * At il
le dixit eis: Præcipitate eam deorsum, &
præcipitauerũt eam, aspersusq. est sanguine
paries, & equorum vngulæ conculcauerunt
34 eam. * Cumque introgressus esset, vt comederet, biberetq. ait: Ite, & videte maledictam
illam, & sepelite eam: quia filia regis est.
Cum-

* Cumque issent, vt sepelirent eam, nõ inue-
nerunt nisi caluariam, & pedes, & summas
manus.* Reuersiq. nunciauerũt ei. Et ait Ie- 36
(" 3. Reg. 21 f.23.) hu: " Sermo Domini est, quem locutus est
per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens:
in agro Iezrahel comedent canes carnes Ie-
zabel, * & erunt carnes Iezabel sicut ster- 37
cus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita
vt pretereuntes dicant: Hæccine est illa
Iezabel?

CAP. X.

ERant autem Achab septuaginta filij in 1
Samaria: scripsit ergo Iehu literas, & A
misit in Samariam, ad optimates ciuitates, &
ad maiores natu, & ad nutritios Achab, di-
cens: * Statim, vt acceperitis literas has, 2
qui habetis filios domini vestri, & currus, &
equos, & ciuitates firmas, & arma, * eligite 3
meliorem, & eum, qui vobis placuerit de fi-
lijs domini vestri, & eum ponite super soliũ
patris sui, & pugnate pro domo domini ve-
stri. * Timuerunt illi vehementer, & dixe- 4
runt: Ecce duo reges nõ potuerunt stare co-
ram eo, & quomodo nos valebimus resiste-
re?* Miserunt ergo præpositi domus, & præ- 5
fecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij,
ad Iehu, dicentes: Serui tui sumus, quæcum-
que iusseris faciemus, nec constituemus no-
bis regem: quæcumque tibi placent, fac.* Re- 6
scripsit autem eis literas secundò dicens:
Si mei estis, & obedietis mihi, tollite capita fi- B
liorum domus vestri, & venite ad me hac
eadem hora eras in Iezrahel. Porrò filij re-
gis, septuaginta viri apud optimates ciuita-
tis nutriebãtur.* Cumq. venissent literæ ad 7
eos, tulerunt filios regis, & occiderũt septua-
ginta viros, & posuerũt capita eorum in co-
phinis, & miserũt ad eum in Iezrahel. * Ve- 8
nit autem nuncius, & indicauit ei, dicens:
Attulerunt capita filiorum regis. Qui re-
spondit: Ponite ea ad duos aceruos iuxta in-
troitum portæ vsque mane.* Cumque dilu- 9
xisset, egressus est, & stans dixit ad omnem
populum: Iusti estis: si ego coniuraui con-
tra dominum meum, & interfeci eum, quis
(" 3. Reg. 21. g 29.) percussit omnes hos?* " Videte ergo nunc 10
quoniam non cecidit de sermonibus Domi-
ni in terram, quos locutus est Dominus su-
per domum Achab, & Dominus fecit, quod C
locutus est in manu serui sui Eliæ.* Percus- 11
sit igitur Iehu omnes, qui reliqui erãt de do-
mo Achab in Iezrahel, & vniuersos optima-
tes eius, & notos, & sacerdotes, donec non
remanerent ex eo reliquiæ.* Et surrexit, & 12
venit in Samariam: cumque venisset ad Ca-
meram pastorum in via, * inuenit fratres 13
Ochoziæ regis Iuda, dixitq. ad eos. Quinam
estis vos? Qui responderunt: Fratres Ocho-
ziæ sumus, & descendimus ad salutãdos fi-
lios regis, & filios reginæ. * Qui ait: Com- 14
prehendite eos viuos. Quos cum comprehẽ-
dissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna
iuxta Cameram, quadraginta duos viros, &
15 non reliquit ex eis quemquam. * Cumque
abijsset inde, inuenit Ionadab filium Re-
chab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait
ad eum: Numquid est cor tuum rectum, si-
cut cor meum cum corde tuo? Et ait Iona-
dab: Est. Si est, inquit, da manum tuam:
Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit
16 eum ad se in currum: * dixitque ad eũ: Ve-
D ni mecum, & vide zelum meum pro Domi-
17 no. Et impositum in curru suo* duxit in Sa-
mariam. Et percussit omnes qui reliqui fue-
rant de Achab in Samaria vsque ad vnum,
iuxta verbum Domini, quod locutus est per
18 Eliam.* Congregauit ergo Iehu omnem po-
pulum, & dixit ad eos: " Achab coluit Baal (" 3. Reg. 16. g.31.)
parum ego autem colam eum amplius.
19 * Nunc igitur omnes prophetas Baal, &
vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes
ipsius vocate ad me: nullus sit qui non ve-
niat, sacrificium enim grande est mihi Baal:
quicumque defuerit, non viuet. Porro Iehu
E faciebat hoc insidiosè, vt disperderet culto-
20 res Baal. * Et dixit: Sanctificate diem so-
21 lemnem Baal. Vocauitque, * & misit in vni-
uersos terminos Israel, & venerunt cuncti
serui Baal: non fuit residuus ne vnus quidẽ
qui non veniret. Et ingressi sunt templum
Baal: & repleta est domus Baal, à summo
22 vsque ad summum.* Dixitq. his, qui erant
super vestes: Proferte vestimenta vniuersis
23 seruis Baal. Et protulerunt eis vestes * In-
gressusque Iehu, & Ionadab filius Rechab
templũ Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite,
& videte, ne quis fortè vobiscũ sit de seruis
24 Domini, sed vt sint serui Baal soli.* Ingres-
si sunt igitur vt facerent victimas, & holo-
causta: Iehu autem præparauerat sibi foris
octoginta viros, & dixerat eis: Quicumque
fugerit de hominibus his, quos ego adduxe-
ro in manus vestras, anima eius erit pro ani-
25 ma illius.* Factum est autem, cum comple-
F tum esset holocaustum, præcepit Iehu mili-
tibus, & ducibus suis: Ingredimini, & percu-
tite eos, nullus euadat. Percusseruntq. eos in
ore gladij, & proiecerunt milites, & duces: &
26 ierunt in ciuitatem templi Baal, * & protu-
lerunt statuam de fano Baal, & combusse-
27 runt, * & comminuerunt eam. Destruxe-
runt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea
28 latrinas vsque in diem hanc. * Deleuit itaq.
29 Iehu Baal de Israel:* verumtamen à pecca-
tis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Is-
rael, non recessit, nec dereliquit vitulos au-
30 reos, qui erant in Bethel, & in Dan. * Dixit
autem Dominus ad Iehu: Quia studiosè egi-
sti qđ rectum erat, & placebat in oculis meis
& omnia quæ erant in corde meo fecisti cõ-
tra domum Achab " filij tui vsque ad quar-
tam generationem sedebũt super thronum
31 Israel.* Porro Iehu nõ custodiuit vt ambu
G laret in lege Domini Dei Israel in toto corde
suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam,
32 qui peccare fecerat Israel.* In diebus illis cœ-
pit Dominus cædere super Israel: percussit-
que eos Hazael in vniuersis finibus Israel,
à Ior-

coram Domino, veruntamen non vt Dauid
pater eius. Iuxta omnia, quæ fecit Ioas pater
suus fecit:* nisi hoc tantum quod excelsa nõ 4
abstulit: adhuc enim populus immolabat, &
adolebat incẽsum in excelsis.* Cumque obti- 5
nuisset regnum, percussit seruos suos, qui in B
terfecerant regem patrem suum: * filios au- 6
tem eorum, qui occiderant, non occidit, iux-
ta quod scriptum est in libro legis Moysi, si-
cut præcepit Dñs, dicens: " Non morientur
(" Deut. 24. c.16. Ezec.18. c.20.) patres pro filijs, neque filij morientur pro
patribus: sed vnusquisque in peccato suo
morietur. * Ipse percussit Edom in Valle Sa 7
linarum decem millia: & apprehendit petrã
in prælio, vocauitq. nomẽ eius Iectehel vsq.
in præsentem diem. * Tunc misit Amasias 8
nuncios ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu re-
gis Israel, dicens: Veni, & videamus nos.* Re 9
misitque Ioas rex Israel ad Amasiam regem C
Iuda, dicẽs: Carduus Libani misit ad cedrũ,
quæ est in libano, dicens: Da filiam tuam fi-
lio meo vxorem. Transieruntq. bestiæ saltus,
quæ sunt in libano, & conculcauerunt car-
duum.* Percutiens inualuisti super Edom, 10
& subleuauit te cor tuum: contentus esto
gloriæ, & sede in domo tua: quare prouocas
malum, vt cadas tu, & Iudas tecum: * Et nõ 11
acquieuit Amasias: Ascenditque Ioas rex Is-
rael, & viderunt se, ipse & Amasias rex Iuda
in Bethsames oppido Iudæ.* Percussusque 12
est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquis-
que in tabernacula sua. * Amasiam verò re- 13
gem Iuda filiũ Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas D
rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in
Ierusalem: & interrupit murum Israel, à
porta Ephraim vsque ad portam anguli, qua
dringentis cubitis.* Tulitque omne aurũ, & 14
argentum, & vniuersa vasa, quæ inuẽta sunt
in domo Domini, & in thesauris regis, & ob
sides, & reuersus est in Samariam.* Reliqua 15
autem verborũ Ioas quæ fecit, & fortitudo
eius, qua pugnauit contra Austrum regem
Iuda, nõne hæc scripta sunt in Libro sermo-
num dierum regum Israel? * Dormiuitque 16
Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Sa- E
maria cum regibus Israel: & regnauit Iero-
boam filius eius pro eo. * Vixit autẽ Ama- 17
sias, filius Ioas, rex Iuda, postquam mortuus
est Ioas filius Ioachaz regis Israel quindecim
annis * Reliqua autem sermonum Amasiæ, 18
nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum
dierum regum Iuda?* Factaq. est contra eũ 19
coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in La-
chis. Miseruntq. post eum in Lachis, & in-
terfecerunt eum ibi. * Et asportauerunt in 20
equis, sepultusq. est in Ierusalem cum patri-
(" 2. Para. 26. a.1.) bus suis in ciuitate Dauid. * " Tulit autem 21
vniuersus populus Iudæ Azariam annos na- F
tum sedecim, & constituerunt eum regem
pro patre eius Amasia. * Ipse ædificauit Ae- 22
lath, & restituit eam Iudæ postquam dormi
uit rex cum patribus suis. * Anno quinto de- 23
cimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit
Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria,
quadraginta, & vno anno: * & fecit quod 24
malum est coram Domino. Non recessit ab
omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui
25 peccare fecit Israel. * Ipse restituit terminos
Israel ab introitu Emath, vsq ad Mare soli-
G tudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel,
quem locutus est per seruum suum * Ionam (" Ion. 1. a.1.)
filium Amathi prophetã, qui erat de Geth,
26 quæ est in Opher. * Vidit enim Dominus
afflictionem Israel amaram nimis, & quod
consumpti essent vsque ad clausos carcere, &
extremos, & non esset qui auxiliaretur Israe-
27 li. * Nec locutus est Dominus vt deleret no
men Israel de sub cælo, sed saluauit eos in
28 manu Ieroboam filij Ioas.* Reliqua autem
sermonum Ieroboam, & vniuersa, quæ fe-
cit, & fortitudo eius, qua præliatus est, & quo
modo restituit Damascum, & Emath Iudæ
in Israel, nonne hæc scripta sunt in Libro
29 sermonum dierum regum Israel?* Dormi-
uitque Ieroboam cum patribus suis regibus
Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro
eo.

CAP. XV.

1 ANno vigesimo septimo Ieroboam regis
A Israel regnauit Azarias filius Amasiæ re-
2 gis Iuda. * Sedecim annorum erat cum re-
gnare cœpisset, & quinquaginta duobus an-
nis regnauit in Ierusalem: nomen matris
3 eius Iechelia de Ierusalẽ. * Fecitq. quod erat
placitum coram Domino, iuxta omnia, quæ
4 fecit Amasias pater eius. * Veruntamen ex-
celsa non est demolitus; adhuc populus sa-
crificabat, & adolebat incensum in excelsis. (" 2. Par. 26. d.21.)
5 * " Percussit autem Dominus regem, & fuit
leprosus vsq. in diem mortis suæ, & habita-
bat in domo libera seorsum: Ionathan verò
filius regis gubernabat palatium, & iudica-
6 bat populum terræ.* Reliqua autem sermo-
B nũ Azariæ, & vniuersa quæ fecit nonne hæc
scripta sunt in libro verborum dierum regũ
7 Iuda? * Et dormiuit Azarias cum patribus
suis: sepelieruntque eũ cum maioribus suis
in ciuitate Dauid, & regnauit Ioathan filius
8 eius pro eo. * Anno trigesimo octauo Aza-
riæ regis Iuda, regnauit Zacharias filius Iero
boam super Israel in Samaria sex mensibus:
9 * & fecit quod malum est coram Domino,
sicut fecerant patres eius: non recessit à pec-
catis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
10 Israel. * Coniurauit autem contra eum Sel-
lum filius Iabes, percussitque eum palam, &
11 interfecit, regnauitq. pro eo. * Reliqua autẽ
verborum Zachariæ, nonne hæc scripta sũt
in Libro sermonum dierum regum Israel?
12 * " iste est sermo Domini, quem locutus est (" Sup. 10. f. 30.)
C ad Iehu, dicens: Filij tui vsque ad quartam
generationem sedebunt super thronum Is-
13 rael Factumque est ita.* Sellũ filius Iabes re-
gnauit trigesimo nono anno Azariæ regis
Iuda: regnauit autem vno mense in Sama-
14 ria, * Et ascendit Manahem filius Gadi de
Thersa: venitque in Samariam, & percussit
Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit

eum,regnauitq. pro eo.* Reliqua autem ver 15
borum Sellum,& coniuratio eius, per quam
tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in
Libro sermonũ dierum regũ Israel? * Tunc 16
percussit Manahem Thapsam,& omnes,qui
erant in ea, & terminos eius de Thersa, no-
luerunt n. aperire ei:& interfecit omnes præ-
gnantes eius,& scidit eas.* Anno trigesimo 17
nono Azariæ regis Iuda regnauit Manahem D
filius Gadi super Israel decem annis in Sa-
maria. * Fecitque quod erat malum coram 18
Dño: non recessit à peccatis Ieroboam filij
Nabat,qui peccare fecit Israel cunctis diebus
eius.* Veniebat Phul rex Assyriorum in ter-19
ram, & dabat Manahem Phul mille talenta
argenti, vt esset ei in auxilium,& firmaret re-
gnum eius.* Indixitque Manahem argẽtum 20
super Israel cunctis potentibus,& diuitibus,
vt daret regi Assyriorum quinquaginta siclos
argenti per singulos:reuersusq. est rex Assy-
riorum, & non est moratus in terra.* Reli- 21
qua autem sermonum Manahẽ, & vniuersa
quæ fecit,nonne hæc scripta sunt in Libro ser-
monum dierum regum Israel? * Et dormi- 22
uit Manahem cum patribus suis: regnauitq E
Phaceia filius eius pro eo.* Anno quinquage 23
simo Azariæ regis Iuda regnauit Phaceia fi-
lius Manahem super Israel in Samaria bien-
nio:* & fecit quod erat malum coram Dño: 24
non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat,
qui peccare fecit Israel. * Coniurauit autem 25
aduersus eum Phacee filius Romeliæ, dux
eius,& percussit eum in Samaria in turre do-
mus regiæ iuxta Argob, & iuxta Ariæ, & cũ
eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarũ,
& interfecit eum,regnauitq. pro eo.* Reli- 26
qua autem sermonum Phaceia, & vniuersa
quæ fecit,nonne hæc scripta sunt in libro ser-
monum dierum regũ Israel?* Anno quin- 27
quagesimo secũdo, Azariæ regis Iuda regna-
uit Phacee filius Romeliæ super Israel in Sa- F
maria viginti annis.* Et fecit quod erat ma- 28
lum coram Dño:non recessit à peccatis Iero-
boam filij Nabat,qui peccare fecit Israel.* In 29
diebus Phacee regis Israel venit Theglath-
phalasar rex Assur,& cepit Aiõ, & Abel Do-
mum, Maacha,& Ianoe,& Cedes,& Asor,&
Galaad.& Galilæam, & vniuersam Terram
Nephtali:& transtulit eos in Assyrios.* Cõ- 30
iurauit autem,& tetẽdit insidias Oseæ filius
Ela contra Phacee filium Romeliæ, & per-
cussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo
vigesimo anno Ioatham filij Oziæ.* Reliqua 31
autem sermonum Phacee, & vniuersa, quæ
fecit,nonne hæc scripta sunt in Libro sermo-
num dierum regum Israel?* // Anno secũdo 32
Phacee, filij Romeliæ regis Israel, regnauit
Ioathã filius Oziæ regis Iuda.* Viginti quin- 33
que annorum erat cum regnare cœpisset, & G
sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomẽ
matris eius Ierusa, filia Sadoc.* Fecitq. quod 34
erat placitum coram Domino:iuxta omnia,
quæ fecerat Ozias pater suus operatus est. * 35
Verumtamen excelsa non abstulit:adhuc po-
pulus immolabat, & adolebat incensum in

// 2. Par. 27.a.1.

excelsis: ipse ædificauit portam domus Dñi
36 sublimissimam.* Reliqua autem sermonum
Ioatham, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc
scripta sunt in Libro verborum dierum re-
37 gum Iuda?* In diebus illis cœpit Dominus
mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, &
38 Phacee filium Romeliæ.* Et dormiuit Ioa-
tham cum patribus suis,sepultusq. est cum
eis in Ciuitate Dauid patris sui, & regnauit
Achaz filius eius pro eo.

CAP. XVI.

1 A Anno decimo septimo Phacee filij Ro-
meliæ regnauit Achaz filius Ioatham
2 regis Iuda. * // Viginti annorum erat Achaz
cum regnare cœpisset, & sedecim annis re-
gnauit in Ierusalem:non fecit quod erat pla-
citum in conspectu Domini Dei sui,sicut Da-
3 uid pater eius,* sed ambulauit in via regum
Israel: insuper & filium suum consecrauit,
transferens per ignem secundum idola Gẽ-
tium: quæ dissipauit Dominus coram filijs
4 Israel.* Immolabat quoque victimas,& ado-
lebat incensum in excelsis, & in collibus, &
5 sub omni ligno frondoso.* // Tunc ascendit
Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ
rex Israel in Ierusalem ad prælian dum': cũ-
que obsiderent Achaz non valuerũt supera-
6 re eum:* In tempore illo restituit Rasin rex
B Syriæ,Ailam Syriæ,& eiecit Iudæos de Aila:
& Idumæi venerunt in Ailam, & inhabitaue-
7 runt ibi vsque in diem hanc. * Misit autem
Achaz nuncios ad Theglathphalasar regem
Assyriorum,dicẽs:Seruus tuus,& filius tuus
ego sum: ascende, & saluum me fac de ma-
nu regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui
8 consurrexerunt aduersum me.* Et cum col-
legisset argentum, & aurum, quod inuenire
potuit in domo dñi,& in thesauris regis,mi-
9 sit regi Assyriorum munera.* Qui & acquie-
uit voluntati eius: ascendit enim rex Assyri-
orum in Damascum,& vastauit eam: & tran-
stulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem
10 interfecit.* Perrexitque rex Achaz in occur-
sum Theglathphalasar regi Assyriorum in
Damascum,cũmque vidisset altare Damasci,
misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exẽ-
plar eius,& similitudinem iuxta omne opus
11 eius.* Extruxitq. Vrias sacerdos altare iuxta
omnia,quæ præceperat rex Achaz,de Dama-
C sco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret
12 rex Achaz de Damasco. * Cumque venisset
rex de Damasco,vidit altare,& veneratus est
illud: ascendit que & immolauit holocausta:
13 & sacrificium suum, * & libauit libamina,
& fudit sanguinem pacificorum, quæ obtu-
14 lerat super altare. * Porrò altare æreum,
quod erat coram Dño, transtulit de facie tẽ-
pli,& de loco altaris, & de loco templi Dñi:
posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonẽ.
15* Præcepit quoque rex Achaz Vriæ sacerdo-
ti,dicens:Super altare maius offer holocau-
stum matutinum, & sacrificium vesperti-
D num, & holocaustum regis, & sacrificium
eius,

eius,& holocaustum vniuersi populi terræ,
& sacrificia eorum,& libamina eorũ, & om-
nem sanguinem holocausti, & vniuersum
sanguinem victimæ super illud effundes al-
tare verò æreum erit paratum ad voluntã-
tem meam.* Fecit igitur Vrias sacerdos iux- 16
ta omnia,quæ præceperat rex Achaz.* Tulit 17
autem rex Achaz cælatas bases, & luterem,
qui erat desuper,& mare deposuit de bobus
æreis,qui sustentabant illud, & posuit super
pauimentum stratum lapide.* Musach quo- 18
que sabbati,quod ædificauerat in templo: &
ingressum regis exterius conuertit in tẽplum
Domini propter regem Assyriorum.* Reli- 19
qua autem verborum Achaz,quæ fecit, non-
ne hæc scripta sunt in Libro sermonum die-
rum regum Iuda?* Dormiuitq. Achaz cum 20
patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciui-
tate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius
pro eo.

CAP. XVII.

1 Anno duodecimo Achaz regis Iuda, re-
gnauit Osee filius Ela in Samaria super A
Israel nouem annis.* Fecitque malum coram 2
Domino:sed non sicut reges Israel, qui ante
eum fuerant.* // Contra hunc ascendit Salma- 3
manasar rex Assyriorum, & factus est ei O-
see seruus, reddebatque illi tributa.* Cumq. 4
deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod
rebellare nitens misisset nuncios ad Sua re-
gem Ægypti ne præstaret tributa regi Assy-
riorum sicut singulis annis solitus erat,obse-
dit eum,& vinctum misit in carcerem.* Per- 5
uagatusque est omnem terram:& ascendens
Samariam,obsedit eam tribus annis.* // An- 6
no autem nono Osee,cœpit rex Assyriorum
Samariam,& transtulit Israel in Assyrios:po
suitque eos in Hala,& in Habor iuxta fluuiũ
Gozan,in ciuitatibus Medorum. * Factum 7
est enim,cum peccassent filij Israel Dño Deo
suo, qui eduxerat eos de Terra Ægypti de
manu Pharaonis regis Ægypti,coluerũt deos B
alienos.* Et ambulauerunt iuxta ritum Gen- 8
tium, quas consumpserat Dominus in con-
spectu filiorum Israel,& regum Israel: quia
similiter fecerant.* Et offenderunt filij Israel 9
verois non rectis Dñm Deum suum:& ædi-
ficauerunt sibi excelsa in cunctis vrbib. suis à
Turre custodum vsque ad Ciuitatem muni-
tam. * Feceruntque sibi statuas, & lucos in 10
omni colle sublimi, & subter omne lignum
nemorosum:* & adolebant ibi incensum su- 11
per aras in morem Gentium,quas transtule-
rat Dñs à facie eorum:feceruntque verba pes-
sima irritantes Dominum,* & coluerunt im- 12
munditias,de quibus præcepit eis Dñs ne fa-
cerent verbum hoc.* Et testificatus est Dñs 13
in Israel,& in Iuda per manum omnium
Prophetarum,& videntium,dicens:// Reuer- C
timini à vijs vestris pessimis, & custodite
præcepta mea, & ceremonias iuxta omnem
legem,quam præcepi patribus vestris,& sicut
misi ad vos in manu seruorum meorũ Pro-
14 phetarum.* Qui non audierunt,sed indura-
uerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrũ
suorum, qui noluerunt obedire Dño Deo
15 suo.* Et abiecerunt legitima eius, & pactũ
quod pepigit cum patribus eorum,& testifi-
cationes,quibus contestatus est eos:secutique
sunt vanitates,& vanè egerunt: & secuti sũt
Gentes, quæ erant per circuitum eorum, su-
per quibus præceperat Dominus eis, vt non
16 facerẽt,sicut & illæ faciebant.* Et deseliquerunt omnia præcepta Dñi Dei sui:feceruntq.
sibi cõflatiles duos vitulos, & lucos,& ado-
rauerunt vniuersam militiã cæli:seruierunt-
17 que Baal,* & consecrauerunt filios suos, &
filias suas per ignem:& diuinationibus in-
seruiebant,& augurijs: & tradiderunt se, vt
facerent malum coram Domino, vt irrita-
18 rent eum.* Iratusque est Dominus vehemẽ
ter Israeli,& abstulit eos à conspectu suo, &
non remansit nisi tribus Iuda tantummo-
19 do. * Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata
Domini Dei sui: verum ambulauit in erro-
20 ribus Israel,quos operatus fuerat.* Proiecit-
D que Dominus omne semen Israel, & afflixit
eos,& tradidit eos in manu diripiẽtium,do-
21 nec proijceret eos à facie sua:* // ex eo ia tem- // 3. Reg.
pore,quo scissus est Israel à domo Dauid,& 12.c.19.
constituerunt sibi regem Ieroboam filium
Nabat: separauit enim Ieroboam Israel Do-
mino, & peccare eos fecit peccatum magnũ.
22 * Et ambulauerunt filij Israel in vniuersis
peccatis Ieroboam,quæ fecerat: & non reces-
23 serunt ab eis:* // vsque quo Dñs auferret Is- // Ier.25.
rael à facie sua, sicut locutus fuerat in manu b.9.
omnium seruorum suorum prophetarum:
trãslatusq. est Israel de terra sua in Assyrios,
24 vsque in diem hanc. * Adduxit autem rex
Assyriorum de Babylone,& de Cutha,& de
Auah,& de Emath,& de Sepharuaim:& col
locauit eos in ciuitatibus Samariæ, pro filijs
Israel,qui possederunt Samariam,& habita-
25 uerunt in vrbibus eius.* Cumq. ibi habitare
cœpissent, non timebant Dominum: & im-
misit in eos Dominus leones, qui interficie-
26 bant eos.* Nunciatumq. est regi Assyriorum
E & dictum: Gentes, quas transtulisti,& habi-
tare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant
legitima Dei terræ: & immisit in eos Domi-
nus leones: & ecce interficiunt eos, eò quod
27 ignorent ritum Dei terræ.* Præcepit autem
rex Assyriorum, dicens: Ducite illuc vnum
de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxi-
stis,& vadat,& habitet cum eis:& doceat eos
28 legitima Dei terræ. * Igitur cum venisset v-
nus de sacerdotib: his,qui captiui ducti fue-
rant de Samaria,habitauit in Bethel: & do-
29 cebat eos,quomodo colerent Dominum. *
Et vnaquæq. Gens fabricata est Deum suũ:
posueruntque eos in fanis excelsis, quæ fece-
rant Samaritæ, Gens,& Gens in vrbibus suis,
30 in quibus habitabat. * Viri enim Babylonij
fecerunt Sochothbenoth: viri autem Chutæi
fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt
31 Asima,* Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz &

// Inf.18. b.9. Tob.1. a.1.

// Inf.18. b.10.

// Ier.25. b.9.

Tharthac. Hi aūt, qui erant de Sepharuaim
cōburebant filios suos igni, Adramelech, &
Anamech dijs Sepharuaim,*& nihilominus 32
colebant Dñm. Fecerunt aūt sibi de nouissimis
sacerdotes excelsorum,& ponebant eos
in fanis sublimibus.* Et cum Dñm colerent, 33
dijs quoq. suis seruiebant iuxta consuetudinem
Gentium, de quibus translati fuerant
Samariam:* vsque in præsentem diem mo- 34
rem sequuntur antiquum:non timent Dñm,
neq. custodiunt ceremonias eius, iudicia, &
legem, mandatum, quod præceperat Dñs fi-
a Ge.33. lijs Iacob,a quē cognomināt Israel:*& percus- 35
E.28. serat cum eis pactum,& mandauerat eis, di- G
cens: Nolite timere deos alienos,& non adoretis
eos, neque colatis eos,& non immoletis
eis:*Sed Dominum Deum vestrū, qui edu- 36
xit vos de Terra Ægypti in fortitudine magna,&
in brachio extento, ipsum timete, &
37 illum adorate, & ipsi immolate. * Ceremonias
quoque,& iudicia, & legem, & mandatum,
quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis
cunctis diebus, & non timeatis deos alie-
38 nos. * Et pactum quod percussit vobiscum,
39 nolite obliuisci:nec colatis deos alienos,*sed
Dñm Deum vestrum timete, & ipse eruet
vos de manu omnium inimicorum vestro-
40 rum. * Illi verò non audierunt,sed iuxta cō-
suetudinem suam pristinam perpetrabant.
41 * Fuerunt igitur Gentes istæ timentes quidem
Dominum, sed nihilominus, & idolis
suis seruientes:nam & filij eorum, & nepotes,
sicut fecerunt patres sui,ita faciunt vsque
in præsentem diem.

CAP. XVIII.

b 2. Par. 29.a.27. &9.a.1 Anno b tertio Osee filij Ela regis Israel, 1
regnauit Ezechias filius Achaz regis Iu- A
da. * Viginti quinque annorum erat,cum re- 2
gnare cœpisset:& viginti nouem annis regnauit
in Ierusalem: nomē matris eius Abi filia
Zachariæ. * Fecitque quod erat bonum corā 3
Domino,iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater
eius.* Ipse dissipauit excelsa, & contriuit 4
statuas,& succidit lucos,confregitque serpen-
c Nu.21. c.9 tem æneum,c quem fecerat Moyses:siquidem
vsque ad illud tempus filij Israel adolebant
ei incensum: vocauitque nomen eius Nohe-
stan.* In Domino Deo Israel sperauit:itaque 5
post eum non fuit similis ei, de cunctis regibus
Iuda,sed neque in his,qui ante eum fuerunt:
* & adhæsit Domino,& non recessit à 6
vestigijs eius, fecitque mandata eius, quæ B
præceperat Dominus Moysi.* Vnde, & erat 7
Dominus cum eo, & in cunctis,ad quæ procedebat
sapienter se agebat. Rebellauit quoque
contra regem Assyriorum, & non seruiuit
ei. * Ipse percussit Philisthæos, vsque ad
Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre
custodum vsque ad Ciuitatem munitam.
9 * d Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat an- d Sap.17. a.6. Tob. 1.a.2.
nus septimus Osee filij Ela Regis Israel, ascē-
dit Salmanasar rex Assyriorum in Samariā,
10 & oppugnauit eam,* & cepit. Nam post annos
tres,anno sexto Ezechiæ,id est,nono an-
11 no Osee regis Israel, capta est Samaria: * &
transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios,
collocauitque eos in Hala, & in Habor flu-
12 uijs Gozan in ciuitatibus Medorum: * quia e 2.P.32. a.1. Isa. 36.a.9. Eccl. 48. c.20.
non audierunt vocem Domini Dei sui, sed
C prætergressi sunt pactum eius: omnia, quæ
præceperat Moyses seruus Domini, non au-
13 dierunt,neq. fecerunt.* e Anno quartodecimo
regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex
Assy-

Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas,&
cepit eas * Tunc misit Ezechias rex 14
Iuda nuncios ad regem Assyriorum in La-
chis,dicens: Peccaui,recede à me:& omne,
quod imposueris mihi, feram. Indixit itaq.
rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta
talenta argenti,& triginta talenta auri * De- 15
ditque Ezechias omne argentum, quod repertum
fuerat in domo Domini, & in the-
sauris regis.* In tempore illo confregit Eze- 16
chias valuas templi Domini, & laminas auri,
quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assy-
riorum.* Misit autem rex Assyriorū Thar- 17
than, & Rabsaris, & Rabsacen de Lachis ad
regem Ezechiam cum manu valida Ierusa-
lem,qui cum ascendissent, venerūnt Ierusa-
lem,& steterunt iuxta aquæ ductum piscinę D
superioris,quæ est in via Agri fullonis.* Vo- 18
cauerūntque regem: egressus est autem ad
eos Eliacim filius Helciæ præpositus dom9,
& Sobna scriba,& Ioahe filius Asaph à com-
mentarijs. * Dixitque ad eos Rabsaces: Lo- 19
quimini Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus,rex
Assyriorū: Quæ est ista fiducia, qua niteris?
* Forsitan inisti consilium,vt præpares te ad 20
prælium. In quo confidis, vt audeas rebellare?
*an speras in baculo arundineo atq con- 21
fracto Ægypto, super quē, si incubuerit homo,
comminutus ingredietur manum eius,
& perforabit eam? sic est Pharao rex Ægypti
omnibus,qui cōfidūt in se *Quòd si di- 22
xeritis mihi: In Domino Deo nostro habe- E
mus fiduciam: nonne iste est, cuius abstulit
Ezechias excelsa, & altaria: & præcepit Iudæ,
& Ierusalem: Ante altare hoc adorabitis
in Ierusalē?* Nunc igitur transite ad Domi- 23
num meum regem Assyriorum,& dabo vobis
duo millia equorū, & videte, an habere
valeatis ascensores eorū.* Et quo modo po- 24
testis resistere ante vnum satrapā de seruis
domini mei minimis? An fiduciam habes
in Ægypto propter currus,& equites?* Nū- 25
quid sine Domini voluntate ascendi ad locū
istum, vt demolirer eum? Dñs dixit mihi:
Ascende ad terram hanc, & demolire eam.
* Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, & 26
Sobna, & Ioahe Rabsaci: Precamur, vt lo-
quaris nobis seruis tuis Syriace: siquidem
intelligimus hanc linguam: & non loquaris
nobis Iudaicè, audiēte populo, qui est super
murum.* Respondítq.eis Rabsaces,dicens: 27
Numquid ad dominū tuum, & ad te misit F
me Dominus meus, vt loquerer sermones
hos,& non potius ad viros,qui sedent super
murum,vt comedant stercora sua, & bibant
vrinam suam vobiscum? * Stetit itaq. Rab- 28
saces, & exclamauit voce magna Iudaicè,
& ait: Audite verba regis magni, regis Assy-
riorum. * Hæc dicit rex: Non vos seducat 29
Ezechias:nō enim poterit eruere vos de manu
mea.* Neque fiduciam vobis tribuat su- 30
per Dominum,dicens: Eruens liberabit nos
Dominus, & nō tradetur ciuitas hæc in manu
regis Assyriorum * Nolite audire Eze- 31
chiam,Hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite
mecū,quod vobis est vtile, & egredimini
ad me: & comedet vnusquisque de vinea
sua,& de ficu sua: & bibetis aquas de cister-
32 nis vestris, * donec veniam, & transferam
vos in terram,quæ similis est terræ vestrę,in
G terram fructiferam,& fertilem vini, terram
panis,& vinearum,terram oliuarum,& olei,
ac mellis,& viuetis, & non moriemini. No-
lite audire Ezechiam,qui vos decipit,dicens:
33 Dominus liberabit nos. * Nūquid liberauerunt
dij Gentium terram suam de manu re-
34 gis Assyriorum?* Vbi est De9 Emath,& Ar-
phad? vbi est Deus Sepharuaim, Ana, & A-
ua? nūquid liberauerunt Samariam de ma-
35 nu mea?* Quinam illi sunt in vniuersis dijs
terrarum, qui eruerunt regionē suam de manu
mea, vt possit eruere Dominus Ierusalē
36 de manu mea? * Tacuit itaque populus, &
non respondit ei quidquam: siquidem præ-
ceptū regis acceperant, vt non responderent
37 ei. * Venitq. Eliacim filius Helciæ,præpositus
domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius
Asaph à commentarijs ad Ezechiam scissis
vestibus, & nunciauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XIX.

1 A Quæ cum audisset Ezechias rex, scidit Isa. 37. a.1.
vestimenta sua, & opertus est sacco,in-
2 gressusque est domum Domini. * Et misit
Eliacim præpositum domus, & Sobnā scribam,
& senes de sacerdotibus opertos sac-
3 cis ad Isaiam prophetam filiū Amos. * Qui
dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis,
& increpationis, & blasphemiæ dies
iste, venerunt filij vsque ad partum, & vires
4 non habet parturiens. * Si fortè audiat Dominus
Deus tuus vniuersa verba Rabsacis,
quem misit rex Assyriorum dominus suus,
vt exprobraret Deum viuentem,& argueret
verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus:&
fac orationem pro reliquijs,quæ repertæ sūt.
5 * Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Isa-
6 iam.* Dixitque eis Isaias: Hæc dicetis Domi-
B no vestro: Hæc dicit Dominus: Noli timere
à facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemauerunt
pueri regis Assyriorum me.
7 * Ecce, ego immittam ei spiritum, & audiet
nuncium, & reuertetur in terram suam, &
8 deijciam eum gladio in terra sua.* Reuersus
est ergo Rabsaces,& inuenit regem Assyriorum
expugnātem Lobnam: Audierat enim
9 quod recessisset de Lachis.* Cumque audisset
de Tharaca rege Æthiopiæ,dicentes: Ecce,
egressus est,vt pugnet aduersum te,&iret
contra eum, misit nuncios ad Ezechiam, di-
10 cens: * Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda: Non
te seducat Deus tuus,in quo habes fiduciam.
neque dicas: Non tradetur Ierusalem in ma-
11 nus regis Assyriorū. * Tu enim ipse audisti
C quæ fecerunt reges Assyriorū vniuersis terris,
quo modo vastauerunt eas:num ergo so-
12 lus poteris liberari? * Nūquid liberauerunt
dij Gentium singulos, quos vastauerunt patres
mei, Gozan videlicet, & Haran,& Re-
S 4 seph,

ſeph, & filios Eden, qui erant in Thelaſſar?
* Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex ci- 13
uitatis Sepharuaim, Ana, & Aua? * Itaque 14
cũ accepiſſet Ezechias literas de manu nũ-
ciorum, & legiſſet eas, aſcendit in domum
Domini, & expandit eas coram Domino,
* & orauit in conſpectu eius, dicens: Domi- 15
ne Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherubim, tu
es Deus ſolus regum omnium terræ: tu feci-
ſti cælum, & terram. * Inclina aurem tuam, 16
& audi: aperi Domine oculos tuos, & vide:
audi omnia verba Sennacherib, qui miſit, vt D
exprobraret nobis Deum viuentem. * Verè 17
Domine diſſipauerunt Reges Aſſyriorum
Gentes, & terras omnium. * Et miſerũt deos 18
eorum in ignẽ: non enim erant dij, ſed ope-
ra manuum hominum ex ligno, & lapide, &
perdiderunt eos. * Nũc igitur Dñe Deus no- 19
ſter, ſaluos nos fac de manu eiꝰ, vt ſciãt om-
nia regna terræ, quia tu es Dñs Deus ſolus.
* Miſit autẽ Iſaias filius Amos ad Ezechiam, 20
dicẽs: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quæ
deprecatus es me ſuper Sẽnacherib rege Aſ-
ſyriorum, audiui. * Iſte eſt ſermo, quem lo- 21
cutus eſt Dominus de eo: Spreuit te, & ſub-
ſannauit te virgo filia Sion: poſt tergũ tuum
caput mouit, filia Ieruſalem. * Cui exprobra- 22
ſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exal-
taſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum o- E
culos tuos? contra ſanctum Iſrael. * Per ma- 23
num ſeruorum tuorum exprobraſti Dño, &
dixiſti: In multitudine curruum meorum
aſcendi excelſa montium in ſummitate Li-
bani, & ſuccidi ſublimes cedros eius, & ele-
ctas abietes illius. Et ingreſſus ſum vſque ad
terminos eius, & ſaltum Carmeli eius * ego 24
ſuccidi. Et bibi aquas alienas, & ſiccaui veſti-
gijs pedum meorum omnes aquas clauſas. * 25
Nũquid non audiſti, quid ab initio fecerim?
Ex diebus antiquis plaſmaui illud, & nunc
adduxi: eruntq. in ruina collium pugnantiũ
ciuitates munitæ. * Et qui ſedẽt in eis humi- 26
les manu, contremuerunt, & confuſi ſunt, fa-
cti ſunt velut fœnum agri, & virẽs herba te-
ctorũ, quæ arefacta eſt antequam veniret ad
maturitatem. * Habitaculum tuum, & egreſ- 27
ſum tuum, & introitum tuum, & viam tuam F
ego præſciui, & furorem tuum contra me. * 28
Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in
aures meas: ponam itaq. circulum in naribus
tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te
in viam, per quam veniſti. * Tibi autem Eze- 29
chia hoc erit ſignum: Comede hoc anno, quę
repereris: in ſecundo autẽ anno, quæ ſponte
naſcuntur: porrò in tertio anno ſeminate, &
metite: plãtate vineas, & comedite fructum
earũ. * Et quodcumq. reliquum fuerit de do- 30
mo Iuda, mittet radicem deorſum, & faciet
fructũ ſurſum. * De Ieruſalem quippe egre- 31
dientur reliquiæ, & quod ſaluetur de monte
Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc.
* Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege 32
Aſſyriorum: Non ingredietur vrbem hanc,
nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit
eam clypeus, nec circumdabit eam muni- G
33 tio. * Per viam, qua venit, reuertetur: & ciui-
tatem hanc non ingredietur, dicit Domi-
34 nus. * Protegamque vrbem hanc, & ſaluabo
eam propter me, & propter Dauid ſeruum
35 meum. *" Factum eſt igitur in nocte illa, ve- "Tob. 1.
nit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris d. 21. Ec-
Aſſyriorum centum octogintaquinque mil- cle. 48. d.
lia. Cumque diluculo ſurrexiſſet, vidit om- 28.
nia corpora mortuorum: & recedens abijt, Iſa. 37. g.
36 * & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyrio- 36.
37 rum, & manſit in Niniue. *" Cumque ado- 1. Mac. 7.
raret in templo Neſroch Deum ſuum, A- f. 41.
dramelech, & Saraſar filij eius percuſſerunt 2. Mac. 8.
eum gladio, fugeruntque in terram Arme- d. 19.
niorum, & regnauit Aſarhaddon filius eius "Tob. 1.
pro eo. d. 24.

CAP. XX.

1 IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſq. ad 2. Par. 32.
A mortem: & venit ad eum Iſaias filius A- f. 29.
mos, propheta, dixitque ei: Hæc dicit Domi- Iſa. 38.
nus Deꝰ: Præcipe domui tuæ: morieris enim a. 1.
2 tu, & non viues. * Qui cõuertit faciem ſuam
3 ad parietem, & orauit Dñm, dicens: * Obſe-
cro Domine, memento quęſo quomodo am-
bulauerim coram te in veritate, & in corde
perfecto, & quod placitum eſt coram te, fece-
4 rim. Fleuit itaq. Ezechias fletu magno. * Et
antequam egrederetur Iſaias mediam partẽ
atrij, factus eſt ſermo Domini ad eũ, dicens:
5 * Reuertere, & dic Ezechię duci populi mei:
Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui:
Audiui orationem tuam, & vidi lacrimas
tuas, & ecce ſanaui te, die tertio aſcendes tẽ-
6 plum Domini. * Et addam diebus tuis quin-
B decim annos, ſed & de manu regis Aſſyrio-
rum liberabo te, & ciuitatem hanc, & prote-
gam vrbem iſtã propter me, & propter Da-
7 uid ſeruum meum. * Dixitq. Iſaias: Afferte
maſſam ficorum. Quam cum attuliſſent, &
8 poſuiſſent ſuper vlcus eius, curatus eſt. * Di-
xerat autem Ezechias ad Iſaiam: Quod erit
ſignum, quia Dñs me ſanabit, & quia aſcen-
9 ſurus ſum die tertia templum Dñi? * Cui ait
Iſaias: Hoc erit ſignum a Domino, quòd fa-
cturus ſit Dominus ſermonem, quem locu-
tus eſt: Vis, vt aſcendat vmbra decem lineis,
10 an vt reuertatur totidem gradibus? * Et ait
Ezechias: Facile eſt, vmbram creſcere decẽ
lineis: nec hoc volo, vt fiat, ſed vt reuertatur
11 retrorſum decẽ gradibus * Inuocauit itaque
Iſaias propheta Dñm, & reduxit vmbram
C per lineas, quibus iam deſcẽderat in horolo- "Iſa. 39.
12 gio Achaz, retrorſum decem gradibus. *" In a. 1.
tempore illo miſit Berodach Baladan, filius
Baladan, rex Babyloniorũ literas, & mune-
ra ad Ezechiam: audierat enim quòd ægro-
13 taſſet Ezechias. * Lætatus eſt autem in ad-
uentu eorum Ezechias, & oſtendit eis domũ
aromatum, & aurum, & argentum, & pig-
menta varia, vnguenta quoque, & domum
vaſorum ſuorum, & omnia, quæ habere po-
terat in theſauris ſuis. Non fuit, quod non
monſtraret eis Ezechias in domo ſua, & in
omni

omni poteſtate ſua. * Venit autẽ Iſaias pro- 14
pheta ad regem Ezechiam, dixitque ei: Quid
dixerunt viri iſti? aut vnde venerunt ad te?
Cui ait Ezechias: De terra longinqua vene-
runt ad me de Babylone. * At ille reſpondit 15
Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias:
Omnia quæcumq. ſunt in domo mea, vide-
runt: nihil eſt, quod nõ monſtrauerim eis in D
theſauris meis. * Dixit itaque Iſaias Ezechiæ: 16
Audi ſermonem Domini: * Ecce dies veniẽt, 17
& auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua,
& quæ cõdiderunt patres tui vſque in diem
hanc, in Babylonem: non remanebit quid-
quam, ait Dominus. * Sed & de filijs tuis, 18
qui egredientur ex te, quos generabis, tollen-
tur, & erunt eunuchi in palatio regis Baby-
lonis. * Dixit Ezechias ad Iſaiam: Bonus 19
ſermo Domini quem locutus es: ſit pax, &
veritas in diebus meis. * Reliqua autem 20
ſermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo
eius, & quomodo fecerit piſcinam, & aquæ-
ductum, & introduxerit aquas in ciuitatem,
nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum
dierum regum Iuda? * Dormiuitque Eze- 21
chias cum patribus ſuis, & regnauit Manaſ-
ſes filius eius pro eo.

CAP. XXI.

2. Par. 33 DVodecim annorũ erat Manaſſes cũ re- 1
a. 1. gnare cœpiſſet, & quinquaginta quin- A
que annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ ma-
tris eius Haphſiba. * Fecitque malum in con- 2
ſpectu Domini, iuxta idola Gentiũ, quas de-
"2. Par. leuit Dominus à facie filiorum Iſrael. *" Cõ- 3
33. a. 3. uerſuſq. eſt, & ædificauit excelſa, quę diſſipa-
uerat Ezechias pater eius, & erexit aras Baal,
& fecit lucos ſicut fecerat Achab rex Iſrael,
& adorauit omnem militiam cęli, & coluit
eam. * Extruxitq. aras in domo Domini, de 4
"2. Reg. qua dixit Dominus: " In Ieruſalẽ ponam no-
7. a. 10. mẽ meũ. * Et extruxit altaria vniuerſę mili- 5
tiæ cæli in duobus atrijs templi Domini. * Et 6
traduxit filium ſuum per ignẽ: & ariolatus
eſt, & obſeruauit auguria, & fecit pythones,
& aruſpices multiplicauit, vt faceret malum
corã Domino, & irritaret eum. * Poſuit quo- 7
que idolum luci, quẽ fecerat in templo Do- B
"2. Reg. mini, " ſuper quod locutus eſt Dominus ad
7. d. 10. Dauid, " & ad Salomonem filium eius: In
"3. Reg. templo hoc, & in Ieruſalem, quam elegi de
8. b. 16. cunctis tribubus Iſrael, ponam nomen meũ
& 9. a. 3. in ſempiternum. * Et vltra non faciam com- 8
moueri pedem Iſrael de terra, quã dedi pa-
tribus eorum: ſi tamen cuſtodierint opere
omnia, quæ præcepi eis, & vniuerſam legem,
quã mandauit eis ſeruus meus Moyſes. * Il- 9
li verò nõ audierunt, ſed ſeducti ſunt à Ma-
naſſe, vt facerent malum ſuper Gentes, quas
contriuit Dominus à facie filiorum Iſrael.
"Ier. 15. * Locutuſq. eſt Dominus in manu ſeruorũ 10
d. 4. ſuorum Prophetarum, dicens. *" Quia fecit 11
Manaſſes rex Iuda abominationes iſtas peſ-
ſimas, ſuper omnia, quæ fecerunt Amorrhæi
ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in
immunditijs ſuis; * propterea hæc dicit Do- 12
C minus Deus Iſrael. Ecce ego inducam mala
ſuper Ieruſalem, & Iudam: vt quicumq. au-
13 dierit, tinniant ambæ aures eius. * Et exten-
dam ſuper Ieruſalem funiculum Samarię, &
pondus domus Achab: & delebo Ieruſalem,
ſicut deleri ſolent tabulæ: & delens vertã, &
ducam crebrius ſtylum ſuper faciem eius.
14 * Dimittam verò reliquias hereditatis meę,
& tradam eas in manus inimicorum eius:
eruntque in vaſtitatem, & in rapinam cun-
15 ctis aduerſarijs ſuis: * eo quod fecerint ma-
lum coram me, & perſeuerauerint irritan-
tes me, ex die qua egreſſi ſunt patres eorum
16 ex Aegypto, vſque ad hanc diem. * Inſuper
& ſanguinẽ innoxium fudit Manaſſes mul-
tum nimis, donec impleret Ieruſalem vſque
ad os: abſque peccatis ſuis, quibus peccare fe-
cit Iudam, vt faceret malum coram Domi
17 no. * Reliqua autem ſermonũ Manaſſe, &
vniuerſa, quæ fecit, & peccatum eius, quod
peccauit, nõne hæc ſcripta ſunt in Libro ſer-
18 monum dierum regum Iuda? * Dormiuitq.
Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt
in horto domus ſuæ, in horto Oza, & regna-
19 uit Amon filius eius pro eo. * Viginti duorũ
D annorum erat Amon cum regnare cœpiſ-
ſet: duobus quoque annis regnauit in Ieru-
ſalem, nomen matris eius Meſſalemeth fi-
20 lia Harus de Iereba. * Fecitq. malum in con-
ſpectu Domini ſicut fecerat Manaſſes pater
21 eius. * Et ambulauit in omni via, per quam
ambulauerat pater eius: ſeruiuitq. immũdi-
tijs, quibus ſeruierat pater eius, & adorauit
22 eas, * & dereliquit Dominum Deum patrũ
ſuorum, & non ambulauit in via Domini.
23 * Tetenderuntq. ei inſidias ſerui ſui, & inter-
24 fecerunt regem in domo ſua. * Percuſſit au-
tem populus terræ omnes, qui coniuraue-
rant contra regem Amon, & conſtituerunt
25 ſibi regem Ioſiam filium eius pro eo. * Re-
liqua autem ſermonum Amon, quæ fecit,
nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum
26 dierum regum Iuda? * Sepelieruntque eum
in ſepulchro ſuo in horto Oza: & regnauit
Ioſias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

1 OCto annorum erat Ioſias cum regnare 2. Par. 34.
A cœpiſſet, triginta, & vno anno regna- a. 1.
uit in Ieruſalem. nomen matris eius Idida,
2 filia Hadaia de Beſecath. * Fecitque quod
placitum erat coram Domino, & ambula-
uit per omnes vias Dauid patris ſui: non
declinauit ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram.
3 * Anno autem octauo decimo regis Ioſiæ,
miſit rex Saphan filium Aſlia filij Meſſulã
4 ſcribam templi Domini, dicens ei. * Vade ad
Helciam ſacerdotem magnum, vt confletur
pecunia, quæ illata eſt in templum Domi-
ni, quam collegerunt ianitores templi a po-
5 pulo, * deturq. fabris per præpoſitos domus
Domini: qui & diſtribuant eam his, qui o-
perantur in templo Domini ad inſtauran-
6 da ſarta tecta templi; * tignarijs videlicet, &
cæmen-

cæmentarijs, & ijs, qui interrupta compo-
B nunt:& vt emantur ligna,& lapides de lapi-
cidinis ad instaurandum templum Domi-
ni.* Verumtamen nõ supputetur eis argen- 7
tũ quod accipiunt,sed in potestate habeant,
& in fide. * Dixit autem Helcias pontifex 8
ad Saphan scribam : Librum Legis reperi
in domo domini : deditque Helcias volu-
men Saphan,qui,& legit illud: * Venit quo- 9
que Saphan scriba ad regem, & renunciauit
ei quod præceperat,& ait: Conflauerunt ser-
ui tui pecuniam, quæ reperta est in domo
Domini:& dederũt vt distribueretur fabris
a præfectis operum templi Domini. * Nar- 10
rauit quoque Saphan scriba regi, dicens. Li-
brum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem
cum legisset Saphan coram rege,* & audis- 11
set rex verba Libri Legis Domini, scidit ve-
stimenta sua:* Et præcepit Helciæ sacerdo- 12
ti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor fi-
lio Micha, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo
regis,dicens: * Ite, & consulite Dominum 13
super me,& super populo,& super omni Iu-
C da,de verbis voluminis istius, quod inuen-
tum est: magna enim ira Domini succensa
est contra nos : quia non audierunt patres
nostri verba Libri huius, vt facerent omne
quod scriptum est nobis.* Ierũt itaque Hel- 14
cias sacerdos, & Ahicam, & Achobor,& Sa-
phan,& Asaia ad Holdam prophetidẽ vxo-
rẽ Sellum filij Thecuæ, filij Araas custodis
vestium, quæ habitabat in Ierusalem in Se-
cunda:locutique sunt ad eam. * Et illa re- 15
spondit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel:
Dicite viro, qui misit vos ad me: * Hæc 16
dicit Dominus : Ecce, ego adducam mala
super locũ istum, & super habitatores eius, D
omnia verba Legis quæ legit rex Iuda:* qa 17
dereliquerunt me,& sacrificauerũt dijs alie-
nis,& irritantes me in cunctis operibus ma-
nuum suarum : & succendetur indignatio
mea in loco hoc,& non extinguetur.* Regi 18
autem Iuda,qui misit vos vt cõsuleretis Do
minũ,sic dicetis : Hæc dicit Dominus Deus
Israel : Pro eo qd audisti verba voluminis,
*& perterritum est cor tuum,& humiliatus 19
es coram Domino, audiens sermonibus con-
tra locum istum, & habitatores eius, quod
videlicet fierent in stuporem, & maledi-
ctum : & icidisti vestimenta tua,& fleuisti
coram me, & ego audiui,ait Dominus:* id- 20
circo colligam te ad patres tuos, & colligeris
ad sepulchrum tuum in pace, vt non vi-
deant oculi tui omnia mala, quæ inducturus
sum super locum istum.

CAP. XXIII.

2. Par. 34.f.29. ET renunciauerunt regi quod dixerat. 1
Qui misit : & congregati sunt ad eum A
omnes senes Iuda,& Ierusalem. * Ascendit 2
que rex templum Domini,& omnes viri Iu-
da, vniuersique qui habitabant in Ierusalem
cũ eo sacerdotes, & prophetæ,& omnis po-
pulus à paruo vsque ad magnum; legitque
cunctis audientibus omnia verba libri fœ-
deris, qui inuentus est in domo Domini.
3 *Stetitque rex super gradum:& fœdus per-
cussit coram Domino, vt ambularent post
Dominum, & custodirent præcepta eius,&
testimonia, & ceremonias in omni corde,
& in tota anima, & sustinuerent verba fœde-
ris huius, quæ scripta erant in libro illo ac-
4 quieuitque populus pacto.* Et præcepit rex
Heliæ pontifici, & sacerdotibus secundi or
B dinis,& ianitoribus" vt proijcerent de tem- "Ecc.4.
plo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant a.3.
Baal, & in luco, & vniuersæ militiæ cæli:
& combussit ea foris Ierusalem in Conual-
le cedron,& tulit puluerem eorũ in Bethel,
5 * Et deleuit aruspices,quos potuerant reges
Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciui-
tates Iuda, & in circuitu Ierusalem : & eos,
qui adolebant incensum Baal, & Soli, &
Lunæ, & duodecim signis,& omni militiæ
6 cæli.* Et efferri fecit lucum de domo Do-
mini foras, Ierusalem in Conualle cedron,
& combussit eum ibi, & redegit in pulue-
7 rem,& proiecit super sepulchra vulgi.* De-
struxit quoque ædiculas effeminatorum,
quæ erant in domo Domini,pro quibus mu
8 lieres texebant quasi domunculas luci * Cõ-
gregauitque omnes sacerdotes de ciuitati-
bus Iuda : & contaminauit excelsa, vbi sa-
C crificabant sacerdotes de Gabaa vsque Ber-
sabee : & destruxit aras portarum in introi-
tu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat
9 ad sinistram portæ ciuitatis.* Verumtamen
non ascendebant sacerdotes excelsorum ad
altare Domini in Ierusalem: sed tantum co-
medebant azyma in medio fratrum suorũ.
10 * Contaminauit quoque Topheth,quod est
in Conualle filij Ennom: vt nemo consecra-
ret filium suum,aut filiam per ignem, Mo-
11 loch. * Abstulit quoque equos,quos dede-
rant reges Iuda, Soli, in introitu templi Do-
mini iuxta exedram Nathanmelech eunu-
chi, qui erat in Pharurim : currus autem
12 Solis combussit igni. * Altaria quoque,quæ
erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fece-
rant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Ma-
nasses. in duobus atrijs templi Domini,de-
struxit rex : & cucurrit inde, & disperdit ci-
13 nerem eorum in Torrentem cedron.* Ex-
celsa quoque, quæ erant in Ierusalem ad
dexteram partem Montis offensionis," que "3.Reg.
ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth 11.b.7.
idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni
Moab, & Melchom abominationi filiorum
14 Ammon,posuit rex. * Et contriuit statuas,
& succidit lucos:repleuitque loca eorum os-
15 sibus mortuorum.*" Insuper,& altare,quod "3. Reg.
erat in Bethel, & excelsum,quod fecerat Ie- 13.g.32.
D roboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel : & altare illud, & excelsum destruxit, at-
que combussit, & comminuit in puluerem,
16 succenditque etiam lucum. * Et conuersus
Iosias,vidit ibi sepulchra, quæ erant in mõ-
te misitque,& tulit ossa de sepulchris, & cõ-
bussit ea super altare, & polluit illud iuxta
verbum

verbum Domini, quod locutus est vir Dei,
2. Par. qui prædixerat verba hæc.*" Et ait: Quis est 17
35.a.1. titulus ille, quem video ? Responderuntque
ei ciues vrbis illius : Sepulchrum est homi-
nis Dei:qui venit de Iuda,& prædixit verba
hæc,quæ fecisti super altare Bethel.* Et ait: 18
Dimitte eum, nemo commoueat ossa eius.
Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus
prophetæ,qui venerat de Samaria.* Insuper 19
& omnia fana excelsorum, quæ erant in ci-
uitatibus Samariæ,quæ fecerant reges Israel
ad irritandum Dominum, abstulit Iosias:&
fecit eis secundum omnia opera, quæ fece-
rat in Bethel.* Et occidit vniuersos sacerdo- 20
tes excelsorum,qui erant ibi super altaria:&
combussit ossa humana super ea: reuersus-
3. Reg. que est Ierusalem.* " Et præcepit omni po- 21
13.a.1. pulo,dicens: Facite Phase Domino Deo ve-
stro, secundum quod scriptum est in Libro
fœderis huius.* Nec enim factum est Pha- 22
se tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt
Israel, & omnium dierum regum Israel, &
regum Iuda, * sicut in octauo decimo an- 23
no regis Iosiæ factum est Phase istud Do-
mino in Ierusalem. * Sed & pythones,& 24
arioles, & figuras idolorum, & immundi-
tias, & abominationes, quæ fuerant in ter-
ra Iuda, & Ierusalem, abstulit Iosias,vt sta-
uteret verba legis,quæ scripta sunt in Libro,
quem inuenit Helcias sacerdos in templo
Domini. * Similis illi non fuit ante eum 25
rex, qui reuerteretur ad Dominum in om-
ni corde suo, & in tota anima sua, & in v-
niuersa virtute sua iuxta omnem legẽ Moy-
sis:neque post eum surrexit similis illi.* Ve- F
runtamen non est auersus Dominus ab ira 26
furoris sui magni, quo iratus est furor eius
contra Iudam propter irritationes, quibus
Inf. 24. prouocauerat eum Manasses.* " Dixit ita- 27
2.2. que Dominus: Etiam Iudam auferam à fa-
cie mea, sicut abstuli Israel : & proijciam
ciuitatem hanc, quam elegi Ierusalem, &
domum, de qua dixi : Erit nomen meum
ibi.* Reliqua autem sermonum Iosiæ,& v- 28
niuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt
2. Par. in Libro verborum dierũ regum Iuda?*" In 29
35.e. diebus eius ascendit Pharao Nechao rex
Ægypti, contra regem Assyriorum ad flu-
men Euphratem:& abijt Iosias rex in occur
sum eius,& occisus est in Mageddo:cum vi-
disset eum.* Et portauerunt eum seruisui 30
mortuum de Mageddo : & pertulerunt in
Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro
suo. Tulitque populus terræ Ioachaz fi-
lium Iosiæ:& vnxerunt eum, & constitue-
rũt eum regem pro patre suo *" Viginti triũ 31
2. Par. annorum erat Ioachaz cum regnare cepis-
36.a.1. set, & tribus mensibus regnauit in Ierusa-
lem : nomen matris eius Amital, filia Iere-
miæ, de Lobna. * Et fecit malum coram 32
Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres G
eius. * Vinxitque eum Pharao Nechao in 33
Rebla, quæ est in terra Emath, ne regnaret
in Ierusalem: & imposuit mulctam terræ,
centum talentis argẽti,& talento auri,* Re- 34
gemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosiæ pro Iosia patre eius vertit-
que nomen eius Ioakim. Porro Ioachaz tu-
lit,& duxit in Ægyptum, & mortuus est
35 ibi. * Argentum autem, & aurum dedit
Ioakim Pharaoni cum indixisset terræ per
singulos, vt conferretur iuxta præceptum
Pharaonis : & vnumquemque iuxta vires
suas exegit, tam argentum,quam aurum de
populo terræ vt daret Pharaoni Nechao.
36 * Viginti quinque annorum erat Ioakim
cũ regnare cœpisset:& vndecim annis regna-
uit in Ierusalem: nomen matris eius Zebida
37 filia Phadaia de Ruma. * Et fecit malum
coram Domino iuxta omnia quæ fecerant
patres eius.

CAP. XXIV.

1 IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor
A rex Babylonis, & factus est Ioakim ser-
uus tribus annis : & rursum rebellauit cõtra
2 eum, * Immisitque ei Dominus latrunculos
Chaldæorum,& latrunculos Syriæ,& latrũ-
culos Moab, & latrunculos filiorum Am-
mon:& immisit eos in Iudam, vt disperde- "Sap.13.
rent eum," iuxta verbum Domini, quod lo- f.27.
3 cutus fuerat per seruos suos prophetas.* Fa-
ctum est autẽ hoc per verbum Domini con
tra Iudam, vt auferret eum coram se pro-
4 pter peccata Manasse vniuersa quæ fecit,*&
propter sanguinem innoxium, quem effu-
dit, & impleuit Ierusalem cruore innocen-
tium: & ob hanc rem noluit Dominus pro-
5 pitiari. * Reliqua autem sermonum Ioakim
B & vniuersa quæ fecit,nõne hæc scripta sunt
in Libro sermonum dierum regum Iuda?
Et dormiuit Ioakim cum patribus suis:
6 *& regnauit Ioachin filius eius pro eo. * Et
7 vltra non addidit rex Ægypti, vt egrederetur
de terra sua:tulerat enim rex Babylonis
à rivo Ægypti vsq. ad fluuium Euphraten,
8 omnia quæ fuerant regis Ægypti. * Decem
& octo annorum erat Ioachin cum regnare
cepisset,& tribus mensibus regnauit in Ierusalem:nomẽ matris eius Nohesta filia Elna-
9 than de Ierusalem. * Et fecit malum coram "Dan.1.
Domino, iuxta omnia q̃ fecerat pater eius. a.1.
10 *" In tempore illo ascenderunt serui Nabu-
chodonosor regis Babylonis in Ierusalem,
11 & circumdata est vrbs munitionibus.* Ve-
C nitq. Nabuchodonosor rex Babylonis ad ci-
uitatẽ cum seruis suis vt oppugnarent eam.
12 * Egressusq. est Ioachin rex Iuda ad regẽ Ba
bylonis, ipse & mater eius, & serui eius,&
principes eius,& eunuchi eius:& suscepit eũ
13 rex Babylonis anno octauo regni sui. * Et
protulit inde omnes thesauros domus Dñi,
& thesauros domus regiæ:& cõcidit vniuer
sa vasa aurea,quæ fecerat Salomon rex Isra-
el in templo Domini iuxta verbum Domi-
14 ni.* Et transtulit omnem Ierusalem,& vni-
uersos principes, & omnes fortes exercitus,
decem millia, in captiuitatem ; & omnem
artifi-

artificem, & clusorem: nihilq. relictum est,
// 2. Par. 36. b. 10. Ezec. 2. a. 6. & 11 a. 4. exceptis pauperibus populi terræ.* // Tran- 15
stulit quoq. Ioachin in Babylonem, & ma- D
trem regis, & vxores regis, & eunuchos eius:
& Iudices terræ duxit in captiuitatē de Ie-
rusalem ī Babylonem. * Et omnes viros ro- 16
bustos, septem millia, & artifices, & clusores
mille, omnes viros fortes, & bellatores: du-
// Ier. 37. a. 1. & 52 a. 1. xitq. eos rex Babylonis captiuos in Babylo-
nem.* // Et constituit Matthaniam patruum 17
eius pro eo: impositq. nomen ei Sedeciam,
18 * Vigesimum, & primum annum ætatis habebat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eiꝰ erat Amital, filia Ieremiæ de Lob
19 na. * Et fecit malum coram Domino, iuxta
20 omnia quæ fecerat Ioakim. * Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem, & contra Iudam, donec proijceret eos à facie sua: recessitque Sedechias à rege Babylonis.



CAP. XXV.

Ier. 39. a. 4. & 52. a. 4. FActū est aūt anno nono regni eius, mē- 1
se decimo, decima die mēsis, venit Na- A
buchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis
exercitus eius in Ierusalē, & circundederūt
eam: & extruxerunt in circuitu eius muni-
tiones.* Et clausa est ciuitas, atq. vallata vsq. 2
ad vndecimū annum regis Sedeciæ. * nona 3
die mensis: præualuitq fames in ciuitate, nec
erat panis populo terræ.* Et interrupta est ci 4
uitas: & omnes viri bellatores nocte fugerūt
per viam portæ, quę est inter duplicem mu-
rum ad hortū regis (porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaq. Sede- B
cias per viam, quæ ducit ad campestria so-
litudinis.* Et persecutus est exercitus Chal- 5
dæorum regem, comprehenditq. eum in pla
nitie Iericho, & omnes bellatores, qui erant
cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eū.* Ap 6
prehensum ergo regem duxerunt ad regem
Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum
eo iudicium.* Filios aūt Sedeciæ occidit co- 7
ram eo, & oculos eius effodit, vinxitq. eū catenis, & adduxit in Babylonē. * Mēse quin- 8
to, septima die mensis, ipse est annus nonus
decimus regis Babylonis; venit Nabuzardā
princeps exercitus, seruus regis Babylonis
9 in Ierusalē.* // Et succendit domū Dñi, & do // Psa. 78. a. 7.
mum regis: & domos Ierusalem, omnemq.
10 domum combussit igni.* Et muros Ierusa- C
lem in circuitu destruxit omnis exercitus
Chaldæorum, qui erat cum principe militū
11 * Reliquam aūt populi partē, quæ remanse-
rat in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant
ad regē Babylonis, & reliquū vulgus trāstu-
12 lit Nabuzardā princeps militiæ.* Et de pau
peribus terræ reliquit vinitores, & agricolas.
13 * // Columnas aūt æreas, quæ erant in tēplo // Ier. 27. d. 19.
Dñi, & bases, & mare æreū, quod erat in do-
mo Dñi, confregerunt Chaldæi, & transtu-
14 lerunt æs omne in Babylonem.* Ollas quo-
que æreas, & trullas, & tridentes, & scyphos
& mortariola, & omnia vasa ærea, in qui-
15 bus ministrabāt, tulerunt.* Necnon, & thu- D
ribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ
argentea, argentea, tulit princeps militiæ,
16 * idest, columnas duas, mare vnum, & bases // 3. Reg. 7. b. 15. Ier. 52. c. 17.
quas fecerat Salomon in templo Domini:
non erat pondus æris omnium vasorum.
17 * // Decē, & octo cubitos altitudinis habebat // 2. Par. 3. d. 15.
columna vna: & capitellum æreum super se
altitudinis trium cubitorum: & retiaculum,
& malogranata super capitellum columnæ,
omnia

omnia ærea: similem, & columna secunda
habebat ornatum. * Tulit quoque princeps 18
militiæ Saraiam sacerdotem primum, & So-
phoniam sacerdotem secundum, & tres ia-
nitores. * Et de ciuitate eunuchum vnum, 19
qui erat præfectus super bellatores viros: &
quinque viros de his, qui steterant coram re-
ge, quos reperit in ciuitate, & Sopher princi-
pem exercitus, qui probabat tyrones de po- E
pulo terræ: & sexaginta viros è vulgo, qui in-
uenti fuerant in ciuitate. * Quos tollens 20
Nabuzardan princeps militum, duxit ad re-
gem Babylonis in Reblatha. * Percussitque 21
eos rex Babylonis, & interfecit eos in Rebla-
tha in terra Emath: & translatus est Iuda de
terra sua. * Populo autem, qui relictus erat 22
in Terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodo
nosor rex Babylonis, præfecit Godoliam fi-
lium Ahicam filij Saphan. * Quod cum 23
audissent omnes duces militum, ipsi & viri
qui erant cum eis, videlicet quod constituis- F
set rex Babylonis Godoliam: veneruntad
Godoliam in Maspha, Ismahel filius Naha-
niæ, & Iohanan filius Caree, & Saraia filius
Thanehumeth Netophathites, & Iezonias
filius Maachathi, ipsi & socij eorum. * Iura- 24
uitque Godolias ipsis, & socijs eorū, dicens:
Nolite timere seruire Chaldæis: manete in
terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit
25 vobis. * Factum est autem in mense septi-
mo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filij E-
lisama de semine regio, & decem viri cum
eo: percusseruntque Godoliam, qui & mor-
tuus est: sed & Iudæos, & Chaldæos, qui erāt
26 cum eo in Maspha. * Consurgensque om-
nis populus à paruo vsque ad magnum, &
principes militum venerunt in Aegyptum
27 timētes Chaldæos.* Factum est vero in an-
no trigesimo septimo transmigrationis Ioa-
chin regis Iuda mense duodecimo, vigesi-
ma septima die mensis: subleuauit Euisme-
rodach rex Babylonis anno, quo, regnare cœ-
perat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.
28 * Et locutus est ei benignè: & posuit thro-
num eius super thronum regum, qui erant
29 cum eo in Babylone. * Et mutauit vestes
eius, quas habuerat in carcere, & comedebat
panem semper in conspectu eius cūctis die-
30 bus vitæ suæ. * Annonam quoque consti-
tuit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei
à rege per singulos dies omnibus diebus vi-
tæ suæ.

LIBER PRIMVS PARALIPOMENON

HEBRAICE DIBRE HAIAMIN.

CAPVT PRIMVM.

Gen.3. b.15. d.23.5.b 16.
ADAM, Seth, Enos, * Cai- 1
nan Malaleel, Iared, * He- 2
noch, Mathusale, La- 3
mech, * Noe, Sem, Chan, A
& Iapheth. * Filij Iapheth: 4
Gomer, & Magog, & Ma- 5
dai, & Iauan, Thubal, Mo
soch Thiras. * Porrò filij 6
Gomer: Ascenez, & Riphath, & Thogorma. * 7
Filij autem Iauan: Elisa, & Tharsis, Cethim,
& Dodanim. * Filij Chã, Chus, & Mesraim, 8
& Phut, & Chanaan. * Filij autem Chus: Sa- 9
ba, & Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabatha
cha. Porrò filij Regma: Saba, & Dadã. * Chus 10
Gen.10 b.8. autem genuit, " Nemrod: iste cœpit esse po-
tens in terra. * Mesraim verò genuit Ludi, 11
& Anamim, & Laabim, & Nephtuim, * Phe 12
trusim quoque, & Casluim: de quibus egressi
sunt Philisthijm, & Caphtorim. * Chanaan 13
verò genuit Sidonem primogenitum suum, B
Hethæum quoque, * & Iebusæum, & Amor 14
rhæum, & Gergesæum, * Heuæumque, & 15
Aracæum, & Sinæum. * Aradium quoque 16
& Samaræum, & Hamathæum. * Filij 17
Gen.10 d.22.11. b.10. " Sem: Aelam, & Assur, & Arphaxad, &
Lud, & Aram, & Hus, & Hul, & Gether, &
Mosoch: * Arphaxad autem genuit Sale, 18
19 qui & ipse genuit Heber. * Porrò Heber nati
sunt duo filij, nomẽ vni Phaleg, quia in die-
bus eius diuisa est terra, & nomen fratris e-
20 ius Iectan. * Iectan autem genuit Elmodad
21 & Saleph, & Asarmoth, & Iare, * Adoram
22 quoque, & Huzal, & Decla, * Hebal etiam, &
23 Abimael, & Saba, necnon * & Ophir, &
24 Heuila, & Iobab omnes isti filij Iectã, * Sẽ,
25 Arphaxad, Sale, * Heber, Phaleg, Ragau, * Se-
26 rug, Nachor, Thare, * Abram, iste est Abra-
27 ham. * Filij " autem Abraham, Isaac, & Is- Ge.11. d.26.
28 mahel. * Et hæ generationes eorum: Primo-
29 genitus " Ismahelis, Nabaioth, & Cedar, & Ge.25. b.12.
30 Adbeel, & Mabsam, * & Marma, & Duma,
31 Massa, Hadad, & Thema, * Ietur, Naphis,
C Cedma hi sunt filij Ismahelis. * Filij aũt Ce-
32 turæ concubinæ Abraham, quos genuit: Zã-
ran, Iecsan, Madan Madian, Iesboc, & Sue.
Porrò filij Iecsan: Saba, & Dadan. Filij autem
Dadan: Assurim, & Latussim, & Laomim. Ge.25. a.3.
33 * Filij " autem Madian: Epha, & Epher, &
Henoch, & Abida, & Eldaa, omnes hi filij Ge.25. c.18.
34 Ceturæ. * Genuit " autem Abraham Isaac:
35 cuius fuerunt filij Esau, & Israel. * Filij " E- Ge.36. b.11.
sau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelom, & Core.
36 * Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Ga-
37 thã, Cenez, Thamna, Amalec. * Filij Rahuel:
Na-

Nahath, Zara, Samma, Meza. * Filij Seir, Lo- 38
tan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan.
* Filij Lotan: Hori, Homam. Soror autẽ Lo- 39
tan fuit Thamna. * Filij Sobal: Alian, & Ma- 40
hanath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Sebeõ:
Aia, & Ana. Filij Ana: Dison. * Filij Dison, 41
Hamram, & Eseban, & Iethran, & Charan.
* Filij Eser, Balaan, & Zauan, & Iacan. Filij 42
Disan: Hus: & Aran * Isti sunt reges, qui im 43
perauerunt in terra Edom antequã esset rex D
super filios Israel: Bale filius Beor: & nomen
ciuitatis eius, Denaba. * Mortuus est au- 44
tem Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Za-
re de Bosra. * Cumque, & Iobab fuisset mor 45
tuus, regnauit pro eo Husam de Terra The-
manorum * Obijt quoque, & Husam, & re 46
gnauit pro eo Adad filius Badad, qui per-
cussit Madian in Terra Moab: & nomen ci-
uitatis eius Auith * Cumque & Adad fuis- 47
set mortuus, regnauit pro eo Semla de Masre
ca. * Sed & Semla mortuus est, & regnauit 48
pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnẽ
sita est * Mortuo quoque Saul, regnauit pro 49
eo Balanan filius Achobor. * Sed & hic mor 50
tuus est, & regnauit pro eo Adad: cuius vr-
bis nomen fuit Phau, & appellata est vxor
eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab. * 51
Adad autem mortuo, duces pro regibus in
Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Al-
ua, dux Ietheth, * dux Oolibama, dux Ela, 52
dux Phinon, dux Cenez, dux Themã, dux 53
Mabsar, * dux Magdiel, dux Hiram, hi du- 54
ces Edom.

CAP. II.

FIlij autem Israel: Ruben, Simeon, Leui, 1
Ge.29. Iuda, Issachar, & Zabulõ, * Dan, Ioseph, A
g.32.30. Beniamin, Nephtali, Gad, & Aser. * Filij 2
35.35.c. " Iuda: Her, Onan, & Sela, hi tres nati sunt 3
d. ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem Her
Ge.38. primogenitus Iuda, malus coram Domino
a.3.46.b. & occidit eum. * Thamar autem nurus eius 4
12. peperit ei Phares, & Zara, omnes ergo filij
Iosu.4.2. Iuda, quinque. * Filij autem Phares: Hesron 5
1. & Hamul. * Filij quoque Zaræ: Zamri, & E- 6
Matt.1. than, & Eman, Chalchal quoque, & Dara,
a.3. simul quinque * Filij " Charmi: Achar, 7
Iosu.7. qui turbauit Israel, & peccauit in furto ana- 8
a.1. thematis. * Filij Ethan, Azarias. * Filij 9
" autem Hesron qui nati sunt ei: Ierameel,
& Ram, & Calubi. * Porrò Ram genuit A- 10
Ruth minadab Aminadab autem genuit Nahas B
d.d.19. son, principem filiorum Iuda. * Nahasson 11
quoq genuit Salma de quo ortus est Booz.
* Booz verò genuit Obed, qui, & ipse genuit 12
1.Reg. Isai. * " Isai autẽ genuit primogenitũ Eliab, 13
16.b.10. secũdum Abinadab tertiũ Simmaa, * quar- 14
17.b.12. tum Nathanael, quintum Raddai, * sextũ 15
Asom, septimum Dauid. * quorum soro- 16
res fuerunt Saruia, & Abigail. Filij Sar- C
uiæ: Abisai, Ioab, & Asael, tres. * Abigail 17
autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether
Ismahelites. * Caleb verò filius Hesrõ acce- 18
pit vxorẽ nomine Azuba, de qua genuit Ie-
rioth: fueruntque filij eius Iaser, & Sobab, &
19 Ardon. * Cumq. mortua fuisset Azuba, acce
pit vxorem Caleb Ephrata: quæ peperit ei
20 Hur. * Porrò Hur genuit Vri, & Vri genuit
21 Bezeleel. * Post hæc ingressus est Hesron ad
filiam Machir patris Galaad, & accepit eam
cum esset annorum sexaginta: quæ peperit ei
22 Segub * Sed, & Segub genuit Iair, & possedit
23 viginti tres ciuitates in Terra Galaad. * Ce-
pitq. Gessur, & Arã oppida Iair, & Canath,
& viculos eius sexaginta ciuitatum, om-
24 nes isti filij Machir patris Galaad. * Cum
D autem mortuus esset Hesrõ, ingressus est Ca
leb ad Ephrata. Habuit quoque Hesrõ vxo-
rem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem The
25 cuæ. * Nati sunt autẽ filij Ierameel primo-
geniti Hesrõ, Ram primogenitus eius, & Bu
26 na, & Aram, & Asom, & Achia * Duxit quo-
que vxorem alteram Ierameel, nomine Ata-
27 ra, quæ fuit mater Onam. * Sed & filij Ram
primogeniti Ierameel, fuerunt Moos Iamin
28 & Achar. * Onam autem habuit filios Se-
mei, & Iada Filij autem Semei: Nadab,
29 & Abisur. * Nomen verò vxoris Abisur,
Abihail, quæ peperit ei Ahobban, & Molid.
30 * Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Ap-
phaim Mortuus est autem Saled absq. libe-
31 ris * Filius verò Apphaim, Iesi: qui Iesi ge-
32 nuit Sesan Porrò Sesan genuit Oholai * Fi-
E lij autẽ Iada fratris Semei: Iether, & Ionathã
33 Sed, & Iether mortuus est absq. liberis. * Por
rò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Isti fue-
34 runt filij Ierameel. * Sesan autem non ha-
buit filios, sed filias: & seruum Aegyptium
35 nomine Ieraa. * Deditq. ei filiam suam vxo-
36 rem: quæ peperit ei Ethei. * Ethei autem ge
37 nuit Nathan, & Nathan genuit Zabad. * Za
bad quoq. genuit Ophlal, & Ophlal genuit
38 Obed. * Obed genuit Iehu, Iehu genuit Aza
39 riam * Azarias genuit Helles, & Helles ge-
40 nuit Elasa, * Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi
41 genuit Sellum. * Sellum genuit Icamiam,
42 Icamia autem genuit Elisama. * Filij au-
F tem Caleb fratris Ierameel: Mesa primo-
genitus eius, ipse est pater Ziph, & filij Ma-
43 resa patris Hebron. * Porrò filij Hebron,
44 Core, & Taphua, & Recem, & Sãma. * Sam-
ma autẽ genuit Rabam, patrem Iercaam, &
45 Recem genuit Sammai. * Filius Sammai,
46 Maomet Maon pater Bethsur. * Epha autẽ
concubina Caleb peperit Haran, & Mosa, &
47 Gezez. Porrò Harã genuit Gezez. * Filij aũt
Iahadda, Regem, & Ioathan, & Gesan, &
48 Phalet, & Epha, & Saaph. * Concubina Ca-
49 leb Maacha, peperit Saber, & Tharana. * Ge-
nuit autẽ Saaph pater Madmena, Sue patrẽ
Macbena, & patrẽ Gabaa. Filia vero Caleb
50 fuit Achsa. * Hi erant filij Caleb, filij Hur
G primogeniti Ephratha, Sobal pater Cariathia
51 rim. * Salma pater Bethlehem, Hariph pa-
52 ter Bethgader. * Fuerunt autem filij Sobal
patris Cariathiarim, Qui videbat dimidium
53 requietionũ. * Et de cognatione Cariathia-
rim, Iethrei, & Aphuthei, & Semathei, & Ma
zerei. Ex his egressi sunt Saraitæ, & Esthaoli-
tæ,

tæ.* Filij Salma, Bethlehem,& Netophathi, 54
Coronæ domus Ioab , & dimidium requie-
tionis Sarai. * Cognationes quoq. scribarum 55
habitantium in Iabes, Canentes atque Reso-
nantes,& in tabernaculis commorantes. Hi
sunt Cinæi, qui venerũt de calore patris do-
mus Rechab.

CAP. III.

2.Reg.3. a.2.

DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati 1
sunt in Hebron, primogenitum Am- A
non ex Achinoam Iezrahelitide, secundum
Daniel de Abigail Carmelitide. * tertium 2
Absalom filium Maacha filiæ Tholmai re-
gis Gessur, quartum Adoniam filium Ag-
gith, * quintum Saphatiam ex Abital, sex- 3
tum Iethraham de Egla vxore sua. * Sex 4
ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit se-
ptem annis, & sex mensibus. Triginta au-
tem, & tribus annis regnauit in Ierusalem.

ᵃ2. Reg. 5.c.14.

*ᵃ Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij Sim- 5
maa, & Sobab, & Nathan, & Salomon,qua- B
tuor de Bethsabee filia Ammiel, * Iebaar 6
quoque, & Elisama, * & Eliphaleth, & No- 7
ge,& Nepheg, & Iaphia, * necnon Elisama, 8
& Eliada, & Elipheleth: nouem: * omnes 9
hi filij Dauid absque filijs concubinarum,
habueruntque sororem Thamar.* Filius au- 10
tem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius
genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosa-
phat,*pater Ioram:qui Ioram genuit Ocho- 11
ziam,ex quo ortus est Ioas:* & huius Ama- 12
sias filius genuit Azariam.* Porrò Azariæ 13
filius Ioathan procreauit Achaz patrem E- C
zechiæ,de quo natus est Manasses.* Sed & 14
Manasses genuit Amon patrem Iosiæ * Fi- 15
lij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Ioha-
nan,secũdus Ioakim, tertius Sedecias,quar-

ᵃMatt.1. b.18.

tus Sellum. *ᵃ De Ioakim natus est Iecho- 16
nias, & Sedecias.* Filij Iechoniæ fuerunt, 17
Asir, Salathiel, * Melchiram, Phadaia, Sen- 18
neser,& Iecemia, Sama, & Nadabia. * De 19
Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei. Zo-
robabel genuit Mosollam, Hananiam, & Sa-
lomith sororem eorum:* Hasabant quoque 20
& Ohol, & Barachian, & Hasadian, Iosab-
hesed,quinque. * Filius autem Hananiæ, 21
Phalthias,pater Ieseiæ, cuius filius Raphaia, D
huius quoque filius, Arnan,de quo natus est
Obdia,cuius filius fuit Sechenias.* Filius Se- 22
cheniæ, Semeia: cuius filij Hatus, & Iegaal,
& Baria, & Naaria,& Saphath,sex numero.
* Filius Naariæ, Eliocenai,& Ezechias,& Ez- 23
ricam,tres. * Filij Eliocenai, Oduia,& Elia- 24
sub,& Pheleia,& Accub, & Iohanan, & Da-
laia,& Anani, septem.

CAP. IV.

Sup. 2.a. 4.

FIlij Iuda: Phares, Hesron,& Charmi, & 1
Hur, & Sobal. * Raia verò filius Sobal 2
genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai, & A
Laad, hæ cognationes Sarathi. * Ista quoque 3
stirps Etam; Iezrahel,& Iesemia,& Iedebos,
Nomen quoque sororis eorum, Asalelphu-
4 ni. * Phanuel autem pater Gedor, & Ezer
pater Hosa. isti sunt filij Hur primogeniti
5 Ephrata patris Bethlehẽ.* Assur verò patri
Thecuæ erant duæ vxores, Halaa,& Naara.
6 *. Peperit autem ei Naara, Oozam, & He-
pher,& Themani, & Ahasthari. isti sũt filij
7 Naara. * Porrò filij Halaa, Sereth, Isaar,&
B Ethnan. * Cos autem genuit Anob, & [illegible]
8 Soboba, & cognationem Aharehel filij A-
9 rum.* Fuit autem Iabes inclytus præ fratri-
bus suis, & mater eius vocauit nomen illius
Iabes,dicens:Quia peperi eum in dolore.
10 * Inuocauit verò Iabes Deũ Israel,dicens:Si
benedicens benedixeris mihi, & dilataueris
terminos meos, & fuerit manus tua mecũ,
& feceris me à malitia non opprimi. Et præ-
11 stitit Deus quæ precatus est. * Caleb autem
frater Sua genuit Mahir, q fuit pater. Esthõ
12 * Porrò Esthon genuit Bethrapha,& Phes-
se,& Tehinna patrẽ vrbis Naas:hi sunt viri
13 Recha.* Filij autem Cenez, Othoniel,& Sa-
C raia. Porrò filij Othoniel, Hathath,& Mao-
14 nathi.* Maonathi genuit Ophra, Saraia aũt
genuit Ioab patrem Vallis artificũ, ibi quip-
15 pe artifices erant.* Filij verò Caleb filij Ie-
phone, Hir,& Ela,& Naham. Filij quoque
16 Ela: Cenez. * Filij quoque Ialeleel: Ziph.
17 & Zipha, Thiria,& Asrael.* Et filij Ezra Ie-
ther,& Mered,& Epher,& Ialon,genuitque
Mariam,& Sammai,& Iesba patrem Estha-
18 mo. * Vxor quoque eius Iudaia,peperit Ia-
red patrem Gedor,& Heber patrem Socho:
& Icuthiel patrem Zanoe,hi autem filij Be-
thiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.
19 * Et filij vxoris Odaiæ sororis Nahã patris
D Ceila, Garmi,& Esthamo,q fuit de Macha-
20 thi.* Filij quoque Simon, Amnon,& Rinna
filius Hanã,& Thilõ. Et filij Iesi, Zoheth,&
21 Benzoheth.* Filijᵃ Sela filij Iuda: Her pater
Lecha, & Laada pater Maresa, & cognatio-
nes domus operantiũ byssum in Domo iu-
22 ramẽti.* Et qui stare fecit Solẽ, viriq Mẽda-
cij & Securus,& Incẽdens,qui principes fue-
runt in Moab, & qui reuersi sunt in Lahen,
23 hæc autem verba vetera.* Hi sunt figuli ha
bitantes in Plantationibus,& in Sepib apud
regem in operibus eius,commoratique sunt
24 ibi. * Filijᵃ Simeon: Namuel,& Iamin, Ia-
25 rib, Zara, Saul.* Sellum filius eius, Mapsam
26 filius eius, Masma filius eius.* Filij Masma
E Hamuel filius eius. Zachur filius eius,Se-
27 mei filius eius.* Filij Semei sedecim,& filię
sex: fratres autem eius non habuerũt filios
multos,& vniuersa cognatio nõ potuit adę-
28 quare summã filiorũ Iuda.* Habitauerunt
autem in Bersabee, & Molada,& Hasarsu-
29 hal.* & in Bala, & in Asom, & in Tholad,
30 * & in Aathuel, & in Horma,& in Siceleg,
31 * & in Bethmarchaboth,& in Hasarsusim,
& in Bethberai,& in Saarim,hę ciuitates eo-
32 rum vsque ad regem Dauid.* Villæ quo-
que eorum: Etam, & Aen, Remmon, & [illegible]
33 Thochen, & Asan,ciuitates quinque. * Et
F vniuersi viculi eorum per circuitum ciuita-
tum

ᵃGen.38. a.5.

ᵃGen.46. b.12.

tum istarum vsque ad Baal.hęc est habita-
tio eorũ,& sedium distributio.* Mosobab 34
quoque,& Iemlech, & Iosa filius Amasiæ,
* & Ioel, & Iehu filius Iosabiæ filij Sara- 35
iæ filij Asiel,* & Elioenai, & [illegible] Iacoba,& 36
Isuhaia,& Asaia,& Adiel, & Ismiel,& Ba-
naia,* Ziza quoque filius Sephei filij Allon 37
filij Idaia filij Semri filij Samaia.* Isti sunt 38
nominati principes in cognationibus suis,
& in domo affinitatũ suarum multiplicati
sunt vehemẽter.* Et profecti sunt,vt ingre 39
derẽtur in Gador vsque ad Orientẽ vallis,
& vt quærerent pascua gregib. suis.* Inue- 40
neruntque pascuas vberes, & valde bonas, G
& terram latissimam,& quietam,& fertilẽ,
& in qua ante habitauerant de stirpe Chã.
* Hi ergo venerũt,quos supra descripsimus 41
nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda:
& percusserunt tabernacula eorum, & ha-
bitatores qui inuenti fuerant ibi,& deleue-
runt eos vsque in præsentem diem:habita-
ueruntque pro eis, quoniam vbertimas pa-
scuas ibidem repererunt.* De filijs quoque 42
Simeon abierunt in montem Seir viri quin-
genti, habẽtes principes Phalthiam & Naa-
riam,& Raphaiã,& Oziel filios Iesi:* & per 43
cusserunt reliquias,quę euadere potuerant,
Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis
vsque ad diem hanc.

CAP. V.

Gen.35. d.22.49. a.4.

FIlij quoque Ruben primogeniti Israel 1
(ipse quippe fuit primogenitus eius:sed A
cum violasset thorum patris sui,data sunt
primogenita eius filijs Ioseph filij Israel,&
non est ille reputatus in primogenitũ.* Por 2
ro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres
suos,de stirpe eius principes germinati sũt:
primogenita autem reputata sunt Ioseph.)

ᵃGen.46. b.9. Exo.6.c.14. Nu.26. a.5.

* filijᵃ ergo Ruben primogeniti Israel: E- 3
noch,& Phallu, Esron,& Carmi.* Filij Ioel: 4
Samia filius eius, Gog filius eius, Semei filiꝰ
eius,* Micha filius eius, Reia filiꝰ eius, Baal 5
filiꝰ eius * Beera filius eius, quẽ captiuũ du- 6
xit Thelgathphalnasar rex Assyriorũ,& fuit
princeps in tribu Ruben.* Fratres aũt eius, 7
& vniuersa cognatio eius,quando numera-
bantur per familias suas, habuerunt princi-
pes Iehiel,& Zachariam.* Porro Bala filius 8
Azaz, filij Samma filij Ioel, ipse habitauit in B
Aroer vsque ad Nebo,& Beelmeon.* Con- 9
tra orientalem quoque plagam habitauit vs
que ad introitũ eremi, & flumẽ Euphratẽ.
Multum quippe iumentorum numerũ pos
sidebant in Terra Galaad.* In diebus aũt 10
Saul præliati sunt contra Agareos, & inter-
fecerunt illos, habitaueruntq. pro eis in ta-
bernaculis eorum,in omni plaga,quæ respi-
cit ad Orientẽ Galaad * Filij verò Gad è re- 11
gione eorũ habitauerũt ĩ Terra Basan vsq.
Selcha:* Ioel in capite,& Saphan secundus: 12
Ianai autẽ,& Saphat in Basan.* Fratres ve- 13
rò eorum secundum domos cognationum
suarum, Michael, & Mosollam, & Sebe, &
Ierai, & Iachan, & Zie, & Heber, septem.
14 * Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iara, filij
Galaad, filij Michael, filij Iesesi, filij Ieddo,
15 filij Buz.* Fratres quoque filij Abdiel, filij
16 Guni, princeps domus in familijs suis. * Et
habitauerunt in Galaad, & in Basan,& in
viculis eius, & in cunctis suburbanis Sarõ,
17 vsque ad terminos. * Omnes hi numerati
C sunt in diebus Ioathan regis Iuda,& in die
18 bus Ieroboam regis Israel.* Filij Ruben,&
Gad,& dimidiæ tribus Manasse viri bella-
tores,scuta portantes,& gladios,& tenden-
tes arcum, eruditiq. ad prælia quadraginta
quattuor millia,& septingẽti sexaginta pro-
19 cedentes ad pugnã * Dimicauerunt contra
Agareos: Ituræi verò, & Naphis,& Nodab
20 * præbuerũt eis auxiliũ. Traditique sunt in
manus eorũ Agarei,& vniuersi,qui fuerant
cum eis, quia Deum inuocauerunt cũ præ-
liarentur:& exaudiuit eos,eo quod credidis
21 sent in eum.* Ceperuntq. omnia quæ posse
derant, camelorum quinquaginta millia,&
ouiũ ducenta quinquaginta millia,& asinos
duo millia, & animas hominũ centũ mil-
22 lia.* Vulnerati autem multi corruerũt:fuit
D enim bellum Domini. Habitaueruntq. pro
23 eis vsque ad transmigrationem.* Filij quo-
que dimidiæ tribus Manasse possederunt
terrã à finibus Basan vsque Baal, Hermon,
& Sanir,& montem Hermon,ingens quip-
24 pe numerus erat. * Et hi fuerunt principes
domus cognationis eorũ, Epher, & Iesi, &
Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Ie-
diel viri fortissimi,& potentes,& nominati
25 duces in familijs suis.* Reliquerunt autem
Deum patrũ suorum, & fornicati sunt post
deos populorum terræ, quos abstulit Deus
26 coram eis. * & suscitauit Deus Israel spiri-
tum Phul regis Assyriorum,& spiritũ Thel
gathphalnasar regis Assur: & transtulit Ru-
bẽ,& Gad,& dimidiã tribũ Manasse,& ad-
duxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara,&
fluuium Gozan, vsque ad diem hanc.

CAP. VI.

Gen. 46. b 11. Inf.23. b.6.

1 FIlij Leui: Gerson, Caath,& Merari.* Fi-
2 lij Caath: Amram, Isaar, Hebron,& O-
3 ziel.* Filij Amrã: Aaron, Moyses,& Maria:
A Filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar,& Itha
4 mar.* Eleazar genuit Phinees,& Phinees ge
5 nuit Abisue, * Abisue verò genuit Bocci,&
6 Bocci genuit Ozi.* Ozi genuit Zaraiam, &
7 Zaraias genuit Meraioth.* Porro Meraioth
genuit Amariam, & Amarias genuit Achi-
8 tob.* Achitob genuit Sadoc,& Sadoc genuit
9 Achimaas,* Achimaas genuit Azariam, Aza
10 rias genuit Iohanan,* Iohanan genuit Aza
riã. Ipse est qui sacerdotio functus est in do
mo, quam ædificauit Salomon in Ierusalẽ.
11 * Genuit autem Azarias Amariã, & Ama-
12 rias genuit Achitob,* Achitob genuit Sa-
13 doc,& Sadoc genuit Sellum,* Sellũ genuit
14 Helciam,& Helcias genuit Azariam,* Aza-
B rias genuit Saraiã,& Saraias genuit Iosedec.

* Porro Iosedec egressus est, quando tran- 15
stulit Dominus Iudam, & Ierusalē per ma-
* Exo. 6. c.17. nus Nabuchodonosor. * Filij" ergo Leui: 16
Gerson, Caath, & Merari.* Et hæc nomina 17
filiorum Gerson: Lobni, & Semei. * Filij 18
Caath: Amran, & Isaar, & Hebron, & Oziel.
* Filij Merari: Moholi, & Musi. Hæ autem 19
cognationes Leui secundum familias eorū.
* Gerson, Lobni filij eius, Iahath filius eius, 20
Zamma filius eius, * Ioah filius eius, Addo 21
filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eij.
* Filij Caath, Aminadab filius eius, Core fi- 22
lius eius, Asir filius eius, * Elcana filius eius, 23
Abiasaph filius eius, Asir filius eius * Tha- 24
hath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius
eius, Saul filius eius.* Filij Elcana. Amasar 25
& Achimoth * & Elcana: Filij Elcana: So- 26
phai filius eius, Nahath filius eius, * Eliab 27
filius eius, Ierohā filius eius, Elcana filius
eius. * Filij Samuel primogenitus Vasseni, 28
& Abia, * Filij autem Merari, Moholi: Lob- 29
ni filius eius, Semei filius eius, Oza filius C
eius, * Sāmaa filius eius, Haggia filius eius, 30
Asaia filius eius. * Isti sunt, quos constituit 31
Dauid super cantores domus Domini, ex
quo collocata est arca: * & ministrabant co- 32
ram tabernaculo testimonij, canentes donec
ædificaret Salomon domum Domini in Ie-
rusalem: stabant autem iuxta ordinem suū
in ministerio. * Hi verò sunt, qui assistebāt 33
cum filijs suis, de filijs Caath, Hemam can-
tor filius Iohel, filij Samuel, * filij Elcana, fi- 34
lij Ierohā, filij Eliel, filij Thobu, * filij Suph, 35
filij Elcana, filij Mahath, filij Amasai, * filij 36
Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sopho-
niæ, * filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, 37
filij Core, * filij Isaar, filij Caath, filij Leui, 38
filij Israel, * Et frater eius Asaph, qui stabat 39
à dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filij Sa
maa, * filij Michael, filij Basaæ, filij Mel- 40
chiæ, * filij Athanai, filij Zara, filij Adaia, 41
* filij Ethan, filij Zamma, filij Semei, * filij 42
Ieth, filij Gerson, filij Leui. * Filij autem 43
Merari fratres eorum, ad sinistram * Ethā 44
filius Cusi, filij Abdi, filij Maloch, * filij Ha- D
sabiæ, filiæ Amasiæ, filij Helciæ, * filij Ama- 45
sai, filij Bom, filij Somer, * filij Moholi, fi- 46
lij Musi, filij Merari, filij Leui. * Fratres quo 47
que eorum Leuitæ, qui ordinati sunt in cun 48
ctum ministerium tabernaculi domus Do-
mini. * Aaron verò, & filij eius adolebant 49
incensum super altare holocausti, & super
altare thymiamatis, in omne opus Sancti
sanctorum: & vt precarentur pro Israel iux-
ta omnia, quæ præceperat Moyses seruus
Dei, * Hi sunt autem filij Aaron: Eleazar fi- 50
lius eius. Phinees filius eius, Abisue filius
eius, * Bocci filius eius, Ozi filius eius, Za- 51
rahia filius eius, * Meraioth filius eius, A- 52
marias filius eius, Achitob filius eius, * Sa- 53
doc filius eius, Achimaas filius eij.* Et hæc 54
habitacula eorum per vicos atque confinia,
filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes
Caathitarum: ipsis n. sorte contigerant.* De 55
derunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & E
56 suburbana eius per circuitū: * " agros autem " Ios. 21.
57 ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone * Por b.10.
ro filijs Aaron dederunt ciuitates ad confu-
giendum Hebron, & Lobna, & suburbana
58 eius.* Iether quoque, & Esthemo cum su-
burbanis suis, sed & Helon, & Dabir cum
59 suburbanis suis, * Asan quoque, & Bethse-
60 mes & suburbana earum.* De tribu autem
Beniamin, Cabee & suburbana eius, & Al-
mach cum suburbanis suis, Anathoth quo-
que cum suburbanis suis, omnes ciuitates,
61 tredecim, per cognationes suas. * Filijs autē
Caath residuis de cognatione sua dederunt
ex dimidia tribu Manasse in possessionē vr
62 bes decem.* Porro filijs Gerson per cogna-
tiones suas de tribu Issachar, & de tribu A-
ser, & de tribu Nephthali, & de tribu Ma-
63 nasse in Basan, vrbes tredecim * Filijs autē
Merari per cognationes suas de tribu Ru-
ben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulō, de-
64 derunt sorte ciuitates duodecim.* Dederūt
E quoq. filij Israel Leuitis ciuitates, & subur-
65 bana earū: * dederuntque per sortē, ex tri-
bu filiorū Iuda, & ex tribu filiorū Simeon,
& ex tribu filiorum Beniamin vrbes has,
66 quas vocauerunt nominibus suis, * & his
qui erant de cognatione filiorū Caath, " fue- " Ios. 21.
runtque ciuitates in terminis eorū de tribu b.10.
67 Ephraim. * Dederunt ergo eis vrbes ad cōfugiēdum, Sichem cum suburbanis suis in
monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis
68 suis. * Iecmaam quoque cum suburbanis
69 suis, & Bethoron similiter, * necnon &
Helon cum suburbanis suis, & Gethrem-
70 mon in eundem modum, * Porro ex di-
midia tribu Manasse, Aner, & suburbana
eius, Balaam & suburbana eius: his videli-
cet, qui de cognatione filiorum Caath reli-
71 qui erant. * Filijs autē Gersom de cognatio
ne dimidiæ tribus Manasse Gaulō in Basā,
& suburbana eius, & Astaroth cum subur-
72 banis eius. * De tribu Issachar. Cedes, & su-
G burbana eius, & Dabereth cum suburbanis
73 suis, * Ramoth quoque, & suburbana eius,
74 & Anē cum suburbanis suis. * De tribu ve-
rò Aser Masal cū suburbanis suis, & Abdō
75 similiter, * Hucac quoq; & suburbana eius,
76 & Rohob cū suburbanis suis. * Porro de tri
bu Nephthali, Cedes in Galilæa, & suburba
na eius, Hamō cū suburbanis suis, & Caria-
77 thaim, & suburbana eij.* Filijs aūt Merari
residuis: de tribu Zabulon Rēmono, & sub-
urbana eius, & Thabor cū suburbanis suis:
78 * trans Iordanem quoque ex aduerso Ieri-
cho contra Orientem Iordanis, de tribu Ru
bē, Bosor in solitudine cū suburbanis suis.
79 & Iassa cum suburbanis suis, * Cademoth
quoq. & suburbana eius, & Mephaat cū su-
80 burbanis suis.* Necnō & de tribu Gad, Rā-
moth in Galaad, & suburbana eius, & Ma-
81 naim cū suburbanis suis, * sed & Hesebon
cū suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis
suis.

CAP. VII.

1 POrro filij Issachar: Thola, & Phua, Iasub Ge. 46.
2 & Simeron, quattuor.* Filij Thola: Oza b.13.

&

& Raphaia, & Ieriel, & Iemai, & Iebsē, & Sa A
muel, principes per domos cognationū sua-
rum. De stirpe Thola viri fortissimi numē-
rati sunt in diebus Dauid, v ginti duo millia
sexcenti * Filij Ozi: Izrahia, de quo nati sunt 3
Michael, & Obadia, & Ioel, & Iesia, quin-
que omnes principes. * Cumq; eis per fami- 4
lias, & populos suos, accincti ad prælium, vi-
ri fortissimi, triginta sex millia: multas n.
habuerunt vxores & filios.* Fratres quoque 5
eorum per omnem cognationē Issachar ro- B
bustissimi ad pugnādum, octoginta septem
millia numerati sunt. * Filij" Beniamin: 6
Bela, & Becher, & Iadiel, tres. * Filij Bela: 7
Eshon, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth, & V-
rai, quinque principes familiarum, & ad pu-
gnandum robustissimi, numerus autem eo-
rum, viginti duo millia, & triginta quatuor.
* Porro filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Elie- 8
zer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & A-
bia, & Anathoth, & Almath: oēs hi filij Be-
chor. * Numerati sunt aūt per familias suas 9
principes cognationum suarū ad bella for-
tissimi, viginti millia, & ducēti * Porro filij 10
Iadihel: Balan. Filij autem Balan: Iehus, & C
Beniamin, & Aod, & Chanana, & Zethā, &
Tharsis, & Ahisahar. * oēs hi filij Iadihel, 11
principes cognationū suarū viri fortissimi,
decem, & septem millia, & ducenti ad præ-
lium pro edentes * Sepham quoque, & Ha- 12
pham filij Hir, & Hasim filij Aher. * Filij 13
autem Nephthali: Iasiel, & Guni, & Iesser, &
Sellum filij Bala, * Porro filius* Manasse. E 14
friel: concubinaq. eius Syra peperit Machir
patrem Galaad. * Machir autem accepit 15
vxores filijs suis Happhim, & Saphan, & ha
buit sororem nomine Maacha: nomen aūt
secūdi Salphaad, natæq. sunt Salphaad filiæ.
* & peperit Maacha vxor Machir filiū, vo- 16
cauitq. nomen eius Phares: porro nomē fra- D
tris eius, Sares, & filij eius, Vlam, & Recen.
* Filius autem Vlam, Badā, hi sunt filij Ga 17
laad, filij Machir, filij Manasse. * Soror aūt 18
eius regina peperit Virum decorum, & Abie
zer, & Mohola. * Erant autem filij Semida, 19
Ahin, & Sechem, & Leci, & Aniam. * Filij 20
autem Ephraim: Suthala, Bared filius eius
Thahath filij eius. Elada filij eius, Thahath
filius eius, huius filius Habad, * & huius 21
filius Suthala, & huius filius Ezer, & Elad: E
occiderunt autē eos viri Geth indigenæ, qa
descenderāt vt inuaderent possessiones eo-
rū. * Luxit igit Ephraim pater eorū multis 22
diebus, & venerunt fratres eius vt cōsolarē
tur eum. * Ingressusque est ad vxorem suā: 23
quem cōcepit, & peperit filiū, & vocauit no-
men eius Beria, eo quod in malis domus e-
ius ortus esset: * filia autē eius fuit Sara, quæ 24
ædificauit Bethorō inferiorē, & superiorē, &
Ozensara. * Porro filius eius Rapha, & Re- 25
seph, & Thale, de quo natus est Thaan, * qui 26
genuit Laadan: huius quoq. filius Ammiud,
qui genuit Elisama, * de quo ortus est Nū, 27
qui habuit filium Iosue. * Possessio aūt eo- 28
rum, & habitatio, Bethel cum filiabus suis, F
& contra oriētem Noram, ac Occidentalem
plagam Gazer, & filiæ eius. Sichem quoque
cum filiabus suis, vsque ad Aza cū filiabus
29 eius. * Iuxta filios quoque Manasse Bethsan
& filias eius, Thanach, & filias eius, Mageddo & filias eij: Dor, & filias eius: in his habi-
30 tauerunt filijs Ioseph, filij Israel.* Filij" Aser " Ge. 46.
Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara so b. 17.
31 ror eorū. * Filij autē Baria: Heber, Melchiel:
32 ipse est pater Barsaith.* Heber autē genuit
Iephlat, & Somer, & Hothā, & Suaa sororē
33 eorum* Filij Iephlat: Phosech, & Chamaal,
G & Asoth: hi filij Iephlat * Porro filij Somer:
34 Ahi, & Roaga, & Haba, & Arā * Filij autem
35 Helē fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles,
36 & Amal. * Filij Supha: Sue, Harnapher, &
37 Sual, & Beri, & Iamra, * Bosor, & Hod, &
38 Samma, & Salusa, & Iethran, & Bera.*. Filij
39 Iether: Iephone, & Phaspha, & Ara.* Filij au
40 tem Olla Aree, & Haniei, & Resia* Omnes
hi filij Aser principes cognationum, electi at
que fortissimi duces ducum: numerus au-
tem eorum ætatis, quē apta esset ad bellum,
viginti sex millia.

CAP. VIII.

1 BEniamin autem genuit Bale primogeni Gen. 46.
A tum suum, Asbel secundum, Ahara ter c.21.
2 tium, * Nohaa quartum, & Rapha quintum Sup.7. b.
3 * Fuerūtque filij Bale: Addar, & Gera, & 6.
4 Abiud. * Abisue quoque & Naaman, & A-
5 hoe, * sed & Gera, & Sephuphan, et Hurā.
6 * Hi sunt filij Ahod, principes cognationū
habitantium in Gabaa, qui translati sunt in
7 Manahath. * Naamā autem, & Achia, & Ge
ra ipse trāstulit eos, & genuit Oza, & Ahiud,
8 * Porro Saharaim genuit in regione Moab,
postquā dim sit Husim, & Bara vxores suas.
9 * Genuit autem de Hodes vxore sua Iohab,
10 & Sebia, & Mosa, & Molchom. * Iehus quo-
que, & Sechia, & Marma, hi sunt filij eius
11 principes in familiis suis. Mehusim vero
12 genuit Abitob, & Elphaal. * Porro filij El-
B phaal: Heber, & Misaam, & Samad: hic ædifi
13 cauit Ono, & Lod, & filias eius.* Baria autē,
& Sama principes cognationum habitan-
tium in Aialon: hi fugauerunt habitatores
14 Geth. Et Ahio, & Sesac, & Ierimoth, * & Za
15 badia, & Arod, & Heder, * Michael quoq;,
16 & Iespha, & Iona filij Baria.* Et Zabadia, &
17 Mosollam, & Hezeci, & Heber, * & Iesama-
18 ri, et Iezlia, et Iobab filij Elphaal, * & Iacim,
19 et Zechri, et Zabdi, * et Elioenai, et Selethai,
20 et Eliel, * & Adaia, & Baraia, et Samarath
21 filij Semei. * Et Iespham, et Heber, et E-
22 liel * et Abdon, et Zechri, et Hanan, * et Ha-
23 nania, et Aelam, et Anathothia, * et Iephda-
24 ia, et Phanuel filij Sesac, * et Samsari, et So-
25 horia, et Otholia * et Iersia, et Elia, et Zechri
26 filij Ieroham, * hi patriarchæ, et cognatio-
C num principes, qui habitauerunt in Ierusa-
27 lem. * in " Cabbaon autem habitauerunt " infr. 23
28 Abigabaon, et nomen vxoris eius Maacha: f. 35.
29 * filiusque eius primogenitus Abdon, et Sur,

&

& Cis, & Baal, & Nadab. * Gedor quo- 30
que, & Ahio, & Zacher, & Macelloth: * & 31
* 1. Reg. Macelloth genuit Samaa: * habitauerunt- 32
24. g. 51. que ex aduerso fratrum suorum in Ierusa-
Inf. 9. g. lem cum fratribus suis. *// Ner autem ge- 33
39. nuit Cis, & Cis genuit Saul. Porro Saul genuit Ionathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbal. * Filius autem Ionathan, Merib- 34
baal: & Meribbaal genuit Micha. * Filij Mi- 35
cha, Phethon, & Melech, & Taraa, & Ahaz. *& Ahaz genuit Ioada, & Ioada genuit Ala- 36
math, & Azmoth, & Zamri: porro Zamri genuit Mosa, *& Mosa genuit Baana, cuius fi- 37
lius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, q genuit Asel. * Porro Asel sex filij fuerũt his no- 38
minibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, & Hanan omnes hi filij Asel. * Filij aũt 39
Esec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus secundus, & Eliphalet tertius. * Fuerũt 40
que filij Vlã viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vsque ad centum quinquaginta. Omnes hi filij Beniamin.

CAP. IX.

VNiuersus ergo Israel dinumeratus est: 1
& summa eorum scripta est in Libro A
regum Israel: & Iuda, translatique sunt in Babylonem propter delictum suum. * Qui 2
autẽ habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis: Israel, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinęi. * Commorati sunt in Ieru 3
salem de filijs Iuda, & de filijs Beniamin, de filijs quoque Ephraim, & Manasse. * O- 4
thei filius Ammiud, filij Amri, filij Omrai, filij Bonni, de filijs Phares filij Iuda. * Et de 5
Siloni: Asaia primogenitus, & filij eius. * De filijs autem Zara: Iehuel, & fratres eo- 6
rum, sexcenti nonaginta. * Porro de filijs Be- 7
niamin: Salo filius Mosollã, filij Oduia, filij B
Asana: * & Iobania filius Ieroham: & Ela fi- 8
lius Ozi, filij Mochori, & Mosollã filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ, * & fratres 9
eorum per familias suas, nongenti quinquaginta sex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrum suorum. * De sacerdoti- 10
bus autem: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: * Aza- 11
rias quoque filius Heliæ, filij Motollã, filij Sadoch filij Maraioth, filij Achitob, pontifex domus Dei. * Porro Adaias filius Ieroham, 12
filij Phassur, filij Melchie: & Maasai filius Adiel, filij Iezra, filij Mosoliam, filij Mosollamith, filij Emmer, * fratres quoque eorum 13
principes per familias suas, mille septingen- C
ti sexaginta, fortissimi robore ad faciẽdum opus ministerij in domo Dei. * De Leuitis 14
autẽ: Semeia filius Hassub filij Ezricam, filij Hasebia de filijs Merari * Bacbacar quoque 15
carpẽtarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Asaph. * & Obdia filius 16
Semeiæ, filij Galal, filij Idithun: & Barachiæ filius Asa, filij Elcana, qui habitauit in atrijs Netophati. * Ianitores autem: Selium, & Ac- 17
cub, & Telmon, & Ahimam, & frater eorũ

18 Sellum princeps, * vsque ad illud tẽpus, in porta regis ad orientem, obseruabãt per vi-
19 ces suas de filijs Leui. * Sellũ verò filius Core filij Abiasaph, filij Core, cũ fratribus suis, D & domo patris sui, hi sunt Coritæ sup opera ministerij, custodes vestibulorũ tabernaculi, & familiæ eorũ per vices castrorũ Do-
20 mini custodientes introitũ. * Phinees autẽ filius Eleazari, erat dux eorum corã Domi-
21 no. * Porro Zacharias filius Mosollamia, ia-
22 nitor portę tabernaculi testimonij. * Oẽs hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim; & descripti in villis proprijs: quos constituerunt Dauid, & Samuel Videns, in fide
23 sua * tam ipsos, quam filios eorum in ostijs domus Domini, & in tabernaculo vicibus
24 suis: * Per quattuor ventos erant ostiarij: id est ad Orientem, & ad Occidẽtem, & ad A-
25 quilonem, & ad Austrum. * Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbatis suis de tempore vsque ad tẽpus,
26 * His quattuor Leuitis creditus erat omnis E numerus ianitorum, & erant super exedras,
27 & thesauros domus Domini. * Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodijs suis: vt cum tempus fuisset, ipsi mane
28 aperirent fores. * De horum genere erant, & super vasa ministerij: ad numerum enim, &
29 inferebantur vasa, & efferebantur. * De ipsis & qui credita habebant vtensilia sanctuarij, præerant similæ, & vino, & oleo, & thuri, &
30 aromatibus. * Filij autẽ sacerdotũ vnguen-
31 ta ex aromatibus conficiebant * Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum, quę in sartagine frige-
32 bantur. * Porro de filijs Caath fratribus eo- F rum, super panes erãt propositionis, vt semper nouos per singula sabbata præparatent.
33 * Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarũ, qui in exedris morabãtur, vt die, ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent.
34 * Capita Leuitarũ, per familias suas princi-
35 pes, manserunt in Ierusalem. * In // Gabaon autem commorati sunt pater Gabaõ Iehiel, // Sup. c. 29.
36 & nomen vxoris eius Maacha. * Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Ba-
37 al & Ner, & Nadab, * Gedor quoq. & Ahio,
38 & Zacharias, & Macelloth. * Porro Macel- G loth genuit Saaman: isti habitauerunt e regione fratrum suorũ in Ierusalem, cũ fratri-
39 bus suis * // Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Mel- // Sup. c. 33.
40 chisua, & Abinadab, & Esbaal. * Filius autẽ Ionathan Meribbaal: & Meribbaal genuit
41 Micha. * Porro filij Micha, Phiton, & Me-
42 lech, & Tharaa, & Ahaz. * Ahaz autem genuit Iara, & Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa.
43 * Mosa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus est Asel.
44 * Porro Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. hi sunt filij Asel.

CAP.

CAP. X.

Reg. 31. a. 3. PHilisthijm autem pugnabant contra Is- 1
rael, fugeruntq. viri Israel Palęstinos,
& ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.
* Cumq. appropinquassent Philistæi perse- 2
quẽtes Saul, & filios eius, percusserunt Iona
than, & Abinadab, & Melchisua filios Saul.
* Et aggrauatum est prælium contra Saul, 3
inueneruntque eum sagittarij, & vulneraue
runt iaculis. * Et dixit Saul ad armigerum 4
suum: Euagina gladium tuum, & interfice B
me ne forte veniant incircumcisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul
ensem, & irruit in eum. * Quod cum vidis- 5
set armiger eius; videlicet mortuũ esse Saul,
irruit etiam ipse in gladium suum, & mor-
tuus est. * Interijt ergo Saul, & tres filij eius, 6
& oĩs domus illius pariter concidit. * Quod 7
cum vidissent viri Israel, qui habitabant in
campestribus, fugerunt: & Saul, ac filijs eius C
mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt: veneruntq. Philisthijm,
& habitauerunt in eis. * Die igitur altero de 8
trahentes Philisthijm spolia cæsorum, inue-
nerunt Saul, & filios eius iacentes in monte
Gelboe. * Cumque spoliassent eum, & amputassent caput, armisq. nudassent, miserũt in 9
terram suam, vt circumferretur, & offende-
retur idolorum templis, & populis: * arma 10
autem eius consecrauerunt in fano Dei sui,
& caput affixerunt in templo Dagon. * Hoc 11
cum audissent viri in Iabes Galaad, omnia
scilicet quæ Philisthijm fecerant super Saul,
* consurrexerunt singuli virorum fortium, 12
& tulerunt cadauera Saul, & filiorum eius: D
attuleruntque ea in Iabes, & sepelierũt ossa
eorum subter quercum, quæ erat in Iabes,
& ieiunauerunt septẽ diebus. * Mortuus est 13
ergo Saul propter iniquitates suas, eo quod
// 1. Reg. 15. a. 3. praeuaricatus sit // mandatum Domini, quod
Exo. 17. d. 14. præceperat, & non custodierit illud: sed // in-
// 1. Reg. 28. b. 3. super etiam pythonissam consuluerit. * nec 14
cit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid
filium Isai.

CAP. XI.

2. Reg. 2. a. 1. COngregatus est igitur omnis Israel ad 1
Dauid in Hebron, dicens; Os tuum su- A
mus, & caro tua. * Heri quoq. & nudiuster- 2
tius cũ adhuc regnaret Saul, tu eras, qui edu
cebas, & introducebas Israel: tibi enim dixit
Dñs Deus tuus: Tu pasces populum meum
Israel, & tu eris princeps super eum. * Vene- 3
runt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in Hebron, & inijt Dauid cũ eis fędus
coram Dño: vnxeruntq. eum regem super
Israel, iuxta sermonem Dñi, quem locutus B
est in Manu Samuel. * Abijt quoq. Dauid, & 4
omnis Israel in Ierusalem. hæc est Iebus,
vti erant Iebusæi habitatores terræ. * Dixe- 5
runt, qui habitabant in Iebus ad Dauid: Nõ ingredieris huc. Porro Dauid cepit arcem
6 Sion, quæ est Ciuitas Dauid, dixitq. * Omnis qui percusserit Iebusęum in primis erit princeps, & dux. Ascẽdit igitur primus Ioab fi-
7 lius Satuiæ, & factus est Princeps. * Habitauit, autem Dauid in arce, & idcirco appella-
8 ta est Ciuitas Dauid. * Ædificauitq. vrbem in circuitu à Mello vsq. ad gyrum, Ioab au-
9 tem reliqua vrbis extruxit. * Proficiebatq. Dauid vadens, & crescens, & Dñs exercituum
10 erat cum eo. *// Hi Principes virorum fortiũ // 2. Reg. 23. a. 8.
C Dauid, qui adiuuerunt eum, vt rex fieret su
per omnem Israel iuxta verbum Dñi, quod
11 locutus est ad Israel. * Et iste numerus robustorum Dauid. Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste leuauit hastã suã
12 super trecentos vulneratos vna vice. * Et post eũ Eleazar filius patrui eius Ahohites,
13 qui erat inter tres potentes. * Iste fuit cũ Dauid in Phesdomim, quando Philisthijm cõgregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fuge
14 ratq. populus à facie Philistihinorum. * Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eũ: cumque percussissent Philistheos, dedit Do
15 minus salutem magnam populo suo. * Descenderunt autem tres de triginta principib. D ad petram, in qua erat Dauid, ad spelũcam. Odollã, quando Philisthijm fuerant castra-
16 metati in Valle raphaim. *// Porro Dauid e- // 2. Reg. 13. b. 14.
rat in præsidio, & statio Philisthinorum in
17 Bethlehem. * Deside rauit igitur Dauid, & dixit: O si quis daret mihi aquã de cisterna
18 Bethlehem, quæ est in porta * Tres ergo istã per media castra Philisthinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerũt ad Dauid, vt biberet: qui noluit, sed magis libauit
19 illam Dño, * dicens: Absit, vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum E suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere, hæc fecerunt tres 10-
20 bustissimi. * Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastã suã contra trecentos vulneratos, & ipse erat in-
21 ter tres nominatissimus, * & inter tres secũdos inclytus, & princeps eorum, verũtamen
22 vsq. ad tres primos non peruenerat. * Banaias filius Ioiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel, ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore ni-
23 uis. * Et ipse percussit virum Ægyptũ, cuius statura erat quinq. cubitorum, & habebat lãceã, vt licitatorium texentium: descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastã, quam
24 tenebat manu, & interfecit eũ hasta sua. * Hęc F fecit Banaias filius Ioiadę, qui erat inter tres
25 robustos nominatissimus, * inter triginta primus, verumtã ad tres vsque non peruenerat, posuit autem eum Dauid ad auriculã
26 suã. * Porro fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & Elchanã filius patrui eius

de Bethlehem,* Sammoth Arorites, Helles 27
Phalonites.* Ira filij Acces Thecuites, Abie- 28
zer Anathothites. * Sobbochai Husathites, 29
Ilai Ahohites,* Maharai Netophathites, He 30
led filius Baana Netophachites, * Ethai fi- 31
lius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin,
Banaia Pharatonites,* Hurai de Torrente 32
Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramitres Eliaba Salabonites, * Filij Assem Gezo- 33
nites, Ionathan filius Sace Ararites,* Ahiam G
filij Sachar Ararites,* Eliphal filius Vr,* He 34
phet Mecherathites, Ahia Phelonites, Hes- 35
ro Carmelites, Naarai filius Asbai.* Ioel fra 36
ter Nathan Mibahar filius Agarai, * Selec 37
Ammonites, Naarai Berothites armiger Io- 38
ab filij Saruie.* Ira Iethræus, Gareb Iethræus, 39
* Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi,* Adi- 40
na filius Siza Rubenites princeps Rubenita- 41
rũ, & cũ eo triginta:* Hanan filius Maacha, 42
& Iosaphat Mathanites,* Ozia Astarothites 43
Sãma, & Iehiel filij Hotham Arorites,* Ie- 44
diihel filius Samri, & Ioha frater eius Tho- 45
saites, * Eliel Mahumites, & Ieribai, & Io- 46
saia filij Elnaem, & Iethma Moabites, Eliel,
& Obed, & Iasiel de Masobia.

CAP. XII.

HI quoq. venerunt ad Dauid in Siceleg, 1
cum adhuc fugeret Saul filium Cis, A
qui erant fortissimi, & egregij pugnatores,
* tendentes arcum, & vtraque manu fundis 2
saxa iacientes, & dirigẽtes sagittas; de fratri-
bus Saul ex Beniamin. * Princeps Ahiezer, 3
& Ioas filij Samaa Gabaathites, & Iaziel, &
Phallet filij Azmoth, & Baracha, & Iehu A-
nathotites.* Samaias quoq. Gabaonites for- 4
tissimus inter triginta, & super triginta. Iere
mias, & Iehezieli, & Iohanan, & Iezabad, Ga
derohites. * & Eluzai, & Ierimuth, et Baalia, 5
& Samaria, & Saphatia Haruphites. * Elca- 6
na, & Ieesia, & Azareel, & Ioezer, & Iesbaã B
de Caregim.* Ioela quoq & Zabadia filij Ie- 7
rohã de Gedor: * Sed & de Gaddi trãsfuge- 8
runt ad Dauid, cum lateret in deserto, viri
robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes
clypeum, & hastã: facies eorum quasi facies
leonis, & veloces quasi capreæ in montibus:
* Ezer princeps, Obdias, secundus, Eliab ter- 9
tius,* Masmana quartus, Ieremias quintus, 10
* Ethim sextus, Eliel septimus,* Iohanã o- 11
ctauus, Elzebad nonus,* Ieremias decimus, 12
Machbanai vndecim⁹.* hi de filijs Gad pri- 13
cipes exercitus: nouissimus centum milici- 14
bus præerat, & maximus, mille, * Isti sunt, q 15
transierunt Iordanem mense primo, quan-
do inundare consueuit super ripas suas: &
omnes fugauerunt, qui morabantur in val-
libus ad orientalem plagam, & occidentalẽ.
* Venerũt autem, & de Beniamin, & de Iu- 16
da ad præsidium, in quo morabatur Dauid C
* Egressusq. est Dauid obuiam eis, & ait. Si 17
pacifice venistis ad me, vt auxiliemini mihi
cor meum iungatur vobis: si autem insidia-
mini mihi pro aduersarijs meis, cũ ego iui-
quitatem in manib. non habeã, videat Deus
18 patrum nostrorũ, & iudicet. * Spiritus verò
induit Amasai principẽ inter triginta, & ait.
Tui sumus, o Dauid, & tecum filij Isai: pax,
pax tibi, & pax adiutoribus tuis, te enim ad-
iuuat Deus tuus. Suscepit ergo Dauid, & cõ-
19 stituit principes turmę: * Porro de Manasse
transfugerũt ad Dauid, qñ veniebat cũ Phi-
listhijm aduersus Saul, vt pugnaret: & non
dimicauit cum eis, " quia inito consilio re- " 1. Reg.
D miserunt eum principes Philistinorum di- 29.b.4.
centes: Periculo capitis nostri reuertetur ad
20 Dñm suum Saul. * Quando igitur reuersus
est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Ma-
nasse, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Mi-
chael, & Ednas, & Ionabad, & Elin, & Sala-
21 thi, principes millium in Manasse. * hi præ-
buerunt auxilium Dauid aduersus latrũcu-
los: omnes enim erant viri fortissimi, & fa-
22 cti sũt principes in exercitu. * Sed & per sin
gulos dies veniebant ad Dauid ad auxilian-
dum ei, vsque dum fieret grãdis numerus,
23 quasi exercitus Dei. * Iste quoque est nume-
rus principum exercitus, qui venerunt ad
Dauid, cum esset in Hebron, vt transferrent
regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domi-
24 ni. * Filij Iuda portãtes, clypeum, & hastam
25 sex millia octingenti expediti ad pliũ. * De
filijs Simeon virorum fortissimorũ ad pu-
26 gnandum, septem millia centum. * De filijs
27 Leui, quattuor millia sexcẽti. * Ioiada quo-
E que princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria
28 millia septingenti. * Sadoc etiam puer egre-
giæ indolis, & domus patris eius, principes
29 vigintiduo. * De filijs autem Beniamin fra-
tribus Saul, tria millia: magna enim pars eo-
30 rum adhuc sequebatur domum Saul. * Por
ro de filijs Ephraim viginti millia octingẽ-
ti, fortissimi robore, viri nominati in cogna-
31 tionibus suis. * Et ex dimidia tribu Manas-
se, decem, & octo millia, singuli per nomina
sua venerunt, vt cõstituerent regem Dauid.
32 * De filijs quoq. Issachar viri eruditi, qui no-
F uerant singula tempora ad præcipiendũ q d
facere deberet Israel principes ducenti: om-
nis autem reliqua tribus eorum consiliũ se-
33 quebatur. * Porro de Zabulõ, qui egredieba
tur ad prælium, & stabãt in acie instructi ar-
mis bellicis, quinquaginta millia venerunt in
34 auxilium, non in corde duplici. * Et de Ne-
phthali, principes mille, & cum eis instructi
clypeo, & hasta, triginta, & septem millia.
35 * De Dan etiam præparati ad prælium, vi-
36 ginti octo millia sexcenti. * Et de Aser egre-
dientes ad pugnam, & in acie prouocantes,
37 quadraginta millia. * Trans Iordanẽ autem
de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte
tribus Manasse instructi armis bellicis, cen-
38 tũ viginti millia. * Omnes isti viri bellato-
G res expediti ad pugnãdũ, corde perfecto ve
nerunt in Hebron, vt cõstituerent regẽ Da-
uid super vniuersum Israel: sed & omnes re
liqui ex Israel vno corde erant, vt rex fieret
39 Dauid. * Fueruntq. ibi apud Dauid tribus
diebus comedentes, & bibentes præparauerant

tant enim eis fratres sui. * Sed & qui iuxta 40
eos erant, vsque ad Issachar, & Zabulon, &
Nephthali, afferebant panes in asinis, & ca-
melis, & mulis, & bobus ad vescendum: fa-
rinam palathas: vuam passam, vinum, oleũ,
boues, arietes ad omnem copiam, gaudium
quippe erat in Israel.

CAP. XIII.

INijt autem consilium Dauid cum tribu- 1
nis & cẽturionibus, & vniuersis principi- A
bus, * & ait ad omnem cœtum Israel: Si pla- 2
cet vobis: & à Dño Deo nostro egreditur ser
mo, quem loquor: mittamus ad fratres no-
stros reliquos in vniuersas regiones Israel,
& ad Sacerdotes, & Leuitas, qui habitant in
suburbanis vrbium, vt cõgregentur ad nos,
* & reducamus arcã Dei nostri ad nos: non 3
enim requisiuimus eam in diebus Saul. * Et 4
respondit vniuersa multitudo, vt ita fieret: B
placuerat enim sermo omni populo. * Con- 5
gregauit ergo Dauid cũctum Israel à Sihor
Ægypti, vsque dum ingrediaris Emath, " vt " 2. Reg.
adduceret arcam Dei de Cariathiarim. * Et 6 6.a.2.
ascendit Dauid, & omnis vir Israel ad collẽ
Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret in-
de arcam Dñi Dei sedentis super cherubim,
vbi inuocatum est nomen eius. * Imposue- 7
runtque arcam Dei super plaustrũ nouum,
de domo Abinadab: Oza autem, & frater C
eius minabant plaustrum. * Porro Dauid, & 8
vniuersus Israel ludebant coram Deo omni
virtute in canticis, & in citharis, & psalte-
rijs, & tympanis, & cymbalis, & tubis. * Cũ 9
autẽ peruenissent ad Aream Chidon, tetẽ-
dit Oza manum suam, vt sustentaret arcã:
bos quippe lasciuiens paululum inclinaue-
rat eam. * Iratus est itaque Dominus cõtra 10
Ozam, & percussit eũ, eo quòd tetigisset ar-
cam: & mortuus est ibi coram Domino. * 11
Cõtristatusq. est Dauid, eo quòd diuisisset D
Dominus Ozam: vocauitque locum illum:
Diuisio Ozæ vsque in præsentẽ diem. * Et 12
timuit Deum tunc temporis, dicens: Quo
modo possũ ad me introducere arcã Dei?
* Et ob hanc causam non adduxit eã ad se, 13
hoc est, in Ciuitatem Dauid, sed auertit in
domum Obededom Gethęi. * Mansit ergo 14
arca Dei in domo Obededom tribus mẽsi-
bus: & benedixit Dominus domui eius, &
omnibus quæ habebat.

CAP. XIV.

2 Reg. 16 b.11. MIsit quoque Hiram rex Tyri nuncios 1
ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices A
parietũ, lignorumque; vt ædificarent ei do-
mum. * Cognouitque Dauid quòd confir- 2
masset eũ Dominus in regem super Israel,
& sublenatũ esset regnum suum super po-
pulum eius Israel: * " Accepit quoque Da- 3
2. Reg. 5 c.13. uid alias vxores in Ierusalẽ: genuitq. filios,
& filias. * Et hæc nomina eorum, qui nati 4
sunt ei in Ierusalem: Samua, & Sobad, Na- B
than, & Salomon, * Iebahar, & Elisua, & eli- 5
phalet, * Noga quoque, & Napheg, & Ia- 6
phia, * Elisama, & Baallada, & Eliphalet. 7
* " Audientes autem Philisthijm eo quòd 8 " 2. Reg. 5
vnctus esset Dauid in regẽ super vniuersũ c. d.
Israel, ascenderunt omnes vt quærerent eũ:
quod cũ audisset Dauid, egressus est obuiã
9 eis. * Porro Philisthijm veniẽtes, diffusi sũt
10 in Valle Raphaim. * Consuluitque Dauid
C Dominum, dicens: Si ascendam ad Phili-
sthæos, & si trades eos in manu mea? Et di-
xit ei Dominus: Ascende, & tradam eos in
11 manu tua. * Cumq. illi ascẽdissent in Baal-
pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit:
Diuisit Deus inimicos meos per manum
meam, sicut diuiduntur aquæ: & idcirco vo
catum est nomen illius loci Baalpharasim.
12 * Dereliquerunt q. ibi deos suos, quos Da-
13 uid iussit exuri. * Alia etiã vice Philisthijm
14 irruerunt, & diffusi sunt in valle. * Cõsuluit
D que rursum Dauid Deum, & dixit ei Deus:
Non ascendas post eos, recede ab eis, & ve-
15 nies contra illos ex aduerso pyrorũ. * Cum
que audieris sonitum gradientis in cacumi-
ne pyrorum, tunc egredieris ad bellum. E-
gressus est n. Deus ante te, vt percutiat ca-
16 stra Philisthijm * Fecit ergo Dauid sicut p-
ceperat ei Deus, & percussit castra Philisthi-
17 norum, de Gabaon vsque Gazera. * Diuul-
gatumque est nomen Dauid in vniuersis re
gionibus, & Dominus dedit pauorem eius
super omnes gentes.

CAP. XV.

1 FEcit quoque sibi domos in Ciuitate Da-
A uid: & ædificauit locum arcæ Dei, tetẽ-
2 ditq. ei tabernaculum. * Tunc dixit Dauid
illicitum est vt à quocumque portetur arca
Dei nisi à Leuitis, quos elegit Dominus ad
portandum eam, & ad ministrandũ sibi vs-
3 que in æternum. * Congregauitque vniuer-
sum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca
Dei in locum suum, quem præparauerat ei.
4 Necnon & filios Aaron, & Leuitas. * de fi-
5 lijs Caath, Vriel princeps fuit, & fratres eius
6 centũ viginti. * De filijs Merari, Asaia prin-
7 ceps: & fratres eius ducenti viginti. * De
filijs Gersom, Ioel princeps, & fratres eius cen
8 tum triginta. * De filijs Elisaphan, Semeias
9 princeps, & fratres eius ducenti. * De filijs
Hebron, Eliel princeps, & fratres eius octo-
10 ginta. * De filijs Oziel, Aminadab princeps:
11 & fratres eius centum duodecim. * Vocauit
B que Dauid Sadoc, & Abiathar Sacerdotes,
& Leuitas, Vriel, Asaiã, Ioel, Someiã, Eliel,
12 & Aminadab: * & dixit ad eos: Vos q estis
principes familiarum Leuiticarum, sanctifi-
camini cum fratribus vestris, & afferte arcã
Domini Dei Israel ad locum, qui ei præpa-
13 ratus est: * " ne vt à principio, quia non era- " Sup. 13.
tis præsentes, percussit nos Dominus, sic & d. 20.
nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.
14 * Sanctificati sunt ergo Sacerdotes, & Le-
uitæ, vt portarent arcam Domini Dei Israel.

Nu.4.b. 15. *Et tulerunt filij Leui arcã Dei, sicut præ- 15
ceperat Moyses iuxta verbum Domini hu-
meris suis in vectibus. * Dixitque Dauid 16
principibus Leuitarum, vt constituerent de
fratribus suis cãtores in organis musicorũ,
nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt reso-
naret in excelsis sonitus lætitiæ. * Constitue 17
runtque Leuitas: Hemam filium Ioel, & de
fratribus eius Asaph filium Barachię: de fi-
lijs verò Merari, fratribus eorum: Ethan fi-
lium Cęsaræ. * Et cum eis fratres eorum: in 18
secundo ordine, Zachariã, & Ben, & Iaziel,
& Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab, &
Banaiam, & Maasiam, & Mathathiã, & Eli-
phalu, & Maceniam, & Obededõ, & Iehiel, C
ianitores. * Porrò cantores, Heman, Asaph, 19
& Ethan; In cymbalis æneis concrepantes.
* Zacharias autẽ, & Oziel, & Semiramoth, 20
& Iahiel, & Ani, & Eliab, & Maasias, & Ba-
naias in nablis arcana cantabant. * Porro 21
Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & O-
bededom, & Iehiel, & Ozaziu, in citharis
pro octaua canebãt epinicion. * Chonenias 22
autem princeps Leuitarum, prophetiæ pre-
erat, ad præcinendam melodiam: erat quip
pe valde sapiens. * Et Barachias, & Elca- 23
na: ianitores arcæ. * Porro Sebenias, & Io- 24
saphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacha-
rias, & Banaias, & Eliezer sacerdotes, clan-
gebant tubis coram arca Dei: & Obededõ,
2. Re.6. c.12. & Iehias erant ianitores arcæ. * Igitur Da- 25
uid, & omnes maiores natu Israel, & tribu-D
ni ierunt ad deportandam arcam fœderis
Domini de domo Obededom cum lætitia.
* Cũque adiuuisset Deus Leuitas, qui por- 26
tabant arcam fœderis Domini, immolaba-
tur septem tauri, & septem arietes. * Por- 27
ro Dauid erat indutus stola byssina, & vni-
uersi Leuitæ, qui portabant arcam, canto-
resque & Chonenias princeps prophetiæ
inter cantores: Dauid autem etiam indutus
erat ephod lineo. * Vniuersusque Israel de- 28
ducebant arcam fœderis Domini in iubilo,
& sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, &
nablis, & citharis concrepantes: * Cum- 29
que peruenisset arca fœderis Domini vsque
ad Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul pro-
spiciens per fenestram, vidit regem Dauid
saltãtem, atque ludentem, & despexit eum
in corde suo.

CAP. XVI.

2. Reg.6. 6.17. ATtulerunt igitur arcam Dei, & consti- 1
tuerunt eã in medio tabernaculi, quod A
tetẽderat ei Dauid: & obtulerunt holocau-
sta, & pacifica coram Deo. * Cumque com- 2
plesset Dauid offerens holocausta, & paci-
fica, benedixit populo in nomine Domini.
* Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vs- 3
que ad mulierem tortam panis, & partem
assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam.
* Constituitque coram arca Domini de Le- 4
uitis, qui ministrarent, & recordarẽtur ope-
rum eius, & glorificarent, atque laudarent
5 Dominum Deum Israel: * Asaph principẽ,
& secundum eius Zachariam: Porro Iohiel,
& Semiramoth, & Iehiel, & Mathathiam,
& Eliab, & Banaiam, & Obededon: Iehiel
super organa psalterij, & lyras: Asaph autẽ,
6 vt cymbalis personaret, * Banaiam verò, &
Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram
arca fœderis Domini.
7 * In illo die fecit Dauid principẽ ad con-
fitendum Domino Asaph, & fratres eius.
8 *// Confitemini Domino, & inuocate no- // Ps. 104 a.1.
men eius: notas facite in populis adinuen- Esa. 22, b.4.
tiones eius.
9 * Cantate ei, & psallite ei: & narrate om-
nia mirabilia eius.
10 * Laudate nomen sanctum eius: lætetur
cor quærentium Dominum.
11 * Quærite Dominum, & virtutem eius:
B quærite faciem eius semper.
12 * Recordamini mirabilium eius quæ fe-
cit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.
13 * Semen Israel serui eius: filij Iacob electi
eius.
14 Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa
terra iudicia eius.
15 * Recordamini in sempiternum pacti ei-
us: sermonis, quem præcepit in mille gene-
rationes.
16 * Quem pepigit cum Abraham: & iura-
menti illius cum Isaac.
17 * Et constituit illud Iacob in præceptum:
& Israel in pactum sempiternum.
18 * Dicens: Tibi dabo Terram Chanaan, fu-
niculum hereditatis vestræ.
19 * Cum essent pauci numero, parui, & co-
loni eius.
20 * Et transierunt de gente in gentem, & de
regno ad populum alterum.
21 * Non dimisit quemquam calumniari
eos, sed increpauit pro eis reges.
22 * Nolite tangere christos meos: & in pro-
C phetis meis nolite malignari.
23 * Cantate Domino omnis terra, annuncia Psal 95, a.1.
te ex die in diem salutare eius.
24 * Narrate in gẽtibus gloriam eius: in cun-
ctis populis mirabilia eius.
25 * Quia magnus Dominus, & laudabilis
nimis: & horribilis super omnes deos.
26 * Omnes enim dij populorum, idola: Do-
minus autem cælos fecit.
27 * Confessio & magnificentia coram eo:
fortitudo, & gaudium in loco eius.
28 * Afferte Domino familiæ populorum:
afferte Domino gloriam, & imperium.
29 * Date Domino gloriã, nomini eius, leua-
te sacrificium, & venite in conspectu eius:
& adorate Dominum in decore sancto.
30 * Cõmouea tur à facie eius omnis terra:
ipse enim fundauit orbem immobilem.
31 * Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant
in nationibus, Dominus regnauit.
32 * Tonet mare, & plenitudo eius: exultent
agri, & omnia, quæ in eis sunt.
33 * Tunc laudabunt ligna saltus corã Do-
mino; quia venit iudicare terram.

* Con-

* Confitemini Domino: quoniam bonus 34
quoniam in æternum misericordia eius.
* Et dicite, Salua nos Deꝰ saluator noster; 35
& congrega nos, & erue de gentibus, vt cõfi-D
teamur nomini sancto tuo, & exultemus in
carminibus tuis.
* Benedictus Dominus Deus Israel ab æ- 36
terno vsque in æternum: & dicat omnis po-
pulus: Amen, & Hymnum Domino.
* Reliquit itaque ibi coram arca fœderis 37
Dñi Asaph, & fratres eius, vt ministrarent
in conspectu arcæ iugiter per singulos dies,
& vices suas. * Porro Obededom, & fratres 38
eius sexaginta octo: & Obededom filium I-
dithun, & Hosa cõstituit ianitores. * Sadoc 39
autem sacerdotẽ, & fratres eius sacerdotes,
corã tabernaculo Domini in excelso, quod
40 erat in Gabaon. * vt offerrent holocausta
Domino super altare holocautomatis iugi-
ter, mane, & vespere, iuxta omnia, quæ scri-
pta sunt in lege Dñi, quam præcepit Israeli.
41 * Et post eũ Heman, & Idithun, & reliquos
electos, vnumquemq. vocabulo suo ad cõ-
fitendum Dño: Quoniam in æternum mi-
42 sericordia eius * Heman quoque, & Idithũ
canentes tuba, & quatientes cymbala, & om
nia musicorum organa ad canẽdum Deo:
43 filios autẽ Idithun fecit esse portarios. * Re-
uersusq est omnis populus in domũ suam,
& Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.



CAP. XVII.

CVm autem habitaret Dauid in domo 1
sua, dixit ad Nathan prophetam: Ecce A
ego habito in domo cedrina: arca autem fe-
deris Dñi sub pellibus est. * Et ait Nathã ad 2
Dauid: Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac:
Deus enim tecum est. * Igitur nocte illa fa- 3
ctus est sermo Dei ad Nathã, dicẽs. * Vade, 4
& loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit Do-
minus: Non ædificabis tu mihi domum ad
habitãdum. * Neque enim mansi in domo 5
ex eo tempore, quo eduxi Israel, vsq. ad die
hanc; sed fui semper mutãs loca tabernacu-
li, & in tentorio * manens cum omni Israel.
Numquid locutus sum saltẽ vni iudicũ Is- 6
rael, quib. præceperam, vt pascerent populũ
meũ, & dixi: Quare non ædificastis mihi do
mum cedrinam? * Nunc ergo sic loqueris ad 7
seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus
exercituum. Ego tuli te, cũ in pascuis seque-
reris gregẽ, vt esses dux populi mei Israel.
* Et fui tecũ quocumq. pertransisti; & inter- 8
B feci omnes inimos tuos coram te, fecique ti-
bi nomen quasi vnius magnorũ, qui cẽlebrã
9 tur in terra. * Et dedi locum populo meo
Israel; plantabitur, & habitabit in eo, & vl-
tra non commouebitur: nec filij iniquitatis
10 atterent eos, sicut à principio, * ex dieb. qui-
bus dedi iudices populo meo Israel, & hu-
miliaui vniuersos inimicos tuos. Annuncio
ergo tibi, q ædificaturus sit tibi Dñs do-
11 mũ. * Cumq. impleueris dies tuos, vt vadas
ad patres tuos, suscitabo semen tuũ post te,
quod erit de filijs tuis: & stabiliam regnum
12 eius * Ipse ædificabit mihi domũ, & firma-
13 bo solium eius vsq. in æternum * Ego ero
ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium: & mi-
sericordiam meam non auferam ab eo, sic-
14 ut abstuli ab eo, qui ante te fuit. * Et statuã
eum in domo mea, & in regno meo vsq. in
C sempiternũ: & thronus eius erit firmissimus
15 in perpetuum. * Iuxta omnia verba hæc, &
iuxta vniuersam visionem istã, sic locutus
16 est Nathan ad Dauid, * Cumq. venisset rex
Dauid,

Dauid,& sedisset corā Domino,dixit:Quis
ego sum:Domine Deus,& quę domus meā,
vt præstares mihi talia?*Sed & hoc parum 17
visum est in conspectu tuo,ideoque locutus
es super domum serui tui etiam in futurū:
& fecisti me spectabilem super omnes ho-
mines Domine Deus. * Quid vltra addere 18
potest Dauid, cū ita glorificaueris seruum
tuum,& cognoueris eum? * Domine pro- 19
pter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti
omnem magnificentiam hanc, & nota es-
se voluisti vniuersa magnalia. * Domine, 20
non est similis tui:& non est alius Deus abs
que te, ex omnibus, quos audiuimus aurib.
nostris. * Quis enim est alius, vt populus 21
tuus Israel,gens vna in terra, ad quem per- D
rexit Deus,vt liberaret,& faceret populum
sibi,& magnitudine sua atq. terroribus eij-
ceret nationes à facie eius, quem de Ægy-
pto liberaret? * Et posuisti populum tuum 22
Israel tibi in populum vsque in ęternum,&
tu Domine factus es Deus eius.* Nunc igi- 23
tur Domine, sermo,quem locutus es famu-
lo tuo,& super domum eius, cōfirmetur in
perpetuum,& fac sicut locutus es.* Perma- 24
neatque,& magnificetur nomen tuum vsq.
in sempiternum:& dicatur:Dominus exer-
cituum Deus Israel, & domus Dauid serui
eius permanens coram eo.* Tu enim Domi 25
ne Deus meus reuelasti auriculam serui tui,
vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit
seruus tuus fiduciā,vt oret coram te.* Nūc 26
ergo Domine tu es Deus:& locutꝰ es ad ser-
uum tuū tanta beneficia.* Et cępisti bene- 27
dicere domui serui tui,vt sit semper coram
te:te enim Domine benedicente, benedicta
erit in perpetuum.

CAP. XVIII.

2. Reg. 8.a.1.
FActum est autem post hæc, vt percute- 1
ret Dauid Philisthijm,& humiliaret eos, A
& tolleret Geth,& filias eius de manu Phi-
listhijm,*percuteretq. Moab,& fierēt Moa- 2
bitæ serui Dauid, offerētes ei munera.* Eo 3
tempore percussit Dauid etiam Adarezer
regē Soba regionis Hemath, quando perre-
xit vt dilataret imperium suum vsq.ad flu-
men Euphratem.* Cepit ergo Dauid mille 4
quadrigas eius,& septem millia equitum,ac
viginti millia virorum peditum,subnerua-
uitq. omnes equos curruum,exceptis centū
quadrigis,quas reseruauit sibi.* Superuenit 5
autem,& Syrus Damascenus,vt auxiliū prę
beret Adarezer regi Soba: sed,& huius per- B
cussit Dauid vigintiduo millia virorū.* Et 6
posuit milites in Damasco,vt Syria quoque
seruiret sibi, & offerret munera. Audiuitq.
eum Dominus in cūctis,ad quæ perrexerat.
* Tulit quoq. Dauid pharetras aureas,quas 7
habuerant serui Adarezer, & attulit eas in
Ierusalē.* Necnō de Thebath, & Chun vr- 8
bibus Adarezer æris plurimū, de quo fecit
Salomon mare æneum, & columnas,& va-
sa ęnea.*Quod cum audisset Thou rex He- 9
C math, percussisse videlicet Dauid omnem
10 exercitum Adarezer regis Soba,*misit Ado
ram filium suum ad regem Dauid,vt postu
laret ab eo pacem, & congratularetur ei q̄
percussisset,& expugnasset Adarezer aduer
11 sarius quippe erat Thou Adarezer.*Sed &
omnia vasa aurea,& argentea,& ænea con-
secrauit Dauid rex Domino,cum argēto,&
auro,quod tulerat ex vniuersis gentibus,tā
de Idumæa,& Moab,& filijs Ammon,quā
12 de Philisthijm,& Amalec.*Abisai verò fi-
D lius Saruiæ percussit Edom in Valle Sali-
13 narum, decem & octo millia: * & consti-
tuit in Edom præsidiū,vt seruiret Idumæa
Dauid:saluauitque Dominus Dauid in cun
14 ctis, ad quæ perrexerat.* Regnauit ergo
Dauid super vniuersum Israel, & faciebat
iudicium,atq.iustitiam cuncto populo suo.
15 *Porro Ioab filius Saruiæ erat super exerci
tum, & Iosaphat filius Ahilud a cōmenta-
16 rijs.* Sadoc autē filius Achitob, & Abime-
lec,filiꝰ Abiathar,sacerdotes: & Susa,scriba
17 * Banaias quoque filius Ioiadæ super legio-
nes Cerethi, & Phelethi: porro filij Dauid,
primi ad manum regis.

CAP. XIX.

1 ACcidit autem, vt moreretur Naas rex 2.Reg.
A filiorū Ammon,& regnaret filius eius 10.a.1.
2 pro eo.* Dixitq. Dauid: Faciā misericordiā
cum Hanon filio Naas:præstitit enim mihi
pater eius gratiā. Misitq. Dauid nuncios ad
cōsolandū eum super morte patris sui.Qui
cū peruenissent in terram filiorū Ammō,
3 vt cōsolarentur Hanon,* dixerūt principes
filiorū Ammon ad Hanon: Tu forsitā pu-
tas, q̄ Dauid honoris causa in patrem tuū
miserit qui cōsolentur te:nec animaduertis
q̄ vt explorent,& inuestigent,& scrutentur
4 terram tuam, venerint ad te serui eius.*Igi
B tur Hanon pueros Dauid decaluauit, & ra-
sit, & præcidit tunicas eorum à narib. vsq.
5 ad pedes,& dimisit eos * Qui cū abijssent,
& hoc mādassent Dauid,misit in occursum
eorum(grandem.n.contumeliam sustinue-
rant)& præcepit,vt manerent in Iericho,do
nec cresceret barba eorum, & tunc reuerte-
6 rentur.* Videntes autem filij Ammon, q̄
iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon, quā
reliquus populus,miserūt mille talēta argē-
ti,vt cōducerent sibi de Mesopotamia,& de
Syria Maacha, & de Soba currus,& equites,
7 *Conduxeruntque triginta duo millia cur-
ruum, & regem Maacha cum populo eius.
Qui cum venissent, castrametati sunt è re-
gione Medaba. Filij quoque Ammon con-
C gregati de vrbibus suis,venerūt ad bellum,
8 * Quod cum audisset Dauid, misit Ioab,&
9 omnem exercitum virorum fortium: * e-
gressique filij Ammon, duxerunt aciē iux-
ta portam ciuitatis, reges autē, qui ad auxi-
lium eius venerant,separatim in agro stete-
10 rūt * Igitur Ioab intelligēs bellū ex aduer-
so,& post tergum contra se fieri,elegit viros
for-

fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit
contra Syrum.* Reliquam autem partē po- 11
puli dedit sub manu Abisai fratris sui:& p̄-
rexerunt contra filios Ammon.* Dixitque. 12
Si vicerit me Syrus,auxilio eris mihi, si autē
superauerint te filij Ammon,ero tibi in prę-
sidium.* Confortare,& agamus viriliter p̄ 13
populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri:
Dominus autem,quod in conspectu suo bo
num est,faciet.* Perrexit ergo Ioab, & popu 14
lus;qui cum eo erat, contra Syrum ad præ- D
lium:& fugauit eos.* Porro filij Ammon vi 15
dentes,quod fugisset Syrus,ipsi quoq. fuge-
runt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ci-
uitatem:reuersusque est etiam Ioab in Ieru-
salem.* Videns autem Syrus,quod cecidis- 16
set coram Israel, misit nuncios, & adduxit
Syrum, qui erat transfluuium;Sophach aūt
princeps militiæ Adarezer,erat dux eorum.
*Quod cum nunciatum esset Dauid,cōgre- 17
gauit vniuersum Israel,& transiuit Iordanē
irruitq. in eos,& direxit ex aduerso aciem,
illis cōtra pugnantibus.*Fugit autem Syrus 18
Israel:& interfecit Dauid de Syris septē mil-
lia curruum, & quadraginta millia peditū,
& Sophach exercitus principem.* Videntes 19
autē serui Adarezer se ab Israel esse supera-
tos,trāsfugerunt ad Dauid,& seruierunt ei,
noluitq. vltra Syria auxilium præbere filijs
Ammon.

CAP. XX.

2.Reg. FActum est autem post anni circulū, eo 1
10.b.7. tempore,quo solent reges ad bella pro- A
& 11.a.1. cedere, congregauit Ioab exercitum, & ro-
bur militiæ, & vastauit terram filiorū Am-
mon:perrexitq.& obsedit Rabba:porro Da-
uid manebat in Ierusalem,quando Ioab per
cussit Rabba,& destruxit eam.* Tulit autē 2
Dauid coronam Melchrom de capite eius, B
& inuenit in ea auri pondo talētum, & pre-
tiosissimas gemmas, fecitq. sibi inde diade-
ma:manubias quoque vrbis plurimas tulit:
* populum autem,qui erat in ea,eduxit:& 3
fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata
carpenta transire,ita vt dissecarentur,& cō-
tererentur; sic fecit Dauid cunctis vrbibus
filiorum Ammō, & reuersus est cum omni
2. Reg. populo suo in Ierusalem.* Post hæc initū 4
21.d.18. est bellum in Gazer aduersum Philisthæos:
in quo percussit Sobothai Husathites, Sa C
phai de genere Raphaim,& humiliauit eos.
*Aliud quoque bellum gestum est aduersus 5
Philisthæos, in quo percussit Adeodatus fi-
lius Saulus Bethlehemites fratrum Goliath
Gethæi, cuius hastæ lignum erat quasi licia-
torium texentium.*Sed & aliud bellum ac- 6
cidit in Geth,in quo fuit homo longissimus D
senos habēs digitos,id est,simul vigintiquat
tuor: qui, & ipse de Rapha fuerat stirpe ge-
neratus.*Hic blasphemauit Israel:& percus 7
sit eum Ionathan filius Samaa fratris Da-
uid. Hi sunt filij Rapha in Geth, qui cecide-
runt in manu Dauid,& seruorum eius.

CAP. XXI.

1 COnsurrexit autem Satan contra Israel: 2.Reg.
A & cōcitauit Dauid,vt numeraret Israel 24.a.1.
2 *Dixitq. Dauid ad Ioab,& ad principes po- Inf.27.
puli: Ite,& numerate Israel à Bersabee vsq. c.24.
3 Dan:& afferte mihi numerum,vt sciā.* Re-
spondit Ioab: Augeat Dominus populum
suum centuplum,quam sunt: nonne domi-
ne mi rex, omnes serui tui sunt? quare hoc
quærit dominus meus,quod in peccatum re
4 putetur Israel?* Sed sermo regis magis præ-
ualuit:egressusque est Ioab,& circuiuit vni-
uersum Israel, & reuersus est Ierusalem:
5 * Deditque Dauidi numerum eorum, quos
circumierat:& inuentus est omnis numerus
Israel,mille millia,& cētum millia virorum
educētium gladium:de Iuda autē quadrin-
6 genta septuaginta millia bellatorum.* Nam
Leui,& Beniamin non numerauit:eo quod
7 Ioab inuitus exequeretur regis imperiū.*Di
splicuit autē Deo,quod iussum erat, & per-
8 cussit Israel.*Dixitq. Dauid ad Deum: Pec-
caui nimis,vt hoc facerem:obsecro aufer ini
9 quitatem serui tui, quia insipienter egi. * Et
B locutus est Dominus ad Gad. Videntē Da-
10 uidis dicens:* Vade, & loquere ad Dauid,
& dic ei: Hæc dicit Dominus: Trium tibi
optionem do:vnum,quod volueris,elige,&
11 faciam tibi.* Cumq venisset Gad ad Dauid
dixit ei: Hæc dicit Dominus: Elige,quod vo-
12 lueris: * aut tribus annis famem: aut tribus
mensibus te fugere hostes tuos, & gladium
eorum non posse euadere:aut tribus diebus
gladium Domini, & pestilentiam versari in
terra,& angelum Domini interficere in vni
uersis finibus Israel: nunc igitur, vide quid
13 respondeam ei,qui misit me.* Et dixit Da-
uid ad Gad: Ex omni parte me angustię pre
munt:sed melius mihi est,vt incidam in ma
nus Domini, quia multæ sunt miserationes
14 eius,quam in manus hominum. * Misit er-
go Dominus pestilentiam in Israel: & ceci-
derunt de Israel septuaginta millia virorū.
15 * Misit quoque angelum in Ierusalem, vt
percuteret eam:cumque percuteretur, vidit
Dominus,& misertus est super magnitudi-
ne mali: & imperauit angelo, qui percutie-
bat: Sufficit, iam cesset manus tua. Porro
C Angelus Domini stabat iuxta aream Or-
16 nan Iebusæi: * Leuansque Dauid oculos
suos, vidit Angelum Domini stantem inter
cælum, & terram, & euaginatum gladium
in manu eius,& versum contra Ierusalem:
& ceciderunt,tam ipse, quam maiores natu
17 vestiti cilicijs,proni in terram,* Dixitque Da
uid ad Deum. Nonne ego sum,qui iussit, vt
numeraretur populus? Ego,qui peccaui ego
qui malum feci:iste grex, quid commeruit:
Domine Deus meus, vertatur obsecro ma-
nus tuas in me,& in domum patris mei:po-
18 pulus autem tuus non percutiatur.* Ange-
lus autem Domini præcepit Gad,vt diceres
Dauidi, vt ascenderet, extrueretque altare
19 Domino Deo in area Ornan Iebusæi.* Ascē-
dit

dit ergo Dauid iuxta sermonem Gad,quem
locutus ei fuerat ex nomine Domini. * Por- 20
ro Ornan cum suspexisset, & vidisset ange
lum, quattuorque filij eius cum eo,abscon-
derunt se: nam eo tempore terebat in area
triticum . * Igitur cum veniret Dauid ad Or 21
nan , conspexit eum Ornan , & processit ei
obuiam de area,& adorauit eum pronus in
terram. * Dixitque ei Dauid: Da mihi locũ 22
areæ tuæ,vt ædificem in ea altare Domino:
ita vt quantum valet argenti accipias,& ces-
set plaga à populo. * Dixit autem Ornan ad 23
Dauid : Tolle , & faciat dominus meus rex D
quodcunque ei placet. sed & boues do in ho
locaustum , & tribulas in ligna , & triticum
in sacrificium: Omnia libens præbebo. * Di- 24
xitq. ei Rex Dauid: Nequaquam ita fiet,sed
argentum dabo quantum valet : neq. enim
tibi auferre debeo,& sic offerre Domino ho
locausta gratuita. * Dedit ergo Dauid Ornã 25
pro loco siclos auri iustissimi ponderis sex
[" 2.Pa.3. a.1.] centos. * " Et ædificauit ibi altare Domino : 26
obtulitque holocausta , & pacifica , & inuo-
cauit Dominum , & exaudiuit eum in igne
de cælo super altare holocausti. * Præcepit- 27
que Dominus Angelo:& conuertit gladium
suum in vaginã. * Protinus ergo Dauid, vi- 28
dens quod exaudisset eũ Dominus in area
[" Exo.36. a.2.] Ornan Iebusæi , immolauit ibi victimas .
* Tabernaculum autem Domini," quod fe- 29
cerat Moyses in deserto , & altare holocau-
storum , ea tempestate erat in excelso Ga-
baon. * Et non præualuit Dauid ire ad alta- 30
re vt ibi obsecraret Deum:nimio enim fue-
rat in timore perterritus , videns gladium
Angeli Domini.

CAP. XXII.

DIxitque Dauid: Hæc est domus Dei;& 1
hoc altare in holocaustum Israel. * Et 2
præcepit, vt congregarentur omnes proseliti A
de Terra Israel, & constituit ex eis latomos
ad cædendos lapides & poliendos, vt ædifi-
caretur domus Dei. * Ferrum quoque pluri- 3
mum ad claues ianuarum,& ad commissu
ras,atque iuncturas præparauit Dauid:& æ-
ris pondus innumerabile: * Ligna quoque ce 4
drina non poterant æstimari,quæ Sidonij,&
Tyrij deportauerãt ad Dauid. * Et dixit Da 5
uid:Salomon filius meus puer paruulus est
& delicatus: domus autem,quam ædificari
volo Domino , talis esse debet vt in cunctis
regionibus nominetur : præparabo ergo ei
necessaria. Et ob hanc causam ante mortem
suam omnes præparauit impensas. * Voca- 6
uitque Salomonem filium suum : & præce- B
pit ei, vt ædificaret domum Domino Deo
Israel. * Dixitque Dauid ad Salomonem: Fili 7
mi , voluntatis meæ fuit, vt ædificarem do-
mum nomini Domini Dei mei, * sed factus 8
est sermo Domini ad me, dicens: Multũ san
guinem effudisti, & plurima bella bellasti :
non poteris ædificare domũ nomini meo ,
tanto effuso sanguine coram me; * filius, qui 9
nascetur tibi , erit vir quietissimus : faciam
enim eum requiescere ab omnibus inimicis
suis per circuitum: & ob hanc causam Paci-
ficus vocabitur: & pacem,& otium dabo in
10 Israel cunctis diebus eius. * " Ipse ædificabit [" 2. Reg.7 a.13.]
domum nomini meo,& ipse erit mihi in fi- [Heb.1. 5. a.]
C lium,& ergo ero illi in patrem: firmaboque [3. Reg.5. a.5.]
solium regni eius super Israel in æternum .
11 * Nunc ergo fili mi, sit Dñs tecum , & pro-
sperare,& ędifica domum Dño Deo tuo,si-
12 cut locutus est de te. * Det quoque tibi Dñs
prudentiã,& sensum,vt regere possis Israel,
13 & custodire legem Dñi Dei tui. * Tunc eñ
proficere poteris,si custodieris mandata, &
iudicia,quæ pręcepit Dñs Moysi,vt doceret
Israel confortare,& viriliter age, ne timeas,
14 neque paueas. * Ecce ego in paupertate mea
præparaui impensas domus Domini,auri ta
lenta centum millia : & argenti mille millia
talentorum : æris verò,& ferri non est pon-
dus, vincitur enim numerus magnitudine :
ligna , & lapides præparaui ad vniuersa im-
15 pendia. * Habes quoque plurimos artifices,
D latomos,& cæmentarios,artificesq. lignorũ,
& omnium artium ad faciendum opus pru
16 dentissimos, * in auro,argento,& ære,& fer-
ro,cuius nõ est numerus. Surge igitur,& fac,
17 & erit Dñs tecum. * Præcepit quoque Da-
uid cunctis principibus Israel, vt adiuuarẽt
18 Salomonem filium suũ. * Cernitis,inquiens
quod Dominus Deus vester vobiscum sit,
& dederit vobis requiem per circuitum , &
tradiderit omnes inimicos vestros in manꝰ
vestras,& subiecta sit terra coram Domino,
19 & coram populo eius. * Præbete igitur cor-
da vestra,& animas vestras,vt quæratis Do-
minum Deum vestrum,& consurgite,& æ-
dificate sanctuarium Domino Deo,vt intro
ducatur arca fœderis Domini,& vasa Domi
no consecrata in domum , quæ ædificatur
nomini Domini .

CAP. XXIII.

1 A IGitur Dauid senex,& plenus dierum,re-
gem constituit Salomonem filium suum
2 super Israel * Et congregauit omnes princi-
3 pes Israel,& Sacerdotes atque Leuitas. * Nu
meratique sunt Leuitę à triginta annis,& su
pra:& inuẽta sunt triginta octo milia viro-
4 rum. * Ex his electi sunt,& distributi in mi-
nisterium domus Domini viginti quattuor
millia. præpositorum autem,& iudicum sex
5 millia. * Porro quattuor milia ianitores , &
totidem psaltæ canentes Domino in orga-
6 nis,quæ fecerat ad canendũ. * " Et distribuit [" Sup.6. a.1.]
eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerson
7 videlicet,& Caath,& Merari. * Filij Gerson:
8 Leedan,& Semei. * Filij Leedan : princeps
9 Iahiel,& Zethan , & Ioel , tres . * Filij Se-
B mei. Salomith, & Hosiel , & Aran, tres isti
10 principes familiarum Leedan. * Porro filij
Semei, Leheth,& Ziza, & Ias, & Baria : isti
11 filij Semei,quattuor . * Erat autem Leheth
prior Ziza secundus:porro Iaus,& Baria nõ
ha-

habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna
familia,vnaque domo computati sunt, * Fi- 12
lij Caath : Amram, & Isaar, Hebron , & O-
[" Sup. 6. a.1.] ziel, quattuor . * " Filij Amram , Aaron, & 13
Moyses . " Separatusque est Aaron vt mini-
[" Hebr.5. b.6.] straret in Sancto sanctorum,ipse & filij eius
in sempiternum , & adoleret incensum Do-
mino secũdum ritum suum, ac benediceret
nomini eius in perpetuum . * Moysi quoq. 14
hominis Dei filij annumerati sunt in tribu
[" Exo.2. d. 22. & 18. a.3.] Leui . * Filij " Moysi Gersom , & Eliezer . 15
* Filij Gersom : Subuel primus . * Fuerunt 16
autem filij Eliezer: Rohobia primus:& non 17
erant Eliezer filij alij. Porro filij Rohobia
multiplicati sunt nimis . * Filij Isaar : Salo- 18
mith primus . * Filij Hebron : Ieriau pri- 19
mus. Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iec- C
maam quartus. * Filij Oziel: Micha primus 20
Iesia secundus . * Filij Merari , Moholi , & 21
Musi. Filij Moholi: Eleazar, & Cis. * Mor- 22
tuus est autem Eleazar,& non habuit filios,
sed filias : acceperuntque eas filij Cis fratres
earum. * Filij Musi : Moholi,& Eder,& Ieri 23
mot, tres. * Hi filij Leui in cognationibus, 24
& familijs suis,principes per vices, & nume-
rum capitum singulorum,qui faciebant ope-
ra ministerij domus Dñi à viginti annis , &
supra. * Dixit enim Dauid: Requiem dedit 25
Dominus Deus Israel populo suo,& habita-
tionem Ierusalem vsque in æternum. * Nec 26
erit officij Leuitarum,vt vltra portent taber-
naculum , & omnia vasa eius ad ministran-
dum . * Iuxta præcepta quoque Dauid no- 27
uissima,supputabitur numerus filiorum Le
ui à viginti annis & supra. * Et erũt sub ma- 28
nu filiorum Aaron in cultum domus Domi- D
ni,in vestibulis,& in exedris,& in loco puri-
ficationis,& in sanctuario, & in vniuersis o-
peribus ministerij templi Domini . * Sacer- 29
dotes autẽ, super panes propositionis, & ad
similæ sacrificiũ, & ad lagana azyma, & sar-
taginem , & ad torrendum , & super omne
pondus atque mensuram. * Leuitæ verò, vt 30
stent mane ad confitendum , & canendum
Domino : similiterque ad vesperam * tam 31
in oblatione holocaustorum Domini, quam
in sabbatis,& Calendis,& solemnitatibus re-
liquis iuxta numerum,& ceremonias vniuſ-
cuiusque rei , iugiter coram Domino . * Et 32
custodiant obseruationes tabernaculi fœde-
ris,& ritum sanctuarij,& obseruationem fi-
liorum Aaron fratrum suorum , vt mini-
strent in domo Domini .

CAP. XXIV.

[" Leu.10. a.1.] PORro filijs Aaron hæ partitiones erant : 1
Filij Aaron: Nadab,& Abiu,& Eleazar, A
[" Nu.3. b.4.] & Ithamar. * " Mortui sunt autem Nadab, 2
& Abiu ante patrem suũ absque liberis : sa-
cerdotioq. functus est Eleazar , & Ithamar.
* Et diuisit eos Dauid, idest, Sadoc de filijs 3
Eleazar,& Achimelech de filijs Ithamar,se-
cundum vices suas , & ministerium . * In- 4
uentique sunt multo plures filij Eleazar in
principibus viris,quam filij Ithamar . Diui-
sit autem eis, hoc est, filijs Eleazar principes
per familias sedecim:& filijs Ithamar per fa
5 milias,& domos suas octo . * Porro diuisit
B vtrasque inter se familias sortibus : erant
enim principes sanctuarij , & principes Dei,
tam de filijs Eleazar , quã de filijs Ithamar .
6 * Descripsitque eos Semeias filius Natha-
nael scriba Leuites, coram rege, & principi-
bus, & Sadoc sacerdote, & Achimelech filio
Abiathar , principibus quoque familiarum
sacerdotalium, & Leuiticarum : vnam do-
mum, quæ cæteris præerat, Eleazar: & alte-
ram domum , quæ sub se habebat ceteros ,
7 Ithamar. * Exiuit autem sors prima Ioiarib
8 secunda Iedei , * tertia Harim , quarta Se-
9 orim , * quinta Melchia, sexta Maiman, * se-
10 ptima Accos,octaua Abia, * nona Iesua,de-
11 cima Sechenia, * vndecima Eliasib, duode-
12 cima Iacim, * tertiadecima Hoppha , deci-
13 maquarta Isbaab , * decimaquinta Belga ,
14 decimasexta Emmer, * decimaseptima He-
15 zir , decimaoctaua Aphses , * decimanona
16 Pheteia, vigesima Hezechiel, * vigesimapri-
17 ma Iachin, vigesimasecũda Gamul, * Vige-
C simatertia Dalaiau , vigesimaquarta Maa-
18 ziau. * Hæ vices eorum secundum ministe-
19 ria sua, vt ingrediantur domũ Domini, * &
iuxta ritum suum sub manu Aaron patris
eorum : sicut præceperat Dominus Deus Is-
20 rael. * Porro filiorum Leui, qui reliqui fue-
rant. de filijs Amram erat Subael,& de filijs
21 Subael, Iehedeia, * De filijs quoque Roho-
22 biæ princeps Iesias . * Isaari verò filius Sale-
23 moth, filiusque Salemoth Iahath: * filiusq.
eius Ieriau primus, Amarias secũdus, Iaha-
24 ziel tertius, Iecmaan quartus. * Filius Oziel.
25 Micha : filius Micha , Samir . * Frater Mi-
26 cha, Iesia: filiusq. Iesiæ: Zacharias. * Filij Me-
D rari Moholi & Musi . Filius Oziau: Benno.
27 * Filius quoque Merari: Oziau , & Soam,&
28 Zachur,& Hebri. * Porro Moholi filius: E-
29 leazar, qui nõ habebat liberos. * Filius verò
30 Cis, Ierameel. * Filij Musi: Moholi, Eder,&
Ierimoth isti filij Leui secũdum domos fa-
31 miliarum suarum . * Miseruntq. & ipsi sor-
tes contra fratres suos filios Aaron coram
Dauid rege,& Sadoc,& Abimelech, & prin-
cipibus familiarum Sacerdotalium, & Leui-
ticarum, tam maiores, quam minores ; om-
nes sors æqualiter diuidebat .

CAP. XXV.

1 A IGitur Dauid,& magistratus exercitus se-
gregauerũt in ministerium filios Asaph,
& Heman, & Idithun : qui prophetarent in
citharis, & psalterijs, & cymbalis secundum
numerum suũ dedicato sibi officio seruien-
2 tes. * De filijs Asaph: Zacchur, & Ioseph,&
Nathania, & Asarela, filij Asaph: sub manu
3 Asaph prophetantis iuxta regem . * Porro
Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Iese-
ias,& Hasabias,& Mathathias, sex sub manu
patris sui Idithun , qui in cithara propheta-
bat super confitentes , & laudantes Domi-
num,

num. * Hemã quoque: filij Hemã, Bocciau, 4
Mathaniau, Oziel, Sabuel, & Ierimoth, Hana B
nias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romẽ
thiezer, & Iasbacassa, Melothi, Othir, Maha-
rioth * omnes isti filij Heman videntis re- 5
gis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu:
dedítque Deus Hemã filios quattuordecim,
& filias tres * Vniuersi sub manu patris sui 6
ad cantandum in templo Domini distributi
erant, in cymbalis, & psalterijs, & citharis, in
ministeria domus Domini iuxta regem: A-
saph videlicet, & Idithun & Heman. * Fuit 7
autem numerus eorum cum fratribus suis,
qui erudiebant canticum Domini, cũcti do-
ctores, ducenti octogintaocto * Miseruntq. 8
sortes p vices suas, ex æquo tam maior quã
minor, doct⁹ pariter & indoct⁹. * Egressaq. 9
est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Se- C
cunda Godoliæ, ipsi & filijs eius. & fratribus
eius duodecim. * Tertia Zachur. filijs & fra 10
tribus eius duodecim. * Quarta Isari, filijs 11
& fratrib. eius duodecim. * Quinta Natha 12
niæ, filijs & fratrib⁹ eius duodecim. * Sexta 13
Bocciau, filijs & fratribus eius duodecim
* Septima Isreala, filijs & fratribus eius duo 14
decim, * Octaua Iesaiæ, filijs & fratrib. eius 15
duodecim. * Nona Mathaniæ, filijs & fra- 16
tribus eius duodecim. * Decima Semeiæ, 17
filijs & fratrib eius duodecim. * Vndecima 18
Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. D
* Duodecima Hasabiæ, filijs & fratrib. eius 19
duodecim * Tertiadecima Subael, filijs, & 20
fratribus eius duodecim. * Quartadecima 21
Mathathiæ, filijs, & fratrib. eius duodecim.
* Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus 22
eius duodecim. * Sextadecima Hananiæ, 23
filijs, & fratribus eius duodecim * Septima 24
decima Iesbacasse, filijs & fratrib⁹ eius duo
decim. * Octauadecima Hanani, filijs & fra 25
tribus eius duodecim. * Nonadecima Mel 26
lothi, filijs, & fratribus eius duodecim. * Vi 27
gesima Eliatha, filijs & fratribus eius duode
cim, * Vigesima prima Othir, filijs, & fratri- 28
bus ei⁹ duodecim. * Vigesima secũda Ged 29
delthi, filijs, & fratribus eius duodecim. * Vi 30
gesima tertia Mahazioth: filijs, & fratribus
eius duodecim. * Vigesima quarta Romẽ- 31
thiezer, filijs, & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI.

Diuisiones autem ianitorum: De Cori- 1
tis Meselemia, filius Core, de filijs A- A
saph. * Filij Meselemiæ Zacharias primoge 2
nitus, Iadhiel secundus, Zabadias tertius, Ia
thanael quartus, * Aelam quintus, Iohanam 3
sextus, Elioenai septimus. * Filij autem. Obe 4
dedom: Semeias primogenitus, Iozabad se-
cundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Na-
thanael quint⁹, * Ammiel sextus, Issachar se- 5
ptimus, Phollathi octauus: qa benedixit illi
Dominus * Semel autem filio eius nati sũt 6
filij, præfecti familiarũ suarum: erant enim
viri fortissimi. * Filij ergo Semeiæ: Othni, 7
& Raphael, & Obed, Elzabad, fratres eius vi
ri fortissimi: Eliu quoque, & Samachias,
8 * Omnes hi, de filijs Obededom: ipsi, & filij,
& fratres eorum fortissimi ad ministrandũ
9 sexaginta duo de Obededom, * Porro Me-
selemiæ filij, & fratres eorum robustissimi,
10 decẽ & octo * De Hosa autem, id est, de fi-
B lijs Merari: Semri princeps (nõ enim habue-
rat primogenitum, & idcirco posuerat eum
11 pater eius in principem) * Helcias secũdus,
Tabelias tertius, Zacharias quartus. omnes
12 hi filij, & fratres Hosa, tredecim. * Hi diuisi
sunt in ianitores, vt semper principes custo-
diarum, sicut, & fratres eorum ministrarent
13 in domo Domini. * Missæ sunt ergo sortes
ex æquo, & paruis, & magnis, per familias
14 suas in vnamquãq. portarum. * Cecidit er-
go sors Orientalis, Selemiæ. Porro Zachariæ
filio eius, viro prudentissimo, & erudito, so-
15 lito obtigit plaga Septentrionalis. * Obede-
dom verò, & filijs eius ad Austrũ: in qua par
16 te domus erat seniorum concilium. * Se-
phim, & Hosa ad Occidentem, iuxta portã,
quæ ducit ad viam ascensionis: custodia con
17 tra custodiam. * Ad Orientem verò Leuitę
sex: & ad Aquilonem quattuor per diem:
atque ad Meridiem similiter in die quatuor
18 & vbi erat concilium bini, & bini * in cellu
C lis quoque ianitorum ad Occidentem quat-
19 tuor in via, biniq per cellulas. * Hæ sunt di-
uisiones ianitorum filiorum Core, & Mera-
20 ri. * Porro Achias erat super thesauros do-
21 mus Dei, & vasa sanctorum. * Filij Ledã, fi-
lij Gersonni: de Ledan principes familiarũ,
22 Ledan, & Gersonni, Iehieli. * Filij Iehieli: Za
than, & Ioiel fratres eius super thesauros do
23 mus Domini, * Amramitis, & Isaaritis, &
24 Hebronitis, & Ozihelitis. * Subael autem fi
lius Gersom, filij Moysi, præpositus thesau-
25 ris, * Fratres quoque eius Eliezer, cuius fili⁹
Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius
Ioram, huius quoq. filius Zechri, & huius fi-
26 lius Selemith. * Ipse Selemith, & fratres eius
super thesauros sanctorũ, quæ sanctificauit
Dauid rex, & principes familiarũ, & tribu-
27 ni, & centuriones, & duces exercitus * de bel
D lis, & manubijs præliorum, quæ consecraue-
rant ad instaurationem, & supellectilẽ tem-
28 pli Domini. * Hæc autem vniuersa sanctifi
cauit Samuel Videns, & Saul filius Cis, &
Abner filius Ner, & Ioab filijs Saruiæ: om-
nes, qui sanctificauerãt ea per manum Sele-
29 mith, & fratrum eius. * Isaaritis verò præe-
rat Chonenias, & filij eius ad opera forin-
secus super Israel ad docendum, & iudican-
30 dum eos. * Porro de Hebronitis Hasabias,
& fratres eius viri fortissimi, mille septingẽ-
ti præerant Israel trans Iordanem cõtra
Occidentem, in cunctis operibus Domini, & in
31 ministerium regis. * Hebronitarum autem
princeps fuit Ieria secundum familias, & co-
gnationes eorum. Quadragesimo anno re-
gni Dauid recẽsiti sunt, & inuenti sunt viri
32 fortissimi Iazer Galaad, * fratresque eius
robustioris ætatis, duo millia septingenti
princeps familiarum. Præposuit autem
eos

Dauid rex Rubenitis, & Gadditis, & di-
midiæ tribui Manasse, in omne minis-
terium Dei, & regis.

CAP. XXVII.

Filij autem Israel secundum numerum 1
suum, principes familiarum, tribuni, & A
centuriones, & præfecti, qui ministrabant re-
gi iuxta turmas suas, ingredientes & egrediẽ
tes per singulos menses in anno, vigintiquat-
tuor millibus singuli præerant. * Primæ tur- 2
mæ in primo mense Iesboam præerat filius
Zabdiel, & sub eo vigintiquattuor millia.
* De filijs Phares, princeps cunctorum prin- 3
cipum in exercitu mense primo. * Secundi 4
mensis habebat turmam Dudia Ahohites, &
post se alter nomine Macelloth, qui regebat
partem exercitus vigintiquattuor millium.
* Dux quoque turmæ tertiæ in mense ter- 5
tio, erat Banaias filius Ioiadæ sacerdos: & in
diuisione sua vigintiquattuor millia. * Ip- 6
se est Banaias fortissimus inter triginta, & B
super triginta, præerat autem turmæ ipsius
Amizabad filius eius. * Quartus, mense 7
quarto, Asahel frater Ioab, & Zabadias filius
eius post eum: & in turma eius vigintiquat-
tuor millia. * Quintus, mense quinto, prin- 8
ceps Samaoth Iezerites: & in turma eius vi-
gintiquattuor millia. * Sextus, mense sexto, 9
Hira filius Ices Thecuites: & i turma eius
vigintiquattuor millia. * Septimus, mense 10
septimo, Helies Phallonites de filijs Ephrai-
im: & in turma eius vigintiquattuor mil-
lia. * Octauus, mense octauo, Sobochai Hu- 11
sathites de stirpe Zarahi: & in turma eius vi-
gintiquattuor millia. * Nonus, mense nono, 12
Abiezer Anathothites de filijs Iemini, & in
turma eius vigintiquattuor millia. * Deci- 13
mus, mense decimo, Marai, & ipse Netopha-
thites de stirpe Zarai: & in turma eius vigin-
tiquattuor millia. * Vndecimus, mense vn- 14
decimo, Banaias Pharathonites de filijs E-
phraim: & in turma eius vigintiquattuor
millia. * Duodecimus, mense duodecimo, 15
Holdai Netophathites, de stirpe Gothoniel:
& in turma eius vigintiquattuor millia.
* Porro tribubus prerant Israel, Rubenitis, 16
dux Elezer filius Zechri: Simeonitis dux Sa- C
phathias filius Maacha: * Leuitis, Hasabias 17
filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: * Iuda, 18
Eliud, frater Dauid: Issachar, Amri filius Mi
chael. * Zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: 19
Nephthalitibus. Ierimoth filius Ozriel: * fi- 20
lijs Ephraim, Osee filius Ozaziu: dimidiæ
tribui Manasse: Ioel filius Phadaiæ: * & di- 21
midiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo fi-
lius Zachariæ: Beniamin autem, Iasiel fi-
lius Abner. * Dan verò, Ezrihel filius Iero- 22
ham: hi principes filiorum Israel. * Noluit 23
autem Dauid numerare eos a vigintiannis
inferius: quia dixerat Dominus vt multipli-
// Sup. 27. 24. caret Israel, quasi stellas cæli. * // Ioab filius 24
Saruiæ ceperat numerare, nec compleuit:
quia super hoc ira irruerat in Israel, & idcir-
co numerus eorum, qui fuerant, recẽsitu, non
25 est relatus in fastos regis Dauid. * Super the
D sauros, autem regis fuit Azmoth filius A-
diel his autem thesauris, qui erant in vrbi-
bus, & in vicis, & in turribus, præsidebat Io-
26 nathan filius Oziæ. * Operi autem rustico,
& agricolis, qui exercebant terram, præerat
27 Ezri filius Chelub: * vinearumque cultori-
bus, Semeias Romathites: cellis autem vi-
28 narijs, Zabdias Aphonites. * Nam super oli-
ueta, & ficeta, quæ erant in cãpestribus, Bala
nam Gederites: super apothecas autem olei
29 Ioas. * Porro armentis, quæ pascebantur in
Saron, præpositus fuit Setrai Saronites: & su-
30 per boues in vallibus Saphat filius Adli: * su
per camelos verò, Vbil Ismahelites: & super
31 asinos, Iadias Meronathites, * super oues
quoque Iaziz Agareus, omnes hi, principes
32 substantiæ regis Dauid, * Ionathan autem
patruus Dauid, consiliarius, vir prudens &
litteratus: Ipse & Iahiel filius Hachamoni
33 erant cum filijs regis. * Achitophel etiam
consiliarius regis, & Chusai Arachites ami-
34 cus regis. * Post Achitophel fuit Ioiada fi-
lius Banaiæ, & Abiathar: Princeps autem
exercitus regis erat Ioab.

CAP. XXVIII.

1 Conuocauit igitur Dauid omnes princi-
A pes Israel, duces tribuum, & præpositos
turmarum, qui ministrabant regi: tribunos
quoque & centuriones, & qui præerant sub-
stantiæ, & possessionibus regis, filiosq. suos
cum eunuchis, & potentes, & robustissimos
2 quosque in exercitu Ierusalem. * Cũq. sur-
rexisset rex, & stetisset, ait: Audite me fratres
mei, & populus meus: Cogitaui vt ædifica-
rem domum, in qua requiesceret arca fede-
ris Domini, & scabellum pedum Dei nostri:
& ad ædificandum, omnia præparaui.
3 * Deus autem dixit mihi: // Non ædificabis // 2. Reg.
domum nomini meo, eo quod sis vir bella- 7. b. 13.
4 tor, & sanguinem fuderis. * Sed elegit Domi
nus De⁹ Israel me de vniuersa domo patris
mei, vt essem rex super Israel i ẽpiternũ:
de Iuda enim elegit principes: porro de do-
mo Iuda, domum patris mei: & de filijs pa-
tris méi, placuit ei vt me eligeret regem su-
5 per cunctum Israel. * // Sed & de filijs meis // Sap. 9.
(filios enim mihi multos dedit Dominus) b. 7.
B elegit Salomonem filium meum, vt sederet
6 in throno regni Domini super Israel, * di-
xitque mihi: Salomon filius tuus ædifica-
bit domũ meam, & atria mea: ipsum enim
elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem,
7 * Et firmabo regnum eius vsque in æternũ,
si perseuerauerit facere præcepta mea, & iudi-
8 cia, sicut, & hodie. * Nunc ergo coram vni-
uerso cœtu Israel audiẽte Deo nostro, custo-
dite, & perquirite cuncta mandata Domini
Dei nostri: vt possideatis Terram bonam,
& relinquatis eam filijs vestris post vos vs-
9 que in sempiternum. * Tu autem Salomon
fili mi, scito Deum patris tui, & seruite ei
cor-

" Psal. 71. b. 10. corde perfecto, & animo voluntario:" omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum. * Nunc ergo, quia elegit te Dominus, vt ædificares domum Sanctuarij, confortare, & perfice. * Dedit autē Dauid Salomoni filio suo descrip- C tionem porticus, & templi, & cellariorum, & cenaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, * necnon & omnium 12 quæ cogitauerat atriorum, & exedratū per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorum, * diuisionumque 13 Sacerdotalium, & Leuiticarum, in omnia opera domus Domini, & in vniuersa vasa ministerij templi Domini. * Aurum in pō- 14 dere per singula vasa ministerij. Argēti quō que pondus pro vasorum & operum diuersitate. * Sed & in candelabra aurea, & ad lu- 15 cernas eorum, aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri, & lucernarum. Similiter, & in candelabra argentea, & in lucernas eorum, pro diuersitate mensuræ: pondus argenti tradidit. * Aurum quoque dedit in 16 mensas propositionis pro diuersitate mensarum: similiter, & argentum in alias mensas argenteas. Ad fuscinulas quoque, & 17 phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mēsuræ pō- D dus distribuit in leunculū, & leunculū. Similiter & in leones argēteos diuersū argēti pōdus separauit. * Altari autem, in quo adole- 18 tur incensum, aurum purissimum dedit: vt ex ipso fieret similitudo quadrige cherubim extendentium alas, & velantium arcā fœderis Domini * Omnia, inquit, venerunt 19 scripta manu Domini ad me, vt intelligerē vniuersa opera exemplaris. * Dixit quoque 20 Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & facine timeas, & ne paueas: Dominus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus ministerij Domus Domini. * Ecce diuisiones Sacerdotum, & Leui- 21 tarum, in omne ministerium domus Domini affistunt tibi, & parati sunt, & nouerunt tam principes, quam populus facere omnia præcepta tua.

CAP. XXIX.

LOcutusq. est Dauid rex ad omnem ec- 1 A clesiam: Salomonē filium meum vnū elegit Deus, adhuc puerū, & tenellum: opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. * Ego autem 2 totis viribus meis præparaui impensas domus Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemq. pretiosum lapidem, & marmor Parium abūdantissime. * & super hęc, 3 quæ obtuli in domum Dei mei de peculio meo aurum, & argentum, do in templum Dei mei, exceptis his, quæ præparaui in æ- 4 dem sanctam. * Tria millia talenta auri de B auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos paries- 5 tes templi. * Et, vbicumque opus est aurum de auro, & vbicumque opus est argentum de argento, opera fiant per manus artificū: & si quis sponte offert, impleat manū suā 6 hodie, & offerat, Ꝓ voluerit Domino * Pol- liciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, tribuni quoque, & centuriones, & principes possessionum re- 7 gis. * Dederuntque in opera domus Dei auri talenta quinque millia, & solidos decē millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem, & octo millia: ferri quoque 8 centum millia talentorum. * Et apud quē- C cumque inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus Domini, per manum Ia- 9 hiel Gersonitis. * Lætatusque est populus, cum vota sponte promitterēt: quia corde to to offerebant ea Domino: sed & Dauid rex 10 lætatus est gaudio magno. * Et benedixit Dño coram vniuersa multitudine, & ait: Benedictus es Dñe Deus Israel patris no- 11 stri ab æterno in æternum. * Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atq. victoria: & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo sunt, & in terra, tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes. 12 * Tuæ diuitiæ, & tua est gloria: tu dominaris omnium, in manu tua virtus, & potētia: in manu tua magnitudo, & imperiū om- 13 nium * Nūc igitur Deus noster cōfitemur D tibi, & laudamus nomen tuū inclytū. * Quis 14 ego, & quis populus meus, vt possimus hęc tibi vniuersa promittere? tua sūt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. 15 * Peregrini enim sumus coram te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri. " Dies nostri " Sap. 1. quasi vmbra super terram, & nulla est mo- b. 5. 16 ra. * Domine Deus noster omnis hęc copia, quam parauimus, vt ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua 17 sunt omnia. * Scio Deus meus, quòd probes corda, & simplicitatem diligas, vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: & populum tuum, qui hic reper- E tus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre 18 donaria. * Domine Deus Abrahaā, & Isaac, & Israel patrum nostrorum, custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista per- 19 maneat, * Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt custodiat mandata tua, testimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat vniuersa: & ædificet ædem, cuius impen- 20 sas parauí. * Præcepitque autem Dauid vniuersæ ecclesiæ: Benedicite Domino Deo nostro. Et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum: & inclinauerunt se, 21 & adorauerunt Deū, & deinde regē. * Immolauerunt que victimas Domino: & obtu F lerunt holocausta die sequēti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & vniuerso ritu abundantissimè in omnem Israel. * Et comederunt, & biberunt 22 coram Domino in die illo cum grandi lætitia. " Et vnxerunt secundò Salomonem fi- 1. Reg. lium Dauid. Vnxerunt autem eum Domi- c. 34. no in principem, & Sadoc in pontificē. * Se- 23 ditque Salomon super solium Domini in regem pro Dauid patre suo, & cūctis placuit: & paruit illi omnis Israel. * Sed & vniuersi 24 principes, & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerūt Salomoni regi. * Magnificauit ergo Domi- 25 nus Salomonem super omnem Israel: & de G dit illi gloriam regni, qualem nullus habuit 26 ante eum rex Israel. * Igitur Dauid filius 27 Isai regnauit super vniuersum Israel. * Et dies, quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni; in Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis triginta- 28 tribus. * Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria, & re- " 3. Reg. 29 gnauit Salomon filius eius pro eo. * " Gesta c. 2. autem Dauid regis priora, & nouissima scripta sunt in Libro Samuelis Videntis, & & in Libro Nathan prophetæ, atque in volu 30 mine Gad Videntis. * Vniuersique regni eius, & fortitudinis, & temporum, quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

LIBER SECVNDVS PARALIPOMENON

HEBRAICE DIBRE HAIAMIM.

CAPVT PRIMVM.

1. Re. 33 a. 1.

CONFORTATVS est 1 A ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & Dominus Deus eius erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. * Præcepitque Salomon vniuerso Is- 2 raeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum: * & abijt cum vniuersa 3 multitudine in Excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine. * Arcam 4 autem Dei adduxerat Dauid de Cariathia- B rim in locum, quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Ierusalē. * Altare quoque æneum, " quod fabricatus 5 fuerat Beseleel filius Vri, filij Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia. * Ascen- 6 ditque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias. * Ecce autem in ipsa nocte ap- 7 paruit ei Deus, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. * Dixitque Salomon Deo: Tu fe- 8 cisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam; & constituisti me regem pro eo. * Nunc ergo Domine Deus impleatur ser- 9 mo tuus, quem pollicitus es Dauid patri C meo; tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabi- 10 lis est, quam pulvis terræ. * " Da mihi sa- " Sap. 9. pientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, b. 10. & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum digne, qui tam 11 grandis est, iudicare? * Dixit autem Deus ad Salomonem. Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam, & scientiam, vt iudicare possis populū meum, super quem cō- 12 stituí te regem. * Sapientia, & scientia data D sunt tibi: diuitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi, sita vt nullus in regibus " 3. Reg. 13 ante te, nec post te fuerit similis tui. * " c. 10. d. 26. Venit ergo Salomon ab Excelso Gabaon in Ierusalem coram tabernaculo fœderis, & re- 14 gnauit super Israel. * Congregauitque sibi currus, & equites, & facti sunt ei mille quadringēti currus, & duodecim millia equitū: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & 15 cum rege in Ierusalem. * Præbuitque rex argentum, & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascun- 16 tur in cāpestribus multitudine magna. " Ad ducebantur autem ei qui de Ægypto, & de Coa a negociatoribus regis, qui ibāt, & eme- 17 bant pretio, * quadrigam equorū sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta

similiter de vniuersis regnis Hethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

CAP. II.

DEcreuit autem Salomon ædificare do- 1 A
mum nomini Domini, & palatium si-
bi. * Et numerauit septuaginta millia viro- 2
rum portantium humeris, & octoginta mil-
lia, qui cæderent lapides in mõtibus, præpo-
sitosq. eorum tria millia sexcentos. * " Misit 3
quoque ad Hiram regem Tyri, dicens: Sicut
egisti cũ Dauid patre meo, & misisti ei ligna
cedrina vt ædificaret sibi domum, in qua &
habitauit: * sic fac mecum vt ædificem do- 4
mum nomini Domini Dei mei, vt consecrẽ
eam ad adolendum incensum coram illo, &
fumiganda aromata, & ad propositionem
panum sempiternam, & ad holocaustoma-
ta mane, & vespere, sabbatis quoque, & neo-
menijs, & solemnitatibus Domini Dei no-
stri in sempiternum, quæ mandata sunt Is-
raeli. * Domus enim, quam edificare cupio, 5
magna est: magnus est enim Deus noster su- B
per omnes deos. * Quis ergo poterit præua- 6
lere, vt ædificet ei dignam domum? si cęlũ,
& cæli cælorum capere eum nequeunt, quã-
tus ego sum, vt possim ædificare ei domum?
sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum
coram illo. * Mitte ergo mihi virum erudi- 7
tum, qui nouerit operari in auro, & argẽto,
ere, & ferro, purpura coccino, & hyacintho,
& qui sciat sculpere cælaturas cum his artifi-
cibus, quos mecum habeo in Iudæa, & Ieru-
salem, quos præparauit Dauid pater meus.
* Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceu- 8
thina, & pinea de Libano: scio.n. quod serui
tui nouerint cædere ligna de Libano, & ser-
ui mei cum seruis tuis, * vt parentur mihi li- 9
gna plurima. Domus enim, quam cupio ædi- C
ficare, magna est nimis, & inclyta. * Præterea 10
operatijs, qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis
dabo in cibaria tritici coros viginti millia, &
hordei coros totidem, & vini viginti millia
metretas, olei quoque sata viginti millia.
* Dixit autẽ Hirã rex Tyri per literas, quas 11
miserat Salomoni: Quia dilexit Dominus
populum suũ, idcirco te regnare fecit super
eum. * Et addidit, dicens: Benedictus Domi 12
nus Deus Israel, qui fecit cælum, & terram,
qui dedit Dauid regi filium sapientẽ, & eru-
ditum, & sensatum, atque prudentẽ, vt ædi-
ficaret domum Domini: & palatium sibi.
* Misi ergo tibi virum prudentem, & scien- 13
tissimum Hiram, patrem meum, * filium 14
mulieris de filiab. Dan, cuius pater fuit Ty-
rius, qui nouit operari in auro, & argento,
ære, & ferro, & marmore, & lignis, in purpu-
ra quoq. & hyacintho, & bysso, & coccino: & D
qui scit cælare omnem sculpturam, & adin-
uenire prudenter quodcumque in opere ne-
cessarium est cum artificibus tuis, & cum ar
tificibus Domini mei Dauid patris tui. * Tri 15
ticum ergo, & hordeum, & oleum, & vi-

*3. Reg. 5. a. 2.

num, quæ pollicitus es Domine mi, mitte ser-
16 uis tuis. * Nos autem cædemus ligna de Li-
bano, quot necessaria habueris, & applicabi-
mus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum au
17 tem erit transferre ea in Ierusalem: * Nume
rauit igitur Salomõ omnes viros proselytos,
qui erant in terra Israel, post dinumeratio-
nem, quam dinumerauit Dauid pater eius,
& inuenti sunt centum quinquaginta millia,
18 & tria millia sexcenti. * Fecitq. ex eis septua
ginta millia, qui humeris onera portarent, &
octoginta millia qui lapides in montibus cæ-
derent: tria autem millia, & sexcentos præ-
positos operum populi.

CAP. III.

ET cœpit Salomon ędificare domum Do A
mini in Ierusalem in mõte Moria, qui
demonstratus fuerat Dauid patri eius, in lo-
co, quem parauerat Dauid in " area Ornan
2 Iebusæi. * Cœpit autem ædificare mensẽ se
3 cundo, anno quarto regni sui. * Et hæc sunt
fundamenta, quæ iecit Salomon, vt ædifica-
ret domum Dei, lõgitudinis cubitos in mẽ-
sura prima sexaginta, latitudinis cubitos vi-
4 ginti. * Porticum verò ante frontem: quæ tẽ-
debatur in longum iuxta mensuram latitu-
dinis domus, cubitorum viginti, porrò alti-
B tudo centum viginti cubitorum erat: & de-
auratuit eam intrinsecus auro mundissi-
5 mo. * Domum quoque maiorem texit tabulis
ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit
per totum: sculpsitque in ea palmas, & quasi
6 catenulas se inuicem complectentes. * Stra-
uit quoque pauimentum templi pretiosissi-
7 mo marmore, decore multo. * Porrò aurum
erat probatissimũ, de cuius laminis texit do-
mum, & trabes eius, & postes, & parietes, &
8 ostia: & celauit cherubim in parietib. * Fecit
quoque domum Sancti sanctorum: lõgitu-
dinem iuxta latitudinem domus cubitorum
viginti: & latitudinem similiter viginti cubi
torum: & laminis aureis texit eam, quasi talẽ-
9 tis sexcentis. * Sed & clauos fecit aureos, ita
C vt singuli clauiculos quinquagenos appende
10 rent: cœnacula quoque texit auro. * Fecit
etiam in domo Sancti sanctorum cherubim
duos, opere statuario: & texit eos auro.
11 * Alæ cherubim viginti cubitis extendeban-
tur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, &
tangeret parietem domus, & altera quinque
cubitos habens, alam tangeret alterius che-
12 rub. * Similiter cherub. alterius ala, quinque
habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala
eius altera quinque cubitorum, alam cherub
13 alterius contingebat. * Igitur alæ vtriusque
D cherubim expansæ erant, & extendebantur
per cubitos viginti: ipsi autem stabant ere-
ctis pedibus, & facies eorum erant versæ ad
14 exteriorem domum. " Fecit quoque velum
ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso: & in
15 texuit ei cherubim. * " Ante fores etiam tẽ-
pli duas columnas, quæ triginta, & quinque
cubitos habebant altitudinis: porrò capita

*3. Reg. 6. a. 1.
"2. Reg. 24. d. 25.
1. Par. 21. d. 26.

ca-

carum quinq cubitorum. * Nec non, & qua- 16
si catenulas in oraculo, & superposuit eas ca-
pitibus columnarum: malogranata etiam
centum, quæ catenulis interposuit. * Ipsas 17
quoque columnas posuit in vestibulo tem-
pli vnam à dextris, et alteram à sinistris: eam,
quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad
lævam, Booz.

CAP. IV.

FEcit quoque altare æneum viginti cubi- 1
torum longitudinis, & viginti cubitorũ A
latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.
* " Mare etiã fusile decem cubitis à labio vs- 2
que ad labium, rotundum per circuitũ: quin-
que cubitos habebat altitudinis, & funiculus
triginta cubitorum ambiebat gyrum eius.
* Similitudo quoque boum erat subter illud. 3
& decem cubitis quædam extrinsecus cælatu
ræ, quasi duobus versibus aluum maris cir-
cuibant. boues aũt erant fusiles: * & ipsum 4
Mare super duodecim boues impositũ erat,
quorum tres respiciebant ad Aquilonem, &
alij tres ad Occidentem: porrò tres alij Meri-
diem. & tres qui reliqui erant, Orientem, ha- B
bentes mare superpositum: posteriora autẽ
boum erant intrinsecus sub mari. * Porrò va 5
sitas eius habebat mensuram palmi, & la-
bium illius erat quasi labium calicis, vel re-
pandi lilij, capiebatque tria millia metretas.
* Fecit quoque cõchas decẽ: & posuit quin- 6
que à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia, quæ in holocaustum obla-
turi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur. * Fecit autem & candelabra aurea decẽ 7
secundum speciem, qua iussa erant fieri, &
posuit ea in templo, quinque à dextris, &
quinque à sinistris. * Nec non & mensas de 8
cem, & posuit eas in templo, quinque à dex-
tris, & quinque à sinistris: phialas quoque au-
reas centum. * Fecit ẽt atrium sacerdotum, & 9
basilicam grandem: ostia in basilica, quæ texit C
ære. * Porrò mare posuit in latere dextro cõ 10
tra Orientem ad Meridiem. * Fecit autẽ Hi- 11
ram lebetes. & creagras, & phialas: & comple
uit omne opus regis in domo Dei. * hoc est, 12
columnas duas, & epistylia, & capita, & quasi
quædam retiacula, quæ capita tegerent super
epistylia. * Malogranata quoque quadringẽ 13
ta, & retiacula duo ita vt bini ordines malo-
granatorum singulis retiaculis iungerentur,
quæ protegerent epistylia, & capita columna
rum. * Bases etiam fecit, & conchas, quas su- 14
perposuit basibus: * mare vnum boues quo- 15
que duodecim sub mari. * Et lebetes, & crea 16
gras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni
Hiram pater eius in domo Domini ex ære
mundissimo. * In regione Iordanis fudit ea 17
rex in argillosa terra inter Sochor, & Sareda- D
tha. * Erat autem multitudo vasorum in- 18
numerabilis, vt ignoraretur pondus æris. * 19
Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei,
& altare aureum. & mensas, & super eas pa-
nes propositionis: * candelabra quoque cum 20
lucernis suis vt lucerent ante oraculũ iuxta
21 ritũ ex auro purissimo, * & florentia quædã,
& lucernas, & forcipes aureos: omnia de au-
22 ro mundissimo facta sunt. * Thymiateria
quoque, & thuribula, & phialas, & mortario-
la ex auro purissimo. Et ostia cælauit templi
interioris, idest in Sancta sanctorum: & ostia
templi forinsecus aurea. Sicque completum
est omne opus quod fecit Salomon in domo
Domini.

CAP. V.

1 INtulit igitur Salomon omnia, quæ voue- 5. Reg. 7
A rat Dauid pater suus, argentum: & aurum g. 51. &
& vniuersa vasa posuit in thesauris domus c. 8. a. 1.
2 Dei. * Post quæ congregauit maiores natu
Israel, & cunctos principes tribuum, & capi-
ta familiarum de filijs Israel in Ierusalem,
vt adducerent arcam fœderis Domini de Ci
3 uitate Dauid, quæ est Sion. * Venerunt itaq.
ad regem omnes viri Israel in die solemni
4 mensis septimi. * Cumque venissent cũcti se
niorum Israel, portauerunt Leuitæ arcam,
5 * & intulerunt eam, & omnem paraturam
tabernaculi. Porrò vasa sanctuarij, quæ erant
B in tabernaculo, portauerunt Sacerdotes cum
6 Leuitis. * Rex autem Salomon, & vniuersus
cętus Israel, & omnes, qui fuerunt cõgregati
ante arcam, immolabant arietes, & boues
absque vllo numero: tanta enim erat multi-
7 tudo victimarum. * Et intulerũt Sacerdotes
arcam fœderis Domini in locũ suum, id est,
ad oraculum templi, in Sancta sanctorum
8 subter alas cherubim: * ita vt cherubim ex-
panderent alas suas super locum, in quo po-
sita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum
9 vectibus suis. * Vectium autem, quibus por-
C tabatur arca, quia paululum longiores erant,
capita parebant ante oraculum: si verò quis
paululum fuisset extrinsecus, eos videre non
poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsen-
10 tem diem. * Nihilque erat aliud in arca, nisi
duæ tabulæ, quas posuerat Moyses ĩ Horeb,
quando legem dedit Dominus filijs Israel
11 egredientibus ex Aegypto. * Egressis autem
Sacerdotibus de sanctuario (omnes enim Sa
cerdotes, qui ibi potuerant inueniri, sanctifi-
cati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, &
ministeriorũ ordo inter eos diuersus erat)
12 * tam Leuitæ quàm cantores, id est, & qui
sub Asaph erãt, & qui sub Eman, & qui sub
D Idithum, filij, & fratres eorum vestiti byssi-
nis, cymbalis, & psalterijs, & citharis concre-
pabant, stantes ad Orientalem plagam alta-
ris, & cum eis Sacerdotes centum viginti ca-
13 nentes tubis. * Igitur cũctis pariter, & tubis,
& voce, & cymbalis, & organis diuersi ge-
neris musicorum concinentibus, & vocem
in sublime tollentibus, longè sonitus audie-
batur, ita vt cum Dominum laudare cepis-
sent, & dicere: Confitemini Domino quo-
niam bonus, quoniam in æternum misere-
14 cordia eius: impleretur domus Dei nube,
* nec possent Sacerdotes stare, & minis trare

propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

CAP. VI.

3.Reg.8. 6.12. TVnc Salomon ait: Dominus pollicitus 1
est, vt habitaret in caligine:* ego autem A
ædificaui domum nomini eius, vt habitaret 2
ibi in perpetuum.* Et conuertit rex faciem 3
suam, & benedixit vniuersæ multitudini Is-
rael (nam omnis turba stabat intenta,) & ait:
* Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod 4
locutus est Dauid patri meo, opere comple-
uit, dicens:* A die, qua eduxi populum meũ 5
de Terra Ægypti, non elegi ciuitatem de cũ-
ctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea do- B
mus nomini meo: neque elegi quemquam
alium virum, vt esset dux in populo meo Is-
rael,* sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meũ 6
in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum su
per populum meum Israel.* Cumq. fuisset 7
voluntas Dauid patris mei, vt ædificaret do-
mum nomini Dñi Dei Israel,* dixit Domi- 8
nus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ę-
dificares domum nomini meo, bene quidem
fecisti huiuscemodi habere voluntatem:* sed 9
non tu ædificabis domum, verum filius
tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædi-
ficabit domum nomini meo.* Compleuit 10
ergo Dñs sermonem suum, quẽ locutus fue-
rat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, &
sedi super thronum Israel, sicut locutus est
Dñs: & ædificaui domum nomini Dñi Dei
Israel.* Et posui in ea arcam, in qua est pactũ 11
Domini, quod pepigit cum filijs Israel.* Ste- 12
tit ergo coram altari Domini ex aduerso vni-
uersæ multitudinis Israel, & extendit manus
suas.* Siquidem fecerat Salomon basim æ- 13
neam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: steritque super eam: & deinceps fle C
2.Mac. 2.b.8. xis genibus contra vniuersam multitudinẽ
Israel, & palmis in cælum leuatis, * ait: Dñe 14
Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo,
& in terra: qui custodis pactum, & misericor-
diam cum seruis tuis, qui ambulant coram te
in toto corde suo:* Qui præstitisti seruo tuo 15
Dauid patri meo quæcumque locutus fueras
ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat.* Nunc ergo 16
Dñe Deus Israel, imple seruo tuo patri meo
Dauid quæcumque locutus es, dicens: Nõ defi-
ciet ex te vir coram me, qui sedeat super
thronum Israel: ita tamen si custodierint fi-
lij tui vias tuas, & ambulauerint in legẽ mea,
sicut & tu ambulasti coram me.* Et nunc 17
Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus,
quem locutus es seruo tuo Dauid.* Ergone 18
credibile est, vt habitet Deus cum hominibus
super terram? Si cælum & cæli cælorum non
te capiunt, quanto magis domus ista, quam
ædificaui?* Sed ad hoc tantum facta est, vt 19
respicias orationem serui tui, & obsecratio-
nem eius Dñe Deus meus: & audias preces,
20 quas fundit famulus tuus coram te:* vt ape- D
rias oculos tuos, super domum istam diebus
ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es,
21 vt inuocaretur nomen tuum,* & exaudires
orationem, quam seruus tuus orat in eo: &
exaudias preces famuli tui, & populi tui Is-
rael. Quicumque orauerit in loco isto, exau-
di de habitaculo tuo, id est, de cælis, & propi
22 tiare.* Si peccauerit quispiam in proximum
suum, & iurare contra eum paratus venerit,
seque maledicto constrinxerit coram altari
23 in domo ista:* tu audies de cælo, & faciesiti-
dicium seruorum tuorum, ita vt reddas ini-
quo viam suam in caput proprium, & vlcisca
ris iustum, retribuens ei secundum iustitiam
24 suam.* Si superatus fuerit populus tuus Is-
rael ab inimicis (peccabunt enim tibi,) & cõ-
uersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint
nomen tuum, & fuerint deprecati in loco
25 isto,* tu exaudies de cælo, & propitiare pec-
cato populi tui Israel, & reduc eos in Terrã,
26 quam dedisti eis, & patribus eorum.* Si clau E
so cælo pluuia non fluxerit propter peccata
populi, & deprecati te fuerint in loco isto, &
confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis
27 suis, cum eos afflixeris.* exaudi de cęlo Dñe,
& dimitte peccata seruis tuis, & populi tui
Israel, & doce eos viam bonam, per quam in-
grediantur: & da pluuiam terræ, quam dedi-
28 sti populo tuo ad possidendum.* "Fames si "Inf.2.b.
orta fuerit in terra, & pestilẽtia, ærugo, & au- 8.
rugo, & locusta, & bruchos, & hostes, vastaris
regionibus, portas obsederint ciuitatis omnis
29 que plaga, & infirmitas presserit:* si quis de
populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscẽs
plagam, & infirmitatem suam, & expanderit
30 manus suas in domo hac,* tu exaudies de
cælo: de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuiq. secundum vias
suas, quas nosti eum habere in corde suo: (tu
enim solus nosti corda filiorum hominum,)
31 * vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cũctis F
diebus, quibus viuũt super faciem terræ, quã
32 dedisti patribus nostris.* Externum quoq.
qui non est de populo tuo Israel, si venerit
de terra longinqua propter nomen tuũ ma-
gnum, & propter manum tuam robustã, &
brachium tuum extentum, & adorauerit in
33 loco isto:* tu exaudies de celo firmissimo ha
bitaculo tuo, & facies cuncta, pro quibus in-
uocauerit te ille peregrinus: vt sciant oẽs po-
puli terræ nomen tuum, & timeant te sicut
populus tuus Israel, & cognoscant, quia no-
men tuum inuocatum est super domũ hãc,
34 quam ædificaui.* Si egressus fuerit populus
tuus ad bellum contra aduersarios suos per
viam in qua miseris eos, adorabunt te cõtra "3. Reg.
viam, in qua ciuitas hæc est, quam elegisti, & 8.e.16.
35 domus, quã ædificaui nomini tuo:* tu exau Eccl.7.
dies de cęlo preces eorum, & obsecrationẽ, & c.21.
36 vlciscaris.* Si autem peccauerint tibi "(neq. 1. Ioan.
em est hõ, qui non peccet) & iratus fueris eis, 1.d.8.
& tradideris hostib. & captiuos duxerint eos
in

in terram longinquam, vel certè quæ iuxta
est,* & conuersi in corde suo in terra, ad quã 37
captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, G
& deprecati te fuerint in terra captiuitatis
suę, dicentes: Peccauimus iniquè fecimus, in-
iustè egimus:* & reuersi fuerint ad te in toto 38
corde suo: & in tota anima sua, in terra capti-
uitatis suæ, ad quam ducti sunt, adorabunt
te contra viam terræ suæ, quam dedisti patri-
bus eorum, & vrbis, quam elegisti, & domus,
quam ædificaui nomini tuo.* tu exaudies de 39
cælo, hoc est, de firmo habitaculo tuo preces
eorum, & facias iudicium, & dimittas popu-
lo tuo, quamuis peccatori: * tu es enim Deus 40
"Ps.131. meus:" aperiantur, quæso, oculi tui, & aures
c.18. tuæ intentæ sint ad orationem, quæ fit in lo-
co isto.* Nunc igitur consurge Domine 41
Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudi-
nis tuæ: sacerdotes tui Domine Deus induan-
tur salutem, & sancti tui lætentur in bonis.* 42
Domine Deus ne auerteris faciem Christi
tui: memento misericordiarum Dauid serui
tui.

CAP. VII.

CVmque complesset Salomon fundens 1
preces, ignis descendit de cælo, & deuo- A
rauit holocausta, & victimas: & maiestas Do-
"2. Mac. mini impleuit domũ.* "Nec poterant sacer- 2
2.e.10. dotes ingredi templum Dñi, eò quod imples-
set maiestas Domini templum Domini.* Sed 3
& omnes filij Israel videbant descendentem
ignem, & gloriam Domini super domum: &
corruentes proni in terram super pauimen-
tum stratum lapide, adorauerunt, & lauda-
uerunt Dominum: Quoniam bonus, quoniã
in sæculum misericordia eius.* Rex autem, 4
& omnis populus immolabant victimas co-
ram Domino.* "Mactauit igitur rex Salomõ 5
"3. Reg. hostias, boum viginti duo millia, arietum cẽ-
8.g.65. tum viginti millia: & dedicauit domum
Dei rex, & vniuersus populus.* Sacerdotes 6
autem stabant in officijs suis: & Leuitæ in or-
ganis carminum Domini, quę fecit Dauid rex B
ad laudandum Dominum: Quoniam in eter-
num misericordiam eius, hymnos Dauid ca-
nentes per manus suas: porrò Sacerdotes ca-
nebant tubis ante eos, cunctusq. Israel stabat.
* Sanctificauit quoque Salomon medium a- 7
trij ante templum Domini: obtulerat enim ibi
holocaustã, & adipes pacificorum: quia altare
æneum, quod fecerat, non poterat sustinere
holocausta, & sacrificia, & adipes.* Fecit ergo 8
Salomon solemnitatem in tempore illo septẽ
diebus: & omnis Israel cum eo, ecclesia ma-
gna valde, ab introitu Emath, vsque ad Tor-
rentem Ægypti.* Fecitque die octauo colle 9
ctam, eò quod dedicasset altare septem die-
bus, & solemnitatem celebrasset diebus sep-
tem.* Igitur in die vigesimotertio mensis 10
septimi dimisit populos ad tabernacula sua
lætantes, atq gaudentes super bono, quod fe-
cerat Dominus Dauidi, & Salomoni, & Israe-
li populo suo.* "Compleuitque Salomon do 11
mum Domini, & domũ regis, & omnia, quæ "3. Regi
disposuerat in corde suo, vt faceret in do- 9.a.1.
mo Domini, & in domo sua, & prosperatus
12 est.* Apparuit autem ei Dominus nocte, &
C ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum
13 istum mihi in domum sacrificij.* Si clausero cælum, & pluuia non fluxerit, & manda-
uero, & præcepero locustæ, vt deuoret terrã,
& misero pestilentiam in populum meum:
14 * cõuersus autem populus meus, super quos
inuocatum est nomẽ meum, deprecatus me
fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit
pęnitẽtiã à vijs suis pessimis: & ego exaudiã
de cęlo, & propitius ero peccatis eorum, &
15 sanabo terram eorum.* Oculi quoque mei
erunt aperti, & aures meæ erectæ ad oratio-
16 nem eius, qui in loco isto orauerit.* Elegi n.
& sanctificaui locum istum, vt sit nomen
meum ibi in sempiternum, & permaneant
17 oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* D
Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut
ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta
omnia, quæ præcepi tibi, & iustitias meas, iu-
18 diciaque seruaueris:* suscitabo thronum re-
gni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo,
dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui
19 qui sit princeps in Israel.* Si autẽ auersi fue-
ritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præ-
cepta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes
20 seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos,*
euellam vos de terra mea, quam dedi vobis:
& domum hanc, quam sanctificaui nomini
meo, proijciam à facie mea, & tradam eam
in parabolam, & in exemplum cunctis popu-
21 lis.* Et domus ista erit in prouerbium vni-
uersis transeuntibus, & dicent stupẽtes: Qua-
22 re fecit Dñs sic terræ huic, & domui huic?*
Respondebuntque: Quia dereliquerunt Do-
minum Deum patrum suorum, qui eduxit
eos de Terra Ægypti, & apprehenderunt
deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerũt:
idcirco venerunt super eos vniuersa hæc
mala.

CAP. VIII.

1 EXpletis autẽ viginti annis postquam ædi 3. Reg.
A ficauit Salomon domum domini, & do- 9.b.10.
2 mum suam:* ciuitates, quas dederat Hiram
Salomoni ædificauit, & habitare ibi fecit fi-
3 lios Israel.* Abijt quoque in Emath Suba, &
4 obtinuit eam.* Et ædificauit Palmiram in
deserto, & alias ciuitates munitissimas ædifi-
5 cauit in Emath.* Extruxitque Bethoron su-
periorem, & Bethoron inferiorem, ciuitates
6 muratas habentes portas, & vectes seras.*
Balaath etiam, & omnes vrbes firmissimas,
quæ fuerunt Salomonis, cunctasque vrbes
quadrigarum, & vrbes equitum omnia, quę-
cumque voluit Salomon, atq. disposuit, ædi-
B ficauit in Ierusalem & in Libano, & in vni-
7 uersa terra potestatis suæ.* Omnem populũ
qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amor-
rhæis, & Pherezæis, & Hæueis, & Iebusæis,

qui non erant de stirpe Israel,*de filijs eorũ: 8
& de posteris, quos non interfecerant filij
Israel subiugauit Salomon in tributarios, vsq
in diem hanc.* Porrò de filijs Israel non 9
posuit vt seruirent operibus regis: ipsi enim
erant viri bellatores,& duces primi, & prin
cipes quadrigarum,& equitum eius. * Om- 10
nes autem principes exercitus regis Salomo
nis fuerunt ducẽti quinquaginta,qui erudie
bant populum.* Filiam verò Pharaonis trã- 11
stulit de Ciuitate Dauid in domum, quam
ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habita
bit vxor mea in domo Dauid regis Israel,eò
quod sanctificata sit:quia ingressa est in eam
arca Domini.* Tunc obtulit Salomon holo- 12
causta Domino super altare Domini, quod C
extruxerat ante porticum, * vt per singulos 13
dies offerretur in eo iuxta præceptũ Moysi
in sabbatis,& in calendis, & in festis diebus,
ter per annum,id est, in solemnitate azymo
rum, & in solemnitate hebdomadarum, &
in solemnitate tabernaculorum.* Et consti- 14
tuit iuxta dispositionem Dauid patris sui of
ficia Sacerdotum in ministerijs suis: & Leui
tas in ordine suo, vt laudarent, & minis tra-
rent coram Sacerdotibus iuxta ritum vniuſ
cuiusque diei,& ianitores in diuisionibus suis
per portam, & portam: sic enim præceperat
Dauid homo Dei.* Nec prætergressi sunt de 15
mandatis regis tam Sacerdotes,quam Læui
tæ,ex omnibus quæ præceperat, & in custo
dijs thesaurorum.* Omnes impensas prepa- 16
ratas habuit Salomon ex eo die, quo funda
uit domum domini vsque in diem,quo per
fecit eam.* Tunc abijt Salomon in Asionga- 17
ber,& in Ailath ad oram Maris rubri,quæ est
in Terra Edom. * Misit autem ei Hiram per 18
manus seruorum suorum naues, & nautas
gnaros maris, & abierunt cum seruis Salo
monis in Ophir,tulerũtque inde quadringẽ
ta quinquaginta talenta auri,& attulerunt ad
regem Salomonem.

CAP. IX.

3. Re. 10 21. Mat. 12. d. 42. Luc. 1. d. 31. R Egina quoque Saba,cum audisset famã 1
Salomonis,venit vt tentarer eum in A
ænigmatibus in Ierusalem, cum magnis opi
bus,& camelis,qui portabant aromata.& au
ri plurimum,gemmasque pretiosas. Cumq.
venisset ad Salomonem,locuta est ei quæcũ
que erant in corde suo.* Et exposuit ei Salo- 2
mon omnia,quę proposuerat:nec quid quam
fuit, quod non perspicuum ei fecerit. * Quæ 3
postquam vidit, sapientiam scilicet Salomo
nis,& domum quam ædificauerat,* necnon 4
& cibaria mensæ eius,& habitacula seruorũ,
& officia ministrorum eius, & vestimenta
eorum, pincernas quoque, & vestes eo-
rum, & victimas quas immolabat in domo
Domini:non erat præ stupore vltra in ea spi-
ritus.* Dixitque ad regem: Verus est sermo, 5
quem audieram in terra mea de virtutibus, B
& sapientia tua.* Non credebam narrantibus 6
donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei,
& probassem vix medietatem sapientiæ tuæ
mihi fuisse narratam, vicisti famam virtuti-
7 bus tuis.* Beati viri tui,& beati serui tui, qui
assistunt coram te omni tempore, & audiũt
8 sapientiam tuam. * Sit Dominus Deus tuus
benedictus, q̃ voluit te ordinare super thro-
num suum,regem Domini Dei tui. Quia di-
ligit Deus Israel,& vult seruare eum in æter-
num, idcirco posuit te super eum regem, vt
9 facias iudicia atque iustitiam. * Dedit autem
regi centum viginti talenta auri, & aromata
multa nimis,& gemmas pretiosissimas: non
C fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit re-
10 gina Saba regi Salomoni.*Sed & serui Hirã,
cum seruis Salomonis attulerunt aurum de
Ophir,& ligna thyina, & gemmas pretiosis-
11 simas:*de quibus fecit rex,de lignis scilicet,
thyinis, gradus in domo Domini, & in do-
mo regia, citharas quoque, & psalteria can-
toribus: numquam visa sunt in Terra Iuda
12 ligna talia.* Rex autem Salomõ dedit regi-
næ Saba cuncta, quæ voluit, & quæ postula-
uit,& multo plura,quã attulerat ad eum:quę
reuersa, abijt in terram suam cũ seruis suis.
13 * Erat autem pondus auri,quod afferebatur
Salomoni per singulos annos, sexcenta sexa-
14 ginta sex talenta auri: * excepta ea summa,
D quam legati diuersarum gentium, & nego-
ciatores afferre consueuerant,omnesq reges
Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comporta-
15 bant aurum,& argentum Salomoni. * Fecit
igitur rex Salomon ducentas hastas aureas,
de summa sexcentorũ aureorum, qui in sin-
16 gulis hastis expendebantur:* trecenta quoq.
scuta aurea trecentorum aureorum, quibus
tegebantur singula scuta:posuitq. ea sex in ar
17 mamentario,quod erat constitum nemore. *
Fecit quoq. rex solium eburneum grande,&
18 vestiuit illud auro mundissimo.* Sex quoq.
E gradus,quibus ascendebatur ad soliũ, & sca-
bellum aureũ,& brachiola duo altrinsecus,&
19 duos leones stantes iuxta brachiola, * sed &
alios duodecim leunculos stantes, super sex
gradus ex vtraq. parte: non fuit tale soliũ in
20 vniuersis regnis.* Omnia quoq. vasa conui-
uij regis erãt aurea,& vasa domus saltus Li-
bani ex auro purissimo. Argentum enim in
21 diebus illis pro nihilo reputabatur.* Siquidẽ
naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hi-
ram semel in annis tribus: & deferebãt inde
aurum,& argentum,& ebur,& simias,& pa-
22 uos.* Magnificatus est igitur Salomon super
23 omnes reges terræ præ diuitia, & gloria. *
F Omnesq.reges terrarum desiderabant videre
faciem Salomonis, vt audirent sapientiam,
24 quam dederat Deus in corde eius:* & defe-
rebant ei munera,vasa argentea,& aurea,&
vestes,& aromata,equos,& mulos,per singu
25 los annos.* Habuit quoque Salomõ quadra-
ginta millia equorum in stabulis, & curruũ,
equitumque duodecim millia,& constituitq.
eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex
26 in Ierusalem:* Exercuit etiam potestatẽ su-
per cunctos reges, à flumine Euphrate vsq.
ad

ad terram Philisthinorum,& vsq. ad termi-
nos Ægypti. * Tantamque copiam præbuit 27
argenti in Ierusalem quasi lapidum, & ce- G
drorum tantam multitudinẽ velut sycomo-
rorum, quæ gignuntur in campestribus.
* Adducebantur autem ei equi de Ægypto, 28
cunctisque regionibus.* Reliqua autem ope- 29
rum Salomonis priorum, & nouissimorum
scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, &
in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque
Addo Videntis, cõtra Ieroboam filium Na-
bat. * Regnauit autem Salomon in Ierusa- 30
lem super omnem Israel quadraginta annis.
*Dormiuitque cum patribus suis,& sepelie- 31
runt eum in Ciuitate Dauid: regnauitq. Ro-
boam filius eius pro eo.

CAP. X.

3. Re. 12. 21. P Rofectus est autẽ Roboam in Sichem: 1
illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt A
constituerent eum regem. * Quod cum au- 2
disset Ieroboam filius Nabat,qui erat in Æ-
gypto (fugerat quippe illucante Salomonẽ)
statim reuersus est. * Vocaueruntque eum, 3
& venit cũ vniuerso Israel, & locuti sunt ad
Roboam, dicentes: * Pater tuus durissimo 4
iugo nos pressit,tu leuiora impera patre tuo,
qui nobis imposuit grauem seruitutem, &
paululum de onere subleua,vt seruiamus ti-
bi. * Qui ait: Post tres dies reuertimini ad 5
me. Cumq.abijsset populus,* inijt consilium 6
cum senibus, qui steterant coram patre eius B
Salomone dum adhuc viueret,dicens:Quid
datis consilij, vt respondeam populo?* Qui 7
dixerunt ei:Si placueris populo huic,& leni-
ueris eos verbis clemẽtibus, seruiẽt tibi om-
ni tempore.* At ille reliquit consiliũ senum, 8
& cum iuuenibus tractare cæpit,qui cum eo
nutriti fuerant, & erant in comitatu illius.
* Dixitq.ad eos: Quid vobis videtur? vel re- 9
spondere quid debeo populo huic, qui dixit
mihi: Subleua iugum quod imposuit nobis
pater tuus?* At illi respõderunt,vt iuuenes, 10
& nutriti cum eo in delicijs, atque dixerunt:
Sic loqueris populo,qui dixit tibi: Pater tuus
aggregauit iugum nostrum,vt subleua:& sic C
respondebis ei: Minimus digitus meus gros-
sior est lumbis patris mei.* Pater meus im- 11
posuit vobis graue iugum, & ego maius põ-
dus apponam: pater meus cecidit vos flagel-
lis,ego verò cædam vos scorpionibus.* Ve- 12
nit ergo Ieroboam, & vniuersus populus ad
Roboã die tertio,sicut præceperat eis.* Re- 13
sponditq. rex dura, derelicto consilio senio-
rum:* locutusq est iuxta iuuenum voluntã- 14
tem: Pater meus graue vobis imposuit iugũ,
quod ego grauius faciam pater meus cecidit
vos flagellis, ego verò cędã vos scorpionib[9].
* Et non acquieuit populi precibus: erat e- 15
nim voluntatis Dei, vt compleretur sermo D
eius,*quem locutus fuerat per manum Ahię
3. Reg. 11. c. 29. Silonitis ad Ieroboam filium Nabat.* Po- 16
pulus autem vniuersus rege duriora dicẽte,
sic locutus est ad eum: Non est nobis pars in
Dauid, neque hereditas in filio Isai. Reuer-
tere in tabernacula tua Israel, tu autẽ paſce
domum tuam Dauid: Et abijt Israel in ta-
17 bernacula sua; * Super filios autem Israel,
qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit
18 Roboam. * Misitq. rex Roboam Aduram,
qui præerat tributis, & lapidauerunt eũ fi-
lij Israel,& mortuus est: porro rex Roboam
currum festinauit ascẽdere, & fugit in Ieru-
19 salem. * Recessitque Israel à domo Dauid,
vsque ad diem hanc.

CAP. XI.

1 A Venit autem Roboam in Ierusalem, & 3. Re. 12. c. 21.
conuocauit vniuersam domum Iuda
& Beniamin, centum octoginta millia ele-
ctorum,atque bellantium, vt dimicaret con-
tra Israel, & conuerteret ad se regnũ suum.
2 * Factusq. est sermo Domini ad Semeiã ho-
3 minem Dei,dicẽs.* Loquere ad Roboam fi-
lium Salomonis regẽ Iuda,& ad vniuersum
4 Israel, qui est in Iuda, & Beniamin: * Hæc
dicit Dominus: Non ascendetis,neq.pugna-
bitis contra fratres vestros: reuertatur vniuſ
quisque in domum suam, quia mea hoc ge-
B stum est voluntate. Qui cum audissent ser-
monẽ Domini, reuersi sunt,nec perrexerunt
5 contra Ieroboam.* Habitauit autẽ Roboam
in Ierusalem, & ædificauit ciuitates mura-
6 tas in Iuda.* Extruxitq. Bethlehem,& Etan,
7 & Thecue, * Bethsur quoque, & Socho, &
8 Odollam, * necnon, & Geth, & Maresa, &
9 Ziph, * sed & Aduram, & Lachis, & Aze-
10 ca, * Saraa quoque, & Aialon, & Hebron,
quæ erant in Iuda,& Beniamin,ciuitates mu-
11 nitissimas. * Cumque claussisset eas muris,
posuit in eis principes, ciborumque horrea,
12 hoc est, olei, & vini. * Sed & in singulis
vrbibus fecit armamentarium scutorum, &
hastarum, firmauitque eas summa dilig en-
tia,& imperauit super Iudam,& Beniamin.
13 * Sacerdotes autem, & Leuitæ, qui erant in
C vniuerso Israel, & venerunt ad eũ de cũctis
14 sedib.suis, * relinquentes suburbana,& pos-
tessiones suas, & transeuntes ad Iudã, & Ie-
rusalem: eo quod abiecisset eos Ieroboam,
& posteri eius, ne sacerdotio Domini funge-
15 rentur.* Qui constituit sibi sacerdotes excel-
sorum,& dæmoniorum, vitulorũq quos fe-
16 cerat.* Sed & de cunctis tribubus Israel,qui-
cumq.dederant cor suum,vt quærerent Do-
minum Deum Israel, venerũt in Ierusalem
ad immolandum victimas suas coram Dño
17 Deo patrum suorum.* Et roborauerunt re-
D gnum Iuda,& confirmauerunt Roboam fi-
liũ Salomonis per tres annos,ambulauerunt
enim in vijs Dauid, & Salomonis, annis tan-
18 tum tribus. * Duxit autem Roboam vxorẽ
Mahalath,filiam Ierimoth,filij Dauid: Abi-
19 hail quoque filiam Eliab filij Isai, * quæ pe-
perit ei filios Iehus, & Somoriam,& Zoom.
20 * Post hanc quoque accepit Maacha filiam
Absalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai,&
21 Ziza,& Salomith.* Amauit autem Roboam

Maacha filiam Absalom super omnes vxores suas, & concubinas: nam vxores decem,
& octo duxerat, concubinas autem sexaginta: & genuit viginti octo filios, & sexaginta
filias. * Cõstituit verò in capite, Abiam filiũ 22
Maacha ducẽ super oẽs fratres suos: ipsum
enim regem facere cogitabat, * quia sapien- 23
tior fuit, & potẽtior super omnes filios eius,
& in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, &
in vniuersis ciuitatibus muratis: præbuitq. eis
escas plurimas, & multas petiuit vxores.

CAP. XII.

CVmq roboratum fuisset regnũ Roboã, 1
& confortatum, dereliquit legem Do- A
mini, & omnis Israel cum eo. * Anno autem 2
quinto regni Roboã, ascẽdit Sesac rex Ægypti in Ierusalem, (quia peccauerãt Domino)
* cum mille ducentis curribus, & sexagin- 3
ta millibus equitum: nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet, & Troglodytæ, & Æthiopes.
* Cepitque ciuitates munitissimas in Iuda, 4
& venit vsq. in Ierusalem. * Semeias autem 5
propheta ingressus est ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerãt in Ierusalẽ,
fugientes Sesac, dixitq. ad eos: Hæc dicit Do-
minus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos B
in manu Sesac. * Consternatique principes 6
Israel, & rex dixerunt: Iustus est Dominus.
* Cumq. vidissent Dominus, quòd humilia- 7
ti essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manũ Sesac. * Verumtamen seruiẽt 8
ei, vt sciant distantiam seruitutis meę, & seruitutis regni terrarum. * Recessit itaque Se- 9
sac rex Ægypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus Domini, & domus regis, omniaque secum tulit, & clypeos aureos, quos
fecerat Salomõ, * pro quibus fecit rex æneos, 10
& tradidit illos principibus scrutariorum, C
qui custodiebant vestibulum palatij. * Cum- 11
que introiret rex domum Domini, veniebãt
scutarij, & tollebant eos, iterumq. referebant
eos ad armamentariũ suum. * Verumtamẽ, 12
quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Do-
mini, nec deleti sunt penitus: siquidem, & in
3. Reg. 15. f. 21. Iuda inuenta sunt opera bona. *// Conforta- 13
tus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atque
regnauit: quadraginta autem, & vnius anni
erat cum regnare cœpisset, & decem & septẽ D
annis regnauit in Ierusalem, vrbe, quam ele-
git Dominus, vt confirmaret nomen suum
ibi, de cunctis tribubus Israel: nomen autem
matris eius Naama Ammanitis. * Fecit au- 14
tem malum, & non præparauit cor suum,
vt quæreret Dominum. * Opera verò Ro- 15
boam prima, & nouissima scripta sunt in Libris Semeiæ prophetæ, & Addo Videtis, &
diligenter exposita: pugnauerũtq. aduersum
se Roboam; & Ieroboam cũctis diebus. * Et 16
dormiuit Roboam cum patribus suis, sepul-
tusque est in Ciuitate Dauid. Et regnauit A-
bia filius eius pro eo.

CAP. XIII.

1 ANno octauodecimo regis Ieroboam, 3. Reg.
2 regnauit Abia super Iudã. * Tribus an- 15. a. 2.
A nis regnauit in Ierusalem, nomenque matris
eiꝰ Michaia, filia Vriel de Gabaa, & erat bel-
3 lum inter Abiam, & Ieroboam. * // Cumque // 3. Reg.
inijsset Abia certamen, & haberet bellico si- 15. a. 7.
simos viros, & electorum quadringenta mil-
lia: Ieroboam instruxit è contra aciem octin-
4 genta millia virorum, qui & ipsi electi erant,
& ad bella fortissimi. * Stetit ergo Abia su-
per montem Semeron, qui erat in Ephraim,
5 & ait: Audi Ieroboã, & omnis Israel. * Num
ignoratis, quod Dominus Deus Israel dede-
rit regnum Dauid super Israel in sempiter-
6 num, ipsi & filijs eius in pactum salis? * Et
surrexit Ieroboam filius Nabat, seruus Salo-
monis filij Dauid: // & rebellauit contra do- // 3. Reg.
7 minum suum. * Congregatiq. sunt ad eũ viri 11. e. 26.
B vanissimi, & filij Belial: & præualuerunt cõ-
tra Roboam filium Salomonis: porrò Ro-
boam erat rudis, & corde pauido, nec potuit
8 resistere eis. * Nunc ergo vos dicitis, quod
resistere possitis regno Domini, quod possi-
det per filios Dauid, habetisq. grandem po-
puli multitudinem, atq. vitulos aureos, quos
9 fecit vobis Ieroboam in deos: * // Et eiecistis // 3. Reg.
Sacerdotes Domini, filios Aaron, atq. Leui- 12. g. 31.
tas, & fecistis vobis Sacerdotes, sicut omnes
populi terrarum: quicumque venerit, & ini-
tiauerit manum suã in tauro de bobus, & in
arietibus septem, sit sacerdos eorum, qui nõ
10 sunt dij. * Noster autem Dominus, Deus
est, quem non relinquimus, Sacerdotesq mi-
nistrant Domino de filijs Aaron, & Leuitæ
11 sunt in ordine suo: *. Holocausta quoq. of-
ferunt Domino per singulos dies mane, &
vespere, & thymiama iuxta legis præcepta
confectum, & proponuntur panes in mensa
mundissima, estq. apud nos candelabrũ au-
reum, & lucernæ eius, vt accendantur sem-
C per ad vesperum: nos quippe custodimus
præcepta Domini Dei nostri, quem vos reli-
12 quistis. * Ergo in exercitu nostro dux Deus
est, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis,
& resonant contra vos: filij Israel nolite pu-
gnare contra Dominum Deum patrum ve-
13 strorum, quia non vobis expedit. * Hæc illo
loquente, Ieroboã retro moliebatur insidias.
Cumq. ex aduerso hostium staret, ignoran-
14 tem Iudam suo ambiebat exercitu: * Respi-
ciensq. Iudas vidit instare bellum ex aduer-
so, & post tergum, & clamauit ad Dominũ:
15 ac Sacerdotes tubis canere cœperunt. * Om-
nesque viri Iuda vociferati sunt: & ecce illis
clamantibus, perterruit Deus Ieroboam, &
omnem Israel, qui stabat ex aduerso Abia, &
16 Iuda. * Fugeruntque filij Israel Iudã, & tra-
17 didit eos Deus in manu eorũ. * Percussit er-
D go eos Abia, & populus eius plaga magna:
& corruerunt vulnerati ex Israel quingen-
ta millia virorum fortium. * Humiliatique 18
sunt filij Israel in tempore illo, & vehemen-
tissimè confortati filij Iuda, eo quòd sperasset in Dño Deo patrum suorum. * Persecu 19
tus est autem Abia fugientem Ieroboam, &
cepit ciuitates eius, Bethel, & filias eius, &
Iesana cum filiabus suis, Ephron quoque, &
filias eiꝰ: * nec valuit vltra resistere Ieroboã 20
in diebus Abia: quem percussit Dominus, &
mortuus est. * Igitur Abia, confortato im- 21
perio suo, accepit vxores quatuordecim:
procreauitque viginti duos filios, & sedecim
filias. * Reliqua autem sermonum Abia, via- 22
rumq. & operum eius, scripta sunt diligen-
tissimè in Libro Addo Prophetæ.

CAP. XIV.

3. Re. 15. 6. 8. DOrmiuit autem Abia cũ patribus suis, 1
& sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: A
regnauitq. Asa filius eius pro eo, in cuius die-
bus quieuit terra annis decem. * Fecit autem 2
Asa quod bonum, & placitum erat in con-
spectu Dei sui, & subuertit altaria peregrini
cultus, & excelsa, * & confregit statuas, lu- 3
cosq. succidit: * & præcepit Iudæ, vt quæreret 4
Dominum Deum patrum suorum, & face-
re legem, & vniuersa mandata: * & abstulit 5
de cunctis vrbibus Iuda aras, & fana, & re-
gnauit in pace. * Ædificauit quoque vrbes 6
munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla
temporibus eius bella surrexerant, pacem
Domino largiente. * Dixit autem Iudæ: Æ- 7
dificemus ciuitates istas, & vallemus mu- B
ris, & roboremus turribus, & portis, & seris,
donec à bellis quieta sunt omnia, eo quod
quæsierimus Dominum Deum patrum no-
strorum, & dederit nobis pacem per gyrum.
Ædificauerunt igitur, & nullum in extruen-
do impedimentum fuit. * Habuit autem 8
Asa in exercitu suo portantium scuta, & ha-
tas de Iuda trecẽta millia, de Beniamin ve-
rò scutariorum, & sagittariorũ ducẽta octo-
ginta millia, omnes isti viri fortissimi. * E- 9
gressus est autem contra eos Zara Æthiops
cum exercitu suo, & decies centena millia, &
curribus trecentis: & venit vsque Maresa. C
Porrò Asa perrexit obuiam ei, & instruxit 10
aciem ad bellũ in Valle Sephata, quæ est iux-
ta Maresa: * & inuocauit Dominum Deum, 11
1. Reg. 14. a. 6. & ait: // Dñe non est apud te vlla distantia
virtum in paucis auxilieris, an in pluribus:
adiuua nos Dñe Deus noster: in te enim, & D
in tuo nomine habentes fiduciam venimus
contra hanc multitudinem. Domine, Deus
noster tu es, non præualeat contra te homo.
* Exterruit itaque Dominus Æthiopes co- 12
ram Asa, & Iuda: fugeruntque Æthiopes. * 13
Et persecutus est eos Asa, & populus, qui cũ
eo erat, vsque Gerara: & ruerunt Æthiopes
vsque ad internecionem, quia Domino cæ-
dente contriti sunt, & exercitu illius prelian-
te. Tulerunt ergo spolia multa, * & percusse- 14
runt ciuitates omnes per circuitum Gera-
ræ: grandis quippe cunctos terror inuaserat;
& diripuerunt vrbes, & multam prædam
15 asportauerunt. * Sed & caulas ouium de-
struentes, tulerunt pecorum infinitam mul-
titudinem, & camelorum: reuersique sunt in
Ierusalem.

CAP. XV.

1 AZarias autẽ filius Oded facto in se spi-
2 ritu Dei, * egressus est in occursum
A Asa, & dixit ei: Audite me Asa, & omnis Iu-
da, & Beniamin: Dominus vobiscum, quia
fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis:
si autẽ dereliqueritis eum, derelinquet vos.
3 * Transibunt autem multi dies in Israel abs-
que Deo vero, & absque sacerdote, doctore,
4 & absque lege. * Cumque reuersi fuerint in
angustia sua ad Dominum Deum Israel, &
5 quæsierint eum reperient eum. * In tempore
illo non erit pax egredienti, & ingredienti,
sed terrores vndiq. in cunctis habitatoribus
6 terrarum: * pugnabit enim gens contra gen-
B tem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Do-
minus conturbabit eos in omni angustia.
7 * Vos ergo confortamini, & non dissoluantur
manus vestræ: erit enim merces operi ve
8 stro. * Quod cũ audisset Asa, verba scilicet,
& prophetiam Azariæ filij Odeb prophetæ,
cõfortatus est, & abstulit idola de omni terra
Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus, quas
ceperat, montis Ephraim, & dedicauit altare
Domini, quod erat ante porticum Domini.
9 * Congregauitque vniuersum Iudam, & Be-
niamin, & aduenas cum eis de Ephraim, &
de Manasse, & de Simeon: plures enim ad
C eum confugerant ex Israel, videntes quod
10 Dominus Deus illius esset cum eo. * Cumq.
venissent in Ierusalem mense tertio, anno
11 decimoquinto regni Asa, * immolauerunt
Domino in die illa de manubijs, & præda,
quam adduxerant, boues septingentos, & a-
12 rietes septem millia. * Et intrauit ex more
ad corroborandum fœdus, vt quærerent Do-
minum Deum patrum suorum in toto cor-
13 de, & in tota anima sua. * Si quis autem in-
quit, non quæsierit Dñm Deum Israel, mo-
riatur, à minimo vsq. ad maximũ, à viro vs-
14 que ad mulierem. * Iurauerunt q. Domino
voce magna in iubilo, & in clangore tubæ,
15 & in sonitu buccinarum * omnes, qui erant
in Iuda cum execratione: in omni enim cor-
D de suo iurauerunt, & in tota voluntate, que-
sierunt eum, & inuenerunt: præstititque eis
16 Dominus requiem per circuitum. * Sed &
Maacham matrem Asa regis ex augusto de-
posuit imperio, eo quod fecisset in luco si-
mulacrum Priapi: quòd omne contriuit, &
in frusta comminuens combussit in Torren-
17 te Cedron: * Excelsa autem derelicta sunt in
Israel: attamen cor Asa erat perfectum cun-
18 ctis diebus eius. * Eaque, quæ vouerat pater
suus, & ipse, intulit domum Domini ar-
gentum, & aurum, vasorumq. diuersam su-
19 pellectilem. * Bellum verò non fuit vsque
ad trigesimum quintum annum regni Asa.

CAP.

CAP. XVI.

ANno autem trigesimo sexto regni eius, 1
ascendit Baasa rex Israel in Iudam,& A
muro circũdabat Rama, vt nullus tutè pos-
set egredi,& ingredi de regno Asa.* Protulit 2
ergo Asa argentũ,& aurum de thesauris do
mus Domini,& de thesauris regis, misitque
ad Benadad regẽ Syriæ,qui habitabat in Da
masco, dicens: * Fœdus inter me,& te est, 3
pater quoque meus, & pater tuus habuere
concordiam: quam ob rem misi tibi argen-
tum,& aurum vt rupto fœdere,quod habes
cum Baasa rege Israel facias eum à me rece-
dere. * Quo cõperto, Benadad misit princi- 4
pes exercituum suorum ad vrbes Israel:qui
percusserunt Ahion, & Dan,& Abelmaim, B
& vniuersas vrbes Nephthali muratas.
* Quod cum audisset Baasa desijt ædificare 5
Rama,& intermisit opus suum.* Porrò Asa 6
rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerũt
lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi
præparauerat Baasa, ædificauitq.ex eis Ge-
baa,& Maspha. * In tẽpore illo venit Hana- 7
ni propheta ad Asa regem Iuda,& dixit ei:
Quia habuisti fiduciã in rege Syriæ, & non
in Domino Deo tuo, idcirco euasit Syriæ C
regis exercit⁹ de manu tua,*" Nõne Æthio- 8
pes,& Libyes multo plures erant quadrigis,
& equitibus,& multitudine nimia: quos, cũ
Domino credidisses, tradidit in manu tua?
* Oculi enim Domini contemplantur vni- 9
uersam terram, & præbent fortitudinem
his,qui corde perfecto credunt in eum.Stul-
tè igitur egisti,& propter hoc ex præsenti tẽ-
pore aduersum te bella consurgent. * Ira- 10
tusq.Asa aduersus Videntem, iussit eũ mit-
ti in neruum:valde quippe super hoc fuerat
indignatus: & interfecit de populo in tem-
pore illo plurimos.* Opera autem Asa pri- 13
ma, & nouissima scripta sunt in Libro regũ
Iuda,& Israel. * Ægrotauit etiam Asa anno 12
trigesimo nono regni sui,dolore pedum ve- D
hementissimo, & nec in infirmitate sua quæ-
siuit Dominũ,sed magis in medicorum arte
confisus est.* Dormiuitq.cum patribus suis: 13
& mortuus est anno quadragesimo primo
regni sui.* Et sepelierunt eum in sepulchro 14
suo quod foderat sibi in Ciuitate Dauid:po-
sueruntq. eum super lectum suum plenum
aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ
erant pigmẽtariorum arte confecta,& com-
busserunt super eum ambitione nimia.

" Sup.14. c.9.

CAP. XVII.

REgnauit autem Iosaphat filius eius pro 1
eo, & inualuit contra Israel. * Consti- A
tuitq. militum numeros in cunctis vrbibus 2
Iuda,& quæ erant vallatæ muris.Præsidiaq.
deposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus E-
phraim,quas ceperat Asa pater eius.* Et fuit 3
Dominus cum Iosaphath, quia ambulauit
in vijs Dauid patris sui primis: & nõ spera-
4 uit in Baalim,* sed in Deo patris sui,& per-
rexit in præceptis illius, & non iuxta pecca-
5 ta Israel. * Confirmauitq.Dominus regnum
in manu eius, & dedit omnis Iuda munera
Iosaphat: factæque sunt ei infinitæ diuitiæ,
6 & multa gloria. * Cumque sumpsisset cor
B eius audaciam propter vias Domini, etiam
7 excelsa,& lucos de Iuda abstulit.* Tertio au
tẽ anno regni sui misit de principib.suis Bẽ-
hail, & Obdiam, & Zachariam, & Natha-
nael, & Michæam, vt docerent in ciuitati-
8 bus Iuda: * & cum eis Leuitas Semeiam,&
Nathaniam,& Zabadiam, Asael quoque,&
Semiramoth,& Ionathan, Adoniamque,&
Thobiam, & Thobadoniam Leuitas, & cũ
9 eis Elisama,& Ioran Sacerdotes,* docebant-
que populum in Iuda, habentes librum le-
gis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iu-
10 da,atque erudiebant populum.* Itaq.factus
est pauor Domini super omnia regna terra-
C rum, quæ erant per gyrum Iuda, nec aude-
11 bant bellare contra Iosaphat: * Sed & Phili-
sthæi Iosaphat munera deferebant, & vecti-
gal argenti, Arabes quoque adducebant pe-
cora, arietum septem millia septingenta,&
12 hircorum totidem. * Creuit ergo Iosaphat,
& magnificatus est vsque in sublime: atque
ædificauit in Iuda domos ad instar turris,
13 vrbesque muratas.* Et multa opera parauit
in vrbibus Iuda: viri quoque bellatores, &
14 robusti erant in Ierusalẽ, * quorum iste nu-
merus per domos,atq.familias singulorum:
In Iuda principes exercitus, Ednas dux, &
D cum eo robustissimi viri trecenta millia.
15 * Post hunc Iohanã princeps,& cum eo du-
16 centa octoginta millia.* Post istum quoque
Amasias filius Zechri, cõsecratus Domino;
& cum eo ducẽta millia virorum fortium.
17 * Hunc sequebatur robustus ad prælia Elia-
da,& cum eo tenẽtium arcum, & clypeum
18 ducenta millia.* Post istum etiam Iozabad,
& cum eo centum octoginta millia expedi-
19 torum militum. * Hi oẽs erant ad manum
regis,exceptis alijs,quos posuerat in vrbibus
muratis, in vniuerso Iuda.

CAP. XVIII.

1 FVit ergo Iosaphat diues, & inclyt⁹ mul-
A tum, & affinitate coniũctus est Achab.
2 * Descenditq. post annos ad eum in Sama
riam: ad cuius aduentum mactauit Achab
arietes,& boues plurimos ipsi,& populo qui
venerat cum eo:persuasitque illi vt ascende-
3 ret in Ramoth Galaad. * Dixitque Achab
rex Israel ad Iosaphat regẽ Iuda: Veni me-
cum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit:
Vt ego,& tu: sicut populus tuus,sic & popu-
4 lus meus:tecumque erimus in bello.* Dixit-
que Iosaphat ad regem Israel: Consule obse-
cro in præsentiarum sermonem Domini.
5 * Congregauit igitur rex Israel prophetarum
B quadringentos viros,& dixit ad eos: In Ra-
moth Galaad ad bellandum ire debemus
an quiescere? At illi, Ascende,inquiunt,&
tradet

tradet Deus in manu regis * Dixitque Iosa- 6
phat: Nunquid non est hic propheta Domi-
ni,vt ab illo etiam requiramus? * Et ait rex 7
Israel ad Iosaphat: Est vir vnus,à quo possu-
mus quærere Domini voluntatem, sed ego
odi eum, quia non prophetat mihi bonum,
sed malum omni tẽpe:est autem Michæas fi-
lius Iemla. Dixitq. Iosaphat: Ne loquaris rex
hoc modo. * Vocauit ergo rex Israel vnum 8
de eunuchis,& dixit ei: Voca citò Michæã fi-
lium Iemla. * Porro rex Israel,& Iosaphat 9
rex Iuda,vterq. sedebant in solio suo, vestiti
cultu regio:sedebant autẽ in area iuxta por-
tam Samariæ, omnesq. prophetæ vaticina- B
bantur coram eis.* Sedecias verò filius Cha- 10
naana fecit sibi cornua ferrea,& ait: Hæc di-
cit Dominus: His ventilabis Syriam,donec
conteras eam.* Omnesque prophetæ simili- 11
ter prophetabant,atque dicebant: Ascẽde in
Ramoth Galaad,& prosperaberis, & tradet
eos Dominus in manu regis.* Nuncius autẽ 12
qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi:
En verba omnium prophetarum vno ore
bona regi annunciant: quæso ergo te vt &
sermo tuus ab eis nõ dissentiat, loquaris-
que prospera.* Cui respondit Michæas: Vi- 13
uit Dominus, quia quodcunque dixerit mi-
hi Deus meus,hoc loquar. * Venit ergo ad 14
regem. Cui rex ait: Michæa; ire debemus in
Ramoth Galaad ad bellandum,an quiesce- D
re? Cui ille respondit: Ascendite:cũcta enim
prospera euenient,& tradẽtur hostes in ma-
nus vestras.* Dixitque rex: Iterum,atque ite- 15
rum te adiuro, vt mihi non loquaris, nisi
quod verum est in nomine Domini * At il- 16
le ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in
montibus, sicut oues absque pastore: & di-
xit Dominus: Non habent isti dominos:re-
uertatur vnusquisque in domum suam in
pace.* Et ait rex Israel ad Iosaphat: Nonne 17
dixi tibi, quod non prophetaret iste mihi
quidquam boni,sed ea,quæ mala sunt * At 18
ille,idcirco,ait,audite verbum Domini: Vi-
di Dominum sedentem in solio suo, & om-
nem exercitum cæli assistentem ei a dextris
& à sinistris.* Et dixit Dominus:Quis deci- 19
piet Achab regem Israel vt ascendat,& cor-
ruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret E
vnus hoc modo,& alter alio: * processit spi- 20
ritus,& stetit coram Domino,& ait: Ego de-
cipiam eum. Cui Dominus, in quo,inquit,
decipies?* At ille respondit: Egrediar,& ero 21
spiritus mendax in ore omnium prophe-
tarum eius. Dixitque Dominus: Decipies,&
præualebis egredere,& fac ita * Nunc igi- 22
tur:ecce Dominus dedit spiritum menda-
cij in ore omnium prophetarum tuorum,
& Dominus locutus est de te mala.* Acces- 23
sit autem Sedecias filius Chanaana, & per-
cussit Michææ maxillam, & ait: Per quam
viam transiuit Spiritus Domini à me, vt lo-
queretur tibi?* Dixitque Michæas: Tu ipse 24
videbis in die illo, quando ingressus fueris
cubiculum de cubiculo vt abscõdaris.* Præ- 25
cepit autem rex Israel, dicens: Tollite Mi- E
chæam, & ducite eum ad Amon principem
26 ciuitatis,& ad Ioas filium Amelech.* Et di-
cetis: Hæc dicit rex; Mittite hunc in carcerẽ,
& date ei panis modicum, & aquæ pauxil-
27 lum,donec reuertar in pace. * Dixitq. Mi-
chæas: Si reuersus fueris in pace, non est lo-
cutus Dominus in me. Et ait: Audite om-
28 nes populi. * Igitur ascenderunt rex Israel,
& Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad.
29 * Dixitque rex Israel ad Iosaphat: Mutabo
habitum, & sic ad pugnam vadam, tu autẽ
induere vestibus tuis. Mutatoque rex Israel
30 habitu,venit ad bellum.* Rex autem Syriæ
præceperat ducibus equitatus sui, dicens:
G Ne pugnetis contra minimum, aut contra
maximum, nisi contra solum regem Israel.
31 * Itaque cum vidissent principes equitatus
Iosaphat,dixerunt: Rex Israel est iste. Et cir-
cumdederunt eum dimicantes: at ille cla-
mauit ad Dominum, & auxiliatus est ei,at-
32 que auertit eos ab illo.* Cum enim vidis-
sent duces equitatus,quòd non esset rex Israel
33 reliquerunt eum. * Accidit autem vt vnus
è populo sagittam in incertũ iaceret, & per-
cuteret regem Israel inter ceruicem, & sca-
pulas, at ille aurigæ suo ait: Conuerte ma-
num tuam, & educ me de acie, quia vul-
34 neratus sum.* Et finita est pugna in die il-
lo: porrò rex Israel stabat in curru suo con-
tra Syros vsque ad vesperam, & mortuus
est occidente Sole.

CAP. XIX.

1 REuersus est autẽ Iosaphat rex Iuda in
A domum suam pacificè in Ierusalem.
2 * Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns,&
ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his
qui oderunt Dominum amicitia iungeris,
& idcirco iram quidem Domini merebaris:
3 * sed bona opera inuenta sunt in te,eo quod
abstuleris lucos de terra Iuda,& præparaue-
ris cor tuum vt requireres Dominum Deũ
4 patrum tuorum. * Habitauit ergo Iosaphat
B in Ierusalem: rursumque egressus est ad po
pulum de Bersabee vsque ad mõtẽ Ephra-
im, & reuocauit eos ad Dominum Deum
5 patrum suorum.* Constituitque iudices ter
ræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per
6 singula loca,* & præcipiens iudicibus. Vide-
te,ait,quid faciatis: non enim hominis exer-
cetis iudicium, sed Domini: & quodcum-
7 que iudicaueritis,in vos redundabit.* Sit ti-
mor Domini vobiscum, & cum diligentia
cuncta facite:non est enim apud Dominum
Deum nostrum iniquitas," nec personarum
8 acceptio,nec cupido munerum. * In Ierusa-
C lem quoque constituit Iosaphat Leuitas, &
Sacerdotes, & Principes familiarum ex Isra-
el, vt iudicium, & causam Domini iudica-
9 rent habitatoribus eius. * Præcepitque eis,
dicens:Sic agetis in timore Domini fideliter
10 & corde perfecto. * Omnem causam,quæ
venerit ad vos fratrũ vestrorũ, qui habita-
bant in vrbibus suis inter cognationẽ, & co-
gnatio-

" Deut. 10.d.17. Rom. 2. b.12. Galat. 2. b.6. Ephes.6 b.9. Colos.3. d.25. Acto.10. d.34. 1. Pet.1. e.17. Sap.6. b. 8. Eccl. 93. b.16.

gnationem, vbicumque quæstio est de lege,
de mãdato, de ceremonijs, de iustificationi-
bus ostendite eis, vt non peccent in Dñm, & D
ne veniat ira super vos, & super fratres ve-
stros: sic ergo agentes non peccabitis. * Ama- 11
rias autem sacerdos, & pontifex vester, in his
quę ad Deum pertinẽt, presidebit: porrò Za-
badias filius Ismahel, qui est dux in domo
Iuda, super ea opera erit, quæ ad regis offi-
cium pertinent: haberisq. magistros Leuitas
coram vobis, confortamini, & agite diligen-
ter, & erit Dominus vobiscum in bonis.

CAP. XX.

POst hęc congregati sunt filij Moab, & fi- 1
lij Ammon, & cum eis de Ammonitis A
ad Iosaphat vt pugnarent contra eum. * Ve- 2
neruntque nuncij, & indicauerunt Iosaphat,
dicentes: Venit contra te multitudo magna
de his locis, quæ trans mare sunt, & de Sy-
ria, & ecce consistunt in Asasonthamar, quæ
est Engaddi. * Iosaphat autẽ timore perter- 3
ritus, totum se contulit ad rogandum Do-
minũ, & prædicauit ieiunium vniuerso Iu-
da. * Congregatusque est Iudas ad deprecã- 4
dum Dominum: sed, & omnes de Vrbibus
suis venerunt ad obsecrandum eum: * Cũ- 5
que stetisset Iosaphat in medio cœtu Iuda,
& Ierusalem, in domo Domini ante atrium
nouum, * ait: Domine Deus patrum nostro- 6
rum, tu es Deus in cælo, & dominaris cun-
ctis regni, Gentium, in manu tua est fortitu- B
do, & potentia, nec quisquam tibi potest resi
stere. * Nõne tu Deus noster interfecisti om- 7
nes habitatores terræ huius coram populo
tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham
amici tui in sempiternum? * Habitauerunt q. 8
in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium no-
mini tuo, dicentes: * Si irruerint super nos 9
mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames:
stabimus corã domo hac in conspectu tuo,
in qua inuocatum est nomen tuum: & cla-
mabimus ad te in tribulationibus nostris,
[n]Deut.2. & exaudies, saluosq. facies. * Nũc igitur ec- 10
a.2. ce filij Ammon, & Moab, & mons Seir, [n] per
quos non concessisti Israel vt transirent, qñ
egrediebantur de Ægypto, sed declinauerũt
ab eis, & non interfecerunt illos: * è contra- 11
rio agunt, & nituntur eijcere nos de posses-
sione, quam tradidisti nobis. * Deus noster, 12
ergo non iudicabis eos? In nobis quidem nõ
est tanta fortitudo, vt possimus huic mul-
titudini resistere, quæ irruit super nos. Sed
cum ignoremus quid agere debeamus, hoc
solum habemus residui, vt oculos nostros
dirigamus ad te. * Omnis verò Iuda stabat 13
coram Domino cum paruulis, & vxoribus,
& liberis suis. * Erat autem Iahaziel filius 14
Zacharię, filij Banaię, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites de filijs Asaph, super quem fa- C
ctus est Spiritus Domini in medio turbę, * & 15
ait. Attẽdite omnis Iuda, & qui habitatis Ie-
rusalem, & tu rex Iosaphat: Hæc dicit Do-
min⁹ vobis. Nolite timere, nec paueatis hãc
multitudinem: non est enim vestra pugna,
16 sed Dei: * Cras descendetis contra eos: ascen
sur enim sunt per cliuum nomine Sis, & e
inuenietis illos in summitate torrentis, qui
17 est contra solitudinem Ieruel. * Non eritis
vos, qui dimicabitis, sed tantummodo con-
fidenter state, & videbitis auxilium Domi-
ni super vos, ò Iuda, & Ierusalem: nolite ti-
D mere, nec paueatis: cras egrediemini con-
18 tra eos, & Dominus erit vobiscum. * Iosa-
phat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ie-
rusalem ceciderunt proni in terram coram
19 Domino, & adorauerunt eum. * Porrò Leui
tæ de filijs Caath, & de filijs Core laudabãt
Dominum Deum Israel voce magna, in ex-
20 celsum. * Cumque mane surrexissent, egres
si sunt per desertum Thecue: profectisque
eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit:
Audite me viri Iuda, & omnes habitatores
Ierusalem: credite in Domino Deo vestro,
& securi eritis: credite prophetis eius, & cun
21 cta euenient prospera. * Deditque consilium
populo, & statuit cantores Domini, vt lau-
darent eum in turmis suis, & antecederent
exercitum, ac voce consona dicerent. [n] Con- [n] Ps.135.
fitemini Dño, quoniam in æternum miseri- a.1.
22 cordia eius. * Cumq. cœpissent laudes cane-
E re vertit Dñs insidias eorum in semetip-
sos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, &
montis Seir, qui egressi fuerant, vt pugna-
23 rent contra Iudam, & percussi sunt. * Nam
que filij Ammon, & Moab consurrexerunt
aduersum habitatores montis Seir, vt inter-
ficerent, & delerent eos: cũq. hoc opere per-
petrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis
24 concidere vulneribus. * Porrò Iuda cũ ve-
nisset ad speculã, quæ respicit solitudinẽ, vi-
dit procul oẽm latè regionem plenã cadaue-
rib. nec superesse quemquã, qui necẽ potuis-
25 set euadere. * Venit ergo Iosaphat, & oĩs po
pulus cũ eo ad detrahenda spolia mortuo-
rum: inueneruntq. inter cadauera variã su-
pellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosis-
sima, & diripuerunt ita vt omnia portare
non possent, nec per tres dies spolia auferre
26 præ prædæ magnitudine. * Die autem quar
F to congregati sunt in Valle benedictionis:
etenim quoniam ibi benedixerant Dño, vo-
cauerunt locum illum: Vallis benedictionis
27 vsq. in præsentẽ diem. * Reuersusq. est oĩs
vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosa-
phat ante eos in Ierusalẽ cũ lætitia magna,
eo ꝙ dedisset eis Dñs gaudium de inimicis
28 suis. * Ingressiq. sunt in Ierusalem cum psal-
terijs, & citharis, & tubis in domum Dñi.
29 * Irruit aũt pauor Dñi super vniuersa regna
terrarũ cum audissent ꝙ pugnasset Dñs cõ-
30 tra inimicos Israel. * Quieuitq. regnum Io-
saphat, & præbuit ei Deus pacem per circui-
31 tum. * Regnauit igitur Iosaphat super Iudã.
G & erat triginta quinque annorũ cum regna-
re cœpisset: viginti autem, & quinque annis
regnauit in Ierusalem, & nomẽ matris eius
32 Azaba filia Selahi. * Et ambulauit in via pa-
tris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ
placita

placita erant coram Domino. * Veruntamen 33
excelsa non abstulit, & adhuc populus
non direxerat cor suum ad Dominum Deũ
patrum suorum. * Reliqua autem gestorũ 34
Iosaphat priorum, & nouissimorum scripta
sunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digessit
in Libros regum Israel. * Post hæc iniit a- 35
micitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia re-
ge Israel, cuius opera fuerunt impijssima.
* Et particeps fuit vt facerent naues, quæ i- 36
rent in Tharsis: feceruntque classem in Asiõ-
gaber. * Prophetauit autẽ Eliezer filius Do- 37
dau de Maresa ad Iosaphat, dicens: Quia ha
buisti fœdus cum Ochozia, percussit Domi-
nus opera tua, contriteq. sunt naues, nec po-
tuerunt ire in Tharsis.

CAP. XXI.

[i] Reg. 22.g.51. DOrmiuit autem Iosaphat cum patrib. 1
suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate A
Dauid: regnauitq. Ioram filius eius pro eo.
* Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariã, 2
& Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Mi-
chael, & Saphatiam, omnes hi, filij Iosa-
phat regis Iuda. * Deditq. eis pater suus mul 3
ta munera argenti, & auri, & pensationes,
cũ ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum
autem tradidit Ioram, eo quod esset primo-
genitus. * Surrexit ergo Ioram super regnum 4
patris sui: cumque se confirmasset, occidit
omnes fratres suos gladio, & quosdã de prin
cipibus Israel. * Triginta duorum annorum 5
erat Ioram cum regnare cœpisset: & octo an- B
nis regnauit in Ierusalem. * Ambulauitq. in 6
vijs regũ Israel, sicut egerat domus Achab:
filia quippe Achab erat vxor eius, & fecit ma
lum in conspectu Domini. * Noluit autem 7
Dominus disperdere domum Dauid pro-
pter pactum, quod inierat cum eo: & quia
promiserat vt daret ei lucernam, & filijs e-
ius omni tempore. * In diebus illis rebel- 8
lauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & con-
stituit sibi regem. * Cumque transisset Ioram 9
cum principibus suis, & cũcto equitatu, qui
erat secum, surrexit nocte, & percussit Edõ,
qui se circumdederat, & omnes duces equi-
tatus eius. * Attamen rebellauit Edom, ne es- 10
set sub ditione Iuda vsque ad hanc diem: eo
tẽpore, & Lobna recessit ne esset sub manu
illius. Dereliquerat enim Dominum Deum
patrum suorum: * insuper, & excelsa fabri- 11
catus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit C
habitatores Ierusalem, & præuaricari Iu-
dam. * Allatæ sunt autem ei literæ ab E- 12
lia propheta, in quibus scriptum erat: Hæc
dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Quo-
niam non ambulasti in vijs Iosaphat patris
tui, & in vijs Asa regis Iuda, * sed in essi- 13
sti per iter regũ Israel, & fornicari fecisti Iu-
dam, & habitatores Ierusalem, imitatus for-
nicationẽ domus Achab, insuper & fratres
tuos domũ patris tui, meliores te occidisti:
* Ecce Dominus percutiet te plaga magna 14
cum populo tuo, & filijs, & vxoribus tuis,
15 vniuersaq. substantia tua, * tu autẽ ægrota-
bis pessimo languore vteri tui, donec egre-
diantur vitalia tua paulatim per singulos
16 dies. * Suscitauit ergo Dominus contra Io-
ram spiritum Philisthinorum, & Arabum,
17 qui contines sunt Aethiopibus, * & ascẽde-
D runt in Terram Iuda, & vastauerunt eam,
diripueruntq. cunctam substantiam, quæ in-
uenta est in domo regis, insuper & filios e-
ius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi Ioa-
18 chaz, qui minimus natu erat. * Et super hæc
omnia percussit eum Dominus alui languo-
19 re insanabili. * Cumque diei succederet dies
& temporum spatia voluerentur, duorum
annorum expletus est circulus: & sic longa cõ
sumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera
sua lãguore pariter, & vita caruit. Mortuus-
que est in infirmitate pessima, & non fecit ei
populus secundum morem combustionis,
20 exequias, sicut fecerat maioribus eius. * Tri-
ginta duorum annorum fuit, cum regnare
cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalẽ.
Ambulauitque non rectè, & sepelierunt eũ
in Ciuitate Dauid: verumtamen non in se-
pulchro regum.

CAP. XXII.

1 CONstituerunt autem habitatores Ierusa- [4. Reg. 28. f. 24.]
A lem Ochoziam filium eius minimum,
regem pro eo: omnes enim maiores natu,
qui ante eum fuerant, interfecerant latrones
Arabum, qui irruerant in castra, regnauitque
2 Ochozias filius Ioram regis Iuda. * Quadra-
ginta duorum annorum erat Ochozias cum
regnare cœpisset, & vno anno regnauit in
Ierusalem, & nomen matris eius Athalia fi-
3 lia Amri. * Sed & ipse ingressus est per vias
B domus Achab: mater enim eius impulit eũ
4 vt impiè ageret. * Fecit igitur malum in con-
spectu Domini, sicut domus Achab: ipsi e-
nim fuerunt ei consiliarij post mortem pa-
5 tris sui, in interitum eius. * Ambulauitq. in
consilijs eorum. Et perrexit cum Ioram filio
Achab rege Israel, in bellum contra Hazael
6 regem Syriæ in Ramoth Galaad: vulneraue-
runtq. Syri Ioram. * Qui reuersus est vt cura-
C rerur in Iezrahel: multas enim plagas accepe-
rat ĩ supra dicto certamine. Igitur Ochozias
filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret
Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantẽ.
7 * Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ocho
ziã, vt veniret ad Ioramã: & cum venisset, & e-
gredereturcũ eo aduersum Iehu filiũ Nãsi,
quem vnxit Dominus vt deleret domum A-
8 chab. * Cum ergo euerteret Iehu domũ A-
chab, inuenit principes Iuda, & filios fra-
trum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & inter-
9 fecit illos. * Ipsum quoque perquirens Ocho
ziam, comprehendit latitantem in Samaria
D adductumq ad se, occidit, & sepelierũt eũ:
eo quod esset filius Iosaphat, qui quæsierat
Dominum in toto corde suo, nec erat vltra
spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ocho-
10 ziæ, * [n] siquidem Athalia mater eius vi- [n] 4. Reg. 11. a. 1.
dens

dens quod mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram. * Porrò Iosabeth filia regis tu- 11
lit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eũ de medio filiorum regis, cũ interficerentur: abscondit que eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum: Iosabeth autem, quæ absconderat eum erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ, & idcirco Athalia
12 non interfecit eum. * Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.



CAP. XXIII.

4. Reg. 12.a.4. ANno autem septimo cõfortatus Ioiada, 1
assumpsit centuriones, Azariam videli- A
cet filiũ Ierohã, & Ismahel filium Iohanã, Azariam quoque filium Obed, & Maasiã filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & inijt cum eis fœdus. * Qui circumeuntes Iu- 2
dam congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, veneruntq. in Ierusalem. * Inijt ergo omnis 3
multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixitq. ad eos Ioiada: Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dñs super filios Dauid
* Iste ergo sermo quem facietis: * Tertia 4
pars vestrum, qui veniunt ad Sabbatum, Sa- 5
cerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis: tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portã, quæ appellatur Fundamenti: omne verò reliquum vulgus sit in atijs domus Domini. * Nec quispiam alius in 6
grediatur domum Domini, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis ipsi tantummodo ingrediãtur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini. * Leuitæ autem circumdent regem, 7
habẽtes singuli arma sua: (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) sintq. cum rege, & intrante, & egrediente. * Fecerũt ergo Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta om- 8
nia, quæ præceperat Ioiada pontifex, & assumpserunt singuli viros, qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati cum his qui impleuerant sabbatum, & egressuri erant, siquidem Ioiada pontifex nõ dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas
9 succedere consueuerant. * Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosq. & peltas regis Dauid, quas cõsecrauerat in do-
10 mo Domini. * Constituitq. omnẽ populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vsque ad partem templi sinistram, corã alta-
11 ri, & templo, per circuitum regis. * Et edu- C
xerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntq. in manu eius tenendam legem, & constituerũt eum regem, vnxit quoq illum Ioiada pontifex, & filij eius; imprecatique sunt ei, atq. dixerunt:
12 Viuat rex. * Quod cum audisset Athalia, vocem scilicet currentium, atq. laudantium regem, ingressa est ad populum in templum
13 Domini. * Cumque vidisset regem stantem super gradũ in introitu, & principes, turmas que circa eum, omnemq. populũ terræ gaudentem, atq. clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocemque laudantiũ, scidit vestimenta sua, & ait: Insidiæ,
14 insidiæ. * Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones, & principes exercitus, dixit eis. Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. Præcepitq. sacerdos ne
15 occideretur in domo Domini. * Et imposuerunt ceruicibus eius manus: cumque intrasset portam equorum domus regis, interfe-
16 cerunt eam ibi. * Pepigit autem Ioiada fœdus inter se, vniuersumque populum, & regem,

gem, vt esset populus Domini. * Itaque in- 17
gressus est omnis populus domum Baal, & D
destruxerunt eam: & altaria ac simulacra illius confregerunt: Mathan quoque sacerdotem Baal interfeceruntante aras. * Con- 18
stituit autem Ioiada præpositos in domo Domini, sub manibus Sacerdotum, & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio & canticis, iuxta dispositionem Dauid * 19
Constituit quoque Ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. * Assumpsitque centu- 20
riones, & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali.
* Lætatusq. est omnis populus terræ, & vrbs 21
quieuit: porrò Athalia interfecta est gladio.

CAP. XXIV.

4. Reg. 11. d. 11. & c. 12. a. SEptem annorum erat Ioas cum regnare 1
cœpisset: & quadraginta annis regnauit A
in Ierusalem, nomen matris eius Sebia de Bersabee. * Fecitque quod bonum est coram 2
Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis.
* Accepit autem Ioiada vxores duas, è qui- 3
bus genuit filios, & filias. * Post quæ placuit 4
Ioas vt instauraret domum Domini. * Con- 5
gregauitq. Sacerdotes, & Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sarta recta tẽpli Dei vestri, per singulos annos festinatoq.
hoc facite: porrò Leuitæ egere negligentius. B
* Vocauitque rex Ioiadam principem, & di- 6
xit ei: Quare tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda, & de Ierusalem pecuniam, quæ constituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij? * Atha- 7
lia enim impijssima, & filij eius destruxerunt domum Dei, & de vniuersis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt fanum Baalim. * Præcepit ergo rex, & 8
fecerunt arcam: posueruntq. eam iuxta portam domus Domini forinsecus. * Et prædi- 9
catum est in Iuda, & Ierusalem vt deferrent
1 Exod. 30. b. 12. singuli pretium Domino, " quod constituit C
Moyses seruus Dei super omnem Israel in deserto. * Lætatique sunt cuncti principes, 10
& omnis populus: & ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt ita vt impleretur. * Cumque tempus esset vt defer- 11
rent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat: effundebantque pecuniam, quæ erat in arca: porrò arcam reportabant ad locum suum: sicque faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia. * Quam dederunt rex, & Ioiada 12
his, qui præerant operibus domus Domini; at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, D & artifices operum singulorum vt instaurarent domum Domini: fabros quoque ferri, & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur.
13 * Egeruntq hi qui operabantur industriè, & obducebatur parietũ cicatrix per manus eorum, ac suscitauerunt domum Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fe-
14 cerunt. * Cumque complessent omnia opera, detulerunt coram rege, & Ioiada reliquã partem pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministerium, & ad holocausta, phialæ quoque, & cetera vasa aurea, & argentea: & offerebantur holocausta in domo Domini
15 iugiter cunctis diebus Ioiadæ. * Senuit au- E
tem Ioiada plenus dierum, & mortuus est
16 cum esset centum triginta annorum, * sepe lieruntque eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel, &
17 cum domo eius. * Postquam autem obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem, qui delinitus obsequijs eo-
18 rum, acquieuit eis. * Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruieruntque lucis, & sculptilibus, & facta est ira cõtra Iudam, & Ierusalem propter hoc pec-
19 catum. * Mittebatque eis prophetas vt reuerterentur ad Dominum, quos protestan-
20 tes, illi audire nolebant. * Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit
F eis: Hæc dicit Dominus Deus, quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquistis Dominum vt
21 derelinqueret vos? * Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis impe-
22 rium in atrio domus Domini. * Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum, " sed interfe- " Matth. 23. d. 35.
cit filium eius. Qui cum moreretur, ait: Vi-
23 deat Dominus, & requirat. * Cumque
euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Iudam, & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi
24 in Damascum. * Et certè cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Domi-
G nus in manibus eorum infinitam multitudinem, eo quod dereliquissent Dominum Deum patrum suorũ: in Ioas quoque igno-
25 miniosa exercuere iudicia. * Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis: surrexerunt autem contra eum serui sui in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntque eum in Ciuitate Dauid,
26 sed non sepulchris regum. * Insidiati verò sunt ei Zabad filius Semmaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith Moabi-
27 tidis. * Porrò filij eius, ac summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regum: regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

CAP.

CAP. XXV.

4.Re.14. a.2. VIgintiquinque annorum erat Amasias 1
eum regnare cœpisset, & viginti nouem A
annis regnauit in Ierusalem, nomen matris
eius Ioadan de Ierusalem. * Fecitque bo- 2
num in conspectu Domini: verũtamen non
in corde perfecto. * Cumq. roboratum sibi 3
videret imperium, iugulauit seruos. qui oc-
ciderant regem patrem suum, * sed filios eo- 4
rum non interfecit, sicut scriptum est in Li-
bro Legis Moysi, vbi præcepit Dominus, di-
cens: " Non occidentur patres pro filijs, ne-
Deut. 24. c. 14. que filij pro patribus suis, sed vnusquisque
4.Re.14. b.6. in suo peccato morietur. * Congregauit igi- 5
Ezec. 18. c.20. tur Amasias Iudam, & constituit eos per fa-
milias, tribunosq. & centuriones in vniuerso B
Iuda, & Beniamin: & recensuit à viginti an-
nis supra, inuenitq. trecẽta millia iuuenum,
qui egrederentur ad pugnam, & tenerẽt ha-
stam, & clypeum: * Mercede quoque condu- 6
xit de Israel centum millia robustorum, cen-
tum talentis argenti. * Venit autem homo 7
Dei ad illum, & ait: O rex, ne egrediatur te-
cum exercitus Israel: non est enim Domi-
nus cum Israel, & cunctis filijs Ephraim:
* quòd si putas in robore exercitus bella cõ- 8
sistere, superari te faciet Deus ab hostibus:
Dei quippe est, & adiuuare, & in fugam con-
uertere. * Dixitq. Amasias ad hominem Dei: 9
Quid ergo fiet de cẽtum talentis, quæ dedi C
militibus Israel? Et respondit ei homo Dei:
Habet Dominus vnde tibi dare possit mul-
to his plura. * Separauit itaq. Amasias exer- 10
citum, qui venerat ad eum ex Ephraim, vt
reuerteretur in locum suum: at illi contra
Iudam vehementer irati, reuersi sunt in re-
gionem suam. * Porrò Amasias confidenter 11
eduxit populum suũ, & abijt in Vallem sali-
narum, percussitq. filios Seir decem millia.
* Et alia decem millia virorũ ceperunt filij 12
Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ, præcipitauerunteque eos de sum-
mo in præceps, qui vniuersi crepuerunt. * At 13
ille exercitus, quem remiserat Amasias, ne D
secum iret ad prælium, diffusus est in ciui-
tatibus Iuda à Samaria vsque ad Bethoron,
& interfectis tribus millibus, diripuit præ-
dam magnam. * Amasias verò post cædem 14
Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir,
statuit illos in deos sibi, & adorabat eos,
& illis adolebat incensum. * Quam ob rem 15
iratus Dominus contra Amasiam misit ad
illum prophetam, qui diceret ei: Cur ado-
rasti deos, qui non liberauerunt populum E
suum de manu tua? * Cumque hæc ille lo- 16
queretur, respondit ei: Num consiliarius re-
gis es? quiesce ne interficiam te. Discedensq.
propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit
Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, &
insuper non acquieuisti consilio meo. * Igi- 17
tur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio
misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu, regẽ
Israel, dicẽs: Veni, videam⁹ nos mutuo. * At 18
ille remisit nuncios, dicens: Carduus, qui est
in Libano, misit ad cedrum Libani, dicens:
Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce be
stiæ, quæ erant in silua Libani, transierunt,
19 & conculcauerunt carduum. * Dixisti: Per-
cussi Edom, & idcirco erigitur cor tuum in
F superbiam, sede in domo tua, cur malũ ad-
uersum te prouocas, vt cadas & tu, & Iuda
20 tecum? * Noluit audire Amasias, eo quòd
Domini esset voluntas, vt traderetur in ma-
21 nus hostium propter deos Edom. * Ascẽdit
igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbue-
re conspectus. Amasias autem rex Iuda erat
22 in Bethsames Iuda: * corruitq. Iuda coram
23 Israel, & fugit in tabernacula sua. * Porrò
Amasiam regem Iuda, filium Ioas, filij Ioa-
chaz, cœpit Ioas rex Israel in Bethsames, &
adduxit in Ierusalem: destruxitque murum
G eius à porta Ephraim, vsque ad portam an-
24 guli quadringẽtis cubitis. * Omne quòq. au-
rum, & argentum, & vniuersa vasa, quę repe-
rerat in domo Dei, & apud Obededom in
thesauris etiam domus regiæ, necnon & fi-
25 lios obsidum reduxit in Samariam. * Vixit
autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postq. à
mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel,
26 quindecim annis. * Reliqua autem sermonũ
Amasiæ priorum, & nouissimorum scripta
27 sunt in Libro Regum Iuda, & Israel. * Qui
postquam recessit a Domino, tetenderunt ei
insidias in Ierusalem. Cumq. fugisset in La-
28 chis, miserunt, & interfecerũt eum ibi. * Re-
portantesque super equos, & sepelierũt eum
cum patribus suis, in ciuitate Dauid.

CAP. XXVI.

1 OMnis autem populus Iuda filium eius
A Oziam annorum sedecim, constituit 4.Re.14
2 regem pro Amasia patre suo. * Ipse ædifica- c.21.
uit Ailath, & restituit eam ditioni Iuda, post-
3 quam dormiuit rex cum patribus suis. * Se-
decim annorum erat Ozias cum regnare cę-
pisset, & quinquaginta duobus annis regna-
uit in Ierusalem, nomen matris eius Iechę-
4 lia de Ierusalem. * Fecitque quod erat rectũ
in oculis Domini iuxta omnia, quæ fecerat
5 Amasias pater eius. * Et exquisiuit Domi-
num in diebus Zachariæ intelligentis, & vi-
dentis Deum: cumque requireret Dominũ,
6 direxit eum in omnibus. * Denique egressus
est, & pugnauit contra Philisthijm, & destru-
xit murum Geth, & murum Iabniæ, mu-
rumque Azoti: ædificauit quoque oppida in
7 Azoto, & in Philisthijm. * Et adiuuit eum
Deus contra Philisthijm, & contra Ara-
bes, qui habitabant in Gurbaal; & contra
8 Ammonitas. * Appendebantque Ammonitę
B munera Oziæ: & diuulgatum est nomen e-
ius vsque ad introitum Ægypti propter cre-
9 bras victorias. * Ædificauitque Ozias turres
in Ierusalem super portam anguli, & super
portam vallis, & reliquas in eodem muri la-
10 tere, firmauitque eas. * Extruxit etiam tur-
res in solitudine, & effodit cisternas pluri-
mas, eo quòd haberet multa pecora, tam in
cam-

campestribus, quam in eremi vastitate: vi-
neas quoque habuit, & vinitores in monti-
bus, & in Carmelo: erat quippe homo agri-
culturæ deditus. * Fuit autem exercitus 11
bellatorum eius, qui procedebant ad prælia
sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque docto-
ris, & sub manu Hananiæ, qui erat de duci-
bus regis. * Omnisque numerus principum 12
per familias virorum fortium, duorum mil-
lium sexcentorum. * Et sub eis vniuersus e- 13
xercitus trecentorum, & septem milliũ quin-
gentorũ: qui erant apti ad bella, & pro rege
contra aduersarios dimicabant. * Præpara- 14
uit quoque eis Ozias, id est, cũcto exercitui, C
clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, arcus-
que, & fundas ad iaciendos lapides. * Et fe- 15
cit in Ierusalem diuersi generis machinas,
quas in turribus collocauit, & in angulis mu-
rorum vt mitterent sagittas, & saxa grandia:
egressumque est nomẽ eius procul, eo quòd
auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset il-
lum. * Sed cum roboratus esset, eleuatum 16
est cor eius in interitum suum, & neglexit
Dominum Deum suum, ingressusque
templum Domini, adolere voluit incensum
super altare thymiamatis. * Statimque in- 17
gressus post eum Azarias sacerdos, & cũ eo
Sacerdotes Dñi, octoginta viri fortissimi, * 18
restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui
officij Ozia vt adoleas incensum Domino,
sed Sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron,
qui consecrati sunt ad huiuscemodi minis-
terium: egredere de sanctuario, ne contemp-
seris: quia non reputabitur tibi in gloriã, hoc
à Domino Deo. * Iratusque Ozias, tenens in 19
manu thuribulum vt adoleret incensum, D
minabatur Sacerdotibus. Statimque orta est
lepra in fronte eius coram Sacerdotibus, in
domo Domini super altare thymiamatis.
* Cumq. respexisset eum Azarias pontifex, 20
& omnes reliqui Sacerdotes, viderunt leprã
in fronte eius, & festinato expulerunt eum. *
Sed, & ipse perterritus, accelerauit egredi, eo
quòd sensisset illico plagã Domini. * " Fuit i- 21
" 4. Reg. 11.a. 5. gitur Ozias rex leprosus vsque ad diẽ mortis
suæ, & habitauit in domo separata plenus le-
pra, ob quam eiectus fuerat de domo Do-
mini. Porrò Ioatham filius eius, rexit domum
regis, & iudicabat populum terræ. * Reliqua 22
autem sermonum Oziæ priorum, & nouis-
simorum scripsit Isaias filius Amos, propheta. * Dormiuitque Ozias cum patribus su s, & 23
sepelierunt eum in agro regalium sepulchro
rum, eo quòd esset leprosus: regnauitq. Ioa-
tham filius eius prò eo:

CAP. XXVII.

4.Re.15 & 32. VIginti quinque annorum erat Ioatham 1
cum regnare cœpisset, & sedecim an- A
nis regnauit in Ierusalem: nomen matris e-
ius Ierusa filia Sadoc. * Fecitque quod rectũ 2
erat coram Domino, iuxta omnia quæ fece-
rat Ozias pater suus, excepto q̃ nõ est ingres-
sus templum Domini, & adhuc populus de
3 linquebat. * Ipse ædificauit portam domus
B Domini excelsum, & in muro Ophel multa
4 construxit * Vrbes quoque ædificauit in mõ
tibus Iuda, & in saltibus castella, & turres.
5 * Ipse pugnauit contra regem filiorum Am-
mon, & vicit eos, dederuntq. ei filij Ammõ
G in tempore illo centum talenta argenti, & de
cem millia coros tritici, ac totidem coros
hordei hæc ei præbuerunt filii Ammon in
6 anno secundo, & tertio. * Corroboratusque
est Ioatham eo quòd direxisset vias suas co-
7 ram Domino Deo suo. * Reliqua autem ser
monum Ioatham, & omnes pugnæ eius, &
opera scripta sunt in Libro regum Israel, &
8 Iuda. * Vigintiquinque annorum erat cum
D regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit
9 in Ierusalem. * Dormiuitque Ioatham cum
patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuita-
te Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro
eo.

CAP. XXVIII.

1 VIginti annorum erat Achaz cum regna- 4.Re.16.
A re cœpisset: & sedecim annis regnauit a. 1.
in Ierusalem: non fecit rectum in cõspectu
2 Domini sicut Dauid pater eius: * sed ambu-
lauit in vijs regum Israel, insuper, & statuas
3 fudit Baalim. * Ipse est, qui adoleuit incen-
sum in Vallebenennom, & lustrauit filios
suos in igne iuxta ritum gentium, quas in-
terfecit Dominus in aduentu filiorum Is-
4 rael. * Sacrificabat quoque, & thymiama
succẽdebat in excelsis, & in collibus: & sub
5 omni ligno frondoso. * Tradiditq. eũ Do-
minus Deus eius in manu regis Syriæ, qui
percussit eum, magnamque prædam cepit
de eius imperio, & adduxit in Damascum:
manibus quoque regis Israel traditus est, &
6 percussus plaga grandi. * Occiditque Phacee,
filius Romeliæ de Iuda centum viginti mil-
lia in die vno, omnes viros bellatores: eo q̃
reliquissent Dominum Deum patrum suo-
7 rum. * Eodem tempore occidit Zechri, vir
potens ex Ephraim, Maasiam filium regis;
& Ezricam ducem domus eius, Elcanam quo
8 que secundum à rege. * Ceperuntque fi-
lij Israel de fratribus suis ducenta millia mu-
lierum, puerorum, & puellarum, & in fini-
tam prædam: pertuleruntque eam in Sama-
9 riam. * Ea tempestate erat ibi propheta Dñi
B nomine Oded, qui egressus obuiam exerci-
tui venienti Samariam, dixit eis: Ecce iratus
Dominus Deus patrum vestrorum contra
Iuda, tradidit eos in manibus vestris, & oc-
cidistis eos atrociter, ita vt ad cælum pertin-
10 geret vestra crudelitas. * Insuper filios Iu-
da, & Ierusalem vultis vobis subijcere in ser-
uos, & ancillas, quod nequaquam facto opus
est: peccastis enim super hoc Domino Deo
11 vestro. * Sed audite consilium meũ, & redu
cite captiuos, quos adduxistis de fratribus ve
stris, quia magnus furor Domini imminet
12 vobis. * Steterunt itaque viri de principibus
filiorum Ephraim, Azarius filius Iohanam,

Barachias filius Mosoliamoth, Ezechias fi-
lius Seliam,& Amasa filius Adali,cõtra eos,
qui veniebãt de prælio, * & dixerũt eis: Non 13
introducetis huc captiuos,ne peccemus Do-
mino. Quare vultis adijcere super peccata
nostra,& vetera cumulare delicta? grande
quippe peccatum est, & ira furoris Domini
imminet super Israel. * Dimiseruntque viri 14
bellatores prædam,& vniuersa,quę ceperant
coram principibus, & omni multitudine.
* Steteruntque viri, quos supra memorau- 15
mus, & apprehendentes captiuos, omnesq.
qui nudi erãt, vestierunt de spolijs: cumque
vestissent eos, & calceassent,& refecissent ci-
bo ac potu, vnxissentque propter laborem,
& adhibuissent eis curam: quicumq. ambu-
lare non poterant, & erant imbecillo corpo-
re,imposuerunt eos iumentis, & adduxerũt
Iericho Ciuitatem palmarum ad fratres eo-
rum,ipsique reuersi sunt in Samariam.* Tẽ- 16
pore illo misit rex Achaz ad regem Assyrio-
rum,postulãs auxilium.* Veneruntque Idu- 17
mæi,& percusserunt multos ex Iuda,& cepe
runt prædam magnam.* Philisthijm quoq. 18
diffusi sunt per vrbes cãpestres,& ad Meri-
diem Iuda: ceperuntque Bethsames,& Aia-
lon,& Gederoth, Socho quoque, & Tham-
nã, & Ganzo, cum viculis suis, & habitaue-
runt in eis. * Humiliauerat enim Dominus 19
Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quòd
nudasset eum auxilio,& contemptui habuis-
set Dominum. * Adduxitque contra eum 20
Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui D
& afflixit eum,& nullo resistente vastauit.
* Igitur Achaz spoliata domo Domini, & 21
domo regum,ac principum,dedit regi Assy-
riorum munera, & tamen nihil ei profuit.
* Insuper & tempore angustiæ suæ auxit cõ 22
temptum in Dominum, ipse per se rex A-
chaz. * immolauit dijs Damasci victimas 23
percussoribus suis,& dixit: Dij regum Syriæ
auxiliantur eis, quos ego placabo hostijs, &
aderunt mihi,cũ è contrario ipsi fuerint ru-
inæ ei,& vniuerso Israel.* Direptis itaque A- 24
chaz omnibus vasis domus Dei, atque con-
fractis,clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi
altaria in vniuersis angulis Ierusalem. * In 25
omnibus quoq. vrbibus Iuda extruxit aras
ad cremandũ thus, atque ad iracundiã pro-
uocauit Dominum Deum patrum suorum.
* Reliqua autem sermonum eius,& omniũ 26
operum suorum priorum,& nouissimorum
scripta sunt in Libro regum Iuda, & Israel.
* Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & 27
sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem:neque
enim receperunt eum in sepulchra regum Is
rael. Regnauitq. Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX.

4.Re.18. 2.1. IGitur Ezechias regnare cępit, cum vigin- 1
tiquinque esset annorum, & vigintinouẽ A
annis regnauit in Ierusalem: nomen matris
eius Abia,filia Zachariæ. * Fecitq. quod erat 2
placitum in cõspectu Domini iuxta omnia
quæ fecerat Dauid pater eius.* Ipse anno. & 3
mẽse primo regni sui aperuit valuas domus
Domini:& instaurauit eas. * adduxitque Sa- 4
cerdotes,atque Leuitas,& congregauit eos in
plateam Orientalem. * Dixitque ad eos: Au- 5
dite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate
domum Domini Dei patrum vestrorum, &
auferte omnem immunditiam de sanctua-
rio. * Peccauerunt patres nostri, & fecerunt 6
malum in conspectu Domini Dei nostri, de
reliquentes eum: auerterunt facies suas à ta-
bernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.
7 * Clauserunt ostia, quæ erant in porticu, &
B extinxerunt lucernas, incensumque nõ ado-
leuerunt,& holocausta nõ obtulerunt in san-
8 ctuario Deo Israel. * Concitatus est itaque
furor Domini super Iudã, & Ierusalem, tra-
diditque eos in commotionem, & in interi-
tum,& in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis ve-
stris. * En,corruerunt patres nostri gladijs,
filij nostri,& filiæ nostræ, & coniuges capti-
10 uæ ductæ sunt propter hoc scelus.* Nũc ergo
placet mihi vt ineamus fędus cum Do-
mino Deo Israel, & auertet à nobis furorem
11 iræ suæ. * Filij mei nolite negligere: vos ele-
git Dns vt stetis coram eo, & ministretis il-
li,colatisque eum, & cremetis ei incensum.
12 * Surrexerunt ergo Leuitæ: Mahath filius
Amasai,& Ioel filius Azariæ de filijs Caath:
D Porrò de filijs Merari, Cis filius Abdi,& A-
zarias filius Ialaleel. De filijs autem Gersom
13 Ioah filius Zemma,& Edẽ filius Ioah. * At
verò de filijs Elisaphan, Samri, & Iahiel. De
filijs quoque Asaph, Zacharias, & Matha-
14 nias. Nec non de filijs Heman, Iahiel,& Se-
mei: Sed & de filijs Idithun: Semeias,& O-
15 ziel. * Congregaueruntque fratres suos, &
sanctificati sunt,& ingressi sunt iuxta man-
datum regis, & imperium Domini, vt expia
16 rent domum Dei. * Sacerdotes quoque in-
gressi templum Domini vt sanctificarent il-
lud, extulerunt omnem immunditiam, quã
intro repererant in vestibulo domus Domi-
ni, quam tulerunt Leuitæ, & asportauerunt
17 ad Torrentem Cedron foras.* Cæperunt au-
D tem prima die mẽsis primi mundare, & in
die octauo eiusdem mẽsis ingressi sunt por-
ticum templi Domini, expiaueruntque tem-
plũ diebus octo, & in die sextadecima men-
sis eiusdem, quod cœperant impleuerunt.
18 * Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem,
& dixerunt ei: Sanctificauimus omnem do-
mum Domini,& altare holocausti, vasaque
eius, necnon & mensam propositionis cum
19 omnibus vasis suis, * cunctamque tẽpli su-
pellectilem,quam polluerat rex Achaz in re-
gno suo, postquam præuaricatus est: & ecce
exposita sunt omnia coram altare Domini.
20 * Consurgẽsque diluculo Ezechias rex,ad u-
nauit omnes principes ciuitatis, & ascendit
21 in domum Domini: obtuleruntque simul
tauros septẽ,& arietes septem,agnos septem,
& hircos septem pro peccato,pro regno, pro
sanctuario,pro Iuda,dixitque sacerdotib. fi-
lijs Aaron vt offerrent super altare Domini.

* Macta-

* Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt 22
sanguinem Sacerdotes,& fuderunt illum su- E
per altare,mactauerunt etiam arietes,& illo-
rum sanguinẽ super altare fuderunt, immo-
laueruntque agnos,& fuderunt super altare
sanguinem.* Applicuerunt hircos pro pecca- 23
to coram rege,& vniuersa multitudine, im-
posueruntque manus suas super eos.* & im 24
molauerunt illos Sacerdotes, & asperserunt
sanguinem eorum coram altare pro piaculo
vniuersi Israelis:pro omni quippe Israel præ
ceperat rex vt holocaustum fieret,& pro pec-
cato. * Constituit quoque Leuitas in domo 25
Domini cum cymbalis, & psalterijs, & citha-
ris secundum dispositionem Dauid regis, & F
Gad Videntis,& Nathã prophetæ: siquidem
Domini præceptum fuit per manum prophe
tarum eius. * Steteruntque Leuitæ tenentes 26
organa Dauid,& Sacerdotes tubas.* Et ius- 27
sit Ezechias vt offerrent holocausta super al-
tare: cumque offerentur holocausta,cœpe-
runt laudes canere Domino, & clangere tu-
bis,atque in diuersis organis,quæ Dauid rex
Israel præparauerat,concrepare. * Omni au- 28
tem turba adorante, cantores, & ij,qui tene-
bant tubas, erant in officio suo, donec com-
pleretur holocaustum.* Cumque finita esset 29
oblatio,incuruatus est rex, & omnes qui erãt
cum eo,& adorauerunt. * Præcepitque Eze 30
chias, & principes Leuitis, vt laudarent Do-
minum sermonibus Dauid, & Asaph Vidẽ-
tis, qui laudauerunt eum magna lætitia, &
incuruato genu adorauerunt.* Ezechias au- 31
tem etiã hæc addidit: Implestis manus ve- G
stras Domino, accedite, & offerte victimas,
& laudes in domo Domini. Obtulit ergo v-
niuersa multitudo hostias, & laudes, & ho-
locausta mente deuota.* Porrò numerus ho 32
locaustorũ,quæ obtulit multitudo, hic fuit,
Tauros septuaginta, arietes centum, agnos
ducentos.* Sanctificaueruntq. Domino bo- 33
ues sexcentos,& oues tria millia. * Sacerdo- 34
tes verò pauci erant, nec poterant sufficere
vt pelles holocaustorum detraherent: vnde
& Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos,do
nec impleretur opus, et sanctificarentur an-
tistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctifi-
cantur,quam Sacerdotes.* Fuerunt ergo ho 35
locausta plurima,adipes pacificorum,et liba-
mina holocaustorum: et completus est cul-
tus domus Domini. * Lætatusque est Eze- 36
chias,et omnis populus, eo quod ministeriũ
Domini esset expletum. De repente quippe
hoc fieri placuerat.

CAP. XXX.

MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel, 1
et Iudam:scripsitque epistolas ad E- A
phraim, et Manasseh vt venirent ad domũ
Domini in Ierusalem, & facerent Phase Do-
mino Deo Israel. * Inito ergo consilio regis 2
& principum, & vniuersi cœtus Ierusalem,
decreuerunt vt faceret Phase mense secun-
do.* Non enim potuerant facere in tempore 3
suo,quia sacerdotes, qui possent sufficere,sã-
ctificati non fuerant,& populus nondũ con-
4 gregatus fuerat in Ierusalem. * Placuitque
5 sermo regi,& omni multitudini * Et decre-
uerunt vt mitterent nuncios in vniuersum
Israel de Bersabee vsque Dã vt venirẽt,& fa
cerent Phase Domino Deo Israel in Ierusa-
lem:multi enim non fecerant sicut lege præ-
6 scriptum est.* Perrexeruntque cursores cum
epistolis ex regis imperio,& principum eius,
in vniuersum Israel,& Iudam iuxta id,quod
rex iusserat,prædicantes: Filij Israel reuerti-
mini ad Dominũ Deum Abraham,& Isaac,
B & Israel:& reuertetur ad reliquias,quæ effu-
7 gerunt manum regis Assyriorum. * Nolite
fieri sicut patres vestri,& fratres qui recesse-
runt à Domino Deo patrum suorum,qui tra
8 didit eos in interitum,vt ipsi cernitis. * Noli
te indurare ceruices vestras, sicut patres ve-
stri: tradite manus Domino, & venite ad sã-
ctuarium eius,quod sanctificauit in æternũ:
seruite Domino Deo patrum vestrorum, &
9 auertetur à vobis ira furoris eius. * Si enim
vos reuersi fueritis ad Dominum:fratres ve-
stri, & filij habebunt misericordiam coram
Dominis suis,qui illos duxerunt captiuos,&
reuertentur in terram hanc pius enim, & cle
mens est Dominus Deus vester, & non auer
tet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad
10 eum. * Igitur cursores pergebant velociter
de ciuitate in ciuitatem per terrã Ephraim,
& Manasse vsque ad Zabulon, illis irridenti
11 bus,& subsannantibus eos.* Attamen quidã
viri ex Aser,et Manasse, et Zabulon acquie-
12 scentes consilio,venerunt Ierusalem.* In Iu
da verò facta est manus Domini, vt daret eis
cor vnum, vt facerent iuxta præceptum re-
13 gis, et principum verbum Domini. * Con-
gregatique sunt in Ierusalem populi multi
vt facerent solemnitatem azymorũ,in men-
14 se secundo: *et surgentes destruxerunt alta-
C ria,quæ erant in Ierusalem, atque vniuersa,
in quibus, idolis adolebatur incensum,sub-
uertentes, proiecerunt in Torrentem Ce-
15 dron.* Immolauerunt autem Phase quarta
decima die mensis secundi. Sacerdotes quo-
que,atque Leuitæ tandem sanctificati obtu-
16 lerunt holocausta in domo Domini:* Stete-
runtque in ordine suo iuxta dispositionem,
et legem Moysi hominis Dei: Sacerdotes ve-
rò suscipiebant effundendum sanguinẽ de
17 manibus Leuitarum,* eo quod multa turba
sanctificata non esset:et idcircò immolarent
Leuitæ Phase his, qui non occurrerant san-
18 ctificari Domino.* Magna etiam pars popu-
li de Ephraim,et Manasse,et Issachar,et Za
bulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit
Phase,non iuxta quod scriptum est: et ora-
uit pro eis Ezechias,dicens: Dominus bonus
19 propitiabitur * cunctis, quin toto corde re-
quirunt Dominum Deum patrum suorum:
et non imputabit eis quod minus sanctifica-
20 ti sunt. * Quem exaudiuit Dominus, et pla-
21 catus est populo. * Feceruntque filij Israel,
qui inuenti sunt in Ierusalem, solemnitatem

azymorum ſeptem diebus in lætitia magna,
laudantes Dominum per ſingulos dies: Leui-
tæ quoque,& Sacerdotes per organa,quæ ſuo
officio congruebãt.* Et locutus eſt Ezechias 22
ad cor omnium Leuitarum,qui habebant in-
telligentiam bonam ſuper Domino:& come-D
derunt ſeptem diebus ſolemnitatis immolã-
tes victimas pacificorum,& laudantes Dñm
Deum patrum ſuorum.* Placuitque vniuer- 23
ſæ multitudini, vt celebrarent etiã alios dies
ſeptem, quod & fecerunt cum ingenti gau-
dio.* Ezechias .n. rex Iuda præbuerat mul- 24
titudini mille tauros,& ſeptem millia ouiũ:
principes verò dederãt populo tauros mille,
& oues decẽ millia:ſanctificata eſt ergo ſacer-
dotum plurima multitudo.* Et hilaritate 25
perfuſa omnis turba Iuda,tam Sacerdotum
& Leuitarum,quã vniuerſæ frequentiæ,quæ
venerat ex Iſrael: proſelytorum quoque de
Terra Iſrael,& habitantium in Iuda:* Fa- 26
ctaque eſt grandis celebritas in Ieruſalẽ,qua-
lis à diebus Salomonis filij Dauid regis Iſrael
in ea vrbe non fuerat.* Surrexerunt autem 27
Sacerdotes atque Leuitæ benedicentes popu-
lo:& exaudita eſt vox eorum:peruenitq. ora-
tio in habitaculum ſanctum cæli.

CAP. XXXI.

CVmq. hæc feciſſent titè celebrata,egreſ- 1
ſus eſt omnis Iſrael, qui inuentus fue- A
rat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulacra,
ſuccideruntque lucos,demoliti ſunt excelſa,
&altaria deſtruxerunt,non ſolũ de vniuerſo
Iuda,& Beniamin, ſed & de Ephraim quo-
que, & Manaſſe, donec penitus euerterent:
reuerſiq. ſunt omnes filij Iſrael in poſſeſſio-
nes,& ciuitates ſuas.* Ezechias autem cõſti- 2
tuit turmas Sacerdotales,& Leuiticas per di-
uiſiones ſuas, vnumquemque in officio pro-
prio,tam Sacerdotum videlicet,quam Leui-
tarum ad holocauſta,& pacifica,vt miniſtra-
rent,& confiterentur,canerentq. in portis ca-
ſtrorum Dñi.* Pars autem regis erat,vt de 3
propria eius ſubſtantia offerretur holocau-
ſtũ,mane ſemper veſpere. Sabbatis quoq. &
Calendis,& ſolemnitatibus ceteris,ſicut ſcri-
ptum eſt in lege Moyſi.* Præcepit etiam po- 4
pulo habitantium Ieruſalem, vt darent par-
tes Sacerdotibus,& Leuitis, vt poſſent vaca-
re legi Dñi.* Quod cum percrebuiſſet in au- 5
ribus multitudinis,plurimas obtulere primi- B
tias filij Iſrael frumenti, vini, & olei, mellis
quoque & omnium,quæ gignit humus,deci-
mas obtulerunt.* Sed & filij Iſrael,& Iuda,q 6
habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt de-
cimas boum,& ouium,decimaſq.ſanctorum,
quæ vouerant Dño Deo ſuo: atque vniuerſa
portantes,fecerunt aceruos plurimos.* Mẽſe 7
tertio cęperunt aceruorum iacere fundamẽ-
ta,& menſe ſeptimo compleuerũt eos:* Cũq. 8
ingreſſi fuiſſent Ezechias, & principes eius,
viderunt aceruos, & benedixerunt Dño, ac
populo Iſrael.* Interrogauitq. Ezechias Sa- 9
cerdotes,& Leuitas cur ita iacerent acerui.* 10
Reſpondit illi Azarias Sacerdos primus de
ſtirpe Sadoch,dicens: Ex quo cęperunt offer-
ri primitiæ in domo Domini,comedimus,&
ſaturati ſumus,& remanſerũt plurima,eo q
C benedixerit Dñs populo ſuo:reliquiarũ, aũt
11 copia eſt iſta,quam cernis.* Præcepit igitur
Ezechias, vt præparatent horrea in domo
12 Dñi. Quod cum feciſſent, * intulerunt tam
primitias,quam decimas,& quæcumq. voue
rant fideliter. Fuit autem præfectus eorum
Chonenias Leuita,& Semei frater eius,ſecũ-
13 dus, * poſt quem Iahiel, & Azarias, & Na-
hath,& Aſael,& Ierimoth, Iozabad quoque
& Eliel,& Ieſmachias,& Mahath,& Banaas,
præpoſiti ſub manibus Choneniæ, & Semei
fratris eius,ex imperio Ezechiæ regis & Aza-
riæ Pontificis domus Dei,ad quos oĩa perti-
14 nebãt.* Core verò filius Gemna Leuites,&
ianitor. Orientalis portæ præpoſitus erat ijs,
quæ ſponte offerebantur Dño, primitijſque
15 & conſecratis in Sancta Sanctorum.* Et ſub
cura eius Eden,& Beniamin,Ioſue,& Seme-
ias, Amarias, quoq. & Sechenias in ciuitatib.
Sacerdotum, vt fideliter diſtribuerent fra-
tribus ſuis partes,minoribus, atque majorib.
16 * exceptis maribus ab annis tribus,& ſupra,
D cunctis,qui ingrediebantur templum Domi
ni, & quidquid per ſingulos dies conducebat
in miniſterio, atq. obſeruationibus iuxta di-
17 uiſiones ſuas. * Sacerdotib. per familias, &
Leuitis à vigeſimo anno, & ſupra, per ordi-
18 nes,& turmas ſuas, * vniuerſæque multitu-
dini,tam vxoribus,quam liberis eorũ vtriuſ-
que ſexus, fideliter cibi de his, quæ ſanctifi-
19 cata fuerant præbebantur.* Sed & filiorum
Aaron per agros,& ſuburbana vrbium ſingu
larum diſpoſiti erant viri, qui partes diſtri-
buerent vniuerſo ſexui maſculino de Sacer-
20 dotibus,& Leuitis.* Fecit ergo Ezechias vni-
uerſa,quæ diximus in omni Iuda:operatuſq.
eſt bonum & rectum, & verum coram Do-
21 mino Deo ſuo,* in vniuerſa cultura miniſte-
rij domus Domini, iuxta legem, & ceremo-
nias, volens requirere Deum ſuum in toto
corde ſuo:fecitque,& proſperatus eſt.

CAP. XXXII.

1 POſt quæ & huiuſcemodi veritatem, ve- 4. Reg.
A nit Sennacherib rex Aſſyriorum, & in- 18.v.13.
2 greſſus Iudam,obſedit ciuitates munitas,vo Iſ.56.a.1
lens eas capere. * Quod cum vidiſſet Eze- Eccl. 48.
3 chias, veniſſe ſcilicet Sennacherib, & totum c. 20.
belli impetum verti contra Ieruſalem, * ini-
to cum principibus conſilio,viriſque fortiſſi-
mis, vt obturarent capita fontium, qui erant
extra vrbem:& hoc omnium decernente sẽ-
4 tentia, * congregauit plurimam multitudi-
nem, & obturauerunt cunctos fontes, & ri-
uum,qui fluebat in medio terræ, dicentes:
Ne veniant reges Aſſyriorum, & inueniant
5 aquarum abundantiam.* Ædificauit quoque
agens induſtriè, omnem murum,qui fuerat
diſſipatus, & extruxit turres deſuper, & fo-
rinſecus alterum murum;inſtaurauitq. Mel-
lo

lo in Ciuitate Dauid, & fecit vniuerſi gene-
ris armaturam,& clypeos:* cõſtituitq. prin- 6
cipes bellatorum in exercitu: & conuocauit B
vniuerſos in platea portæ ciuitatis,ac locutus
eſt ad cor eorum dicens.* Vtiliter agite,& 7
confortamini: nolite timere, nec paueatis re-
gem Aſſyriorum, & vniuerſam multitudi-
nem,quæ eſt cum eo:multo enim plures no-
biſcum ſunt,quam cum illo.* Cum illo enim 8
eſt brachium carneum: nobiſcum Dominus
Deus noſter,qui auxiliator eſt noſter,pugnat-
que pro nobis. Confortatuſque eſt populus
huiuſcemodi verbis Ezechiæ regis Iuda.* 9
Quæ poſtquam geſta ſunt,miſit Sennacherib
rex Aſſyriorum,ſeruos ſuos in Ieruſalẽ(ipſe
enim cum vniuerſo exercitu obſidebat La- C
chis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnẽ
populum,qui erat in vrbe,dicens:* Hæc di- 10
cit Sennacherib rex Aſſyriorum: In quo ha-
bentes fiduciam ſedetis obſeſſi in Ieruſalẽ?
* Num Ezechias decipit vos,vt tradat mortii 11
in fame, & ſiti,affirmans quòd Dominus
Deus veſter,liberet vos de manu regis Aſſy-
riorum?* Numquid non iſte eſt Ezechias, 12
qui deſtruxit excelſa illius, & altaria, & præ-
cepit Iuda & Ieruſalem,dicens: Coram altari
vno adorabitis, & in ipſo comburetis incen-
ſum?* An ignoratis,quæ ego fecerim, & pa- 13
tres mei cunctis terrarum populis?numquid
præualuerunt dijgentium,omniumq. terra-
rum liberare regionem ſuam de manu mea?
* Quis eſt de vniuerſis dijs gentium,quos va 14
ſtauerunt patres mei,qui potuerit eruere po
pulum ſuum de manu mea, vt poſſit etiam
Deus veſter eruere vos de hac manu?* Non 15
vos ergo decipiat Ezechias,nec vana perſua-
ſione deludat,neque credatis eis. Si enim nul-D
lus potuit Deus cunctarum gentium atq. re-
gnorum liberare populum ſuum de manu
mea,& manu patrum meorum, conſequen-
ter nec Deus veſter poterit eruere vos de ma-
nu mea.* Sed & alia multa locuti ſunt ſerui 16
eius contra Dominum Deum,& contra Eze-
chiam ſeruum eius,* epiſtolas quoque ſcrip- 17
ſit plenas blaſphemiæ in Dñm Deum Iſ-
rael,& locutus eſt aduerſus eum: Sicut dijgẽ-
tium ceterarum non potuerunt liberare po-
pulum ſuum de manu mea,& ſic Deus Eze-
chiæ eruere non poterit populum ſuum de
manu iſta.* Inſuper & clamore magno lin- 18
gua Iudaica contra populum, qui ſedebat in
muris Ieruſalem,perſonabat,vt terreret eos,
& caperet ciuitatem.* Locutuſque eſt con- 19
tra Deum Ieruſalem, ſicut aduerſum Deos E
populorum terræ,opera manuũ hominum.
* Orauerunt igitur Ezechias rex,& Iſaias fi- 20
lius Amos prophetes, aduerſum hanc bla-
ſphemiam, ac vociferati ſunt vſque in cælũ.
*Tob.1. *" Et miſit Dominus Angelum,qui percuſſit 21
d.21. omnem virum robuſtum, & bellatorem, &
principem exercitus regis Aſſyriorum: Re-
uerſuſque eſt cum ignomnia in terram ſuã.
Cumque ingreſſus eſt domum Dei ſui, filij
qui egreſſi fuerant de vtero eius,interfecerũt
eum gladio.* Saluauitque Dñs Ezechiam,& 22
hãbitatores Ieruſalem de manu Sennache-
rib regis Aſſyriorum,& de manu omnium,
23 & præſtitit eis quietem per circuitum.* Mul
ti etiam deferebant hoſtias, & ſacrificia Do-
mino in Ieruſalem, & munera Ezechiæ regi
F Iuda:qui exaltatus eſt,poſt hæc coram cũctis
24 gentibus. * " In diebus illis ægrotauit Eze- " 4. Reg.
chias,vſque ad mortem, & orauit Dominũ: 20.a.1.
25 exaudiuitq. eum,& dedit ei ſignũ.* Sed non Iſa.38.a.
iuxta beneficia,quæ acceperat,retribuit, quia 1.
eleuatum eſt cor eius: & facta eſt cõtra eum
26 ira,& contra Iudam,& Ieruſalem.* Humi-
liatuſq. eſt poſtea,eò quod exaltatum fuiſſet
cor eius, tam ipſe, quam habitatores Ieruſa-
lem: & idcirco non venit ſuper eos ira Dñi
27 in diebus Ezechiæ.* Fuit autem Ezechias di
ues,& inclytus valde,& theſauros ſibi pluri-
mos congregauit argenti, & auri, & lapidis
pretioſi,aromatum,& armorum vniuerſi ge
28 neris,& vaſorum magni pretij.* Apothecas
quoque frumenti,vini,& olei,& præſepia
omnium iumentorum, caulaſque pecorum,
29 * & vrbes ædificauit ſibi:habebat quippe
greges ouium, & armentorum innumerabi-
les,eò quod dediſſet ei Dominus ſubſtantiã
30 multam nimis.* Ipſe eſt Ezechias,qui obtu-
G rauit ſuperiorem fontem aquarum Gihon,
& auertit eas ſubter ad Occidentem Vrbis
Dauid: in omnibus operibus ſuis, fecit pro-
31 ſperè quæ voluit. * Attamen in legatione
principum Babylonis, qui miſſi fuerant ad
eum,vt interrogarent de portento, quod ac-
ciderat ſuper terram, dereliquit eum Deus,
vt tentaretur,& nota fierent omnia,quæ erãt
32 in corde eius.* Reliqua autem ſermonum
Ezechiæ,& miſericordiarum eius ſcripta ſũt
in viſione Iſaiæ filij Amos prophetæ,& in li-
33 bro regum Iuda,& Iſrael.* Dormiuitq. Eze-
chias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum,
ſuper ſepulchra filiorum Dauid: & celebra-
uit eius exequias vniuerſus Iuda, & omnes
habitatores Ieruſalem: regnauitq. Manaſſes
filius eius pro eo.

CAP. XXXIII.

1 DVodecim annorum erat Manaſſes cũ 4.Re.21
A regnare cępiſſet, & quinquagintaquin- a.2.
2 que annis regnauit in Ieruſalem.* Fecit autẽ
malum coram Domino iuxta abominatio-
nes gentium,quas ſubuertit Dominus coram
3 filijs Iſrael:& conuerſus inſtaurauit excelſa,
quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius:
conſtruxitque aras Baalim,& fecit lucos, &
adorauit omnem militiam cæli, & coluit
4 eam. * Ædificauit quoque altaria in domo
5 Domini,de qua dixerat Dominus: * " In Ie- " 2. Reg.
ruſalem erit nomen meum in æternum. Æ- 7.b.10.
dificauit autem ea cuncto exercitui cæli in
6 duobus atrijs domus Domini.* Tranſireque
fecit filios ſuos per ignem in Vallebennon:
obſeruabat ſomnia, ſectabatur auguria, ma-
leficis artibus inſeruiebat, habebat ſecũ ma-
gos,& incantatores:multaque mala operatus
7 eſt coram Domino, vt irritaret eum.* Scul-

ptile quoque, & conflatile signum posuit in B
domo Dei, [n] de qua locutus est Deus ad Da-
[n]2. Reg. 7.b.17. uid, & ad Salomonem filium eius, dicens: In
domo hac, & in Ierusalem, quam elegi de cũ-
ctis tribubus Israel, ponam nomen meum in
sempiternum.* Et moueri non faciam pedẽ 8
Israel de terra, quam tradidi patribus eorũ:
ita dumtaxat si custodierint facere quæ præ-
cepi eis, cunctamque legem, & ceremonias, at-
que iudicia per manum Moysi.* Igitur Ma- 9
nasses seduxit Iudam, & habitatores Ierusa-
lem, vt facerent malum super omnes gentes,
quas subuerterat Dominus à facie filiorũ Is-
rael.* Locutusq. est Dominus ad eum, & ad 10
populum illius, & attendere noluerunt.* Id- 11
circo superinduxit eis principes exercitus re-
gis Assyriorum: ceperuntque Manassen, &
vinctum catenis, atque compedibus duxerũt
in Babylonem.* Qui postquam coangustatus 12
est, orauit Dñm Deum suum: & egit pœnitẽ-
tiam valde coram Deo patrum suorũ.* De- 13
precatusque est eum, & obsecrauit intentè, & C
exaudiuit orationem eius, reduxitque eũ Ie-
rusalem in regnum suum, & cognouit Manas-
ses, quod Dñs ipse esset Deus.* Post hęc ædi- 14
ficauit murum extra ciuitatem Dauid ad Oc-
cidentem Gehon in conualle, ab introitu por-
tæ piscium, per circuitum vsque ad Ophel, &
exaltauit illum vehementer: constituitq. prin-
cipes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda mu-
nitis:* & abstulit deos alienos, & simulacrum 15
de domo Domini: aras quoque, quas fecerat
in monte domus Domini, & in Ierusalem, &
proiecit omnia extra vrbem.* Porrò instau- 16
rauit altare Domini, & immolauit sup illud
victimas, & pacifica, & laudem, præcepitque
Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel.* Atta- 17
men adhuc populus immolabat in excelsis
Domino Deo suo.* Reliqua autem gestorum 18
Manassæ: & obsecratio eius ad Deum suum,
verba quoque Videntium, qui loquebantur
ad eum in nomine Domini Dei Israel, conti-
nentur in sermonibus regum Israel.* Oratio 19
quoque eius, & exauditio, & cuncta peccata, D
atque contemptus, loca etiam, in quibus ædi-
ficauit excelsa, & fecit lucos, & statuas ante-
quam ageret pœnitentiam, scripta sunt in ser-
monibus Hozai.* Dormiuit ergo Manasses 20
cum patribus suis, & sepelierunt eum in do-
mo sua: regnauitque pro eo filius eius Amõ.
* Viginti duorum annorum erat Amon cum 21
regnare cepisset, & duobus annis regnauit in
Ierusalem.* Fecitque malum in conspectu 22
Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: &
cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabrica-
tus, immolauit, atq. seruiuit.* Et non est re- 23
ueritus facie Domini, sicut reueritus est Ma-
nasses pater eius: & multo maiora deliquit.* 24
Cumque coniurassent aduersus eum serui
sui, interfecerunt eum in domo sua.* Porrò 25
reliqua populi multitudo cæsis ijs, qui Amon
percusserant, constituit regem Iosiam filium
eius pro eo.

CAP. XXXIV.

1 OCto annorum erat Iosias cum regnare 4.Re.22.
A cœpisset, & triginta & vno anno regna- 2.1.
2 uit in Ierusalem.* Fecitque, quod erat rectũ
in conspectu Domini, & ambulauit in vijs
Dauid patris sui: non declinauit, neq. ad dex-
3 tram, neq. ad sinistram.* Octauo autem an-
no regni sui, cum adhuc esset puer, cœpit q̃-
rere Deum patris sui Dauid, & duodecimo
anno postquam regnare cœperat, mundauit
Idam, & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simu-
4 lacrisque, & sculptilibus.* Destruxeruntq; co-
ram eo aras Baalim: & simulacra, quæ super-
posita fuerant, demoliti sunt: lucos etiam, &
sculptilia succidit, atque comminuit: & super
tumulos eorum, qui eis, immolare consueue-
5 rant, fragmenta dispersit.* Ossa præterea sa-
B cerdotum combussit in altaribus idolorum,
6 mundauitque Iudam, & Ierusalem.* Sed &
in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon,
7 vsque Nephtali cuncta subuertit.* Cumque
altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia cõtri-
uisset in frusta, cunctaque delubra demolitus
esset de vniuersa Terra Israel, reuersus est
8 in Ierusalem. * Igitur anno octauodecimo
regni sui, mundata iam terra, & templo Dñi,
misit Saphan filium Eseliæ, & Maasiã prin-
cipem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à cõ-
mentarijs, vt instaurarent domum Dñi Dei
9 sui.* Qui venerunt ad Helciam Sacerdotem
magnum: acceptamque ab eo pecuniam, quæ
C illata fuerat in domum Domini, & quã con-
gregauerãt Leuitæ, & ianitores de Manasse,
& Ephraim, & vniuersis reliquijs Israel, ab
omni quoque Iuda, & Beniamin, & habita-
10 toribus Ierusalem,* tradiderunt in manibus
eorũ, qui præerant in operarijs in domo Dñi
vt instaurarent templum, & in firma, quęque
11 sarcirent.* At illi dederunt eam artificibus,
& cæmentarijs, vt emerent lapides de lapici-
dinis, & ligna ad commissuras ædificij, & ad
contignationem domorum, quas destruxe-
12 rant reges Iuda.* Qui fideliter cuncta facie-
bant. Erant autem præpositi operantium, Ia-
hath, & Abdias de filijs Merari, Zacharias, &
Mosollam de filijs Caath, qui vrgebãt opus:
13 omnes Leuitæ scientes organis canere.* Su-
per eos verò, qui ad diuersos vsus onera por-
tabant, erant scribæ, & magistri de Leuitis ia-
14 nitores.* Cumque efferrent pecuniam, quæ
D illata fuerat in templum Dñi, reperit Hel-
cias Sacerdos Librum legis Domini per ma-
15 num Moysi.* Et ait ad Saphan scribam: Li-
brũ legis inueni in domo Domini: Et tradi-
16 dit ei.* At ille intulit volumen ad regem, &
nunciauit ei dicẽs: Omnia, quæ dedisti in ma
17 nu seruorum tuorum, ecce complentur. *
Argẽtum, quod repertum est in domo Dñi,
conflauerunt: datumq. est præfectis artificũ,
18 & diuersa opera fabricantium. * Præterea
tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum.
19 Quẽ cũ rege præsẽte recitasset, *audissetq. il-
20 le verba legis, scidit vestimẽta sua: *& præce-
pit

pit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & Ab-
don filio Micha, Saphan quoque scribe, &
Asaæ seruo regis, dicens: * Ite, & orate 21
Dominum pro me, & pro reliquijs Israel, E
& Iuda, super vniuersis sermonibus Libri
istius, qui repertus est: magnus enim furor
Domini stillauit super nos, eò quod non cu-
stodierint patres nostri verba Domini, vt fa-
cerent omnia, quæ scripta sunt in isto vo-
lumine. * Abijt ergo Helcias, & hi, qui si- 22
mul à rege missi fuerãt, ad Oldam prophe-
tidem, vxorem Sellum filij Thecuath, filij
Hasra custodis vestium: quæ habitabat in
Ierusalem in Secunda: & locuti sunt ei ver-
ba, quæ supra narrauimus. * At illa respon- 23
dit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Di-
cite viro, q̃ misit vos ad me:* Hæc dicit Do- 24
minus; Ecce ego inducam mala super locum
istum, & super habitatores eius, cunctaque
maledicta, quæ scripta sunt in Libro hoc,
quem legerũt coram rege Iuda.* Quia dere- 25
liquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, F
vt me ad iracundiam prouocarẽt in cunctis
operibus manuum suarum, idcirco stillabit
furor meus super locum istum, & non ex-
tinguetur.* Ad regem autem Iuda, qui mi- 26
sit vos pro Domino deprecando, sic loqui-
mini: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quo-
niam audisti verba voluminis, *atq. emol- 27
litum est cor tuum, & humiliatus es in con-
spectu Dei super his, quæ dicta sunt contra
locum hunc, & habitatores Ierusalem, reue-
ritusq. faciem meam, scidisti vestimenta tua,
& fleuisti coram me: ego quoq. exaudiui te,
dicit Dominus. * Iam enim colligam te ad 28
patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum
in pace: nec videbunt oculi tui omne ma-
lum, quod ego inducturus sum super locum
[n]4. Reg. 23.a.1. istum, & super habitatores eius:[n] Retulerunt
itaque regi cuncta, quæ dixerat * At ille con- 29
uocatis vniuersis maioribꝰ natu Iuda, & Ie-
rusalem,* ascendit in domum Dñi, vnaque 30
omnes viri Iuda, & habitatores Ierusalem, G
Sacerdotes, & Leuitæ, & cunctus populus à
minimo vsq. ad maximum. Quibus audien-
tibus in domo Domini, legit rex omnia ver-
ba voluminis: & stans in tribunali suo, per- 31
cussit fœdus coram Domino, vt ambularet
post eum, & custodiret præcepta, & testimo-
nia, & iustificationes eius in toto corde suo,
& in tota anima sua, faceretque, quæ scripta
sunt in volumine illo, quod legerat.* Adiu- 32
rauit quoque super hoc omnes, qui reperti
fuerant in Ierusalem, & Beniamin: & fece-
runt habitatores Ierusalem iuxta pactũ Do-
mini Dei patrũ suorum. * Abstulit ergo Io- 33
sias cunctas abominationes de vniuersis re-
gionibus filiorum Israel: & fecit omnes, qui
residui erant in Israel, seruire Domino Deo
suo. Cunctis diebus eius non recesserunt à
Domino Deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

4.Re.23. 1.21. FEcit autem Iosias in Ierusalem Phase 1
Domino, quod immolatum est quarta- A
2 decima die mensis primi: * & constituit Sa-
cerdotes in officijs suis, hortatusque est eos,
3 vt ministrarent in domo Domini. * Leuitis
quoque, ad quorum eruditionem omnis Is-
rael sanctificabatur Domino, locutus est:
Ponite arcam in sanctuario templi, quod
ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel,
nequaquam enim eam vltra portabitis: nunc
autem ministrate Domino Deo vestro, &
4 populo eius Israel. * Et præparate vos per
domos, & cognationes vestras in diuisioni-
bus singulorum, sicut præcepit Dauid rex
5 Israel, & descripsit Salomon filius eius.* Et
ministrate in sanctuario per familias tur-
6 masque Leuiticas, * & sanctificati immolate
Phase: fratres etiam vestros, vt possint iuxta
verba, quæ locutus est Dominus in manu
7 Moysi facere, præparate. * Dedit præterea
Iosias omni populo, qui ibi fuerat inuentus
in solemnitate Phase, agnos, & hœdos de
gregibus, & reliqui pecoris triginta millia,
boum quoque tria millia: hæc de regis vni-
8 uersa substantia. * Duces quoque eius, spon-
tè, quod vouerant, obtulerunt, tam populo,
quam Sacerdotibus, & Leuitis. Porrò Hel-
cias, & Zacharias, & Iahiel principes domus
B Domini, dederunt sacerdotibus ad facien-
dum Phase pecora commixtum duo millia
9 sexcenta, & boues trecentos.* Chonenias au-
tem. & Semeias, etiam Nathanael fratres
eius, necnon Hasabias, & Iehiel, & Iozabad
principes Leuitarum, dederũt cęteris Leui-
tis ad celebrandum Phase quinq. millia pe-
10 corum, & boues quingentos.* Præparatumque
est ministerium, & steterunt Sacerdotes
in officio suo: Leuitæ quoq. in turmis, iuxta
11 regis imperium.* Et immolatum est Phase:
asperseruntque Sacerdotes manu sua sangui-
nem, & Leuitæ detraxerunt pelles holocau-
12 storum: * & separauerunt ea, vt darent per
domos, & familias singulorum, & offerren-
tur Domino, sicut scriptũ est in Libro Moy-
13 si: de bobus quoque fecerunt similiter. * Et
assauerunt Phase super ignem, iuxta quod
in lege scriptum est: pacificas verò hostias
coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis,
& festinatò distribuerunt vniuersæ plebi:
14 * sibi autem, & Sacerdotibus postea parauerunt: nam in oblatione holocaustorum, &
adipum vsque ad noctem Sacerdotes fue-
C runt occupati: vnde Leuitæ sibi, & Sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis.
15 * Porrò cantores filij Asaph, stabãt in ordine suo, iuxta præceptum Dauid, & Asaph,
& Heman, & Idithun prophetarum regis:
Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita, vt nec puncto quidem discederent
à ministerio: quam ob rem, & fratres eorum,
16 Leuitæ parauerunt eis cibos.* Omnis igitur
cultura Domini ritè completa est in die illa,
vt facerent Phase, & offerrent holocausta
super altare Domini, iuxta præceptum re-
17 gis Iosiæ.* Feceruntque filij Israel, qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, & so-
18 lemnitatem azymorũ septem diebus.* Non

fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis Prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase sicut Iosias, Sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel, qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem. * Octauodecimo anno regni Iosiæ 19
[a] 4. Reg. 23. f. 29. hoc Phase celebratum est. * [a] Postquam in- 20
staurauerat Iosias templũ, ascendit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphraten: & processit in occursum eius Iosias. * At ille, missis ad eum nuncijs, 21
ait: Quid mihi, & tibi est rex Iuda? nõ aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quã me Deus festinato ire præ- D
cepit: desine aduersum Deũ facere, qui mecum est, ne interficiat te. * Noluit Iosias re- 22
uerti, sed præparauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore
[b] Zac. 12. d. 11. Dei: [b] verum pertrexit, vt dimicaret in campo Mageddo. * Ibiq. vulneratus à sagittarijs, 23
dixit pueris suis: Educite me de prelio, quia oppidò vulneratus sum. * Qui transtulerunt 24
eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eũ in Ierusalem, mortuusque est, & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda, & Ierusalem luxerunt eum, * Ieremias 25
maximè; cuius omnes cantores, atque cantatrices, vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptũ fertur in lamen- 26
tationibus. * Reliqua autem sermonum Iosiæ, & misericordiarum eius: quæ lege præcepta sunt Domini: * opera quoque illius 27
prima, & nouissima, scripta sunt in Libro regum Iuda, & Israel.

CAP. XXXVI.

4. Re. 23. f. 30. TVlit ergo populus terræ Ioachaz filium 1
Iosiæ, & constituit regem pro patre suo A
in Ierusalem. * Vigintitrium annorum erat 2
Ioachaz, cum regnare cepisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. * Amouit autem 3
eum rex Ægypti cum venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. * Constituitque pro eo 4
[c] Matt. 1. b. 14. regem, [c] Eliakim fratrem eius, super Iudam, & Ierusalem: & vertit nomen eius Ioakim: ipsum vero Ioachaz tulit secum, & abduxit in Ægyptum. * Vigintiquinque annorum 5
erat Ioakim cum regnare cepisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitque malum coram Dño Deo suo. * Contra hunc 6
ascendit Nabuchodonosor rex Chaldeorũ, & vinctum carenis duxit in Babylonem. B
* Ad quam & vasa Domini transtulit, & po- 7
suit ea in templo suo. * Reliqua autem ver- 8
borum Ioakim, & abominationum eius, quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eo, continentur in Libro regum Iuda, & Israel, Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo.
9 * Octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset, & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem, fecitque malum
10 in conspectu Domini. * Cumq. anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini: [a] Regem vero constituit Sedeciam pa- [a] 4. Reg.
11 truũ eius super Iudam, & Ierusalẽ. * Viginti, & vnius anni erat Sedecias cũ regnare cepisset, & vndecim annis regnauit in Ierusa- 24. d. 15. Iere. 37. a. 1.
12 lem. * Fecitque malum in oculis Domini Dei C sui, nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ,
13 loquẽtis ad se ex ore Domini. * A rege quoque Nabuchodonosor recessit, q̃ adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam, & cor, vt nõ reuerteretur ad Dominũ
14 Deum Israel. * Sed & vniuersi principes sacerdotum, & populus, præuaricati sunt inique iuxta vniuersas abominationes Gentiũ, & polluerunt domum Domini, quã sancti-
15 ficauerat sibi in Ierusalẽ. * Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quòd
16 parceret populo, & habitaculo suo. * At illi subsannabãt nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantq. prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius,
17 & esset nulla curatio. * Adduxit enim super eos regem Chaldeorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij sui non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidẽ, sed oẽs tradidit in
18 manib. eius. * Vniuersaq. vasa domus Dñi tã D maiora, quam minora; & thesauros tẽpli, & regis, & principum transtulit in Babylonem.
19 * Incenderũt hostes domum Dei, destruxeruntq. murum Ierusalem, vniuersas turres combusserũt, & quidquid pretiosum fuerat,
20 demoliti sunt. * Si quis euaserat gladiũ, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs ei⁹,
21 donec imperaret rex Persarum, * & compleretur sermo Domini ex ore Ieremię, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum vsque dum com-
22 plerentur septuaginta anni. * [a] Anno autem [a] Ier. 25. c. 12. & 29. c. 11. 1. Esd. 1. a. 1. & 6. a. 3.
primo Cyri regis Persarum ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri Persarum: qui iussit prædicari in vni-
23 uerso regno suo, etiam per scripturam, dicens: * Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudea: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

LIBER PRIMVS ESDRÆ.

CAPVT PRIMVM.

Iere. 25. c. 12. & 29. c. 10. 2. Pa. 36. d. 22. IN anno primo Cyri regis 1
Persarum, vt cõpleretur A
verbum Domini ex ore
Ieremię, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo,
etiam per scripturam, dicens: * Hæc dicit Cyrus rex Persarũ: Omnia 2
regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæ- B
li, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. * Quis 3
est in vobis de vniuerso populo eius? sit Deus illius cum ipso. * Ascendat in Ierusalẽ, quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus, qui est in Ierusalem. * Et omnes reliqui in cunctis locis vbi- 4
cumque habitant, adiuuent eum viri de loco suo argẽto, & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt tẽplo Dei, quod est in Ierusalem. * Et surrexe- 5
rũt principes patrum de Iuda, & Beniamin, C
& Sacerdotes, & Leuitæ, & oĩs, cuius Deus suscitauit spiritum, vt ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem. * vniuersique qui erant in circuitu, 6
adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia, & iumentis, in supellectili, exceptis his, quæ spontè obtulerant.
7 * Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui.
8 * Protulit autem ea Cyrus rex Persarũ per D manum Mithridatis filij Gazabar, & annu-
9 merauit ea Sassabasar principi Iuda. * Et hic est numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri vigintinouem scyphi aurei triginta, * scyphi argentei secun-
10 di quadringenti decẽ: vasa alia mille: * Omnia vasa aurea, & argentea quinque millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his, qui ascendebant de transmigratione B babylonis in Ierusalem.

CAP. II.

1 A HI sunt autem prouinciæ filij, qui ascen- 2. Esd. 7. b. 6.
derunt de captiuitate, quam transtule-
rat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonẽ, & reuersi sunt in Ierusalem, & Iudã
2 vnusquisque in ciuitatem suam. * Qui venerunt cũ Zorobabel, Iosue, Nehemia, Saraia, Rabelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum
3 populi Israel: * Filij Pharos duo millia cen-
4 tum septuaginta duo. * Filij Sephatia, trecenti
5 septuaginta duo. * Filij Area, septingenti
6 septuaginta quinque. * Filij Phahath Moab, filio-

filiorum Iosue: Ioab duo millia octingenti
duodecim.* Filij Aelam mille ducenti quin- 7
quagintaquatuor.* Filij Zethua,nõgẽti qua- 8
dragintaquinque.* Filij Zachai,septingenti 9
sexaginta.* Filij Bani,sexcenti quadraginta- 10
duo,* Filij Bebai,sexcenti viginti tres.* Filij 11
Azgad,mille ducẽti viginti duo.* Filij Ado- 12
nicam,sexcenti sexagintasex.* Filij Beguai, 13
duo millia quinquagintasex.* Filij Adin,qua 14
dringẽti quinquaginta quatuor.* Filij Ather,15
qui erant ex Ezechia,nonagintaocto: * Filij 16
Besai,trecenti viginti tres.* Filij Iora,cen- 17
tum duodecim.* Filij Hasum,ducẽti vigin-18
ti tres.* Filij Gebbar, nonagintaquinque. B
* Filij Bethlehem,centum viginti tres.* Viri 19
Netupha,quinquagintasex.* Viri Anathoth,20
centum vigintiocto.* Filij Azmaueth,qua- 21
draginta duo.* Filij Carthathiarim, Cephi- 22
ra, & Beroth, septingenti quadraginta tres 23
* Filij Rama, & Gabaa,sexcẽti vigintiunus. 24
* Viri Machmas,centum vigintiduo.* Vi- 25
ri Bethel,& Hai,ducenti vigintitres.* Filij 26
Nebo,quinquagintaduo.* Filij Megæis,cen- 27
tum quinquagintasex.* Filij Aelã alterius, 28
mille ducenti quinquagintaquatuor* Filij 29
Harim,trecẽti viginti.* Filij Lod Hadid,& 30
Ono,septingenti vigintiquinque.* Filij Ieri- 31
cho,trecenti quadragintaquinque* Filij Se- 32
naa,tria millia sexcenti triginta.* Sacerdo- 33
tes:* Filij Iadaia in domo Iosue nõgenti se- 34
ptuaginta tres.* Filij Emmer,mille quinqua- 35
ginta duo.* Filij Pheshur,mille ducẽti qua- 36
draginta septem.* Filij Harim,mille decẽ, 37
& septem.* Leuitæ: Filij Iosue,& Cedmihel 38
filiorũ Odouiæ septuagintaquatuor.* Can- 39
tores: * Filij Asaph, centum vigintiocto 40
* Filij Ianitorum: filij Sellum, filij Ater,fi- 41
lij Telmon, filij Acoub,filij Hatita, filij So- 42
bai:vniuersi centũ trigintanouẽ.* Nathinei: C
filij Siha,filij Hasupha,filij Tabbaoth,* fi- 43
lij Ceros,filij Saa, filij Phadõ, filij Lebana, 44
filij Hagaba, filij Accub,* filij Hagab,filij 45
Selai,filij Hanã,* Filij Gaddel,filij Gaher, 46
filij Raaia,*filij Rasin,filij Necoda,filij Ga- 47
zã,filij Aza filij Phasea,filij Bese,*filij Ase 48
na,filij Murum,filij Nephusim,* filij Bac- 49
buc filij Hacupha,filij Hathur,*filij Bessu- 50
th,filij Mahida,filij Harsa,*filij Bercos,filij 51
Sisara,filij Thema,*filij Nasia,filij Natipha, 52
*filij seruorũ Salomonis,filij Sotai,filij So- 53
phereth,filij Pharuda,*filij Iala,filij Dereõ, 54
filij Geddel,* filij Saphatia, filij Hatil,filij 55
Phochereth,qui erat de Asebaim, filij Ami: 56
*oẽs Nathinæi,& filij seruorũ Salomonis, 57
trecenti nonagintaduo.* Et hi qui ascende- 58
runt de Thelmala, Thelharsa, Cherub,& A- 59
don, & Emer: & non potuerunt indicare
domum patrum suorum, & semen suum,
vtrũ ex Israel essent.* Filij Dalaia, filij To- 60
bia, filij Necoda, sexcenti quinquaginta
duo.* Et de filijs Sacerdotum, Filij Hobia, 61
filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de fi-
liabus Berzellai Galaaditis,vxorem,& voca- D
tus est nomen eorum: * hi quæsierunt scri- 62
ptura genealogiæ suæ,& non inuenerunt,&
63 electi sunt de sacerdotio.* Et dixit Atherſa-
tha eis,vt non comederent de sãcto sancto-
rum, donec surgeret sacerdos doctus,atque
64 perfectus. * Omnis multitudo quasi vnus,
quadraginta duo millia trecenti sexaginta:
65 *exceptis seruis eorum, & ancillis,qui erant
septem millia trecenti triginta septem: &
in ipsis cantores, atque cantatrices ducenti.
66 * Equi eorum septingenti trigintasex muli
67 eorũ ducenti quadragintaquinque,* came-
li eorum quadringenti trigintaquinque, asi-
ni eorum, sex millia septingenti viginti.
68 * Et de principibus patrũ,cum ingrederen-
tur templum Domini, quod est in Ierusalẽ,
spontè obtulerũt in domum Dei ad extruẽ-
69 dam eã in loco suo.*Secundũ vires suas de-
derunt impẽsas operis,auri solidos sexagin-
ta millia, & mille argẽti mnas quinq. millia,
70 & vestes sacerdotales cẽtũ.* Habitauerunt
ergo Sacerdotes, & Leuitæ, & de populo,&
cantores: & ianitores, & Nathinæi in vrbib.
suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

CAP. III.

1 IAmq. venerat mensis septimus, & erant
A filij Israel in ciuitatibus suis: congrega-
tus est ergo populus quasi vir vnus in Ieru-
2 salem.* Et surrexit Iosue filius Iosedec, &
fratres ei? sacerdotes,& Zorobabel filius Sa-
lathiel,& fratres eius,& ædificauerũt altare
Dei Israel,vt offerrẽt in eo holocaustomata,
3 sicut scriptũ est in lege Moysi viri Dei:* Col-
locauerunt autem altare Dei super bases
suas deterrentibus eos, per circuitũ populis
terrarum,& obtulerunt super illud holocau
4 stum Domino mane,& vespere.* Fecerũtq.
solemnitatem tabernaculorum, sicut scri-
ptum est, & holocaustũ diebus singulis per
B ordinem secũdum præceptum opus diei in
5 die suo. * Et post hæc holocaustum iuge
tam in Calendis quam in vniuersis solem-
nitatibus Domini, quæ erant consecratæ,&
in omnib. in quibus vltrò offerebatur mu-
6 nus Domino. * A primo die mensis septimi
cẽperũt offerre holocaustum Domino:porrò
templum Dei nondum fundatum erat.
7 * Dederunt autem pecunias latomis, & cæ-
mentarijs: cibum quoque, & potum,& oleũ
Sidonijs, Tyrijsq.vt deferrent ligna cedrina
de Libano ad mare Ioppe,iuxta quod præce
8 perat Cyrus rex Persarũ eis. * Anno autem
secundo aduentus eorum ad templũ Dei
C in Ierusalem mense secundo,cẽperũt Zoro-
babel filius Salathiel,& Iosue filius Iosedec,
& reliqui de fratrib. eorum Sacerdotes, &
Leuitæ, & oẽs,qui venerãt de captiuitate in
Ierusalem,& cõstituerunt Leuitas à viginti
annis, & supra, vt vrgerent opus Domini,
9 * Steritq. Iosue, & filij eius, & fratres eius,
Cedmihel,& filij eius,& filij Iuda,quasi vir
vnus,vt instarent super eos,qui faciebant o-
10 pus in templo Dei:filij Henadad, & filij eo-
rum,& fratres eorum Leuitæ.*Fundato igi
tur à cementarijs templo Domini, steterunt
sa-

sacerdotes in ornatu suo cum tubis:& Leui-
tæ filij Asaph in cymbalis,vt laudarent Deũ
per manus Dauid regis Israel.* Et concine- 11
bant in hymnis,& cõfessione Domino: Quã
bonus, quoniam in æternum misericordia
eius super Israel. Omnis quoque populus vo-D
ciferabatur clamore magno laudando Do-
minum, eo quod fundatum esset templum
Domini.* plurimi etiã de Sacerdotibus,& 12
Leuitis,& principes patrum, & seniores, qui
viderant templum prius cum fundatum es-
set,& hoc templum in oculis eorum,flebant
voce magna: & multi vociferantes in lætitia
eleuabant vocem. * Nec poterat quisquam 13
agnoscere vocem clamoris lætantium,& vo-
cem fletus populi: commixtim enim popu-
lus vociferabatur clamore magno, & vox
audiebatur procul.

CAP. IV.

AVdieruntautem hostes Iudę,& Benia- 1
min, quia filij captiuitatis ædificarent A
templum Domino Deo Israel:* & accedẽn- 2
tes ad Zorobabel,& ad principes patrum di-
xerunt eis: Ædificemus vobiscum, quia ita
vt vos,quærimus Deum vestrum: ecce nos
immolauimus victimas à diebus Asor Had-
dan regis Assur,qui adduxit nos huc.* Et di- 3
xit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui princi-
pes patrum Israel: Non est vobis,& nobis
vt ædificemus domũ Deo nostro,sed nosip-
si sòli ædificabimus Domino Deo nostro, si-
cut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.* Fa- 4
ctum est igitur vt populus terræ impediret
manus populi Iudæ,& turbaret eos in ædifi-
cando. * Conduxerunt autem aduersus eos 5
consiliatores, vt destruerent consilium eo-
rum omnibus diebus Cyri regis Persarum,
& vsq.ad regnum Darij regis Persarum.* In 6
regno autem Assueri in principio regni eius,
scripserunt accusationem aduersus habita-
tores Iudæ,& Ierusalem.* Et in dieb. Arta- 7
xerxis scripsit Beselam Mithridates,& Tha- B
beel, & reliqui, qui erant in consilio eorum,
ad Artaxerxem regẽ Persarum: epistola au-
tem accusationis scripta erat Syriacè, & le-
gebatur sermone Syro.*Reum Beelteem,& 8
Samsai scriba scripserunt epistolam vnam
de Ierusalem Artaxerxi regi huiuscemodi:
*Reum Beelteem, & Samsai scriba, & reliq 9
consiliatores eorum,Dinæi, & Aphar satha-
chæi, Terpalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylo-
nij, Susanechęi,Dieui,& Ælamitę,*& ceteri 10
de gentibus, quas transtulit Asenaphar ma-
gnus, & gloriosus: & habitare eas fecit in ci-
uitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus
trans Flumen in pace: (* Hoc est exemplar 11
epistolæ,quam miserunt ad eum) Artaxerxi
regi, serui tui, viri qui sunt trans Fluuium,
salutem dicunt.* Notum sit regi,quia Iudęi 12
qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ie-
rusalem ciuitatem rebellem, & pessimam,
quãm ædificant extruẽtes muros eius,& pa-
rietes componentes.* Nunc igitur notũ sit, 13
C regi, qa si ciuitas illa ædificata fuerit,& mu-
ri eius instaurati,tributum,& vectigal,& an-
nuos reditus non dabũt,& vsq ad reges hæc
14 noxa perueniet. * Nos autem memores sa-
lis, quod in palatio comedimus, & quia læ-
siones regis videre nefas ducimus, idcirco
15 misimus, & nunciauimus regi,* vt recẽseas
in libris historiarum patrum tuorum, & in-
uenies scriptum in commentarijs, & sciens
quoniam vrbs illa, vrbs rebellis est, & no-
cens regibus, & prouincijs,& bella concitan-
tur in ea ex diebus antiquis: quam ob rẽ,&
16 ciuitas ipsa destructa est. * Nunciamus nos
regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit,
& muri ipsius instaurati, possessionẽ trans
17 Fluuium non habebis. * Verum misit rex
ad Reum Beelteem, & Samsai scribam, &
ad reliquos, qui erant in consilio eorum ha-
bitatores Samariæ,& ceteris trans Fluuium,
18 salutem dicens,& pacem:* Accusatio,quam
misistis ad nos, manifestè lecta est corã me.
19 *& à me præceptum est:& recensuerunt,in
D ueneruntque, quoniam ciuitas illa à diebus
antiquis aduersum reges rebellat, & seditio-
20 nes, & prælia cõcitantur in ea:* nam, & re-
ges fortissimi fuerunt in Ierusalem, qui &
dominati sunt omni regioni, quæ trãs Flu-
uium est:tributum quoque,& vectigal,& re-
21 ditus accipiebatur, * Nunc ergo audite sen-
tentiam: Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa
non ædificetur, donec si fortè à me iussum
22 fuerit. * Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges
23 * Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis
lectum est coram Reum Beelteem, & Sam-
sai scriba, & consiliarijs eorum: & abierunt
festini in Ierusalem ad Iudæos,& prohibue-
24 runt eos in brachio,& robore.* Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

CAP. V.

1 PRopheta uerũt autem Aggæus Prophe-
A ta, & Zacharias filius Addo prophetan-
tes ad Iudæos, qui erãt in Iudæa,& Ierusalẽ,
2 ĩ nomine Dei Israel.* Tũc surrexerũt Zoro-
babel filius Salathiel,& Iosue filius Iosedec,
& cẽperunt ædificare templum Dei in Ieru-
salẽ,& cum eis prophetæ Dei adiuuãtes eos.
3 * In ipso autem tempore venit ad eos Tha-
thanai,qui erat dux trãs Flumẽ, & Sthatbu-
zanai, & consiliarij eorum: sicq. dixerũt eis:
Quis dedit vobis consilium,vt domũ hanc
ædificaretis, & muros eius instauraretis:
4 * Ad quod respondimus eis,quæ essent no-
mina hominũ auctorum ædificationis illius
5 * Oculus autem Dei eorum factus est super
senes Iudæorum, & non potuerunt inhibe-
re eos. Placuitque vt res ad Darium referre-
B tur, & tunc satisfacerent aduersus accusa-
6 tionem illam. * Exemplar epistolæ, quam
misit Thathanai dux regionis trans Flumẽ,
& Starbuzanai, & consiliatores eius Arpha-
sachæi, qui erant trans Flumẽ ad Dariũ re-
7 gem. * Sermo,quem miserant ei,sic scriptus
erat:

erat:Dario regi pax omnis * Notum sit regi 8
ille nos ad Iudæam prouinciam ad domũ
Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito,
& ligna ponuntur in parietibus: opusque il-
lud diligenter extruitur,& crescit in manib.
eorum.* Interrogauimus ergo senes illos,& 9
ita diximus eis:Quis dedit vobis potestatem
vt domum hanc ædificaretis, & muros hos
instauraretis?* Sed & nomina eorum quæsi- 10
uimus ab eis, vt nunciaremus tibi ; scripsi- C
musque nomina eorum virorum, qui sunt
principes in eis. * Huiuscemodi autem ser- 11
monem responderunt nobis, dicentes: Nos
sumus serui Dei cæli,& terræ,& ædificamus
templum,quod erat extructum ante hos an-
nos multos,quodq.rex Israel magnus ædifi-
cauerat,& extruxerat.* Postquam autem ad 12
iracundiam prouocauerunt patres nostri
Deum cæli,tradidit eos in manus Nabucho-
donosor regis Babylonis Chaldæi, domum
quoque hanc destruxit,& populum eius trã-
stulit in Babylonem, * Anno autem primo 13
Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit
edictum vt domus Dei hæc ædificaretur,
* Nam & vasa templi Dei aurea,& argẽtea 14
quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, D
quod erat in Ierusalẽ, & asportauerat ea in
templum Babylonis, protulit Cyrus rex de
templo Babylonis , & data sunt Sassabasar
vocabulo,quem & principem cõstituit,* di- 15
xitque ei: Hæc vasa tolle,& vade, & pone ea
in templo, quod est in Ierusalem, & domus
Dei edificetur in loco suo. * Tunc itaq. Sassa- 16
basar ille venit, & posuit fundamenta tem-
pli Dei in Ierusalem , & ex eo tempore vsq.
nunc ædificatur, & necdum completum est
* Nunc ergo,si videtur regi bonum, recen- 17
seat in bibliotheca regis, quæ est in Babylo-
ne,vtrũ nam à Cyro rege iussum fuerit,vt
ædificaretur domus Dei in Ierusalem,& vo-
luntatem regis super hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

TVnc Darius rex præcepit:& recensuerũt 1
in bibliotheca librorum, qui erant re- A
positi in Babylone,*& inuẽtum est in Ecba- 2
tanis, quod est castrum in Medena prouin-
cia volumen vnum , talisque scriptus erat in
eo commentarius:* Anno primo Cyri regis: 3
Cyrus rex decreuit vt Domus Dei ædificare
tur;quæ est in Ierusalem,in loco vbi immo-
lent hostias, & vt ponant fundamenta sup-
portantia altitudinem cubitorum sexaginta
& latitudinem cubitorum sexaginta,* ordi- 4
nes de lapidibus impolitis tres, & sic ordi-
nes de lignis nouis : sumptus autem de do-
mo regis dabuntur. * Sed vasa templi Dei 5
aurea,& argẽtea,quæ Nabuchodonosor tu-
lerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in
Babylonem, reddantur, & referantur in tẽ-
plum in Ierusalem in locum suum , quæ &
posita sunt in templo Dei.* Nunc ergo Tha- 6
thanai dux regionis , quæ est trans flumen
Sthar buzanai , & consiliarij vestri Apharsa-
chæi,qui estis trans Flumen,procul recedite
7 ab illis, * & dimittite fieri templum Dei il- B
lud a duce Iudæorum,& à senioribus eorũ,
vt domum Dei illam ædificent in loco suo.
8 *Sed & à me præceptũ est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ẹdificetur domus Dei,scilicet vt de arca regis,id est, de tributis,quę dantur de regione trans Flumẽ studiosè sumptus dentur viris illis ne impe-
9 diatur opus.* Quod si necesse fuerit,& vitulos,& agnos, & hædos in holocaustum Deo cæli,frumentum,sal,vinum, & oleum,secũdum ritum Sacerdotum, qui sunt in Ierusalẽ,detur eis per singulos dies,ne sit in aliquo
10 querimonia.* Et offerant oblationes Deo cę
11 li,orentq. pro vita regis,& filiorum eius.* A me ergo positũ est decretum: Vt omnis homo,qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & cõfi-
12 gatur ĩ eo,domus aũt eius publicet.* Deus C aũt, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna,& populum,qui extenderit manum suã vt repugnet, & dissipet domum Dei illam,quę est in Ierusalẽ. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri
13 volo.* Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen, & Stharbuzanai,& consiliarij eius, secundum quod præceperat Darius rex, sic
14 diligenter executi sunt.* Seniores autem Iudæorum ædificabant,& prosperabant iuxta prophetiam Aggæi prophetę,& Zacharię filij Addo: & ædificauerunt,& construxerũt
15 iubente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario,& Artaxerse regibus Persarum:* & cõpleuerunt domum Dei istam, vsq. ad diem tertiũ mensis Adar, qui est annus sextus re-
16 gni Darij regis.* Fecerunt aũt filij Israel Sacerdotes,& Leuitæ, & reliqui filiorum trãsmigrationis,dedicationẽ Domus Dei in gau
17 dio * Et obtulerũt in dedicationem domus D Dei, vitulos centum,arietes ducentos,agnos quadringentos , hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim,iuxta numerũ tri-
18 buum Israel. * Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis , & Leuitas in vicibus super operaDei in Ierusalem,"sicut scriptum est in
19 libro Moysi. * Fecerunt autem filij Israel transmigrationis, Pascha,quartadecima die
20 mensis primi.* Purificati enim fuerant Sacerdotes,& Leuitæ quasi vnus:omnes mundi ad immolandum pascha vniuersis filijs transmigrationis,& fratribus suis Sacerdoti-
21 bus,& sibi.* Et comederunt filij Israel,q reuersi fuerant de transmigratione,& omnes qui se separauerant à coinquinatione Gẽtiũ terræ ad eos,vt quererent Dominum Deum
22 Israel. * Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia,quoniam lætificauerat eos Dominus,& cõuerterat cor regis Assur ad eos , vt adiuuaret manus eorũ in opere domus domini Dei Israel.

" Nu. 3. b. 6. & 8. b. 9.

CAP. VII.

1 POst hæc autem verba in regno Artaxer- A
xis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ
filij

filij Azariæ,filij Helciæ,*filij Sellum,filij Sa- 2
doc,filij Achitob,* filij Amariæ,filij Azariæ, 3
filij Maraioth , * filij Zaraiæ, filij Ozi, filij 4
Bocci,*filij Abisue,filij Phinees,filij Eleazar, 5
filij Aaron sacerdotis ab initio.* Ipse Esdras 6
ascẽdit de Babylone , & ipse scriba velox in
lege Moysi ,quàm Dns Deus dedit Israel: &
dedit ei rex secundum manum Domini Dei
eius super eũ omnem petitionem eius . * Et 7
ascenderunt de filijs Israel, & de filijs Sacer-
dotum,& de filijs Leuitarum, & de cantori-
bus,& de ianitoribus,& de Nathinæis in Ie-
rusalem anno septimo Artaxerxis regis. * Et 8
venerunt in Ierusalem mense quinto , ipse
est annus septimus regis. * Quia in primo 9
die mẽsis primi cœpit ascendere de Babylo-
ne,& in primo die mensis quinti venit in Ie-
rusalem, iuxta manum Dei sui bonam super
se.* Esdras enim parauit cor suum, vt inue- 10
stigaret legem Domini, & faceret, & doceret
in Israel præceptum & iudicium. * Hoc est 11
autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit B
rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti , scribæ eru-
dito in sermonibus,& præceptis Domini , &
ceremonijs eius in Israel . * Artaxerxes rex 12
regum Esdræ sacerdoti , scribæ legis Dei cęli
doctissimo salutem . * A me decretum est, 13
vt cuicumque placuerit in regno meo de po-
pulo Israel,& de Sacerdotibus eius,& de Le-
uitis ire in Ierusalem,tecum vadat.* A facie 14
enim regis, & septem consiliatorum eius,
missus es,vt visitet Iudæam,& Ierusalem in
lege Dei tui , quæ est in manu tua:* & vt fe- 15
ras argentum, & aurum quod rex,& cõsilia-
tores eius sponte obtulerunt Deo Israel , cu-
ius in Ierusalem tabernaculum est.* Et om- 16
ne argẽtum,& aurum,quodcumque inuene-
ris ĩ vniuersa prouincia Babylonis, & popu-
lus offerre voluerit , & de Sacerdotibus quæ
sponte obtulerint domui Dei sui , quæ est in
Ierusalẽ . * liberè accipe,& studiosè eme de 17
hac pecunia vitulos,arietes,agnos, & sacrifi- C
cia,& libamina eorum,& offer ea super alta-
re templi Dei vestri, quod est in Ierusalem .
* Sed,& si quid tibi,& fratrib. tuis placuerit 18
de reliquo argento, & auro, vt faciatis , iuxta
voluntatem Dei vestri facite . * Vasa quoq. 19
quæ dantur tibi in ministerium domus Dei
tui,trade in conspectu Dei in Ierusalẽ.* Sed 20
& cetera , quibus opus fuerit in domum Dei
tui,quantumcunque necesse est vt expẽdas ,
dabitur de thesauro, & de fisco regis. * & à 21
me:Ego Artaxerxes rex,statui atque decreui
omnibus custodibus arcæ publicæ , qui sunt
trans Flumen,vt quodcumque petierit à vo-
bis Esdras sacerdos,scriba legis Dei cæli, abs-
que mora detis * vsq. ad argenti talenta cẽ- 22
tum, & vsque ad frumenti coros centum, &
vsque ad vini batos centum, & vsque ad ba-
tos olei centum , sal verò absque mensura .
* Omne , quod ad ritum Dei cęli pertinet , 23
tribuatur diligenter in domo Dei cæli : ne D
fortè irascatur contra regnum regis , & filio-
rum eius . * Vobis quoque notum facimus 24
de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis,& can-
toribus, & ianitoribus, Nathinæis, & mini-
stris domus Dei huius,vt vectigal , & tribu-
tum , & annonas non habeatis potestatẽ im-
25 ponendi super eos.* Tu autem Esdra secũ-
dum sapientiã Dei tui, quæ est in manu tua,
constitue iudices, & præsides vt iudicẽt omni populo,qui est trans Flumen,his videlicet
qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperi-
26 tos docete liberè . * Et omnis qui non fecerit legem Dei tui,& legem regis diligenter,iudicium erit de eo siue in mortem, siue in exilium,siue in condemnationem substantiæ e-
27 ius,vel certè in carcerem. * Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum ,qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum
28 Domini,quæ est in Ierusalem , * & in me inclinauit misericordiã suam coram rege , & consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei,quæ erat in me,congregaui de Israel principes qui ascenderunt mecum .

CAP. VIII.

1 HI sunt ergo principes familiarum,& ge A
nealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.
2 *De filijs Phinees, Gersom de filijs Ithamar
3 Daniel.De filijs Dauid, Hattus * De filijs Secheniæ, filijs Pharos, Zacharias : & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.
4 * De filijs Phahath Moab, Elioenai filius
5 Zarehe,& cum eo ducenti viri.* De filijs Secheniæ,filius Ezechiel,& cum eo trecenti vi-
6 ri.* De filijs Adan,Abed filius Ionathan , &
7 cum eo quinquaginta viri . * De filijs Alam , Isaias filius Athaliæ , & cum eo septuaginta
8 viri.* De filijs Saphatiæ , Zebedia filius Mi-
9 chael,& cũ eo octoginta viri.* De filijs Ioab, B Obedia filius Iahiel,& cũ eo duodẽti decẽ , &
10 octo viri.* De filijs Selomith,filius Iosphiæ,
11 & cum eo centum sexaginta viri . * De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai , & cum eo vi-
12 gintiocto viri.* De filijs Azgad, Iohanan filius Ecatan,& cum eo centum , & decem vi-
13 ri . * De filijs Adonicam, qui erant nouissimi:& hæc nomina eorum: Eliphelcth, & Ie-
14 hiel,& Samarias,& cũ eis sexaginta viri.*De filijs Begui, Vthai, & Zachur , & cum eis se-
15 ptuaginta viri.* Congregaui autẽ eos ad fluuiũ,qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi
tri b diebus: quæsiuiq. in populo,& in sacer-
16 dotibus de filijs Leui,& non inueni ibi.*Ita- C que misi Eliezer,& Ariel,& Semeia, & Elnathan,& Iarib,& alterũ Elnathan,& Nathan, & Zachariam,& Mosollam principes, & Io-
17 iarib,& Elnathan sapientes.* Et misi eos ad Eddo,qui est primus in Casphiæ loco,& posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo,& fratres eius Nathineos in loco Casphiæ vt adducerent nobis ministros domus
18 Dei nostri.* Et adduxerunt nobis per manũ Dei nostri bonam super nos, virum doctissimũ de filijs Moholi filijs Leui filijs Israel,& Sarabiam,& filios eius,& fratres eius decem

&

& octo,* & Hasabiam,& cum eo Isaiam de 19
filijs Merari,fratresq. eius,& filios eius vigin D
ti:* & de Nathinæis,quos dederat Dauid,& 20
principes ad ministeria Leuitarum, Nathi-
næos ducentos viginti: omnes hi suis nomi-
nibus vocabãtur. * Et prædicaui ibi ieiuniũ 21
iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur corã
Domino Deo nostro,& peteremus ab eo viã
rectam nobis,& filijs nostris,vniuersæq sub-
stantiæ nostræ. * Erubui enim petere à rege 22
auxilium,& equites, qui defenderent nos ab
inimico in via:quia dixeramus regi: Manus
Dei nostri est super omnes,qui quærunt eum
in bonitate: & imperium eius, & fortitudo
eius,& furor super omnes,qui derelinquunt
eum. * Ieiunauimus autem, & rogauimus 23
Deum nostrum per hoc:& euenit nobis pro- E
sperè.* Et separaui de principibus Sacerdo- 24
tum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam, &
cum eis de fratribus eorum decem. * appen 25
diq. eis argentum, & aurum, & vasa conse-
crata domus Dei nostri,quæ obtulerat rex,&
consiliatores eius, & principes eius, vniuer-
susq. Israel eorum,qui inuenti fuerant:* & 26
appendi in manibus eorum argenti talenta
sexcenta quinquaginta, & vasa argentea cen-
tum,auri centũ talenta: * & crateres aureos 27
viginti,qui habebant solidos millenos,& va- F
sa æris fulgentis optimi duo, pulchra, vt au-
rum.* Et dixi eis: Vos sancti Domini,& va- 28
sa sancta,& argentum,& aurum,quod spon-
te oblatum est Domino Deo patrum nostro-
rum:* vigilate,& custodite,donec appenda- 29
tis coram principibus Sacerdotum, & Leui-
tarum,& ducibus familiarum Israel in Ieru-
salem,in thesaurum domus Domini. * Su- 30
sceperunt autem Sacerdotes, & Leuitæ pon-
dus argenti,& auri,& vasorum vt deferrent
Ierusalem in domum Dei nostri. * Promo- 31
uimus ergo à flumine Ahaua duodecimo
die mensis primi vt pergeremus Ierusalem:
& manus Dei nostri fuit super nos, & libera-
uit nos de manu inimici, & insidiatoris in
via. * Et venimus Ierusalem,& mansimus 32
ibi tribus diebus. * Die autem quarta appen 33
sum est argentum, & aurum, & vasa in do- G
mo Dei nostri per manum Meremoth filij
Vriæ Sacerdotis, & cũ eo Eleazar filius Phi-
nees,cumq. eis Iozabed filius Iosue, & Noa-
daia filius Bennos Leuitæ, * iuxta numerũ 34
& pondus omnium: descriptumq. est omne
pondus in tempore illo. * Sed,& qui vene- 35
rant de captiuitate filij transmigrationis, ob-
tulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos
duodecim pro omni populo Israel, arietes
nonaginta sex, agnos septuaginta-septẽ, hir-
cos pro peccato duodecim: omnia in holo-
caustum Domino. * Dederunt autem edi- 36
cta regis satrapis, qui erant de conspectu re-
gis,& ducibus trans Flumen, & eleuauerunt
populum,& domum Dei.

CAP. IX.

POstquam autem hæc completa sunt, ac- 1
cesserunt ad me principes,dicentes: Non A
est separatus populus Israel. Sacerdotes,& Le
uitæ à populis terrarum,& abominationibus
eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, &
Pherezæi, & Iebusæi, & Ammonitarum, &
Moabitarum,& Aegyptiorũ, & Amorrhæo-
rum: * tulerunt enim de filiabus eorum si-
bi,& filijs suis, & commiscuerunt semẽ san-
ctum cum populis terrarum: manus etiam
principum,& magistratuum fuit in trãsgres-
sione hac prima. * Cumque audissem sermo-
nem istum,scidi pallium meum, & tunicam
& euelli capillos capitis mei,& barbæ, & se-
di mœrens.* Conuenerunt autẽ ad me om-
nes, qui timebant verbum Dei Israel, pro
transgressione eorum, qui de captiuitate ve-
B nerant, & ego sedebam tristis vsq. ad sacri-
5 ficium vespertinum:*& in sacrificio vesper-
tino surrexi de afflictione mea, & scisso pal-
lio,& tunica,curuaui genua mea, & expandi
manus meas ad Dominum Deum meum,
6 * & dixi: Deus meus confundor: & erube-
sco leuare faciem meam ad te: quoniam ini-
quitates nostræ multiplicatæ sunt super ca-
put nostrum, & delicta nostra creuerunt vs-
7 que ad cælum * à diebus patrum nostrorũ:
sed,& nos ipsi peccauimus grauiter vsque ad
diem hanc, & in iniquitatibus nostris tradi-
ti sumus ipsi,& reges nostri, & Sacerdotes no-
stri in manum regum terrarum, & in gladiũ
& in captiuitatem, & in rapinam, & in con-
8 fusionem vultus,sicut,& die hac. * Et nunc
quasi parũ,& ad monumentum facta est de-
C precatio nostra apud Dominum Deum no-
strum,vt dimitterentur nobis reliquiæ,& da
retur nobis paxillus in loco sancto eius, & il-
luminaret oculos nostros Deus noster,& da-
ret nobis vitam modicam in seruitute no-
9 stra, * quia serui sumus, & in seruitute no-
stra non dereliquit nos Deus noster, sed in-
clinauit super nos misericordiam coram re-
ge Persarum,vt daret nobis vitam, & subli-
maret domum Dei nostri, & extrueret soli-
tudines eius, & daret nobis sepem in Iuda,
10 & Ierusalem. * Et nunc quid dicemus Deus
noster post hæc? quia dereliquimus manda-
11 ta tua, * quæ præcepisti in manu seruorum
tuorum prophetarum, dicens: // Terra, ad // Deu.7.
quam vos ingredimini vt possideatis eam, a.3.
terra immunda est iuxta immunditiam po-
pulorum,ceterarumque terrarum,abomina-
tionibus eorum qui repleuerunt eam ab ore
12 vsque ad os in coinquinatione sua. * Nunc
D ergo filias vestras ne detis filijs eorum, & fi-
lias eorum ne accipiatis filijs vestris, & non
quæratis pacem eorum,& prosperitatem eo-
rum vsque in æternum: vt confortemini,&
comedatis quæ bona sunt terræ, & heredes
13 habeatis filios vestros vsque in sæculũ. * Et
post omnia quæ venerunt super nos in ope-
ribus nostris personis, & in delicto nostro
magno, quia tu Deus noster liberasti nos de
iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem si-
14 cut est hodie,* vt non conuerteremur,& ir-
rita faceremus mãdata tua, neque matrimo-
nia iungeremus cum populis abominatio-
num

num istarum. Numquid iratus es nobis vs-
que ad consummationem ne dimitteres no-
bis reliquias ad salutem? * Domine Deus 15
Israel iustus es tu:quoniam derelicti sumus,
qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te
sumus in delicto nostro, non enim stari po-
test coram te super hoc.

CAP. X.

SIc ergo orante Esdra: & implorante eo, 1
& flente, & iacente ante templum Dei, A
collectus est ad eum de Israel cœtus grandis
nimis virorum,& mulierum, & puerorum,
& fleuit populus fletu multo,* Et respondit 2
Sechenias filius Iehiel de filijs Aelam, & di-
xit Esdræ: Nos præuaricati sumus in Deum
nostrum, & duximus vxores alienigenas de
populis terræ:& nunc,si est pœnitentia in Is-
rael super hoc, * percutiamus fœdus cum 3
Domino Deo nostro, vt proijciamus vniuer-
sas vxores, & eos,qui de his nati sunt iuxta
voluntatem Domini, & eorum qui timent
præceptum Domini Dei nostri: secundum
legem fiat.* Surge,tuũ est decernere,nosque 4
erimus tecum:confortare,& fac. * Surrexit 5
ergo Esdras, & adiurauit principes Sacerdo-
tum,& Leuitarum, & omnem Israel vt face-
rent secundum verbum hoc, & iurauerunt.
* Et surrexit Esdras ante domum Dei, & 6
abijt ad cubiculum Iohanan filij Eliasib, &
ingressus est illuc, panem non comedit,& a-
quam non bibit: lugebat enim transgressio-
nem eorum, qui venerant de captiuitate, * 7
& missa est vox in Iuda,& in Ierusalem om B
nibus filijs transmigrationis,vt congregaren-
tur in Ierusalem. * & omnis qui non vene- 8
rit in tribus diebus iuxta consilium princi-
pum, & seniorum, auferetur vniuersa sub-
stantia eius,& ipse abijcietur de cętu trãsmi-
grationis. * Conuenerunt igitur omnes viri 9
Iuda, & Beniamin in Ierusalem tribus die-
bus,ipse est mensis nonus,vigesimo die men
sis: & sedit omnis populus in platea domus
Dei,trementes pro peccato, & pluuijs. * Et 10
surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos:
Vos trangressi estis, & duxistis vxores alie-
nigenas vt addereris super delictum Israel.
* Et nunc date confessionem Domino Deo 11
patrum vestrorum, & facite placitum eius,
& separamini à populis terræ, & ab vxori-
bus alienigenis. * Et respondit vniuersa 12
multitudo,dixitque voce magna: Iuxta ver-
bum tuum ad nos,sic fiat. * Verumtamen 13
quia populus multus est, & tempus pluuiæ,
& non sustinemus stare foris, & opus non
est diei vnius, vel duorũ (vehementer quip-
pe peccauimus in sermone isto) * constituã- 14
tur principes in vniuersa multitudine: &
omnes in ciuitatibus nostris, qui duxerunt
vxores alienigenas veniant in temporibus
C statutis,& cum his seniores per ciuitatem, &
ciuitatẽ, & iudices eius, donec auertatur ira
15 Dei nostri à nobis super peccato hoc. * Igi-
tur Ionathan filius Azahel, & Iaasia filius
Thecue steterunt super hoc, & Mesollam
16 & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: * Fece-
runtque sic filijs transmigrationis. Et abie-
runt Esdras Sacerdos,& viri principes fami-
liarum in domos patrum suorum,& omnes
per nomina sua, & sederunt in die primo
17 mensis decimi vt quærerent rem. * Et con-
summati sunt omnes viri,qui duxerant vxo
res alienigenas,vsque ad diem primam men
18 sis primi. * Et inuenti sunt de filijs sacerdo-
tum qui duxerant vxores alienigenas. De fi-
lijs Iosue filij Iosedec,& fratres eius, Maasia,
19 & Eliezer,& Iarib,& Godolia. * Et dederũt
manus suas vt eijcerent vxores suas, & pro
20 delicto suo arietem de ouibus offerrẽt * Et
21 de filijs Emmer, Hanani, & Zebedia. * Et
de filijs Harim, Maasia,& Elia,& Semeia, &
22 Iehiel,& Ozias.* Et de filijs Pheshur, Elioe-
nai, Maasia, Ismael, Nathanael, Iozabed, &
23 Elasa.* Et de filijs Leuitarum, Iozabed, &
D Semei,& Celaia, ipse est Calita, Phataia, Iu-
24 da,& Eliezer.* Et de cantoribus, Eliasib. Et
25 de ianitoribus, Sellum,& Telẽ,& Vri. * Et
ex Israel,de filijs Pharos, Remeia,& Iezia,&
Melchia,& Miamin,& Eliezer, & Melchia,
26 & Banea. * Et de filijs Aelam, Mathania,
Zacharias,& Iehiel,& Abdi, & Ierimoth, &
27 Elia.* Et de filijs Zethua, Elioenai, Eliasib,
Mathania,& Ierimuth, & Zabad, & Aziza.
28 * Et de filijs Bebai,Iohanan,Hanania,Zab-
29 bai, Athalai. * Et de filijs Bani,Mosollam,
& Melluch, & Adaia, Iasub, & Saal, & Ra-
30 moth.* Et de filijs Phahath Moab, Edna,&
Chalal, Banaias, & Maasias, Mathanias, Be-
31 seleel, Bennui,& Manasse. * Et de filijs He-
rem, Eliezer, Iosue, Melchias, Semeias, Si-
32 meon,* Beniamin, Maloch, Samarias. * Et
33 de filijs Hasom, Mathanai, Mahatha, Za-
34 bad, Eliphelet, Iermai, Manasse, Semei.* De
35 filijs Bani. Maaddi, Amram, & Vel,* Ba-
36 neas,& Badaias, Cheliau, * Vania, Mari-
37 muth, & Eliasib, Mathanias, Mathanai, &
38 Iasi,* & Bani,& Bennui, Semei,& Salmias,
39 & Nathan,& Adaias,* & Mechnedebai, Si-
40 sai, Sarai,* Ezrel,& Semeliau, Semeria:* Sel-
41 lum, Amaria, Ioseph. * De filijs Nebo, Ie-
42 hiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, &
43 Ioel,& Banaia.* Omnes hi acceperant vxo-
44 res alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres,
quæ pepererant filios.

LIBER NEHEMIÆ, QVI ET ESDRÆ SECVNDVS DICITVR.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Nehemiæ filij 1
Helchiæ. Et factum est A
in mense Casleu, anno
vigesimo, & ego eram in
Susis castro. * Et venit 2
Hanani vnus de fratribus
meis, & ipse, & viri ex Iu-
da: & interrogaui eos de
Iudęis, qui remanserãt, & supererãt de capti-
uitate, & Ierusalem. * Et dixerunt mihi: Qui 3
remãserunt, & relicti sunt de captiuitate ibi B
in prouincia, in afflictione magna sunt, & in
opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus
est, & portæ eius combustæ sunt igni. * Cũ- 4
que audissẽ verba huiuscemodi, sedi, & fle-
ui, & luxi diebus multis: ieiunabam, & ora-
*Dan.9.a.4. bam, ante faciem Dei cæli. * Et dixi "Quæ- 5
so Domine Deus cæli fortis, magne, atque
terribilis, qui custodis pactum, & misericor-
diam cum his, qui te diligunt, & custodiunt
mandata tua: * fiant aures tuæ auscultan- 6
tes, & oculi tui aperti, vt audias orationem C
serui tui, quam ego oro coram te hodie no-
cte, & die pro filijs Israel seruis tuis: & con-
fiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus
peccauerunt tibi: ego, & domus patris mei
peccauimus, * vanitate seducti sumus, & 7
non custodiuimus mandatum tuum, & ce-
remonias, & iudicia, quæ præcepisti Moysi
famulo tuo. * Memento verbi, quod mãda- 8
sti Moysi seruo tuo dicens: Cum transgres-
si fueritis, ego dispergam vos in populos:
* & si reuertamini ad me, & custodiatis prę- 9
cepta mea, & faciatis ea: etiamsi abducti D
fueritis ad extrema cæli, inde congregabo
vos, & reducam in locum, quem elegi vt ha-
bitaret nomen meum ibi. * Et ipsi serui tui, 10
& populus tuus: quos redemisti in fortitu-
dine tua magna, & in manu tua valida.
* Obsecro Domine, sit auris tua attendens 11
ad orationem serui tui, & ad orationem ser-
uorum tuorum, qui volunt timere nomen
tuum: & dirige seruum tuum hodie, & da
ei misericordiam ante virum hunc. ego
enim eram pincerna regis.

CAP. II.

1 FActum est autem in mense Nisan, anno
A vigesimo Artaxerxis regis: & vinũ erat
ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: &
eram quasi languidus ante faciem eius.
2 * Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tri-
stis est, cum te ægrotum non videam? non
est hoc frustra, sed malum nescio quod in
3 corde tuo est. Et timui valde, ac nimis: * &
dixi regi: Rex in æternum viue: quare non
mereat vultus meus, quia ciuitas domus se-
pulchrorum patris mei deserta est, & portæ
4 eius combustæ sunt igni? * Et ait mihi rex:
Pro qua re postulas? Et oraui Deum cæli,
5 * & dixi ad regem: Si videtur regi bonum,
& si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt
mittas me in Iudæam ad ciuitatẽ sepulchri
6 patris mei, & ædificabo eam. * Dixitque mi-
B hi rex, & regina, quę sedebat iuxta eum: Vs-
que ad quod tempus erit iter tuum, & quã-
do reuerteris? Et placuit ante vultum re-
7 gis, & misit me: & constitui ei tempus. * Et
dixi regi: Si regi videtur bonum, epistolas
det mihi ad duces regionis trans Flumẽ, vt
traducant me, donec veniam in Iudæam:
8 * & epistolam ad Asaph custodem saltus re-
gis, vt det mihi ligna, vt regere possim por-
tas turris domus, & muros ciuitatis, & do-
mũ, quã ingressus fuero. Et dedit mihi rex
9 iuxta manum Dei mei bonam mecum. * Et
veni ad duces regionis trans Flumẽ, dediq.
eis epistolas regis. Miserat autem rex me-
10 cum principes militum, & equites. * Et au-
dierunt Sanaballat Horonites, & Tobias ser
C uus Ammanites: & contristati sunt affli-
ctione magna, qđ venisset homo, qui quæ-
11 reret prosperitatem filiorum Israel. * Et ve
12 ni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus, * &
surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, &
non indicaui cuiquam quid Deus dedisset in
corde meo vt facerem in Ierusalem, & iumẽ-
tum non erat mecum, nisi animal, cui sede-
bam. * Et egressus sum per portam vallis 13
nocte, & ante fontem draconis, & ad portam
stercoris, & cõsiderabam murum Ierusalem
dissipatum, & portas eius consumptas igni,
* Et transiui ad portam fontis, & ad aquæ- 14
ductum regis, & non erat locus iumento, cui
sedebam, vt transiret. * Et ascendi per torrẽ- 15
tem nocte, & considerabam murum, & re-
uersus veni ad portam vallis, & redij. * Ma- 16
gistratus autem nesciebãt quò abijssem, aut
quid ego facerem: sed & Iudæis, & sacerdo-
tibus, & optimatibus, & magistratibus, & re-
liquis, qui faciebant opus, vsque ad id loci ni-
hil indicaueram. * Et dixi eis: Vos nostis 17
afflictionem, in qua sumus, quia Ierusalem
deserta est, & portæ eius consumptæ sunt
igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem,
& non simus vltra opprobrium * Et indica- 18
ui eis manum Dei mei, quòd esset bona me D
cum, & verba regis, quæ locutus esset mihi,
& aio: Surgamus, & ædificemus. Et confor-
tatæ sunt manus eorum in bono. * Audierũt 19
autem Sanaballat Horonites, & Tobias ser-
uus Ammanites, & Gosem Arabs, & subsã-
nauerunt nos, & despexerunt, dixerũtque:
Quæ est hæc res, quam facitis? num quid con-
tra regem vos rebellatis? * Et reddidi eis ser- 20
monem, dixitque ad eos: Deus cæli ipse nos
iuuat, & nos serui eius sumus: surgamus, &
ædificemus: vobis autem non est pars, & iu-
stitia, & memoria in Ierusalem.

CAP. III.

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & 1
fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt A
portam gregis: ipsi sanctificauerunt eam, &
statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim cẽ-
tum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque
ad turrim Hananeel. * Et iuxta eum ædifica 2
uerunt viri Iericho: & iuxta eum ædificauit
Zachur filius Amri. * Portam autem piscium 3
ædificauerunt filij Asnaa: ipsi texerunt eam,
& statuerunt valuas eius: & seras, & vectes.
Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius V-
riæ filij Haccus. * Et iuxta eũ ædificauit Mo 4
sollã filius Barachiæ, filij Mesezebel: & iux- B
ta eos ædificauit Sadoc filius Baana: * Et iux 5
ta eos ædificauerũt Thecueni: optimates au-
tem eorum non supposuerunt colla sua in
opere Domini sui. * Et portam veterẽ ædifi 6
cauerunt Ioiada: filius Phasea, & Mosollam
filius Besodia; ipsi texerunt eã, & statuerunt
valuas eius, & seras, & vectes: * Et iuxta eos 7
ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadon
Meronathites, viri de Gabaon, & Maspha,
pro duce, qui erat in regione trans Flumen.
* Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia 8
aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias fi-
lius pigmentarij: & dimiserunt Ierusalẽ vs-
que ad murum plateæ latioris * Et iuxta eũ 9
ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici C
10 Ierusalem. * Et iuxta eum ædificauit Iedaia
filius Haromaph contra domum suam: &
iuxta eum ædificauit Hattus filius Hasebo
11 niæ. * Mediam partem vici ædificauit Mel
chias filius Herẽ, & Hasub filius Phahath
12 Moab, & turrim furnorum. * Et iuxta eum
ędificauit Sellum filius Alohes princeps me
13 diæ partis vici Ierusalẽ, ipse & filiæ ei⁹. * Et
portam vallis ædificauit Hanun, & habitato-
res Zanoe: ipsi ædificauerunt eam, & statue-
runt valuas eius, & seras, & vectes, & mille
cubitos in muro vsque ad portam sterquili-
14 nij. * Et portam sterquilinij ædificauit Mel
D chias filius Rechab, princeps vici Bethacha
ram: ipse ædificauit eam, & statuit valuas
15 eius, & seras, & vectes. * Et portam fontis
ædificauit Sellum filius Cholhoza, princeps
pagi Maspha: ipse ædificauit eam, & texit, &
statuit valuas eius, & seras, & vectes, & mu-
ros piscinæ Siloe in hortum regis, & vsque
ad gradus, qui descendunt de Ciuitate Da-
16 uid. * Post eum ædificauit Nehemias filius
Azboc princeps dimidiæ partis vici Bethsur
vsque cõtra sepulchrum Dauid, & vsque ad
piscinam, quæ grandi opere constructa est,
17 & vsque ad domum fortium. * Post eũ ædi
ficauerunt Leuitæ, Rehum filius Bẽni: post
eum ædificauit Hasebias princeps dimidiæ
18 partis vici Ceilæ in vico suo. * Post eũ ædi-
ficauerunt fratres eorum Banai filius Ena-
19 dad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. * Et ædi
E ficauit iuxta eũ Azer filius Iosue, princeps
Maspha mensuram secundam, contra ascen
20 sum firmissimi anguli. * Post eũ in monte
ædificauit Baruch filius Zachai mẽsuram se
cundam, ab angulo vsque ad portam domus
21 Eliasib sacerdotis magni. * Post eũ ædifica-
uit Merimuth filius Vriæ filij Haccus, mẽsu
ram secũdam, à porta domus Eliasib, donec
22 extenderetur domus Eliasib. * Et post eum
ædificauerunt sacerdotes viri de campestri-
23 bus Iordanis * Post eum ædificauit Benia-
min, & Hasub contra domum suã, & post
eũ ædificauit Azarias filius Maasiæ filij A-
24 naniæ contra domum suam. * Post eũ ædi-
ficauit Bennui filius Henadad mensurã se-
F cundam, à domo Azariæ vsque ad flexurã,
25 & vsque ad angulum. * Phalel filius Ozi cõ-
tra flexurã, & turrim, quæ eminet de domo
regis excelsa, id est, in atrio carceris: post eũ
26 Phadaia filius Pharos. * Nathinæi autẽ ha
bitabant in Ophel vsq contra portam aqua-
rum ad Orientem, & turrim, quæ promine-
27 bat. * Post eum ædificauerunt Thecueni mẽ
surã secundã à regione, à turre magna, & e-
28 minente vsq. ad murũ templi; * Sursum aũt
à porta equorum ædificauerunt sacerdotes,
29 vnusquisq. contra domum suam. * Post eos
ædificauit Sadoc fili⁹ Emmer contra domũ
G suam. Et post eum ædificauit Semaia filius
30 Secheniæ, custos portæ Orientalis. * Post eũ
ædificauit Hanania filius Selemia, & Hanũ
filius Seleph sextus, mensurã secundã: post
eũ ædificauit Mosolla filius Barachię, cõtra
gazophylaciũ suũ, Post eum ædificauit Mel-

chias filius aurificis vsque ad domum Nathi
naorum,& scruta vendentium contra por-
tam iudicialem,& vsque ad cenaculũ anguli.
* Et inter cænaculum angu'i in porta gregis 31
ædificauerunt aurifices,& negociatores.

CAP. IV.

FActum est autem, cum audisset Sanabal 1
lat,quòd ædificaremus murũ,iratus est A
valdè:& motus nimis subsannauit Iudæos,
* & dixit coram fratribus suis, & frequentia 2
Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbe-
cilles? Num dimittent eos gentes? Num sa-
crificabunt,& complebunt in vna die? Num
quid ædificare poterunt lapides de aceruis
pulueris,qui combusti sunt? * Sed & Tobias 3
Ammanites proximus eius,ait: Ædificent si
ascenderit vulpes, transiliet murum eorum
lapideum. * Audi Deus noster,quia facti su- 4
mus despectui:conuerte opprobrium super
caput eorum, & da eos in despectionem in
terra captiuitatis. * Ne operias iniquitatem 5
eorum, & peccatum eorum coram facie tua
non deleatur, quia irritauerunt ædificantes.
* Itaque ædificauimus murum, & coniunxi 6
mus totum vsque ad partem dimidiam: & B
pronocatum est cor populi ad operandum.
* Factum est autem, cum audisset Sanabal- 7
lat,& Tobias,& Arabes, & Ammanitæ,& ,
Azotij, quod obducta esset cicatrix muri Ie-
rusalem, & quòd cœpissent interrupta con-
cludi, irati sunt nimis. * Et congregati sunt 8
omnes pariter vt venirent, & pugnarent con
tra Ierusalem,& molirẽtur in nidias. * Et ora 9
uimus Deum nostrũ, & posuimus custodes
super murũ die,ac nocte contra eos. * Dixit 10
autem Iudas: Debilitata est fortitudo portan
tis, & humus nimia est, & nos non poteri-
mus ædificare murum. * Et dixerunt hostes 11
nostri: Nesciant: & ignorent donec venia- C
mus in medium eorũ, & interficiamus eos,
& cessare faciamus opus. * Factum est autẽ 12
veniẽtibus Iudæis, qui habitabant iuxta eos,
& dicentibus nobis per decem vices ex om-
nibus locis,quibus venerant ad nos, * statui 13
in loco post murum per circuitum populum
in ordinem cum gladijs suis, & lãceis, & ar-
cubus. * Et perspexi,atque surrexi:& aio ad 14
optimates,& magistratus, & ad reliquã par-
tem vulgi: Nolite timere à facie eorum. Do-
mini magni,& terribilis mementote, & pu-
gnate pro fratribus vestris,filijs vestris,& fi-
liabus vestris,& vxoribus vestris, & domib.
vestris. * Factum est autem,cũ audissent ini 15
mici nostri nunciatum esse nobis, dissipauit
Deus consilium eorũ. Et reuersi sumus om-
nes ad muros, vnusquisque ad opus suum.
* Et factũ est à die illa, media pars iuuenũ 16
eorum faciebat opus,& media parata erat ad
bellum,& lanceæ,& scuta,& arcus,& loricæ,
& principes post eos in omni domo Iuda,
* ædificantium in muro,& portantium one 17
ra,& imponentium: vna manu sua faciebat D
opus, & altera tenebat gladiũ. * ædificantiũ 18
enim vnusquisque gladio erat accinctus re-
nes. Et ædificabant, & clangebant buccina
19 iuxta me. * Et dixi ad optimates,& ad magi
stratus,& ad reliquam partem vulgi: Opus
grande est,& latum, & nos separati sumus
20 in muro procul alter ab altero: * in loco quo-
cumque audieritis clangorem tubæ illuc cõ-
currite ad nos: Deus noster pugnabit pro no
21 bis. * Et nosipsi faciamus opus: & media
pars nostrum teneat lanceas ab ascensu au-
22 rã donec egrediantur astra. * in tẽpore quo
que illo dixi populo: Vnusquisque cũ puero
suo maneat in medio Ierusalem, & sint no-
bis vices per noctem, & diem, ad operandũ.
23 * Ego autem,& fratres mei,& pueri mei,&
custodes, qui erant post me, non deponeba-
mus vestimenta nostra: vnusquisque tantum
nudabatur ad baptismum.

CAP. V.

1 ET factus est clamor populi, & vxorum
A eius magnus aduersus fratres suos Iu-
2 dæos. * Et erant qui dicerent. Filij nostri,&
filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus
pro pretio eorum frumentum, & comeda-
3 mus,& viuamus. * Et erant qui dicerent: A-
gros nostros,& vineas, & domos nostras op-
pona mus, & accipiamus frumentũ in fame.
4 * Et alij dicebant: Mutuo sumamus pecunias
in tributa regis, domusque agros nostros, &
5 vineas: * & nũc sicut carnes fratrum nostro-
rum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eo-
rum, ita & filij nostri, ecce nos subiugamus fi
lios nostros,& filias nostras in seruitutem,&
de filiabus nostris sunt famulę, nec habemus
vnde possint redimi,& agros nostros, & vi-
6 neas nostras alij possident. * Et iratus sum
B nimis cũ audissem clamorem eorum secun-
7 dũ verba hæc: * cogitauitque cor meum me-
cũ: & increpaui optimates, & magistratus, &
dixit eis. Vsuras ne singuli à fratribus vestris
exigitis? Et congregaui aduersum eos cõcio
8 nẽ magnam. * & dixi eis: Nos, vt scitis, rede-
mimus fratres nostros Iudæos, qui venditi
fuerant gentibus secundũ possibilitatem no-
stram, & vosigitur venderis fratres vestros,
& redimemus eos?. Et siluerunt, nec inuene-
9 runt quid responderunt. * Dixitque ad eos:
Non est bona res, quam facitis: quare non in
timore Dei nostri ambularis, ne exprobre-
10 tur nobis à gentibus inimicis nostris? * Et
ego,& fratres mei,& pueri mei commodaui
mus plurimis pecuniam,& frumentum: non
repetamus in commune istud, æs alienum
11 concedamus, quod debetur nobis. * Reddite
eis hodie agros suos, & vineas suas,& oliue-
ta sua,& domos suas: quin potius,& centesi-
mam pecunię, frumenti,& vini,& olei quam
12 exigere soletis ab eis, date pro illis. * Et dixe-
rũt: Reddem⁹,& ab eis nihil queremus: sicq.
faciemus vt loqueris. Et vocaui Sacerdotes,
& adiuraui eos, vt facerent iuxta quod dixe-
13 ram. * Insuper excussi sinũ meũ,& dixi: Sic
excutiat Deus omnem virum, qui non cõ-
ple-

pleuerit verbum istud, de domo sua,& de la
boribus suis: sic excutiatur,& vacuus fiat. Et
dixit vniuersa multitudo: Amen. Et laudaue
runt Deum. Fecit ergo populis sicut erat di-
ctum. * A die autem illa, qua præceperat rex 14
mihi vt essẽ dux in terra Iuda, ab anno vige
simo vsque ad annum trigesimum secundũ
Artaxerxis regis per annos duodecim, ego &
fratres mei annonas, quæ ducibus debebãtur,
non comedimus. * Duces autem primi, 15
qui fuerant ante me, grauauerunt populum,
& acceperunt ab eis in pane,& vino, & pecu-
nia quotidie siclos quadraginta: sed & mini-
stri eorum depresserunt populum. Ego autẽ
non feci ita propter timorem Dei: * quin po- 16
tius in opere muri ædificaui, & agrum non D
emi,& omnes pueri mei congregati ad opus
erant. * Iudæi quoque,& magistratus centũ 17
quinquaginta viri,& qui veniebãt ad nos de
gentibus, quæ in circuitu nostro sunt in mẽ-
sa mea erant. * Parabatur autẽ mihi per dies 18
singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis
volatilibus,& inter dies decẽ vina diuersa,&
alia multa tribuebã: insuper & annonas du-
catus mei non quæsiui: valdè enim attenua-
tus erat populus * Memento mei De⁹ meus 19
in bonũ secundũ oĩa, quæ fecit populo huic.

CAP. VI.

FActum est autem, cum audisset Sanabal- 1
lat,& Tobias,& Gossem Arabs,& ceteri A
inimici nostri, quod ædificassem ego murũ.
& non esset in ipso residua interruptio (vs-
que ad tempus autem illud valuas non po-
sueram in portis) * miserunt Sanaballat, & 2
Gossem ad me dicẽtes: Veni,& percutiamus
fœdus pariter in viculis in Campo Ono, Ipsi
autem cogitabant vt facerent mihi malum.
* Misi ergo ad eos nuncios, dicens: Opus grã 3
de e go facio,& non possum descendere, ne
fortè negligatur cum venero, & descendero
ad vos. * Miserunt autem ad me secundum 4
verbum hoc per quatuor vices: & respondi
eis iuxta sermonem priorem. * Et misit ad 5
me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vi
ce puerum suum,& epistolam habebat in ma B
nu sua scriptam hoc modo: * IN GENTI- 6
BVS auditũ est,& Gossem dixit, quod tu,&
Iudæi cogitetis rebellare,& propterea ædifi-
ces murũ,& leuare te velis super eos regem:
propter quã causam * & prophetas posueris, 7
qui prædicẽt de te in Ierusalem, dicẽtes: Rex
in Iudæa est. Auditurus est rex verba hæc: id
circò nunc veni, vt ineamus consiliũ pariter.
* Et misi ad eos, dicens: Non est factum secũ 8
dum verba hæc, quæ tu loqueris: de corde
enim tuo tu componis hæc. * Omnes enim 9
hi terrebant nos, cogitantes quod cessarent
manus nostræ ab opere, & quiesceremus.
Quam ob causam magis confortaui manus
meas: * & ingressus sum domum Semaiæ fi- 10
lij Dalaiæ filij Metabeel secreto. Qui ait: C
Tractemus nobiscũ in domo Dei in medio
templi,& claudamus portas ædis; quia ven-
turi sunt vt interficiant te, & nocte venturi
11 sunt ad occidendũ te. * Et dixi: Num qui is-
quam similis mei fugit? & quis vt ego ingre-
12 diatur templũ,& viuet? non ingrediar. * Et
intellexi quod Deus non misisset eũ, sed quã
si vaticinans locutus esset ad me, & Tobias,
13 & Sanaballat conduxissent eum. * acceperat
enim pretium, vt territus facerẽ,& peccarem
& haberent malum, quod exprobrarent mi-
14 hi. * Memento mei Dñe pro Tobia,& Sana
ballat, iuxta opera eorũ talia: sed & Noadiæ
prophetæ,& ceterorum prophetarũ, qui ter-
15 rebant me. * Completus est aũt murus vige
D simoquinto die mensis Elui, quinquaginta
16 duobus diebus. * Factũ est ergo cum audis-
sent omnes inimici nostri, vt timerent vni-
uersæ gentes, quæ erant in circuitu nostro,
& conciderent intra semetipsos, & scirent
17 quod à Deo factum esset opus hoc. * Sed &
in diebus illis multæ optimatum iudæorum
epistolæ mittebãtur ad Tobiam, & à Tobia
18 veniebant ad eos. * Multi enim erant in Iu-
dæa habentes iuramentum eius, quia gener
erat Secheniæ filij Area, & Iohanan filius
eius acceperat filiam Mosollam filij Bara-
19 chiæ: * sed & laudabant eum coram me, et
verba mea nunciabant ei: et Tobias mittebat
epistolas vt terreret me.

CAP. VII.

1 POstquam autẽ ædificatus est murus, &
A posui valuas,& recẽsui ianitores,& can- Eccl. 49.
2 tores, & Leuitas: * præcepi Hanani fratri d. 15.
meo,& Hananiæ principi domus de Ierusa-
lem (ipse enim quasi vir verax & timẽs Deũ
3 plus ceteris videbatur) * & dixi eis: Nõ ape-
riantur portæ Ierusalem vsque ad calorem
Solis. Cumque adhuc assisterent, clausæ por
tæ sunt,& oppilatæ:& posui custodes de ha-
bitatoribus Ierusalem, singulos p vices suas,
4 & vnumquemq. contra domum suam. * Ci-
uitas autem erat lata nimis,& grandis,& po-
pulus paruus in medio eius,& non erant do-
5 mus ædificatę. * Deus autem dedit in corde
meo,& congregaui optimates, & magistra-
tus,& vulgus, vt recenserem eos,& inueni li-
B brum census eorum, qui ascenderãt primum
6 & inuentum est scriptum in eo. * [a] Isti filij [a] 1. Esd.
prouinciæ, qui ascenderent de captiuitate 2. a. 1.
migrantium, quos transtulerat Nabuchodo-
nosor rex Babylonis,& reuersi sunt in Ieru-
salem,& in Iudæam, vnusquisque in ciuita-
7 tem suam. * Qui venerunt cum Zorobabel,
Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Naha-
mani, Mardochæus, Bessam, Mespharath,
Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum
8 populi Israel. * Filij Pharos, duo millia cen-
9 tum septuaginta duo: * Filij Sapharia, trecẽ-
10 ti septuaginta duo. * Filij Area, sexcẽti quin
11 quaginta duo. * Filij Phahathmoab filiorũ
12 Iosue,& Ioab, duo millia octingenti decem
C & octo: * Filij Ælam, mille ducẽti quinqua-
13 ginta quatuor: * Filij Zethna, octingenti qua
14 draginta quinque. * Filij Zachai septingentũ

sexaginta: * Filij Bannui, sexcenti quadragin 15
ta octo: * Filij Bebai, sexcenti vigintiocto: 16
* Filij Azgad, duo millia trecenti vigintiduo: 17
* Filij Adonicam, sexcenti sexaginta septem: 18
* Filij Beguai, duo millia sexaginta septem: 19
* Filij Adin, sexcenti quinquaginta quinque: 20
* Filij Ater, filij Hezechiæ, nonaginta octo: 21
* Filij Hasem, trecenti vigintiocto: * Filij 22
Besai trecenti vigintiquatuor. * Filij Hareph, 23
centum duodecim: * Filij Gabaon, nonagin- 24
taquinque: * Filij Bethlehem, & Netupha, 25
centum octogintaocto. * Viri Anathoth, cen- 26
tum vigintiocto. * Viri Bethazmoth, quadra- 27
ginta duo. * Viri Cariathiarim, Cephera, & 28
Beroth, septingenti quadraginta tres. * Viri 29
Rama, & Geba, sexcenti vigintiunus. * Viri 30
Machmas, centum vigintiduo. * Viri Bethel 31
& Hai, centum vigintitres. * Viri Nebo al- D
terius, quinquaginta duo. * Viri Ælam alte- 32
rius, mille ducenti quinquaginta quatuor. * Fi- 33
lij Haram, trecenti viginti. * Filij Iericho, 34
trecenti quadragintaquinque. * Filij Lod Ha- 35
did, & Ono, septingenti vigintiunus. * Filij 36
Senaa, tria millia nongenti triginta. * Sacer- 37
dotes: Filij Idaia in domo Iosue, nongenti 38
septuagintatres. * Filij Emmer, mille quin- 39
quaginta duo. * Filij Phasur, mille ducenti 40
quadragintaseptem. * Filij Arem, mille de- 41
cem, & septem. Leuitæ: * Filij Iosue, & Ced- 42
mihel filiorum. * Oduiæ, septuagintaqua- 43
tuor. Cantores: * Filij Asaph, centum qua- 44
dragintaocto * Ianitores: filij Sellum, filij 45
Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, fi- 46
lij Sobai: centum trigintaocto. * Nathinæi: E
filij Soha, filij Hasupha, filij Tebbaoth, * fi- 47
lij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, 48
filij Hagaba, filij Selmai, * filij Hanan, filij 49
Geddel, filij Gaher, * filij Raaia, filij Rasi, fi- 50
lij Necoda, * filij Gezen, filij Aza, filij Phasea, 51
* filij Besai, filij Munim, filij Nephussim, * fi- 52
lij Bachuc, filij Hacupha, filij Harur, * filij 53
Besloth, filij Mahida, filij Harsa, * filij Ber- 54
cos, filij Sisara, filij Thema, * filij Nasia, filij 55
Hatipha, * filij seruorum Salomonis, filij So- 56
thai, filij Sophereth, filij Pharida, * filij Iaha- 57
la, filij Darcō, filij Ieadel, * filij Saphatia, filij 58
Hatil, filij Phochereth, qui erat ortus ex Sa- 59
baim, filio Amō. * Omnes Nathinæi, & filij 60
seruorum Salomonis trecenti nonaginta duo,
* Hi sunt autem, qui ascenderūt de Thelme- 61
la, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emmer: &
non potuerunt indicare domum patrū suo-
rum, & semen suum, vtrum ex Israel essent.
* Filij Balaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcen- 62
ti quadragintaduo. * Et de Sacerdotibus, 63
filij Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui acce- F
pit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem:
& vocatus est nomine eorum. * Hi quæsie- 64
runt scripturam suam in censu, & non inue-
nerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. * Dixitq. 65
Athersata eis, vt non manducarent de San-
ctis sanctorum, donec staret Sacerdos doctus
& eruditus. * Omnis multitudo, quasi vir 66
vnus quadragintaduo millia trecēti sexagin-
ta, * absque seruis, & ancillis eorū, qui erant 67
septem millia trecenti triginta septem, & in-
ter eos cantores, & cantatrices, ducenti qua-
68 dragintaquinque. * Equi eorum, septingenti
triginta sex: muli eorum, ducenti quadragin-
69 taquinque: * cameli eorum, quadringenti tri-
gintaquinque: asini, sex millia septingenti vi-
ginti.

*Hucusq; refertur quid in commentario scri-
ptum fuerit, exin Nehemiæ historia texitur.*

70 * Nonnulli autem de principibus familiarum
dederunt in opus. Athersatha dedit in the-
G saurum auri drachmas mille, phialas quin-
quaginta, tunicas sacerdotales quingentas tri-
71 ginta. * Et de principibus familiarum dede-
runt in thesaurum operis auri drachmas vi-
ginti millia, & argenti mnas duo millia duce-
72 tas. * Et quod dedit reliquus populus, auri
drachmas viginti millia, & argēti mnas duo
millia, & tunicas sacerdotales sexagintasepte.
73 * Habitauerant autem Sacerdotes, & Leui-
tæ, & ianitores, & cantores, & reliquum vul-
gus, & Nathinæi, & omnis Israel in ciuitati-
bus suis.

CAP. VIII.

1 A ET venerat mensis septimus: filij autem
Israel erant in ciuitatibus suis. Congrega-
tusque est omnis populus, quasi vir vnus ad
plateam, quæ est ante portam aquarum, &
dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret Librum
legis Moysi, quam præceperat Dominus Is-
2 raeli. * Attulit ergo Esdras sacerdos legē co-
ram multitudine virorum, & mulierum, cū-
ctisque, qui poterant intelligere, in die prima
3 mensis septimi. * Et legit in eo apertè in pla-
tea, quæ erat ante portam aquarum, de mane,
vsq. ad mediam diem, in conspectu virorū,
& mulierum, & sapientium: & aures omnis
4 populi erant erectæ ad Librum. * Stetit autē
Esdras scriba, super gradum ligneum, quem
B fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eū.
Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, &
Helcia, & Maasia, ad dexteram eius: & ad si-
nistram, Phadaia, Misael, & Melchia, & Ha-
sum, & Hasbadana, Zacharia, & Mosollam.
5 * Et aperuit Esdras Librum coram omni po
pulo: super vniuersum quippe populū emi-
nebat: & cū aperuisset eum, stetit omnis po-
6 pulus. * Et benedixit Esdras Domino Deo
magno: & respondit omnis populus: Amen,
Amen: eleuans manus suas, & incuruati sunt
7 & adorauerunt Deum proni in terrā. * Por-
rò Iosue, & Bani, & Serebia, Iamin, Accub,
Septhai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Ioza-
bed, Hanan, Phalaia, Leuitæ, silētium facie-
bant in populo ad audiendam legem: popu-
8 lus autem stabat in gradu suo. * Et legerunt
in Libro legis Dei distinctè, & apertè ad in-
telligendum: & intellexerunt cum legeretur.
9 * Dixit autem Nehemias (ipse est Atherſa-
C tha,) & Esdras sacerdos, & scriba, & Leuitæ
interpretantes vniuerso populo: Dies sancti-
ficatus est Domino Deo nostro, nolite lugē-
re, & nolite flere. Flebat enim omnis popu-
lus

lus cūm audiret verba legis. * Et dixit eis: Ite, 10
comedite pinguia, & bibite mulsum, & mit-
tite partes his, qui non præparauerunt sibi:
quia sanctus dies Domini est, & nolite con-
tristari; gaudium enim Dominī est fortitu
do nostra. * Leuitæ autem silentium facie- 11
bant in omni populo, dicentes: Tacete, quia
dies sanctus est, & nolite dolere. * Abijt itaq. 12
omnis populus, vt comederet, & biberet, &
mitteret partes, & faceret lætitiam magnam
quia intellexerant verba, quæ docuerat eos.
* Et in die secundo congregati sunt princi- 13
pes familiarum vniuersi populi, Sacerdotes
& Leuitæ ad Esdram scribam, vt interpre-
taretur eis verba legis. * Et inuenerunt scri- 14
ptum in Lege præcepisse Dominum in ma-
nu Moysi, vt habitent filij Israel in taberna-
culis, in die solemni, mense septimo: * & vt 15
prædicent, & diuulgent vocem in vniuersis D
vrbibus suis, & in Ierusalem, dicentes: Egre-
dimini in montem, & afferte frondes oliuæ,
& frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti,
& ramos palmarum, & frondes ligni nemo-
rosi, vt fiant tabernacula, sicut scriptum est.
* Et egressus est populus, & attulerunt. Fece- 16
runtque sibi tabernacula vnusquisque in do-
mate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus
Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea
portæ Ephraim. * Fecit ergo vniuersa Eccle- 17
sia eorum, qui redierant de captiuitate, taber-
nacula, & habitauerunt in tabernaculis: non
enim fecerant à diebus Iosue filij Nun taliter
filij Israel, vsque ad diem illum. Et fuit læ-
titia magna nimis. * Legit autem in Libro le- 18
gis Dei, per dies singulos, à die primo, vsq. ad
diem nouissimum; & fecerunt solemnitatem
septem diebus, & in die octauo collectam
iuxta ritum.

CAP. IX.

1 IN die autem vigesimoquarto mensis hui-
ius conuenerunt filij Israel in ieiunio, & A
in saccis, & humus super eos. * Et separatum 2
est semen filiorum Israel ab omni filio alie-
nigena: & steterunt, & confitebantur peccata
sua, & iniquitates patrum suorum. * Et con- 3
surrexerunt ad standum, & legerunt in volū-
mine Legis Domini Dei sui, quater in die, &
quater confitebantur, & adorabant Domi-
num Deum suum. * Surrexerūt autem super 4
gradum Leuitarum Iosue, & Bani, & Ced-
mihel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Cha-
nani: & clamauerunt voce magna ad Domi-
num Deum suum. * Et dixerunt Leuitæ Io- 5
sue, & Cedmihel, Bonni, Hasebnia, Serebia
Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite, benedicite
Domino Deo vestro, ab æterno, vsque in æ-
ternum: & benedicant nomini gloriæ tuę ex-
celso in omni benedictione, & laude. * Tu ip- 6
se, Domine solus, tu fecisti cælum, & cælum
cælorum, & omnem exercitum eorum: terrā, B
& vniuersa, quæ in ea sunt: maria, & omnia,
quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc, &
7 exercitus cæli te adorat. * Tu ipse Dñe Deus,
qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne
Chaldæorum, & posuisti nomen eius Abra- *Gen.12.
8 ham. * Et inuenisti cor eius fidele coram te, d.31.
& percussisti cum eo fœdus, vt dares ei Ter-
ram Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, &
Pherezæi, & Iebusæi, & Gergesæi; vt dares
semini eius, & implesti verba tua, quoniā iu-
9 stus es. * Et vidisti afflictionem patrum no-
strorum in Ægypto: clamoremq. eorum audi-
10 disti super Mare rubrum. * Et dedisti signa,
atque portenta in Pharaone, & in vniuersis
seruis eius, & in omni populo terræ illius: cō-
gnouisti enim, quia superbè egerant contra
eos, & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die.
11 * Et mare diuisisti ante eos, & transierūt per
medium maris in sicco: persecutores autem
eorum, proiecisti in profundum, quasi lapidē
12 in aquas validas. * Et in columna nubis du-
C ctor eorum fuisti per diem, & in colūna ignis
per noctem, vt appareret eis via, per quam
13 ingrediebantur. * Ad montem quoque Sinai
descendisti, & locutus es cum eis de cælo, &
dedisti eis iudicia recta, & legem veritatis, ce-
14 rimonias, & præcepta bona, * & sabbatū san-
ctificatum tuum ostendisti eis, & mādata, &
ceremonias, & legem præcepisti eis in manu
15 Moysi serui tui. * Panem quoq. de cælo de-
disti eis in fame eorum, & aquā de petra edu
xisti eis sitientibus, & dixisti eis, vt ingrede-
rentur, & possiderēt terram, super quā leua-
16 sti manum tuam, vt traderes eis. * Ipsi vero,
& patres nostri superbè egerūt, & induraue-
runt ceruices suas, & non audierunt mādata
17 tua. * Et noluerunt audire, & non sunt recor
dati mirabilium tuorum, quæ feceras eis. Et
induraverunt ceruices suas, & dederunt ca-
put, vt conuerterentur ad seruitutem suam,
D quasi per contentionem. Tu aūt Deus propi-
tius, & clemēs, & misericors, & lōganimis, &
18 multæ miserationis non dereliquisti eos, * &
quidem cum fecissent sibi vitulum conflati-
lē, & dixissent: Iste est Deus tuus, qui eduxit
te de Ægypto: fecerūtque blasphemias ma-
19 gnas. * Tu aūt in misericordijs tuis multis nō
dimisisti eos in deserto: columna nubis non
recessit ab eis per diem, vt duceret eos in viā,
& columna ignis per noctem, vt ostenderet
20 eis iter, per quod ingrederentur. * Et spiritū
tuum bonum dedisti, qui doceret eos, & mā-
na tuum nō prohibuisti ab ore eorū, & aquā
21 dedisti eis in siti. * Quadraginta annis pauisti
eos ī deserto, nihilq. eis defuit: vestimēta eo-
rum non inueterauerunt, & pedes eorū non
22 sunt attriti. * Et dedisti eis regna, & populos,
& partitus es eis sortes, & possederunt terrā
Sehon, & terram regis Hesebon, & terram
23 Og regis Basan. * Et multiplicasti filios eorū
sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terram,
de qua dixeras patribus eorum, vt ingrede-
24 rentur, & possiderent. * Et venerunt filij, & E
possederunt terram, & humiliasti coram eis
habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos
in manu eorum, & reges eorum, & populos
25 terræ, vt facerent eis sicut placebat illis. * Ce-

perunt itaque vrbes munitas,& humum pin
guem,& possederunt domos plenas cunctis
bonis:cisternas ab alijs fabricatas vineas,& o-
liueta,& ligna pomifera multa,& comederũt,
& saturati sunt,& impinguati sunt,& abun-
dauerunt delicijs in bonitate tua magna. * 26
Prouocauerunt autem te ad iracundiam,&
recesserunt à te,& proiecerũt legem tuã post
terga sua, & prophetas tuos occiderunt, qui
contestabantur eos,vt reuerterentur ad te:fe-
ceruntq. blasphemias grandes: * Et dedisti 27
eos in manu hostium suorum,& afflixerunt
eos. Et in tempore tribulationis suæ clama-
uerunt ad te, & tu de cęlo audisti, & secun-
dum miserationes tuas multas dedisti eis sal
uatores, qui saluarent eos de manu hostium
suorum.* Cumq. requieuissent reuerti sunt,28
vt facerent malum in conspectu tuo:& dere- F
liquisti eos in manu inimicorum suorum,&
possederunt eos. Conuersiq. sunt, & clama-
uerunt ad te:tu autem de cælo exaudisti, &
liberasti eos in misericordijs tuis multis tem-
poribus.* Et contestatus es eos,vt reuerterẽ- 29
tur ad Legem tuam. Ipsi verò superbè ege-
runt,& non audierunt mandata tua,& in iu-
dicijs tuis peccauerunt, quæ faciet homo,&
viuet in eis:& dederunt humerum recedẽ-
tem,& ceruicem suam indurauerunt,nec au-
dierunt. * Et protraxisti super eos annos 30
multos, & contestatus es eos in spiritu tuo,
per manum prophetarum tuorum :& non
audierunt,& tradidisti eos in manu populo-
rum terrarum.* In misericordijs autem tuis 31
plurimis non fecisti eos in consumptionem,
nec dereliquisti eos:quoniam Deus miseratio-
num,& clemens es tu * Nunc itaq. Deus no- 32
ster magnè fortis,& terribilis, custodiens pa-
ctum,& misericordiam,ne auertas à facie tua
omnem laborem, qui inuenit nos, reges no-
stros,& principes nostros, & sacerdotes no- G
stros:& prophetas nostros, & patres nostros,
& omnem populum tuum à diebus regis As-
sur,vsque in diem hanc. * Et tu iustus es in 33
omnibus,quæ venerunt super nos:quia veri-
tatem fecisti,nos autem impiè egimus.* Re- 34
ges nostri,principes nostri,sacerdotes nostri,
& patres nostri non fecerunt legem tuam,&
non attenderunt mandata tua,& testi monia
tua,quæ testificatus es in eis. * Et ipsi in re- 35
gnis suis, & in bonitate tua multa,quam de-
deras eis,& in terra latissima,& pingui,quam
tradideras in conspectu eorum, non seruie-
runt tibi, nec reuersi sunt à studijs suis pessi-
mis.* Ecce nos ipsi hodie serui sumus, & ter- 36
ra,quam dedisti patribus nostris, vt comede-
rent panem eius, & quæ bona sunt eius, &
nos ipsi serui sumus in ea. * Et fruges eius 37
multiplicãtur regibus,quos posuisti super nos
propter peccata nostra, & corporibus nostris
dominantur,& iumentis nostris, secundum
voluntatem suam, & in tribulatione magna
sumus * Super omnibus ergo his no ipsi per- 38
cuumus fœdus,& scribimus,& signãt prin-
cipes nostri, Leuitæ nostri,& Sacerdotes nostri.

CAP. X.

1 SIgnatores autẽ fuerũt, Nehemias, Ather-
A satha,filius Hachelai, & Sedecias,* Sara-
2 ias,Azarias,Ieremias, * Pheshur, Amarias,
3 Melchias,*Hattus,Sebenia,Melluch. * Ha-
4 rẽ, Merimuth,Obdias,*Daniel,Genthon,Ba
5 ruch,*Mosollam,Abia, Miamin. * Maazia,
6 Belgai,Semeia:hi sacerdotes.*Porrò Leuitę,
7 Iosue filius Azaniæ, Bennui de filijs Hena-
8 dad, Cedmihel, *& fratres eorum, Sebenia,
9 Odaia,Celitha,Phalaia,Hanan,*Micha,Ro-
10 hob,Hasebia, * Zachur,Serebia,Sanabia, *
11 Odaia,Bani Baninu.
12 * Capita populi, Pharos, Phahathmoab,
13 Ælam,Zerhu,Bani.* Ponni,Azgad,Bebai,
14 *Adonia,Begoai,Adin, * Ater, Hezezia, A-
15 zur,* Odaia,Hasum,Besai.* Hareph,Ana-
16 thot,Nebai, * Megphias, Mosollam,Ha-
17 zir,* Mesizabel,Sadoc,Ieddua,*Pheltia,Ha-
18 nã,Anaia,*Osee,Hanania,Hasub,*Alohes,
19 Phalea,Sobec,*Rehum,Hasebnat Maasia,
20 Echaia. Hanan,Anã,*Melluch,Haran,Baa-
21 na:*& reliqui de populo,Sacerdotes,Leuitę,
22 ianitores,& cantores, Nathinæi, & omnes,
23 qui se separauerunt de populis terrarum ad
24 legem Dei vxores eorum, filij eorum,*& fi-
25 lię eorum*oẽs,qui poterant sapere sponden-
26 tes pro fratribus suis optimates eorum, &
27 qui veniebant ad pollicendũ, & iurandum,
28 vt ambularent in lege Dei,quam dederat in
B manu Moysi serui Dei,vt facerent, & custo-
29 dirent vniuersa mandata Dñi Dei nostri,
30 & iudicia eius,& ceremonias eius,* & vt nõ
daremus filias nostras populo terræ,& filias
31 eorum non acciperemus filijs nostris. * Po-
puli quoque terræ,qui important venalia, &
omnia ad vsum,per diem sabbati,vt vendãt,
non accipiemus,ab eis in sabbato,& in die sã
ctificato. Et dimittemus annum septimum,
32 & exactionem vniuersæ manus.* Et statue-
C mus super nos præcepta, vt demus tertiam
partem sicli per annum,ad opus domus Dei
33 nostri,*ad panes propositionis,& ad sacrifi-
cium sempiternum, & in holocaustum sem-
piternum in sabbatis,in calendis,in solemni-
tatibus,& in sanctificatis, & pro peccato: vt
exoretur pro Israel, & in omnem vsum do-
34 mus Dei nostri. * Sortes ego misimus, super
oblationem lignorum inter Sacerdotes,& ر
Leuitas,& populum, vt inferrẽtur in domũ
Dei nostri per domos patrum nostrorũ, per
tempora,a temporius anni,vsq. ad annum:
vt arderent super altare Domini Dei nostri,
35 sicut scriptura est in lege Moysi:*& vt affer-
remus primogenita terræ nostræ,& primiti-
ua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in
36 annum,in domo Dñi:* & primitiua filiorũ
D nostrorum,& pecorũ nostrorũ, sicut scriptũ
est in lege,& primitiua boum nostrorum,&
ouium nostrarũ,vt offerrentur in domo Dei
nostri,Sacerdotibus qui ministrant in domo
37 Dei nostri:* & primitias ciborum nostro-
rum,

rum, & libaminum nostrorũ, & poma om-
nis ligni, vindemiæ quoq. & olei afferemus
Sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri,
& decimã partem terræ nostræ Leuitis. Ipsi
Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciui-
tatibus operum nostrorum.* Erit autem Sa- 38
cerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis
Leuitarum,& Leuitæ offerẽt decimam par-
tem decimæ tuæ in domo Dei nostri, ad ga-
zophylacium in domum thesauri. * Ad ga- 39
zophylaciũ enim deportabunt filij Israel, &
filij Leui primitias frumenti, vini,& olei: &
ibi erunt vasa sanctificata, & Sacerdotes, &
cantores, & ianitores, & ministri, & non di-
mittemus domum Dei nostri.

CAP. XI.

HAbitauerunt autem principes populi 1
in Ierusalem : reliqua verò plebs misit A
sortem, vt tollerent vnam partẽ decem, qui
habitaturi essent in Ierusalem ciuitate san-
cta,nouem verò partes in ciuitatib9.* Bene- 2
dixit autem populus omnibus viris, qui se
spontè obtulerant,vt habitarent in Ierusalẽ.
* Hi sunt itaque principes prouinciæ,qui ha- 3
bitauerunt in Ierusalem,& in ciuitatibus Iu-
da Habitauit autem vnusquisque in posses-
sione sua, in vrbibus suis, Israel, Sacerdotes,
Leuitæ,Nathinæi,& filij seruorum Salomo-
nis,* Et in Ierusalẽ habitauerunt de filijs Iu- 4
da,& de filijs Beniamin: de filijs Iuda, A-
thaias filius Aziam, filij Zachariæ, filij A-
mariæ, filij Saphatiæ, filij Malaleel: de filijs
Phares,* Maaia filius Baruch,filius Chol- 5
hoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Ioia-
rib, filius Zachariæ, filius Silonitis: * omnes 6
hi filij Phares, qui habitauerunt in Ierusa-
lem,quadringenti sexaginta octo viri fortes.
* Hi sunt autem filij Beniamin: Sellũ filius 7
Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius B
Colaia,filius Masia,filius Etheel,filius Isaia,
* post eum Gebbai, Sellai, nongenti vigin- 8
tiocto, * & Ioel filius Zechri præpositus eo- 9
rum, & Iudas filius Senua super ciuitatẽ se-
cũdus.* Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioa- 10
rib,Iachin, * Saraia filius Helciæ, filius Mo- 11
sollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius
Achitob princeps domus Dei,*& fratres eo- 12
rum facientes opera templi : octingenti vi-
ginti duo. Et Adaia filius Ierohã,filius Phe-
lelia,filius Amsi,filius Zachariæ,filius Phes-
hur, filius Melchiæ, * & fratres eius princi- 13
pes patrum : ducenti quadragintaduo. Et
Amassai filius Azreel,filius Ahazi,filij Mo-
sollamoth,filius Emmer,* & fratres eorum 14
potentes nimis : centum vigintiocto,& præ-
positus eorum Zabdiel filius potentiũ. * Et 15
de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azari-
cam, filius Hasabia, filius Boni,* & Saba- 16
tha, & Iozabed, super omnia opera, quæ C
erant foris tecus in domo Dei, a principi-
bus Leuitarum. * Et Mathania filius Mi- 17
cha, filius Zebedei, filius Asaph princeps
ad laudandum, & ad confitendum in ora-
tione, & Bechecia secundus de fratribus
eius, & Abda filius Samua, filius Galaai, fi-
18 lius Idithum:*omnes Leuitæ in ciuitate sã-
19 cta ducenti octogintaquatuor. * Et ianitores,
Accub, Telmon, & fratres eorum, qui
custodiebant ostia:centum septuaginta duo.
20 * Et reliqui ex Israel Sacerdotes, & Leuitæ
in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in
21 possessione sua. * Et Nathinæi,qui habita-
bant in Ophel, & Siaba, & Gaspha de Na-
22 thinæis. * Et episcopus Leuitarum in Ie-
rusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ,
filius Mathaniæ, filius Michæ. De filijs
Asaph, cantores in ministerio domus Dei.
23 * Præceptum quippe regis super eos erat,
& ordo in cantoribus per dies singulos,
24 *& Phathahia filius Mesezebel, de filijs
D Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne
25 verbum populi, * & in domibus per omnes
regiones eorum. De filijs Iuda habitauerunt
in Cariatharbe, & in filiabus eius: & in Di-
bon, & in filiabus eius: & in Babseel, & ر
26 in vinculis eius, * & in Iesue, & in Molada,
27 & in Bethphaleth, * & in Hasersual, & in
28 Bersabee,& in filiabus eius,*& in Siceleg,&
29 in Mochona,& in filiabus eius,*& in Reim-
30 mon, & in Saraa, & in Ierimuth, * Zanoa,
Odollam, & in villis earum, Lachis, & re-
gionibus eius, & Azeca, & filiabus eius. Et
mãserunt in Bersabee vsque ad vallem En-
31 nom.* Filij autem Beniamin,a Geba, Mech
32 mas,& Hai, & Bethel,& filiabus eius:* A-
33 nathot, Nob, Anania, * Asor, Rama, Getha-
34 im,* Hadid, Seboim,& Neballat, Lod, * &
35 Ono valle artificum. * Et de Leuitis portio-
36 nes Iudæ,& Beniamin.

CAP. XII.

1 HI sunt autem Sacerdotes,& Leuitę,qui
A ascenderũt cum Zorobabel filio Sala-
2 thiel, & Iosue : Saraia, Ieremias, Esdras,*A-
3 maria, Melluch, Hattus,* Sebenias,Rheum,
4 Merimuth,*Addo,Gethõ,Abia,* Miamin,
5 Madia, Belga,* Semeia. & Ioarib, Idaia,Sel-
6 lum, Amoc, Helcias, * Idaia. Isti princi-
7 pes Sacerdotum, & fratres eorum in diebus
8 Iosue.* Porrò Leuitæ, Iesua, Bennui, Ced-
mihel,Sarebia,Iuda,Mathanias, super hym-
9 nos ipsi,& fratres eorum : * & Bechecia atq.
Hanni, & fratres eorum vnusquisq. in offi-
10 cio suo.*Iosue autem genuit Ioacim,& Ioa-
cim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada.
11 * & Ioiada genuit Ionathan,& Ionathan ge-
12 nuit Ieddoa. * In diebus autem Ioacim
erant Sacerdotes, & principes familiarum:
13 Saraiæ : Moraia : Ieremiæ, Hanauia: * Es-
14 dræ, Mosollam : Amariæ,Iohanan: * Mi-
15 licho, Ionathan, Sebeniæ, Ioseph; * Ha-
16 ram, Edna : Maraioth, Helci: * Adaiæ, Za-
17 charia, Genthon, Mosollam:* Abiæ, Zechri,
18 Miamin,& Moadiæ, Phelti: * Belge, Sam-
19 mua : Semaiæ, Ionathan, * Ioiarib, Ma-
20 thanai : Iodaiæ, Azzi: * Sellai, Celai:
21 Amos, Heber; * Helciæ, Hasebia, Idaiæ,

Nathanael.* Leuitæ in diebus Eliasib,& Io- 22
iada, & Iohanan, & Ieddoa scripti princi- B
pes familiarum, & Sacerdotes in regno Da-
rij Persæ * Filij Leui principes familiarum, 23
scripti in Libro verborum dierum, & vsque
ad dies Ionathan, filij Eliasib.* Et principes 24
Leuitarum Hasebia, Serebia, & Iosue filius
Cedmihel: & fratres eorum per vices suas,
vt laudarent, & confiterentur iuxta præce-
ptum Dauid viri Dei, & obseruarent æquè
per ordinē * Mathania,& Becbecia, Obedia, 25
Mosollā, Telmon, Accub custodes portarum
& vestibulorum ante portas. * Hi in diebus 26
Ioacim filij Iosue, filij Iosedec, & in diebus
Nehemiæ ducis,& Esdræ sacerdotis, scribæ-
que.* In dedicatione autem muri Ierusalem 27
requisierūt Leuitas de omnibus locis suis, vt
adducerent eos in Ierusalem, & facerent de-
dicationem, & lætitiam in actione gratiarū,
& cantico, & in cymbalis, & psalterijs, & ci-
tharis. * Congregati sunt aūt filij cantorum 28
de cāpestribus circa Ierusalē, & de villis Ne-
thuphati, * & de domo Galgal,& de regio- 29
nibus Geba, & Azmaueth: quoniam villas
ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ieru-
salem.* Et mundati sunt Sacerdotes, & Le- 30
uitæ,& mūdauerunt populum, & portas,& C
murum. * Ascendere autem feci principes 31
Iuda super murum, & statui duos magnos
choros laudantium. Et ierunt ad dexteram
super murum ad portam sterquilinij. * Et 32
iuit post eos Osaias, & media pars princi-
pum Iuda; * & Azarias, Esdras, & Mosol- 33
lam, Iudas, & Beniamin, & Semeia, & Iere-
mias.* Et de filijs sacerdotum in tubis, Za- 34
charias filius Ionathan, filius Semeia, filius
Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, fi-
lius Asaph, * & fratres eius Semeia, & Aza- 35
reel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael,& Iu
das, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri
Dei: & Esdras scriba ante eos in porta Fon-
tis.* Et contra eos ascenderunt in gradib. ci- 36
uitatis Dauid in ascensu muri super domū
Dauid,& vsq. ad portā Aquarum ad Orien-
tem. * Et chorus secūdus gratias referentiū 37
ibat ex aduerso, & ego post eum, & media
pars populi super murū,& super turrim fur-
norum, & vsque ad murum latissimum.
* & super portam Ephraim, & super portā 38
antiquam, & super portam pisciū, & turrim
Hananeel, & turrim Emath, & vsq. ad por-
tam gregis: & steterunt in porta custodiæ,
* steteruntq. duo chori laudantiū in domo 39
Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum
mecum. * Et sacerdotes, Eliachim, Maasia, 40
Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Ha- D
nania in tubis, * & Maasia, & Semeia, & E- 41
leazar, & Azzi, & Iohanan, & Melchia,
& Ælam, & Ezer. Et clarè cecinerunt can-
tores, & Iezraia præpositus: * & immola- 42
uerunt in die illa victimas magnas, & læ-
tati sunt: Deus enim lætificauerat eos læ-
titia magnā, sed & vxores eorum, & liberi
gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem
procul. * Recensuerunt quoque in die illa 43
viros super gazophilacia thesauri ad libami-
na,& ad primitias, & ad decimas, vt intro-
ferrent per eos principes ciuitatis in deco-
re gratiarum actionis, Sacerdotes, & Leui-
tas: quia lætificatus est Iuda in Sacerdoti-
44 bus,& Leuitis astantibus.* Et custodierunt
obseruationem Dei sui, & obseruationem
expiationis, & cantores, & ianitores iuxta
præceptum Dauid, & Salomonis filij eius;
45 * quia in diebus Dauid, & Asaph ab exor-
dio erant principes constituti cantorum in
carmine laudantium, & confitentium Deo.
46 * Et omnis Israel, in diebus Zorobabel,& in
diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus,
& ianitoribus per dies singulos, & sancti-
ficabant Leuitas, & Leuitæ sanctificabant fi-
lios Aaron.

CAP. XIII.

1 IN die autem illo lectum est in volumi-
A ne Moysi audiente populo: & inuentum
est scriptum in eo, quod non debeant introi-
re Ammonites, & Moabites in ecclesiam
2 Dei vsque in æternum: *eo quod non occur-
rerint filijs Israel cum pane, & aqua: & con-
duxerint aduersum eos Balaam, ad maledi-
cendum eis: & conuertit Deus noster ma-
3 ledictionem in benedictionem. * Factum
est autem, cum audissent legem, separaue-
4 runt omnem alienigenam ab Israel. * Et su-
per hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat prę-
positus in gazophylacio domus Dei nostri,
5 & proximus Tobiæ. * Fecit ergo sibi gazo-
phylacium grande: & ibi erant ante eum re-
ponentes munera, & thus, & vasa, & de-
cimam frumenti, vini, & olei, & partes
Leuitarum, & cantorum, & ianitorum, &
6 primitias sacerdotales. * In omnibus au-
tem his non fui in Ierusalem, quia anno tri-
gesimosecundo Artaxerxis regis Babylonis
veni ad regem, & in fine dierum rogaui re-
7 gem. * Et veni in Ierusalem, & intellexi
malum, quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt fa-
ceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei.
8 * Et malum mihi visum est valdè. Et proie-
B ci vasa domus Tobię foras de gazophylacio:
9 * præcepitq. & emūdauerunt gazophylacia,
& retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium, &
10 thus.* Et cognoui, quod partes Leuitarum
non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque
in regionem suam de Leuitis, & cantoribus,
11 & de his, qui ministrabant; * & egi causam
aduersus magistratus, & dixi: Quare de-
reliquimus domum Dei? Et congregaui eos,
12 & feci stare in stationibus suis. * Et omnis
Iuda apportabat decimam frumenti, vini,
13 & olei in horrea.* Et cōstituimus super hor
rea Selemiam Sacerdotem, & Sadoc scribā;
& Phadaiam de Leuitis,& iuxta eos Hanan
filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam
fideles comprobati sunt,& ipsis creditę sunt
14 partes fratrum suorum. * Memento mei
Deus meus pro hoc, & ne deleas miseratio-
nes meas, quas feci in domo Dei mei, & in
cere-

ceremonijs eius. * In diebus illis vidi in Iu- 15
da calcantes torcularia in sabbato, portantes
aceruos, & onerantes super asinos vinum,
& vuas, & ficus, & omne onus, & inferen-
tes in Ierusalem die sabbati. Et contestatus
sum, vt in die, qua vendere liceret, vēderent.
* Et Tyrij habitauerunt in ea inferentes pi- 16
sces, & omnia venalia: & vendebant in C
sabbatis filijs Iuda in Ierusalem: * & obiur- 17
gaui optimates Iuda, & dixi eis: Quæ est
hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis
diem Sabbati: * Numquid non hæc fecerūt 18
patres nostri, & adduxit Deus noster super
nos omne malum hoc, & super ciuitatem
hanc? Et vos additis iracundiam super Is-
rael violando Sabbatum. * Factum est au- 19
tem, cum quieuissent portę Ierusalem in die
Sabbati, dixi: & clauserunt ianuas, & præ-
cepi, vt non aperirent eas vsque post Sab-
batum: & de pueris meis constitui super
portas, vt nullus inferret onus in die Sabba-
ti. * Et manserunt negociatores, & ven- 20
dentes vniuersa venalia foris Ierusalem se-
mel,& bis. * Et contestatus sum eos, & di- 21
xi eis: Quare manetis ex aduerso muri? si se-
cundò hoc feceritis, manum mittam in vos.
Itaque ex tempore illo non venerunt in Sab-
bato.* Dixi quoq. Leuitis, vt mundarentur, 22
& venirent ad custodiendas portas, & san-
ctificandam diem Sabbati: & pro hoc ergo D
memento mei Deus meus, & parce mihi se-
cundum multitudinem miserationum tua-
23 rū. *Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducē-
tes vxores Azotidas, Ammonitidas,& Moa-
24 bitidas. * Et filij eorum ex media parte lo-
quebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iu-
daicè, & loquebantur iuxta linguam popu-
25 li, & populi. * Et obiurgaui eos, & male-
dixi. Et cecidi ex eis viros, & decaluaui
eos, & adiuraui in Deo, vt non darent filias
suas filijs eorum, & non acciperent de fi-
liabus eorum filijs suis, & sibimetipsis, di-
26 cens: * " Numquid non in huiuscemodi " 3. Reg.
re peccauit Salomon rex Israel? & certè in 3.b.7.
gentibus multis non erat rex similis ei, &
dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus " 3. Reg.
regem super omnem Israel, " & ipsum ergo 11.a.1.
duxerunt ad peccatum mulieres alienigenę.
27 * Numquid & nos inobedientes faciemus
omne malum grande hoc, vt præuaricemur
in Deo nostro, & ducamus vxores peregri-
28 nas? * De filijs autem Ioiada filij Eliasib
sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Ho-
29 ronites, quem fugaui a me. * Recordare Do-
mine Deus meus aduersum eos, qui polluūt
sacerdotium, iusq. Sacerdotale, & Leuiticū.
30 * Igitur mundaui eos ab omnibus alienige-
nis, & constitui ordines Sacerdotum, et Le-
uitarum, vnumquemque in ministerio suo:
31 * et in oblatione lignorum in temporibus
constitutis, et in primitijs: memento mei
Deus meus in bonum. Amen.

LIBER

LIBER TOBIÆ.

CAPVT PRIMVM.

TOBIAS ex tribu, & ciui- 1
tate Nephthali (quæ est A
in superioribus Galilææ
supra Naasson, post viam,
quæ ducit ad Occidētem,
in sinistro habens ciuita-
tem Sephet) * " cum cap- 2
tus esset in diebus Salmanasar regis Assyrio-
rum, in captiuitate tamen positus, viam ve-
ritatis non deseruit. * ita vt omnia, quæ ha- 3
bere poterat, quotidie concaptiuis fratribus,
qui erant ex eius genere, impertiret.* Cumq. 4
esset iunior omnibus in tribu Nephthali,
nihil tamen puerile gessit in opere. * Deni- 5
que cum irent omnes ad vitulos aureos, "
quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus
fugiebat consortia omnium, * sed pergebat 6
in Ierusalem ad templum Domini, & ibi
adorabat Dominum Deum Israel, omnia B
primitiua sua, & decimas suas fideliter of-
ferens, * ita vt in tertio anno proselytis, & 7
aduenis ministraret omnē decimationem.
* Hæc, & his similia secundum legem Dei 8
puerulus obseruabat.* Cum verò factus es- 9
set vir, accepit vxorem Annam de tribu sua,
genuitque ex ea filium, nomen suum impo-
nens ei, * quem ab infantia timere Deum 10
docuit, & abstinere ab oī peccato. * Igitur 11
cum per captiuitatem deuenisset cum vxore
sua, & filio in ciuitatem Niniuen cum omni
tribu sua, * (cū omnes ederent ex cibis Gen- 12
tilium) iste custodiuit animam suam, &
numquam contaminatus est in escis eo-
13 rum.* Et quoniam memor fuit Domini in
C toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in
14 conspectu Salmanasar regis, * & dedit illi
potestatem quocumque vellet ire, habens li-
15 bertatem quæcunque facere voluisset.* Per-
gebat ergo ad omnes, qui erant in captiuita-
16 te, & monita salutis dabat eis.* Cum autem
venisset in Rages ciuitatem Medorum, &
ex his quibus honoratus fuerat à rege, ha-
17 buisset decem talenta argenti: * & cum in
multa turba generis sui Gabelum egentem
videret, qui erat ex tribu eius, sub chirogra-
pho dedit illi memoratum pondus argenti.
18 * Post multum verò temporis, mortuo Sal-
manasar rege, cum regnaret Sennacherib fi-
lius eius pro eo, & filios Israel exosos habe-
19 ret in cōspectu suo:* Tobias quotidie perge-
bat per omnem cognationem suam, & con-
solabatur eos, diuidebatq. vnicuique, prout
20 poterat, de facultatibus suis: * esurientes
D alebat, nudisq. vestimenta præbebat, & mor-
tuis atque occisis sepulturam solicitus exhi-
21 bebat.* " Denique cū reuersus esset rex Sen-
nacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa
eum fecerat Deus propter blasphemiam
suam, & iratus multos occiderat ex filijs Is-
22 rael, Tobias sepeliebat corpora eorum.* At
vbi nunciatum est regi, iussit eum occidi, &
23 tulit omnem substantiam eius.* Tobias ve-
rō

" 4. Reg. 17. a. 3. & 18. b. 9.

" 3. Reg. 12. f. 28.

rō cum filio suo, & cum vxore fugiens, nu-
" Esa. 37. g. 38. 2. Mach. 8. e. 19. 2. Paral. 32. c. 21. dus latuit, quia multi diligebant eum, * " 24
Post dies verò quadragintaquinque occide-
runt regem filij ipsius, * & reuersus est To- 25
bias in domum suam, omnisq. facultas eius
restituta est ei.

CAP. II.

POst hæc verò, cum esset dies festus Do- 1
mini, & factum esset prandium bonum A
in domo Tobiæ, * dixit filio suo: Vade, & ad- 2
duc aliquos de tribu nostra, timentes Deū,
vt epulentur nobiscum. * Cumque abisset, 3
reuersus nunciauit ei, vnum ex filijs Israel
iugulatū iacere in platea. Statimque exiliens
de accubitu suo, relinquens prandium, ieiu-
nus peruenit ad corpus: * tollensq illud por- 4
tauit ad domum suam occultè, vt dum Sol
occubuisset, cautè sepeliret eum. * Cumque 5
occultasset corpus, manducauit panem cum
luctu, & tremore, * memorans illum sermo- 6
" Amos. 8. c. 10. nem, quem dixit Dominus " per Amos pro-
phetam: Dies festi vestri conuertentur in la- B
1. Mac. 1. d. 14. mentationem, & luctum: * Cum verò Sol oc 7
cubuisset, abijt, & sepeliuit eum.* Arguebāt 8
autem eum omnes proximi eius, dicentes:
Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix
effugisti mortis imperium, & iterum sepelis
mortuos? * " Sed & Tobias plus timens Deū, 9
" Sup. 1. d. 23. quam regem, rapiebat corpora occisorum
& occultabat in domo sua, & medijs nocti-
bus sepeliebat ea. * Contigit autem vt qua- 10
dam die fatigatus à sepultura, veniēs in do-
mum suam, iactasset se iuxta parietem, &
obdormisset, * & ex nido hirundinum dor- 11
mienti illi calida stercora inciderent super
oculos eius, fieretque cæcus. * Hanc autem 12
tentationem ideo permisit Dominus euenire
illi, vt posteris daretur exemplum patien-
tiæ eius, sicut & sancti Iob. * Nam cum ab in- 13
fantia sua semper Deum timuerit, & mānda- C
ta eius custodierit, non est contristatus con-
tra Deum quod plaga cæcitatis euenerit ei,
* sed immobilis in Dei timore permansit, 14
agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suę.
* Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita 15
isti parentes, & cognati eius irridebant vitā
eius, dicētes: * Vbi est spes tua, pro qua elee- 16
mosynas, & sepulturas faciebas? * Tobias 17
verò increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui:
* quoniam filij sanctorum sumus, & vitam 18
illam expectamus, quam Deus daturus est
his, qui fidem suam numquam mutant ab
eo. * Anna verò vxor eius ibat ad opus tex- 19
trinum quotidie, & de labore manum sua- D
rum victum, quem consequi poterat, defere-
bat. * Vnde factum est, vt hœdum caprarū 20
accipiens detulisset domi: * Cuius cum vo- 21
ce balantis vir eius audisset, dixit: " Videte,
" Deu. 22 a. 1. ne forte furtiuus sit, reddite eum dominis
suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto
" Iob 2. c. 9. aliquid, aut contingere, * " Ad hæc vxor eius 22
irata respōdit: Manifestè vana facta est spes
tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerūt.
23 * Atque his, & alijs huiuscemodi verbis ex-
probrabat ei.

CAP. III.

1 TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare,
2 cum lacrimis, * dicens: Iustus es Domi-
A ne, & omnia iudicia tua iusta sunt, & om-
nes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudi-
3 cium. * Et nunc Domine memor esto mei,
& ne vindictam sumas de peccatis meis, ne-
que reminiscaris delicta mea, vel parentum
4 meorum. * " Quoniam non obediuimus, præ- " Deu. 28
ceptis tuis, ideo traditi sumus in direptio- c. 13.
nem, & captiuitatem, & mortē, & in fabulā,
& in improperium omnibus nationibus, in
5 quibus dispersisti nos. * Et nunc Domine
magna iudicia tua, quia non egimus secun-
dum præcepta tua, & non ambulauimus
6 synceriter coram te. * Et nunc Domine se-
cundum voluntatem tuam fac mecum, &
præcipe in pace recipi spiritum meum: ex-
B peditenim mihi mori magis quam viuere.
7 * Eadem itaque die contigit vt Sara filia Ra-
guelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa
audiret improperium ab vna ex ancillis pa-
8 tris sui, * quoniam tradita fuerat septem vi-
ris, & dæmonium nomine Asmodæus oc-
ciderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam.
9 * Ergo cum pro culpa sua increparet puel-
lam, respondit ei, dicens: Amplius ex te non
videamus filium, aut filiam super terram,
10 interfectrix virorum tuorum. * Numquid
& occidere me vis, sicut iam occidisti se-
ptem viros? Ad hanc vocem perrexit in su-
perius cubiculum domus suæ: & tribus die-
bus, & tribus noctibus non manducauit, ne-
21 que bibit: * sed in oratione persistens cū la-
crymis deprecabatur Deum, vt ab isto im-
12 properio liberaret eam. * Factum est autem
die tertia: dum compleret orationem, bene-
13 dicens Dñm, * dixit: Benedictum est nomē
C tuum Deus patrum nostrorum: qui cū ira-
tus fueris, misericordiam facies, & in tem-
pore tribulationis peccata dimittis his, qui
14 inuocant te. * Ad te Domine faciem meam
15 conuerto ad te oculos meos dirigo. * Peto
Domine vt de vinculo improperij huius ab-
soluas me, aut certè desuper terram eripias
16 me. * Tu scis Dñe, quia numquam concupi-
ui virum, & mundam seruauī animā meam
17 ab omni concupiscentia. * Numquam cum
ludentibus miscui me: neque cum his, qui
in leuitate ambulant, participem me præ-
18 bui. * Virum autem cum timore tuo, non
19 cum libidine mea consensi suscipere. * Et
ego indigna fui illis. aut illi forsitan me
non fuerunt digni: quia forsitan viro alij
20 conseruasti me. * Non est enim in hominis
21 potestate cōsilium tuum. * Hoc autem pro
D certo habet omnis, qui te colit, quod vita
eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si
autem in tribulatione fuerit, liberabitur: &
si in correptione fuerit, ad misericordiam
22 tuam venire licebit. * Non enim delectaris
in perditionibus nostris: quia post tempe-
statem,

" 4. Reg. 19. g. 35. Eccl. 4. d. 24.

ſtatem, tranquillum facis: & poſt lacryma-
tionem, & fletum, exultationem infundis.
* Sit nomen tuum Deus Iſrael benedictum 23
in ſæcula. * In illo tempore exauditæ ſunt 24
preces amborum in conſpectu gloriæ ſum-
mi Dei:* & miſſus eſt Angelus Domini ſan- 25
ctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorũ
vno tempore ſunt orationes in conſpectu
Domini recitatæ.

CAP. IV.

IGitur cum Tobias putaret orationem ſuã 1
exaudiri vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe A
″Eccl. 7. Tobiam filium ſuum,*dixitq. ei: ″Audi fi- 2
c. 29. li mi verba oris mei, & ea in corde tuo, qua-
ſi fundamentum conſtrue. * Cum acceperit 3
″Exod. Deus animam meam, corpus meum ſepeli:
20. b. 12. ″& honorem habebis matri tuæ omnibus
diebus vitæ eius:*memor enim eſſe debes, 4
quæ & quanta pericula paſſa ſit, propter te
in vtero ſuo.* Cum autem, & ipſa comple- 5
uerit tempus vitæ ſuæ, ſepelias eã circa me. B
* Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mẽte 6
habeto Deum:& caue ne aliquando peccato
conſentias,& prætermittas præcepta Domi-
″Luc. 14. ni Dei noſtri.*″Ex ſubſtãtia tua fac eleemo- 7
c. 13. ſynam: & noli auertere faciem tuam ab vl-
Prou. 3. lo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur
b. 9. facies Domini.* Quomodo potueris, ita eſto 8
Eccl. 4. a. miſericors.* Si multum tibi fuerit, abundã- 9
1. & 14. ter tribue; ſi exiguum tibi fuerit; etiam exi-
b. 13. guum libenter impertiri ſtude,* Præmium 10
Eccl. 35. enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſi-
a. 4. tatis.* ″quoniam eleemoſyna ab omni pec- 11
″Ecc. 29. cato, & à morte liberat, & non patietur ani-
c. 13. mam ire in tenebras. * Fiducia magna erit 12
coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus C
″1. Theſ. facientibus eam. * ″ Attende tibi fili mi ab 13
4. a. 3. omni fornicatione, & præter vxorem tuam
numquam patiaris crimen ſcire.* Superbiã 14
numquã in tuo ſenſu, aut in tuo verbo do-
minari permittas. ″in ipſa enim initiũ ſum-
pſit omnis perditio.*″Quicumq. tibi aliquid 15
″Gen. 3. operatus fuerit, ſtatim ei mercedẽ reſtitue,
a. 5. & merces mercenarij tui apud te omnino
″Leu. 19 non remaneat:* ″Quod ab alio oderis fieri 16
c. 13. tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.*″Pa- 17
Deu. 24. nem tuum cum eſurientibus, & egenis co-
c. 14. mede,& de veſtimẽtis tuis nudos tege.* Pa- 18
Mat. 7. b nem tuum,& vinum tuum ſuper ſepulturã D
12. iuſti conſtitue; & noli ex eo manducare, &
″Luc. 6. bibere cum peccatoribus * conſilium ſem- 19
d. 31. per à ſapiente perquire;* Omni tempore be- 20
″Luc. 14. nedic Deum:& pete ab eo, vt vias tuas diri-
c. 24. gat, & omnia conſilia tua in ipſo pmaneant
* Indico etiam tibi fili mi dediſſe me decẽ 21
talenta argenti, dum adhuc infantulus eſſes,
Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chi-
rographum eius apud me habeo: * & ideo 22
perquire quomodo ad eum peruenias,& re-
cipias ab eo ſupra memoratum pondus ar-
″Rom. genti, & reſtituas ei chirographum ſuum.
8. d. 17. * Noli timere fili mi: pauperem quidem vi- 23
tam gerimus, ſed ″multa bona habebimus ſi
timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato,& fecerimus bene.

CAP. V.

1 TVnc reſpondit Tobias patri ſuo, & di-
A xit: Omnia quæcumq. præcepiſti mihi
2 faciam pater.* Quomodo autem pecuniam
hanc requirã, ignoro. ille me neſcit. & ego eũ
ignoro: quod ſignum dabo ei? Sed neq. viã,
per quam pergatur illuc, aliquando cognoui.
3 * Tunc pater ſuus reſpondit illi,& dixit: Chi
rographum quidem illius penes me habeo:
quod dum illi oſtenderis, ſtatim reſtituet,
4 * Sed perge nunc,& inquire tibi aliquẽ fide-
lem virum, qui eat tecum ſalua mercede
5 ſua: vt, dum adhuc viuo, recipias eã.* Tunc
egreſſus Tobias, inuenit iuuenem ſplendi-
dum, ſtantem præcinctum, & quaſi paratũ
6 ad ambulandum.* Et ignorans quod Ange-
B lus Dei eſſet, ſalutauit eum, & dixit: Vnde
7 te habemus bone iuuenis? * At ille reſpõ-
dit: Ex filijs Iſrael. Et Tobias dixit ei: Noſti
8 viã, quæ ducit in regionẽ Medorũ?* Cui re-
ſpondit: Noui:& omnia itinera eius frequẽ-
ter ambulaui; & manſi apud Gabelum fra-
trem noſtrum: qui moratur in Rages ciuita-
te Medorum, quæ poſita eſt in monte Ecba-
9 tanis.* Cui Tobias ait: Suſtine me obſecro,
10 donec hæc ipſa nunciem patri meo.* Tunc
ingreſſus Tobias, indicauit vniuerſa hæc pa
tri ſuo. Super quæ admiratus pater, rogauit
11 vt introiret ad eum.* Ingreſſus itaque ſalu-
tauit eum,& dixit: Gaudium tibi ſit ſemper.
12 *Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, q̃
in tenebris ſedeo,& lumen cæli non video?
13 * Cui ait iuuenis, Forti animo eſto, in pro-
14 ximo eſt, vt à Deo cureris.* Dixit itaque illi
C Tobias: Numquid poteris perducere filium
meum ad Gabelum in Rages ciuitatẽ Me-
dorum? & cum redieris, reſtituã tibi merce-
15 dem tuam.* Et dixit ei Angelus: Ego ducã,
16 & reducam eum ad te.* Cui Tobias reſpon
dit: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut
17 de qua tribu es tu?* Cui Raphael Angelus
dixit: Genus q̃ris mercenarij, an ipſum mer
18 cenarium, qui cum filio tuo eat?* Sed ne for
te ſolicitum te reddam, ego ſum Azarias A-
19 naniæ magni filius. * Et Tobias reſpondit:
Ex magno genere es tu. Sed peto ne iraſcaris
20 quod voluerim cognoſcere genus tuũ.* Di-
xit aũt illi Angelus: Ego ſanum ducam,& ſa
21 num tibi reducam filium tuum.* Reſpon-
D dens aũt Tobias, ait: Bene ambuletis,& ſit
Deus in itinere veſtro,& Angelus eius comi
22 tetur vobiſcum. * Tunc paratis omnibus, q̃
erãt in via portanda, fecit Tobias vale patri
ſuo, & matri ſuæ, & ambulauerunt ambo
23 ſimul.*″Cumq. profecti eſſent, cepit mater
eius flere,& dicere: Baculũ ſenectutis noſtræ ″Inf. 10.
24 tuliſti,& tranſmiſiſti à nobis. * Numquam a. 4.
25 fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti eũ:* Suf
ficiebat enim nobis paupertas noſtra, vt di-
uitias computaremus hoc, qđ videbamus fi-
lium

lium noſtrum. * Dixitque ei Tobias: Noli- 26
flere, ſaluus perueniet filius noſter, & ſaluus
reuertetur ad nos,& oculi tui videbunt illũ.
* Credo enim quod Angelus Dei bonus co- 27
mitetur ei,& bene diſponat omnia, quæ cir-
ca eum geruntur, ita vt cum gaudio reuerta-
tur ad nos.* Ad hanc vocem ceſſauit mater 28
eius flere,& tacuit.

CAP. VI.

PRofectus eſt autẽ Tobias,& canis ſequu- 1
tus eſt eum, & manſit prima manſione A
iuxta fluuiũ Tigris.* Et exiuit vt lauaret pe- 2
des ſuos,& ecce piſcis immanis exiuit ad de-
uorãdum eum.* Quem expaueſcens Tobias 3
clamauit voce magna, dicens Domine inua-
dit me.* Et dixit ei Angelus: Apprenẽde bra- 4
chiam eius,& trahe eũ ad te. Quod cum fe-
ciſſet, attraxit eũ in ſiccum, & palpitare cœ-
pit ante pedes eius.* Tunc dixit ei Angelus, 5
Exentera hunc piſcem,& cor eius,& fel, & ie
cur repone tibi: ſunt enim hæc neceſſaria ad
medicamenta vtiliter. * Quod cũ feciſſet, aſ- 6
ſauit carnes eius,& ſecũ tulerunt in via: ce-
tera ſalierunt quæ ſufficerent eis, quouſque
peruenirẽt in Rages ciuitatẽ Medorũ.* Tũc 7
interrogauit Tobias Angelũ, & dixit ei: Ob B
ſecro te Azaria frater, vt dicas mihi quod re-
medium habebunt iſta, quæ de piſce ſeruare
iuſſiſti.* Et reſpõdens Angelus, dixit ei: Cor 8
dis eius particulã ſi ſuper carbones ponas, ſu-
mus eius extricat omne genus dæmoniorũ
ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vltra non ac-
cedat ad eos.* Et fel valet ad vngendos ocu- 9
los, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur.
* Et dixit ei Tobias: Vbi vis vt maneamus? 10
*Reſpondensq. Angelus, ait: Eſt hic Raguel 11
nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic
habet filiam nomine Saram, ſed neque ma-
ſculum, neque feminam vllam habet aliam
″Nu. 27. præter eam. * ″ Tibi debetur omnis ſubſtan 12
a. 8. & tia eius, & oportet eã te accipere coniugem.
36. a. 8. * Pete ergo eam à patre eius,& dabit tibi eã 13
in vxorem.* Tũc reſpondit Tobias,& dixit: 14
Audio quia tradita eſt ſeptem viris, & mor- C
tui ſunt: ſed,& hoc audiui, quia dæmonium
occidit illos.* Timeo ergo, ne forte, & mihi 15
hæc eueniant: & cum ſim vnicus parentibus
meis, deponam ſenectutem illorum cum tri
ſtitia ad inferos.* Tũc angelus Raphael di- 16
xit ei: Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt,
quibus præualere poteſt dæmonium. * Hi 17
namq. qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deũ
à ſe,& à ſua mente excludant,& ſuæ libidini
ita vacent, ſicut equus, & mulus, quibus non
eſt intellectus: habet poteſtatem dæmonium
ſuper eos.* Tu autem cum acceperis eam, in 18
greſſus cubiculum, per tres dies cõtinens e- D
ſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus va-
cabis cum ea.* Ipſa autem nocte, incenſo ie- 19
core piſcis, fugabitur dæmonium.* Secunda 20
verò nocte in copulatione ſanctorum pa-
triarcharum admitteris. * Tertia autem no 21
cte benedictionem cõſequeris, vt filij ex vo-
22 bis procreentur incolumes. * Tranſacta au-
tem tertia nocte, accipies virginem cum ti-
more Domini, amore filiorum magis quam
libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ bene-
dictionem in filijs conſequaris.

CAP. VII.

1 INgreſſi ſunt autem ad Raguelem, & ſu-
A ſcepit eos Raguel cum gaudio. * Intuenſq.
2 Tobiam Raguel dixit Annæ vxori ſuæ: Quã
ſimilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo?
3 * Et cum hæc dixiſſet, ait: Vnde eſtis iuue-
nes fratres noſtri? At illi dixerunt: Ex tribu.
4 Nephthali ſumus, ex captiuitate Niniue.* di
xitque illis Raguel Noſtis Tobiam fratrem
5 meum? Qui dixerunt: Nouimus. * Cumque
multa bona loqueretur de eo, dixit Angelus
ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pa-
6 ter iſtius eſt. * Et miſit ſe Raguel,& cum la-
B crimis oſculatus eſt eum, & plorans ſupra
7 collũ eius. * dixit: Benedictio ſit tibi fili mi,
8 quia boni,& optimi viri filius es. * Et Anna
vxor eius, & Sara ipſorum filia lacrimatæ
9 ſunt. * Poſtquam autem locuti ſunt, præce-
pit Raguel occidi arietẽ, & parari conuiuiũ.
Cumq hortaretur eos diſcumbere ad pran-
10 dium. * Tobias dixit: Hic ego hodie non
manducabo neque bibam, niſi prius petitio-
nem meam cõfirmes, & promittas mihi da-
11 re Saram filiam tuam. * Quo audito verbo
Raguel, expauit, ſciens quid euenerit illis ſe-
ptem viris: qui ingreſſi ſunt ad eam,& time-
re cœpit, ne forte & huic ſimiliter continge-
C ret:& cum nutaret,& non daret petenti vllũ
12 reſponſum,* dixit ei Angelus: Noli timere
dare eam iſti, quoniam huic timenti Deum
debetur coniux filia tua: propterea alius non
13 potuit habere illã.* Tunc dixit Raguel: Nõ
dubito quod Deus preces, & lacrimas meas
14 in cõſpectu ſuo admiſerit.* Et credo, quoniã
ideo fecit vos venire ad me, vt iſta coniunge-
retur cognationi ſuæ ″ſecundũ legem Moy- ″Nu. 26.
ſi: & nunc noli dubium gerere quod tibi eã b. 6.
15 tradam.* Et apprehendens dexteram filiæ
D ſuæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus A-
braham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobi-
ſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleatque
16 benedictionem ſuam in vobis. * Et accepta
charta, fecerunt conſcriptionem coniugij,
17 * Et poſt hæc epulati ſunt benedicẽtes Deũ.
18 * Vocauitque Raguel ad ſe Annam vxorem
ſuam, & præcepit ei, vt præpararet alterum
19 cubiculum. * Et introduxit illuc Sarã filiam
20 ſuam,& lacrimata eſt.* Dixitq. ei: Forti ani-
mo eſto filia mea: Dominus cæli det tibi gau
dium pro tædio, quod perpeſſa es.

CAP. VIII.

1 POſtquam verò cœnauerunt, introduxe-
2 runt iuuenem ad eam. * Recordatus
A itaque Tobias ſermonũ Angeli, protulit de
caſſidili ſuo partẽ iecoris, poſuitq. eam ſuper
3 carbones viuos.* Tunc Raphael Angelus ap-
pre-

prehendit dæmoniũ,& religauit illud in de-
serto superioris Aegypti.* Tunc hortatus est 4
virginem Tobias, dixitque ei Sara, exurge,
& deprecemur Deum hodie, & cras,& secũ-
dum cras: quia his tribus noctibus Deo iun-
gimur: tertia autem transacta nocte, in no- B
stro erimus coniugio, * filij quippe sanctorũ 5
sumus, & non possumus ita coniungi sicut
gentes,quæ ignorant Deum. * Surgentes au- 6
tem pariter, instanter orabant ambo simul,
vt sanitas daretur eis. * Dixitq Tobias: Do- 7
mine Deus patrum nostrorũ, benedicant te
cæli,& terræ,mareq. & fontes, & flumina,&
omnes creaturæ tuæ,quæ in eis sunt. * ″ Tu 8
fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei ad
iutorium Heuam. * Et nũc Domine tu scis, 9
quia non luxuriæ causa accipio sororẽ meam
coniugem, sed sola posteritatis dilectione,
in qua benedicatur nomen tuũ in sæcula sæ-
culorum * Dixit quoque Sara: Miserere no- 10
bis Domine, miserere nobis, & consenescamus
ambo pariter sani. * Et factum est circa 11
pullorum cantum,accersiri iussit Raguel ser-
uos suos,& abierunt cum eo pariter vt fode-
rent sepulchrũ.* Dicebat enim:ne forte simi 12
li modo euenerit ei, quo, & ceteris illis se- C
prem viris,qui sunt ingressi ad eam.* Cum- 13
que parassent fossam,reuersus Raguel ad v-
xorem suam,dixit ei:* Mitte vnam ex ancil 14
lis tuis,& videat si mortuus est, vt sepeliam
eum antequam illucescat dies.* At illa misit 15
vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubicu-
lum, reperit eos saluos, & incolumes,secum
pariter dormiẽtes.* Et reuersa,nũciauit bo- 16
num nuncium:& benedixerunt Dominum,
Raguel videlicet,& Anna vxor eius,* & di- 17
xerũt: Benedicimus te Domine Deus Israel,
quia non contigit, quemadmodum putaba-
mus. * Fecisti enim nobiscum misericordiã 18
tuã, & exclusisti à nobis inimicũ persequen-
tem nos. * Misertus es autẽ duobus vnicis, 19
Fac eos Domine plenius benedicere te:& sa- D
crificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis of-
ferre,vt cognoscat vniuersitas gentium, quia
tu es Deus solus in vniuersa terra.* Statimq. 20
præcepit seruis suis,Raguel,vt replerent fos-
sam, quam fecerant priusquam elucesceret.
* Vxori autem suæ dixit vt instrueret con- 21
uiuium, vt præpararet omnia, quæ in cibos
erant iter agentibus necessaria.* Duas quo- 22
que pingues vaccas, & quatuor arietes occi-
di fecit, & parari epulas omnibus vicinis
suis,cunctisque amicis. * Et adiurauit Ra- 23
guel Tobiam,vt duas hebdomadas morare-
tur apud se.* De omnibus autem,quæ pos- 24
sidebat Raguel, dimidiam partem dedit To
biæ,& fecit scripturam,vt pars dimidia, quæ
supererat post obitum eorum Tobiæ domi-
nio deueniret.

CAP. IX.

TVnc vocauit Tobias Angelũ ad se,quem 1
quidem hominẽ existimabat,dixitq. ei: A
Azaria frater, peto vt ausultes verba mea;
2 * Si meipsum tradam tibi seruum, non ero
3 condignus prouidentiæ tuæ. * Tamen obse-
cro te vt assumas tibi animalia siue seruitia,
& vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem
Medorum:reddasq. ei chyrographum suũ,
& recipias ab eo pecuniam,& roges eum ve-
4 nire ad nuptias meas. * Scis enim ipse quo-
B niam numerat pater meus dies, & si tarda-
uero vna die plus, contristatur anima eius.
5 * Et certè vides quomodo adiurauit me Ra
guel cuius adiuramentum spernere nõ pos-
6 sum.* Tunc Raphael assumens quatuor ex
seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages
ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens
Gabelum,reddidit ei chirographum suum,
7 & recepit ab eo omnem pecuniam.* Indica-
C uitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ
gesta sunt:fecitque eum secum venire ad nu
8 ptias. * Cumque ingressus esset domum Ra
guelis,inuenit Tobiã discumbentem: & exi-
liens,osculati sunt se inuicem: & fleuit Ga-
9 belus,benedixitque Deum, * & dixit: Bene-
dicat te Deus Israel,quia filius es optimi viri
& iusti, & timentis Deum, & eleemosynas
10 facientis:* & dicatur benedictio super vxo-
D rem tuam, & super parentes vestros: * &
11 videatis filios vestros: & filios filiorum ve-
strorum, vsque in tertiam,& quartam gene-
rationem,& sit semen vestrum benedictum
à Deo Israel, qui regnat in sæcula sæculorũ.
12 * Cumque omnes dixissent, Amen, acces-
serunt ad conuiuium: sed, & cum timore Do-
mini nuptiarum conuiuium exercebant.

CAP. X.

1 CVm verò moras faceret Tobias, causa
A nuptiarum, solicitus erat pater eius To-
bias dicẽs. Putas quare moratur filius meus,
2 aut quare detentus est ibi? * Putasne Gabe-
lus mortuus est, & nemo reddet illi pecu-
3 niam? * Cepit autem contristari nimis ipse,
& Anna vxor eius cum eo: & cœperunt am-
bo simul flere, eo quod die statuto minimè
4 reuerteretur filius eorum ad eos. * Flebat
igitur mater eius irremediabilibus lacrymis,
atque dicebat: Heu heu me fili mi, vt quid
te misimus peregrinari,lumen oculorum no
B strorum,baculum senectutis nostræ, solatiũ
5 vitæ nostræ,spem posteritatis nostræ?* Om-
nia simul in te vno habentes, te non debui-
6 mus dimittere à nobis.* Cui dicebat Tobia:
Tace,& noli turbari, sanus est filius noster:
satis fidelis est vir ille,cũ quo misimus eum.
7 * Illa autem nullo modo consolari poterat,
sed quotidie exiliens circumspiciebat, & cir-
cuibat vias omnes, per quas spes remeandi
videbatur,vt procul videret eum,si fieri pos
8 set,venientem. * At verò Raguel dicebat ad
C generum suum:Mane hic,& ego mittã nun-
cium salutis de te ad Tobiam patrem tuũ.
9 * Cui Tobias ait: Ego noui, quia pater meus
& mater mea modò dies computant, & cru-
10 ciatur spiritus eorum in ipsis.* Cumq. ver-
bis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille
eum

eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei
Saram,& dimidiam partem omnis substan-
tiæ suæ in pueris,in puellis, in pecudibus, in
camelis, & in vaccis, & in pecunia multa:
& saluum atq gaudentem dimisit eum à se,
* dicens: Angelus Domini sanctus sit in iti- 11
nere vestro, perducatque vos incolumes, & D
inueniatis omnia rectè circa parentes vestros
& videant oculi mei filios vestros priusquã
moriar. * Et apprehendentes parentes filiã 12
suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire?
* monentes eam honorare soceros, diligere 13
maritum,regere familiã, gubernare domũ,
& seipsam irreprehensibilem exhibere.

CAP. XI.

CVmque reuerterentur, peruenerunt ad 1
Charan, quæ est in medio itinere cõtra A
Niniuen,vndecimo die.* Dixitq. Angelus: 2
Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti
patrem tuum.* Si placet itaque tibi,præceda-
mus,& lento gradu sequantur iter nostrum
familiæ,simul cum coniuge tua,& cum ani-
malibus. * Cumque hoc placuisset vt irent, 4
dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex
felle piscis:erit enim necessarium. Tulit ita-
que Tobias ex felle illo,& abierunt. * Anna 5
autem sedebat secus viã,quotidie in super-
cilio montis, vnde respicere poterat de lon-
ginquo. * Et dum ex eodem loco speculare- 6
tur aduentum eius vidit à longe, & illicò a- B
gnouit venientem filium suum: currensque
nunciauit viro suo,dicens: Ecce venit filius
tuus.*Dixitque Raphael ad Tobiam:At vbi 7
introieris domum tuã, statim adora Domi-
num Deum tuum:& gratias agens ei,accede
ad patrem tuum,& osculare eum. * Statim- 8
que lini super oculos eius ex felle isto piscis,
quod portas tecum, scias enim quoniã mox
aperientur oculi eius, & videbit pater tuus
lumẽ cæli,& in aspectu tuo gaudebit. * Tũc 9
præcucurrit canis,qui simul fuerat in via: & C
quasi nuncius aduenien, blandimento suæ
caudæ gaudebat. * Et consurgens cæcus pa- 10
ter eius,cæpit offendens pedibus currere: &
data manu puero, occurrit obuiã filio suo.
* Et suscipiẽs osculatus est eum cum vxore 11
sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.
* Cumque adorassent Deum,& gratias egis- 12
sent,consederunt. * Tunc sumens Tobias 13
de felle piscis,liniuit oculos patris sui. * Et 14
sustinuit quasi dimidiam ferè horam: & cœ-
pit albugo ex oculis eius, quasi membrana
cui egredi. * Quam apprehendens Tobias 15
traxit ab oculis eius, statimque visum rece-
pit.* Et glorificabant Deum,ipse videlicet, 16
& vxor eius, & omnes qui sciebant eum. * 17
Dicebatque Tobias: Benedico te Domine D
Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu sal-
uasti me: & ecce ego video Tobiam filium
meum.* Ingressa est etiam post septem dies 18
Sara vxor filij eius, & omnis familia sua,
& pecora, & camelis & pecunia multa vxo-
ris;sed & illa pecunia, quam receperat à Ga-
19 belo:*& narrauit parentibus suis omnia be-
neficia Dei,quæ fecisset circa eum per homi-
20 nem,qui eum duxerat. * Venerũtque A-
chior,& Nabath consobrini Tobiæ,gauden-
tes ad Tobiam, & congratulantes ei de om-
nibus bonis,quæ circa illũ ostenderat Deus.
21 * Et per septem dies epulantes, omnes cum
gaudio magno gauisi sunt.

CAP. XII.

1 TVnc vocauit ad se Tobias filium suum,
A dixitque ei. Quid possumus dare viro
2 isti sancto,qui venit tecum?* Respondẽs To
bias,dixit patri suo: Pater, quam mercedem
dabimus ei?aut quid dignum poterit esse be
3 neficijs eius? * Me duxit,& reduxit sanum,
pecuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem ip-
se me habere fecit,& dæmonium ab ea ipse
compescuit, gaudium parentibus eius fecit,
meipsũ à deuoratione piscis eripuit, te quo-
que videre fecit lumen cæli, & bonis omni-
bus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc
4 poterimus dignum dare. * Sed peto te pater
B mi,vt roges eum, si fortè dignabitur medie-
tatem de omnibus,quæ allata sunt, sibi assu-
5 mere.* Et vocantes eum,pater scilicet, & fi-
lius,tulerunt eum in partem: & rogare cœ-
perunt vt dignaretur dimidiam partem om
6 nium,quæ attulerant,acceptã habere.* Tunc
dixit eis occultè: Benedicite Deum cæli, &
coram omnibus viuentibus confitemini ei,
quia fecit vobiscum misericordiam suam.
7 * Etenim sacramentum regis abscõdere bo-
num est:opera autem Dei reuelare,& confi-
8 teri honorificum est. * Bona est oratio cum
ieiunio, & eleemosyna magis quàm thesau-
9 ros auri recondere, * quoniam eleemosyna
à morte liberat,& ipsa est,quæ purgat pecca-
ta, & facit inuenire misericordiã, & vitam
10 æternam. * Qui autem faciunt peccatum,&
C iniquitatem,hostes sunt animæ suæ.* Mani-
11 festo ergo vobis veritatem, & non abscon-
12 dam à vobis occultum sermonem.* Quan-
do orabas cum lacrimis, & sepeliebas mor-
tuos, & derelinquebas prandium tuum, &
mortuos abscondebas per diem in domo
tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli ora-
13 tionem tuam Domino. * Et quia acceptus
eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret
14 te.* Et nunc misit me Dominus vt curarem
te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio li-
15 berarem. * Ego enim sum Raphael Ange-
lus,vnus ex septem,qui astamus ante Domi-
16 num * Cumque hæc audissent,turbati sunt
& trementes ceciderunt super terram in fa-
17 ciem suam.*Dixitque eis Angelus: Pax vo-
18 bis,nolite timere. * Etenim cũ essem vobis-
D cum,per voluntatem Dei eram:ipsum bene-
19 dicite,& cantate illi. * Videbar quidem vo-
biscum manducare, & bibere: sed ego cibo
inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri
20 nõ potest,vtor. * Tempus est ergo vt reuer-
tar ad eum,qui me misit: vos autem benedi-
cite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.
* Et

* Et cũ hæc dixisset, ab aspectu eorum abla- 24
tus est, & vltra eum videre non potuerunt.
* Tũc prostrati per horas tres in faciem, be- 22
nedixerunt Deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

CAP. XIII.

APeriens autem Tobias senior os suum, 1
benedixit Dominum, & dixit: Magnus A
es Domine in æternum, & in omnia sæcu-
la regnum tuum: * " quoniam tu flagellas, 2
& saluas: deducis ad inferos, & reducis: &
non est qui effugiat manum tuã, * Confite- 3
mini Domino filij Israel, & in conspectu gẽ-
tium laudate eum: * quoniam ideo dispersit 4
vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos
enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos,
quia non est alius Deus omnipotens præter
eum. * Ipse castigauit nos propter iniquita- 5
tes nostras: & ipse saluabit nos propter mise-
ricordiam suam. * Aspicite ergo, quæ fecit 6
nobiscum, & cum timore, & tremore confi- B
temini illi: regemque sæculorum exaltate in
operibus vestris: * Ego autem in terra capti- 7
uitatis meæ confitebor illi: quoniam osten-
dit maiestatem suam in gentem peccatricẽ.
* Conuertimini itaque peccatores, & facite 8
iustitiam coram Deo, credentes, quòd faciat
vobiscum misericordiã suam: * Ego autem, 9
& anima mea in eo lætabimur. * Benedi- 10
cite Dominum omnes electi eius: agite dies
lætitiæ, & confitemini illi. * Ierusalem qui- 11
tas Dei, castigauit te Dominus in operibus
manuum tuarum. * Confitere Domino in 12
bonis tuis, & benedic Deum sæculorum, vt C
reædificet in te tabernaculum suum, & re-
uocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in
omnia sæcula sæculorum. * Luce splendida 13
fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te.
* " Nationes ex longinquo ad te venient: 14
& munera deferentes, adorabunt in te Do-
minum, & terram tuam in sanctificationem
habebunt. * Nomen enim magnum inuo- 15
cabunt in te. * Maledicti erunt, qui contem- 16
pserint te: & condemnati erunt omnes, qui
blasphemauerint te: benedicti quoque erunt, qui
ædificauerint te. * Tu autem lætaberis in fi- 17
lijs tuis, quoniam omnes benedicentur, & D
congregabuntur ad Dominum. * Beati om- 18
nes, qui diligunt te, & qui gaudent super pa-
ce tua. * Anima mea benedic Dominum, 19
quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suã
a cunctis tribulationibus eius, Dominus
Deus noster. * Beatus ero si fuerint reliquiæ 20
seminis mei ad videndam claritatem Ieru-
salem. * " Portæ Ierusalem ex sapphiro, & 21
smaragdo ædificabũtur: & ex lapide pretio-
so omnis circuitus murorum eius. * Ex lapide 22
de candido, & mundo oẽs plateæ eius sternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur.
23 * Benedictus Dominus, qui exaltauit eam, & sit regnum eius in sæcula sæculorum super eam. Amen.

" Deu. 32. 1. 39.
1. Reg. 2. a 6
Sap. 16. a. 13.
" Isa. 60. a. 5.
" Ap. 21. c. 18.

CAP. XIV.

1 ET consummati sunt sermones Thobiæ.
A Et postquã illuminatus est Tobias, vi-
xit annis quadraginta duobus, & vidit filios
2 nepotum suorum. * Completis itaque annis
centum duobus, sepultus est honorificè in
3 Niniue. * Quinquaginta namque, & sex an-
norum lumẽ oculorum amisit, sexagenarius
4 verò recepit. * Reliquum verò vitæ suæ in
gaudio fuit, & cum bono profectu timoris
5 Dei pertexit in pace. * In hora autem mortis
suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, &
septem iuuenes filios eius nepotes suos, di-
6 xitque eis: * Prope erit interitus Niniue: non
B enim excidit verbum Domini: & " fratres
nostri, qui dispersi sunt à terra Israel, reuer- " 1. Esd. 3. b. 2.
7 tentur ad eam. * Omnis autem deserta terra
eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea in-
censa est, iterum reædificabitur: ibique re-
8 uertentur omnes timentes Deum, * & relin-
quent gentes idola sua, & venient in Ieruſa-
9 lem, & inhabitabunt in ea, * & gaudebunt in
ea omnes reges terræ, adorãtes regem Israel.
10 * Audite ergo filij mei patrem vestrũ: Seruite
Domino in veritate, & inquirite, vt facia-
11 tis, quæ placita sunt illi: * & filijs vestris mã-
C date, vt faciant iustitias, & eleemosynas, vt
sint memores Dei, & benedicant eũ in omni
tempore in veritate, & in tota virtute sua.
12 * Nunc ergo filij audite me, & nolite manere
hic: sed quacumque die sepelieritis matrẽ
vestram circa me in vno sepulchro, ex eo di-
13 rigite gressus vestros, vt exeatis hinc, * vi-
deo enim, quia iniquitas eius finem dabit ei.
14 * Factum est autem post obitum matris suæ,
D Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua,
& filijs, & filiorum filijs, & reuersus est ad so-
15 ceros suos, * inuenitque eos incolumes in se-
nectute bona; & curam eorum gessit, & ipse
clausit oculos eorum: & omnem hæreditatẽ
domus Raguelis ipse percepit: viditq. quin-
tam generationem, filios filiorum suorum.
16 * Et completis annis nonagintanouem in ti-
more Domini, cum gaudio sepelierunt eum.
17 * Omnis autem cognatio eius, & omnis ge-
neratio eius in bona vita, & sancta con-
uersatione permansit, ita vt accepti essent tã
Deo, quam hominibus, & cunctis habitantib.
in terra.

LIBER IVDITH.

CAPVT PRIMVM.

ARPHAXAD itaque, 1
rex Medorum, subiuga-
A
uerat multas gentes im-
perio suo, & ipse ædifica-
uit ciuitatem potentissi-
mam, quam appellauit
Ecbatanis, * ex lapidibus 2
quadratis, & sectis, fecit mu
ros eius in latitudinem cubitorum septua-
ginta, & in altitudinem cubitorum triginta,
turres verò eius posuit in altitudinem cubi-
torum centum. * Per quadrum verò earum 3
latus vtrumque vicenorum pedum spatio B
tendebatur, posuitque portas eius in altitudi-
nem turrium, * & gloriabatur quasi potens in 4
potentia exercitus sui, & in gloria quadriga-
rũ suarum. * Anno igitur duodecimo regni 5
sui: Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui
regnabat in Niniue ciuitate magna, pugna-
uit contra Arphaxad: & obtinuit eum. * in 6
campo magno, qui appellatur Ragau, circa C
Euphraten, & Tigrin, & Iadason in campo
Erioch regis Elicorum. * Tunc exaltatũ est 7
regnũ Nabuchodonosor, & cor eius eleuatũ
est: & misit ad omnes, qui habitabant in Ci-
licia, & Damasco, & Libano, * & ad gentes 8
quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitan
tes Galilæam in campo magno Esdrelon,
* & ad omnes qui erant in Samaria, & trans 9
flumen Iordanem vsque ad Ierusalẽ, & om-
nem terram Iesse quousque peruenietur ad
terminos Æthiopiæ. * Ad hos omnes misit 10
nũcios Nabuchodonosor rex Assyriorum:
* qui omnes vno animo contradixerunt, & 11
remiserunt eos vacuos, & sine honore abiece
runt. * Tunc indignatus Nabuchodonosor 12
rex aduersus omnem terram illam, iurauit
per thronum, & regnum suum quòd defen-
deret se de omnibus regionibus his.

CAP. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonosor 1
regis, vigesima, & secũda die mẽsis pri- A
mi, factum est verbum in domo Nabucho-
donosor regis Assyriorum vt defenderet se.
* Vocauitque omnes maiores natu omnes- 2
que duces, & bellatores suos, & habuit cum
eis mysterium consilij sui: * dixitque cogita- 3
tionem suam in eo esse, vt omnẽ terram suo
subiugaret imperio. * Quod dictum cũ pla- 4
cuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor
rex Holofernem principẽ militiæ suæ, * & 5
dixit ei: Egredere aduersus omne regnũ Oc-
cidentis, & contra eos, præcipue, qui contem-
pserunt imperium meum. * Non parcet ocu- 6
lus tuus vlli regno, omnemque vrbẽ muni-
7 tam subiugabis mihi. * Tũc Holofernes vo-
cauit duces, & magistratus virtutis Assyrio-
rum: & dinumerauit viros in expeditionem,
sicut præcepit ei rex, centum viginti millia
8 peditum pugnatorũ, & equitum sagittario-
rum duodecim millia. * Omnẽque expedi-
tionem suam fecit præire in multitudine in-
numerabilium camelorũ, cum his quæ exer-
citibus sufficerent copiosè, boum quoq. ar-
menta, gregesque ouium, quorum non erat
9 numerus. * Frumentum ex omni Syria in
10 transitu suo parari constituit. * Aurũ verò
C & argentũ de domo regis assumpsit multũ
11 nimis. * Et profectus est ipse, & omnis exer
citus cum quadrigis, & equitibus, & sagitta-
rijs, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut lo-
12 custæ: * Cumque pertransisset fines Assy-
riorum, venit ad magnos montes Ange, qui
sunt à sinistro Ciliciæ, ascendit que omnia ca-
stella eorum, & obtinuit omnẽ munitionẽ.
13 * Effregit autem ciuitatẽ opinatissimã Me-
lothi, prædauitque omnes filios Tharsis, &
filios Ismael, qui erant contra faciẽ deserti,
14 & ad austrũ terræ Cellon. * Et transiuit Eu-
D phratem, & venit in Mesopotamiam: & fre-
git omnes ciuitates excelsas, quæ erant ibi, à
torrẽte Mambre vsquequo peruenietur ad
15 mare: * & occupauit terminos eius, à Cilicia
vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad austrũ.
16 * Abduxitq. omnes filios Madian, & præda-
uit omnem locupletationem eorum, omnes-
17 que resistentes sibi occidit in ore gladij. * Et
post hæc descendit in câpos Damasci in die-
bus messis, & succendit omnia sata, omnes-
18 que arbores, & vineas fecit incidi: * & ceci-
dit timor illius super oẽs inhabitantes terrã.

CAP. III.

1 TVnc miserunt legatos suos vniuersarum
A vrbium, ac prouinciarum reges, ac prin-
cipes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ, & Syriæ,
Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes
2 ad Holofernem, dixerũt: * Desinat indigna-
tio tua circa nos: Melius est enim vt viuẽtes
seruiamus Nabuchodonosor regi magno, &
subditi simus tibi, quàm morientes cũ interi-
3 tu nostro ipsi seruitutis nostræ damna pa-
tiamur. * Omnis ciuitas nostra, omnisq pos-
B sessio, omnes montes, & colles, & campi, &
armenta boum, gregesque ouium, & capra-
rum, equorumque, & camelorum, & vniuer-
sæ facultates nostræ, atque familiæ in con-
4 spectu tuo sunt: * sint omnia nostra sub lege
5 tua, * Nos, & filij nostri, serui tui sumus. * Ve

ni nobis pacificus Dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. * Tunc descē- 6
dit de montibus cum equitibus in virtute ma 7
gna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnē
inhabitantem terram. * De vniuersis au- 8
tem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros C
fortes, & electos ad bellum. * Tantusq; me- 9
tus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum
vrbium habitatores principes, & honorati si-
mul cum populis exirent obuiam venienti,
* excipientes eum cum coronis, & lampadi- 10
bus, ducentes choros in tympanis, & tibijs.
* Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius 11
pectoris mitigare potuerunt. * nam & ciui- 12
tates eorum destruxit, & lucos eorum exci-
dit, * præceperat enim illi Nabuchodonosor 13
rex, vt omnes deos terræ exterminaret, vide D
licèt vt ipse solus diceretur Deus ab his na-
tionibus, quæ potuissent Holofernis poten-
tia subiugari. * Pertransiens autē Syriam So 14
bal, & omnem Apameā, omnemque Mesopo-
tamiam, venit ad Idumæos, in terram Ga-
baa, * accepitque ciuitates eorū, & sedit ibi 15
per triginta dies, in quibus diebus adunari
præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

CAP. IV.

TVnc audientes hæc filij Israel, qui habi- 1
tabant in Terra Iuda, timuerunt valdè A
à facie eius. * Tremor, & horror inuasit sen- 2
sus eorum, ne hoc faceret Ierusalem, & tem-
plo Domini, quod fecerat ceteris ciuitatibus
& templis earum. * Et miserunt in omnem 3
Samariam per circuitum vsque Iericho, &
præoccupauerunt omnes vertices montium:
* & muris circumdederunt vicos suos, & cō 4
gregauerunt frumenta in præparationem pu
gnæ. * Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad 5
vniuersos, qui erant cōtra Esdrelon, quæ est B
contra faciem cāpi magni iuxta Dothain, &
vniuersos, per quos viæ transitus esse pote-
rat, * vt obtinerent ascensus montium, per 6
quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic cu-
stodirent vbi angustum iter esse poterat in-
ter montes. * Et fecerunt filij Israel secundū 7
quod cōstituerat eis sacerdos Domini ad E-
liachim. * Et clamauit omnis populus ad Do 8
minum instantia magna, & humiliauerunt
animas suas in ieiunijs, & orationibus, ipsi
& mulieres eorum. * Et induerūt se Sacerdo 9
tes cilicijs, & infantes postrauerunt contra fa-
ciē templi Domini, & altare Domini ope-
ruerunt cilicio: * & clamauerunt ad Domi- 10
nū Deum Israel vnanimiter ne darētur in C
prædam infantes eorum, & vxores eorū in
diuisionem, & ciuitates eorum in extermi-
nium, & sancta eorum in pollutionem, & fie
rent opprobrium Gentibus. * Tūc Eliachim, 11
sacerdos Domini magnus, circuiuit omnem
Israel, allocutusque est eos, * dicens: Scitote 12
quoniam exaudiet Dominus preces vestras,
si manentes permanseritis in ieiunijs, & ora-
tionibus in cōspectu Domini. * " Memores 13
estote Moysi serui Domini, qui Amalec con-

" Ex. 17. d. 12.

fidentem in virtute sua, & in potentia sua,
D & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in cur-
ribus suis, & in equitibus suis, non ferro pu-
gnando, sed precibus sanctis orādo defecit:
14 * sic erūt vniuersi hostes Israel, si perseuera-
15 ueritis in hoc opere, quod cœpistis. * Ad hāc
igitur exhortationem eius deprecantes Do-
minum, permanebant in conspectu Domi-
16 ni. * ita vt etiam hi, qui offerebant Domino
holocausta: præcincti cilicijs offerrent sacri-
ficia Domino, & erat cinis super capita eo-
17 rum. * Et ex toto corde suo omnes orabant
Deum, vt visitaret populum suum Israel.

CAP. V.

1 NVnciatumque est Holoferni principi
A militiæ Assyriorum, quod filij Israel
præparārent se ad resistendum, ac montium
2 itinera cōclusissent, * & furore nimio exarsit
ibi iracundia magna, vocauitq; omnes prin-
3 cipes Moab, & duces Ammon, * & dixit eis:
Dicite mihi quis sit populus iste, qui monta-
na obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint
ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum
aut quæ sit multitudo eorū: vel quis rex mi-
4 litiæ illorum. * & quare præ omnibus, qui ha-
bitāt in Oriente, isti contempserunt nos, &
non exierunt obuiam nobis, vt susciperent
5 nos cum pace? * Tunc Achior dux omnium
filiorum Ammon respondens ait: Si digne-
ris audire domine mi, dicam veritatem in
conspectu tuo de populo isto, qui in monta-
nis habitat, & non egredietur verbum falsū
6 ex ore meo. * Populus iste ex progenie
7 Chaldæorū est. * " hic primum in Mesopo- " Ge. 11.
B tamia habitauit, quoniam noluerunt sequi d. 31.
8 deos patrum suorū, qui erāt in Terra Chal-
dæorum. * Deserētes itaque ceremonias pa-
trū suorū, quæ in multitudine deorum erat,
9 * vnum Deum cæli coluerunt, " qui & præ- " Ge. 12.
cepit eis vt exirent inde, & habitarēt in Cha- a. 1.
ran. Cumque operuisset omnem terram fa- " Ge. 46.
mes, " descenderunt in Ægyptū, illicque per a. 2.
quadringentos annos sic multiplicati sūt, vt
dinumerari eorum non posset exercitus.
10 * Cumque grauaret eos rex Aegypti, atq; in
ædificationibus vrbium suarū in luto, & la
tere subiugasset eos, clamauerunt ad Domi-
nū suum, & percussit totam Terram Aegy- " Ex. 14.
11 pti plagis varijs. * " Cumque eiecissent eos a. 1.
Aegyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & ite-
rum eos vellent capere, & ad suum seruitiū
12 reuocare, * " fugientibus his Deus cæli mare " Ex. 14.
aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus g. 29.
solidarentur, & isti pede sicco fundum maris
13 per ambulando transirent. * In quo loco dū
innumerabilis exercitus Aegyptiorum, eos
persequeretur, ita aquis cooperitus est, vt non
remaneret vel vnus, qui factum posteris nū-
14 ciaret. * Egressi vero mare rubrum, deserta
Sina montis occupauerunt, in quibus num-
quam homo habitare potuit, vel filius homi
15 nis requieuit. * Illic fontes amari obdulcati
C sunt eis ad bibendum, & per annos quadra-

ginta annonam de cælo consecuti sunt. * V- 16
bicumque ingressi sunt sine arcu, & sagitta,
& absq; scuto, & gladio, Deus eorum pugna-
uit pro eis, & vicit * Et non fuit qui insulta- 17
ret populo isti, quando recessit à cultu Domi
ni Dei sui. * Quotiescumque autem præ- 18
ter ipsum Deum suum alterum coluerunt,
dati sunt in prædam, & in gladium, & in op-
probrium. * Quotiescumque autem pœni- 19
tuerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit
eis Deus cæli virtutem resistendi. * Denique 20
Chananæum regem, & Iebusæum, & Phere-
zæum, & Hethæum, & Heuæum, & Amor-
rhæum, & omnes potentes in Hesebon pro-
strauerunt, & terras eorum, & ciuitates eo-
rum ipsi possederūt: * & vsque dum nō pec 21
carent in conspectu Dei sui, erant cum illis
bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.
* Nam & ante hos annos cum recessissent à 22
via, quam dederat illi Deus, vt ambularent
in ea, exterminati sunt prælijs à multis natio-
nibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt
in terram non suam. * Nuper autem reuer- 23
si ad Dominum Deum suum, ex disperso- D
ne qua dispersi fuerant, adunati sunt, & asce-
derunt montana hæc omnia, & iterum pos-
sident Ierusalem, vbi sunt sancta eorum.
* Nunc ergo mi domine, perquire si est ali- 24
qua iniquitas eorum in conspectu Dei eo-
rum, ascendamus ad illos, quoniam tradens
tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati e-
runt sub iugo potentiæ tuæ. * Si vero non 25
est offensio populi huius coram Deo suo,
non poterimus resistere illis: quoniam Deus
eorum defendet illos: & erimus in oppro-
brium vniuersæ terræ. * Et factum est, cū 26
cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt
omnes magnates Holofernis, & cogitabant
interficere eum, dicentes ad alterutrum: * 27
Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resi-
stere regi Nabuchodonosor, & exercitibus
eius, homines inermes, & sine virtute, & sī-
ne peritia artis pugnæ? * Vt ergo agnoscat 28
Achior quoniam fallit nos, ascendamus in
montana: & cum capti fuerint potentes eo-
rum, tunc cum eisdem gladio transuerbera-
bitur: * vt sciat omnis gens quoniam Nabu- 29
chodonosor Deus terræ est, & præter ipsum
alius non est.

CAP. VI.

FActum est autem cum cessassent loqui, 1
indignatus Holofernes vehementer, di- A
xit ad Achior: * Quoniam prophetasti no- 2
bis dicēs, quod gens Israel defendatur à Deo
suo, vt ostēdam tibi quoniam non est Deus,
nisi Nabuchodonosor: * cum percusserimus 3
eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ip-
se cum illis Assyriorum gladio interibis, &
omnis Israel tecum perditione disperiet:
* & probabis quoniam Nabuchodonosor 4
Dominus sit vniuersæ terræ: tuncque gla-
dius militiæ meæ transiet per latera tua, &
confixus cades inter vulneratos Israel, &
non respirabis vltra, donec exterminēris cū
5 illis. * Porrò autem si prophetiam tuam ve-
ram existimas, non concidat vultus tuus, &
pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat à
te, si verba mea hæc putas impleri non pos-
6 se. * Vt autem noueris quia simul cum illis
B hæc experierit, ecce ex hac hora illorum po-
pulo sociaberis, vt, dum dignas mei gladij
pœnas exceperint: ipse simul vltioni subia-
7 ceas. * Tunc Holofernes præcepit seruis
suis vt comprehenderent Achior, & perdu-
cerent eum in Bethuliam, & traderent eum
8 in manus filiorum Israel. * Et accipientes
eum serui Holofernis, profecti sunt per cā-
pestria, sed cum appropinquassent ad mon-
9 tana exierunt contra eos fundibularij. * Illi
autem diuertentes à latere montis, ligaue-
runt Achior ad arborem manibus, & pedi-
bus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum
10 & reuersi sunt ad dominum suum. * Porrò
filij Israel descendentes de Bethulia, vene-
C runt ad eum: Quem soluentes duxerunt ad
Bethuliam, atque in medium populi illum
statuentes, percunctati sunt qui rerum esset
11 quod illum vinctum Assyrij reliquissent. *
In diebus illis erant illic principes, Ozias filij
Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui &
12 Gothoniel. * In medio itaque seniorum, &
in conspectu omnium Achior dixit, omnia
quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne inter-
rogatus: & qualiter populus Holofernis vo-
luisset propter hoc verbum interficere eum,
13 * & quemadmodum ipse Holofernes iratus
iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: vt
dum, vicerit filios Israel, tunc & ipsum A-
chior diuersis iubeat interire supplicijs, pro-
pter hoc quod dixisset: Deus cæli defensor
14 eorum est. * " Cumq; Achior vniuersa hæc, " Sup. 5.
exposuisset, omnis populus cecidit in faciem b. 12.
adorantes Dominum, & communi lamen-
tatione, & fletu vnanimes preces suas Domi
15 no effuderunt, * dicentes: Domine Deus cæ-
li, & terræ, intuere superbiam eorum, & re-
D spice ad nostram humilitatem, & faciē san-
torū tuorum attende, & offende quoniam
non derelinquis præsumentes de te: & præ-
sumentes de se, & de sua virtute gloriantes,
16 humilias. * Finito itaque fletu, & per totā
diem oratione populorum completa, con-
17 solati sunt Achior, * dicentes: Deus patrum
nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ip-
se tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum
18 magis tu interitum videas. * Cum verò Do
minus Deus noster dederit hanc libertatem
seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri
vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus
19 conuersetis nobiscum. * Tunc Ozias, finito
consilio, suscepit eum in domum suam, &
20 fecit ei cœnam magnam. * Et vocatis omni-
bus presbyteris, simul expleto ieiunio refece-
21 runt. * Postea verò conuocatus est omnis
populus, & per totam noctem intra eccle-
siam orauerunt petentes auxilium à Deo
Israel.

CAP. VII.

HOlofernes autem altera die præcepit e- 1
xercitibus suis, vt ascenderent contra A
Bethuliam.* Erant autem pedites bellatorũ 2
centum viginti millia, & equites viginti duo
millia, præter præparationes virorum illorũ
quos occupauerat captiuitas, & abducti fue-
rant de prouincijs, & vrbibus vniuersæ iuuẽ-
tutis. * Omnes parauerunt se pariter ad pu- 3
gnam contra filios Israel, & venerunt per cre-
pidinem montis, vsque ad apicem, qui respi-
cit super Dothain, à loco, qui dicitur Belma
vsque ad Chælmon, qui est contra Esdrelon.
* Filij autem Israel, vt viderunt multitudinẽ 4
illorum, prostrauerunt se super terram, mit-
tentes cinerem super capita sua, vnanimes o-
rantes, vt Deus Israel misericordiam suam o-
stenderet super populum suum.* Et assumẽ- 5
tes arma sua bellica, sederunt per loca, quę ad
angusti itineris tramitem dirigunt inter mõ-
tosa, & erant custodientes ea tota die, & no-
cte. * Porrò Holofernes, dum circuit per gy- 6
rum, reperit quod fons, qui influebat, aquæ- B
ductum illorum à parte australi extra ciuita-
tem dirigeret: & incidi præcepit aquæductũ
illorum.* Erant tamen non longè à muris fõ- 7
tes, ex quibus furtim videbantur haurire aquã
ad refocillandum potius, quam ad potandũ.
* Sed filij Ammon, & Moab accesserunt ad 8
Holofernem, dicentes: Fili Israel non in lan-
cea, nec in sagitta confidunt, sed montes: de-
fendunt illos, & muniunt illos colles in præ-
cipitio constituti. * Vt ergo sine congressione 9
pugnæ possis superare eos, pone custodes fon
tium, vt non hauriant aquã ex eis, & sine gla-
dio interficies eos, vel certè fatigati tradent
ciuitatem suam, quam putant in montib. po-
sitam superari non posse. * Et placuerunt 10
verba hæc coram Holoferne, & coram satel-
litibus eius, & constituit per gyrum centena-
rios per singulos fontes.* Cũque ista custo- 11
dia per dies viginti fuisset expleta, defecerũt C
cisternæ, & collectiones aquarum omnib. ha-
bitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra
ciuitatem vnde satiarentur, vel vna die, quo-
niam ad mensurã dabatur populis aqua quo-
tidie.* Tunc ad Oziam congregati omnes vi- 12
ri, fœminæque iuuenes, & paruuli, omnes si-
Exo.5. d.21. mul vna voce* dixerunt, "Iudicet Deus inter 13
nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens
loqui pacificè cũ Assyrijs, & propter hoc vẽ-
didit nos Deus in manibus eorum.* Et ideò 14
non est, qui adiuuet, cum prosternamur an-
te oculos eorum in siti, & perditione magna.
* Et nunc congregate vniuersos, qui in ciuita- 15
te sunt, vt spontè tradamus nos omnes popu-
lo Holofernis. * Melius est enim, vt captiui 16
benedicamus Dominum, viuẽtes, quam mo-
riamur, & simus opprobrium omni carni, cũ
viderimus vxores nostras, & infantes nostros
mori ante oculos nostros.* Contestamur ho- 17
die cælum, & terram, & Deum patrum no-
D strorum, qui vlciscitur nos secundum pecca-
ta nostra, vt iam tradatis ciuitatem in ma-
nu militiæ Holofernis, & sit finis noster bre-
uis, in ore gladij, qui longior efficitur in ari-
18 ditate sitis.* Et cum hæc dixissent, factus est,
fletus, & vlulatus magnus in ecclesia ab om-
nibus, & per multas horas vna voce clama-
19 uerunt ad Deum, dicentes:* "Peccauimus cũ
patribus nostris, iniustè egimus iniquitatem Ps.105. a.6.
20 fecimus.* Tu quia pius es, miserere nostri,
aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras,
& noli tradere confitentes te populo, qui i-
21 gnorat te,* vt non dicant inter Gentes: Vbi
22 est Deus eorum?* Et cum fatigati his clamo-
23 ribus, & his fletibus lassati siluissent, *exur-
gens Ozias infusus lacrimis dixit: Æquo ani-
mo estote fratres, & hos quinque dies expe-
24 ctemus à Domino misericordiam. * Forsitã
enim indignationem suam abscindet, & da-
25 bit gloriam nomini suo. *Si autem trãsactis
quinque diebus non venerit adiutorium, fa-
ciemus hæc verba, quæ locuti estis.

CAP. VIII.

1 A ET factũ est, cum audisset hæc verba Iu-
dith vidua, quę erat filia Merari filij Idox,
filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor,
filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, fi-
lij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Sa-
2 lathiel, filij Simeon, filij Ruben, * & vir eius
fuit Manasses, qui mortuus est in dieb. mes-
3 sis hordeaceæ:* instabat enim super alligan-
tes manipulos in campo: & venit æstus super
caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuita-
te sua, & sepultus est illic cum patribus suis.
4 * Erat autem Iudith relicta eius vidua, iam
5 annis tribus, & mensibus sex.* Et in superio-
rib. domus suæ fecit sibi secretum cubiculũ,
6 in quo cum puellis suis clausa morabatur,* &
habens super lumbos suos ciliciũ, ieiunabat
omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, &
7 neomenias, & festa domus Israel. * Erat aũt
eleganti aspectu nimis, cui vir suus relique-
rat diuitias multas, & familiã copiosam, ac
possessiones armentis boũ, & gregib. ouium
8 plenas. * Et erat hæc in oĩbus famosissima,
quĩ timebat Dñm valdè, nec erat qui loque-
9 retur de illa verbũ malum.* Hæc itaq. cum
audisset quoniam Ozias promisisset, quòd
transacto quinto die traderet ciuitatẽ, misit
10 ad presbyteros Chabri, & Charmi. * Et ve-
B nerũt ad illã, & dixit illis: Quod est hoc ver-
bum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuita-
tẽ Assyrijs si intra quinque dies nõ venerit
11 vobis adiutorium?* Et qui estis vos, qui ten-
12 tatis Dñm:* Nõ est iste sermo, qui misericor-
diã prouocet, sed potius qui iram excitet, &
13 furorẽ accendat.* Posuistis vos tẽpus mise-
rationis Dñi, & in arbitrium vestrum, diem
14 constituistis ei.* Sed quia patiens Dñs, est in
hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius
15 fusis lacrymis postulemus, * non .n. quasi ho
mo sic Deus comminabitur, neq. sicut filius
16 hominis ad iracũdiã inflãmabitur.* Et ideò
hu-

humiliemus illi animas nostras, & in spiritu
constituti humiliato, seruientes illi, * dica- 17
mus flentes Domino, vt secundum volunta-
tem suam, sic faciat nobiscum misericordiã
suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum
in superbia eorũ, ita etiam de nostra humi-
litate gloriemur: * quoniam non sumus se- 18
cuti peccata patrum nostrorum, qui dereli-
querunt Deum suum, & adorauerunt deos
alienos,* pro quo scelere dati sunt in gladiũ, 19
& in rapinam, & in confusionem inimicis
suis: nos autem alterum Deũ nescimus præ-
ter ipsum. * Expectemus humiles consola- 20
tionem eius, & exquiret sanguinem nostrum C
de afflictionibus inimicorum nostrorum, &
humiliabit omnes Gentes: quæcumque in-
surgunt contra nos, & faciet illas sine honore
Dominus Deus noster.* Et nũc fratres, quo- 21
niam vos estis presbyteri in populo Dei, &
ex vobis pendet anima illorum, ad eloquiũ
vestrum corda eorum erigite, vt memores
sint, quia tentati sunt patres nostri, vt proba-
Gen.22. rentur, si verè colerent Deum suum.* "Me- 22
a.3. mores esse debent quomodo pater noster A-
braham tentatus est, & per multas tribulatio-
nes probatus, Dei Amicus effectus est. * Sic 23
Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui pla-
cuerunt Deo, per multas tribulationes tran-
sierunt fideles.* Illi autẽ, qui tentationes non 24
susceperunt cum timore Domini, & impa-
tientiam suam, & improperium murmura-
tionis suæ contra Dominum protulerunt, * 25
1. Cor. "exterminati sunt ab exterminatore, & à ser- 26
10.b.9. pentibus perierunt. * Et nos ergo non vlcis- D
camur nos pro his, quę patimur, * sed reputã- 27
tes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia mino-
ra esse, flagella Domini, quibus quasi serui
corripimur ad emendationem, & non ad
perditionem nostram euenisse credamus. * 28
Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia,
quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermo-
nibus tuis vlla reprehensio.* Nunc ergo ora 29
pro nobis, quoniã mulier sancta es, & timens
Deum.* Et dixit illis Iudith: Sicut quod po- 30
tui loqui, Dei esse cognoscitis: * ita quod fa- 31
cere disposui, probate si ex Deo est, & orate,
vt firmum faciat Deus consilium meum. * 32
Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeã
cum Abra mea, & orate, vt sicut dixistis, in
diebus quinque respiciat Dominus populum
suum Israel.* Vos autem nolo, vt scrutemi- 33
ni actum meum, & vsque dum renunciem
vobis, nihil aliud fiat nisi oratio pro me ad
Dominum Deum nostrum.* Et dixit ad eã 34
Ozias princeps Iuda: Vade in pace, & Dñs
sit tecum in vltionem inimicorum nostro-
rum. Et reuertentes abierunt.

CAP. IX.

QVibus abscedentibus, Iudith ingressa 1
est oratorium suum: & induens se cili- A
cio posuit cinerem super caput suum: &
prosternens se Domino, clamabat ad Domi-
num, dicens: * Domine Deus patris mei Si- 2
meon," qui dedisti illi gladium in defensio-
nem alienigenarum, qui violatores extiterũt
in coinquinatione sua, & denudauerunt fe- Gen.34
3 mur virginis in confusionem: * dedisti mu- d.29.
lieres illorum in prædam, & filias illorum in
captiuitatem: omnem prædam in diuisionẽ
seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: sub-
ueni quæso te Domine Deus meus, mihi vi-
4 duæ. * Tu enim fecisti priora, & illa
B post illa cogitasti: & hoc factum est, quod ip-
5 se voluisti. * Omnes enim viæ tuæ paratæ
sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posui-
6 sti. * "Respice castra Assyriorum nunc, sicut Exo.14
tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, b.9.
quando post seruos tuos armati currebant,
confidentes in quadrigis, & in equitatu suo,
7 & in multitudine bellatorum,* Sed aspexisti
super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt
8 eos. * Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ
9 operuerunt eos.* Sic fiant & isti, Domine, qui
C confidunt in multitudine sua, & in curribus
suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis,
10 & in lanceis gloriantur, * & nesciunt, quia
tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab
11 initio, & Dominus nomen est tibi. * Erige
brachium tuum sicut ab initio, & allide vir-
tutem illorũ in virtute tua: cadat virtus eo-
rum in iracundia tua, qui promittunt se vio-
lare sancta tua, & polluere tabernaculum no-
minis tui, & deijcere gladio suo cornu altaris
12 tui.* Fac Domine, vt gladio proprio eius su-
13 perbia amputetur:* capiatur laqueo oculorũ
suorũ in me, & percuties eum ex labijs cha-
14 ritatis meæ.* Da mihi in animo constantiã,
vt contemnam illum: & virtutem, vt euer-
15 tam illum. * " Erit enim hoc memoriale Iud.4.
D nominis tui, cum manus feminæ deiecerit d.21.&5
16 eum. * Non enim in multitudine est virtus d.26.
tua Domine, neque in equorum viribus vo-
luntas tua est, nec superbi ab initio placue-
runt tibi: sed humilium, & mansuetorum
17 semper tibi placuit deprecatio. * Deus cæ-
lorum, creator aquarum, & Dominus totius
creaturæ, exaudi me miseram deprecantem,
18 & de tua misericordia præsumentem.*
Memento Domine testamenti tui, & da
verbum in ore meo, & in corde meo consi-
lium corrobora, vt domus tua in sanctifi-
19 catione tua permaneat: * & omnes Gentes
agnoscant quia tu es Deus, & non est alius
præter te.

CAP. X.

1 A FActum est autem, cum cessasset clamare
ad Dominum, surrexit de loco, in quo ia-
2 cuerat prostrata ad Dominum.* Vocauitque
Abram suam, & descendens in domum suã,
abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis
3 viduitatis suæ,* & lauit corpus suum, & vn-
xit se myro optimo, & discriminauit crinem
capitis sui, & imposuit mitram super caput
suum, & induit se vestimentis iucunditatis

ſuæ,induitq. ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures, & anulos,& omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe.* 4
Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine,ſed ex virtute pendebat:& ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.* Impoſuit itaq. Abræ ſuæ aſcope- 5
ram vini,& vas olei,& polentam,& palathas, B
& panes,& caſeum,& profecta eſt. * Cumq. 6
veniſſent ad portam ciuitatis,inuenerunt expectantem Oziam,& presbyteros ciuitatis. * 7
Qui cum vidiſſent eam,ſtupentes mirati ſũt. 8
nimis pulchritudinem eius. * Nihil tamen interrogantes eam, dimiſerunt tranſire, dicentes:Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret,vt glorietur ſuper te Ieruſalem, & ſit nomen tuum in numero ſanctorum,& iuſtorum. * Et dixerunt hi, qui illic 9
erant,omnes vna voce: Fiat,fiat.* Iudith ve- 10
rò orans Dominum,tranſiuit per portas ipſa & Abra eius.* Factum eſt autem cum deſcẽ- 11
deret montem, circa ortum diei occurrerũt ei exploratores Aſſyriorum,& tenuerunt eã C
dicentes: Vnde venis? aut quo vadis?* Quæ 12
reſpondit: Filia ſum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui,quod dentur vobis in depredationem,pro eo,quod contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere ſeipſos,vt inuenirent miſericordiam in conſpectu veſtro.* Hac de cauſa cogitaui 13
mecum,dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis,vt indicem illi ſecreta illorum,& oſtendam illi quo aditu poſſet obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. * 14
Et cum audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciem eius,& erat in oculis eorum ſtupor, quon am pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Et dixerunt ad eam: Conſer- 15
uaſti animam tuam, eo quod tale reperiſti conſilium,vt deſcenderes ad dñm noſtrum. * Hoc autem ſcias,quoniam cum ſteteris in 16
conſpectu eius,bene tibi faciet, & eris gratiſ- D
ſima in corde eius. Duxeruntq. illam ad tabernaculum Holofernis, annunciantes eam. * Cumque intraſſet ante faciem eius,ſtatim 17
captus eſt in ſuis oculis Holofernes. * Dixe- 18
runtque ad eum ſatellites eius:Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Videns itaque 19
Iudith Holofernem ſedentem in conopeio, quod erat ex purpura,& auro,& ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum: * & cum in 20
faciem eius intendiſſet, adorauit eum, proſternens ſe ſuper terram. Et eleuauerũt eam ſerui Holofernis, iubente domino ſuo.

CAP. XI.

TVnc Holofernes dixit ei: Æquo animo 1
eſto, & noli pauere in corde tuo:quoniã A
ego numquam nocui viro,qui voluit ſeruire
Nabuchodonoſor regi.* Populus auté tuus, 2
ſi non contempſiſſet me, non leuaſſem lan-
ceam meam ſuper eum. * Nunc autem dic
mihi,qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit
tibi,vt venires ad nos? * Et dixit illi Iudith: 4
Sume verba ancillæ tuæ, quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem fa- 5
ciet Dominus tecum.* Viuit enim Nabuchodonoſor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ eſt in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non ſolum homines ſeruiunt illi per te, ſed & beſtiæ agri ob-
temperant illi. * Nunciatur enim animi tui induſtria vniuerſis gẽtibus, & indicatum eſt
B omni ſæculo,quoniam tu ſolus bonus, & potens es in omni regno eius, & diſciplina " Sup.5.
tua omnibus prouincijs prædicatur. * "Nec a.5.
hoc latet, quod locutus eſt Achior, nec illud
ignoratur,quod ei iuſſeris euenire.* Conſtat enim,Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per Prophetas ſuos ad popu- 9
lum,quod tradat eum pro peccatis ſuis. * Et qñ ſciunt, ſe offendiſſe Deum ſuũ filij Iſ- 10
rael,tremor tuus ſuper ipſos eſt. * Inſuper etiam fames inuadit eos, & ab ariditate aquæ
iam inter mortuos computantur.* Denique hoc ordinant,vt interficiant pecora ſua, &
bibant ſanguinem eorum:* & ſancta Domi- 12
ni Dei ſui,quæ præcepit Deus non contingi,
C in frumento,vino,& oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere:ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt, quod in perditione
dabuntur.* Quod ego ancilla tua cognoſcẽs, 13
fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa
nunciare tibi. * Ego enim ancilla tua Deum 14
colo,etiam nunc apud te:& exiet ancilla tua,
& orabo Deum, * & dicet mihi, quando eis 15
reddat peccatum ſuum,& veniens nunciabo tibi,ita vt ego adducam te per mediam Ieruſalem, & habebis omnem populum Iſrael,
D ſicut oues, quibus non eſt paſtor, & non la- 16
trabit, vel vnus canis contra te:* quoniã hæc
mihi dicta ſunt per prouidentiam Dei. * Et 17
quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nunciare tibi. * Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne,& corã pueris eius,& mirabantur ſapientiam eius,& di- 19
cebant alter ad alterum: * Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine,& in ſenſu verborũ.* Et dixit ad illã Holofernes: Bene fecit Deus,qui miſit te ante po- 21
pulum,vt deſ illum tu in manib. noſtris:* & quoniam bona eſt promiſſio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus,erit & Deus meus,& tu in domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuerſa terra.

CAP. XII.

1 A TVnc iuſſit eã introire, vbi repoſiti erant
theſauri eius, & iuſſit illic manere eam
& conſtituit, quid daretur illi de conuiuio
2 ſuo.* Cui rñdit Iudith,& dixit, Nunc non

potero manducare ex his,quæ mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autem, quæ mihi deuuli, manducabo.* Cui 3
Holofernes ait: ſi defecerint tibi iſta,quæ tecum detuliſti,quid faciemus tibi? * Et dixit 4
Iudith: Viuit anima tua domine meus,quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ B
cogitaui. Et induxerunt illam ſertui eius in tabernaculum,quod præceperat. * Et petijt 5
dũ introiret, vt daretur ei copia nocte,& ante lucem egredien di foras ad orationem, & deprecãdi Dominum.* Et præcepit cubicu- 6
larijs ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret, & introiret ad adorandũ Deum ſuũ,per triduũ:
* & exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & 7
baptizabat ſe in fonte aquæ.* Et vt aſcende- 8
bat, orabat Dominũ Deum Iſrael, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi ſui.
* Et introiens, munda manebat in taberna- 9
culo vſque dum acciperet eſcã ſuam in ve- C
ſpere.* Et factum eſt in quarto die Holofer 10
nes fecit cenam ſeruis ſuis,& dixit ad Vagao eunuchum ſuum: Vade,& ſua de Hebrea
illam, vt ſponte cõſentiat habitare mecum.
11 * Fedum eſt enim apud Aſſyrios, ſi femina
irrideat virũ agendo, vt immunis ab eo trã-
12 ſeat. * Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire
D ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat
13 vinum in iucunditate. * Cui Iudith reſpondit: Quæ ego ſum,vt contradicam domino
14 meo?* Omne quod erit ante oculos eius bonum,& optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omni-
15 bus diebus vitæ meæ.* Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimento ſuo, & ingreſſa ſtetit ante
16 faciem eius. * Cor autem Holofernis concuſſum eſt: erat enim ardens in cõcupiſcen-
17 tia eius.* Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam
18 inueniſti gratiam coram me. * Et dixit Iudith: Bibam domine,quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus
19 meis. * Et accepit, & manducauit, & bibit corã ipſo ea, quæ parauerat illi ancilla eius.
20 * Et iucundus factus eſt Holofernes ad eã, bibitque vinum multum nimis, quantum numquam biberat in vita ſua.

CAP. XIII.

VT autem ſero factum eſt,feſtinauerunt 1
ſerui illius ad hoſpitia ſua, & conclu- A
ſit Vagao oſtia cubiculi, & abijt, * erant au- 2
tem omnes fatigati a vino: *erat q. Iudith ſo- 3
la in cubiculo.* Porrò Holofernes iacebat in 4
lecto,nimia ebrietate ſopit9.* Dixitq. Iudith 5
puellæ ſuæ, vt ſtaret foris ante cubiculum,& obſeruaret: * Stetitq.Iudith ante lectũ orans 6
cum lacrimis,& labiorum motu in ſilentio,
*dicens; Confirma me Domine Deus Iſrael, 7
& reſpice in hac hora ad opera manuũ mearum, vt, ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatẽ
8 tuam erigas:& hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui,perficiam. * Et cum hæc diXiſſet,acceſſit ad columnam, quæ erat ad ca-
9 put lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat,exoluit. * Cumq.euaginaſſet illum,apprehendit comam capitis eius,& ait: Confirma me Dñe Deus in hac hora,
10 * & percuſſit bis in ceruicẽ eius, & abſcidit caput eius,& abſtulit conopeum eius à colũ-
11 nis, & euoluit corpus eius truncũ. * Et poſt

pusillum exiuit,& tradidit caput Holofernis
ancillæ suæ, & iussit, vt mitteret illud in pe-
ram suam. * Et exierunt duæ,secundũ con- 12
suetudinem suam, quasi ad orationẽ, & trã- B
sierunt castra, & girantes vallem, venerunt
ad portam ciuitatis. * Et dixit Iudith à lon- 13
gè custodibus murorũ: Aperite portas,quo-
niam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem
in Israel.* Et factum est,cum audissent viri 14
vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuita-
tis.* Et concurrerunt ad eam omnes à mini- 15
mo vsque ad maximum: quoniam sperabãt
eam iam non esse venturam.* Et accenden- 16
tes luminaria congirauerunt circa eam vni-
uersi: illa autem ascendens in eminentiorem
locum,iussit fieri silentium. Cumque omnes
tacuissent, * dixit Iudith: Laudate Domi- 17
num Deum nostrum, qui non deseruit spe-
rantes in te: * & in me ancilla sua adim- 18
pleuit misericordiam suam, quam promisit
domui Israel, & interfecit in manu mea ho-
stem populi sui hac nocte. * Et proferens 19
de pera caput Holofernis, ostendit i lis, di-
cens: Ecce caput Holofernis principis mili-
tiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius,
in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per
manum feminæ percussit illum Dominus
Deus noster. * Viuit autem ipse Dominus, 20
quoniã custodiuit me Angelus eius, & hinc C
euntem, & ibi commorantem, & inde huc
reuertentem, & non permisit me Dominus
ancillam suam coinquinari, sed sine pollu-
tione peccati reuocauit me vobis gaudentem
in victoria sua,in euasione mea, & in libera-
tione vestra. * ‖ Confitemini illi omnes, 21
quoniam bonus, quoniam in sæculum mi-
sericordia eius. * Vniuersi autem adoran- 22
tes Dominum, dixerunt ad eam: Benedixit
te Dominus in virtute sua, quia per te ad ni-
hilũ redegit inimicos nostros. * Porrò 23
Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam:
Benedicta es tu filia à Domino Deo excel-
so præ omnibus mulieribus super terram.
* Benedictus Dominus, qui creauit cælum 24
& terram, qui te direxit in vulnera capitis
principis inimicorum nostrorum:* quia ho- 25
die nomen tuum ita magnificauit, vt non D
recedat laus tua de ore hominum, qui me-
mores fuerint virtutis Domini in æternum,
pro quibus non pepercisti animæ tuæ pro-
pter angustias, & tribulationem generis tui,
sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei
nostri. * Et dixit omnis populus: Fiat,fiat. 26
* Porrò Achior vocatus venit,& dixit ei Iu- 27
dith:Deus Israel,cui tu testimonium dedisti
quod vlciscatur se de inimicis suis, ipse ca-
put omnium incredulorum incidit hac no-
cte in manu mea. * Et vt probes,quia ita est 28
ecce caput Holofernis, qui in contemptu su-
perbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi
interitum minabatur, dicens: Cum captus
fuerit populus Israel, gladio perforari præ-
cipiam latera tua. * Videns autem Achior 29
caput Holofernis, angustiatus præ pauore,
cecidit in faciem suam super terram, & æ-

‖ Ps.105. a. 1. & 106. a.1.

30 stuauit anima eius. * Postea verò quam
resumpto spiritu recreatus est, procidit ad
31 pedes eius, & adorauit eam, & dixit: * Be-
nedicta tu a Deo tuo in omni tabernaculo
Iacob,quoniam in omni gente, quæ audierit
nomen tuum, magnificabitur super te Deus
Israel.

CAP. XIV.

1 DIxit autem Iudith ad omnem populũ:
A audite me fratres, suspẽdite caput hoc
2 super muros nostros: * Et erit,cum exierit
Sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite
cum impetu, non vt descendatis deorsum,
3 sed quasi impetum facientes. * Tunc explo-
ratores necesse erit,vt fugiant ad principem
4 suum excitandum ad pugnam. * Cumque
duces eorum cucurrerint ad tabernaculum
Holofernis, & inuenerint eũ truncũ in suo
sanguine volutatũ,decidet super eos timor.
5 * Cumq. cognoueritis fugere eos, ite post il-
B los securi, quoniam Dominus conteret eos
6 sub pedibus vestris. * Tunc Achior videns
virtutem, quam fecit Deus Israel, relicto
gentilitatis ritu,credidit Deo, & circumcidit
carnem præputij sui, & appositus est ad
populum Israel, & omnis successio generis
7 eius vsque in hodiernum diem. * Mox au-
tem, vt ortus est dies, suspenderunt super
muros caput Holofernis, accepitque vnus-
quisque vir arma sua, & egressi sunt cum
8 grandi strepitu,& vlulatu. * Quod viden-
tes exploratores, ad tabernaculum Holofer-
9 nis cucurrerunt. * Porrò hi, qui in taberna-
culo erant, veniẽtes,& ante ingressum cubi-
culi perstrepentes,excitandi gratia,inquietu-
C dinem arte moliebantur, vt non ab excitan-
tibus, sed à sonantibus Holofernes euigila-
10 ret.* Nullus enim audebat cubiculum vir-
tutis Assyriorum pulsando, aut intrãdo ape
11 rire.* Sed cum venissent eius duces,ac tribu-
ni, & vniuersi maiores exercitus regis Assy-
12 riorum, dixerunt cubicularijs: * Intrate, &
excitate illum, quoniam egressi mures de
cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad
13 prælium.* Tũc ingressus Vagao cubiculum
eius, stetit ante cortinam: & plausum fecit
manibus suis: suspicabatur enim illum cum
14 Iudith dormire.* Sed cum nullum motum
D iacentis sensu aurium caperet, accessit pro-
ximans ad cortinam, & eleuãs eam, viden-
que cadauer absque capite Holofernis in suo
sanguine tabefactum iacere super terram,
exclamauit voce magna cum fletu, & scidit
15 vestimenta sua. * Et ingressus tabernacu-
lum Iudith, non inuenit eam, & exilijt fo-
16 ras ad populum,* & dixit: Vna mulier He-
bræa fecit cõfusionem in domo regis Nabu-
chodonosor: ecce enim Holofernes iacet in
17 terra, & caput eius non est in illo.* Quod
cum audissent principes virtutis Assyriorũ,
sciderunt omnes vestimenta sua, & intole-
rabilis timor, & tremor cecidit super eos, &
18 turbati sunt animi eorum valde.* Et factus
est

est clamor incomparabilis in medio castro-
rum eorum.

CAP. XV.

1 CVmq. omnis exercitus decollatum Ho-
A lofernem audisset, fugit mens, & consi-
lium ab eis, & solo tremore, & metu agitati,
fugæ præsidiũ sumunt,* ita,vt nullus loque-
2 retur cum proximo suo,sed inclinato capite,
relictis omnibus, euadere festinabant He-
bræos, quos armatos super se venire audie-
bant, fugiẽtes per viam camporum, & semi-
tas collium. * Videntes itaque filij Israel fu-
3 gientes, secuti sunt illos. Descenderuntque
clangentes tubis,& vlulantes post ipsos * Et
4 quoniam Assirij non adunati, in fugam ibãt
præcipites: filij autem Israel vno agmine per-
B sequentes,debilitabant omnes quos inuenire
potuissent. * Misit itaque Ozias nuncios 5
per omnes ciuitates,& regiones Israel.* Om- 6
nis itaque regio, omnisq vrbs electam iuuẽ-
tutem armatam misit post eos, & persecuti
sunt eos in ore gladij quousque peruenirent
ad extremitatem finiũ suorum.* Reliqui au- 7
tem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt ca-
stra Assyriorum, & prædam, quam fugien-
tes Assyrij reliquerant,abstulerunt, & onu-
stati sunt valde. * Hi verò,qui victores re- 8
uersi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erãt il-
C lorum attulerunt secum,ita,vt non esset nu-
merus in pecoribus,& iumentis,& vniuersis
mobilibus eorũ, vt à minimo vsque ad ma-
ximum omnes diuites fierent de prædatio-
nibus eorum. * Ioachim autem summus 9
pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam
cũ vniuersis presbyteris suis, vt videret Iu-
dith.* Quæ cum exisset ad illum,benedixe- 10
runt eam omnes vna voce,dicentes: Tu glo-
ria Ierusalam, tu lætitia Israel, tu honorifi-
centia populi nostri: * quia fecisti viriliter, 11
& confortatum est cor tuum, eo quòd casti-
tatem amaueris, & post virum tuum, alterũ
nescieris: ideo & manus Domini conforta- D
uit te, & ideo eris benedicta in æternũ. * Et 12
dixit omnis populus: Fiat, fiat.* Per dies au- 13
tem triginta, vix collecta sunt spolia Assyrio
rum à populo Israel.* Porro autem vniuer- 14
sa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata
sunt, dederunt Iudith in auro, & argento,&
vestibus,& gemmis, & omni supellectili,& 15
tradita sunt omnia illi à populo. * Et om-
nes populi gaudebãt cum mulieribus, & vir-
ginibus, & iuuenibus, in organis,& citharis.

CAP. XVI.

1 TVnc cantauit canticum hoc Domino
A Iudith, dicens. 2
* Incipite Domino in tympanis, cantate
Domino in cymbalis, modulamini illi psal-
mum nouum, exaltate, & inuocate nomen
eius. 3
* Dominus conterens bella,Dominus no-
men est illi.

4 * Qui posuit castra sua in medio populi
sui: vt eriperet nos de manu omnium ini-
micorum nostrorum.
5 * Venit Assur ex montibus ab Aquilone
in multitudine fortitudinis suæ: cuius mul-
titudo obtũrauit torrentes, & equi eorum
cooperuerunt valles.
6 * Dixit se incensurum fines meos,& iuue-
nes meos occisurũ gladio, infantes meos da-
te in prædam,& virgines in captiuitatem.
7 *Dominus autẽ omnipotens nocuit eum,
& tradidit eum in manus feminæ, & confo-
dit eum.
8 * Non enim cecidit potens eorum à iuue-
B nibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec
excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iu-
dith filia Merari in specie faciei suæ dissol-
uit eum.
9 * Exuit enim se vestimento viduitatis, &
induit se vestimento lætitiæ in exultatione
filiorum Israel.
10 * Vnxit faciem suam vnguento, & colli-
gauit cincinnos suos mitra, accepit stolam
nouam ad decipiendum illum.
11 * Sandalia eius rapuerunt oculos eius,pul-
chritudo eius captiuam fecit animam eius,
amputauit pugione ceruicem eius.
12 * Horruerunt Persæ constantiam eius, &
Medi audaciam eius.
13 * Tunc vlulauerunt castra Assyriorum,
quando apparuerunt humiles mei, arescen-
tes in siti.
14 * Filij puellarum compunxerunt eos,& sic-
cut pueros fugientes occiderunt eos: perie-
runt in prælio à facie Domini Dei mei.
15 * Hymnum cãtemus Domino, hymnum
nouum cantemus Deo nostro.
16 * Adonai Domine magnus es tu, & præ-
C clarus in virtute tua,& quem superare nemo
potest.
17 * Tibi seruiat omnis creatura tua:‖ quia
dixisti,& facta sunt misisti spiritum tuum,
& creata sunt, & nõ est qui resistat voci tuæ.
18 * Montes à fundamentis mouebuntur cũ
aquis:petræ sicut cera,liquescent,ante faciem
tuam.
19 * Qui autem timent te,magni erunt apud
te per omnia.
20 * Væ genti insurgenti super genus meum:
Dominus enim omnipotens vindicabit in
eis, in die iudicij visitabit illos.
21 * Dabit ignem, & vermes in carnes eo-
rum, vt vrantur,& sentiant vsque in sempi-
ternum.
22 * Et factum est post hæc, omnis populus
post victoriã venit in Ierusalẽ adorare Do-
minum,& mox,vt purificati sunt,obtulerũt
omnes holocausta, & vota, & repromissio-
23 nes suas * Porrò Iudith vniuersa vasa belli-
ca Holofernis,q̃ dedit illi populus & cono-
D peum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius,
24 obtulit in anathema oblationis. * Erãt autẽ
populus iucundus secundum faciem sanctõ-
rum, & per tres menses gaudium huius vi-
25 ctoriæ celebratum est cũ Iudith. * Post dies
autem

‖ Gen.1. Psal. 32. b.9.

autem illos vnusquisque rediit in domum
suã, & Iudith magna facta est in Bethulia,
& præclarior vniuersæ terræ Israel. * E- 26
rat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non
cognosceret virum omnibus diebus vitæ
suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius.
* Erat autem diebus festis procedens cum 27
magna gloria.* Mansit autem in domo vi- 28
ri sui annos centum quinque, & dimisit A-
bram suam liberam, & defuncta est ac sepul
29 ta cum viro suo in Bethulia. Luxitq. illam
30 omnis populus diebus septem.* In omni au
tem spatio vitæ eius non fuit qui perturba-
ret Israel, & post mortem eius annis multis.
31 * Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab
Hebræis in numero sanctorum dierum ac-
cipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore
vsque in præsentem diem.

LIBER ESTHER.

CAPVT PRIMVM.

IN diebus Assueri, qui re- 1
gnauit ab India vsque Æ- A
thiopiam super centum vi
ginti septem prouincijs:
* quando sedit in solio re- 2
gni sui, Susan ciuitas re-
gni eius exordium fuit.
* Tertio igitur anno impe- 3
rij sui fecit grande conuiuium cunctis prin-
cipibus, & pueris suis, fortissimis Persarum,
& Medorum inclytis, & præfectis prouin-
ciarum corã se, * vt ostẽderet diuitias gloriæ 4
regni sui, ac magnitudinem, atq. iactantiam
potentiæ suæ, multo tempore, centum vide-
licet, & octoginta diebus. * Cumq impleren- 5
tur dies conuiuij, inuitauit omnem populũ,
qui cõuentus est in Susan, à maximo vsque
ad minimum: & iussit septem diebus conui-
uium pręparari in vestibulo horti, & nemo-
ris, quod regio cultu, & manu consitum
erat. * Et pendebant ex omni parte tentoria 6
aerij coloris, & carbasini, ac hyacinthini, su- B
stentata funibus byssinis, atque purpureis,
qui eburneis circulis inserti erant, & colum-
nis marmoreis fulciebãtur. Lectuli quoque
aurei: & argentei, super pauimentum sma-
ragdino, & pario stratum lapide: dispositi e-
rãt: quod mira varietate pictura decorabat.
7 * Bibebant autem qui inuitati erant, aureis
poculis, & alijs atque alijs vasis cibi infere-
bantur. Vinum quoque, vt magnificentia re-
gia dignum erat, abundans, & præcipuum
8 ponebatur.* Nec erat qui nolẽtes cogeret ad
bibendũ, sed sicut rex statuerat, præponens
mensis singulos de principibus suis vt sume
9 ret vnusquisque quod vellet.* Vasthi quoq.
regina fecit conuiuium feminarum in pala-
tio, vbi rex Assuerus manere consueuerat.
10 *Itaque die septimo, cum rex esset hilarior,
& post nimiam potationem incaluisset me-
C ro, præcepit Maumam, & Bazatha, & Har-
bona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, &
Charchas, septem eunuchis, qui in conspe-
11 ctu eius ministrabant, * vt introducerent re-
ginam

ginam Vasthi corã rege, posito super caput
eius diademate, vt ostenderet cunctis popu-
lis, & principib. pulchritudinem illius: erat
enim pulchra valde. * Quæ renuit, & ad re- 12
gis imperium, quod per eunuchos mãdaue-
rat, venire cõtempsit. Vnde iratus rex, & ni-
mio furore succensus. * Interrogauit sapien- 13
tes, qui ex more regio sẽper ei aderant, & il-
lorum faciebat cuncta consilio, scientium le-
ges, ac iura maiorum: (*erant autem primi, 14
& proximi, Charsena, & Sethar, & Admа-
tha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Ma-
muchan, septẽ duces Persarum, atq. Medo-
rum, qui videbant faciẽ regis, & primi post
eũ residere soliti erãt) *cui sententiæ Vasthi 15
regina subiaceret, quę Assueri regis imperiũ
quod per eunuchos mandauerat facere no-
luisset * Responditq. Mamuchan, audiente 16
rege atq. principibus, Non solum regẽ læsit
regina Vasthi, sed & omnes populos, & prin
cipes, qui sunt in cunctis prouincijs regis As-
sueri. * Egredietur enim sermo reginæ ad om- 17
nes mulieres, vt contemnant viros suos, & D
dicant: Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi
intraret ad eum, & illa noluit * Atq. hoc exẽ- 18
plo omnes principum coniuges Persarum
atq. Medorum, paruipendent imperia mari
torũ: vnde regis iusta est indignatio. * Si tibi 19
placet, egrediatur edictũ à facie tua, & scri-
batur iuxta legem Persarum, atq. Medorũ,
quã præteriri illicitũ est, vt nequaquã vltra
Vasthi ingrediatur ad regẽ, sed regnũ illius,
altera, quę melior est illa, accipiat. * Et hoc in 20
omne (quod latissimũ est) prouinciarũ tua-
rum diuulgetur imperiũ, & cunctæ vxores
tã maiorum, quã minorum deferant mari-
tis suis honorem. * placuit, consilium eius re- 21
gi, & principib. fecitque rex iuxta consilium
Mamuchan, * & misit epistolas ad vniuer- 22
sas prouincias regni sui, vt quæq. gens audi-
re, & legere poterat, diuersis linguis, & lite-
ris, esse viros principes, ac maiores in domi-
bus suis: & hoc p cũctos populos diuulgari.

CAP. II.

HIs ita gestis, post q̃ regis Assueri indi- 1
gnatio deferbuerat, recordatus est Va- A
sthi, & quę fecisset, vel quę passa esset: * dixe- 2
runtq. pueri regis, ac ministri eius: Quæran-
tur regi puellæ virgines ac speciosæ, * & mit- 3
tantur qui considerẽt per vniuersas prouin-
cias puellas speciosas, & virgines: & adducãt
eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in do-
mum feminarum sub manu Egei Eunuchi
qui est præpositus, & custos mulierũ regia-
rum: & accipiant mũdũ muliebrem, & ce-
tera ad vsus necessaria. * Et quæcunq. inter 4
omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro
Vasthi. Placuit sermo regi: & ita, vt sugges-
4. Reg. serãt, iussit fieri. * Erat vir Iudæus in Susan 5
24 d.15. ciuitate, vocabulo Mardochæus filius Iair,
Infr.11,b. filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini. * " qui 6
translatus fuerat de Ierusalem eo tempore,
quo Iechoniã regẽ Iuda Nabuchodonosor
7 rex Babylonis transtulerat, * qui fuit nutri-
tius filiæ fratris sui Edissæ, quę altero nomi-
ne vocabatur Esther: & vtrumq. parẽtẽ ami-
serat: pulchra nimis, & decora facie. Mor-
tuisq. patre eius, ac matre, Mardochæus sibi
8 eam adoptauit filiam. * Cumq percrebuis-
B set regis imperium, & iuxta mandatum il-
lius multæ pulchræ virgines adducerentur
Susan, & Egeo traderẽtur Eunucho: Esther
quoq. inter ceteras puellas ei tradita est, vt
9 seruaretur in numero feminarũ. * Quæ pla-
cuit ei, & inuenit gratiã in conspectu illius.
Et præcepit Eunucho, vt accelerarét mun-
dum muliebrem. & traderet ei partes suas,
& septẽ puellas speciosissimas de domo re-
gis, & tam ipsam, quam pedissequas eius or-
10 naret atq. excoleret: * Quæ noluit indicare
ei populũ, & patriam suam: Mardochæus e-
nim præceperat ei, vt de hac re omnino reti-
11 ceret: * qui deambulabat quotidie ante ve-
stibulum domus, in qua electæ virgines ser-
uabantur, curam agens salutis Esther, & sci-
12 re volens quid ei accideret. * Cum autẽ ve-
nisset tempus singularum per ordinẽ puel-
larum, vt intrarẽt ad regem, expletis omni-
bus, quæ ad cultum muliebrem pertinebãt,
mensis duodecimus vertebatur: ita dumta-
xat, vt sex mensibus oleo vngerẽtur myrthi-
no, & alijs sex quibusdam pigmentis, & aro-
13 matibus vterentur. * Ingredientesq ad regẽ,
C quidquid postulassent ad ornatum pertinẽs
accipiebant, & vt eis placuerat, compositæ
de triclinio feminarum ad regis cubiculum
14 transibant: * Et quæ intrauerat vespere, egre
diebatur mane, atque inde in secundas ędes
deducebatur, quæ sub manu Susagazi Eunu
chi erant, qui concubinis regis præsidebat:
nec habebat potestatem ad regem vltra re-
deundi, nisi voluisset rex, & eã venire iussis-
15 set ex nomine. * Euoluto autẽ tempore per
ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abi-
hail fratris Mardochæi, quam sibi adopta-
uerat in filiam, deberet intrare ad regẽ. Quæ
non quæsiuit muliebrem cultum, sed quęcũ
que voluit Egeus Eunuchus custos virginũ
hæc ei ad ornatũ dedit. Erat enim formosa
valde, & incredibili pulchritudine omnium
16 oculis gratiosa, & amabilis videbatur. * Du-
cta est itaq. ad cubiculum regis Assueri men
se decimo, qui vocatur Tebeth, septimo an-
17 no regni eius. * Et adamauit eam rex plus
quam omnes mulieres, habuitq. gratiam, &
misericordiam coram eo super omnes mu-
lieres, & posuit diadema regni in capite
18 eius, fecitq eam regnare in loco Vasthi. * Et
D iussit conuiuium præparari permagnificũ
cunctis principibus, & seruis suis pro con-
iunctione, & nuptijs Esther. Et dedit requiẽ
vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iux-
19 ta magnificentiam principalem. * Cumque
secundo quærerentur virgines, & congrega-
rentur. Mardochæus manebat ad ianuã re-
20 gis: * necdum prodiderat Esther patriam,
& populum suum, iuxta mandatum eius.
Quidquid enim ille præcipiebat, obserua-
bat

bat Esther:& ita cuncta faciebat, vt eo tem-
pore solita erat, quo eam paruulam nutrie-
bat.* Eo igitur tempore, quo Mardochæus 21
ad regis ianuam morabatur, irati sunt Baga-
than, & Thares duo eunuchi regis, qui iani-
tores erant, & in primo palatij limine præsi-
debant: volueruntq. insurgere in regem, &
occidere eum. * Quod Mardochæum non 22
latuit, statimque nunciauit reginæ Esther: &
illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad se rē
detulerat. * Quæsitum est, & inuentum: & 23
appensus est vterq. eorum in patibulo. Man-
datumque est historijs, & annalibus traditū
coram rege.

CAP. III.

Post hęc rex Assuerus exaltauit Aman fi- 1
lium Amadathi, qui erat de stirpe Agag: A
& posuit solium eius super omnes princi-
pes, quos habebat.* Cunctique serui regis, q 2
in foribus palatij versabantur, flectebant ge-
nua, & adorabant Aman: sic enim præcepe-
rat eis imperator: solus Mardochæus nō fle-
ctebat genu, neque adorabat eū.* Cui dixe- 3
runt pueri regis, qui ad fores palatij præside-
bant: Cur præter ceteros non obseruas man-
datum regis? * Cumque hoc crebrius dice- 4
rent, & ille nollet audire, nunciauerūt Amā,
scire cupientes vtrum perseueraret in sentē-
tia: dixerat enim eis se esse Iudęum.* Quod 5
cum audisset Aman, & experimēto probas-
set quod Mardochæus non flecteret sibi ge-
nu: nec se adoraret, iratus est valde,* & pro 6
nihilo duxit in vnum Mardochęum mitte- B
re manus suas: audierat enim quod esset gē-
tis Iudææ. magisque voluit omnem Iudæo-
rum, qui erant in regno Assueri, perdere na-
tionem. * Mense primo (cuius vocabulum 7
est Nisan) anno duodecimo regni Assueri,
missa est sors in vrnam, quæ Hebraicè dici-
tur phur, coram Aman, quo die, & quo mē-
se gens Iudæorum deberet interfici: & exi-
uit mensis duodecimus, qui vocatur Adar.
*Dixitque Aman regi Assuero: Est populus 8
per omnes prouincias regni tui dispersus, &
à se mutuo separatus, nouis vtens legibus, &
ceremonijs, insuper, & regis scita contem-
nens. Et optimè nosti quod non expediat re- C
gno tuo vt insolescat per licentiam. * si tibi 9
placet, decerne, vt pereat, & decem millia ta-
lentorum appēdam arcarijs gazæ tuæ.* Tu- 10
lit ergo rex annulum, quo vtebatur, de ma-
nu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi
de progenie Agag, hosti Iudæorum.* dixitq. 11
ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum
sit, de populo age quod tibi placet.* Vocati- 12
que sunt scribæ regis mense primo Nisan,
tertiadecima die eiusdem mensis; & scriptū
est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas re-
gis, & iudices prouinciarum, diuersarumq.
gentium, vt quæq. gens legere poterat, & au- D
dire pro varietate linguarum ex nomine re-
gis Assueri: literæ signatæ ipsius annulo,
*missæ sunt per cursores regis ad vniuersas 13
prouincias vt occiderent atq. delerēt omnes
Iudæos, à puero vsq ad senem, paruulos, &
mulieres, vno die, hoc est, tertiodecimo
mensis duodecimi, qui vocatur Adar, & bo-
14 na eorum diriperēt.* Summa aūt epistola-
rum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent,
15 & pararēt se ad prædictam diem.* Festina-
bant cursores, qui missi erant, regis imperiū
explere. Statimq. in Susan pependit edictum
rege, & Aman celebrante conuiuium, & cun
ctis Iudæis, qui in vrbe erant, flentibus.

CAP. IV.

1 Qvæ cum audisset Mardochæus, scidit
A vestimenta sua, & indutus est sacco,
spargens cinerem capiti: & in platea mediæ
ciuitatis voce magna clamabat, ostendens
2 amaritudinem animi sui, * & hoc eiulatu
vsque ad fores palatij gradiens, Non enim
erat licitum indutum sacco aulam regis
3 intrare. * In omnibus quoque prouincijs,
oppidis, ac locis, ad q̄ crudele regis dogma
peruenerat, plāctus ingens erat apud Iudęos
ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco, & cinere
4 multis pro strato vtentibus. * Ingressæ autē
sunt puellæ Esther, & eunuchi, nunciauerūt
que ei. Quod audiens consternata est: & ve-
stem misit, vt ablato sacco inducerent eum:
5 quam accipere noluit. * Accitoque Athach
B eunucho, quem rex ministrum ei dederat,
præcepit ei vt iret ad Mardochæum, & di-
6 sceret ab eo cur hoc faceret. * Egressusque
Athach, iuit ad Mardochæū stantē in platea
7 ciuitatis, ante ostium palatij: * qui indicauit
ei omnia, quæ acciderant, quo modo Aman
promisisset, vt in thesauros regis pro Iudęo-
8 rum nece inferret argentū.* exemplar quo-
que edicti, quod pēdebat in Susan, dedit ei,
vt reginæ ostēderet, & moneret eam, vt in-
C traret ad regem, & deprecaretur eum pro
9 populo suo. * Regressus Athach, nunciauit
Esther omnia, quæ Mardochæus dixerat.
10 * Quæ respondit ei, & iussit vt diceret Mar
11 dochæo: * Omnes serui regis, & cunctæ, quę
sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, q̄
siue vir, siue mulier non vocatus, interius a-
trium regis intrauerit, absque vlla cūctatio-
ne statim interficiatur, nisi fortè rex auream
virgam ad eum tetenderit pro signo clemē-
tiæ, atq. ita possit viuere. Ego igitur quo mo-
do ad regem intrare potero, quæ triginta iā
12 diebus non sum vocata ad eum? * Quod
13 cum audisset Mardochæus, * rursum man-
D dauit Esther, dicēs: Ne putes quod animam
tuam tantum liberes, quia in domo regis es
14 præ cunctis Iudæis: * si enim nunc silueris,
per aliam occasionem liberabuntur Iudæi:
& tu, & domus patris tui peribitis. Et quis
nouit vtrum idcirco ad regnū veneris, vt in
15 tali tempore parareris? * Rursumq. Esther
16 hæc Mardochæo verba mādauit.* Vade, &
cōgrega omnes Iudęos, quos in Susan repe-
reris, & orare pro me. Non comedatis, & nō
bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: &
ego

ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, &
tunc ingrediar ad regem contra legem fa-
ciens, non vocata, tradensque me morti, & pe
riculo. * Iuit itaq. Mardochæus, & fecit om- 17
nia, quæ ei Esther præceperat.

CAP. V.

Die autem tertio induta est Esther rega- 1
libus vestimentis, & stetit in atrio do- A
mus regis, quod erat interius contra basili-
cam regis: at ille sedebat super solium suum
in consistorio palatij contra ostium domus.
* Cumq. vidisset Esther reginam stantem, 2
placuit oculis eius, & extendit contra eam vir
gam auream, quam tenebat manu: Quæ ac-
cedens, osculata est summitatem virgæ eius.
* Dixitque ad eam rex: Quid vis Esther regi- 3
na? quæ est petitio tua? etiam si dimidiam
partem regni petieris, dabitur tibi. * At illa 4
respondit: Si regi placet obsecro vt venias
ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuiū, B
quod paraui.* Statimque rex, vocate, inquit, 5
cito Aman, vt Esther obediat voluntati. Ve-
nerunt itaque Rex, & Aman ad conuiuium,
quod eis regina parauerat. * Dixitq. ei rex, 6
postquam vinum biberat abundanter: Quid
petis vt detur tibi? & pro qua re postulas?
etiam si dimidiam partē regni mei petieris
impetrabis. * Cui respondit Esther: Petitio 7
mea, & preces sunt istæ: * Si inueni in con- 8
spectu regis gratiā, & si regi placet vt det mi- C
hi quod postulo, & meam impleat petitio-
nem: veniat rex, & Aman ad conuiuiū quod
paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem
meam.* Egressus est itaque illo die Aman lę 9
tus, & alacer. Cumq. vidisset Mardochęum
sedentem ante fores palatij, & non solum nō
assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de
loco sessionis suæ, indignatus est valdè: * & 10
dissimulata ira, reuersus in domum suam,
conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxo-
rem suam: * & exposuit illis magnitudinem 11
diuitiarum suarum, filiorumque turbam, &
quanta eum gloria super omnes principes, &
seruos suos rex eleuasset. * Et post hæc ait: 12
Regina quoque Esther nullum alium voca- D
uit ad conuiuium cum rege, præter me: a-
pud quam etiam cras cum rege pransurus
sum. * Et cum hæc omnia habeam, nihil 13
me habere puto, quamdiu videro Mardo-
chæum Iudæum sedētem ante fores regias.
* Responderuntque ei Zares vxor eius, & 14
ceteri amici: Iube parari excelsam trabem,
habentem altitudinis quinquaginta cubitos,
& dic mane regi vt appendatur super eam
Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad
conuiuium. Placuit ei consilium, & iussit
excelsam parari crucem.

CAP. VI.

Noctem illam duxit rex insomnem, ius- 1
sitq. sibi afferri historias, & annales prio A
rum temporum. Quæ cum illo præsente le-
2 gerentur, * ventum est ad illum locum vbi
scriptum erat quomodo nunciasset Mardo-
chæus insidias Bagathā, & Thares eunucho-
rum, regem Assuerum iugulare cupiētium,
3 * Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac
fide honoris ac præmij Mardochæus cōsecu
tus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri:
4 Nihil omninò mercedis accepit.* Statimque
B rex. Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe
interius atrium domus regiæ intrauerat, vt
suggereret regi, & iuberet Mardochæū affi-
5 gi patibulo, quod ei fuerat præparatum.* Re
sponderunt pueri: Aman stat in atrio. Di-
6 xitq. rex: Ingrediatur. * Cumq esset ingres-
sus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex
honorare desiderat? Cogitans autem in cor-
de suo Aman, & reputans quod nullum aliū
7 rex, nisi se, vellet honorare, * respondit: Ho-
8 mo, quem rex honorare cupit * debet indui
C vestibus regijs, & imponi super equum, qui
de sella regis est, & accipere regium diade-
9 ma super caput suum, * & primus de regijs
principibus, ac tyrannis teneat equum eius,
& per plateam ciuitatis incedens clamet, &
dicat: Sic honorabitur, quemcumque volue-
10 rit rex honorare.* Dixitq. ei rex: Festina, &
sumpta stola, & equo, fac, vt locutus es, Mar-
dochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij.
Caue ne quidquam de his, quæ locutus es,
11 prætermittas. * Tulit itaque Aman stolam
& equum, indutumq. Mardochæum in pla-
tea ciuitatis, & impositum equo præcedebat,
atque clamabat: Hoc honore condignus est,
12 quemcūque rex voluerit honorare.* Reuer-
susq. est Mardochæus ad ianuam palatij: &
D Amā festinauit ire in domum suam, lugens
13 & operto capite: * narrauitque Zares vxori
suæ, & amicis omnia, quæ euenissent sibi.
Cui responderunt sapiētes, quos habebat in
consilio, & vxor eius: Si de semine Iudæo-
rum est Mardochæus, ante quē cadere cępi-
sti, non poteris ei resistere, sed cades in con-
14 spectu eius. * Adhuc illis loquentibus, vene-
rūt eunuchi regis, & cito eū ad conuiuium,
quod regina parauerat, pergere cōpulerunt.

CAP. VII.

1 Intrauit itaque rex, & Aman, vt biberent
2 cum regina. * Dixitq. ei rex etiam secun-
A da die, postquam vino incaluerat: Quæ est
petitio tua Esther vt detur tibi? & quid vis
fieri? etiā si dimidiam partem regni mei pe-
3 tieris, impetrabis.* Ad quem illa respōdit: Si
inueni gratiam in oculis tuis, ô rex, & si tibi
placet, dona mihi animam meam, pro qua
rogo, & populum meum pro quo obsecro.
4 * Traditi enim sumus ego, & populus meus.
B vt conteramur, iugulemur, & pereamus. At-
que vtinam in seruos, & famulas vendere-
mur: esset tolerabile malum, & gemens tace-
rem: nunc autem hostis noster est, cuius cru-
5 delitas redundat in regem. * Respondensq.
rex Assuerus ait: Quis est iste, & cuius poten-
6 tiæ, vt hæc audeat facere? * Dixitq. Esther:
Ho-

Hostis, & inimicus noster pessimus iste est
Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit,
vultum regis,ac reginæ ferre non sustinens.
* Rex autem iratus surrexit, & de loco con- 7
uiuij intrauit in hortum arboribus consi- C
tum. Aman quoq. surrexit vt rogaret Esther
reginam pro anima sua,intellexit enim à re-
ge sibi paratum malum. * Qui cum reuer- 8
sus esset de horto nemoribus consito, & in-
trasset conuiuij locum, reperit Aman super
lectulũ corruisse,in quo iacebat Esther,& ait:
Etiam reginam vult opprimere, me præsen-
te,in domo mea. Necdum verbum de ore
regis exierat, & statim operuerunt faciem e- D
ius.* Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, 9
qui stabant in ministerio regis: En lignum,
quod parauerat Mardochæo, qui locutus est
pro rege,stat in domo Aman, habens altitu-
dinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex:
Appendite eum in eo * Suspensus est itaque 10
Aman in patibulo, quod parauerat Mardo-
chæo,& regis ira quieuit.

CAP. VIII.

Die illo dedit rex Assuerus Esther reginę 1
domum Aman aduersarij Iudæorum, A
& Mardochæus ingressus est ante faciem re-
gis. Cõfessa est enim ei Esther,quod esset pa
truus suus. * Tulitq. rex anulum, quem ab 2
Aman recipi iusserat, & tradidit Mardo-
chæo; Esther autem constituit Mardochæũ
super domum suam. * Nec his contẽta,pro- 3
cidit ad pedes regis, fleuitq. & locuta ad eũ
orauit vt malitiam Aman Agagitæ, & ma-
chinationes eius pessimas, quas excogitaue-
rat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. * At 4
ille ex more sceptrum aureũ protendit ma-
nu, quo signum clementiæ monstrabatur:
illaque consurgens stetit ante eum, * & ait: 5
Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis
eius, & deprecatio mea non ei videtur esse
contraria,obsecro,vt nouis epistolis, veteres B
Aman literæ, insidiatoris, & hostis Iudæo-
rum, quibus eos in cunctis regis prouincijs
perire præceperat,corrigantur.* Quomodo 6
enim potero sustinere necem, & interfectio-
nem populi mei?* Responditque rex Assue- 7
rus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo:
Domũ Aman concessi Esther, & ipsum iussi
affigi cruci,quia ausus est manum mittere in
Iudæos. * Scribite ergo Iudæis, sicut vobis 8
placet,regis nomine, signantes literas anu-
lo meo. Hæc enim cõsuetudo erat,vt episto-
lis, quæ ex regis nomine mittebantur, & il-
lius anulo signatæ erant, nemo auderet cõ-
tradicere. * Accitisque scribis,& librarijs re- 9
gis (erat autem tempus tertij mensis,qui ap-
pellatur Siban) vigesima, & tertia die illius
scriptæ sunt epistolæ,vt Mardochæus volue
rat,ad Iudæos, & ad principes, procurato-
resque,& iudices, qui centum vigintiseptem
prouincijs ab India vsq. ad Aethiopiã præ- C
sidebant prouinciæ,atque prouinciæ, popu-
lo,& populo iuxta linguas, & literas suas, &
10 Iudæis,prout legere poterant,& audire.* Ip
sæque epistolæ, quæ regis nomine mitteban-
tur, anulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ
per veredarios: qui per omnes prouincias di
scurrentes: veteres literas nouis nuncijs præ-
11 uenirent * Quibus imperauit rex, vt conue-
nirent Iudæos per singulas ciuitates, & in
vnum præciperent congregari, vt starent pro
animabus suis, & omnes inimicos suos,cum
coniugibus,ac liberis, & vniuersis domibus,
interficerent atque delerent,& spolia eorum
12 diriperent.* Et constituta est per omnes pro
uincias vna vltionis dies, idest, tertiadecima
13 mensis duodecimi Adar. * Summaque epi-
stolæ hæc fuit vt in omnibus terris, ac popu-
lis,qui regis Assueri subiacebant imperio, no
tum fieret, paratos esse Iudæos ad capiendã
14 vindictam de hostibus suis.* Egressiq. sunt
D veredarij celeres nuncia perferentes, &
15 edictum regis pependit in Susan. * Mardo-
chæus autem de palatio, & de conspectu re-
gis egrediens,fulgebat vestibus regijs,hyacin
thinis videlicet, & aerijs, coronam auream
portans in capite, & amictus serico pallio,at-
16 que purpureo. * Omnisque ciuitas exulta-
17 uit,atque lætata est. * Iudæis autẽ noua lux
oriri visa est gaudium,honor,& tripudium.
18 * Apud omnes populos,vrbes,atque prouin
cias,quocumque regis iussa veniebant, mira
exultatio,epulæ,atque cõuiuia,& festus dies:
in tantum vt plures alterius gentis, & sectæ
eorum religioni,& ceremonijs iungerentur.
Grandis enim cunctos Iudaici nominis ter-
ror inuaserat.

CAP. IX.

1 IGitur duodecimi mensis, quem Adar vo-
A cari ante iam diximus, tertiadecima die,
quando cunctis Iudæis interfectio paraba-
tur,& hostes eorum inhiabant sanguini, ver
sa vice Iudæi superiores esse cœperunt, &
2 se de aduersarijs vindicare. * Congregatiq.
sunt per singulas ciuitates, oppida,& loca vt
extenderent manum contra inimicos,& per-
secutores suos. Nullusque ausus est resistere,
eo quod omnes populos magnitudinis eorũ
3 formido penetrarat. * Nam, & prouinciarũ
iudices & duces,& procuratores, omnisque
dignitas,quæ singulis locis,ac operibus, præ-
erat,extollebant Iudæos timore Mardochei:
4 * quem principem esse palatij, & plurimum
B posse cognouerant: fama quoque nominis
eius crescebat quotidie, & per cunctorũ ora
5 volitabat. * Itaque percusserunt Iudæi inimi
cos suos plaga magna,& occiderunt eos, red-
6 dentes eis quod sibi parauerant facere: * in
tantum vt etiam in Susan quingentos viros
interficerent extra decem filios Aman Aga-
gitæ hostis Iudæorum: quorum ista sunt no
7 mina: * Pharsandatha,& Delphon, & Espha
8 tha, * & Phoratha, & Adalia, & Aridatha,
9 * & Phermesta,& Arisai, & Aridai, & Ieza-
10 tha.* Quos cum occidissent,prædas de sub-
11 stantijs eorum tangere noluerunt. * Statim-
que

que numerus eorum, qui occisi erant in Su-
san,ad regem relatus est.* Qui dixit reginæ: 12
In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingen-
tos viros, & alios decem filios Aman: quan-
tum putas eos exercere cædem in vniuersis
prouincijs. Quid vltra postulas,& quid vis
vt fieri iubeam? * Cui illa respondit:Si regi 13
placet,detur potestas Iudæis, vt sicut fecerũt C
hodie in Susan, sic, & cras faciant, & decem
filij Aman in patibulis suspendantur.* Præ- 14
cepitque rex vt ita fieret. Statimque in Susan
pependit edictum, & decem filij Aman su-
spensi sunt.* Congregatis Iudæis quartade- 15
cima die mensis Adar, interfecti sunt in Su-
san trecenti viri: nec eorum ab illis direpta
substantia est. * Sed,& per omnes prouin- 16
cias, quæ ditioni regis subiacebant, pro ani-
mabus suis steterunt Iudæi, interfectis hosti
bus,ac persecutoribus suis: in tantum vt se-
ptuagintaquinque millia occisorum imple-
rentur, & nullus de substantijs eorum quid-
quam contingeret.* Dies autem tertiusdeci- 17
mus mẽsis Adar primus apud omnes inter-
fectionis fuit, & quartadecima die cædere
desierunt. Quem constituerunt esse sollem- D
nem, vt in eo omni tempore deinceps vaca-
rent epulis,gaudio,atque conuiuijs. * At hi, 18
qui in vrbe Susan cędem exercuerant,tertio-
decimo,& quartodecimo die eiusdem men-
sis in cæde versati sunt, quintodecimo autẽ
die percutere desierunt. Et idcirco eundem
diem cõstituerant solemnem epularum, at-
que lætitiæ. * Hi verò Iudæi,qui in oppidis 19
non muratis,ac villis morabantur, quartum-
decimum diem mensis Adar conuiuiorũ,&
gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, &
mittãt sibi mutuo partes epularum, & cibo-
rum. * Scripsit itaque Mardochæus omnia 20
hæc, & literis comprehẽsa misit ad Iudæos,
qui in omnibus regis prouincijs moraban-
tur,tam in vicino positis, quàm procul, * vt 21
quartamdecimam, & quintãdecimam diem E
mensis Adar pro festis susciperent, & reuer-
tente semper anno solemni celebrarent ho-
nore: * quia in ipsis diebus se vlti sunt Iu- 22
dæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia
in hilaritatem gaudiumque cõuersa sunt, es-
sentque dies isti epularum,atque lætitiæ, &
mitterent sibi inuicem ciborum partes, &
pauperibus munuscula largirentur.* Susce- 23
peruntque Iudæi in sollemnem ritum cun-
cta,quæ eo tempore facere cœperant, & quæ
Mardochæus literis facienda mandauerat.
* Amã enim, filius Amadathi stirpis Agag, 24
hostis, & aduersarius Iudæorum, cogitauit
contra eos malum, vt occideret illos, atque
deleret:& misit phur, qđ nostra lingua ver-
titur in sortẽ.* Et postea ingressa est Esther 25
ad regem, obsecrans vt conatus eius literis F
regis irriti fierent:& malum, quod cõtra Iu-
dæos cogitauerat,reuerteretur in caput eius.
Deniq. & ipsum,& filios eius affixerunt cru-
ci, * atque ex illo tempore dies isti appellati 26
sunt phurim,id est,sortium: eo quod phur,
id est,sors,in vrnam missa fuerit. Et cuncta,
quæ gesta sunt, epistolæ,id est,libri huius vo
27 lumine continentur:* quæque sustinuerunt,
& quæ deinceps immutata sunt,susceperunt
Iudæi super se,& semen suum,& super cun-
ctos, qui religioni eorum voluerunt copula-
ri, vt nulli liceat duos hos dies absque solẽ-
nitate transigere: quos scriptura testatur, &
certa expetũt tempora,annis sibi iugiter suc-
28 cedentibus. * Isti sunt dies,quos nulla vm-
quam delebit obliuio:& per singulas genera-
tiones cunctæ in toto orbe prouinciæ cele-
C brarunt:nec est vlla ciuitas, in qua dies phu-
rim, id est, sortium, non obseruentur à Iu-
dæis,& ab eorum progenie,quæ his ceremo-
29 nijs obligata est.* Scripseruntque Esther re-
gina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus
etiam secundam epistolam, vt omni studio
dies ista solemnis sanciretur in posterum,
30 * & miserunt ad omnes Iudæos, qui in cen-
tum viginti septem prouincijs regis Assueri
versabantur, vt haberent pacem,& suscipe-
31 rent.* obseruantes Dies sortium,& suo tem
pore cum gaudio celebrarent: sicut consti-
tuerant Mardochæus,& Esther,& illi obser-
uanda susceperunt à se,& à semine suo ieiu-
32 nia,& clamores,& Sortium dies, * & om-
nia,quæ libri huius, qui vocatur Esther, hi-
storia continentur.

CAP. X.

1 REx verò Assuerus omnem terram, &
A cunctis maris insulas fecit tributarias:
2 * cuius fortitudo, & imperium, & dignitas
atq. sublimitas,qua exaltauit Mardochæum,
scripta sunt in libris Medorum,atquę Persa-
3 rum:* & quomodo Mardochæus Iudaici ge
neris secundus à rege Assuero fuerit: & ma-
gnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fra-
trum suorum,quærens bona populo suo, &
loquens ea, quæ ad pacem seminis sui perti-
nerent.
B *Quæ habentur in Hebræo, plena fide ex-*
pressi. Hæc autem,quæ sequuntur,scripta
reperi in editione vulgata, quæ Græcorum
lingua, & literis continentur: & interim
post finem libri hoc capitulum ferebatur:
quod iuxta consuetudinem nostram obelo,
id est,veru prænotauimus.
4 * Dixitque Mardochæus: A Deo facta sunt
5 ista. * Recordatus sum somnij, quod vide-
ram. hæc eadem significantis: nec eorum
6 quidquam irritum fuit. * Paruus fons, qui
creuit in fluuium, & in lucem, solemque
conuersus est,& in aquas plurimas redunda-
uit: Esther est,quam rex accepit vxorem, &
7 voluit esse reginam.* Duo autem dracones:
8 ego sum,& Aman. * Gentes,quæ conuene-
C rant: hi sunt, qui conati sunt delere nomen
9 Iudæorum. * Gens autem mea: Israel est,
quæ clamauit ad Dominum, & saluum fecit
Dominus populum suum: liberauitque nos
ab omnibus malis, & fecit signa magna at-
10 que portenta inter Gentes: * & duas sortes
esse præcepit, vnam populi Dei, & alteram
cun.

cunctarum Gentium. * Venitque vtraque 11
sors in statutum ex illo iam tempore diem
coram Deo vniuersis gentibus: * & recorda- D
tus est Dominus populi sui, ac misertus est 12
hereditatis suæ. * Et obseruabuntur dies isti 13
in mense Adar quartadecima, & quintadeci-
ma die eiusdem mensis, cum omni studio,
& gaudio in vnum cœtum populi congre-
gati, in cunctas deinceps generationes popu-
li Israel.

CAP. XI.

ANno quarto regnantibus Ptolemæo, & 1
Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui A
se Sacerdotem, & Leuitici generis ferebat,
& Ptolemæus filius eius hanc epistolam
phurim, quam dixerunt interpretatum es-
se Lysimachum Ptolemæi filium in Ieru-
salem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

* Anno secundo, regnante Artaxerxe maxi- 2
mo, prima die mensis Nisan, vidit somniū B
Mardochæus filius Iairi, filij Semei, filij Cis,
de tribu Beniamin: * homo Iudæus, qui ha- 3
bitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter pri-
4. Reg. mos aulæ regiæ. * Erat autem de eo nume- 4
24. d. 15. ro captiuorum, quos transtulerat Nabucho-
Sup. 2. a. 6. donosor rex Babylonis de Ierusalem cum
Iechonia rege Iuda: * & hoc eius somnium 5
fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & to-
nitrua, & terræmotus, & conturbatio super C
terram: * & ecce duo dracones magni, para- 6
tique contra se in prælium. * Ad quorum cla- 7
morem cunctæ concitatæ sunt nationes, vt
pugnarent contra gentem iustorum. * Fuit- 8
que dies illa tenebrarum, & discriminis, tri-
bulationis, & angustiæ, & ingēs formido su-
per terram. * Conturbataque est gens iusto- 9
rum timentium mala sua, & præparata ad
mortem. * Clamaueruntque ad Deum: & 10
illis vociferātibus, fons paruus creuit: in flu-
uium maximū, & in aquas plurimas redun-
dauit. * Lux & sol ortus est, & humiles exal- 11
tati sunt, & deuorauerunt inclytos. * Quod 12
cum vidisset Mardochæus, & surrexisset de
strato, cogitabat quid Deus facere vellet: &
fixum habebat in animo scire cupiens, quid
significaret somnium.

CAP. XII.

Sap. 2. d. MOrabatur autem eo tempore in aula 1
21. & 6. regis cū Bagatha, & Thara eunuchis A
a. 2. regis, qui ianitores erant palatij. * Cumque 2
intellexisset cogitationes eorū, & curas dili- B
gentius peruidisset, didicit quòd conarētur
in regem Artaxerxem manus mittere, & nū-
ciauit super eo regi. * Qui de vtroque, habita 3
quæstione, confessos iussit duci ad mortem.
* Rex autem quod gestum erat, scripsit in 4
commentarijs: sed & Mardochæus rei me- C
moriam literis tradidit. * Præcepitque ei rex, 5
vt in aula palatij moraretur, datis ei pro de-
6 latione muneribus. * Aman verò filius A-
D madathi Bugæus: erat gloriosissimus corā
rege, & voluit nocere Mardochæo, & popu-
lo eius pro duobus eunuchis regis, qui fue-
rant interfecti.

Hucusque proœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptum est in volumine.

Et diripuerunt bona, vel substātias eorum.

Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

1 REx maximus Artaxerxes ab India vsq.
A Æthiopiam cētum vigintiseptem pro-
uinciarum principibus, & ducibus, qui eius
2 imperio subiecti sunt, salutem. * Cum pluri-
mis gentibus imperarem, & vniuersum or-
bem meæ ditioni subiugassem, volui nequa-
quam abuti potentiæ magnitudine, sed cle-
mentia, & lenitate gubernare subiectos, vt
absque vllo terrore vitam silentio transigē-
tes, optata cunctis mortalibus pace frueren-
3 tur. * Quærēte autem me à cōsiliarijs meis
quomodo posset hoc impleri, vnus qui sa-
pientia, & fide ceteros præcellebat, & erat
4 post regem secundus, Aman nomine, * indi-
B cauit mihi in toto orbe terrarum populum
esse dispersum, qui nouis vteretur legibus,
& contra omnium Gentium consuetudinē
faciens, Regum iussa cōtemneret, & vniuer-
sarum cōcordiam nationum sua dissensio-
5 ne violaret. * Quod cum didicissemus, vidē-
tes vnam gentem rebellem aduersus omne
hominum genus peruersis vti legibus, no-
strisque iussionibus cōtraire, & turbare sub-
iectarum nobis prouinciarum, pacem atque
6 concordiam, * iussimus vt quoscunque A-
man, qui omnibus prouincijs præpositus
est, & secundus à rege, & quem patris loco
colimus, monstrauerit, cum coniugibus, ac
liberis deleantur ab inimicis suis, nulliusque
eorum misereatur quartadecima die duo-
7 decimi mensis Adar anni præsentis: * vt ne-
C farij homines vno die ad inferos descenden-
tes, reddant imperio nostro pacem, quam
turbauerant.

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur post eum locum scripta reperi. vbi legitur.

Pergensque Mardochæus, fecit omnia, quæ
ei mandauerat Esther.

Nec tamen habentur in Hebraico, *& apud nullum penitus feruntur interpretum.*

8 * Mardochæus autem deprecatus est Domi-
9 num, memor omnium operum eius, * & di-
xit: Domine Domine rex omnipotens, in di-
tione enim tua cuncta sunt posita, & nō est
qui possit tuæ resistere voluntati, si decreue-
10 ris saluare Israel. * Tu fecisti cælum, & ter-
ram, & quidquid cæli ambitu continetur.
11 * Dominus omnium es, nec est qui resistat
maiestati tuæ. * Cuncta nosti, & scis quia 12
non pro superbia, & contumelia, & aliqua
gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adora- D
rem Aman superbissimū. * (Libenter enim 13
pro salute Israel etiā vestigia pedū eius deo-
sculari paratus essem) * sed timui ne honorē 14
Dei mei trāsferrem ad hominem, & ne quē-
quam adorarem, excepto Deo meo. * Et 15
nunc Domine rex Deus Abraham miserere
populi tui, quia volūt nos inimici nostri per-
dere, & hereditatem tuam delere. * Ne de- 16
spicias partem tuam, quam redemisti tibi de
Ægypto. * Exaudi deprecationem meam, & 17
propitius esto sorti, & funiculo tuo, & conuer-
te luctum nostrum in gaudium, vt viuentes
laudemus nomen tuū Domine, et ne claudas
ora te canentiū. * Omnis quoque Israel pari
mente, & obsecratione clamauit ad Domi-
num, eo quod eis certa mors impenderet.

CAP. XIV.

ESther quoque regina confugit ad Domi- 1
num, pauens periculum, quod immine- A
bat. * Cumque deposuisset vestes regias, fleti- 2
bus, & luctui apta indumēta suscepit, & pro
vnguentis varijs, cinere & stercore impleuit
caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs:
omniaque loca, in quibus antea lætari con-
sueuerat, crinium laceratione cōpleuit. * Et 3
deprecabatur Dominū Deum Israel, dicens:
Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua-
me solitariam, & cuius præter te nullus est
auxiliator alius. * periculum meum in ma- 4
Deu. 4. nibus meis est. * Audiui à patre meo quod 5
c. 3. tu Domine tulisses Israel de cunctis Genti-
bus, & patres nostros ex omnib. retro maio-
ribus suis, vt possideres hereditatem sempi- B
ternam, fecistique eis sicut locutus es. * Pec- 6
cauimus in conspectu tuo, & idcircò tradidi-
sti nos in manus inimicorum nostrorum.
* coluimus enim deos eorum. Iustus es Do- 7
mine, * & nunc non eis sufficit, quod duris- 8
sima nos opprimūt seruitute, sed robur ma-
nuum suarum, idolorum potentiæ deputā-
tes, * volunt tua mutare promissa, & delere 9
hereditatem tuam, & claudere ora laudan-
tium te, atque extinguere gloriam templi, &
altaris tui, * vt aperiant ora Gentium, & lau 10
dent idolorum fortitudinem, & prædicent
carnalem regem in sempiternum * Ne tra- 11
das Domine sceptrū tuum his, qui non sunt,
ne rideant ad ruinam nostram: sed conuer- C
te cōsilium eorum super eos, & eum, qui in
nos cœpit sæuire, disperde. * Memento Do- 12
mine, & ostende te nobis in tempore tribula
tionis nostræ, & da mihi fiduciam Domine
rex deorum, & vniuersæ potestatis: * tribue 13
sermonem compositum in ore meo incon-
spectu leonis, & transfer cor illius in odium
hostis nostri, vt & ipse pereat, & ceteri, qui ei
consentiunt. * Nos autem libera manu tua, 14
& adiuua me, nullum aliud auxilium haben
tem, nisi te, Domine, qui habes omniū scien-
tiam, * & nosti quia oderim gloriam iniquo- 15
rum, & detester cubile incircumcisorum, &
16 omnis alienigenę. * Tu scis necessitatē meā,
D quod abominer signum superbiæ, & gloriæ
meæ, quod est super caput meum in diebus
ostentationis meæ, & detester illud quasi pā-
num menstruatæ, & non portem in diebus
17 silentij mei, * & quod non comederim in
mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium
18 regis, & non biberim vinum libaminum: * &
numquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc
translata sum vsque in præsentem diem, nisi
19 in te Domine Deus Abraham. * Deus fortis
super omnes, exaudi vocem eorum, qui nul-
lam aliam spem habent, & libera nos de ma-
nu iniquorum, & erue me à timore meo.

CAP. XV.

Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

1 ET mādauit ei (haud dubium quin esset
A Mardochæus) vt ingrederetur ad regem
& rogaret pro populo suo & pro patria sua.
2 * Memorare (inquit) dierū humilitatis tuæ,
quomodo nutrita sis in manu mea, quia A-
man secundus à rege locutus est contra nos
3 in mortem, * & tu inuoca Dnm, & loquere
regi pro nobis, & libera nos de morte.

Nec non, & ista quæ subdita sunt.

4 * Die autem tertio deposuit vestimēta orna-
5 tus sui, & circumdata est gloria sua. * Cūque
B regio fulgeret habitu, & inuocasset omniū
rectorem, & saluatorem Deum, assumpsit
6 duas famulas, * & super vnam quidem inni-
tebatur, quasi præ delicijs, & nimia teneritu-
7 dine corpus suū ferre non sustinens: * altera
autem famularum sequebatur dominā, de-
8 fluentia in humū indumenta sustentās. * Ip-
sa autem roseo colore vultum perfusa, & gra
tis ac nitentibus oculis tristem celabat ani-
9 mum, & nimio timore contractū: * Ingres-
sa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit con-
tra regem, vbi ille residebat super solium re-
gni sui, indutus vestibus regis, auroque ful-
gens, & preciosis lapidibus, eratque terribilis
10 aspectu. * Cumq. eleuasset faciem, & ardēti-
C bus oculis furorem pectoris indicasset, regi-
na corruit, & in pallorem colore mutato, las-
11 sum super ancillulam reclinauit caput. * Cō-
uertitq. Deus spiritum regis in mansuetudi-
nem, & festinus ac metuens exiliuit de solio
& sustentās eam vlnis suis, donec rediret ad
12 se, his verbis blandiebatur: * Quid habes E-
13 sther? Ego sū frater tuus, noli metuere. * Nō
morieris: non enim pro te, sed pro omnibus
14 hæc lex constituta est. * Accede igitur, & tan-
15 ge sceptrum. * Cumq. illa reticeret, tulit au-
D ream virgam, & posuit super collū eius, &
osculatus est eam, & ait: Cur mihi nō loque-
16 ris? * Quæ respondit: Vidi te dñe quasi Ange
lum Dei, & conturbatum est cor meū præ
17 timore gloriæ tuæ. * Valdè.n. mirabilis es

Domine, & facies tua plena est gratiarum.
* Cumq. loqueretur, rursus corruit, & pene 18
exanimata est. * Rex autem turbabatur, & 19
omnes ministri eius consolabantur eam.

CAP. XVI.

Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis, ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

Sap. 11. 2,2. RExmagnus Artaxerxes ab India vsque 1
Æthiopiam cẽtum viginti septem pro A
uinciarum ducibus ac principibus, qui no-
stræ iussioni obediunt, salutem dicit. * Mul- 2
ti bonitate principum, & honore, qui in eos
collatus est, abusi sunt in superbiam: * & 3
non solum subiectos regibus nituntur op-
primere, sed datam sibi gloriam non feren-
tes, in ipsos, qui dederunt, moliuntur Insi-
dias. * Nec contenti sunt gratias non agere 4
beneficijs, & humanitatis in se iura violare,
sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur
se posse fugere sententiam. Et in tantum 5
vesaniæ prorupterunt, vt eos, qui credita sibi
officia diligenter obseruant, & ita cuncta a-
gunt, vt omnium laude digni sint, menda-
ciorum cuniculis conentur subuertere, * dum 6
aures principum simplices, & ex sua natura B
alios æstimantes, callida fraude decipiunt.
* Quæ res & ex veteribus probatur historijs 7
& ex his, quæ geruntur quotidie, quomodo
malis quorundam suggestionibus regũ stu-
dia deprauentur. * Vnde prouidendum est 8
paci omnium prouinciarum. * Nec putare 9
debetis, si diuersa iubeamus, ex animo nostri
venire leuitate, sed pro qualitate, & necessita-
te temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas,
ferre sententiam. * Et vt manifestius quod 10
* Sup. 3. 2,1. dicimus, intelligatis, * Aman filius Amada-
thi, & animo, & gẽte Macedo, alienusq. à Per-
sarũ sanguine, & pietatem nostram sua cru-
delitate commaculans, peregrinus à nobis
11 susceptus est: * & tantam in se expertus hu-
manitatem, vt pater noster vocaretur, & ado
raretur ab omnibus post regem secundus:
12 * qui in tantum arrogantiæ tumorem subla-
tus est, vt regno priuare nos niteretur, & spi-
13 ritu. * Nã Mardochęum, cuius fide, & bene-
C ficijs viuimus, & consortem regni nostri
Esther cum omni gente sua nouis quibusdã,
atque inauditis machinis expetiuit in mor-
14 tem: * hoc cogitans vt illis interfectis, in-
diaretur nostræ solitudini, & regnum Persa-
15 rum transferret in Macedonas. * Nos au-
tem à pessimo mortalium Iudæos neci desti-
natos, in nulla penitus culpa reperimus, sed
16 è contrario iustis vtentes legibus, * & filios
altissimi, & maximi, semperque viuẽtis Dei,
cuius beneficio, & patrib⁹ nostris, & nobis re-
gnum est traditum, & vsq. hodie custoditur.
17 * Vnde eas literas, quas sub nomine nostro
18 ille direxerat, sciatis esse irritas. Pro quo sce-
lere ante portas huius vrbis, id est, Susan, &
ipse qui machinatus est, & omnis cognatio
eius pendet in patibulis: non nobis, sed Deo
19 reddente ei quod meruit. * Hoc autem edi-
ctum, quod nunc mittimus, in cunctis vrbi-
D bus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus
20 suis. * Quibus deberis esse adminiculo, vt
eos, qui se ad necem eorum parauerant, pos-
sint interficere tertia decima die mensis duo-
21 decimi, qui vocatur Adar. * hanc enim die,
Deus omnipotens, mæroris, & luctus eis ver-
22 tit in gaudium. * Vnde & vos inter ceteros
festos dies, hanc habetote diem, & celebrate
eam cum omni lætitia, vt & in posterum co
23 gnoscatur, * omnes qui fideliter Persis obe-
diunt, dignam pro fide recipere mercedem:
qui autem insidiantur regno eorum, perite
24 pro scelere. Omnis autem prouincia, & ci-
uitas, quæ noluerit solemnitatis huius esse
particeps, gladio, & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestijs inuia sit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

LIBER IOB.

CAPVT PRIMVM.

VIR erat in Terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille 1
A simplex, & rectus, ac timẽs
Deum, & recedens à ma-
lo: * Natique sunt ei se-
ptem filij, & tres filiæ. 2
* Et fuit possessio eius se- 3
ptem millia ouium, & tria
milla camelorum, quingenta quoque iuga
boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa
nimis: eratque vir ille magnus inter omnes
Orientales. * Et ibãt filij eius, & faciebant cõ- 4
uiuium per domos, vnusquisq. in die suo.
Et mittẽtes vocabant tres sorores suas vt co-
mederent, & biberent cum eis. * Cumque in 5
orbem transiissent dies cõuiuij, mittebat ad
eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque
diluculo offerebat holocausta pro singulis.
Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei,
& benedixerint Deo in cordibus suis. Sic fa-
ciebat Iob cunctis diebus. * Quadam autem 6
die cum venissent filij Dei vt assisterent corã
B Domino, affuit inter eos etiam Satan. * Cui 7
dixit Dominus. Vnde venis? Qui respõdens,
ait: Circuiui terram, & perambulaui eã. * Di-
xitq. Dominus ad eum: Numquid conside-
rasti seruum meum Iob, quod non sit ei simi
lis in terra, homo simplex, & rectus ac timens
Deum, & recedens à malo? * Cui respõdẽs
Satan ait: Numquid Iob frustra timet Deũ?
* nõne tu vallasti eum, ac domum eius, vni 10
uersamq. substantiam per circuitum, operi-
bus manuum eius benedixisti, & possessio
11 eius creuit in terra? * Sed extende paululũ
manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet
12 nisi in faciem benedixerit tibi. * Dixit ergo
C Dñs ad Satan: Ecce, vniuersa quæ habet, in
manu tua sunt: tantum in eum ne extendas
manum tuã. Egressusq. est Satan à facie Do-
13 mini. * Cum autem quadam die filij, & filiæ
eius comederent, & biberent vinum in do-
14 mo fratris sui primogeniti, * nuncius venit
ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & asinæ
15 pascebantur iuxta eos, * & irruerunt Sabæi,
tuleruntq. omnia, & pueros percusserũt gla
dio, & euasi ego solus vt nunciarem tibi.
16 * Cumq. adhuc ille loqueretur venit alter,
& dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas o-
ues, puerosq. cõsumpsit, & effugi ego solus vt
17 nunciarem tibi. * Sed & illo adhuc loquen-
te, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres
D turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt
eos, nec non & pueros percusserũt gladio, &
18 ego fugi solus vt nunciarem tibi. * Adhuc
loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit:
Filijs tuis, & filiabus vescentibus, & bibenti-
bus vinum in domo fratris sui primogeniti
19 * repente ventus vehemens irruit à regione
deserti, & cõcussit quatuor angulos domus,
quæ corruens oppressit liberos tuos, & mor-
tui sunt, & effugi ego solus, vt nunciarem ti-
20 bi. * Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta
sua, & tonso capite corruens in terram, ado-
21 rauit, * & dixit: Nudus egressus de vtero
matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominꝰ
dedit, Dñs abstulit, sicut Dño placuit, ita fa-

ctum est: sit nomen Domini benedictum. * 22
[a] In omnibus his non peccauit Iob labijs suis,
[a] Eccli.5. c.14. 1.Tim.6 b.7. neque stultum quid contra Deum locutus est.

CAP. II.

F Actum est autem, cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram Dño, 1 A
venisset quoque Satan inter eos, & stare in conspectu eius, * vt diceret Dñs ad Satã: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. * Et dixit dominus 2 3
ad Satan: Numquid consideraſti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocẽtiã? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. * Cui respondens Sa- 4
tan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet B
homo, dabit pro anima sua: * alioquin mitte 5
manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.
* Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in ma- 6
nu tua est, verumtamen animam illius serua.
* Egressus igitur Satana à facie Domini, per- 7
cussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq. 8
ad verticem eius: * qui testa saniem redebat, sedens in sterquilinio. * Dixit autem illi vxor 9
sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? C
benedic Deo, & morere. * Qui ait ad illam: 10
Quasi vna de stultis mulieribus locuta es, si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? in omnibus his non peccauit Iob labijs suis. * Igitur audientes tres ami- 11
ci Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. * Cum- 12
que eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes ploraueruntD
scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum. * Et sederunt cũ 13
eo in terra septem diebus, & septem noctib. & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

P Ost hæc aperuit Iob os suum, & maledi- 1
xit diei suo, * & locutus est. A
[a] * Pereat dies in qua natus sum, & nox in 2
qua dictum est: Conceptus est homo.
[a] Ier.20. d.14.
* Dies ille vertatur in tenebras, non requi- 3
tat eum Deus desuper, & non illustretur lumine.
* Obscurent eum tenebræ, & vmbra mor- 5
tis, occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. * Noctem illam tenebrosus turbo pos- 6
sideat, non computetur in diebus anni, nec B
numeretur in mensibus.
* Sit nox illa solitaria, nec laude digna: 7
* Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui 8
parati sunt suscitare Leuiathan:
* Obtenebrentur stellæ caligine eius: expe- 9
ctet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ:
* Quia non conclusit ostia ventris, qui por- 10
tauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.
* Quare non in vulua mortuus sum, egres- 11
sus ex vtero non statim perij?
* Quare exceptus genibus? cur lactatus vbe 12
tibus? * Nunc enim dormiens silerem, & 13
somno meo requiescerem:
* Cũ regibus, & consulibus terræ, qui ædi- 14
C ficant sibi solitudines:
* Aut cum principibus, qui possident aurũ, 15
& replent domus suas argento:
* Aut sicut abortiuum absconditum non 16
subsisterẽ, vel qui cõcepti nõ viderunt lucẽ.
* Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi re- 17
quieuerunt fessi robore.
* Et quondam vincti pariter sine molestia, 18
non audierunt vocem exactoris.
* Paruus, & magnus ibi sunt, & seruus li- 19
ber à dño suo. * Quare misero data est lux, D
& vita his, qui in amaritudine animæ sunt? 20
* qui expectant mortem, & non venit, quasi 21
effodientes thesaurum:
* Gaudentque vehementer cum inuene- 22
rint sepulchrum.
* Viro cuius abscondita est via, & circum- 23
dedit eum Deus tenebris?
* Antequam comedam suspiro: & tanquã 24
inundantes aquæ, sic rugitus meus:
* Quia timor, quem timebam, euenit mi- 25
hi: & quod verebar accidit.
* Nonne diffimulaui? nonne silui? nonne 26
quieui? & venit super me indignatio.

CAP. IV.

1 A R Espondens autem Eliphaz Themanites, dixit:
2 * Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
3 * Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti:
4 * Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti.
5 * Nunc autem venit super te plaga, & defe- B
cisti: tetigit te, & conturbatus es.
6 * Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?
7 Recordare obsecro te, quis vnquam innonocens perijt? aut quando recti deleti sunt?
8 * Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt
9 eos.
* Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.
10 Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.
11 * Tigris perijt, eò quod non haberet præ- C
dam, & catuli leonis dissipati sunt.
12 * Porrò ad me dictum est verbum abscondi- D
tum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius.

In

* In horrore visionis nocturnæ, quando 13
solet sopor occupare homines.
* Pauor tenuit me, & tremor, & omnia os- 14
sa mea perterrita sunt.
* Et cum spiritus me præsente transiret, 15
inhorruerunt pili carnis meæ.
* Stetit quidam, cuius nõ agnoscebam vul- 16
tum, imago coram oculis meis, & vocẽ quasi auræ lenis audiui.
[a] Inf.15.a
* [a] Numquid homo, Dei comparatione iu- 17
[b] Inf.15. b.15.
stificabitur, aut factore suo prior erit vir? D
* [b] Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & 18
2. Pet.2. a.4.
in angelis suis reperit prauitatem.
* Quanto magis, hi qui habitant domos 19
luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea:
* De mane vsque ad vesperam succidẽtur: 20
& quia nullus intelligit, in æternum peribunt.
* Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex 21
eis: morientur, & non in sapientia.

CAP. V.

V Oca ergo, si est, qui tibi respondeat, 1
& ad aliquem sanctorũ conuertere. A
* Vere stultum interficit iracundia, & par- 2
uulum occidit inuidia
* Ego vidi stultum firma radice, & male- 3
dixi pulchritudini eius statim.
* Longè fient filij eius à salute: & contetẽ- 4
tur in porta, & non erit, qui eruat.
* Cuius messem fame elicus comedet, & ip- 5
sum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. * Nihil in terra sine causa fit, & de 6
humo non oritur dolor.
* Homo nascitur ad laborem, & auisad 7
B uolatum.
* Quam ob rem ego deprecabor Dominũ, 8
& ad Deum ponam eloquium meum:
* Qui facit magna, & inscrutabilia, & mira- 9
bilia absque numero.
* Qui dat pluuiam super faciem terræ, & 10
irrigat aquis vniuersa.
* Qui ponit humiles in sublime, & meren- 11
tes erigit sospitate: * Qui dissipat cogitatio- 12
nes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant.
[a] 1. Cor. 3.d.19.
* [a] Qui apprehendit sapientes in astutia eo- 13
rum, & consilium prauorum dissipat. C
* Per diem incurrent tenebras, & quasi in 14
nocte sic palpabunt in meridie.
* Porrò saluum faciet egenum à gladio oris 15
eorum, & de manu violenti pauperem.
* Et erit egeno spes, iniquitas autem con- 16
trahet os suum.
* Beatus homo, qui corripitur à Deo: incre- 17
pationem ergo Domini ne reprobes:
* Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, 18
& manus eius sanabunt.
* In sex tribulationibus liberabit te, & in 19
septima non tanget te malum.
* In fame eruet te de morte, & in bello de 20
manu gladij.
* A flagello linguæ absconderis, & non ti- 21
D mebis calamitatem cum venerit.
22 * In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis.
23 * Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.
24 * Et scies, quod pacem habeat tabernaculũ tuum, & visitans speciem tuam, non peccabis.
25 * Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuũ, & progenies tua, quasi herba terræ.
26 * Ingredieris in abundantia sepulchrum sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.
27 * Ecce, hoc, vt inuestigauimus, ita est: quod auditum, mente pertracta.

CAP. VI.

1 R Espondens autem Iob, dixit:
2 * Vtinam appenderentur peccata mea, A
quibus iram merui, & calamitas, quã patior, in statera.
3 * Quasi arena maris hæc grauior appareret: vnde & verba mea dolore sunt plena:
4 * Quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.
5 * Numquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos cum ante præsepe plenum steterit.
6 * Aut poterit comedi insulsum, quod non B est sale conditum? aut potest aliquis guftare, quod gustatum affert mortem?
7 * Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.
8 * Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus?
9 * Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me?
10 * Et hæc mihi sit consolatio, vt affligẽs me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.
11 * Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineã? aut quis finis meus, vt patienter agam?
12 * Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.
13 * Ecce, non est auxilium mihi in me, & ne- C cessarij quoque mei, recesserant à me.
14 * Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.
15 * Fratres mei præterierunt me, sicut torrẽs qui raptim transit in conuallibus.
16 * Qui timent pruinã, irruet super eos nix.
17 * Tempore, quo fuerint dissipati, peribũt: & vt incaluerit, soluentur de loco suo.
18 * Inuolutæ sunt semitæ gressus eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.
19 * Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.
20 * Confusi sunt, quia speraui: venerũt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.
21 * Nunc venistis: & modo videntes plagam meam timetis.
22 * Numquid dixi: Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?
23 * Vel, Liberate me de manu hostis, & de ma-

nu robustorum eruisti me? D
*Docete me, & ego tacebo: & si quid forte 24
ignorauí, instruite me.
* Quare detraxistis sermonibus veritatis, 25
cum è vobis nullus sit, qui possit arguere
me?
* Ad increpandum tantum eloquia cõcin- 26
natis, & in ventum verba profertis.
*Super pupillum irruitis, & subuertere ni- 27
timini amicum vestrum.
* Verumtamen, quod cepistis explete: præ- 28
bete aurem, & videte an mentiar.
* Respondere obsecro absq. contentione: 29
& loquentes id, quod iustum est, iudicate.
* Et non inuenietis in lingua mea iniquita- 30
tem, neque in faucibus meis stultitia perso-
nabit.

CAP. VII.

Militia est vita hominis super terram: 1
& sicut dies mercenarij, dies eius. A
* Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut 2
mercenarius præstolatur finem operis sui.
*Sic, & ego habui menses vacuos, & noctes 3
laboriosas enumeraui mihi.
*Si dormiero dicam: Quando consurgam? 4
& rursum expectabo vesperam, & replebor
doloribus, vsque ad tenebras.
*Induta est caro mea putredine, & sordib. 5
pulueris, cutis mea aruit, & contracta est.
*Dies mei velocius transierunt, quam à te- 6
xente tela succiditur, & consumpti sunt absq. B
vlla spe.
* Memento, quia ventus est vita mea, & nõ 7
reuertetur oculus meus, vt videat bona.
* Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui 8
in me, & non subsistam.
*Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic 9
qui descenderit ad inferos, non ascendet.
* Nec reuertetur vltra in domum suam, 10
neque cognoscet eum amplius locus eius.
*Quapropter & ego non parcam ori meo, 11
loquar in tribulatione spiritus mei: confabu- C
labor cum amaritudine animæ meæ.
* Numquid mare ego sum, aut cetus, quia 12
circumdedisti me carcere?
* Si dixero: Consolabitur me lectulus 13
meus, & releuabor loquens mecum in strato
meo.
* Terrebis me per somnia, & per visiones 14
horrore concuties.
*Quam ob rem elegit suspendium anima 15
mea, & mortem ossa mea.
*Desperaui, nequaquam vltra iam viuam: 16
parce mihi, nihil enim sunt dies mei. D
* Quid est homo, quia magnificas eum? 17
aut quid apponis erga eum cor tuum?
* Visitas eum diluculo, & subito probas il- 18
lum:
* Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis 19
me, vt gluttiam saliuam meam?
* Peccaui, quid faciam tibi ô custos homi- 20
num? quare posuisti me contrarium tibi, &
factus sum mihimetipsi grauis.
21 *Cur non tollis peccatum meum, & quare
non auferis iniquitatem meam? ecce nunc in
puluere dormiam: & si mane me quæsieris,
non subsistam.

CAP. VIII.

1 Respondens autẽ Baldad Suhites, dixit:
2 * Vsquequo loqueris talia, & spiritus
A multiplex sermones oris tui?
3 *Numquid Deus supplantat iudicium? aut
Omnipotens subuertit, quod iustum est?
4 *Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit
eos in manu iniquitatis suæ.
5 * Tu tamen si diluculo consurrexeris ad
Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus.
6 *Si mundus, & rectus incesseris statim eui-
B gilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum
iustitiæ tuæ.
7 *In tantum, vt si priora tua fuerint parua,
& nouissima tua multiplicentur nimis.
8 *Interroga enim generationem pristinam,
& diligenter inuestiga patrum memoriam:
9 *(Hesterni quippe sumus, & ignoramus
quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super
terram.) *Ps.143. a.4.
10 *Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de
corde suo proferent eloquia. Infr.14. a.2.
11 *Numquid virere potest scirpus absq. hu
C more? aut crescere carectum sine aqua?
12 *Cum adhuc sit in flore, nec carpatur ma-
nu, ante omnes herbas arescit.
13 *Sic viæ omnium, qui obliuiscuntur Deũ,
& spes hypocritæ peribit.
14 *Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela
araneatum fiducia eius.
15 *Innitetur super domum suam, & nõ sta-
bit: fulciet eam, & non consurget:
16 * Humectus videtur antequam veniat Sol,
in ortu suo germen eius egredietur.
17 *Super aceruum petrarũ radices eius den-
D sabuntur, & inter lapides commorabitur.
18 * Si absorbuerit eum de loco suo, negabit
eam, & dicet: Non noui te.
19 *Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum
de terra alij germinentur.
20 *Deus non proijciet simplicem, nec porri-
get manum malignis.
21 * Donec impleatur risu os tuum, & labia
tua iubilo.
22 *Qui oderunt te, induentur confusione, &
tabernaculum impiorum non subsistet.

CAP. IX.

1 Et respondens Iob, ait:
2 * Verè scio, quod ita sit, & quod nõ iu-
A stificetur homo compositus Deo.
3 *Si voluerit contendere cum eo, non pote-
rit ei respondere vnum pro mille.
4 * Sapiens corde est, & fortis robore: quis re-
stitit ei, & pacem habuit?
5 * Qui transtulit montes, & nescierunt hi,
quos subuertit in furore suo.
6 * Qui commouet terram de loco suo, & co-
lumnæ

lumnæ eius concutiuntur.
* Qui præcipit Soli, & non oritur: & stel- 7
las claudit quasi sub signaculo.
* Qui extendit cælos solus, & graditur su- 8
per fluctus maris.
* Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hya- 9
das, & interiora Austri. * Qui facit magna, & 10
incomprehensibilia, & mirabilia, quorum B
non est numerus.
* Si venerit ad me, non videbo eum: si a- 11
bierit, non intelligam.
* Si repente interroget, quis respondebit 12
ei? vel quis dicere potest: Cur ita facis?
* Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & 13
sub quo curuantur, qui portant orbem.
* Quantus ergo sum ego, vt respondeam 14
ei, & loquar verbis meis cum eo?
* Qui etiam si habuero quippiam iustum, 15
non respondebo, sed meum iudicem deprec-
cabor.
* Et cum inuocantem exaudierit me, non 16
credo quod audierit vocem meam.
* In turbine enim conteret me, & multi- 17
plicabit vulnera mea etiam sine causa.
* Non cõcedit requiescere spiritũ meum, 18
& implet me amaritudinibus.
* Si fortitudo quæritur, robustissimus est: 19
si æquitas iudicij, nemo audet pro me testi- C
monium dicere.
* Si iustificare me voluero, os meum con- 20
demnabit me: si innocentem ostendero, pra-
uum me comprobabit.
* Etiam si simplex fuero, hoc ipsum igno- 21
rabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.
* Vnum est quod locutus sum, & innocẽ- 22
tem, & impium ipse consumit.
* Si flagellat, occidat semel, & non de pe- 23
nis innocentum rideat.
* Terra data est in manus impij, vultum 24
iudicium eius operit, quod si non ille est,
quis ergo est?
* Dies mei velociores fuerunt cursore: fu- 25
gierunt, & non viderunt bonum.
* Pertransierunt quasi naues poma por- 26
tantes, sicut aquila volans ad escam.
* Cum dixero: Nequaquã ita loquar: com- 27
muto faciem meam, & dolore torqueor. D
* Verebar omnia opera mea, sciens quod 28
non parceres delinquenti. * Si autem, & sic 29
impius sum, quare frustra laboraui?
* Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulse- 30
rint velut mundissimæ manus meæ.
* Tamen sordibus intinges me, & abomi- 31
nabuntur me vestimenta mea.
* Neque enim viro, qui similis mei est, re- 32
spondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo
possit audiri.
* Non est qui vtrumque valeat arguere, 33
& ponere manum suam in ambobus.
* Auferat à me virgam suam, & pauor 34
eius non me terreat.
* Loquar, & non timebo eum: neq. enim 35
possum metuens respondere.

CAP. X.

1 Tædet animam meam vitæ meæ, dimit-
A tam aduersum me eloquium meum,
loquar in amaritudine animæ meæ.
2 *Dicam Deo: Noli me condemnare: indi-
ca mihi cur me ita iudices.
3 *Numquid bonum tibi videtur, si calum-
nieris me, & opprimas me, opus manuum
tuarum, & consilium impiorum adiuues?
4 * Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut
videt homo, & tu videbis?
5 * Numquid sicut dies hominis dies tui, &
B anni tui sicut humana sunt tempora?
6 * Vt quæras iniquitatem meam, & pecca-
tum meum scrutaris?
7 * Et scias, quia nihil impium fecerim, cum
sit nemo, qui de manu tua possit eruere.
8 * Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerũt
me totum in circuitu: & sic repente præcipi-
9 tas me? * Memento quæso, quod sicut lutum
10 feceris me, & in puluerẽ reduces me. * Nõne
sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coa-
11 gulasti? * Pelle & carnibus vestisti me: ossi-
bus: & neruis compegisti me.
12 * Vitam, & misericordiam tribuisti mihi,
C & visitatio tua custodiuit spiritum meum.
13 * Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio,
quia vniuersorum memineris.
14 * Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi:
cur ab iniquitate mea mundum me esse non
15 pateris? * Et si impius fuero, væ mihi est: &
si iustus, non leuabo caput, saturatus affli-
ctione, & miseria.
16 * Et propter superbiam quasi leænam ca-
pies me, reuersusq. mirabiliter me crucias.
17 * Instauras testes tuos contra me, & mul-
tiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ
militant in me.
18 * Quare de vulua eduxisti me? qui vtinã
D consumptus essem ne oculus me videret.
19 * Fuissem quasi non essem, de vtero trãs-
latus ad tumulum.
20 * Numquid non paucitas dierum meorũ
finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam
paululum dolorem meum.
21 * Antequam vadam, & non reuertar, ad
terrã tenebrosam, & opertã mortis caligine:
22 * Terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vm
bra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus
horror inhabitat.

CAP. XI

1 Respondens autẽ Sophar Naamathites,
A dixit:
2 * Numquid qui multa loquitur, non &
audiet? aut vir verbosus iustificabitur?
3 * Tibi soli tacebunt homines? & cum ce-
teros irriseris, à nullo confutaberis?
4 * Dixisti enim: Purus est sermo meus, &
mundus sum in conspectu tuo.
5 * Atque vtinam Deus loqueretur tecum,
& aperiret labia sua tibi.
6 * Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, &

quod multiplex esset lex eius,& intelligeres, B
quod multo minora exigaris ab eo, quam
meretur iniquitas tua.
* Forsitan vestigia Dei comprehendes, 7
& vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?
* Excelsior cælo est,& quid facies? profun- 8
dior inferno,& vnde cognosces?
* Lõgior terra mẽsura eius,& latior mari. 9
* Si subuerterit omnia, vel in vnum coar- 10
ctauerit, quis contradicet ei?
* Ipse enim nouit hominum vanitatem, 11
& videns iniquitatem,nonne considerat? C
* Vir vanus in superbiam erigitur,& tam- 12
quam pullũ onagri se liberum natum putat.
* Tu autem firmasti cor tuum,& expan- 13
disti ad eum manus tuas.
* Si iniquitatem, quæ est in manu tua,ab- 14
stuleris à te, & non manserit in tabernaculo
tuo iniustitia:
* Tunc leuare poteris faciem tuam abs- 15
que macula, & eris stabilis, & non timebis.
* Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi a- 16
quarum,quæ præterierunt recordaberis. D
* Et quasi meridianus fulgor consurget 17
tibi ad vesperam: & cum te consumptum
putaueris, orieris,vt lucifer.
* Et habebis fiduciam, proposita tibi spe, 18
& defossus securus dormies.
* Requiesces,& non erit, qui te exterreat: 19
& deprecabuntur faciem tuam plurimi.
[a] Leu.26 a.5. *[a] Oculi autem impiorum deficient, & 20
effugium peribit ab eis, & spes illorum abo-
minatio animæ.

CAP. XII.

Respondens autem Iob dixit: 1
* Ergo vos estis soli homines, & vo- 2
biscum morietur sapientia? A
[a] Inf. 20. a.2. *[a] Et mihi est cor sicut, & vobis,nec infe- 3
rior vestri sum: quis enim hæc,quæ nostis,
ignorat?
[a] Prou. 14 a.2. *[a] Qui deridetur ab amico suo sicut ego, 4
inuocabit Deum,& exaudiet eum: deridetur
enim iusti simplicitas.
* Lampas contempta apud cogitationes 5
diuitum, parata ad tempus statutum.
* Abundant tabernacula prædonum, & 6
audacter prouocant Deum, cum ipse dede-
rit omnia in manus eorum.
* Nimirum interroga iumenta, & doce- 7
bunt te: & volatilia cæli,& indicabunt tibi. B
* Loquere terræ,& respõdebit tibi:& nar- 8
rabunt pisces maris.
* Quis ignorat, quòd omnia hæc manus 9
Domini fecerit?
* In cuius manu anima omnis viuentis, 10
& spiritus vniuersæ carnis hominis.
[a] Inf. 34. a.3. *[a] Nonne auris verba dijudicat, & fau- 11
ces comedentis,saporem?
* In antiquis est sapientia, & in multo 12
tempore prudentia.
* Apud ipsum est sapientia, & fortitudo, 13
ipse habet consilium, & intelligentiam.
14 *[a] Si destruxerit, nemo est, qui ædificet: si [a] Isa.22. f.22.
C incluserit hominem, nullus est, qui aperiat: Apoc.3. b.7.
15 * Si continuerit aquas,omnia siccabuntur,
& si emiserit eas, subuertent terram.
16 * Apud ipsum est fortitudo, & sapientia:
ipse nouit, & decipientem, & eum, qui de-
cipitur.
17 * Adducit consiliarios in stultum finem,
& iudices in stuporem.
18 * Balteum regum dissoluit, & præcingit
fune renes eorum.
19 * Ducit sacerdotes inglorios, & optimates
supplantat:
20 * Commutans labium veracium, & do-
D ctrinam senum auferens.
21 * Effundit despectionem super principes,
eos,qui oppressi fuerant,releuans.
22 * Qui reuelat profunda de tenebris, &
producit in lucem vmbram mortis.
23 * Qui multiplicat gentes, & perdit eas, &
subuersas in integrum restituit.
24 * Qui immutat cor principum populi ter-
ræ, & decipit eos, vt frustra incedant perin-
uium:
25 * Palpabunt quasi in tenebris, & non in
luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

CAP. XIII.

1 Ecce omnia hæc vidit oculus meus, &
A audiuit auris mea,& intellexi singula.
2 * Secundum scientiam vestram,& ego no-
ui: nec inferior vestri sum.
3 * Sed tamen ad Omnipotentem loquar,
& disputare cum Deo cupio.
4 * Prius vos ostendens fabricatores men-
dacij, & cultores peruersorum dogmatum.
5 * Atque vtinam taceretis, vt putaremini
esse sapientes.
6 * Audite ergo correptionem meam,& iu-
B dicium labiorum meorum attendite.
7 * Numquid Deus indiget vestro menda-
cio, vt pro illo loquamini dolos?
8 * Numquid faciem eius accipitis, & pro
Deo iudicare nitimini?
9 * Aut placebit ei quem celari nihil potest?
àut decipietur, vt homo, vestris fraudulẽtijs?
10 * Ipse vos arguet, quoniam in abscondito
faciem eius accipitis.
11 * Statim, vt se commouerit: turbabit vos,
& terror eius irruet super vos.
12 * Memoria vestra comparabitur cineri,&
redigentur in lutum ceruices vestræ.
13 * Tacete paulisper, vt loquar quodcunque
mihi mens suggesserit.
14 * Quare lacero carnes meas dẽtibus meis,
C & animam meam porto in manibus meis?
15 * Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo:
verumtamen vias meas in conspectu eius
arguam.
16 * Et ipse erit saluator meus: non enim ve-
niet in conspectu eius omnis hypocrita.
17 Audite sermonem meum, & ænigmata
percipite auribus vestris.
18 * Si fuero iudicatus, scio, ꝙ iustus inueniar.
* Quis

* Quis est qui iudicetur mecum? veniat: 19
quare tacens consumor?
* Duo tantum ne facias mihi,& tunc à fa- 20
cie tua non abscondar:
* Manum tuam longè fac à me, & formi- 21
do tua non me terreat.
* Voca me, & ego respondebo tibi: aut 22
certè loquar,& tu responde mihi.
* Quantas habeo iniquitates, & peccata, 23
scelera mea,& delicta ostende mihi. D
* Cur faciem tuam abscondis, & arbitra- 24
ris me inimicum tuum?
* Contra foliũ, quod vento rapitur, ostẽ- 25
dis potentiam tuam,& stipulam siccam per-
sequeris.
* Scribis enim cõtra me amaritudines, & 26
cõsumere me vis peccatis adolescẽtiæ meæ.
* Posuisti in neruo pedẽ meum,& obser- 27
uasti omnes semitas mea,& vestigia pedum
meorum considerasti:
* Qui quasi putredo cõsumendus sum,& 28
quasi vestimẽtum, quod comeditur a tinea.

CAP. XIV.

Homo natus de muliere, breui viuens 1
tempore, repletur multis miserijs. A
[a] Sup.8: b.9. *[a] Qui quasi flos egreditur, & conteritur, 2
Ps. 143. & fugit velut vmbra, & numquam in eo-
a.4. dem statu permanet.
* Et dignũ ducis super huiuscemodi ape- 3
rire oculos tuos, & adducere eum tecum in
iudicium?
[a] Ps. 50. a.4. *[a] Quis potest facere mundũ de immun- 4
do cõceptum semine? nonne tu qui solus es?
* Breues dies hominis sunt, numerus mẽ- 5
sium eius apud te est: constituisti terminos
eius, qui præteriri non poterunt.
* Recede paululum ab eo, vt quiescat, 6
donec optata veniat, sicut mercenarij dies B
eius.
* Lignum habet spem: si præcisum fuerit, 7
rursum virescit, & rami eius pullulant.
* Si senuerit in terra radix eius, & in pul- 8
uere emortuus fuerit truncus illius.
* Ad odorem aquæ germinabit, & faciet 9
comam quasi cum primum plantatum est.
* Homo verò cum mortuus fuerit,& nu- 10
datus, atque consumptus, vbi quæso est?
* Quomodo si recedant aquæ de mari,& 11
fluuius vacuefactus arescat:
* Sic homo cum dormierit, non resurget, 12
donec atteratur cælum, non euigilabit, nec C
consurget de somno suo.
* Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno 13
protegas me,& abscondas me, donec pertrã-
seat furor tuus, & constituas mihi tempus,
in quo recorderis mei?
* Putasne mortuus homo rursum viuet? 14
cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto
donec veniat immutatio mea.
* Vocabis me,& ego respondebo tibi: ope- 15
ri manuum tuarum porriges dexteram.
[a] Prou.5. d.21. *[a] Tu quidem gressus meos dinumera- 16
sti, sed parce peccatis meis:
17 * Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed
D curasti iniquitatem meam.
18 * Mons cadens defluit, & saxum trans-
fertur de loco suo.
19 * Lapides excauant aquæ, & alluuione
paulatim terra consumitur: & hominem er-
go similiter pedes.
20 * Roborasti eum paululum, vt in perpe-
tuum transiret: immutabis faciem eius, &
emittes eum.
21 * Siue nobiles fuerint filij eius, siue igno-
biles, non intelliget.
22 * Attamen caro eius dum viuet dolebit,&
anima illius super semetipso lugebit.

CAP. XV.

1 Respondens autem Eliphaz Themani-
A tes, dixit:
2 * Numquid sapiens respondebit quasi in
ventum loquens, & implebit ardore stoma-
chum suum?
3 * Arguis verbis eum, qui non est æqualis
tibi,& loqueris, quod tibi non expedit.
4 * Quantum in te est, euacuasti timorem,
& tulisti preces coram Deo.
5 * Docuit enim iniquitas tua os tuum, &
imitaris linguam blasphemantium.
6 * Condemnabit te os tuum,& non ego:&
labia tua respondebunt tibi.
7 * Numquid primus homo tu natus es, &
ante colles formatus?
8 * Numquid consilium Dei audistij, & in-
ferior te erit eius sapientia?
9 * Quid nosti, quod ignoremus? quid in-
telligis, quod nesciamus?
10 *[a] Et senes, & antiqui sunt in nobis mul- [a] Ezec.18 b.8.
B to vetustiores quam patres tui.
11 * Nũquid grande est, vt cõsoletur te Deꝰ?
sed verba tua praua hoc prohibent.
12 * Quid te eleuat cor tuum,& quasi magna
cogitans, attonitos habes oculos?
13 * Quid tumet contra Deum spiritus tuus,
vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermo-
nes?
14 * Quid est homo, vt immaculatus sit, &
vt iustus appareat natus de muliere?
15 *[a] Ecce inter sanctos eius nemo immuta- [a] Sup. 4. d.18.
bilis, & cæli nõ sunt mũdi in conspectu eius.
16 * Quanto magis abominabilis, & inutilis
homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?
17 * Ostendam tibi, audi me: quod vidi nar-
C rabo tibi.
18 * Sapientes confitentur,& non abscondũt
patres suos.
19 * Quibus solis data est terra, & non tran-
siuit alienus per eos.
20 * Cunctis diebus suis impius superbit, &
numerus annorũ incertus est tyrãnidis eius.
21 * Sonitus terroris semper in auribꝰ illius:
& cũ pax sit, ille semper insidias suspicatur.
22 * Non credit, qđ reuerti possit de tenebris
ad lucem, circumspectans vndiq; gladium.
23 * Cũ se mouerit ad quærendũ panẽ, nouit
ꝙ paratus sit in manu eius tenebrarũ dies.
* Terra

* Terrebit eum tribulatio,& angustia val- 24
labit eum, sicut regem, qui præparatur ad
prælium.
* Tetendit enim aduersus Deum manũ 25
suam, & cõtra Omnipotentẽ roboratus est.
* Cucurrit aduersus eum erecto collo, & 26
pingui ceruice armatus est.
* Operuit faciem eius crassitudo,& de la- 27
teribus eius aruina dependet. D
* Habitauit in ciuitatibus desolatis, & 28
in domibus desertis, quæ in tumulos sunt
redactæ.
* Non ditabitur, nec perseuerabit substã- 29
tia eius,nec mittet in terra radicem suam.
* Non recedet de tenebris:ramos eius are- 30
faciet flamma,& auferetur spiritus oris sui.
* Nõ credet frustra errore deceptus,quod 31
aliquo pretio redimendus sit.
* Antequam dies eius impleantur,peribit: 32
& manus eius arescent.
* Lædetur quasi vinea in primo flore bo- 33
trus eius, & quasi oliua proijciens florem
suum.
* Congregatio enim hypocritæ sterilis, & 34
ignis deuorabit tabernacula eorum,qui mu-
nera libenter accipiunt.
Isa. 59. a 4. Psal. 7. d 15. * " Concepit dolorem,& peperit iniquita- 35
tem,& vterus eius præparat dolos.

CAP. XVI.

1 RESpondens autem Iob,dixit:
2 * Audiui frequenter talia,consolatores
onerosi omnes vos estis. A
3 * Nunquid habebũt finem verba vento-
sa?aut aliquid tibi molestum est si loquaris?
4 * Poteram,& ego similia vestri loqui: atq.
vtinam esset anima vestra pro anima mea:
5 * Consolarer,& ego vos sermonibus, &
mouerem caput meum super vos:
6 * Roborarem vos ore meo: & mouerem
labia mea,quasi parcens vobis.
7 * Sed quid agam? Si locutus fuero, non
B quiescet dolor meus:& si tacuero,non rece-
det a me.
8 * Nunc autem oppressit me dolor meus,
& in nihilum redacti sunt omnes artus mei.
9 * Rugæ meæ testimonium dicunt contra
me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciẽ
meam contradicens mihi.
10 * Collegit furorem suum in me, & com-
minans mihi, infremuit contra me dẽtibus
suis: hostis meus terribilibus oculis me in-
tuitus est.
11 * Aperuerunt super me ora sua,& expro-
brantes percusserunt maxillam meam,satia-
C ti sunt pœnis meis.
12 * Conclusit me Deus apud iniquum; &
manibus impiorum me tradidit.
13 * Ego esse quondã opulentus repente con-
tritus sum:tenuit ceruicem meam,confregit
me, & posuit me sibi quasi in signum.
14 * Circumdedit me lanceis suis,cõuulnera-
uit lumbos meos,non pepercit,& effudit in
terra viscera mea.
15 * Cõcidit me vulnere super vulnus,irruit
in me quasi gigas.
16 * Saccum consui super cutem meam, &
operui cinere carnem meam.
17 * Facies mea intumuit a fletu,& palpebræ
meæ caligauerunt.
18 * Hæc passus sum absq. iniquitate manus
D meæ,cum haberem mundas ad Deũ preces.
19 * Terra ne operias sanguinẽ meum, neq.
inueniat in te locum latendi clamor meus.
20 * Ecce enim in cælo testis meus, & con-
scius meus in excelsis.
21 * Verbosi amici mei:ad Deum stillat oculus
meus.
22 * Atque vtinam sic iudicaretur vir cum
Deo, quomodo iudicatur filius hominis cũ
collega suo.
23 * Ecce enim breues anni transeunt, & se-
mitam, per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

1 SPiritus meus attenuabitur, dies mei bre-
A uiabuntur, & solum mihi superest se-
pulchrum.
2 * Non peccaui, & in amaritudinibus mo-
ratur oculus meus.
3 * Libera me Domine,& pone me iuxta te,
& cuiusuis manus pugnet contra me.
4 * Cor eorum longe fecisti a disciplina,
propterea non exaltabuntur.
5 * Prædam pollicetur socijs, & oculi filio-
B rum eius deficient.
6 * Posuit me quasi in prouerbium vulgi,&
exemplum sum coram eis.
7 * Caligauit ab indignatione oculꝰ meus,
& mẽbra mea quasi in nihilũ redacta sunt:
8 * Stupebunt iusti super hoc, & innocens
C contra hypocritam suscitabitur.
9 * Et tenebit iustus viã suam, & mundis
manibus addet fortitudinem.
10 * Igitur omnes vos conuertimini,& veni-
te, & non inueniã in vobis vllum sapiẽtem.
11 * Dies mei transierunt, cogitationes meæ
dissipatæ sunt,torquentes cor meum:
12 * Noctem verterunt in diem, & rursum
post tenebras spero lucem.
13 * Si sustinuero, infernus domus mea est,
D & in tenebris stratu lectulum meum.
14 * Putredini dixi: Pater meꝰ es,mater mea
& soror mea,vermibus.
15 * Vbi est ergo nunc præstolatio mea,&
patientiam meam quis considerat?
16 * In profundissimum infernum descen-
dent omnia mea: putasne saltem ibi erit re-
quies mihi?

CAP. XVIII.

1 RESpondens autẽ Baldad Suhites,dixit:
A * Vsque ad quem finem verba iacta-
2 bitis intelligite prius,& sic loquamur.
3 * Quare reputati sumus vt iumenta &
sordimus coram vobis?
4 * Qui perdis animam tuam in furore tuo,
numquid propter te derelinquetur terra, &
transferentur rupes de loco suo:

* Nonne lux impij extinguetur,nec splen- 5
debit flamma ignis eius?
* Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, 6
& lucerna quæ super eum est,extinguetur. B
* Arctabũtur gressus virtutis eius,& præ- 7
cipitabit eum consilium suum.
* Immisit enim in rete pedes suos, & in 8
maculis eius ambulat.
* Tenebatur planta illius laqueo, & exar- 9
descet contra eum sitis.
* Abscondita est in terra pedica eius, & 10
decipula illius super semitam.
* Vndique terrebunt eum formidines,& 11
inuoluent pedes eius. C
* Attenuetur fame robur eius,& inedia in 12
vadat costas illius.
* Deuoret pulchritudinem cutis eius,con- 13
sumat brachia illius primogenita mors.
* Auellatur de tabernaculo suo fiducia 14
eius,& calcet super eũ,quasi rex,interitus.
* Habitent in tabernaculo illius socij eius 15
qui non est, aspergatur in tabernaculo eius
sulphur.
* Deorsum radices eius siccentur,sursum 16
autem atteratur messis eius. D
Prou. 2. d 22. * " Memoria illius pereat de terra, & non 17
celebretur nomen eius in plateis.
* Expellet eum de luce in tenebras,& de 18
orbe transferet eum. * Non erit semen eius, 19
neque progenies in populo suo,nec vllę reli-
quiæ in regionibus eius.
* In die eius stupebunt nouissimi, & pri- 20
mos inuadet horror.
* Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & 21
iste locus eius, qui ignorat Deum.

CAP. XIX.

1 RESpondens autem Iob,dixit:
* Vsque quo affligitis animam meã, 2
& atteritis me sermonibus: A
* En,decies confunditis me,& non erube- 3
scitis,opprimentes me.
* Nempe, etsi ignoraui,mecum erit igno- 4
rantia mea.
* At vos contra me erigimini, & arguitis 5
me opprobrijs meis.
* Saltem nunc intelligite,quia Deus non 6
æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis
me cinxerit.
* Ecce clamabo vim patiens, & nemo au- 7
diet: vociferabor,& non est qui iudicet.
* Semitam meam: circumsepsit,& trãsire 8
nõ possum,& in calle meo tenebras posuit. B
* Spoliauit me gloria mea,& abstulit coro- 9
nam de capite meo.
* Destruxit me vndique,& pereo,& quasi 10
euulsæ arbori abstulit spem meam.
* Iratus est cõtra me furor eius, & sic me 11
habuit quasi hostem suum.
* Simul venerunt latrones eius,& fecerũt 12
sibi viam per me, & obsederunt in gyro ta-
bernaculum meum.
* Fratres meos lõgè fecit à me,& noti mei 13
quasi alieni recesserunt à me.
* Dereliquerunt me propinqui mei:& me 14
nouerant, obliti sunt mei.
* Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ 15
C sicut alienum habuerunt me, & quasi pere-
grinus fui in oculis eorum.
* Seruum meum vocaui, & non respon- 16
dit, ore proprio deprecabar illum.
* Halitum meum exhorruit vxor mea,& 17
orabam filios vteri mei.
* Stultiquoque despiciebant me, & cum 18
ab eis recessissem,detrahebant mihi.
* Abominati sunt me quondam consilia- 19
rij mei:& quem maximè diligebam,auersa-
tus est me.
* Pelli meæ, consumptis carnibus,adhæ- 20
sit os meum.& derelicta sunt tantummodo
labia circa dentes meos.
* Miseremini mei,miseremini mei,saltem 21
vos amici mei, quia manus Dñi tetigit me.
* Quare persequimini me sicut Deus, & 22
carnibus meis saturamini?
* Quis mihi tribuat vt scribantur sermo- 23
D nes mei? quis mihi det vt exarentur in libro
* stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte 24
sculpantur in silice?
* Scio enim quòd Redemptor meus vi- 25
uit,& in nouissimo die de terra surrecturus
sum:
* Et rursum circumdabor pelle mea,& in 26
carne mea videbo Deum meum.
* Quẽ visurus sum ego ipse, & oculi mei 27
conspecturi sunt, & non alius: reposita est
hæc spes mea in sinu meo.
* Quare ergo nũc dicitis: Persequamur eũ 28
& radicem verbi inueniamus contra eum?
* Fugite ergo à facie gladij,quoniam vltor 29
iniquitatum gladius est: & scitote esse iudi-
cium.

CAP. XX.

1 RESpondens autem Sophar Naamathi-
A tes,dixit.
* Idcirco cogitationes meæ varie succedũt 2
sibi,& mens in diuersa rapitur.
* Doctrinam, qua me arguis,audiã,& spi- 3
ritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.
* Hoc scio à principio, ex quo positus est 4
homo super terram.
* Quod laus impiorum breuis sit,& gau- 5
dium hypocritæ ad instar puncti.
* Si ascenderit vsque ad cælum superbia 6
eius,& caput eius nubes tetigerit:
* Quasi sterquilinium in fine perdetur: & 7
qui eum viderant, dicent: Vbi est:
* Velut somnium auolans non inuenie- 8
B tur,transiet sicut visio nocturna.
* Oculus qui eum viderat, non videbit, 9
neque vltra intuebitur eum locus suus,
* Filij eius atterentur egestate,& manus il 10
lius reddent ei dolorem suum.
* Ossa eius implebuntur vitijs adolescen- 11
tiæ eius,& cum eo in puluere dormient.

* Cum enim dulce fuerit in ore eius ma- 12
lum, abscondet illud sub lingua sua.
* Parcet illi, & non derelinquet illud, & 13
cel. b t in gutture suo.
* Panis eius in vtero illius vertetur in fel 14
aspidum intrinsecus.
* Diuitias, quas deuorauit euomet, & de 15
ventre illius extrahet eas Deus.
* Caput aspidum suget. & occidet eũ lin- 16
gua viperæ. *(Non videat riuulos fluminis, 17
torrentes mellis, & butyri.) C
* Luet quæ fecit omnia, nec tamen consu- 18
metur: iuxta multitudinem adinuentionũ
suarum, sic & sustinebit.
* Quoniam confringens nudauit paupe- 19
res: domum rapuit, & non ædificauit eam.
Eccl. 5. c. 9. * Nec est satiatus venter eius: & cum ha- 20
buerit quæ concupierat, possidere non po-
terit.
* Non remansit de cibo eius, & propte- 21
rea nihil permanebit de bonis eius.
* Cum satiatus fuerit arctabitur, æstua- 22
bit, & omnis dolor irruet super eum.
* Vtinam impleatur venter eius, vt emit- 23
tat in eum iram furoris sui, & pluat super il-
lum bellum suum.
* Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum 24
æreum. D
* Eductus, & egrediens de vagina sua, & 25
fulgurans in amaritudine sua: vadent, & ve-
nient super eum horribiles.
* Omnes tenebræ absconditæ sunt in oc- 26
cultis eius: deuorabit eum ignis, qui nõ suc-
cenditur, affligetur relictus in tabernaculo
suo.
* Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & 27
terra consurget aduersus eum.
* Apertum erit germen domus illius, de- 28
trahetur in die furoris Dei.
* Hæc est pars hominis impij à Deo, & he- 29
reditas verborum eius à Domino.

CAP. XXI.

RESpondens autem Iob, dixit: 1
* Audite quæso sermones meos, & 2
agite pœnitentiam. A
* Sustinete me, & ego loquar, & post mea, 3
si videbitur, verba ridete.
* Numquid contra hominem disputatio 4
mea est, vt meritò non debeam contristari?
* Attendite me, & obstupescite, & super- 5
ponite digitum ori vestro.
* Et ego quando recordatus fuero perti- 6
mesco, & concutit carnem meam tremor.
Ier. 12. 1. Abac. 1. a. 3. * Quare ergo impij viuunt, subleuati 7
sunt, confortatique diuitijs?
* Semen eorum permanet coram eis: pro- 8
pinquorum turba, & nepotum in conspe-
ctu eorum.
* Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, 9
& non est virga Dei super illos. B
* Bos eorum concepit, & non abortiuit: 10
vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.
* Egrediuntur quasi greges paruuli eorũ, 11
& infantes eorum exultant lusibus.
12 * Tenent tympanum, & citharam, & gau-
dent ad sonitum organi.
13 * Ducunt in bonis dies suos, & in puncto
ad inferna descendunt.
14 * Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, &
scientiam viarum tuarum nolumus.
15 * Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? Mala. 3. d. 14.
& quid nobis prodest si orauerimus illum?
16 * Verumtamen quia non sunt in manu
eorum bona sua, consilium impiorum lon-
ge sit à me.
17 * Quoties lucerna impiorũ extinguetur,
C & superueniet eis inundatio, & dolores di-
uidet furoris sui?
18 * Erunt sicut paleæ ante faciem venti, &
sicut fauilla, quam turbo dispergit.
19 * Deus seruabit filiis illius dolorem pa-
tris: & cum reddiderit, tunc sciet.
20 * Videbũt oculi eius interfectionẽ suam,
& de furore Omnipotentis bibet.
21 * Quid enim ad eum pertinet de domo
sua post se? & si numerus mensium eius di-
midietur?
22 * Numquid Deum docebit quispiã scien-
tiam, qui excelsus iudicat?
23 * Iste moritur robustus, & sanus, diues, &
24 felix. * Viscera eius plena sunt adipe, & me-
dullis ossa illius irrigantur.
25 * Alius verò moritur in amaritudine ani-
mæ absque vllis opibus.
26 * Et tamen simul in puluere dormient,
D & vermes operient eos.
27 * Certè noui cogitationes vestras, & sen-
tentias contra me iniqua.
28 * Dicitis enim: vbi est domus principis? &
vbi tabernacula impiorum?
29 * Interrogate quemlibet de viatoribus, &
hæc eadem illum intelligere cognoscetis.
30 * Quia in diem perditionis seruatur ma-
lus, & ad diem furoris ducetur.
31 * Quis arguet coram eo viam eius? & quæ
fecit, quis reddet illi?
32 * Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie
mortuorum vigilabit.
33 * Dulcis fuit glareis Cocyti. & post se om-
nem hominem trahet, & ante se innume-
rabiles.
34 * Quomodo igitur consolamini me fru-
stra, cum responsio vestra repugnare osten-
sa sit veritati.

CAP. XXII.

1 RESpondens autem Eliphaz Themani-
A tes, dixit:
2 * Numquid Deo potest comparari homo,
etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?
3 * Quid prodest Deo si iustus fueris? aut
quid ei cõfers si immaculata fuerit via tua?
4 * Numquid timens arguet te, & veniet te-
cum in iudicium?
5 * Et non propter malitiam tuam pluri-
mam, & infinitas iniquitates tuas?

*Ab-

* Abstulisti enim pignus fratrum tuorum 6
sine causa, & nudos spoliasti vestibus.
* Aquam lasso non dedisti, & esurienti 7
subtraxisti panem.
* In fortitudine brachij tui possidebas ter- 8
ram, & potentissimus obtinebas eam. B
* Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pu- 9
pillorum comminuisti.
* Propterea circumdatus es laqueis, & cõ- 10
turbat te formido subita.
* Et putabas te tenebras non visurum, & 11
impetu aquarum inundantium non oppres-
sum iri?
* An non cogitas quod Deus excelsior cę- 12
lo sit, & super stellarũ verticem sublimetur?
* Et dicis. Quid enim nouit Deus? & quasi 13
per caliginem iudicat.
* Nubes latibulum eius, nec nostra consi- 14
derat, & circa cardines cæli perambulat.
* Numquid semitam sęculorum custodi- 15
re cupis, quam calcauerunt viri iniqui?
* Qui sublati sunt ante tempus suum, & 16
fluuius subuertit fundamentum eorum: C
* Qui dicebant Deo: Recede à nobis: & 17
quasi nihil posset facere Omnipotens, æsti-
mabant eum:
* Cum ille impleret domos eorum bo- 18
nis, quorum sententia procul sit à me.
Psal. 106. d. 12. * Videbunt iusti, & lætabuntur, & inno- 19
cens subsannabit eos.
* Nonne succisa est erectio eorum, & re- 20
liquias eorum deuorauit ignis?
* Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & 21
per hæc habebis fructus optimos.
* Suscipe ex ore illius legem, & pone ser- 22
mones eius in corde tuo.
* Si reuersus fueris ad Omnipotentem, æ- 23
dificaberis, & longè facies iniquitatem à ta- D
bernaculo tuo.
* Dabit pro terra silicem, & pro silice tor- 24
rentes aureos.
* Eritque Omnipotens cõtra hostes tuos, 25
& argentum coaceruabitur tibi.
* Tunc super Omnipotentem delicijs af- 26
flues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.
* Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua 27
reddes.
* Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs 28
tuis splendebit lumen.
Pro. 29. d. 23. * Qui enim humiliatus fuerit, erit in 29
gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse salua-
bitur.
* Saluabitur innocens, saluabitur autem 30
in munditia manuum suarum.

CAP. XXIII.

RESpondens autem Iob, ait: 1
* Nunc quoque in amaritudine est ser- 2
mo meus, & manus plagæ meæ aggrauata A
est super gemitum meum.
* Quis mihi tribuat vt cognoscam, & in- 3
ueniã illum, & veniam vsq; ad solium eius?
* Ponam coram eo iudicium, & os meum 4
replebo increpationibus,
5 * Vt sciam verba, quæ mihi respondeas, &
B intelligam quid loquatur mihi.
6 * Nolo multa fortitudine contendat me-
cũ, nec magnitudinis suæ mole me premat.
7 Proponat æquitatem contra me, & perue-
niat ad victoriam iudicium meum.
8 * Si ad Orientem iero, non apparet: si ad
Occidentem, non intelligam eum.
9 * Si ad sinistram, quid agam, non appre-
C hendam eum: si me vertam ad dexteram, nõ
videbo illum.
10 * Ipse verò scit viam meam, & probauit
me quasi aurum, quod per ignem transit.
11 * Vestigia eius secutus est pes meus, viam
eius custodiui, & non declinaui ex ea.
12 * A mandatis labiorum eius non recessi,
& in sinu meo abscondi verba oris eius.
13 * Ipse enim solus est, & nemo auertere po-
D test cogitationem eius, & anima eius quod-
cumque voluit, hoc fecit.
14 * Cum expleuerit in me voluntatem suã,
& alia multa similia præsto sunt ei.
15 * Et idcirco à facie eius turbatus sum, &
considerans eum timore solicitor.
16 * Deus molliuit cor meum, & Omnipotẽs
conturbauit me.
17 * Non enim perij propter imminentes te-
nebras, nec faciem meam operuit caligo.

CAP. XXIV.

1 AB Omnipotente non sunt abscondita
A tempora: qui autem nouerunt eum, i-
gnorant dies illius.
2 * Alij terminos transtulerunt, diripuerunt
greges, & pauerunt eos.
3 * Asinum pupillorum abegerunt, & abstu-
lerunt pro pignore bouem viduæ.
4 * Subuerterunt pauperum viam, & oppres-
serunt pariter mansuetos terræ.
5 * Alij quasi onagri in deserto egrediuntur
ad opus suum: vigilantes ad prædam, præpa-
rant panem liberis.
6 * Agrum non suum demetunt: & vineam
B eius, quem vi oppresserint vindemiant.
7 * Nudos dimittunt homines, indumenta
tollentes, quibus non est operimentum in
frigore:
8 * Quos imbres montium rigant: & nõ ha-
bentes velamen, amplexantur lapides.
9 * Vim fecerunt deprædantes pupillos, &
vulgum pauperum spoliauerunt.
10 * Nudis, & incedentibus absque vestitu, &
esurientibus tulerunt spicas.
11 * Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui
calcatis torcularibus sitiunt.
12 * De ciuitatibus fecerunt viros gemere, &
C anima vulneratorum clamauit, & Deus in-
ultum abire non patitur.
13 * Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt
vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius.
14 * Mane primo consurgit homicida, inter-
ficit egenum, & pauperem: per noctem verò
erit quasi fur.
15 * Oculus adulteri obseruat caliginem di-
cens:

cens: Non me videbit oculus:& operiet vultum suum.
* Perfodit in tenebris domos, sicut in die 16
condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.
* Si subito apparuerit aurora, arbitrantur 17
vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in
luce ambulant.
* Leuis est super faciem aquæ: maledicta 18
sit pars eius in terra, nec ambulet per viam
vinearum.
* Ad nimium calorem transeat ab aquis 19
niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. D
* Obliuiscatur eius misericordia dulcedo 20
illius vermes: non sit in recordatione, sed cõ-
teratur quasi lignum infructuosum.
* Pauit enim sterilem, quæ non parit, & vi 21
duæ bene non fecit.
* Dett..xit fortes in fortitudine sua: & cũ 22
steterit, non credet vitæ suæ.
// Ap.2.f. 21. * // Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & 23
ille abutitur eo in superbiam: oculi autem
eius sunt in vijs illius.
* Eleuati sunt ad modicum, & non subsi- 24
stent, & humiliabuntur sicut omnia, & au-
ferentur, & sicut summitates spicarum con-
terentur.
* Quod si non est ita, quis me potest ar- 25
guere esse mentitum, & ponere ante Deum
verba mea?

CAP. XXV.

REspondens autẽ Baldad Suhites, dixit: 1
* Potestas, & terror apud eum est, qui 2
facit concordiam in sublimibus suis. A
* Numquid est numerus militum eius? & 3
super quem non surget lumen illius.
* Numquid iustificari potest homo com- 4
paratus Deo, aut apparere mundus natus de
muliere?
* Ecce luna etiam non splendet, & stellæ 5
non sunt mundæ in conspectu eius.
* Quanto magis homo putredo, & filius 6
hominis vermis.

CAP. XXVI.

REspondens autem Iob, dixit: 1
* Cuius adiutor es? numquid imbecil- 2
lis? & sustentas brachium eius, qui non est A
fortis?
* Cui dedisti consilium? for sitan illi, qui 3
non habet sapientiam, & prudentiam tuam B
ostendisti plurimam.
* Quem docere voluisti? nonne eum, qui 4
fecit spiramentum.
* Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui 5
habitant cum eis.
* Nudus est infernus coram illo, & nullũ 6
est operimentum perditioni.
* Qui extendit Aquilonem super vacuũ. 7
& appendit terram super nihilum. C
* Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non 8
erumpant pariter deorsum.
* Qui tenet vultum solij sui, & expandit 9
super illud nebulam suam.
10 * Terminum circumdedit aquis, vsq. dũ
finiamur lux, & tenebræ.
11 * Columnæ cæli contremiscunt, & pauent
D ad nutum eius.
12 * In fortitudine illius repente maria con-
gregata sunt, & prudentia eius percussit su-
perbum.
13 * Spiritus eius ornauit cælos, & obstetri-
cante manu eius, eductus est coluber tor-
tuosus.
14 * Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum e-
ius: & cum vix paruam stillam sermonis e-
ius audierimus, quis poterit tonitruum ma-
gnitudinis illius intueri?

CAP. XXVII.

1 ADdidit quoque Iob, assumens parabolã
A suam, & dixit:
2 * Viuit Deus, qui abstulit iudicium meũ,
& Omnipotens, qui ad amaritudinem addu
xit animam meam.
3 * Quia donec superest halitus in me, &
spiritus Dei in naribus meis.
4 * Non loquentur labia mea iniquitatẽ, nec
lingua mea meditabitur mendacium.
5 * Absit a me vt iustos vos esse iudicem:
donec deficiam, non recedam ab innocen-
tia mea.
6 * Iustificationem meam, quam cœpit tene
re, non deseram: neque enim reprehẽdit me
B cor meum in omni vita mea.
7 * Sit vt impius, inimicus meus: & aduer-
sarius meus quasi iniquus.
8 * Quæ est enim spes hypocritæ si auarè ra
piat, & non liberet Deus animam eius?
9 * Numquid Deus audiet clamorem eius
cum venerit super eum angustia?
10 * Aut poterit in Omnipotente delectari,
& inuocare Deum omni tempore?
11 * Docebo vos per manum Dei, quæ Om-
nipotens habeat, nec abscondam.
12 * Ecce, vos omnes nostis, & quid sine cau-
C sa vana loquimini?
13 * Hæc est pars hominis impij apud Deũ,
& hereditas violentorum, quam ab omni-
potente suscipient.
14 * Si multiplicati fuerint filij eius, in gla-
dio erunt, & nepotes eius non saturabuntur
pane.
15 * Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in
interitũ, & viduæ illius non plorabunt.
16 * Si comportauerit quasi terram argentũ,
& sicut lutum præparauerit vestimenta.
17 * Præparabit quidem, sed iustus vestietur
illis: & argentum innocens diuidet.
18 * Aedificauit sicut tinea domum suam,
& sicut custos fecit vmbraculum. // Pl. dib.
19 * // Diues cum dormierit, nihil secum au-
D feret: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.
20 * Apprehendet eum quasi aqua inopia, no
cte opprimet eum tempestas.
21 * Tollet eum ventus vrens, & auferet, &
velut turbo rapiet eum de loco suo.

* Et

* Et mittet super eum, & non parcet: de 22
manu eius fugiens fugiet.
* Stringet super eum manus suas, & sibi- 23
labit super illum, intuens locum eius.

CAP. XXVIII.

HAbet argẽtum, venarum suarum prin- 1
cipia: & auro locus est, in quo confla-
A tur.
* Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus 2
calore, in æs vertitur.
* Tempus posuit tenebris, & vniuersorũ 3
finem ipse considerat, lapidem quoque cali-
ginis, & vmbram mortis.
* Diuidit torrens à populo peregrinante, 4
eos, quos oblitus est pes egentis hominis, &
inuios.
* Terra, de qua oriebatur panis in loco 5
suo igni subuersa est.
* Locus sapphirilapides eius, & glebæ il- 6
lius aurum.
* Semitam ignorauit auis, nec intuitus est 7
eam oculus vulturis.
* Non calcauerunt eam filij institorum, 8
nec pertransiuit per eam leæna.
* Ad silicem extendit manum suam, sub- 9
uertit à radicibus montes. B
* In petris riuos excidit, & omne pretio- 10
sum vidit oculus eius.
* Profunda quoque fluuiorum scrutatus 11
est, & abscondita in lucem produxit.
* Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est 12
locus intelligentiæ?
* Nescit homo pretium eius, nec inueni- 13
tur in terra suauiter viuentium.
* Abyssus dicit: Non est in me, & mare lo 14
quitur: Non est mecum.
* // Non dabitur aurum obrizum pro ea, 15
// sup. 7. 29. nec appendetur argentum in commutatio- C
ne eius.
* Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, 16
nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sa-
phiro.
* Non adæquabitur ei aurum vel vitrũ, 17
nec commutabuntur pro ea vasa auri:
* Excelsa, & eminentia non memorabun- 18
tur comparatione eius. trahitur autẽ sapien-
tia de occultis.
* Non adæquabitur ei topazius de Ae- 19
thiopia, nec tincturæ mundissimæ compo-
netur.
* Vnde ergo sapientia venit? & quis est Io- 20
cus intelligentiæ?
* Abscondita est ab oculis omnium vi- 21
uentium, volucres quoque cæli latet. D
* Perditio, & mors dixerunt: Auribus no- 22
stris audiuimus famam eius.
* Deus intelligit viam eius, & ipse nouit 23
locum illius.
* Ipse enim fines mundi intuetur: & om- 24
nia, quæ sub cælo sunt, respicit.
* Qui fecit ventis pondus, & aquas appen- 25
dit in mensura.
* Quando ponebat pluuijs legem, & viam 26
procellis sonantibus.
27 * Tunc vidit illam, & enarrauit, & præ-
parauit, & inuestigauit.
28 * Et dixit homini: Ecce timor Domini, ip-
sa est sapientia: & recedere à malo, intelligẽ-
tia.

CAP. XXIX.

1 ADdidit quoque Iob, assumens parabo-
A lam suam, & dixit.
2 * Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses
pristinos secundum dies, quibus Deus custo-
diebat me?
3 * Quando splendebat lucerna eius super
caput meum, & ad lumen eius ambulabam
in tenebris?
4 * Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ,
quando secreto Deus erat in tabernaculo
meo?
5 * Quando erat Omnipotens mecum: & in
circuitu meo pueri mei?
6 * Quando lauabam pedes meos butyro, &
petra fundebat mihi riuos olei?
7 * Quando procedebam ad portam ciuita-
B tis, & in platea parabam cathedram mihi?
8 * Videbant me iuuenes, & abscondeban-
tur: & senes assurgentes stabant.
9 * Principes cessabant loqui, & digitum sup-
perponebant ori suo.
10 * Vocem suam cohibebant duces, & lin-
gua eorum gutturi suo adhærebat.
11 * Auris audiens beatificabat me, & oculus
videns testimonium reddebat mihi.
12 * Eo quod liberassem pauperem vocife-
rantem, & pupillum, cui non esset adiutor.
13 * Benedictio periturj super me veniebat,
C & cor viduæ consolatus sum.
14 * Iustitia indutus sum: & vestiui me, sicut
vestimento, & diademate iudicio meo.
15 * Oculus fui cæco, & pes claudo.
16 * Pater eram pauperum: & causam, quam
nesciebam, diligentissimè inuestigabam.
17 * Conterebam molas iniqui, & de denti-
bus illius auferebam prædam.
18 * Dicebamque: In nidulo meo moriar, &
sicut palma multiplicabo dies.
19 * Radix mea aperta est secus aquas, & ros
morabitur in messione mea.
20 * Gloria mea semper innouabitur, & ar-
D cus meus in manu mea instaurabitur.
21 * Qui me audiebant, expectabant senten-
tiam, & intenti tacebant ad consiliũ meum.
22 * Verbis meis addere nihil audebant, & su-
per illos stillabat eloquium meum.
23 * Expectabant me sicut pluuiam, & os suũ
aperiebant quasi ad imbrem serotinum.
24 * // Si quando ridebam ad eos non crede-
bant, & lux vultus mei non cadebat in ter-
ram.
25 * Si voluissem ire ad eos, sedebam pri-
mus: cumque sederem quasi rex, circum-
stante exercitu, eram tamen mœrentium
consolator.

CAP.

CAP. XXX.

NVnc autem derident me iuniores tem- 1
pore, quorum nõ dignabar patres po- A
nere cum canibus gregis mei.
* Quorum virtus manuum mihi erat pro 2
nihilo,& vita ipsa putabantur indigni
* Egestate, & fame steriles, qui rodebant 3
in solitudine, squallentes calamitate, & mi-
seria.
* Et mandebant herbas,& arborum corti- 4
ces, & radix iuniperorum erat cibus eorum.
* Qui de conuallibus ista rapientes, cum 5
singula repperissent, ad ea cum clamore cur-
rebant.
* In desertis habitabant torrentium, & in 6
cauernis terræ, vel super glaream.
* Qui inter huiuscemodi lætabantur, & 7
esse sub sentibus delicias computabant. B
* Filij stultorum, & ignobilium, & in ter- 8
ra penitus non parentes.
* Nunc in eorum canticum versus sum, 9
& factus sum eis in prouerbium.
* Abominantur me, & longe fugiunt à 10
me, & faciem meam conspuere non veren-
tur.
* Pharetram enim suam aperuit, & affli- 11
xit me, & frenum posuit in os meum.
* Ad dexteram orientis calamitates meæ 12
illico surrexerunt: pedes meos subuerterũt,
& oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.
* Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt 13
mihi,& præualuerunt, & non fuit, qui ferret
auxilium.
* Quasi rupto muro, & aperta ianua ir- 14
ruerunt super me; & ad meas miserias de- C
uoluti sunt,
* Redactus sum in nihilum abstulisti qua- 15
si ventus desiderium meum: & velut nubes
pertransijt salus mea.
* Nunc autem in memetipso marcescit 16
anima mea, & possident me dies afflictio-
nis.
* Nocte os meum perforatur doloribus: 17
& qui me comedunt, non dormiunt.
* In multitudine eorum consumitur ve- 18
stimentum meum, & quasi capitio tunicæ
succinxerunt me.
* Comparatus sum luto, & assimilatus 19
sum fauillæ, & cineri.
* Clamo ad te, & non exaudis me, sto,& 20
non respicis me.
* Mutatus es mihi in crudelem,& in du- 21
ritia manus tuę aduersaris mihi.
* Eleuasti me, & quasi super ventum po- 22
nens elisisti me validè.
* Scio quia morti trades me, vbi constituta 23
est domus omni viuenti. D
* Verumtamen non ad consumptionem 24
eorum emittis manum tuam, & si corrue-
rint, ipse saluabis.
* Flebam quondam super eo, qui afflictus 25
erat, & compatiebatur anima mea pauperi.
* Expectabam bona,& venerũt mihi ma- 26
la: præstolabar lucem, & eruperũt tenebræ.
27 * Interiora mea efferbuerunt absq. vlla re-
quie, præuenerunt me dies afflictionis.
28 * Mærens incedebam, sine furore, consur-
gens, in turba clamabam.
29 * Frater fui draconum, & socius struthio-
num.
30 * Cutis mea denigrata est super me,& ossa
mea aruerunt præ caumate.
31 * Versa est in luctum cithara mea,& orga-
num meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogi-
A tarem quidem de virgine.
2 * Quam enim partem haberet in me Deus
desuper, & hæreditatem Omnipotẽs de ex-
celsis?
3 * Numquid non perditio est iniquo,&c
alienatio operantibus iniustitiam?
4 * Nonne ipse considerat vias meas, & cun-
ctos gressus meos dinumerat?
5 * Si ambulaui in vanitate,&c festinauit in
dolo pes meus.
6 * Appendat me in statera iusta,& sciat Deus
simplicitatem meam.
7 * Si declinauit gressus meus de via, & si se-
cutum est oculos meos cor meum, & si ma-
nibus meis adhæsit macula:
8 * Seram,& alius comedat,& progenies mea
eradicetur.
9 * Si deceptum est cor meum super mu-
liere, & si ad ostium amici mei iustificatus
sum.
10 * Scortum alterius sit vxor mea, & super
B illam incuruentur alij.
11 * Hoc enim nefas est,&c iniquitas maxi-
ma.
12 * Ignis est vsque ab perditionem deuorãs,
& omnia eradicans genimina.
13 * Si contempsi subire iudicium cum seruo
meo, & ancilla mea, cum disceptarẽt aduer-
sum me.
14 * Quid enim faciam cum surrexerit ad iu-
dicandum Deus? & cum quæsierit, quid re-
spondebo illi?
15 * Numquid non in vtero fecit me qui, &
illum operatus est: & formauit me in vulua
vnus?
16 * Si negaui, quod volebant, pauperibus, &
oculos viduæ expectare feci:
17 * Si comedi buccellam meam solus,& non
comedit pupillus ex ea:
18 * (Quia ab infantia mea creuit mecum
miseratio,& de vtero matris meę, egressa est
mecum.)
19 * Si despexi pereuntem, eo quòd non ha-
buerit indumentum, & absque operimento
pauperem.
20 * Si non benedixerunt mihi latera eius, &
C de velleribus ouium mearum calefactus est:
21 * Si leuaui super pupillum manum meã,
etiam cum viderem me in porta superio-
rem:
22 * Humerus meus à iunctura sua cadat,&
bra-

brachium meum cum suis ossibus confrin-
gatur.
* Semper enim quasi tumentes super me 23
fluctus timui Deum, & pondus eius ferre
non potui.
* Si putaui aurum robur meũ, & obrizo 24
dixi; Fiducia mea.
* Si lætatus sum super multis diuitijs 25
meis,& quia plurima reperit manus mea.
* Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam 26
incedentem clarè.
* Et lætatum est in abscondito cor meũ, 27
& osculatus sum manum meam ore meo.
* Quæ est iniquitas maxima, & negatio 28
contra Deum altissimum.
* Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me 29
oderat,& exultaui quod inuenisset eum ma-
lum.
* Non enim dedi ad peccandum guttur 30
meum, vt expeterem maledicens aĩam eius. D
* Si non dixerunt viri tabernaculi mei? 31
Quis de carnibus eius vt saturemur?
* Foris non mansit peregrinus, ostium 32
meum viatori patuit.
* Si abscondi quasi homo peccatũ meum, 33
& celaui in sinu meo iniquitatem meam.
* Si expaui ad multitudinem nimiam, & 34
despectio propinquorum terruit me: & non
magis tacui, nec egressus sum ostium.
* Quis mihi tribuat auditorem, vt deside 35
rium meum audiat Omnipotens: & librum
scribat ipse, qui iudicat,
* Vt in humero meo portem illum,& cir- 36
cumdem illum quasi coronam mihi?
* Per singulos gradus meos pronunciabo 37
illum,& quasi principi offeram eum.
* Si aduersum me terra mea clamat, & 38
cum ipsa sulci eius deflent.
* Si fructus eius comedi absque pecunia, 39
& animam agricolarum eius afflixi.
* Pro frumento oriatur mihi tribulus, & 40
pro hordeo spina.
Finita sunt verba Iob.

CAP. XXXII.

OMiserunt autem tres viri isti responde- 1
re Iob, eo quòd iustus sibi videretur. A
* Et iratus, indignatusq est Eliu filius Ba 2
rachel Buzites, de cognatione Rã: iratus est
autem aduersum Iob, eo quòd iustũ se esse
diceret coram Deo.
* Porrò aduersũ amicos eius indignatus 3
est, eo quòd non inuenissent responsionem
rationabilem, sed tantummodo condem-
nassent Iob.
* Igitur Eliu expectauit Iob loquentem: 4
eo quòd seniores essent, qui loquebantur.
* Cum autem vidisset quod tres responde 5
re non potuissent, iratus est vehementer. B
* Respondensque Eliu filius Barachel Bu 6
zites, dixit.
Iunior sum tempore, vos autem antiquio-
res, idcircò demisso capite, veritus sum vo-
bis indicare meam sententiam.
7 * Sperabam enim quòd ætas prolixior lo-
queretur: & annorum multitudo doceret sa
pientiam.
8 * Sed, vt video, Spiritus est in hominibus,
& inspiratio Omnipotentis dat intelligen-
tiam.
9 * Non sunt longæui sapientes, nec senes
intelligunt iudicium.
10 * Ideo dicam: Audite me, ostendam vo-
C bis etiam ego meam sapientiam.
11 * Expectaui enim sermones vestros, audi-
ui prudentiam vestram, donec disceptare-
mini sermonibus.
12 * Et donec putabam vos aliquid dicere,
considerabam: sed, vt video, non est qui pos-
sit arguere Iob, & respondere ex vobis ser-
monibus eius.
13 * Ne forte dicatis: Inuenimus sapientiam,
Deus proiecit eum, non homo.
14 * Nihil locutus est mihi,& ego non secun-
dum sermones vestros respondebo illi.
15 * Extimuerunt, nec responderunt vltra,
abstuleruntque à se eloquia.
16 * Quoniam igitur expectaui, & non sunt
D locuti, steterunt, nec vltra responderunt:
17 * Respondebo, & ego partem meam, &
ostendam scientiam meam.
18 * Plenus sum enim sermonibus, & coar-
ctat me spiritus vteri mei.
19 * En venter meus quasi mustum absq. spi
raculo, quod lagunculas nouas disrumpit.
20 * Loquar, & respirabo paululum: aperiã
labia mea,& respondebo.
21 * Non accipiam personam viri, & Deum
homini non æquabo.
22 * Nescio enim quamdiu subsistã, etsi post
modicum tollat me Factor meus.

CAP. XXXIII.

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes
A sermones meos ausculta.
2 * Ecce aperui os meum, loquatur lingua
mea in faucibus meis.
3 * Simplici corde meo sermones mei, &
sententiam puram labia mea loquentur.
4 * Spiritus Dei fecit me,& spiraculum Om
nipotentis viuificauit me.
5 * Si potes, responde mihi, & aduersus fa-
ciem meam consiste.
6 * Ecce,& me sicut, & te fecit Deus, & de
eodem luto ego quoque formatus sum.
7 * Verumtamen miraculum meum nõ te
terreat,& eloquentia mea non sit tibi grauis.
8 * Dixisti ergo in auribus meis, & vocem
verborum tuorum audiui.
9 * Mundus sum ego:& absque delicto: im-
B maculatus,& non est iniquitas in me.
10 * Quia querelas in me reperit, ideo arbi-
tratus est me inimicum sibi.
11 * Posuit in neruo pedes meos, custodiuit
omnes semitas meas.
12 * Hoc est ergo, in quo nõ es iustificatus: re
spondebo tibi, quia maior sit Deus homine.
13 * Aduersus eum contendis, quod non ad
 om-

omnia verba responderit tibi?
* Semel loquitur Deus, & secundo id ip- 14
sum non repetit.
* Per somnium in visione nocturna, quã 15
do irruit sopor super homines, & dormiunt
in lectulo.
* Tunc aperit aures virorum, & erudiens 16
eos instituit disciplina. C
* Vt auertat hominem ab his, quæ facit, 17
& liberet eum de superbia.
* Eruens animam eius à corruptione: & 18
vitam illius, vt transeat in gladium.
* Increpat quoq. per dolorem in lectulo, 19
& omnia ossa eius marcescere facit.
* Abominabilis ei fit in vita sua panis, & 20
animæ illius cibus ante desiderabilis.
* Tabescet caro eius, & ossa, quę tecta fue- 21
rant, nudabuntur.
* Appropinquauit corruptioni anima e- 22
ius, & vita illius mortiferis.
* Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus 23
de millibus, vt annunciet hominis æquitatẽ.
* Miserebitur eius, & dicet: Libera eum, 24
vt non descendat in corruptionem: inueni
in quo ei propitier.
* Consumpta est caro eius à supplicijs, re- 25
uertatur ad dies adolescentiæ suæ.
* Deprecabitur Deum, & placabilis ei e- 26
rit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet D
homini iustitiam suam.
* Respiciet homines, & dicet: Peccaui, & 27
verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi.
* Liberauit animam suam ne pergeret in 28
interitum, seu viuens lucem videret.
* Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus 29
vicibus per singulos.
* Vt reuocet animas eorum è corruptio- 30
ne, & illuminet luce viuentium.
* Attende Iob: & audi me, & tace, dum e- 31
go loquor.
* Si autem habes quod loquaris, responde 32
mihi, loquere: volo enim, te apparere iustũ.
* Quòd si non habes, audi me: tace, & ido- 33
cebo te sapientiam.

CAP. XXXIV.

PRonuncians itaque Eliu, etiam hæc locu- 1
tus est. A
* Audite sapientes verba mea, & eruditi 2
auscultate me.
[a] * " Auris enim verba probat, & guttur e- 3
sca gustu dijudicat.
* Iudicium eligamus nobis, & inter nos vi 4
deamus quid sit melius.
* Quia dixit Iob Iustus sum, & Deus sub- 5
uertit iudicium meum.
* In iudicando enim me, mendacium est: 6
violenta sagitta mea absque vllo peccato.
* Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsanna 7
tionem quasi aquam.
* Qui graditur cum operantibus iniquita- 8
tem, & ambulat cum viris impijs?
* Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiam 9
si cucurrerit cum eo.
10 * Ideò viri cordati audite me, absit à Deo
impietas, & ab Omnipotente iniquitas,
11 * Opus enim hominis reddet ei, & iuxta
B vias singulorum restituet eis.
12 * Verè enim Deus non condemnabit fru-
stra nec Omnipotens subuertet iudicium.
13 * Quem constituit alium super terram?
aut quem posuit super orbem, quem fabrica-
tus est.
14 * Si direxerit ad eum cor suum, spiritum il
lius, & flatum ad se trahet.
15 * Deficiet omnis caro simul, & homo in
cinerem reuertetur.
16 * Si habes ergo intellectum, audi quod di-
citur, & auscultа vocem eloquij mei.
17 * Numquid qui non amat iudiciũ, sanari
potest, & quomodo tu eum, qui iustus est,
in tantum condemnas?
18 * Qui dicit regi, apostata, qui vocat duces
impios:
19 * [b] Qui non accipit personas principum:
nec cognouit tyrannum, cum disceptaret cõ-
tra pauperem: opus enim manuum eius sũ
vniuersi.
20 * Subitò morietur, & in media nocte tur-
babuntur populi, & pertransibunt, & auferẽt
violentum absque manu.
21 * Oculi enim eius super vias hominum, &
C omnes gressus eorum considerat.
22 * Nõ sunt tenebræ, & non est vmbra mor
tis, vt abscondantur ibi, qui operantur iniqui
tatem.
23 * Neque enim vltra in hominis potestate
est, vt veniat ad Deum in iudicium.
24 * Conteret multos, & innumerabiles, &
stare faciet alios pro eis.
25 * Nouit enim opera eorum: & idcircò in
ducet noctem, & conterentur.
26 * Quasi impios percussit eos in loco viden
tium.
27 * Qui quasi de industria recesserunt ab eo
& omnes vias eius intelligere noluerunt.
28 * Vt peruenire facerent ad eum clamorem
egeni, & audiret vocem pauperum.
29 * Ipso enim concedente pacem, quis est qui
condemnet? ex quo absconderit vultum.
D qui est qui contempletur eum, & super gen-
tes, & super omnes homines?
30 * Qui regnare facit hominem hypocritam
propter peccata populi.
31 * Quia ergo ego locutus sum ad Deum,
te quoque non prohibebo.
32 * Si erraui, tu doce me: si iniquitatem lo-
cutus sum, vltra non addam.
33 * Numquid à te Deus expetit eam, quia di
spliciuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non
ego: quòd si quid nosti melius, loquere.
34 * Viri intelligentes loquantur mihi, & vir
sapiens audiat me.
35 * Iob autem stultè locutus est, & verba il-
lius non sonant disciplinam.
36 * Pater mi, probetur Iob vsque ad finem:
ne desinas ab homine iniquitatis.
37 * Quia addit super peccata sua blasphe-
miam, inter nos interim constringatur: & tunc

[a] Sup. 11. b. 11.

[b] Deut. 10. d. 17. 2. Paral. 19. d. 7. Sap. 6. b. 8. Eccl. 35. b. 16. Rom. 2. b. 11. Gal. 6. b. 6. Eph. 6. b. 9. Col. 3. d. 26. Act. 15. e. 34. 1. Pet. 1. e. 17.

tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis
Deum.

CAP. XXXV.

IGitur Eliu hæc rursum locutus est: 1
* Numquid æqua tibi videtur cogitatio 2
vt diceres: iustior sum Deo?
* Dixisti enim: Non tibi placet quod rectũ 3
est, vel quid tibi proderit si ego peccauero?
* Itaque ego respondebo sermonibus tuis, 4
& amicis tuis tecum.
* Suspice cælum, & intuere, & contempla- 5
re æthera, quod altior te sit.
* Si peccaueris, quid ei nocebis? & si mul- 6
tiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies
contra eum?
* Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, 7
aut quid de manu tua accipiet?
* Homini, qui similis tui est, nocebit im- 8
pietas tua: & filium hominis adiuuabit iusti
tia tua.
* Propter multitudinem calumniatorum 9
clamabunt: & eiulabunt propter vim bra- C
chij tyrannorum.
* Et non dixit. Vbi est Deus, qui fecit me, 10
qui dedit carmina in nocte?
* Qui docet nos super iumenta terræ, & 11
super volucres esse erudit nos.
* Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter 12
superbiam malorum.
* Nõ ergo frustra audiet Deus, & omni- 13
potens causas singulorum intuebitur.
* Etiam cum dixeris: Non considerat: iu- 14
dicare coram illo, & expecta eum.
* Nunc enim non infert furorem suum, 15
nec vlciscitur scelus valdè.
* Ergo Iob frustra aperit os suum, & abs- 16
que scientia verba multiplicat.

CAP. XXXVI.

ADdens quoque Eliu, hæc locutus est: 1
* Sustine me paululũ, & indicabo tibi ad 2
huc enim habeo quod pro Deo loquar. A
* Repetam scientiam meam à principio, 3
& operatorem meum probabo iustum.
* Vere enim absque mendacio sermones 4
mei, & perfecta scientia probabitur tibi.
* Deus potentes non abijcit: cum & ipse sit 5
potens.
* Sed non saluat impios, & iudicium pau 6
peribus tribuit.
* Non auferet à iusto oculos suos, & reges 7
in solio collocat in perpetuum, & illi erigun-
tur.
* Et si fuerunt in catenis, & vinciantur fu 8
nibus paupertatis. B
* Indicabit eis opera eorum, & scelera eo- 9
rum, quia violenti fuerunt.
* Reuelabit quoque aurẽ eorum, vt corri- 10
piat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.
* Si audierint, & obseruauerint, cõplebũt 11
dies suos in bono, & annos suos in gloria.
* Si autem non audierunt, transibunt per 12
gladium, & consumẽtur in stultitia.
13 * Simulatores, & callidi prouocant iram
Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.
14 * Morietur in tempestate anima eorũ, &
vita eorum inter effeminatos.
15 * Eripiet de angustia sua pauperem, & re
uelabit in tribulatione aurem eius.
16 * Igitur saluabit te de ore angusto latissi-
C me, & non habẽte fundamentum subter se:
requies autem mensæ tuæ erit plena pingue-
dine.
17 * Causa tua quasi impij iudicata est, cau-
sam, iudiciumque recipies.
18 * Non te ergo superet ira, vt aliquem op-
primas: nec multitudo donorũ inclinet te.
19 * Depone magnitudinem tuam absque tri
bulatione, & oẽs robustos fortitudinis.
20 * Ne protrahas noctem, vt ascendant po-
puli pro eis.
21 * Caue ne declines ad iniquitatem: hanc
enim cœpisti sequi post miseriam.
22 * Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, &
nullus ei similis in legislatoribus.
23 * Quis poterit scrutari vias eius? aut quis
potest ei dicere: Operatus es iniquitatem?
24 * Memento quod ignores opus eius, de
D quo cecinerunt viri.
25 * Omnes homine vident eum, vnusquisq-
que intuetur procul.
26 * Ecce, Deus magnus vincens scientiã no-
strã: numerus annorum eius inæstimabilis.
27 * Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit im-
bres ad instar gurgitum.
28 * Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt
cuncta desuper.
29 * Si voluerit extendere nubes quasi tento-
rium suum.
30 * Et fulgurare lumine suo desuper, cardi-
nes quoque maris operiet.
31 * Per hæc enim iudicat populos, & dat e-
scas multis mortalibus.
32 * In manibus abscondit lucem, & præcipit
ei vt rursus adueniat.
33 * Annunciat de ea amico, suo, quod posses-
sio eius sit, & ad eam possit ascendere.

CAP. XXXVII.

1 A SVper hoc expauit cor meum, & emotum
est de loco suo.
2 * Audite auditionem in terrore vocis e-
ius: & sonum de ore illius procedentem.
3 * Subter omnes cælos ipse cõsiderat, & lu-
men illius super terminos terræ:
4 * Post eũ rugiet sonitus, tonabit voce ma-
gnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cum
audita fuerit vox eius.
5 * Tonabit Deus in voce sua mirabiliter,
qui facit magna, & inscrutabilia.
6 * Qui præcipit niui, vt descendat in terram
B & hiemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.
7 * Qui in manu omnium hominũ signat,
vt nouerint singuli opera sua.
8 * Ingredietur bestia latibulum, & in ant-
ro suo morabitur.
9 * Ab interioribus egredietur tempestas,
& ab Arcturo frigus.

* Flante Deo cõcrescit gelu, & rursum la- 10
tissimæ funduntur aquæ.
* Frumentum desiderat nubes, & nubes 11
spargunt lumen suum.
* Quæ lustrant per circuitum, quocumque 12
eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne
quod præceperit illis super faciem orbis ter-
rarum.
* Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue 13
in quocumque loco misericordiæ suæ eas iuſ C
serit inueniri.
* Auscultа hæc Iob: sta, & considera mira- 14
bilia Dei.
* Numquid scis, quando præceperit Deus 15
pluuijs, vt ostenderent lucem nubium eius?
* Numquid nosti semitas nubium ma- 16
gnas, & perfectas scientias?
* Nonne vestimẽta tua calida sunt, cum 17
perflata fuerit terra Austro?
* Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, 18
qui solidissimi quasi ære fusi sunt.
* Ostende nobis, quid dicamus illi: nos 19
quidpe inuoluimur tenebris. D
* Quis narrabit ei, quæ loquor etiam si lo- 20
cutus fuerit homo, deuorabitur.
* At nunc non vident lucem: subito aer co- 21
getur in nubes, & ventus trãsiens fugabit eas.
* Ab Aquilone autem venit, & ad Deum 22
formidolosa laudatio.
* Dignè eum inuenire non possumus: ma- 23
gnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & e-
narrari non potest.
* Ideo timebunt eum viri, & non aude- 24
bunt contemplari omnes, qui sibi videntur
esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

REspondens autem Dominus Iob de tur- 1
bine dixit. A
* Quis est iste inuoluens sententias sermo- 2
nibus imperitis?
* Accinge sicut vir lũbos tuos: interrogabo 3
te, & responde mihi.
* Vbi eras, quando ponebam fundamenta 4
terræ? Indica mihi si habes intelligentiam.
* Quis posuit mensuras eius, si nosti? vel 5
quis tetendit super eam lineam?
* Super quo bases illius solidatæ sunt? aut 6
quis dimisit lapidem angularem eius.
* Cum me laudarent simul astra matuti- 7
na, & iubilarent omnes filij Dei?
* Quis conclusit ostijs mare, quando erum- 8
pebat, quasi de vulua procedens:
* Cum ponerem nubem vestimentum e- 9
ius, & caligine illud quasi pannis infantiæ ob-
uoluerem?
* Circumdedi illud terminis meis, & po- 10
sui vectem, & ostia:
* Et dixi: Vsque hoc venies, & non proce- 11
des amplius, & hic confringes tumentes flu- B
ctus tuos.
* Numquid post ortum tuum præcepisti 12
diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?
* Et tenuisti concutiens extrema terræ, & 13
excussisti impios ex ea?
14 * Restituetur vt lutum signaculum, & sta-
bit sicut vestimentum:
15 * Auferetur ab impijs lux sua, & brachium
excelsum confringetur.
16 * Numquid ingressus es profunda maris,
& in nouissimis abyssi deambulasti?
17 * Numquid apertæ sunt tibi portæ mortis,
& ostia tenebrosa vidisti?
18 * Numquid considerasti latitudinem ter-
ræ? Indica mihi, si nosti, omnia.
19 * In quã via lux habitet, & tenebrarum, quis
locus sit:
20 * Vt ducas vnũquodq. ad terminos suos,
& intelligas semitas domus eius.
21 * Sciebas tunc, quod nasciturus esses? & nu-
C merum dierum tuorum noueras?
22 * Numquid ingressus es thesauros niuis,
aut thesauros grandinis aspexisti?
23 * Quæ præparaui in tempus hostis, in diẽ
pugnæ, & belli?
24 * Per quam viam spargitur lux, diuiditur
æstus super terram?
25 * Quis dedit vehementissimo imbri cur-
sum, & viam sonantis tonitrui?
26 * Vt plueret super terram absque homine
in deserto, vbi nullus moralium cõmoratur.
27 * Vt impleret in viam, & desolatã, & pro-
duceret herba virentes?
28 * Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stil
las roris?
29 * De cuius vtero egressa est glacies? & gelu
de cælo, quis genuit?
30 * In similitudinem lapidis aquæ durantur,
D & superficies abyssi constringitur.
31 * Numquid coniungere valebis micantes
stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris
dissipare?
32 * Numquid producis Luciferum in tem-
pore suo, & vesperum super filios terræ con-
surgere facis?
33 * Numquid nosti ordinem cæli, & pones
rationem eius in terra?
34 * Numquid eleuabis in nebula vocem tuã,
& impetus aquarum operiet te?
35 * Numquid mittes fulgura, & ibunt, & re-
uertentia dicent tibi: Adsumus?
36 * Quis posuit in visceribus hominis sapiẽ-
tiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?
37 * Quis enarrabit cælorum rationem, &
concentum cæli, quis dormire faciet?
38 * Quando fundebatur puluis in terra, &
glebæ compingebantur?
39 * Numquid capies leænæ prædam, & ani-
mam catulorum eius implebis?
40 * Quando cubant in antris, & in specubus
insidiantur.
41 * [a] Quis præparat coruo escam suam, quan- [a] Psal. 146. b. 9.
do pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eò
quod non habeant cibos?

CAP. XXXIX.

1 NVmquid nosti tẽpus partus ibi cũ in pe
A tris, vel parturientes ceruas obseruasti?
* Di-

* Dinumerasti menses conceptus earum, & 2
scisti tempus partus earum?
* Incurbantur ad fœtum, & pariunt, & ru- 3
gitus emittunt.
* Separantur filij earum, & pergunt ad pa- 4
stum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.
* Quis dimisit onagrum liberum, & vincu- 5
la eius, quis soluit?
* Cui dedi in solitudine domum, & taber- 6
nacula eius in terra salsuginis.
* Contemnit multitudinem ciuitatis, cla- 7
morem exactoris non audit. B
* Circumspicit montes pascuæ suæ, & vi- 8
rentia quæque perquirit.
* Numquid volet rhinoceros seruire tibi, 9
aut morabitur ad præsepe tuum?
* Numquid alligabis rhinocerota ad aran- 10
dum loro tuo? aut confringet glebas vallium
pro te?
* Numquid fiduciam habebis in magna 11
fortitudine eius, & derelinques ei labores
tuos?
* Numquid credes illi, quod sementẽ red- 12
dat tibi, & aream tuam congreget?
* Penna struthionis similis est pennis he- 13
rodij, & accipitris.
* Quando derelinquit oua sua in terra, tu 14
forsitan in puluere calefacies ea?
* Obliuiscitur, quod pes conculcet ea, aut 15
bestia agri conterat.
* Duratur ad filios suos, quasi non sint sui, 16
frustra laborauit nullo timore cogente. C
* Priuauit enim eam Deus sapientia, nec 17
dedit illi intelligentiam.
* Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: 18
deridet equum, & ascensorem eius.
* Numquid præbebis equo fortitudinem, 19
aut circumdabis collo eius hinnitum?
* Numquid suscitabis eum, quasi locustas? 20
gloria narium eius terror.
* Terram vngula fodit, exultat audacter: 21
in occursum pergit armatis.
* Contemnit pauorem, nec cedit gladio. 22
* Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit 23
hasta, & clypeus.
* Feruens, & fremens sorbet terram, nec re- 24
putat tubæ sonare clangorem.
* Vbi audierit buccinam, dicit: Vah, pro- 25
tul odoratur bellum, exhortationem ducum,
& vlulatum exercitus.
* Numquid per sapientiam tuam plume- 26
scit accipiter, expãdẽs alas suas ad Austrum? D
* Numquid ad præceptum tuum eleuabi- 27
tur aquila, & in arduis ponet nidum suum?
* In petris manet, & in præruptis silicibus 28
commoratur, atque inaccessis rupibus.
* Inde contemplatur escam, & de longe o- 29
culi eius prospiciunt.
* Pulli eius lambent sanguinem, & vbicũ- 30
que cadauer fuerit, statim adest.
* Et adiecit Dñs, & locutus est ad Iob: 31
* Numquid, qui contendit cum Deo, tam 32
facile conquiescit? vtiq. qui arguit Deum, de-
bet respondere ei.
* Respondens autem Iob Domino, dixit; 33
34 * Qui leuiter locutus sũ, respondere quid
possum? manum meam ponam super os
meum.
35 * Vnum locutus sum, quod vtinam nõ di-
xissem: & alterum, quibus vltra non addam.

CAP. XL.

1 REspondens autem Dominus Iob de tur-
A bine, dixit:
2 * Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo
te, & indica mihi.
3 * Numquid irritum facies iudicium meũ:
& condemnabis me, vt tu iustificeris?
4 * Et si habes brachium sicut Deus, & si vo-
ce simili tonas?
5 * Circumda tibi decorem, & in sublime eri
gere, & esto gloriosus, & speciosis induere
vestibus.
6 * Disperge superbos in furore tuo, & respi-
ciens omnem arrogantem, & humilia
7 * Respice cunctos superbos, & confunde
B eos, & contere impios in loco suo.
8 * Absconde eos in puluere simul, & facies
eorum demerge in foueam.
9 * Et ego confitebor, quod saluare te possit
dextera tua.
10 * Ecce, Behemoth, quem feci tecum, fœnũ
quasi bos comedet:
11 * Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus
illius in vmbilico ventris eius.
12 * Stringit caudam suam quasi cedrum, ner-
ui testiculorum eius perplexi sunt.
13 * Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago il-
lius, quasi laminæ ferreæ.
14 * Ipse est principium viarum Dei, qui fecit
C eum, applicabit gladium eius.
15 * Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ
agri ludent ibi.
16 * Sub vmbra dormit in secreto, calami, &
in locis humentibus.
17 * Protegunt vmbrę vmbram eius, circum-
dabunt eum salices torrentis.
18 * Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabi-
tur: & habet fiduciã, quod influat Iordanis
in os eius.
19 * In oculis eius, quasi hamo capiet eum, &
in sudibus perforabit nares eius.
20 * An extrahere poteris Leuiathan Hamon
& funẽ ligabis linguam eius?
21 * Numquid pones circulum in naribus eius,
aut armilla perforabis maxillam eius?
22 * Numquid multiplicabit ad te preces, aut
loquetur tibi mollia?
23 * Numquid fecit tecum pactum, & acci-
pies eum seruum sempiternum?
24 * Numquid illudes ei, quasi aui, aut ligabis
eum ancillis tuis?
25 * Concident eum amici, diuident illum ne-
gociatores?
26 * Numquid implebis sagenas pelle eius, &
gurgustium piscium capite illius?
27 * Pone super eum manum tuam: memen-
to belli, nec vltra addas loqui.

* Ecce, ſpes eius fruſtrabitur eum,& vidē- 28
tibus cunctis præcipitabitur.

CAP. XLI.

NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis 1
enim reſiſtere poteſt vultui meo? A
*Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? om- 2
nia, quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.
* Non parcam ei, & verbis potentibus, & 3
ad deprecandum compoſitis.
* Quis reuelabit faciem indumenti eius? 4
& in medium oris eius, quis intrabit?
* Portas vultus eius, quis aperiet? per gyrū 5
dentium eius formido.
* Corpus illius, quaſi ſcuta fuſilia, compa- 6
ctum ſquamis ſe prementibus.
* Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum 7
quidem incedit per eas: B
* Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe ne- 8
quaquam ſeparabuntur.
* Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi 9
eius, & palpebræ diluculi.
* De ore eius lampades procedunt, ſicut 10
tedæ ignis accenſæ.
*De naribus eius procedit fumus, ſicut ol- 11
læ ſuccenſæ, atque feruentis.
*Halitus eius prunas ardere facit, & flam- 12
ma de ore eius egreditur.
*In collo eius morabitur fortitudo, & fa- 13
ciem eius præcedit egeſtas.
* Membra carnium eius cohærentia ſibi: 14
mittet contra eum fulmina, & ad locum aliū C
non ferentur.
* Cor eius indurabitur tamquam lapis, & 15
ſtringetur, quaſi malleatoris incus.
*Cum ſublatus fuerit, timebunt angeli, & 16
territi purgabuntur.
*Cum apprehenderit eum gladius, ſubſi- 17
ſtere non poterit neque haſta, neque thorax:
* Reputabit enim, quaſi paleas ferrum, & 18
quaſi lignum putridum, æs.
* Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſti- 19
pulam verſi ſunt ei lapides fundæ.
* Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & 20
deridebit vibrantem haſtam. D
* Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi 21
aurum, quaſi lutum.
* Ferueſcere faciet quaſi ollam profūdum 22
mare, & ponet quaſi cum vnguenta mulliunt.
*Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſ- 23
ſum, quaſi ſeneſcentem.
* Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ com- 24
paretur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret.
*Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper v- 25
niuerſos filios ſuperbiæ.

CAP. XLII.

1 REſpondens autem Iob Domino, dixit:
2 *Scio, quia omnia potes, & nulla te latet
A cogitatio.
3 * Quis eſt iſte, qui celat conſilium abſque
ſcientia? ideò inſipienter locutus ſum, & quæ
vltra modum excederent ſcientiam meam.
4 *Audi, & ego loquar: interrogabo te, & re-
ſponde mihi.
5 * Auditu auris audiui te, nunc autem ocu-
lus meus videt te.
6 * Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœni-
tentiam in fauilla, & cinere.
7 * Poſtquam autem locutus eſt Dominus
B verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Thema-
nitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos
amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram
me rectum, ſicut ſeruus meus Iob,
8 *Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptē
arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offer-
te holocauſtū pro vobis: Iob aūt ſeruus meꝰ,
orabit pro vobis: faciē eius ſuſcipiam, vt non
vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti
eſtis ad me recta, ſicut ſeruus meus Iob.
9 * Abierunt ergo Eliphaz Themanites, &
Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, &
fecerunt ſicut locutus fuerat Dominus ad
eos, & ſuſcepit Dominus faciem Iob.
10 *Dominus quoque conuerſus eſt ad peni-
C tentiam Iob, cum oraret ille pro amicis ſuis.
Et addidit Dominus omnia quæcumq. fue-
rant Iob, duplicia.
11 * Venerunt autem ad eum omnes fratres
ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti, qui no
uerant eum prius, & comederunt cum eo pa
nem in domo eius: & mouerunt ſuper eum
caput, & conſolati ſunt eum ſuper omni ma-
lo, quod intulerat Dominus ſuper eum: Et
dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & in-
aurem auream vnam.
12 *Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob
D magis, quam principio eius. Et facta ſunt ei
quatuordecim millia ouium, & ſex millia
camelorum, & mille iuga boum, & mille a-
ſinæ.
13 * Et fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ.
14 * Et vocauit nomen vnius Diē, & nomē ſe
cūdæ Caſſiam. & nomen tertiæ Cornuſtibij.
15 * Non ſunt aūt inuentæ mulieres ſpecioſæ
ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra: deditque eis
pater ſuus hereditatem inter fratres earum.
16 * Vixit aūt Iob poſt hæc, centum quadra-
ginta annis, & vidit filios ſuos, & filios filio-
rum ſuorum vſque ad quartam generatio-
nem, & mortuus eſt ſenex, & plenus dierū.

LIBER PSALMORVM.

PSAL. I.

BEATVS vir, qui non abijt 1
in conſilio impiorum, & in A
via peccatorum non ſtetit,
& in cathedra peſtilentiæ
non ſedit:
*a Sed in lege Domini vo- 2
luntas eius, & in lege eius
meditabitur die, ac nocte.
*b Et erit tamquam lignum, quod planta- 3
tum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fru
ctum ſuum dabit in tempore ſuo:
Et folium eius nō defluet: & omnia, quæ-
cumque faciet, proſperabuntur.
* Non ſic impij non ſic: ſed tamquam pul- 4
uis: quem proijcit ventus à facie terræ.
* Ideo non reſurgent impij in iudicio: ne- 5
que peccatores in concilio iuſtorum.
* Quoniam nouit Dominus viam iuſto- 6
rum: & iter impiorum peribit.

a Ioſ. 1. b. 8.

b Ier. 17. b. 8.

Pſal. II.

QVare fremuerunt Gentes, & populi 1
meditati ſunt inania? A
* Aſtiterunt reges terræ, & principes con- 2
uenerunt in vnum aduerſus Dominum, &
aduerſus Chriſtum eius.
* Dirumpamus vincula eorum: & proij- 3
ciamus à nobis iugum ipſorum.
4 * Qui habitat in cælis irridebit eos: & Do-
B minus ſubſannabit eos.
5 * Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in fu-
rore ſuo conturbabit eos.
6 * Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo
ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicās
præceptum eius.
7 *c Dominus dixit ad me: Filius meus, es
tu, ego hodie genui te.
8 * Poſtula à me: & dabo tibi Gentes here-
C ditatem tuam, & poſſeſſionem tuam termi-
nos terræ.
9 * Reges eos in virga ferrea, & tamquam
vas figuli confringes eos.
10 *d Et nunc reges intelligite: erudimini
qui iudicatis terram:
11 *Seruite Domino in timore: & exultate ei
cum tremore.
12 * Apprehendite diſciplinam nequādo ira-
ſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.
13 * Cum exarſerit in breui ira eius, beati om
nes, qui confidunt in eo.

a Act. 4. e. 25.

c Act. 13. e. 33. Heb. 1. b. 5. & 5. b. 5.

d Apoc. 2. g. 27. & 29. c. 15.

1 Pſalmus Dauid, cum fugeret à facie Ab-
ſalon filij ſui.
(2. Reg. 15. 14.) III.

2 DOmine quid multiplicati ſunt, qui tribu
A lāt me? multi inſurgunt aduerſum me.

* Multi dicunt animæ meæ: Nõ est salus 3
ipsi in Deo eius.
* Tu autem Domine susceptor meus es, 4
gloria mea, & exaltans caput meum.
* Voce mea ad Dominum clamaui: & 5
exaudiuit me de monte sancto suo.
* Ego dormiui, & soporatus sum: & exur- 6
rexi, quia Dominus suscepit me.
* Non timebo millia populi circumdantis
me: exurge Domine, saluum me fac Deus 7
meus.
* Quoniam tu percussisti omnes aduer- 8
santes mihi sine causa: dentes peccatorum
contriuisti.
* Domini est salus: & super populum 9
tuum benedictio tua.

In finem in carminibus, Psalmus 1
David. IV.

CVm inuocarem exaudit me Deus iusti- 2
tiæ meæ in tribulatione dilatasti mihi. A
Miserere mei, & exaudi orationem meã.
* Filij hominum vsquequo graui corde? 3
vt quid diligitis vanitatem, & quæritis men-
dacium?
* Et scitote quoniam mirificauit Domi- 4
nus sanctum suum: Dominus exaudiet me
cum clamauero ad eum.
[a] Ephe. 4. f.26. * [a] Irascimini, & nolite peccare: quę dicitis 5
in cordibus vestris, in cubilibus vestris com-
pungimini.
* Sacrificate sacrificium iustitiæ, & spera- 6
te in Domino. multi dicunt: Quis ostendit
nobis bona?
* Signatum est super nos lumẽ vultus tui 7
Domine: dedisti lætitiam in corde meo. B
* A fructu frumenti, vini, & olei sui mul- 8
tiplicati sunt.
* In pace in idipsum dormiam, & requie- 9
scam.
* Quoniam tu Domine singulariter in spe 10
constituisti me.

In finem pro ea, quæ hæreditatem conse- 1
quitur, Psalmus David. V.

VErba mea auribus percipe Domine, in- 2
tellige clamorem meum. A
* Intende voci orationis meæ, rex meus, 3
& Deus meus.
* Quoniam ad te orabo: Domine mane 4
exaudies vocem meam.
* Mane astabo tibi, & videbo: quoniam 5
non Deus volens iniquitatem tu es.
* Neque habitauit iuxta te malignus: neq. 6
permanebunt iniusti ante oculos tuos.
* Odisti omnes, qui operantur iniquita- 7
tem: perdes omnes, qui loquuntur menda-
cium.
Virum sanguinum, & dolosum abomina- B
bitur Dominus: * ego autem in multitudi- 8
ne misericordiæ tuæ.
Introibo in domum tuam: adorabo ad
templum sanctum tuum in timore tuo;

9 * Domine deduc me in iustitia tua: pro-
C pter inimicos meos dirige in conspectu tuo
viam meam.
10 * Quoniam non est in ore eorum veritas:
cor eorum vanum est.
11 * [b] Sepulchrum patens est guttur eorum, [b] Inf. 13. a.5.
linguis suis dolosè agebant, iudica illos Rom. 3.
Deus. b.13.c.
Decidant à cogitationibus suis, secundum
multitudinem impietatum eorum expelle
eos, quoniam irritauerunt te Domine.
12 * Et lætentur omnes, qui sperant in te, in
æternum exultabunt: & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui dili-
13 gunt nomen tuum: * quoniam tu benedi-
ces iusto.
Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ
coronasti nos.

1 In finem in carminibus, Psalmus David,
pro octaua. VI.

2 A DOmine, ne in furore tuo arguas me:
neque in ira tua corripias me.
3 * Miserere mei Domine quoniam infir-
mus sum: sana me Domine quoniam con-
turbata sunt ossa mea.
4 * Et anima mea turbata est valde: sed tu
Domine vsquequo?
5 * Conuertere Domine, & eripe animam
B meam: saluum me fac propter misericor-
diam tuam.
6 * Quoniam non est in morte, qui memor
sit tui: in inferno autem quis confitebitur
tibi?
7 * Laboraui in gemitu meo, lauabo per sin-
gulas noctes lectum meum: lachrymis meis
stratum meum rigabo.
8 * Turbatus est a furore oculus meus: inue-
teraui inter omnes inimicos meos.
9 * [b] Discedite à me omnes, qui operamini [b] Matt. 7.
iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus d. 23. &
vocem fletus mei. 25. d.41.
10 * Exaudiuit Dominus deprecationẽ meã: Luc. 13.
Dominus orationem meam suscepit. f.27.
11 * Erubescant, & conturbentur vehemẽter
omnes inimici mei: conuertantur, & erube-
scant valde velociter.

1 Psalmus David, quem cantauit Domi-
no pro verbis Chusi filij Iemini.
(2. Reg. 16.) VII.

2 A DOmine Deus meus in te speraui: sal-
uum me fac ex omnibus persequenti-
bus me, & libera me.
3 * Nequãdo rapiat, vt leo animam meam,
dum non est, qui redimat, neque qui saluum
faciat.
4 * Domine Deus meus si feci istud: si est
iniquitas in manibus meis.
5 * Si reddidi retribuentibus mihi mala: de-
cidam merito ab inimicis meis inanis.
6 * Persequatur inimicus animam meã, &
comprehendat; & conculcet in terram vi-
tam

tam meam, & gloriam meam in puluerem
deducat.
* Exurge Domine in ira tua: & exaltare in 7
finibus inimicorum meorum.
* Et exurge Domine Deus meus in præce- 8
pto quod mandasti: & synagoga populorum
circumdabit te.
Et propter hanc in altum regredere: * Do- 9
minus iudicat populos.
Iudica me Domine secundum iustitiam B
meam: & secundum innocentiam meam
super me.
* Cõsumetur nequitia peccatorum, & di- 10
[b] 1. Par. 28. b.9. Ier. 11. d. 20. & 17. b.10. & 20. c.12. riges iustum, [b] scrutans corda, & reges Deus.
Iustum * adiutorium meum à Domino, 11
qui saluos facit rectos corde.
* Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nũ- 12
quid irascitur per singulos dies?
* Nisi conuersi fueritis, gladiũ suũ vibra- 13
bit: arcum suum tetendit, & parauit illum.
* Et in eo parauit vasa mortis, sagittas 14
suas ardentibus efficit.
[b] Isa. 59. a.4. Iob 15. d.35. * [b] Ecce parturijt iniustitiam: concepit do- 15
lorem, & peperit iniquitatem.
* Lacum aperuit, & effodit eũ: & incidit 16
in foueam, quam fecit.
* Conuertetur dolor eius in caput eius: & 17
in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
* Confitebor Domino secundum iustitiã 18
eius: & psallam nomini Domini altissimi.

In finem pro torcularibus, Psalmus 1
David. VIII.

DOmine Dominus noster, quã admira- 2
bile est nomẽ tuum in vniuersa terra? A
Quoniam eleuata est magnificentia tua,
super cælos.
* Ex ore infantium, & lactentium perfeci- 3
sti laudem propter inimicos tuos: vt de-
struas inimicum, & vltorem.
* Quoniam videbo cælos tuos, opera di- 4
gitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu
fundasti.
* Quid est homo, quod memor es eius: aut 5
filius hominis, quoniam visitas eum?
* [b] Minuisti eum paulo minus ab Angelis, 6
gloria & honore coronasti eum: * & consti- 7
tuisti eum super opera manuum tuarum. B
[b] Heb. 2. a.7. * [b] Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues 8
& boues vniuersas: insuper & pecora campi.
* Volucres cæli, & pisces maris, qui peram- 9
[b] Gen. 1. d.28. 1 Co. 15. d.26. bulant semitas maris.
* Domine Dominus noster, quam admi- 10
rabile est nomen tuum in vniuersa terra?

In finem pro occultis filij, Psalmus 1
David. IX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde 2
meo: narrabo omnia mirabilia tua. A
* Lætabor, & exultabo in te: psallam no- 3
mini tuo Altissime.
* In conuertendo inimicum meũ retror- 4
sum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

5 * Quoniam fecisti iudicium meum, & cau-
sam meam: sedisti super thronum, qui iu-
dicas iustitiam.
6 * Increpasti Gentes, & perijt impius: no-
men eorum delesti in æternum, & in sæcu-
lum sæculi.
7 * Inimici defecerunt frameæ in finem: &
ciuitates eorum destruxisti.
8 Perijt memoria eorum cum sonitu: * &
Dominus in æternum permanet.
9 Parauit in iudicio thronum suum: * & ip-
B se iudicabit orbem terræ in æquitate, iudica-
bit populos in iustitia.
10 * Et factus est Dominus refugium paupe-
ri: adiutor in opportunitatibus, & in tribu-
latione.
11 * Et sperent in te, qui nouerunt nomen
tuum: quoniam non dereliquisti quærentes
te Domine.
12 * Psallite Domino, qui habitat in Sion: an-
nunciate inter gentes studia eius.
13 * Quoniam requirens sanguinem eorum
C recordatus est: non est oblitus clamorem
pauperum.
14 * Miserere mei Domine: vide humilita-
tem meam de inimicis meis.
15 * Qui exaltas me de portis mortis: vt an-
nunciem omnes laudationes tuas in portis
filiæ Sion.
16 * Exultabo salutari tuo: infixæ sunt Gen-
tes in interitu, quem fecerunt.
In laqueo isto, quem absconderunt, compre-
hensus est pes eorum.
17 * Cognoscetur Dominus iudicia faciens:
in operibus manuum suarum comprehen-
sus est peccator.
18 * Conuertantur peccatores in infernum,
omnes Gentes, quæ obliuiscuntur Deum.
19 * Quoniã non in finem obliuio erit pau-
peris: patientia pauperum non peribit in fi-
nem.
20 * Exurge Domine, nõ confortetur homo:
iudicentur Gentes in conspectu tuo:
21 * Constitue Domine legislatorem super
eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt.
Psal. X. secundum Hebr.
1 * Vt quid Domine recessisti longè, despi-
A cis in opportunitatibus, in tribulatione?
2 * Dum superbit impius, incenditur pau-
per: comprehenduntur in consilijs quibus
cogitant.
3 * Quoniam laudatur peccator in deside-
rijs animæ suæ: & iniquus benedicitur.
4 * Exacerbauit Dominum peccator: secun-
dum multitudinem iræ suæ non quæret.
5 * Non est Deus in conspectu eius: inqui-
B natæ sunt viæ illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua à facie eius om-
nium inimicorum suorum dominabitur.
6 * Dixit enim in corde suo: Non moue-
bor à generatione in generationem, sine
malo.
7 * [b] Cuius maledictione os plenum est, & [b] Inf. 13. a.3.
amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor, Rom. 3.
& dolor. b.14.

* Sedet in insidijs cum diuitibus in occul- 8
tis, vt interficiat innocentem.
* Oculi eius in pauperem respiciunt: insi- 9
diatur in abscondito, quasi leo in spelun-
ca sua. C
Insidiatur vt rapiat pauperē: rapere pau-
perem dum attrahit eum.
* In laqueo suo humiliabit eum, inclina- 10
bit se, & cadet cum dominatus fuerit pau-
perum.
* Dixit enim in corde suo: Oblitus est 11
Deus, auertit faciē suam ne videat in finem.
* Exurge Domine Deus, exaltetur manus 12
tua: ne obliuiscaris pauperum.
* Propter quid irritauit impius Deum? 13
Dixit enim in corde suo: Non requiret. D
* Vides quoniam tu laborem, & dolorem 14
consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris
adiutor.
* Contere brachiū peccatoris, & maligni: 15
quæretur peccatum illius, & nō inuenietur.
* Dominus regnabit in æternum, & in se- 16
culū sæculi: peribitis Gentes de terra illius.
* Desiderium pauperū exaudiuit Domi- 17
nus: præparationem cordis eorum audiuit
auris tua.
* Iudicare pupillo, & humili, vt nō appo- 18
nat vltra magnificare se homo super terrā.

In finem, Psalmus Dauid. X. 1

IN Domino confido: quomodo dicitis 2
animæ meæ: Transmigra in montē sicut A
passer?
* Quoniam ecce peccatores intenderunt 3
arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra,
vt sagittent in obscuro rectos corde.
* Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: 4
iustus autem quid fecit?
* [n] Dominus in tēplo sancto suo, Domi- 5
[n] Aba. 2. d. 20. nus in cælo sedes eius: B
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpe-
bræ eius interrogant filios hominum.
* Dominus interrogat iustum, & impiū: 6
qui autem diligit iniquitatem, odit animam
suam.
* Pluet super peccatores laqueos: ignis, 7
& sulphur, & spiritus procellarum pars cali-
cis eorum.
* Quoniam iustus Dominus, & iustitias 8
dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

In finem pro octaua, Psalmus 1
Dauid. XI.

SAluum me fac Domine, quoniam defe- 2
cit sanctus: quoniam diminutæ sunt ve-
ritates à filijs hominum. A
* Vana locuti sunt vnusquisque ad proxi- 3
mum suum: labia dolosa, in corde, & corde
locuti sunt.
* Disperdat Dominus vniuersa labia do- 4
losa, & linguam magniloquam.
* Qui dixerunt: Linguam nostram magni- 5
ficabimus, labia nostra à nobis sunt, quis no-
ster Dominus est?
6 * Propter miseriam inopum, & gemitum
B pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
7 * [n] Eloquia Domini, eloquia casta: argen- [n] Pro. 30.
tum igne examinatum, probatū terræ pur- a. 5.
gatum septuplum.
8 * Tu Domine seruabis nos: & custodies
nos à generatione hac in æternum.
9 * In circuitu impij ambulant: secundum
altitudinem tuam multiplicasti filios ho-
minum.

1 In finem, Psalmus Dauid. XII.

A VSquequo Domine obliuisceris me in
finem? Vsquequo auertis faciem tuam
à me?
2 * Quamdiu ponā consilia in anima mea,
dolorem in corde meo per diem?
3 * Vsquequo exaltabitur inimicus meus
4 super me? * respice, & exaudi me Domine
Deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquam ob-
dormiam in morte: * ne quando dicat ini-
micus meus: Præualui aduersus eum.
Qui tribulāt me, exultabunt si motus fue-
6 ro: * ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meum in salutari tuo: can-
tabo Domino qui bona tribuit mihi: & psal-
lam nomini Domini altissimi.

1 In finem, Psalmus Dauid.
XIII.

A DIxit insipiens in corde suo: Non est
Deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt
in studijs suis: non est qui faciat bonū, non
est vsque ad vnum.
2 * Dominus de cælo prospexit super filios
hominum, vt videat si est intelligens, aut re-
quirens Deum.
3 * Omnes declinauerunt, simul inutiles
facti sunt: non est qui faciat bonum, non est
vsque ad vnum.
Sepulchrum patens est guttur eorum: lin-
guis suis dolosè agebāt, venenum aspidum
sub labijs eorum.
Quorum os maledictione, & amaritudi-
ne plenum est: veloces pedes eorū ad effun-
dendum sanguinem.
Contritio, & infelicitas in vijs eorum, &
viam pacis non cognouerunt: non est timor
Dei ante oculos eorum.
4 * Nonne cognoscent omnes, qui operātur
B iniquitatem, qui deuorant plebem meam
sicut escam panis?
5 * Dominum non inuocauerunt, illic tre-
pidauerunt timore, vbi non erat timor.
6 * Quoniam Dominus in generatione iu-
sta est, consilium inopis confudistis: quoniā
Dominus spes eius est.
7 * Quis dabit ex Sion Salutare Israel? cum
auer-

auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ,
exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Psalmus Dauid. XIV. 1

DOmine quis habitabit in tabernaculo A
tuo? aut quis requiescet in monte san-
cto tuo?
* Qui ingreditur sine macula, & operatur 2
iustitiam:
* Qui loquitur veritatem in corde suo, q 3
non egit dolum in lingua sua:
Non fecit proximo suo malum, & oppro-
brium nō accepit aduersus proximos suos.
* Ad nihilum deductus est in conspectu 4
eius malignus: timentes autem Dominū glo-
rificat. B
Qui iurat proximo suo, & non decipit * q 5
pecuniam suam non dedit ad vsurā, & mu-
nera super innocentem non accepit:
Qui facit hæc, non mouebitur in æternū.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV. 1

CONserua me Domine, quoniam spera- A
ui in te.
* Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniā 2
bonorum meorum non eges.
* Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit 3
omnes voluntates meas in eis.
* Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: 4
postea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de
sanguinibus: nec memor ero nominum eo-
rum per labia mea.
* Dominus pars hæreditatis meæ, & cali- 5
cis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meā
mihi.
* Funes ceciderunt mihi in præclaris: ete- 6
nim hæreditas mea præclara est mihi.
* Benedicam Dominum, qui tribuit mihi 7
intellectum: insuper, & vsque ad noctem in
crepuerunt me renes mei.
[n] Act. 2. d. 25. * [n] Prouidebam Dominum in conspectu 8
meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne
commouear.
* Propter hoc lætatum est cor meum, & 9
exultauit lingua mea: insuper, & caro mea
requiescet in spe.
[n] Act. 2. d. 31. & 13. c. 35. * [n] Quoniam non derelinques animam 10
meam in inferno: nec dabis sanctum tuum
videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis
me lætitia cum vultu tuo: delectationes in
dextera tua vsque in finem.

Oratio Dauid. XVI. 1

EXaudi Domine iustitiam meam: inten- A
de deprecationem meam.
Auribus percipe orationem meam, non
in labijs dolosis.
* De vultu tuo iudicium meum prodeat: 2
oculi tui videant æquitates.
* Probasti cor meum, & visitasti nocte: 3
igne me examinasti, & nō est inuenta in me
iniquitas.
4 * Vt non loquatur os meum opera homi-
num propter verba labiorum tuorum ego
custodiui vias duras.
5 * Perfice gressus meos in semitis tuis, vt
B moueantur vestigia mea.
6 * Ego clamaui, quoniam exaudisti me
Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi
verba mea.
7 * Mirifica misericordias tuas, qui saluos fa-
cis sperantes in te.
8 * A resistentibus dexteræ tuæ custodi me,
vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarum protege me:
9 * à facie impiorum, qui me afflixerunt.
C Inimici mei animam meam circumde-
10 runt, * adipem suum concluserunt: os eo-
rum locutum est superbiam.
11 * Proijcientes me, nunc circumdederunt
me: oculos suos statuerunt declinare in ter-
ram.
12 * Susceperunt me sicut leo paratus ad prę-
dam: & sicut catulus leonis habitans in ab-
ditis.
13 * Exurge Domine, præuenit eum, & sup-
planta eum: eripe animam meam ab im-
14 pio, frāmeam tuā * ab inimicis manus tuæ.
Domine à paucis de terra diuide eos in vi-
ta eorum: de absconditis tuis adimpletus est
venter eorum.
Saturati sunt filijs: & dimiserunt reliquias
suas paruulis suis.
15 * Ego autem in iustitia apparebo conspe-
ctui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.

1 In finem puero Domini Dauid, qui locu-
tus est Domino verba cantici huius, in die,
qua eripuit eum Dominus de manu omniū
inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit:
(2. Reg. 22. 2.) XVII.

2 DIligam te Domine fortitudo mea:
3 * Dominus firmamentum meum, &
A refugium meum, & liberator meus.
[n] Deus meus adiutor meus: & sperabo in [n] H. b. 2. c. 13.
eum.
Protector meus, & cornu salutis meæ, &
suscepto r meus.
4 * Laudans inuocabo Dominum, & ab ini-
micis meis saluus ero.
5 * Circumdederunt me dolores mortis: &
torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
6 * Dolores inferni circumdederunt me præ-
occupauerunt me laquei mortis.
7 * In tribulatione mea inuocaui Dominum,
& ad Deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo vocem
meam: & clamor meus in conspectu eius.
introiuit in aures eius.
8 * Commota est, & contremuit terra: fun-
damenta montium conturbata sunt, & cō-
mota sunt, quoniam iratus est eis.
9 * Ascendit fumus in ira eius, & ignis à fa-
cie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
* In-

* Inclinauit cælos, & descendit, & caligo 10
sub pedibus eius.
* Et ascendit super cherubim, & volauit: 11
volauit super pennas ventorum.
* Et posuit tenebras latibulum suum, in 12
circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa B
aqua in nubibus aeris.
* Præ fulgore in cõspectu eius nubes trã- 13
sierunt, grando, & carbones ignis.
* Et intonuit de cælo Dominus, & Altissi- 14
mus dedit vocem suam: grando, & carbo-
nes ignis.
* Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: 15
fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
* Et apparuerunt fontes aquarum, & reue- 16
lata sunt fundamenta orbis terrarum:
Ab increpatione tua Domine, ab inspira-
tione spiritus iræ tuæ.
* Misit de summo, & accepit me: & assũ- 17
psit me de aquis multis.
* Eripuit me de inimicis meis fortissimis, 18
& ab his qui oderunt me: quoniam confor-
tati sunt super me.
* Præuenerũt me in die afflictionis meæ: 19
& factus est Dominus protector meus.
* Et eduxit me in latitudinem: saluum 20
me fecit quoniam voluit me.
* Et retribuet mihi Dominus secundum 21
iustitiam meam, secundum puritatem ma-
nuum mearum retribuet mihi:
* Quia custodiui vias Domini, nec impiè 22
gessi à Deo meo.
* Quoniam omnia iudicia eius in conspe- 23
ctu meo, & iustitias eius non repuli à me.
* Et ero immaculatus cum eo: & obserua- 24
bo me ab iniquitate mea. C
* Et retribuit mihi Dominus secundum 25
iustitiam meam: & secundũ puritatem ma-
nuum mearum in conspectu oculorũ eius.
* Cum sancto sanctus eris, & cum viro in 26
nocente innocens eris.
* Et cum electo electus eris: & cum per- 27
uerso peruerteris.
* Quoniam tu populũ humilem saluum 28
facies: & oculos superborum humiliabis.
* Quoniam tu illuminas lucernã meam 29
Dñe: Deus meus illumina tenebras meas.
* Quoniam in te eripiar à tentatione, & 30
in Deo meo transgrediar murum.
* Deus meus impolluta via eius: eloquia 31
Domini igne examinata: protector est om-
nium sperantium in se.
* Quoniam quis Deus præter Dominum? 32
aut quis Deus præter Deum nostrum?
* Deus qui præcinxit me virtute: & posuit 33
immaculatam viam meam.
[h] 2. Reg. 22. c. 34. * [h] Qui perfecit pedes meos tamquam cer- 34
uorum: & super excelsa statuens me.
* Qui ducet manus meas ad prælium: & 35
posuisti, vt arcum æreum, brachia mea.
* Et dedisti mihi protectionẽ salutis tuæ: 36
& dextera tua suscepit me:
Et disciplina tua correxit me in finem: &
disciplina tua ipsa me docebit.
* Dilatasti gressus meos subtus me: & nõ 37
D sunt infirmata vestigia mea.
38 * Persequar inimicos meos, & comprehen-
dam illos: & non conuertar, donec defi-
ciant.
39 * Confringam illos, nec poterunt stare, ca-
dent subtus pedes meos.
40 * Et præcinxisti me virtute ad bellum: &
supplantasti insurgentes in me subtus me.
41 * Et inimicos meos dedisti mihi dorsum:
& odientes me disperdidisti.
42 * Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret,
ad Dominum: nec exaudiuit eos.
43 * Et comminuam eos, vt puluerem ante
faciem venti: vt lutum platearum deleba-
eos.
44 * Eripies me de contradictionibus populi:
constitues me in caput Gentium.
45 * Populus, quem non cognoui, seruiuit mi-
hi: in auditu auris obediuit mihi.
46 * Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni
inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis
suis.
47 * Viuit Dominus, & benedictus Deus me[o],
& exaltetur Deus salutis meæ.
48 * Deus qui das vindictas mihi, & subdis po
pulos sub me: liberator meus de inimicis
meis iracundis.
49 * Et ab insurgentibus in me exaltabis me:
à viro iniquo eripies me.
50 * [h] Propterea confitebor tibi in nationibus [h] 2. Reg. 22. c. 50. Rom. 15
Domine, & nomini tuo psalmum dicam
51 * Magnificans salutes regis eius, & faciens
misericordiam Christo suo Dauid, & semi-
ni eius vsque in sæculum.

1 In finem, Psalmus Dauid. XVIII.

2 CÆli enarrant gloriam Dei, & opera ma-
A nuum eius annunciat firmamentum.
3 * Dies diei eructat verbum, & nox nocti in
dicat scientiam.
4 * Non sunt loquelæ, neque sermones, quo-
rum non audiantur voces eorum.
5 * [h] In omnem terram exiuit sonus eorum: [h] Ro. 10. d. 18.
& in fines orbis terræ verba eorum.
6 * In sole posuit tabernaculum suum: [h] & [h] Luc. 24. g. 46.
ipse tamquam sponsus procedens de thala-
mo suo.
7 Exultauit vt gigas ad currendam viam, * à
B summo cælo egressio eius.
Et occursus eius vsque ad summum eius:
nec est qui se abscondat à calore eius.
8 * Lex Domini immaculata conuertens a-
nimas: testimonium Domini fidele, sapien-
tiam præstans paruulis.
9 * Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda:
præceptum Domini lucidum: illuminans
oculos.
10 * Timor Domini sanctus, permanens in sæ-
culum sæculi: iudicia Domini vera, iustifica-
ta in semetipsa.
11 * Desiderabilia super aurum, & lapidem
preciosum multum: & dulciora super mel,
& fauum.
12 * Etenim seruus tuus custodit ea, in custo-
dien-

dien- C
dis illis retributio multa.
* Delicta quis intelligit? ab oculis meis 13
munda me: * & ab alienis parce seruo tuo. 14
Si mei non fuerint dominati, tunc imma-
culat[o] ero: & emundabor à delicto maximo.
* Et erunt vt complaceant eloquia oris 15
mei: & meditatio cordis mei in conspectu
tuo semper.
Domine adiutor meus, & redemptor
meus.

In finem, Psalmus Dauid. 1
XIX.

E Xaudiat te Dominus in die tribulatio- 2
nis: protegat te nomen Dei Iacob. A
* Mittat tibi auxilium de sancto: & de 3
Sion tueatur te.
* Memor sit omnis sacrificij tui: & holo- 4
caustum tuum pingue fiat.
* Tribuat tibi secundum cor tuum: & om 5
ne consilium tuum confirmet.
* Lætabimur in salutari tuo: & in nomi- 6
ne Dei nostri magnificabimur. B
* Impleat Dominus omnes petitiones 7
tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit
Dominus Christum suum.
Exaudiet illum de cælo sancto suo: in po-
tentatibus salus dexteræ eius.
* Hi in curribus, & hi in equis: nos autem 8
in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.
* Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos au- 9
tem surreximus, & erecti sumus.
* Domine saluum fac regem: & exaudi 10
nos in die, qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus Dauid. 1
XX.

D Omine in virtute tua lætabitur rex: & 2
super salutare tuum exultabit vehe- A
menter.
* Desiderium cordis eius tribuisti ei: & vo- 3
luntate labiorum eius non fraudasti eum.
* Quoniam præuenisti eum in benedictio- 4
nibus dulcedinis: posuisti in capite eius co-
ronam de lapide pretioso.
* Vitam petijt à te: & tribuisti ei lõgitudi- 5
nem dierum in sæculũ, & in sæculũ sæculi. B
* Magna est gloria eius in salutari tuo: 6
gloriam & magnum decorem impones sup-
per eum.
* Quoniam dabis eum in benedictionem 7
in sæculum sæculi: lætificabis eum in gau-
dio cum vultu tuo.
* Quoniam rex sperat in Domino: & in 8
misericordia Altissimi non commouebitur.
* Inueniatur manus tua omnibus inimi- 9
cis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te
oderunt:
* Pones eos vt clibanum ignis in tempore 10
vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit
eos, & deuorabit eos ignis. C
* Fructum eorum de terra perdes: & se- 11
men eorum à filijs hominum.
* Quoniam declinauerunt in te mala: co- 12
gitauerunt consilia, quæ non potuerunt sta-
bilire.
13 * Quoniam pones eos dorsum: in reli-
quijs tuis præparabis vultus eorum.
14 * Exaltare Domine in virtute tua: canta-
bimus, & psallemus virtutes tuas.

1 In finem pro susceptione matutina,
Psalmus Dauid. XXI.

2 DEus Deus meus respice in me: quare
A me dereliquisti? longe à salute mea ver Mat. 27.
ba delictorum meorum. e. 46.
3 * Deus meus clamabo per diem, & non Mar. 15.
exaudies: & nocte, & non ad insipientiam d. 34.
mihi.
4 * Tu autem in sancto habitas, Laus Israel.
5 * In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.
6 * Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.
7 * Ego autem sum vermis, & non homo? opprobrium hominum, & abiectio plebis.
8 * [h] Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. [h] Matt. 27. d. 39.
9 * [h] Speranit in Domino, eripiat eum: salu- Mar. 15.
um faciat eum, quoniam vult eum. c. 19.
10 * Quoniam tu es, qui extraxisti me de ven- [h] Mar. 27
B tre: spes mea ab vberibus matris meæ. c. 43.
11 * In te proiectus sum ex vtero: de ventre
12 matris meæ Deus meus es tu, * ne disces-
ris à me:
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam
non est qui adiuuet.
13 * Circumdederunt me vituli multi; tauri
pingues obsederunt me.
14 * Aperuerunt super me os suum, sicut leo
rapiens, & rugiens.
15 * Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt
omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera li-
quescens in medio ventris mei.
16 * Aruit tanquam testa virtus mea, & lin-
gua mea adhæsit faucibus meis, & in pulue-
rem mortis deduxisti me.
17 * Quoniam circumdederunt me canes
C multi: concilium malignantium obsedit me.
[h] Foderunt manus meas, & pedes meos: [h] Mar. 27. d. 31.
18 * dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt [h] Io. 19. d. 23.
19 me: * [h] diuiserunt sibi vestimenta mea, &
super vestem meam miserunt sortem.
20 * Tu autem Domine ne elongaueris au-
xilium tuum à me: ad defensionem meam
conspice.
21 * Erue à framea Deus animam meam: &
de manu canis vnicam meam:
22 * Salua me ex ore leonis: & à cornibus vni-
cornium humilitatem meam.
23 * [h] Narrabo nomen tuum fratribus meis: [h] Heb. 2. c. 12.
in medio ecclesiæ laudabo te.
24 * Qui timetis Dominũ laudate eum: vni-
uersum semen Iacob glorificate eum.
25 * Timeat eum omne semen Israel: quia nõ
spreuit, neq. despexit deprecationẽ pauperis.
Nec

Nec auertit faciem ſuam à me: & cum clamatem ad eum exaudiuit me.
* Apud te laus mea in eccleſia magna: vo- 26
ta mea reddam in conſpectu timentium eũ. D
* Edent pauperes, & ſatiabuntur: & lau- 27
dabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.
* Reminiſcentur, & conuertentur ad Do- 28
minum vniuerſi fines terræ:
Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium.
* Quoniam Domini eſt regnum: & ipſe 29
dominabitur Gentium.
* Manducauerunt, & adorauerunt om- 30
nes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.
* Et anima mea illi viuet: & ſemen meũ 31
ſeruiet ipſi.
* Annunciabitur Domino generatio ven- 32
tura: & annunciabunt cęli iuſtitiam eius populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Pſalmus Dauid. XXII. 1

Iſa.40. b.11. Ier.23.a. 5. Ezec.34. c.11.e.23 1. Pet.2. d.25. & 5.a.3.

D Ominus regit me: & nihil mihi deerit: A
* in loco paſcuæ ibi me collocauit. 2
Super aquam refectionis educauit me: * a- 3
nimam meam conuertit.
Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię, propter nomen ſuum.
* Nam, & ſi ambulauero in medio vm- 4
bræ mortis, non timebo mala: quoniam tu B
mecum es.
Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.
* Paraſti in conſpectu meo menſam, ad- 5
uerſus eos, qui tribulant me.
Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus eſt!
* Et miſericordia tua ſubſequetur me om 6
nibus diebus vitæ meæ:
Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Prima Sabbati, Pſalmus Dauid. 1
XXIII.

e Co.10. f.26. Pſ.49.b. 22.

D Omini eſt terra, & plenitudo eius or- A
bis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.
* Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & 2
ſuper flumina præparauit eum.
* Quis aſcendet in montem Domini? aut 3
quis ſtabit in loco ſancto eius?
* Innocens manibus, & mundo corde, qui 4
non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.
* Hic accipiet benedictionem à Domino: 5
& miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. B
* Hæc eſt generatio quærentium eũ, quæ- 6
rentium faciem Dei Iacob.
* Attollite portas principes veſtras, & 7
eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
8 Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis 8
& potens: Dominus potens in prælio.
9 * Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
10 * Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

1 In finem, Pſalmus Dauid.
XXIV.

A D te Domine leuaui animam meam:
2 * Deus meus in te confido, non erube- A
ſcam.
3 * Neque irrideant me inimici mei: etenim
vniuerſi, qui ſuſtinent te, non confundẽtur.
4 * Conſundantur omnes iniqua agentes ſu
peruacuè.
Vias tuas Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.
5 * Dirige me in veritate tua, & doce me:
quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die.
6 * Reminiſcere miſerationum tuarum Do
mine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſęculo ſunt.
7 * Delicta iuuenturis meæ, & ignorantias
B meas ne memineris.
Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuã Domine.
8 * Dulcis, & rectus Dominus: propter hoc
legem dabit delinquentibus in via.
9 * Diriget manſuetos in iudicio: docebit
mites vias ſuas.
10 * Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia, &
veritas, requirentibus teſtamentum eius, &
teſtimonia eius.
11 * Propter nomen tuum Domine propitia-
C beris peccato meo: multum eſt enim.
12 * Quis eſt homo qui timet Dominum? le-
gem ſtatuit ei in via quam elegit.
13 * Anima eius in bonis demorabitur: & ſe-
men eius hereditabit terram.
14 * Firmamentum eſt Dominus timentri-
bus eum: & teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.
15 * Oculi mei ſemper ad Dominum: quo-
niam ipſe euellet de laqueo pedes meos.
16 * Reſpice in me, & miſerere mei: quia vni-
cus, & p. uper ſum ego.
17 * Tribulationes cordis mei multiplicatæ
D ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
18 * Vide humilitatem meam, & laborem
meum: & dimitte vniuerſa delicta mea.
19 * Reſpice inimicos meos, quoniam multi- Io.
plicati ſunt, & "odio iniquo oderunt me. d.2.
20 * Cuſtodi animam meam, & erue me: nõ
erubeſcam quoniam ſperaui in te.
21 * Innocentes, & recti adhæſerunt mihi:
quia ſuſtinuit te.
22 * Libera Deus Iſrael ex omnibus tribula-
tionibus ſuis.

1 In finem, Pſalmus Dauid.
XXV.

A I Vdica me Domine, quoniam ego in in-
nocentia mea ingreſſus ſum: & in Domino

mino ſperans non infirmabo?
* Proba me Domine, & tenta me: vre re- 2
nes meos, & cor meum.
* Quoniam miſericordia tua ante oculos 3
meos eſt: & complacui in veritate tua.
* Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum 4
iniqua gerentibus non introibo.
* Odiui eccleſiam malignantium, & cum 5
impijs non ſedebo.
* Lauabo inter innocentes manus meas: & 6
circumdabo altare tuum Domine:
* Vt audiam vocem laudis, & enarrem 7
vniuerſa mirabilia tua.
* Domine dilexi decorem domus tuæ, & 8
locum habitationis gloriæ tuæ.
* Ne perdas cum impijs Deus animam 9
meam: & cum viris ſanguinum vitã meam: C
* In quorum manibus iniquitates ſunt: 10
dextera eorum repleta eſt muneribus.
* Ego autem in innocentia mea ingreſſus 11
ſum: redime me, & miſerere mei.
* Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs 12
benedicam te Domine.

Pſalmus Dauid priuſquam liniretur. 1
XXVI.

D Ominus illuminatio mea, & ſalus mea, A
quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?
* Dum appropiant ſuper me nocentes, vt 2
edant carnes meas:
Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt: & ceciderunt.
* Si conſiſtant aduerſum me caſtra, nõn ti 3
mebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc B
ego ſperabo.
* Vnam petij à Domino, hanc requiram, 4
vt inhabitem in domo Domini omnibus die bus vitæ meæ.
Vt videam voluptatem Domini, & viſitẽ templum eius.
* Quoniam abſcondit me in tabernaculo 5
ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
* In petra exaltauit me: & nunc exaltauit 6
caput meum ſuper inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius C
hoſtiam vociferationis: cantabo, & pſalmum dicam Domino.
* Exaudi Domine vocem meam, qua cla- 7
maui ad te: miſerere mei, & exaudi me.
* Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies 8
mea: faciem tuam Domine requiram.
* Ne auertas faciem tuam à me: ne decli- 9
nes in ira à ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.
* Quoniam pater meus, & mater mea de 10
reliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.
* Legem pone mihi Dñe in via tua: & di- 11
rige me in ſemitam rectã pp inimicos meos, D
12 * Ne tradideris me in animas tribulantiũ
me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.
13 * Credo videre bona Dñi in terra viuẽtiũ.
14 * Expecta Dominum, viriliter age, & con-
fortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Pſalmus ipſi Dauid. XXVII.

1 A D te Domine clamabo, Deus meus ne
A ſileas à me: ne quando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.
2 * Exaudi Domine vocem deprecationis
meæ dum oro ad te: dũ extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.
3 * Ne ſimul trahas me cum peccatoribus:
& cum operantibus iniquitatem ne perdas me:
Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum.
4 * Da illis ſecundum opera eorum, & ſe-
cundum nequitiã adinuentionum ipſorum.
Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.
5 * Quoniam non intellexerunt opera Do-
B mini, & in opera manuum eius deſtrues illos, & non ædificabis eos.
6 * Benedictus Dominus: quoniam exaudi-
uit vocem deprecationis meæ.
7 * Dominus adiutor meus, & protector
meus: in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
8 * Dominus fortitudo plebis ſuæ: & prote-
ctor ſaluationum Chriſti ſui eſt.
9 * Saluum fac populum tuum Domine, &
benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vſque in æternum.

Pſalmus Dauid,
1 In conſummatione tabernaculi.
XXVIII.

A Afferte Domino filij Dei: afferte Domi-
no filios arietum.
2 * Afferte Domino gloriam, & honorem,
afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.
3 * Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſta-
B tis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.
4 * Vox Domini in virtute: vox Domini in
magnificentia.
5 * Vox Domini confringentis cedros, & cõ-
fringet Dominus cedros Libani:
6 * Et comminuet eas tamquam vitulum
Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicorniuu.
7 * Vox Domini intercidentis flammam
8 ignis: * Vox Domini concutientis deſertum,
& commouebit Dominus deſertum Cades.
9 * Vox Domini præparantis ceruos, & re-
C uelabit condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

Do-

* Dominus diluuium inhabitare facit; & 10
sedebit Dominus rex in æternum.
* Dominus virtutem populo suo dabit: 11
Dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus Cantici,
In dedicatione domus Dauid. 1
XXIX.

E Xaltabo te Domine quoniam suscepisti 2
me: nec delectasti inimicos meos super me. A
* Domine Deus meus clamaui ad te, & sa- 3
nasti me.
* Domine eduxisti ab inferno animam 4
meam: saluasti me a descendentibus in lacu.
* Psallite Domino sancti eius: & confite- 5
mini memoriæ sanctitatis eius.
* Quoniam ira in indignatione eius: & vi- 6
ta in voluntate eius. B
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad
matutinum lætitia.
* Ego autem dixi in abundantia mea: Nõ 7
mouebor in æternum.
* Domine in voluntate tua, præstitisti de- 8
cori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam à me, & factus sum C
conturbatus.
* Ad te Domine clamabo: & ad Deum 9
meum deprecabor.
* Quæ vtilitas in sanguine meo, dum de- 10
scendo in corruptionem?
Numquid confitebitur tibi pulu's, aut an-
nunciabit veritatem tuam?
* Audiuit Dominus, & misertus est mei: 11
Dominus factus est adiutor meus.
* Conuertisti planctum meum in gaudiũ 12
mihi: conscidisti saccum meum, & circum-
dedisti me lætitia:
* Vt cantet tibi gloria mea, & non com- 13
pungar: Domine Deus meus in æternum cõ-
fitebor tibi.

In finem, Psalmus Dauid, pro extasi. 1
XXX.

IN te Domine speraui non confundar in 2
æternum: in iustitia tua libera me. A
* Inclina ad me aurem tuam, accelera, vt 3
eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem: & in do
mum refugij, vt saluum me facias.
* Quoniam fortitudo mea, & refugium 4
meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
* Educes me de laqueo hoc, quem abscõ- 5
derũt mihi: quoniam tu es protector meus.
Luc.23. f.46. * " In manus tuas commendo spiritum 6
meum: redemisti me Dñe Deus veritatis.
* Odisti obseruantes vanitates, superua- 7
cuè.
Ego autem in Domino speraui: * exulta- 8
bo, & lætabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam,
saluasti de necessitatibus animam meam.
9 * Nec conclusisti me in manibus inimici:
statuisti in loco spatioso pedes meos.
10 * Miserere mei Domine, quoniam tribu-
B lor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.
11 * Quoniam defecit in dolore vita mea, &
anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea: &
ossa mea conturbata sunt.
12 * Super omnes inimicos meos factus sum
opprobrium, & vicinis meis valde: & timor
notis meis.
C Qui videbant me, foras fugerunt à me:
13 * obliuioni datus sum, tamquam mortuus
à corde.
14 Factus sum tãquam vas perditum: * quo-
niam audiui vituperationem multorum cõ-
memorantium in circuitu.
In eo dum conuenirent simul aduersum
me, accipere animam meam consiliati sunt:
15 * Ego autem in te speraui Domine: dixi,
16 Deus meus es tu, * in manibus tuis sortes
meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum,
& à persequentibus me.
17 * Illustra faciem tuam, super seruum tuũ,
18 saluum me fac in misericordia tua: * Domi-
ne non confundar, quoniam inuocauit e.
Erubescant impij, & deducantur in infer-
19 num: * muta fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustum iniquita-
tem: in superbia, & in abusione.
20 * Quam magna multitudo dulcedinis tuæ
D Domine, quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis, qui sperant in te, in cõspectu
filiorum hominum.
21 * Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à
conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo à contra-
dictione linguarum.
22 * Benedictus Dominus; quoniam mirifi-
cauit misericordiam suam mihi in ciuitate
munita.
23 * Ego autem dixi in excessu mentis meæ:
Proiectus sum à facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum
clamarem ad te.
24 * Diligite Dominum omnes sancti eius, qm
veritatem requirit Dominus, & retribuet
abundanter facientibus superbiam.
25 * Viriliter agite, & confortetur os vestrum,
omnes, qui speratis in Domino.

Ipsi Dauid intellectus. XXXI.

1 BEati quorum remissæ sunt iniquitates: Rom. 4.
A & quorum tecta sunt peccata. a.7.
2 * Beatus vir, cui non imputauit Dominus
peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
3 * Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea
dum clamarem tota die.
4 * Quoniam die, ac nocte grauata est super
me manus tua: conuersus sum in ærumna
mea, dum configitur spina.
5 * Delictum meum cognitum tibi feci:
& iniustitiam meam non abscondi. B
Isa. 63. 64. " Dixi: Confitebor aduersum me iniusti-
tiam meam Domino: & tu remisisti impieta-
tem peccati mei.
* Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in 6
tempore oportuno.
Verumtamen in diluuio aquarum multa-
rum ad eum non approximabunt.
* Tu es refugium meum à tribulatione, 7
quę circundedit me: exultatio mea erue me à C
circumdantibus me.
* Intellectum tibi dabo, & instruam te in 8
via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
* Nolite fieri sicut equus, & mulus, quib. 9
non est intellectus.
In camo, & fræno maxillas eorũ constrin-
ge, qui non approximant ad te.
* Multa flagella peccatoris, sperantem au- 10
tem in Domino misericordia circumdabit.
* Lætamini in Domino, & exultate iusti, 11
& glorianimi omnes recti corde.

Psalmus Dauid. XXXII.

EXultate iusti in Domino: rectos decet 1
collaudatio.
* Cõfitemini Domino in cithara: in psal- 2
terio decem chordarum psallite illi.
* Cantate ei canticum nouum: bene psal- 3
lite in vociferatione.
* Quia rectũ est verbum Domini, & om- 4
nia opera eius in fide.
* Diligite misericordiã, & iudicium: mise- 5
ricordia Domini plena est terra.
* Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiri- 6
tu oris eius omnis virtus eorum. B
* Congregans sicut in vtre aquas maris: po 7
nens in thesauris abyssos.
* Timeat Dominum omnis terra: ab eo 8
autem commoueantur omnes inhabitantes
orbem.
" Iudith 16. c.17. * " Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse 9
mandauit, & creata sunt.
* Dominus dissipat consilia gentium: re- 10
probat autem cogitationes populorum, &
reprobat consilia principum.
* Consilium autem Domini in æternum 11
manet: cogitationes cordis eius in generatio-
ne, & generationem.
* Beata gens, cuius est Dominus, Deus e- 12
ius: populus, quem elegit in hereditatem sibi.
* De cælo respexit Dominus: vidit omnes 13
filios hominum.
* De præparato habitaculo suo respexit 14
super omnes, qui habitant terram.
* Qui finxit sigillatim corda eorum: qui 15
intelligit omnia opera eorum.
* Non saluatur rex per multam virtutẽ: 16
& gigas non saluabitur in multitudine vir-
tutis suę.
* Fallax equus ad salutem: in abundantia 17
autem virtutis suæ non saluabitur.
* Ecce oculi Domini super metuẽtes eũ: 18
& in eis, qui sperant super misericordia eius,
19 * Vt eruat à morte animas eorum: & alat
eos in fame.
20 * Anima nostra sustinet Dominum: quo-
niam adiutor, & protector noster est.
21 * Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in
nomine sancto eius speraui mus.
22 * Fiat misericordia tua Domine super nos:
quemadmodum speraui mus in te.

1 Dauidi, cum immutauit vultum suum
coram Achimelech, & dimisit eum,
& abijt. (1. Reg. 21.)
XXXIII.

2 A BEnedicam Dominum in omni tem-
pore: semper laus eius in ore meo.
3 * In Domino laudabitur anima mea: au-
diant mansueti, & lætentur.
4 * Magnificate Dominum mecũ: & exal-
temus nomen eius in idipsum.
5 * Exquisiui Dominum, & exauduit me:
& ex omnibus tribulationibus meis eripuit
me.
6 * Accedite ad eum, & illuminamini: & fa-
cies vestræ non confundentur.
7 * Iste pauper clamauit, & Dominus exau-
B diuit eum: & de omnibus tribulationibus
eius saluauit eum.
8 * Immittet angelus Domini in circuitu ti-
mentium eum: & eripiet eos.
9 * Gustate, & videte quoniam suauis est Do
minus: beatus vir, qui sperat in eo.
10 * Timete Dominũ omnes sancti eius: quo
niam non est inopia timentibus eum. " Luc. 1. f. 53.
11 * " Diuites egerunt, & esurierunt: inqui-
C rentes autem Dominum non minuentur
omni bono.
12 * Venite filij audite me: timorem Domi-
ni docebo vos.
13 * " Quis est homo qui vult vitam: diligit " 1. Pe. 3
dies videre bonos? b. 10.
14 * Prohibe linguam tuam a malo: & labia
tua ne loquantur dolum.
15 * Diuerte à malo, & fac bonum: inquire
pacem, & persequere eam.
16 * Oculi Domini super iustos: & aures eius
in preces eorum.
17 * " Vultus autem Domini super facientes " Eccl. 15. d. 21.
mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Hebr. 4. c. 13.
18 * Clamauerunt iusti, & Dominus exaudi
D uit eos: & ex omnibus tribulationibus eo-
rum liberauit eos.
19 * Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt
corde: & humiles spiritu saluabit.
20 * Multæ tribulationes iustorũ: & de om-
nibus his liberabit eos Dominus.
21 * Custodit Dominus omnia ossa eorum:
vnum ex his non conteretur.
22 * Mors peccatorum pessima: & qui ode-
runt iustum delinquent.
23 * Redimet Dominus animas seruorũ suo-
rum, & non delinquent omnes, qui sperant
in eo.

Ipsi Dauid. XXXIV.

1 IVdica Domine nocentes me, expugna im- A
pugnantes me.
2 * Apprehende arma, & scutum: & exurge
in adiutoriu n mihi.
3 * Effunde frameã, & conclude aduersus
eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ:
Saltus tua ego sum.
4 * Confundantur, & reuereantur: quæren-
tes animam meam.
Auertantur retrorsum, & confundantur
cogitantes mihi mala.
5 * Fiant tamquam puluis ante faciem ven-
ti: & angelus Domini coarctans eos.
6 * Fiat via illorum tenebræ, & lubricum:
B & angelus Domini persequens eos.
7 * Quoniam gratis abscondérunt mihi in
teritum laquei sui: superuacuè exprobaue-
runt animam meam.
8 * Veniat illi laqueus, quem ignorat, & ca-
ptio, quam abscondit, apprehendat eum: &
in laqueum cadat in ipsum.
9 * Anima autem mea exultabit in Domino:
& delectabitur super salutari suo.
10 * Omnia ossa mea dicent: Domine, quis
similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorũ eius:
egenum, & pauperem à diripentibus eum.
11 * Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam
interrogabant me.
12 * Retribuebant mihi mala pro bonis: steri
litatem animæ meæ.
13 * Ego autem cum mihi molesti essent, in
duebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: B
& oratio mea in sinu meo conuertetur.
14 * Quasi proximum, & quasi fratrem no-
strum, sic cõplacebam: quasi lugens, & contri
status sic humiliabar.
15 * Et aduersum me lætati sunt, & conue-
nerunt: congregatæ sunt super me flagella,
& ignoraui.
16 * Dissipati sunt, nec compuncti, tentaue-
runt me, subsannauerunt me subsannatio-
ne: frenduerunt super me dentibus suis.
17 * Domine quando respicies? restitue ani-
mam meam à malignitate eorum, à leonibus
vnicam meam.
18 * Confitebor tibi in ecclesia magna, in po
pulo grauí laudabo te.
19 * Non supergaudeant mihi qui aduersan
tur mihi inique: *[a] qui oderunt me gratis, &
annuunt oculis.
20 * Quoniam mihi quidem pacificè loque-
bantur: & in iracundia terræ loquentes, do-
los cogitabant.
21 * Et dilatauerunt super me os suum: di-
xerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.
22 * Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne
discedas à me.
23 * Exurge, & intende iudicio meo: Deus
meus, & Dominus meus in causam meam. D
24 * Iudica me secundũ iustitiam tuam Do-
mine Deus meus, & nõ supergaudeãt mihi.

[a] Io. 15. d. 25.

25 * Non dicant in cordibus suis: Euge, eu-
ge, animæ nostræ: nec dicant: Deuoraiimus
eum.
26 * Erubescant, & reuereantur simul, qui gra
tulantur malis meis.
Induantur confusione, & reuerentia, qui
magna loquuntur super me.
27 * Exultent, & lætentur qui volunt iustitiã
meam: & dicant semper: Magnificetur Do-
minus, qui volunt pacem serui eius.
28 * Et lingua mea meditabitur iustitiam
tuam, tota die laudem tuam.

1 In finem, seruo Domini ipsi Dauid.
XXXV.

2 DIxit iniustus vt delinquat in semetip- [a] Sup. 13.
A so: non est timor Dei ante oculos eius a. 3.
3 *[b] Quoniam dolosè egit in conspectu eius:
vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
4 * Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit
intelligere vt bene ageret.
5 * Iniquitatem meditatus est in cubili suo: a-
stitit omni viæ non bonæ malitiam autem
non odiuit.
6 * Domine in cælo misericordia tua, & ve-
ritas tua vsque ad nubes.
7 * Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua
abyssus multa.
Homines, & iumenta saluabis Domine:
8 * quemadmodum multiplicasti misericor-
diam tuam Deus.
B Filij autem hominum, in tegmine alarum
tuarum sperabunt.
9 * Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ:
& torrente voluptatis tuæ potabis eos.
10 * Quoniam apud te est fons vitę: & in lu-
mine tuo videbimus lumen.
11 * Prætende misericordiã tuã scientibus te
& iustitiam tuam his, qui recto sunt corde.
12 * Non veniat mihi pes superbiæ: & ma-
nus peccatoris non moueat me.
13 * Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatẽ:
expulsi sunt, nec potuerunt stare.

1 Psalmus ipsi Dauid. XXXVI.

A NOli æmulari in malignantibus: neque
zelaueris facientes iniquitatem.
2 * Quoniam tamquam fœnum velociter a-
rescent: & quemadmodum olera herbarum
citò decident.
3 * Spera in Domino, & fac bonitatẽ, & in-
habita terram, & pascerisin diuitijs eius.
4 * Delectare in Domino: & dabit tibi peti-
tiones cordis tui.
5 * Reuela Domino viam tuam, & spera in
eo: & ipse faciet.
6 * Et reducet quasi lumen iustitiam tuam:
& iudicium tuum tamquam meridiem:
7 * subditus esto Domino, & ora eum.
Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via
sua: in homine faciente iniustitias.
8 * Desine ab ira, & derelinque furorem: no
li æmulari vt malignetis.

Quo-

9 * Quoniam qui malignantur, exterminã-
buntur: sustinentes autem Dominum, ipsi
hereditabunt terram.
10 * Et adhuc pusillum, & non erit peccator:
& quæres locum eius, & non inuenies.
11 * [a] Mansueti autem hereditabunt terram,
B & delectabuntur in multitudine pacis. [a] Mat. 5. 4.
12 * Obseruabit peccator iustũ: & stridebit
super eum dentibus suis.
13 * Dominus autem irridebit eum: quoniã
prospicit quod veniet dies eius.
14 * Gladium euaginauerunt peccatores: in-
tenderunt arcum suum.
Vt deijciant pauperem, & inopem, vt tru-
cident rectos corde.
15 * Gladius eorum intret in corde ipsorũ:
& arcus eorum confringatur.
16 * Melius est modicum iusto, super diui-
tias peccatorum multas.
17 * Quoniam brachia peccatorum conterẽ-
tur: cõfirmat autem iustos Dominus.
18 * Nouit Dominus dies immaculatorum,
& hereditas eorum in æternum erit.
19 * Non confundentur in tempore malo,
& in diebus famis saturabuntur: * quia pec-
catores peribunt.
C Inimici verò Domini mox vt honorifica-
tí fuerint, & exaltati: deficientes, quemadmo
dum fumus deficient.
21 * Mutuabitur peccator, & non soluet: iu-
stus autem miseretur, & tribuet.
22 * Quia benedicentes ei hereditabunt ter-
ram: maledicentes autem ei disperibunt.
23 * Apud Dominum gressus hominis diri-
gentur: & viam eius volet.
24 * Cum ceciderit, non collidetur: quia Do-
minus supponit manum suam.
25 * Iunior fui, etenim senui: & non vidi iu-
stum derelictum, nec semen eius quærens
panem.
26 * Tota die miseretur, & commodat: & se-
men illius in benedictione erit.
27 * Declina à malo, & fac bonum: & inhabi-
ta in sæculum sæculi.
28 * Quia Dominus amat iudicium, & non
derelinquet sanctos suos: in æternum con-
seruabuntur.
Iniusti punientur: & semen impiorum
peribit.
29 * Iusti autem hereditabunt terram: & in
habitabunt in sæculum sæculi super eam. D
30 * [b] Os iusti meditabitur sapientiam, & lin-
gua eius loquetur iudicium. [b] Pro. 31 d. 26.
31 * [c] Lex Dei eius in corde ipsius: & nõ sup-
plantabuntur gressus eius. [c] Ps. 51. c. 7.
32 * Considerat peccator iustum: & quærit
mortificare eum.
33 * Dominus autem non derelinquet eum
in manibus eius: nec damnabit eum cum iu-
dicabitur illi.
34 * Expecta Dominũ, & custodi viam eius:
& exaltabit te vt hereditate capias terram:
cum petierint peccatores videbis.
35 * Vidi impium superexaltatum, & eleua-
tum sicut cedros Libani.

36 * Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui
eum, & non est inuentus locus eius.
37 * Custodi, innocentiam, & vide æquitatem:
quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
38 * Iniusti autẽ disperibunt: simul reliquiæ
impiorum interibunt.
39 * Salus autem iustorum à Domino: & pro-
tector eorum in tempore tribulationis.
40 * Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit
eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit
eos: quia sperauerunt in eo.

1 Psalmus Dauid, in rememorationem
de Sabbato. XXXVII.

2 DOmine ne in furore tuo arguas me, ne- Psal. 6.
A que in ira tua corripias me. a. 1.
3 * Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:
& confirmasti super me manum tuam.
4 * Non est sanitas in carne mea à facie iræ
tuæ: non est pax ossibus meis à facie pecca-
torum meorum.
5 * Quoniam iniquitates meæ supergressæ
sunt caput meum: & sicut onus graue grauatę
sunt super me.
6 * Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices
meæ, à facie insipientiæ meæ.
7 * Miser factus sum: & curuatus sum vsq-
que in finem: tota die contristatus ingredie-
bar.
8 * Quoniam lumbi mei impleti sunt illu-
B sionibus, & non est sanitas in carne mea.
9 * Afflictus sum, & humiliatus sum nimis:
rugiebam à gemitu cordis mei.
10 * Domine, ante te omne desiderium
meum: & gemitus meus à te non est abscon
ditus:
11 * Cor meum conturbatum est, dereliquit
me virtus mea, & lumen oculorum meo-
rum, & ipsum non est mecum.
12 * Amici mei, & proximi mei aduersum
C me appropinquauerunt, & steterunt.
Et qui iuxta me erant de longè steterunt:
13 * & vim faciebant, qui quærebant animam
meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt
vanitates: & dolos tota die meditabantur.
14 * Ego autem tamquam surdus non audie-
bam: & sicut mutus non aperiens os suum.
15 * Et factus sum sicut homo non audiens:
& non habens in ore suo redargutiones.
16 * Quoniam in te Domine sperauí: tu exau-
dies me Domine Deus meus.
17 * Quia dixi: Ne quãdo supergaudeant mi-
hi inimici mei: & dum commouentur pe-
des mei, super me magna locuti sunt.
18 * Quoniam ego in flagella paratus sum:
D & dolor meus in conspectu meo semper.
19 * Quoniam iniquitatem meam annuncia-
bo: & cogitabo pro peccato meo.
20 * Inimici autem mei viuunt, & confirma-
ti sunt super me: & multiplicati sunt qui o-
derunt me iniquè.
21 * Qui retribuunt mala pro bonis, detrahe-
bant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

*Ne derelinquas me Domine Deus meus: 22
ne discesseris à me.
*Intende in adiutorium meum, Domine 23
Deus salutis meæ.

In finem, ipsi Idithun, Canticum
Dauid. XXXVIII. 1

DIxi, Custodiam vias meas: vt non de- 2
linquam in lingua mea. A
Posui ori meo custodiam, cum consisteret
peccator aduersum me.
*Obmutui, & humiliatus sum, & silui, à bo- 3
nis: & dolor meus renouatus est.
*Concaluit cor meum intra me: & in me- 4
ditatione mea exardescet ignis.
*Locutus sum in lingua mea: Notum fac 5
mihi Domine finem meum.
Et numerum dierum meorum, quis est, vt B
sciam, quid desit mihi:
*Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & 6
substantia mea tamquam nihilum ante te.
Verumtamen vniuersa vanitas, omnis
homo viuens.
*Verumtamen in imagine pertransit ho- 7
mo: sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat: & ignorat cui congregabit
ea.
*Et nunc, quæ est expectatio mea? nonne 8
Dominus? & substantia mea apud te est.
*Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: 9
opprobrium insipienti dedisti me.
*Obmutui, & non aperui os meum, quo- 10
niam tu fecisti: *amoue à me plagas tuas. 11
*A fortitudine manus tuæ ego defeci in 12
increpationibus: propter iniquitatem corri- C
puisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam
eius: verumtamen vanè conturbatur omnis
homo.
*Exaudi orationem meam Domine, & 13
deprecationem meam: auribus percipe lacri-
mas meas.
Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud
te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
*Remitte mihi, vt refrigerer prius quam 14
abeam, & amplius non ero.

In finem, Psalmus ipsi Dauid. 1
XXXIX.

EXpectans expectaui Dominum, & in- 2
tendit mihi. A
*Et exaudiuit preces meas: & eduxit me 3
de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos. & di-
rexit gressus meus.
*Et immisit in os meum canticum nouũ, 4
carmen Deo nostro.
Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt
in Domino.
*Beatus vir, cuius est nomen Domini spes 5
eius: & non respexit in vanitates, & insanias
falsas.
*Multa fecisti tu Domine Deus meus mi- 6
rabilia tua: & cogitationibus tuis non est, qui
similis sit tibi.
Annunciauì, & locutus sum, multiplicati
sunt super numerum.
7 *"Sacrificium, & oblationem noluisti: au- " He. 10.
B res autem perfecisti mihi. b. 5.
Holocaustum, & pro peccato non postula-
8 sti: *tunc dixi: Ecce venio.
9 In capite libri scriptum est de me, * vt fa-
cerem voluntatem tuam: Deus meus volui,
& legem tuam in medio cordis mei.
10 *Annunciauì iustitiam tuam in ecclesia
magna, ecce labia mea non prohibebo: Domi-
ne tu scisti.
11 *Iustitiam tuam non abscondi in corde
meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi.
C Non abscondi misericordiam tuam, & ve-
ritatem tuam à concilio multo.
12 *Tu autem Domine, ne longe facias mise-
rationes tuas à me: misericordia tua, & veri-
tas tua semper susceperunt me.
13 *Quoniam circũdederunt me mala, quo-
rum non est numerus: comprehenderũt me
iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.
Multiplicate sunt super capillos capitis mei:
& cor meum deseliquit me.
14 *Complaceat tibi Domine, vt eruas me: " Inf. 69.
Domine, ad adiuuandum me respice. a. 2.
15 *" Cõfundantur, & reuereantur simul, qui Sup. 34.
D quærunt animam meam, vt auferant eam. a. 4.
Conuertantur retrorsum, & reuereantur,
qui volunt mihi mala.
16 * Ferant confestim confusionem suam,
qui dicunt mihi: Euge, euge.
17 * Exultent, & lætentur super te oẽs quæ-
rentes te: & dicant semper: Magnificetur Do
minus: qui diligunt salutare tuum.
18 *Ego autem mendicus sum, & pauper: Do-
minus solicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es:
Deus meus ne tardaueris.

1 In finem, Psalmus ipsi Dauid. XL.

2 BEatus, qui intelligit super egenum, &
A pauperem: in die mala liberabit eum Do
minus.
3 *Dominus conseruet eum, & viuificet eũ,
& beatum faciat eum in terra: & non tradat
eum in animam inimicorum eius.
4 *Dominus opem ferat illi super lectum do
loris eius: vniuersum stratum eius versasti in
infirmitate eius.
5 *Ego dixi: Domine miserere mei: sana ani-
mam meam, quia peccaui tibi.
6 *Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando
morietur, & peribit nomen eius?
7 *Et si ingrediebatur, vt videret, vana loque
B batur, cor eius congregauit iniquitatem sibi.
8 Egrediebatur foras, & loquebatur * in idi-
psum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici
mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
9 *Verbũ iniquũ constituerunt aduersũ me:
Nũquid, qui dormit non adijciet, vt resurgat?
* Ete-

*Etenim homo pacis meæ, in quo sperauì: 10
qui edebat panes meos, magnificauit super
me supplantationem.
*Tu autem Domine miserere mei, & re- 11
suscita me: & retribuam eis.
*In hoc cognoui quoniam voluisti me: 12
quoniam non gaudebit inimicus meus super
me.
*Me autem propter innocentiam suscepi- 13
sti: & confirmasti me in conspectu tuo in æ-
ternum.
*Benedictus Dominus Deus Israel à sæ- 14
culo, & vsque in sæculum: fiat, fiat.

In finem,
Intellectus filijs Core. XLI. 1

QVemadmodum desiderat ceruus ad 2
fontes aquarum: ita desiderat anima A
mea ad te Deus.
*Sitiuit anima mea ad Deum fontem vi- 3
uum: quando veniam, & apparebo ante fa-
ciem Dei?
*Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac 4
nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi est
Deus tuus?
*Hæc recordatus sum, & effudi in me ani- 5
mam meam: quoniam transibo in locum ta- B
bernaculi admirabilis, vsq. ad Domum Dei:
In voce exultationis, & confessionis sonus
epulantis.
*Quare tristis es anima mea? & quare con- 6
turbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
illi salutare vultus mei: * & Deus meus. 7
Ad meipsum anima mea conturbata est.
propterea memor ero tui de terra Iordanis,
& Hermonij à monte modico.
*Abyssus abyssum inuocat, in voce catara- 8
ctarum tuarum.
Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me
transierunt.
*In die mandauit Dominus misericordiã 9
suam: & nocte canticum eius. C
Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam 10
Deo: Suceptor meus es.
Quare obliuis es mei? & quare contristatus
incedo, dum affligit me inimicus?
*Dum confringuntur ossa mea, exprobra- 11
uerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies: Vbi est
Deus tuus? * quare tristis es anima mea? & 12
quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Psalmus Dauid. XLII. 1

IVdica me Deus, & discerne causam meã A
de gente non sancta, ab homine iniquo, &
doloso erue me.
*Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me 2
repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit
me inimicus?
*Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: 3
ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in mon-
tem sanctum tuum, & in tabernacula tua.
4 *Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui le-
B tificat iuuentutem meam.
Cõfitebor tibi in cithara Deus Deus meus:
5 *quare tristis es anima mea? & quare contur-
bas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

1 In finem, Filijs Core ad intellectum.
XLIII.

2 DEus auribus nostris audiuimus: patres
A nostri annunciauerunt nobis.
Opus, quod operatus es in diebus eorum:
& in diebus antiquis.
3 *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti
eos: afflixisti populos, & expulisti eos:
4 *Nec enim in gladio tuo possederunt ter-
ram, & brachium eorum non saluauit eos:
Sed dextera tua, & brachium tuum, & il-
luminatio vultus tui: quoniam complacuisti
in eis.
5 *Tu es ipse rex meus, & Deus meus: qui
mandas salutes Iacob.
6 *In te inimicos nostros ventilabimus cor-
A nu, & in nomine tuo spernemus insurgentes
in nobis.
7 *Non enim in arcu meo sperabo: & gladius
meus non saluabit me.
8 *Saluasti enim nos de affligentibus nos: &
odientes nos confudisti.
9 *In Deo laudabimur tota die: & in nomine
tuo confitebimur in sæculum.
10 *Nunc autem repulisti, & confudisti nos:
& non egredieris Deus in virtutibus nostris.
11 *Auertisti nos retrorsum post inimicos no-
stros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi.
12 *Dedisti nos tamquam oues escarum: &
in gentibus dispersisti nos.
13 *Vendidisti populum tuum sine pretio:
& non fuit multitudo in commutationibus
eorum.
14 *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris,
subsannationem, & derisum his, qui sunt in
circuitu nostro.
15 *Posuisti nos in similitudinem Gentibus:
C commotionem capitis in populis.
16 *Tota die verecundia mea contra me est,
& confusio faciei meæ cooperuit me.
17 *A voce exprobrantis, & obloquentis: à facie
inimici, & persequentis.
18 *Hæc omnia venerunt super nos, nec obli-
ti sumus te: & iniquè non egimus in testa-
mento tuo.
19 *Et non recessit retro cor nostrum: & de-
clinasti semitas nostras à via tua.
20 *Quoniam humiliasti nos in loco afflictio-
nis, & cooperuit nos vmbra mortis.
21 *Si obliti sumus nomen Dei nostri: & si ex-
D pandimus manus nostras ad Deum alienũ:
22 *Nonne Deus requiret ista? ipse enim no- " Ro. 8.
uit abscondita cordis: E. 36.
" Quoniam propter te mortificamur tota
die:

die: æstimati sumus sicut oues occisionis.
* Exurge, quare obdormis Domine? exur- 23
ge, & ne repellas in finem.
* Quare faciem tuam auertis, obliuisceris 24
inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?
* Quoniam humiliata est in puluere ani- 25
ma nostra: conglutinatus est in terra venter
noster.
* Exurge Domine adiuua nos: & redime 26
nos propter nomen tuum.

In finem, pro ijs, qui commutabuntur filijs 1
Core, ad intellectum, Canticum pro
dilecto. XLIIII.

E Ructauit cor meum verbum bonũ: di- 2
co ego opera mea regi. A
Lingua mea calamus scribæ, velociter scri-
bentis.
* Speciosus forma præ filijs hominum, dif- 3
fusa est gratia in labijs tuis: propterea bene-
dixit te Deus in æternum.
* Accingere gladio tuo super femur tuum, 4
potentissime.
* Specie tua, & pulchritudine tua intende, 5
prosperè procede, & regna.
Propter veritatem, & mansuetudinem, & B
iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera
tua.
* Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, 6
in corda inimicorum regis
Heb. 1. b. 8. * " Sedes tua Deus in sæculum sæculi: vir- 7
ga directionis, virga regni tui.
* Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: 8
propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo læ-
titiæ præ consortibus tuis.
* Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis 9
tuis, à domibus eburneis: ex quibus delecta- C
uerunt* te filiæ regum in honore tuo. 10
Astitit regina à dextris tuis in vestitu de
aurato: circumdata varietate.
* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã: 11
& obliuiscere populum tuum, & domum
patris tui.
* Et concupiscet rex decorem tuum: quo- 12
niam ipse est Dominus Deus tuus, & adora-
bunt eum.
* Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuũ 13
deprecabuntur: omnes diuites plebis. D
* Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in 14
fimbrijs aureis, * circumamicta varietatibus. 15
Adducentur regi virgines post eam: pro-
ximæ eius afferentur tibi.
* Afferentur in lætitia, & exultatione: ad- 16
ducentur in templum regis.
* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: con- 17
stitues eos principes super omnem terram.
* Memores erunt nominis tui: in omni 18
generatione, & generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in æ-
ternum: & in sæculum sæculi.

In finem, filijs Core pro arcanis, 1
Psalmus. XLV.

D Eus noster refugium, & virtus: adiutor 2
in tribulationibus, quæ inuenerunt nos A
nimis.
3 * Propterea non timebimus dum turba-
bitur terra: & transferentur montes in cor
maris.
4 * Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum:
conturbati sunt montes in fortitudine eius.
5 * Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:
sanctificauit tabernaculum suũ Altissimus.
6 * Deus in medio eius, non commouebitur:
B adiuuabit eam Deus mane diluculo.
7 * Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt
regna: dedit vocem suam, mota est terra.
8 * Dominus virtutum nobiscum: susceptor
noster Deus Iacob.
9 * Venite, & videte opera Domini, quæ po-
10 suit prodigia super terram: * auferens bella
C vsque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: &
scuta comburet igni:
11 * Vacate, & videte qm̃ ego sum Deus: exal-
tabor in gentibus, & exaltabor in terra.
12 * Dominus virtutum nobiscum: susceptor
noster Deus Iacob.

1 In finem, pro filijs Core. Psalmus
XLVI.

2 O Mnes Gentes plaudite manibus, iubi-
A late Deo in voce exultationis.
3 * Quoniam Dominus excelsus, terribilis:
Rex magnus super omnem terram.
4 * Subiecit populos nobis, & gentes sub pedi-
bus nostris,
5 * Elegit nobis hereditatem suam, speciem
Iacob, quam dilexit.
6 * " Ascendit Deus in iubilo: & Dominus in 2. Reg. 6. c. 15.
voce tubæ.
7 * Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi
B nostro, psallite.
8 * Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite
sapienter.
9 * Regnabit Deus super gentes, Deus sedet
super sedem sanctam suam.
10 * Principes populorum congregati sunt cũ
Deo Abraham, quoniam dij fortes terræ, ve-
hementer eleuati sunt.

1 Psalmus Cantici filijs Core secunda sab-
bati. XLVII.

2 M Agnus Dominus, & laudabilis nimis
A in ciuitate Dei nostri, in monte sancto
eius.
3 * Fũdatur exultatione vniuersæ terræ mõs
Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.
4 * Deus in domibus eius cognoscetur, cum
suscipiet eam.
5 * Quoniam ecce reges terræ congregati sũt,
conuenerunt in vnum.
6 * Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati
7 sunt commoti sunt: * tremor apprehendit
eos?
8 Ibi dolores, vt parturientis, * in spiritu ve-
hementi conteres naues Tharsis.
9 * Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuita-
te Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri:
Deus

Deus fundauit eam in æternum. B
* Suscepimus Deus misericordiam tuam, 10
in medio templi tui.
* Secundum nomen tuum Deus, sic & 11
laus tua in fines terræ: iustitia plena est
dextera tua.
* Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iu- 12
dæ, propter iudicia tua Domine.
* Circumdate Sion, & complectimini 13
eam: narrate in turribus eius.
* Ponite corda vestra in virtute eius: & 14
distribuite domus eius, vt enarretis in pro-
genie altera.
* Quoniam hic est Deus, Deus noster in 15
æternum, & in sæculum sæculi: ipse reget
nos in sæcula.

In finem, filijs Core. Psalmus. 1
XLVIII.

A Vdite hæc omnes Gentes: auribus per- 2
cipite omnes, qui habitatis orbem: A
* Quique terrigenæ, & filij hominum: si- 3
mul in vnum diues, & pauper.
* Os meum loquetur sapientiam: & me- 4
ditatio cordis mei prudentiam.
Ps. 77. 2. Mat. 13. c. 35. * " Inclinabo in parabolam aurem meam: 5
aperiam in psalterio propositionem meam.
* Cur timebo in die mala? iniquitas cal- 6
canei mei circumdabit me.
* Qui confidunt in virtute sua: & in mul- 7
titudine diuitiarum suarum gloriantur.
* Frater non redimit, redimet homo: non 8
dabit Deo placationem suam.
* Et, pretium redemptionis animæ suæ: 9
& laborabit in æternum, * & viuet ad huc 10
in finem. B
* Non videbit interitum, cum viderit sa- 11
pientes morientes: simul insipiens, & stultus
peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: * & se- 12
pulchra eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorũ in progenie, & proge-
nie: vocauerunt nomina sua in terris suis.
* Et homo, cum in honore esset, nõ intel- 13
lexit: comparatus est iumentis insipientibus, C
& similis factus est illis.
* Hæc via illorum scandalum ipsis: & po- 14
stea in ore suo complacebunt.
* Sicut oues in inferno positi sunt: mors 15
depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matuti-
no: & auxilium eorum veterascet in infer-
no à gloria eorum.
* Verumtamen Deus redimet animam 16
meam de manu inferi, cum acceperit me.
* Ne timueris cũ diues fact' fuerit homo, 17
& cũ multiplicata fuerit gloria domus eius.
* Quoniam cum interierit, nõ sumet om- 18
nia: neque descendet cum eo gloria eius.
* Quia anima eius in vita ipsius benedice- 19
tur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
* Introibit vsq. in progenies patrũ suorũ: 20
& vsque in æternum non videbit lumen.
* Homo, cum in honore esset, nõ intelle- 21
xit: comparatus est iumentis insipientibus,
& similis factus est illis.

1 Psalmus Asaph. XLIX.

A Deus deorum Dominus locutus est: &
vocauit terram.
2 A solis ortu vsque ad occasum: * ex Sion
species decoris eius.
3 * Deus manifestè veniet: Deus noster, &
non silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: & in
circuitu eius tempestas valida.
4 * Aduocabit cælum de sursum: & terram
discernere populum suum.
5 * Congregate illi sanctos eius: qui ordinãt
B testamentum eius super sacrificia.
6 Et annunciabunt cæli iustitiam eius: que-
niam Deus iudex est.
7 * Audi populus meus, & loquar Israel, &
testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
8 * Non in sacrificijs tuis arguam te: ho-
locausta autem tua in conspectu meo sunt
semper.
9 * Non accipiam de domo tua vitulos: ne-
que de gregibus tuis hircos.
10 * Quoniam meæ sunt omnes feræ silua-
rum, iumenta in montibus, & boues.
11 * Cognoui omnia volatilia cæli: & pul-
chritudo agri mecum est.
12 * Si esuriero, non dicam tibi: meus est
C enim orbis terræ, & plenitudo eius.
13 * Numquid manducabo carnes taurorũ?
aut sanguinem hircorum potabo?
14 * Immola Deo sacrificium laudis: & red-
de Altissimo vota tua.
15 * Et inuoca me in die tribulationis: eruam
te, & honorificabis me.
16 * Peccatori autem dixit Deus: Quare tu
enarras iustitias meas, & assumis testamen-
tum meum per os tuum:
17 * Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti
sermones meos retrorsum:
18 * Si videbas furem, currebas cum eo: &
D cum adulteris portionem tuam ponebas.
19 * Os tuum abundauit malitia: & lingua
tua concinnabat dolos.
20 * Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris,
& aduersus filium matris tuæ ponebas
21 scandalum: * hæc fecisti, & tacui.
Existimasti iniquè quòd ero tui similis: ar-
guam te, & statuam contra faciem tuam.
22 * Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum:
ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.
23 * Sacrificium laudis honorificabit me: &
illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

1 In finem, Psalmus Dauid,
2 * Cum venit ad eum Nathan Propheta,
quando intrauit ad Bethsabee.
(2. Reg. 12.) L.

3 M Iserere mei Deus, secundum magnam
A misericordiam tuam.
Et secundum multitudinẽ miserationum
Cc 4 tua.

tuarum, dele iniquitatem meam.
* Amplius laua me ab iniquitate mea: & 4
à peccato meo munda me.
* Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est 5
semper.
* Tibi solipeccaui, & malum coram te fe- 6
[a]Rom.3. ci, [a] vt iustificeris in sermonibus tuis, & vin-
a.4. cas cum iudicaris.
* Ecce enim in iniquitatibus conceptus sũ: 7
& in peccatis concepit me mater mea. B
* Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & 8
occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
[a]Leu.14. *[a] Asperges me hyssopo, & mundabor la- 9
Nu.19. uabis me, & super niuem dealbabor.
* Auditui meo dabis gaudium, & lætitiã: 10
& exultabunt ossa humiliata.
* Auerte faciem tuam à peccatis meis: & 11
omnes iniquitates meas dele.
* Cor mundum crea in me Deus: & spiri- 12
tum rectum innoua in visceribus meis.
* Ne proijcias me à facie tua: & spiritum 13
sanctum tuum ne auferas à me.
* Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spi- 14
ritu principali confirma me.
* Docebo iniquos vias tuas: & impij ad 15
te conuertentur.
* Libera me de sanguinibus Deus, Deus 16
salutis meæ: & exultabit lingua mea iusti-
tiam tuam.
* Domine labia mea aperies: & os meum 17
annunciabit laudem tuam. C
* Quoniam si voluisses sacrificium dedis- 18
sem vtique: holocaustis non delectaberis.
* Sacrificium Deo spiritus contribulatus: 19
cor contritum, & humiliatum Deus non
despicies.
* Benigne fac Domine in bona voluntate 20
tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.
* Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, 21
oblationes, & holocausta: tunc imponent
super altare tuum vitulos.

In finem, Intellectus Dauid, 1
* Cum venit Doeg Idumæus, & nunciauit 2
Sauli: Venit Dauid in domum
Achimelech.
(1.Reg.22.9.) LI.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es 3
in iniquitate?
* Tota die iniustitiam cogitauit lingua 4
tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
* Dilexisti malitiam super benignitatem: 5
iniquitatem magis, quam loqui æquitatem.
* Dilexisti omnia verba præcipitationis, 6
lingua dolosa.
* Propterea Deus destruet te in finẽ, euel- 7
let te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: &
radicem tuam de terra viuentium.
* Videbunt iusti, & timebunt, & super 8
eum ridebunt, & dicent: * ecce homo, qui 9
non posuit Deum adiutorium suum:
Sed speranit in multitudine diuitiarum
suarum: & præualuit in vanitate sua.
10 * Ego autem, sicut oliua fructifera in do-
mo Dei, speraui in misericordia Dei in æter-
num: & in sæculum sæculi.
11 * Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti:
& expectabo nomẽ tuum, quoniam bonum
est in conspectu sanctorum tuorum.

In finem.
1 Pro Maeleth intelligentiæ Dauid.
LII.

A DIxit insipiens in corde suo: Non est
2 Deus. * Corrupti sunt, & abominabiles
facti sunt in iniquitatibus: non est, qui faciat
bonum.
3 * [a] Deus de cælo prospexit super filios ho- [a] Ps.13.
minum: vt videat si est intelligens, aut requi- a.1.
rens Deum.
4 * [a] Omnes declinauerunt, simul inutiles
facti sunt: non est qui faciat bonum, non est [a]Rom.3.
vsque ad vnum. b.11.
5 * Nonne scient omnes, qui operatur ini-
B quitatem, qui deuorant plebem meam, vt ci-
bum panis.
6 * Deum non inuocauerunt: illi trepidaue-
runt timore, vbi non erat timor.
Quoniam Deus diffipauit ossa eorum, qui
hominibus placent: confusi sunt, quoniam
Deus spreuit eos.
7 * Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum
conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ,
exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

In finem,
1 In carminibus intellectus Dauid,
2 * Cũ venissent Ziphei, & dixissent ad Saul:
Nonne Dauid absconditus est apud nos?
(1.Reg.23.19.& 26.1.) LIII.

3 DEus in nomine tuo saluum me fac: &
A in virtute tua iudica me.
4 * Deus exaudi orationem meam: auribus
percipe verba oris mei.
5 * Quoniã alieni insurrexerunt aduersum
me, & fortes quæsierunt animam meam: &
non proposuerunt Deum ante conspectum
suum.
6 * Ecce enim Deus adiuuat me: & Domi-
B nus susceptor est animæ meæ.
7 * Auerte mala inimicis meis: & in verita-
te tua disperde illos.
8 * Voluntariè sacrificabo tibi, & confi-
tebor nomini tuo Domine: quoniam bo-
num est:
9 * Quoniam ex omni tribulatione eripui-
sti me: & super inimicos meos despexit ocu-
lus meus.

1 In finem, In carminibus intellectus
Dauid. LIV.

2 EXaudi Deus orationem meam, & ne de-
spexeris deprecationem meam: * inten-
de mihi, & exaudi me.
3 * Cõtristatus sum in exercitatione mea: &
con-

conturbatus sum * à voce inimici, & à tribu- 4
latione peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me iniquita-
tes: & in ira molesti erant mihi.
* Cor meum conturbatum est in me: & 5
formido mortis cecidit super me
* Timor, & tremor venerunt super me: & 6
contexerunt me tenebræ.
* Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut co- 7
lumbæ, & volabo, & requiescam? B
* Ecce elongaui fugiens: & mansi in soli- 8
tudine.
* Expectabam eum, qui saluum me fecit 9
à pusillanimitate spiritus, & tempestate.
* Præcipita Domine diuide linguas eorũ: 10
quoniam vidi iniquitatem, & contradictio-
nem in ciuitate.
* Die ac nocte circundabit eã super mu- 11
ros eius iniquitas: & labor in medio eius, * & 12
iniustitia.
Et nõ defecit de plateis eius vsura, & dolus.
* Quoniam si inimicus meus maledixis- 13
set mihi, sustinuissem vtique.
Et si is, qui oderat me, super me magna C
locutus fuisset: abscondissem me forsitan
ab eo.
* Tu verò homo vnanimis: dux meus, & 14
notus meus:
* Qui simul mecũ dulces capiebas cibos: 15
in domo Dei ambulauimus cum consensu.
* Veniat mors super illos: & descendant 16
in infernum viuentes?
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum:
in medio eorum.
* Ego autem ad Deum clamaui: & Do- 17
minus saluabit me.
* Vespere, & mane, & meridie narrabo, 18
& annunciabo: & exaudiet vocem meam.
* Redimet in pace animam meam ab his, 19
qui appropinquaut mihi: quoniã inter mul-
tos erant mecum.
* Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui 20
est ante sæcula. D
Non enim est illis commutatio, & non ti-
muerunt Deum: * extendit manum suam 21
in retribuendo.
Contaminauerunt testamentũ eius, * di- 22
uisi sunt ab ira vultus eius: & appropinqua-
uit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum:
& ipsi sunt iacula.
[a]Matt.6. * [a] Iacta super Dominum curam tuam, 23
d.25. & ipse te enutriet: nõ dabit in æternum fluc-
Luc.12. tuationem iusto.
c.22. * Tu vero Deus deduces eos, in puteum 24
1.Petr.5. interitus.
b.7. Viri sanguinum, & dolosi non dimidia-
bunt dies suos: ego autem sperabo in te Do-
mine.

In finem,
Pro populo, qui à Sanctis longè factus est, 1
Dauid in tituli inscriptionem, cum tenue-
runt eum Allophyli in Geth.
(1.Reg.21.12.) LV.

2 MIserere mei Deus, quoniam conculca-
A uit me homo: tota die impugnans tri-
bulauit me.
3 * Cõculcauerunt me inimici mei tota die:
quoniam multi bellantes aduersum me.
4 * Ab altitudine diei timebo: ego verò in
te sperabo.
5 * In Deo laudabo sermones meos, in Deo
speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
6 * Tota die verba mea execrabantur: ad-
uersum me omnes cogitationes eorum, in
malum.
7 * Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calca-
B neum meum obseruabunt.
8 Sicut sustinuerunt animam meam, * pro
nihilo saluos facies illos: in ira populos con-
fringes.
9 Deus, * vitam meam annunciauit tibi: po-
suisti lacrimas meas in conspectu tuo.
10 Sicut & in promissione tua: * tunc conuer-
tentur inimici mei retrorsum:
In quacunque die inuocauero te: ecce co-
gnoui quoniam Deus meus es.
11 * In Deo laudabo verbũ, in Domino lau-
dabo sermonem: in Deo speraui, non time-
bo qui faciat mihi homo.
12 * In me sunt Deus vota tua, quæ reddam,
laudationes tibi.
13 * Quoniam eripuisti animam meam de
morte, & pedes meos de lapsu: vt placeam
coram Deo in lumine viuentium.

In finem,
1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem,
cum fugeret à facie Saul in speluncam.

(2.Reg.22.1.& 24.4.) LVI.

2 MIserere mei Deus, miserere mei: quo-
A niam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, do-
nec transeat iniquitas
3 * Clamabo ad Deum altissimum: Deum
qui benefecit mihi.
4 * Misit de cælo, & liberauit me: dedit in
opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiam suam, & veri-
5 tatem suam, * & eripuit animam meam
de medio catulorum leonum: dormiui con-
turbatus.
Filij hominum dentes eorum arma, & sa-
gittæ: & lingua eorum gladius acutus.
6 * Exaltare super cælos Deus: & in omnem
B terram gloria tua.
7 * Laqueum parauerunt pedibus meis: &
inquinauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: &
inciderunt in eam.
8 * Paratum cor meum Deus, paratum cor
meum: cantabo, & psalmum dicam.
9 * Exurge gloria mea, exurge psalterium,
& cithara: exurgam diluculo.
10 * Confitebor tibi in populis Domine: &
psalmum dicam tibi in gentibus:
11 * Quoniam magnificata est vsque ad cæ-
los

los misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.
* Exaltare super cælos Deus: & super 12
omnem terram gloria tua.

In finem,
Ne disperdas, Dauid in tituli inscri- 1
ptionem. LVII.

SI verè vtique iustitiam loquimini: recta 2
iudicate filij hominum. A
* Etenim in corde iniquitates operamini: 3
in terra iniustitias manus vestræ concinnãt.
* Alienati sunt peccatores à vulua, erra- 4
uerunt ab vtero: locuti sunt falsa.
* Furor illis secundum similitudinem ser-
pentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis
aures suas.
* Quæ non exaudiet vocem incantan- 6
tium, & venefici incantantis sapienter.
* Deus conteret dentes eorũ in ore ipso- 7
rum: molas leonum confringet Dominus. B
* Ad nihilum deuenient tamquam aqua 8
decurrens: intendit arcum suum donec in-
firmentur.
* Sicut cera, quæ fluit, auferentur: super- 9
cecidit ignis, & non viderunt Solem.
* Priusquam intelligerent spinæ vestræ 10
rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absor-
bet eos.
* Lætabitur iustus cũ viderit vindictam: 11
manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
* Et dicet homo: Si vtique est fructus iu- 12
sto: vtique est Deus iudicans eos in terra.

In finem,
Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, 1
quando misit Saul, & custodiuit domum
eius, vt eum interficeret.
(1. Reg. 19. 11.) LVIII.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: 2
& ab insurgentibus in me libera me. A
* Eripe me de operantibus iniquitatem: 3
& de viris sanguinum salua me.
* Quia ecce cæperunt animam meam: 4
irruerunt in me fortes.
* Neque iniquitas mea, neque peccatum 5
meum Domine: sine iniquitate cucurri, & di-
rexi.
* Exurge in occursum meum, & vide: & 6
tu Domine Deus virtutum, Deus Israel. B
Intende ad visitandas omnes gentes: non
miserearis omnibus, qui operantur iniquita-
tem.
* Conuertentur ad vesperam: & famem 7
patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.
* Ecce loquentur in ore suo, & gladius in 8
labijs eorum: quoniam quis audiuit?
* Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum 9
deduces omnes gentes.
* Fortitudinẽ meam ad te custodiã quia 10
Deus susceptor meus es: * Deus meus mi- 11
sericordia eius præueniet me.
* Deus ostẽdet mihi super inimicos meos, 12
C ne occidas eos: ne quando obliuiscantur po-
puli mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone
eos protector meus Domine:
13 * Delictum oris eorum, sermonem labio-
rum ipsorum: & comprehendantur in su-
perbia sua.
Et de execratione, & mendacio annuncia-
14 buntur * in consummatione: in ira con-
summationis, & non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur Iacob: &
finium terræ.
15 * Conuertentur ad vesperã, & famẽ pa-
tientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.
16 * Ipsi dispergẽtur ad manducandũ: si ve-
rò non fuerint saturati, & murmurabunt.
17 * Ego autẽ cantabo fortitudinem tuam:
& exultabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, & refugiũ
meum, in die tribulationis meæ.
18 * Adiutor meus tibi psallã, quia Deus susce-
ptor meus es: Deus meus misericordia mea.

In finem,
1 Pro his, qui immutabuntur, in tituli inscri-
2 ptionẽ ipsi Dauid in doctrinã, * cum suc-
cendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, &
conuertit Ioab, & percussit Idumæam in
valle Salinarum duodecim millia.
(2. Reg. 8. 1. & 10. 7. & 1. Par. 18. 1.) LIX.

3 DEus repulisti nos, & destruxisti nos:
A iratus es, & misertus es nobis.
4 * Cõmouisti terram, & conturbasti eam:
sana contritiones eius, quia commota est.
5 * Ostendisti populo tuo dura: potasti nos
B vino compunctionis.
6 * Dedisti metuentibus te significationem:
vt fugiant à facie arcus.
7 Vt liberentur dilecti tui: * saluum fac
dextera tua, & exaudi me.
8 * Deus locutus est in sancto suo: Lætabor,
& partibor Sichimam: & conuallem taber-
naculorum metibor.
9 * Meus est Galaad, & meus est Manasses:
& Ephraim fortitudo capitis mei.
10 Iuda rex meus: * Moab olla spei meę.
In Idumæam extendam calceamentum
meum: mihi alienigenæ subditi sunt.
11 * Quis deducet me in ciuitatẽ munitam?
C quis deducet me vsque in Idumæam?
12 * Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non
egredieris Deus in virtutibus nostris?
13 * Da nobis auxilium de tribulatione: quia
vana salus hominis.
14 * In Deo faciemus virtutem: & ipse ad ni-
hilum deducet tribulantes nos.

In finem,
1 In hymnis Dauid. LX.

2 EXaudi Deus deprecationem meam: in-
A tende orationi meæ.
3 * A finibus terræ ad te clamaui: dum an-
xiaretur cor meum, in petra exaltasti me.
De-

Deduxisti me, * quia factus es spes mea: 4
turris fortitudinis à facie inimici.
* Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæ- 5
cula: protegar in velamento alarum tuarũ.
* Quoniam tu Deus meus exaudisti ora- 6
tionem meam: dedisti hæreditatem timen- B
tibus nomen tuum.
* Dies super dies regis adijcies: annos eius 7
vsque in diẽ generationis, & generationis.
* Permanet in æternũ in conspectu Dei: 8
misericordiam, & veritatem eius quis requi-
ret?
* Sic psalmum dicam nomini tuo in sæ- 9
culum sæculi: vt reddam vota mea de die
in diem.

In finem,
Pro Idithun, Psalmus Dauid. LXI. 1

NOnne Deo subiecta erit anima mea? 2
ab ipso enim salutare meum. A
* Nã & ipse Deus meus, & salutaris meus: 3
susceptor meus, non mouebor amplius.
* Quousque irruitis in hominem? inter- 4
ficitis vniuersi vos: tamquam parieti incli-
nato, & maceriæ depulsæ?
* Verumtamen pretium meum cogita- 5
uerũt repellere, cucurri in siti: ore suo bene-
dicebant, & corde suo maledicebant.
* Verumtamen Deo subiecta esto anima 6
mea: quoniam ab ipso patientia mea.
* Quia ipse Deus meus, & saluator meus: 7
adiutor meus, non emigrabo. B
* In Deo salutare meum, & gloria mea: 8
Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.
* Sperate in eo omnis congregatio popu- 9
li, effundite coram illo corda vestra: Deus
adiutor noster in æternum.
* Verumtamen vani filij hominũ, men- 10
daces filij hominum in stateris: vt decipiant
ipsi de vanitate in idipsum.
* Nolite sperare in iniquitate, & rapinas 11
nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, noli-
te cor apponere.
* Semel locutus est Deus, duo hæc audi- 12
ui, quia potestas Dei est, * & tibi Domine 13
misericordia: [a] quia tu reddes vnicuique
iuxta opera sua.

[a] Matth. 16. d. 27. Rom. 2. b. 6. 1. Cor. 3. b. 8. Galat. 6. b. 5.

Psalmus Dauid,
Cum esset in deserto Idumææ, 1
(1. Reg. 22. 5.) LXII.

DEus Deus meus ad te de luce vigilo. 2
Sitiuit in te anima mea, quàm multi- A
pliciter tibi caro mea.
* In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic 3
in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem
tuam, & gloriam tuam.
* Quoniam melior est misericordia tua 4
super vitas: labia mea laudabunt te.
* Sic benedicam te in vita mea: & in no- 5
mine tuo leuabo manus meas. B
* Sicut adipe, & pinguedine repleatur aĩa 6
mea; & labijs exultationis laudabit os meũ.
7 * Si memor fui tui super stratum meum,
8 in matutinis meditabor in te: * quia fuisti
C adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exulta-
9 bo, * adhæsit anima mea post te: me suscepit
dextera tua.
10 * Ipsi verò in vnum quæsierunt animam
11 meam, introibunt in inferiora terræ: * tra-
dentur in manus gladij, partes vulpium in-
erunt.
12 * Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur
omnes qui iurant in eo: quia obstructum est
os loquentium iniqua.

In finem.
1 Psalmus Dauid. LXIII.

2 EXaudi Deus orationem meam cum
A deprecor: à timore inimici eripe ani-
mam meam.
3 * Protexisti me à conuentu malignantiũ:
à multitudine operantium iniquitatem.
4 * Quia exacuerunt vt gladium linguas
suas: intenderunt arcum rem amaram, vt
5 * sagittent in occultis immaculatum.
6 * Subito sagittabunt eũ, & non timebunt:
firmauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt vt absconderent laqueos: di-
xerunt: Quis videbit eos?
7 * Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scru-
B tantes scrutinio.
8 Acceder homo ad cor altum: * & exalta-
bitur Deus.
Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eo-
9 rum: * & infirmatæ sunt contra eos linguæ
eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos:
10 * & timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera Dei: & facta
eius intellexerunt.
11 * Lætabitur iustus in Domino, & sperabit
in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

In finem, Psalmus Dauid,
1 Canticum Hieremiæ, & Ezechielis
populo transmigrationis,
cum inciperent exire.
LXIIII.

2 TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi
A reddetur votum in Ierusalem.
3 * Exaudi orationem meam: ad te omnis
caro veniet.
4 * Verba iniquorũ præualuerũt super nos:
& impietatibus nostris tu propitiaberis.
5 * Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: in-
habitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: sanctũ
6 est templum tuum, * mirabile in æquitate.
B Exaudi nos Deus salutaris noster, spes
omnium finium terræ, & in mari longe.
7 * Præparans montes in virtute tua, acin-
8 ctus potentia: * qui conturbas profundum
maris, sonum fluctuum eius.
9 Turbabuntur gentes, * & timebunt qui ha-
bitant

bitant terminos à signis tuis : exitus matu-
tini,& vespere delectabis.
* Visitasti terram,& inebriasti eam.mul- 10
tiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, parasti
cibum illorum : quoniam ita est præparatio
eius.
* Riuos eiꝰ inebria, multiplica genimina 11
eius:in stillicidijs eius lætabitur germina ns.
* Benedices coronę anni benignitatis tuę: 12
& campi tui replebuntur vbertate.
* Pinguescent speciosa deserti: & exulta- 13
tiones colles accingentur.
* Induti sunt arietes ouium,& valles abū- 14
dabunt frumento:clamabunt,etenim hym-
num dicent,

In finem.
Canticum Psalmi resurrectionis. 1
LXV.

IVbilate Deo omnis terra,*psalmum dici- 2
te nomini eius : date gloriam laudi eius. A
* Dicite Deo quam terribilia sunt opera 3
tua Domine ? in multitudine virtutis tuæ
mentientur tibi inimici tui.
* Omnis terra adoret te, & psallat tibi : 4
psalmum dicat nomini tuo.
* Venite, & videte opera Dei:terribilis in 5
consilijs,super filios hominum.
* Qui conuertit mare in aridam, in flu- 6
mine pertransibunt pede : ibi lætabimur in
ipso.
* Qui dominatur in virtute sua in æter- 7
num,oculi eius super gentes respiciunt: qui B
te asperant non exaltentur in semetipsis.
* Benedicite Gentes Deum nostrum : & 8
auditam facite vocem laudis eius.
*Qui posuit animam meam ad vitam : & 9
non dedit incommotionem pedes meos.
*Quoniam probasti nos Deus : igne nos 10
examinasti, sicut examinatur argentum.
*Induxisti nos in laqueum, posuisti tri- 11
bulationes in dorso nostro:*imposuisti ho- 12
mines super capita nostra. C
Transiuimus per ignem,& aquam:& edu
xisti nos in refrigerium.
* Introibo in domum tuam in holocau- 13
stis:reddam tibi vota mea, * quæ distinxe- 14
runt labia mea.
Et locutum est os meum, in tribulatione
mea.
* Holocausta medullata offeram tibi cū 15
incenso arietum : offeram tibi boues cum
hircis.
* Venite,audite,& narrabo,omnes qui ti- 16
metis Deum, quanta fecit animæ meæ D
*Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui 17
sub lingua mea.
*Iniquitatem si aspexi in corde meo,non 18
exaudiet Dominus.
*Propterea exaudiuit Deus,& attēdit vo- 19
ci deprecationis meæ.
* Benedictus Deus, qui non amouit ora- 20
tionem meā, & misericordiam suam à me.

In finem.
1 In hymnis,Psalmus Cantici Dauid.
LXVI.

2 DEus misereatur nostri & benedicat no
A bis:illuminet vultū suum super nos,&
misereatur nostri.
3 * Vt cognoscamus in terra viam tuam: in
omnibus gentibus salutare tuum.
4 * Confiteantur tibi populi Deus : confi-
teantur tibi populi omnes.
5 * Lætentur, & exultent gentes: quoniam
iudicas populos in æquitate, & gentes in ter-
ra dirigis.
6 * Confiteantur tibi populi Deus : confi-
7 teantur tibi populi omnes:* terra dedit fru-
ctum suum.
8 Benedicat nos Deus, Deus noster,* bene-
dicat nos Deus : & metuant eum omnes fi-
nes terræ.

In finem.
1 Psalmus Cantici ipsi Dauid.
LXVII.

2 EXurgat Deus, & dissipentur inimici
A eius, & fugiant qui oderunt eum, à fa-
cie eius.
3 * Sicut deficit fumus,deficiant: sicut fluit
cera à facie ignis, sic pereant peccatores à fa-
cie Dei.
4 * Et iusti epulentur,& exultent in conspe-
ctu Dei: & delectentur in lætitia.
5 * Cantate Deo,psalmū dicite nomini eius:
iter facite ei, qui ascendit super occasum:
Dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius,turbabuntur à
6 facie eius, * patris orphanorum, & iudicis
viduarum.
7 Deus in loco sancto suo: * Deus qui inha-
bitare facit vnius moris in domo:
Qui eduxit vinctos in fortitudine, simili-
ter eos, qui exasperant, qui habitant in se-
pulchris.
8 * Deus cum egredereris in conspectu po-
puli tui,cum pertransires in deserto:
9 * Terra mota est, etenim cęli distillauerūt
à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.
10 * Pluuiam voluntariam segregabis Deus
B hereditati tuę:& infirmata est,tu verò per-
fecisti eam.
11 *Animalia tua habitabunt in ea : parasti
in dulcedine tua pauperi, Deus.
12 * Dominus dabit verbum euangelizanti-
bus,virtute multa.
13 * Rex virtutum dilecti dilecti : & speciei
domus diuidere spolia.
14 *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ
columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi
eius in pallore auri.
15 * Dum discernit cælestis reges super eam,
16 niue dealbabuntur in Selmon:* Mons Dei,
mons pinguis.
17 Mons coagulatus,mons pinguis:* vt quid
suspicamini montes coagulatos?

Mons,

Mons, in quo beneplacitum est Deo ha-
bitare in eo:etenim Dominus habitabit in fi-
nem.
* Currus Dei decem millibus multiplex, 18
millia lætantium : Dominus in eis in Sina in
sancto.
* Ascendisti in altum, cepisti captiuita- 19
tem:accepisti dona in hominibus. C
Etenim non credentes, inhabitare Domi-
num Deum.
* Benedictus Dominus die quotidie:pro- 20
sperum iter faciet nobis Deo salutarium no-
strorum.
* Deus noster, Deus saluos faciendi : & 21
Domini Domini exitus mortis.
* Verumtamen Deus confringet capita 22
inimicorum suorum, verticē capilli peram-
bulantium in delictis suis.
* Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, 23
conuertam in profundum maris.
* Vt intingatur pes tuus in sanguine : lin- 24
gua canum tuorum ex inimicis,ab ipso.
* Viderunt ingressus tuos Deus,ingressus 25
Dei mei:regis mei qui est in sancto.
* Præuenerunt principes coniuncti psal- 26
lentibus, in medio iuuencularum tympani-
strriarum.
* In ecclesijs benedicite Deo Domino, de 27
fontibus Israel.
* Ibi Beniamin adolescentulus,in mentis 28
excessu. D
Principes Iuda,duces eorum:principes Za
bulon principes Nephthali.
* Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc 29
Deus,quod operatus es in nobis.
* A templo tuo in Ierusalem,tibi offerent 30
reges munera.
* Increpa feras arundinis,congregatio tau 31
rorum in vaccis populorum : vt excludant
eos,qui probati sunt argento.
Dissipa gentes,quæ bella volunt: * veniēt 32
legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet ma-
nus eius Deo.
* Regna terræ, cantate Deo: psallite Do- 33
mino:psallite Deo, * qui ascendit super cæ- 34
lum cæli, ad Orientem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, * da- 35
te gloriam Deo super Israel,magnificentia e-
ius,& virtus eius in nubibus.
* Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Is- 36
rael ipse dabit virtutem, & fortitudinem ple
bi suæ,benedictus Deus.

In finem,pro ijs, qui commutabuntur, 1
Dauid. LXVIII.

SAluum me fac Deus : quoniam intraue- 2
runt aquæ vsque ad animam meam. A
* Infixus sum in limo profundi : & non 3
est substantia.
Veni in altitudinem maris : & tempestas
demersit me.
* Laborauí clamans,raucæ factæ sunt fau- 4
ces meæ,defecerunt oculi mei,dum spero in
Deum meum.
5 * Multiplicati sunt super capillos capitis
mei,qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me ini-
mici mei iniustè:quæ nō rapui,tūc exoluebā.
6 * Deus tu scis insipientiam meam: & deli-
cta mea à te non sunt abscondita.
7 * Non erubescant in me,qui expectant te
Domine,Domine virtutum.
Non confundantur super me qui quærūt
te,Deus Israel.
8 * Quoniam propter te sustinui opprobriū
B operuit confusio faciem meam.
9 * Extraneus factus sum fratribus meis, &
peregrinus filijs matris meæ.
10 * Quoniā zelus domus tuæ comedit me:
& " opprobria exprobrantium tibi, cecide- " Io.2.d.
runt super me. 17.
11 * Et operui in ieiunio animam meam : & Rom.15
factum est in opprobrium mihi. a.3.
12 * Et posui vestimentum meum cilicium :
& factus sum illis in parabolam.
13 * Aduersum me loquebantur qui sedebāt
in porta: & in me psallebant,qui bibebant vi-
num.
14 * Ego verò orationem meam ad te Do-
mine tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi
me,in veritate salutis tuæ :
15 * Eripe me de luto,vt non infigar: libera
me ab ijs, qui oderunt me, & de profundis
aquarum.
16 * Non me demergat tempestas aquæ, ne-
que absorbeat me profundum, neque vrgeat
super me puteus os suum.
17 * Exaudi me Domine, quoniam benigna
est misericordia tua:secundum multitudinē
miserationum tuarum respice in me.
18 * Et ne auertas faciem tuam à puero tuo :
quoniam tribulor,velociter exaudi me.
19 * Intende animæ meæ,& libera eam: pro-
C pter inimicos meos eripe me.
20 * Tu scis improperium meum, & confu-
sionem meam,& reuerentiam meam.
21 * In conspectu tuo sunt omnes qui tribu-
lant me, improperium expectauit cor meū,
& miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur, & nō
fuit:& qui consolaretur,& non inueni.
22 * Et dederunt in escam meam fel : & in
siti mea potauerunt me aceto.
23 * Fiat mensa eorum coram ipsis in laque-
um,& in retributiones,& in scandalum.
24 * Obscurentur oculi eorum ne videant:&
dorsum eorum semperincurua.
25 * Effunde super eos iram tuam: & furor
iræ tuæ comprehendat eos.
26 * " Fiat habitatio eorum deserta : & in ta- " Act.1.
bernaculis eorum non sit qui inhabitet. d.20.
27 * Quoniam quem tu percussisti, persecuti
sunt : & super dolorem vulnerum meorum
addiderunt.
28 * Appone iniquitatem super iniquitatem
D eorum:& non intrent in iustitiam tuam.
29 * Deleantur de libro viuentium : & cum
iustis non scribantur.

* Ego

* Ego ſum pauper, & dolens, ſalus tua 30
Deus ſuſcepit me.
* Laudabo nomen Dei cum cantico: & 31
magnificabo eum in laude.
* Et placebit Deo ſuper vitulum nouel- 32
lum: cornua producentem, & vngulas.
* Videant pauperes, & lætentur: quærite 33
Deum, & viuet anima veſtra:
* Quoniam exaudiuit pauperes Domi- 34
nus: & vinctos ſuos non deſpexit.
* Laudent illum cæli, & terra, mare, & 35
omnia reptilia in eis.
* Quoniam Deus ſaluam faciet Sion: & 36
ædificabuntur ciuitates Iuda.
Et inhabitabunt ibi, & hereditate acqui-
rent eam.
* Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eã, 37
& qui diligunt nomen eius, habitabũt in ea.

In finem, Pſalmus Dauid. 1
In rememorationem, quod ſaluum
fecerit eum Dominus. LXIX.

DEus in adiutorium meũ intende: Do- 2
mine ad adiuuandum me feſtina. A
* Confundantur, & reuereantur, qui quæ- 3
runt animam meam:
* Auertantur retrorſum, & erubeſcant, 4
qui volunt mihi mala:
Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicũt
mihi: Euge, euge.
* Exultent, & lætentur in te omnes, qui 5
quærunt te, & dicant ſemper: Magnificetur
Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.
* Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus 6
adiuua me.
Adiutor meus: & liberator meus es tu:
Domine ne moreris.

Pſalmus Dauid, 1
Filiorum Ionadab, & priorum ca-
ptiuorum. LXX.

IN te Domine ſperaui, non confundar in A
æternum: * in iuſtitia tua libera me, & 2
eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, & ſalua me.
* Eſto mihi in Deum protectorem, & in 3
locum munitum: vt ſaluum me facias.
Quoniam firmamentum meum, & refu-
gium meum es tu.
* Deus meus eripe me de manu peccato- 4
ris, & de manu contra legem agentis, &
iniqui:
* Quoniam tu es patientia mea Domine: 5
Domine ſpes mea à iuuentute mea.
* In te confirmatus ſum ex vtero: de ven- 6
tre matris meæ tu es protector meus: B
In te cantatio mea ſemper: * tamquam 7
prodigium factus ſum multis: & tu adiutor
fortis.
* Repleatur os meum laude, vt cantem 8
gloriam tuã: tota die magnitudinem tuam.
* Ne proijcias me in tempore ſenectutis: 9
dũ defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

10 * Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui
cuſtodiebant animam meam, conſilium fe-
cerunt in vnum.
11 * Dicentes: Deus dereliquit eum, perſequi-
mini, & comprehendite eum: quia non eſt
qui eripiet.
12 * Deus ne elongeris à me: Deus meus in
auxilium meum reſpice.
13 * Confundantur, & deficiant detrahentes
C animæ meæ: operiantur confuſione, & pu-
dore qui quærunt mala mihi.
14 * Ego autem ſemper ſperabo: & adijciam
ſuper omnem laudem tuam.
15 * Os meum annunciabit iuſtitiam tuam:
tota die ſalutare tuum.
16 Quoniam non cognoui literaturam, * in-
troibo in potentias Domini: Domine memo-
rabor iuſtitiæ tuæ ſolius.
17 * Deus docuiſti me à iuuentute mea: &
vſque nunc pronunciabo mirabilia tua.
18 * Et vſque in ſenectam, & ſenium: Deus
ne derelinquas me.
Donec annunciem brachium tuum gene-
rationi omni, quæ ventura eſt.
19 Potentiam tuam, * & iuſtitiam tuã Deus
D vſq. in altiſſima, quæ feciſti magnalia: Deus
quis ſimilis tibi?
20 * Quantas oſtendiſti mihi tribulationes
multas, & malas: & conuerſus viuificaſti
me: & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me:
21 * Multiplicaſti magnificentiam tuam, &
conuerſus conſolatus es me.
22 * Nam, & ego confitebor tibi in vaſis pſal
mi veritatem tuam: Deus pſallam tibi in ci-
thara, ſanctus Iſrael.
23 * Exultabunt labia mea cum cantauero
tibi: & anima mea, quam redemiſti.
24 * Sed, & lingua mea tota die meditabitur
iuſtitiam tuam: cum confuſi, & reueriti fue-
rint qui quærunt mala mihi.

1 Pſalmus.
In Salomonem. LXXI.

2 DEus iudicium tuum regi da: & iuſtitiã
A tuam filio regis:
Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pau
peres tuos in iudicio.
3 * Suſcipiant montes pacem populo: & col-
les iuſtitiam.
4 * Iudicabit pauperes populi, & ſaluos fa-
ciet filios pauperum: & humiliabit calum-
niatorem.
5 * Et permanebit cum Sole, & ante Lunam
in generatione, & generationem.
6 * Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut
B ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
7 * Orietur in diebus eius iuſtitia, & abun-
dantia pacis: donec auferatur luna.
8 * Et dominabitur à mari vſq. ad mare: &
à flumine vſque ad terminos orbis terrarũ.
9 * Coram illo procident Æthiopes: & ini-
mici eius terram lingent.
10 * Reges Tharſis, & inſulæ munera offe-
rent: reges Arabum, & Saba dona adducent.

* Et adorabunt eum omnes reges terræ: 11
omnes gentes ſeruient ei: C
* Quia liberauit pauperem à potente: & 12
pauperem, cui non erat adiutor.
* Parcet pauperi, & inopi: & animas pau- 13
perum ſaluas faciet.
* Ex vſuris, & iniquitate redimet animas 14
eorum: & honorabile nomen eorum coram
illo.
* Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, 15
& adorabunt de ipſo ſemper: tota die bene-
dicent ei.
* Et erit firmamentum in terra in ſum- 16
mis montium, ſuperextolletur ſuper Liba- D
num fructus eius: & florebunt de ciuitate fi-
cut fenum terræ.
* Sit nomen eius benedictum in ſæcula: 17
ante Solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipſo omnes tribus ter-
ræ: omnes gentes magnificabunt eum.
* Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fa 18
cit mirabilia ſolus.
* Et benedictum nomen maieſtatis eius 19
in æternũ: & replebitur maieſtate eius om-
nis terra, fiat, fiat.
* Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe. 20

Pſalmus Aſaph. LXXII. 1

QVàm bonus Iſrael Deus his, qui recto A
ſunt corde!
* Mei autem penè moti ſunt pedes: penè 2
effuſi ſunt greſſus mei.
* Quia zelaui ſuper iniquos, pacem pecca- 3
torum videns.
* Quia non eſt reſpectus morti eorum: & 4
firmamentum in plaga eorum.
* In labore hominum non ſunt, & cum 5
hominibus non flagellabuntur:
* Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt ini- 6
quitate: & impietate ſua. B
* Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: 7
tranſierunt in affectum cordis.
* Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiam: 8
iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
* Poſuerunt in cęlum os ſuum: & lingua 9
eorum tranſiuit in terra.
* Ideo conuertetur populus meus hic: & 10
dies pleni inuenientur in eis.
* Et dixerunt: Quomodo ſcit Deus, & ſi 11
eſt ſcientia in excelſo?
* Ecce ipſi peccatores, & abundantes in 12
ſæculo, obtinuerunt diuitias.
* Et dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor 13
meum, & laui inter innocentes manus meas:
* Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio 14
mea in matutinis.
* Si dicebam: Narrabo ſic: ecce nationem 15
filiorum tuorum reprobaui. C
* Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc, la- 16
bor eſt ante me:
* Donec intrem in Sanctuarium Dei: & 17
intelligam in nouiſſimis eorum.
* Verumtamen propter dolos poſuiſti eis; 18
deiecisti eos dum alleuarentur.

19 * Quomodo facti ſunt in deſolationem,
ſubito defecerunt: perierunt propter iniqui-
tatem ſuam.
20 * Velut ſomnium ſurgentium Domine,
in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihi-
lum rediges.
21 * Quia inflammatum eſt cor meum, & re-
22 nes mei commutati ſunt: * & ego ad nihi-
lum redactus ſum, & neſciui.
23 * Vt iumentum factus ſum apud te, &
ego ſemper tecum.
24 * Tenuiſti manum dexteram meam: & in
D voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria
ſuſcepiſti me.
25 * Quid enim mihi eſt in cælo? & à te quid
volui ſuper terram?
26 * Defecit caro mea, & cor meum: Deus
cordis mei, & pars mea, Deus in æternum,
27 * Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt:
perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.
28 * Mihi autem adhærere Deo bonum eſt:
ponere in Domino Deo ſpem meam:
Vt annunciem omnes prædicationes tuas,
in portis filiæ Sion.

1 Intellectus Aſaph. LXXIII.

A VT quid Deus repuliſti in finem: iratus
eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ?
2 * Memor eſto congregationis tuæ, quam
poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgam hæreditatis tuæ: mons
Sion, in quo habitaſti in eo.
3 * Leua manus tuas in ſuperbia eorum
in finem: quanta malignatus eſt inimicus in
ſancto!
4 * Et gloriati ſunt qui oderunt te: in me-
dio ſolemnitatis tuæ.
5 Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: * & non cogno-
uerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.
6 Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus * exci-
derunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri, &
aſcia deiecerunt eam.
7 * a Incenderunt igni Sanctuarium tuum: 4. Reg.
in terra polluerũt tabernaculũ nominis tui. 25.c.9.
8 * Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum
B ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos
Dei à terra.
9 * Signa noſtra non vidimus, iam non eſt
propheta: & nos non cognoſcet amplius.
10 * Vſquequo Deus improperabit inimicus
irritat aduerſarius nomen tuum in finem?
11 * Vt quid auertis manum tuam, & dexte-
ram tuam, de medio ſinu tuo in finem?
12 * b Deus autem rex noſter ante ſæcula: b Luc.2.
operatus eſt ſalutem in medio terræ. g.70.
13 * Tu confirmaſti in virtute tua mare: con
C tribulaſti capita draconum in aquis.
14 * Tu confregiſti capita draconis: dediſti
eum eſcam populis Aethiopum.
15 * Tu dirupiſti fontes, & torrentes: tu ſicca
ſti fluuios Ethan.
16 * Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabrica-
tus es auroram, & Solem.

* Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatē 17
& ver tu plasmasti ea.
* Memor esto huius, inimicus impropera- 18
uit Domino: & populus insipiens incitauit
nomen tuum.
* Ne tradas bestijs animas confitentes ti- 19
bi, & animas pauperum tuorum ne obliui- D
scaris in finem.
* Respice in testamentum tuum: quia re- 20
pleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus
iniquitatum.
* Ne auertatur humilis factus confusus: 21
pauper, & inops laudabunt nomen tuum.
* Exurge Deus, iudica causam tuam: me- 22
mor esto improperiorum tuorum, eorum
quæ ab insipiente sunt tota die.
* Ne obliuiscaris voces inimicorum suo- 23
rum: superbia eorum, qui te oderunt, ascen-
dit semper.

In finem,
Ne corrumpas, Psalmus Cantici Asaph. 1
LXXIV.

CONfitebimur tibi Deus: confitebimur, 2
& inuocabimus nomen tuum. A
Narrabimus mirabilia tua: * cum accepe- 3
ro tempos, ego iustitias iudicabo.
* Liquefacta est terra, & omnes, qui habi- 4
tant in ea: ego confirmaui columnas eius
* Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & de- 5
linquentibus: Nolite exaltare cornu:
* Nolite extollere in altum cornu vestrū: 6
nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
* Quia neque ab Oriente, neque ab Occi- 7
dente, neque à desertis mōtibus: * quoniam B
Deus iudex est. 8
Hunc humiliat, & hunc exaltat: * quia ca- 9
lix in manu Dñi vini meri plenus misto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen
fæx eius non est exinantia: bibent omnes
peccatores terræ.
* Ego autem annunciabo in sęculum: can- 10
tabo Deo Iacob.
* Et omnia cornua peccatorum confrin- 11
gam: & exultabuntur cornua iusti.

In finem, in Laudibus, 1
Psalmus Asaph.
Canticum ad Assyrios. LXXV.

NOtus in Iudæa Deus: in Israel magnū 2
nomen eius. A
* Et factus est in pace locus eius: & habi- 3
tatio eius in Sion.
* Ibi confregit potentias arcuum, scutum, 4
gladium, & bellum.
* Illuminans tu mirabiliter à montibus 5
æternis: * turbati sunt omnes insipientes 6
corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil in-
uenerunt omnes viri diuitiarum in mani-
bus suis.
* Ab increpatione tua Deus Iacob dormi- 7
tauerunt, qui ascenderunt equos.
8 * Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex
tunc ira tua.
9 * De cælo auditum fecisti iudicium: terra
tremuit, & quieuit.
10 * Cum exurgeret in iudicium Deus, vt sal
uos faceret omnes mansuetos terræ.
11 * Quoniam cogitatio hominis confitebi-
tur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum
agent tibi.
12 * Vouete, & reddite Domino Deo vestro:
omnes qui in circuitu eius affertis munera.
13 Terribili, * & ei qui aufert spiritum prin-
cipum, terribili apud reges terræ.

1 In finem, pro Idithun,
Psalmus Asaph. LXXVI.

2 VOce mea ad Dominum clamaui: vo-
A ce mea ad Deum, & intendit mihi.
3 * In die tribulationis meæ Deum exquisi-
ui, manibus meis nocte contra eum: & non
sum deceptus.
4 Renuit consolari anima mea, * memor
fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sū:
& defecit spiritus meus.
5 * Anticipauerunt vigilias oculi mei: tur-
batus sum, & non sum locutus.
6 * Cogitaui dies antiquos: & annos æter-
nos in mente habui.
7 * Et meditatus sum nocte cū corde meo
B & exercitabar, & scopebam spiritū meum.
8 * Numquid in æternum proijciet Deus:
aut non apponet vt complacitior sit adhuc?
9 * Aut in finem misericordiam suam ab-
scindet, à generatione in generationem?
10 * Aut obliuiscetur misereri Deus? aut cō-
tinebit in ira sua misericordias suas?
11 * Et dixi nunc cæpi, hæc mutatio dex teræ
Excelsi.
12 * Memor fui operum Domini: quia me-
C mor ero ab initio mirabilium tuorum.
13 * Et meditabor in omnibus operibus tuis,
& in adinuentionibus tuis exercebor.
14 * Deus in sancto via tua: quis Deus ma-
15 gnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui fa-
cis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam:
16 * redemisti in brachio tuo populum tuum,
filios Iacob, & Ioseph.
17 * Viderunt te aquæ Deus, viderunt te a-
D quæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
18 * Multitudo sonitus aquarum: vocem de
derunt nubes.
19 Etenim sagittæ tuæ transeunt: * vox toni-
trui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ:
commota est, & contremuit terra.
20 * In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis
multis: ″& vestigia tua non cognoscentur.
21 * Deduxisti sicut oues populum, in manu ″Exo.14.
Moysi, & Aaron. c.19.

Intellectus Asaph. 1
LXXVII.

ATtendite populi meus legem meam: A
inclinate aurem vestram in verba oris
mei.
* Aperiam in parabolis os meum: loquar 2
propositiones ab initio.
* Quanta audiuimus, & cognouimus ea: 3
& patres nostri narrauerunt nobis.
* Non sunt occultata à filijs eorum, in ge- 4
neratione altera.
Narrantes laudes Domini, & virtutes e-
ius, & mirabilia eius quæ fecit.
* Et suscitauit testimonium in Iacob: & le- 5
gem posuit in Israel.
Quanta mandauit patribus nostris nota
facere ea filijs suis: * vt cognoscat genera- 6
tio altera.
Filij qui nascentur, & exurgent, & narra-
bunt filijs suis.
* Vt ponant in Deo spem suā, & nō obli- 7
uiscantur operum Dei: & mandata eius ex-
quirant.
4 Ne fiant sicut patres eorum, generatio 8
prauа, & exasperans.
Generatio, quæ non direxit cor suum: &
non est creditus cum Deo spiritus eius.
* Filij Ephrem intendentes, & mittentes 9
arcum: conuersi sunt in die belli. B
* Non custodierunt testamentum Dei, & 10
in lege eius noluerunt ambulare:
* Et obliti sunt benefactorum eius, & mi- 11
rabilium eius quæ ostendit eis.
* Coram patribus eorum fecit mirabilia 12
in terra Aegypti in campo Taneos.
* ″ Interrupit mare, & perduxit eos: & sta- 13
ℓEx.14. tuit aquas quasi in vtre.
c.21. * Et deduxit eos in nube diei: & tota no- 14
cte in illuminatione ignis.
″Ex.17. * ″ Interrupit petram in eremo: & ada qua 15
b.6. uit eos velut in abysso multa.
Ps.104. * Et eduxit aquam de petra, & deduxit 16
d.38. tamquam flumina aquas.
* Et apposuerunt adhuc peccare ei: in irā 17
excitauerunt Excelsum in inaquoso.
* Et tentauerunt Deum in cordibus suis: 18
vt peterent escas animabus suis.
* Et male locuti sunt de Deo: dixerunt: 19
Numquid poterit Deus parare mensam in C
deserto?
* Quoniam percussit petram, & fluxerūt 20
aquæ, & torrentes inundauerunt.
Numquid & panem poterit dare, aut pa-
rare mensam populo suo.
ℓNu.11. * ″ Ideo audiuit Dominus, & distulit: & 21
a.2. ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in
Israel.
* Quia non crediderunt in Deo, nec spe- 22
rauerunt in salutari eius.
* Et mandauit nubibus desuper, & ianuas 23
cæli aperuit.
ℓEx.16. * ″ Et pluit illis manna ad manducandū, 24
a.4. & panem cæli dedit eis.
ℓNu.11. * ″ Panem angelorum manducauit ho- 25
b.7. mo: cibaria misit eis in abundantia.
26 * ″ Transtulit Austrum de cœlo: & indu- Ioan. 6.
xit in virtute sua Africum. d. 31.
27 * ″ Et pluit super eos sicut puluerē carnes: 1. Cor.
& sicut arenam maris volatilia pennata. 10. a. 3.
28 * Et ceciderunt in medio castrorum eorū ″Nu.11.
circa tabernacula eorum. g.31.
29 * Et manducauerunt, & saturati sunt ni-
D mis, & desiderium eorum attulit eis: * non
30 sunt fraudati à desiderio suo. ″Nu.11.
″ Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum g.33.
31 * & ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorū, & electos Israel
impediuit.
32 * In omnibus his peccauerunt adhuc: &
non crediderunt in mirabilibus eius.
33 * Et defecerunt in vanitate dies eorum, &
anni eorum cum festinatione.
34 * Cum occideret eos, quærebant eum: &
reuertebantur, & diluculo veniebant ad eū.
35 * Et rememorati sunt quia Deus adiutor
est eorum, & Deus excelsus redemptor eo-
rum est.
36 * Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua
sua mentiti sunt ei.
37 * Cor autem eorum nō erat rectum cum
eo: nec fideles habiti sunt in testamēto eius.
38 * Ipse autem est misericors, & propitius
fiet peccatis eorum, & non disperdet eas.
Et abundauit vt auerteret iram suam: &
non accendit omnem iram suam.
39 * Et recordatus est quia caro sunt: spiritus
vadens, & non rediens.
40 * Quoties exacerbauerunt eum in deserto
in iram concitauerunt eum in inaquoso:
41 * Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum:
& sanctum Israel exacerbauerunt.
42 * Non sunt recordati manus eius, die qua
redemit eos de manu tribulantis.
43 * Sicut posuit in Ægypto signa sua, & pro-
E digia sua in campo Taneos.
44 * ″ Et conuertit in sanguinem flumina eo ″Exo.7.
rum, & imbres eorum, ne biberent. d. 20.
45 * ″ Misit in eos cœnomyiam, & comedit ″ Ex. 8.
eos, & ranam, & disperdidit eos. a. 6 f.24.
46 * ″ Et dedit erugini fructus eorum: & la- ″ Ex.30.
bores eorum locustæ. e. 15.
47 * ″ Et occidit in grandine vineas eorum: ″ Exo.9.
& moros eorum in pruina. f. 25.
48 * Et tradidit grandini iumenta eorum, &
possessionem eorum igni.
49 * Misit in eos iram indignationis suæ: in-
dignationem, & iram, & tribulationem: im-
missiones per angelos malos.
50 * Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit
F à morte animabus eorum, & iumenta eo-
rum in morte conclusit.
51 * ″ Et percussit omne primogenitum in
terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum ″ Ex.12.
in tabernaculis Cham. d.29.
52 * Et abstulit sicut oues populum suum, &
perduxit eos tamquam gregem in deserto.
53 * ″ Et deduxit eos in spe, & nō timuerunt, ″ Ex. 14.
& inimicos eorum operuit mare. c. 27.
54 * Et induxit eos in montem sanctificatio-

nis suæ, montem, quem acquisiuit dextera
eius.
" Ios.13. b.8. " Et eiecit à facie eorum Gentes, & sorte di
uisit eis terram in funiculo distributionis.
* Et habitare fecit in tabernaculis eorum 55
tribus Israel.
* Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum 56
excelsum: & testimonia eius non custodie-
runt.
* Et auerterunt se, & non seruauerunt pa- 57
ctum: quemadmodum patres eorum, con-
uersi sunt in arcum prauum.
* In iram concitauerunt eum in collibus 58
suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem
eum prouocauerunt.
* Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum 59
redegit valdè Israel.
G
" 1.Re.4 a.2. Iere.7.b. 12. * " Et repulit tabernaculum Silo, taberna- 60
culum suum: vbi habitauit in hominibus.
* Et tradidit in captiuitatem virtutem eo- 61
rum: & pulchritudinem eorum in manus
inimici.
* Et conclusit in gladio populum suum: 62
& hereditatem suam spreuit.
* Iuuenes eorum comedit ignis: & virgi- 63
nes eorum non sunt lamentatæ.
* Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: 64
& viduæ eorum non plorabuntur.
* Et excitatus est tamquam dormiens Do 65
minus, tamquam potens crapulatus à vino.
* Et percussit inimicos suos in posterio- 66
ra: opprobrium sempiternum dedit illis.
* Et repulit tabernaculum Ioseph: & tri- 67
bum Ephraim non elegit.
* Sed elegit tribum Iuda, montem Sion 68
quem dilexit.
* Et ædificauit sicut vnicornium sanctifi- 69
cium suum in terra, quam fundauit in sæ-
cula.
* Et elegit Dauid seruum suum, & suftu- 70
lit eum de gregibus ouium: de post fœtantes
accepit eum.
* Pascere Iacob seruum suum, & Israel he 71
reditatem suam.
* Et pauit eos in innocentia cordis sui: & 72
in intellectibus manuũ suarũ deduxit eos.

Psalmus Asaph. LXXVIII. 1

DEus venerunt Gentes in hereditatem A
tuam, polluerunt templum sanctum
tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum
custodiam.
* Posuerunt morticina seruorum tuorũ: 2
escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuo-
rum bestijs terræ.
* Effunderunt sanguinem eorum tamquã 3
aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui
sepeliret.
* Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: 4
subsannatio, & illusio his, qui in circuitu no- B
stro sunt.
* Vsquequo Domine irasceris in finem: ac- 5
cendetur velut ignis zelus tuus?
6 * " Effunde iram tuam in Gentes, quæ te
non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuũ " Ier.10. d.25.
non inuocauerunt.
7 * Quia comederunt Iacob: & locum eius
desolauerunt.
8 * " Ne memineris iniquitatum nostrarum " Isa.64. c.9.
C antiquarum, citò anticipent nos misericor-
diæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.
9 * Adiuua nos Deus salutaris noster: & pro
pter gloriam nominis tui Domine libera nos:
& propitius esto peccatis nostris, propter no-
men tuum.
10 * Ne forte dicant in Gentibus: Vbi est
Deus eorum? & innotescat in nationibus co-
ram oculis nostris.
Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui ef-
11 fusus est: * introeat in conspectu tuo gemi-
D tus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachij tui, o-
sside filios mortificatorum.
12 * Et redde vicinis nostris septuplum in si-
nu eorum: improperium ipsorum, quod ex-
probrauerunt tibi Domine.
13 * Nos autẽ populus tuus, & oues pascuæ
tuæ, confitebimur tibi in sæculum.
In generationem, & generationem annun
ciabimus laudem tuam.

1 In finem, Pro ijs, qui commutabuntur,
testimonium Asaph, Psalmus.
LXXIX.

2 QVi regis Israel, intende: qui deducis ve-
A lut ouem Ioseph.
Qui sedes super cherubim, manifesta-
3 re. * coram Ephraim, Beniamin, & Ma-
nasse.
Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos
facias nos:
4 * Deus conuerte nos: & ostende faciem
tuam, & salui erimus.
5 * Domine Deus virtutum, quousque ira-
sceris super orationem serui tui?
6 * Cibabis nos pane lacrymarum: & potum
B dabis nobis in lacrymis in mensura?
7 * Posuisti nos in contradictionem vicinis
nostris: & inimici nostri subsannauerũt nos.
8 * Deus virtutum conuerte nos: & ostende
faciem tuam: & salui erimus.
9 * Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti
Gentes, & plantasti eam.
10 * Dux itineris fuisti in cõspectu eius: plan-
C tasti radices eius, & impleuit terram.
11 * Operuit montes vmbra eius: & arbusta
eius cedros Dei.
12 * Extendit palmites suos vsq. ad mare, &
vsque ad flumen propagines eius.
13 * Vt quid destruxisti maceriam eius: &
vindemiant omnes: qui prætergrediuntur
viam.
14 * Exterminauit eam aper de silua: & sin-
gularis ferus depastus est eam.
15 * Deus virtutum conuertere: respice de cœ
lo, & vide, & visita vineam istam.
16 * Et perfice eam, quam plantauit dextera
tua:

tua: & super filium hominis, quem confir- D
masti tibi.
* Incensa igni, & suffossa ab increpatione 17
vultus tui peribunt.
* Fiat manus tua super virum dexteræ 18
tuæ: & super filium hominis, quem confir-
masti tibi.
* Et non discedimus à te, viuificabis nos. 19
& nomen tuum inuocabimus.
* Domine Deus virtutum conuerte nos: 20
& ostende faciem tuam, & salui erimus.

In finem.
Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph. 1
LXXX.

EXultate Deo adiutori nostro: iubilate 2
Deo Iacob. A
* Sumite psalmum, & date tympanum: 3
psalterium iucundum cum cithara.
* Buccinate in Noemenia tuba, in insigni 4
die solemnitatis vestræ.
* Quia præceptum in Israel est: & iudiciũ 5
Deo Iacob.
" Ge.41. f.29. * " Testimonium in Ioseph posuit illud, 6
cum exiret de terra Ægypti: linguam, quam
non nouerat, audiuit.
* Diuertit ab oneribus dorsum eius: ma- 7
nus eius in cophino seruierunt. B
* In tribulatione inuocasti me, & liberaui 8
te: exaudiui te in abscondito tempestatis: "
probaui te apud aquam contradictionis.
" Ex. 17. b.5. " Ex. 20. a.2. * " Audi populus meus, & contestabor te: 9
Israel si audieris me, * non erit in te deus re 10
cens, neque adorabis deum alienum.
* Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui 11
eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & C
implebo illud.
* Et non audiuit populus meus vocem 12
meam, & Israel non intendit mihi.
" Act.14. c.16. * " Et dimisit eos secũdum desideria cor- 13
dis eorum, ibunt in adiuentionibus suis.
" Baruc. 3.b.13. * " Si populus meus audisset me: Israel si 14
in vijs meis ambulasset.
* Pro nihilo forsitan inimicos eorum hu- 15
milia sem: & super tribulantes eos misissem D
manum meam.
* Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit 16
tempus eorum in sæcula.
* Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de 17
petra, melle saturauit eos.

Psalmus Asaph. LXXXI. 1

DEus stetit in synagoga deorum: in me- A
dio autem deos dijudicat.
* Vsquequo iudicatis iniquitatem: & fa- 2
cies peccatorum sumitis?
* Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & 3
pauperem iustificate.
" Pro.24 a.11. * " Eripite pauperem: & egenum de ma- 4
nu peccatoris liberate.
* Nescierunt, neque intellexerunt, in te- 5
nebris ambulant: mouebuntur omnia fun- B
damenta terræ.
6 * " Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes,
7 * Vos autem sicut homines moriemini: & " Ioa.10. g.34.
sicut vnus de principibus cadetis.
8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu
hereditabis in omnibus Gentibus.

1 Canticum Psalmi Asaph. LXXXII.

2 DEus, quis similis erit tibi: ne taceas, neq;
A compescaris Deus.
3 * Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, &
qui odiunt te, extulerunt caput.
4 * Super populum tuum malignauerũt cõ-
silium, & cogitauerũt aduersus sanctos tuos.
5 * Dixerunt: Venite, & disperdamus eos
de gente: & non memoretur nomen Israel
vltra.
6 * Quoniam cogitauerunt vnanimiter: si-
B mul aduersum te testamentum disposuerũt
7 * tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.
8 Moab, & Agareni, * Gebal, & Ammon,
& Amalec: alienigenæ cum habitantibus Ty
rum.
9 * Etenim Assur venit cum illis: facti sunt " Iud.7. f.22.
in adiutorium filijs Lot.
10 * Facillis sicut Madian, " & Sisaræ: sicut Iud.4.d.
Iabin in torrente Cisson. 15.
11 * Disperierunt in Endor: facti sunt vt ster " Iud.7.
cus terræ. g.25.
12 * " Pone principes eorum sicut Oreb, & 13
C Zeb, & Zebee, Salmana:
* Omnes principes eorum: qui dixerunt:
Hereditate possideamus Sanctuarium Dei.
14 * Deus meus pone illos vt rotam: sicut
stipulam ante faciem venti.
15 * Sicut ignis, qui comburit siluam: & si-
cut flamma comburens montes:
16 * Ita persequeris illos in tempestate tua:
& in ira tua turbabis eos.
17 * Imple facies eorum ignominia: & quæ-
D rent nomen tuum, Domine.
18 * Erubescant, & conturbentur in sæculum
sæculi, & confundantur, & pereant.
19 * Et cognoscant quia nomen tibi Domi-
nus: tu solus Altissimus in omni terra.

In finem.
1 Pro torcularibus filijs Core: Psalmus.
LXXXIII.

2 QVam dilecta tabernacula tua Domine
3 virtutum. * concupiscit: & deficit ani-
A ma mea in atria Domini.
Cor meum, & caro mea exultauerunt in
Deum viuum.
4 * Etenim passer inuenit sibi domum: &
turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.
B Altaria tua Domine virtutum: rex meus,
& Deus meus.
5 * Beati, qui habitant in domo tua Domi-
ne: in sæcula sæculorum laudabunt te.
6 * Beatus vir, cuius est auxilium abs te: asce-
7 siones in corde suo disposuit, * in valle lacri-
marum in loco, quem posuit.
8 * Etenim benedictionem dabit legislator,

ſbunt de virtute in virtutem:videbitur Deus C
deorum in Sion.
*Domine Deus virtutum exaudi orationē 9
meam:auribus percipe Deus Iacob.
*Protector noſter aſpice Deus:& reſpice into
faciem Chriſti tui:
*Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſu- 11
per millia.
Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: ma-
gis,quam habitare in tabernaculis peccatorū.
* Quia miſericordiam : & veritatem dili- 12
git Deus : gratiam , & gloriam dabit Domi-
nus .
*Non priuabit bonis eos,qui ambulant in 13
innocentia:Domine virtutum,beatus homo,
qui ſperat in te .

In finem, Filijs Core, Pſalmus. 1
LXXXIV.

BEnedixiſti Domine terram tuam:auer- 2
tiſti captiuitatem Iacob. A
*Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ:operui- 3
ſti omnia peccata eorum .
*Mitigaſti omnem iram tuam:auertiſti ab 4
ira indignationis tuæ .
* Conuerte nos Deus ſalutaris noſter : & 5
auerte iram tuam à nobis .
* Numquid in æternum iraſceris nobis ? 6
aut extendes iram tuam à generatione in ge- B
nerationem?
*Deus tu cōuerſus viuificabis nos:& plebs 7
tua lætabitur in te.
* Oſtende nobis Domine miſericordiam 8
tuam,& ſalutare tuum da nobis .
*Audiam, quid loquatur in me Dominus 9
Deus : quoniam loquetur pacem in plebem C
ſuam .
Et ſuper ſanctos ſuos:& in eos,qui conuer-
tuntur ad cor.
* Verumtamen prope timentes eum ſa- 10
lutare ipſius:vt inhabitet gloria ī terra noſtra.
*Miſericordia,& veritas obuiauerunt ſibi:11
iuſtitia,& pax oſculatæ ſunt.
*Veritas de terra orta eſt:& iuſtitia de cæ- 12
lo proſpexit.
* Etenim Dominus dabit benignitatem : 13
& terra noſtra dabit fructum ſuum. D
*Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in 14
via greſſus ſuos .

Oratio ipſi Dauid . LXXXV.

INclina Domine aurem tuam , & exaudi 1
me:quoniam inops,& pauper ſum ego . A
*Cuſtodi animam meā, quoniam ſanctus 2
ſum : ſaluum fac ſeruum tuum , Deus meus
ſperantem in te.
* Miſerere mei Domine, quoniam ad te 3
clamaui tota die: *lætifica animam ſerui tui, 4
quoniam ad te Domine animam meam le-
uaui .
* Ioel.2. c.23. * " Quoniam tu Domine ſuauis,& mitis: 5
& multæ miſericordiæ omnibus inuocanti-
bus te.
6 *Auribus percipe Domine orationem meā:
B & intende voci deprecationis meæ .
7 *In die tribulationis meæ clamaui ad te :
quia exaudiſti me .
8 *Non eſt ſimilis tui in dijs Domine: & non
eſt ſecundum opera tua.
9 * Omnes gentes quaſcunque feciſti , veniēt,
& adorabunt coram te Domine:& glorifica-
bunt nomen tuum.
10 * Quoniam magnus es tu,& faciens mira-
C bilia : tu es Deus ſolus.
11 * Deduc me Domine in via tua, & ingre-
diar in veritate tua:lætetur cor meum, vt ti-
meat nomen tuum .
12 * Confitebor tibi Domine Deus meus in
toto corde meo, & glorificabo nomen tuum
in æternum:
13 * Quia miſericordia tua magna eſt ſuper
me : & eruiſti animam meam ex inferno in-
feriori .
14 * Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, &
D ſynagoga potentium quæſierunt animam
meam: & non propoſuerunt te in conſpectu
ſuo .
15 *Et tu Domine Deus miſerator,& miſeri-
cors,patiēs,& multæ miſericordiæ,& verax.
16 *Reſpice in me, & miſerere mei , da impe-
rium tuum puero tuo : & ſaluum fac filium
ancillæ tuæ .
17 *Fac mecum ſignum in bonum,vt videāt
qui oderunt me,& confundantur: quoniam
tu Domine adiuuaſti me , & conſolatus es
me.

1 Filijs Core, Pſalmus Cantici.
LXXXVI.

2 FVndamenta eius in montibus ſanctis: *
A diligit Dominus portas Sion ſuper om-
nia tabernacula Iacob .
3 * Gloriosa dicta ſunt de te:ciuitas Dei .
4 * Memor ero Rahab, & Babylonis ſcien-
tium me.
B Ecce alienigenæ,& Tyrus,& populus Æthio
pum,hi fuerunt illic.
5 * Numquid Sion dicet: Homo, & homo
natus eſt in ea : & ipſe fundauit eam Altiſſi-
mus?
6 * Dominus narrabit in ſcripturis populo-
rum:& principum horum,qui fuerunt in
ea.
7 * Sicut lętantium omnium habitatio eſt in
te.

Canticum Pſalmi.
1 Filijs Core, in finem,pro Maheleth ad
reſpondendum , intellectus Eman
Ezrahitæ. LXXXVII.

2 DOmine Deus ſalutis meæ: in die clama-
A ui,& nocte coram te.
3 *Intret in conſpectu tuo oratio mea:inclina
autem tuam ad precem meam .
4 *Quia repleta eſt malis anima mea:& vita
mea inferno appropinquauit .

*Æſti-

* Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in 5
lacum:factus ſum ſicut homo ſine adiutorio
*inter mortuos liber. 6
Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris ,
quorum non es memor amplius : & ipſi de
manu tua repulſi ſunt .
* Poſuerunt me in lacu inferiori: in tene- 7
broſis,& in vmbra mortis. B
*Super me confirmatus eſt furor tuus : & 8
omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.
* Longe feciſti notos meos à me: poſuerūt 9
me abominationem ſibi .
Traditus ſum,& non egrediebar : * oculi 10
mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te Domine tota die : expandi
ad te manus meas.
* Numquid mortuis facies mirabilia: aut 11
medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi ? C
* Numquid narrabit aliquis in ſepulchro 12
miſericordiam tuam , & veritatem tuam in
perditione.
*Nūquid cognoſcentur in tenebris mirabi- 13
lia tua:& iuſtitia tua in terra obliuionis?
* Et ego ad te Domine clamaui:& mane 14
oratio mea præueniet te .
* Vt quid Domine repellis orationē meā: 15
auertis faciem tuam à me ?
* Pauper ſum ego,& in laboribus à iuuen- 16
tute mea: exaltatus autem,humiliatus ſum , D
& conturbatus .
* In me tranſierunt iræ tuæ:& terrores tui 17
conturbauerunt me.
* Circumdederunt me ſicut aqua tota die: 18
circumdederunt me ſimul.
* Elongaſti a me amicum, & proximum : 19
& notos meos à miſeria .

Intellectus Ethan Ezrahitæ . 1
LXXXVIII.

MIſericordias Domini in æternum can- 2
tabo. A
In generationem,& generationem annun-
ciabo veritatem tuam in ore meo.
*Quoniam dixiſti: In æternum miſericor- 3
dia ædificabitur in cælis : præparabitur veri-
tas tua in eis .
*Diſpoſui teſtamentum electis meis, " iura- 4
ui Dauid ſeruo meo:* vſque in æternū præ- 5
parabo ſemen tuum .
Et ædificabo in generationem , & genera-
tionem ſedem tuam.
*Confitebuntur cæli mirabilia tua Domi- 6
ne:etenim veritatem tuam in eccleſia ſancto-
rum .
*Quoniam,quis in nubibus æquabitur Do- 7
mino:ſimilis erit Deo in filijs Dei? B
* Deus, qui glorificatur in conſilio ſancto- 8
rum:magnus,& terribilis ſuper omnes,qui in
circuitu eius ſunt .
*Dñe Deus virtutum,quis ſimilis tibi?po- 9
tens es Dñe,& veritas tua in circuitu tuo.
* Tu dominaris poteſtati maris: motum 10
autem fluctuum eius tu mitigas
* Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuper- 11
bum : in brachio virtutis tuæ diſperſiſti ini-
micos tuos .
12 *"Tui ſunt cæli,& tua eſt terra,orbem ter- " Gen.1.
13 ræ,& plenitudinem eius tu fundaſti:* aqui- 2.
lonem,& mare tu creaſti.
C Thabor , & Hermon in nomine tuo exul-
14 tabunt:*tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera
15 tua:* iuſtitia, & iudicium præparatio ſe-
dis tuæ .
Miſericordia,& veritas præcedent faciem
16 tuā:* beatus populus,qui ſcit iubilationem.
Domine,in lumine vultus tui ambulabūt,
17 * & in nomine tuo exultabunt tota die,& in
iuſtitia tua exaltabuntur .
18 *Quoniam gloria virtutis eorum tu es: &
in beneplacito tuo exaltabitur cornu no-
ſtrum.
19 * Quia Domini eſt aſſumptio noſtra: &
ſancti Iſrael regis noſtri.
20 *Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis,&
dixiſti: Poſui adiutorium in potente:& exal-
taui electum de plebe mea.
21 *" Inueni Dauid ſeruum meum:oleo ſan- " 1.Reg.
cto meo vnxi eum. 16.a.1.c.
22 * Manus enim mea auxiliabitur ei: & bra- 12.
D chium meum confortabit eum. Act. 13.
23 * Nihil proficiet inimicus in eo , & filius d.22.
iniquitatis non apponet nocere ei.
24 * Et concidam à facie ipſius inimicos eius:
& odientes eum in fugam conuertam .
25 * Et veritas mea,& miſericordia mea cum
ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu
eius .
26 * Et ponam in mari manum eius:& in flu-
minibus dexteram eius.
27 *Ipſe inuocabit me Pater meus es tu:Deus
meus,& ſuſceptor ſalutis meæ.
28 * Et ego primogenitū ponam illum excel-
ſum præ regibus terræ .
29 * In æternum ſeruabo illi miſericordiam
meam:& teſtamentum meum fidele ipſi:
30 * Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius
E & thronum eius ſicut dies cæli.
31 * Si autem dereliquerint filij eius legem
meam:& in iudicijs meis non ambulauerint.
32 * Si iuſtitias meas profanauerint : & man-
data mea non cuſtodierint.
33 * Viſitabo in virga iniquitates eorum:& in
verberibus peccata eorum.
34 * Miſericordiam autem meam non diſ-
pergam ab eo : neque nocebo in veritate
mea.
35 * Neque profanabo teſtamentum meum :
& quæ procedunt de labijs meis non faciam
irrita .
36 *Semel iurauí in ſancto meo,ſi Dauid mē
37 tiar:*ſemen eius in æternum manebit.
38 " Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu " 1. Reg.
F meo,*"& ſicut Luna perfecta in æternum:& 7. d.16.
teſtis in cælo fidelis .
39 *Tu verò repuliſti,& deſpexiſti: diſtuliſti
Chriſtum tuum.
40 *Euertiſti teſtamentum ſerui tui:profana-
ſti in terra Sanctuarium eius .

Dd 3 * De-

* Destruxisti omnes sepes eius: posuisti fir- 41
mamentum eius formidinem.
* Diripuerunt eum omnes transeuntes 42
viam: factus est opprobrium vicinis suis.
* Exaltasti dexteram deprimentium eum: 43
lætificasti omnes inimicos eius.
* Auertisti adiutorium gladij eius: & non 44
es auxiliatus ei in bello. G
* Destruxisti eum ab emundatione: & se- 45
dem eius in terram collisisti.
* Minorasti dies temporis eius: perfudisti 46
eum confusione.
* Vsquequo Domine auertis in finem: Ex- 47
ardescit sicut ignis ira tua?
* Memorare, quæ mea substãtia: numquid 48
enim vane constituisti oés filios hominum?
* Quis est homo, qui viuet, & non videbit 49
mortem: eruet animam suam de manu in-
feri?
* Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Dñe, 50
"sicut iurasti Dauid in veritate tua?
* Memor esto Domine opprobrij seruorũ 51
tuorum, (quod continui in sinu meo,) multa-
rum gentium.
* Quod exprobrauerunt inimici tui Do- 52
mine, quod exprobrauerunt commutationẽ
Christi tui.
* Benedictus Dominus in æternum: fiat, 53
fiat.

"2. Reg. 7. c. 11.

Oratio Moysi hominis Dei. 1
LXXXIX.

DOmine, refugium factus es nobis: à ge- A
neratione in generationem.
* Priusquam montes fierent, aut formare- 2
tur terra, & orbis, à sæculo, & vsque in sæcu-
lum tu es Deus
* Ne auertas hominem in humilitatem: 3
& dixisti: Conuertimini filij hominum.
* Quoniam mille anni ante oculos tuos, tã- 4
quam dies hesterna, quæ præterijt.
Et custodia in nocte, * quæ pro nihilo ha-
bentur, eorum anni erunt.
* Mane sicut herba transeat, mane floreat, 6
& transeat: vespere decidat, induret, & are- B
scat.
* Quia defecimus in ira tua, & in furore 7
tuo turbati sumus.
* Posuisti iniquitates nostras in conspectu 8
tuo: sæculum nostrum in illuminatione vul-
tus tui.
* Quoniam omnes dies nostri defecerunt: 9
& in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur:
* "dies annorum nostrorum in ipsis, septua- 10
ginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta anni: C
& amplius eorum, labor, & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo: & cor-
ripiemur.
* Quis nouit potestatem iræ tuæ: & præ ti- 11
more tuo iram tuam* dinumerare? 12
Dexteram tuam sic notam fac: & erudítos
corde in sapientia.

"Eccl. 18 a. 2.

13 * Conuertere Domine vsquequo: & deprecabilis esto super seruos tuos.
14 * Repleti sumus mane misericordia tua: D exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.
15 * Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.
16 * Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.
17 * Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Laus Cantici Dauid. XC.

1 QVi habitat in adiutorio Altissimi, in pro
A tectione Dei cæli commorabitur.
2 * Dicet Dño: Susceptor meus es tu, & refu-
gium meum, Deus meus sperabo in eum.
3 * Quoniam ipse liberauit me de laqueo ve-
nantium, & à verbo aspero.
4 * Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pen-
nis eius sperabis.
5 * Scuto circumdabit te veritas eius: non ti-
B mebis à timore nocturno.
6 * A sagitta volante in die, à negocio peram-
bulante in tenebris ab incursu, & dæmonio
meridiano.
7 * Cadent à latere tuo mille, & decem mil-
lia à dextris tuis: ad te autem non appropin-
quabit.
8 * Verumtamen oculis tuis considerabis: &
retributionem peccatorum videbis.
9 * Quoniam tu es Domine spes mea: Altis-
C simum posuisti refugium tuum.
10 * Non acceder ad te malum: & flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo.
11 * "Quoniam angelis suis mandauit de te: "Mat. 4. a. 6.
vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
12 * In manibus portabunt te: ne forte offen- Luc. 4. b. 10.
das ad lapidem pedem tuum.
13 * Super aspidem, & basiliscum ambulabis:
D & conculcabis leonem & draconem.
14 * Quoniam in me sperauit, liberabo eum:
protegam eum, quoniam cognouit nomen
meum.
15 * Clamabit ad me, & ego exaudiam eum:
cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum,
& glorificabo eum.
16 * Longitudine dierum replebo eum: & o-
stendam illi salutare meum.

1 Psalmus Cantici, In die Sabbati. XCI.

2 BOnum est confiteri Domino: & psallere
A nomini tuo Altissime.
3 * Ad annunciandum mane misericordiam
tuam, & veritatem tuam per noctem.
4 * In decachordo psalterio: cum cantico, in
cithara.
5 * Quia delectasti me Dñe in factura tua: &
in operibus manuum tuarum exultabo.
6 * Quam magnificata sunt opera tua Domi-
B ne; nimis profundæ factæ sunt cogitationes
tuæ.

* Vir

* Vir insipiens non cognoscet: & stultus 7
non intelliget hæc.
* Cum exerti fuerint peccatores sicut fe- 8
num: & apparuerint omnes, qui operantur
iniquitatem:
Vt intereant in sæculum sæculi: * tu autem 9
altissimus in æternum Domine.
* Quoniam ecce inimici tui Domine, quo- 10
niam ecce inimici tui peribunt: & dispergen-
tur omnes, qui operantur iniquitatem.
* Et exaltabitur sicut vnicornis cornu 11
meũ: & senectus mea in misericordia vberi. C
* Et despexit oculus meus inimicos meos: 12
& in insurgentibus in me malignantibus au-
diet auris mea.
* Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus 13
Libani multiplicabitur.
* Plantati in domo Domini, in atrijs do- 14
mus Dei nostri florebunt.
* Adhuc multiplicabũtur in senecta vbe- 15
ri: & bene patientes erunt, * vt annuncient: 16
Quoniam rectus Dominus Deus noster:
& non est iniquitas in eo.

Laus Cantici ipsi Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra. XCII.

DOminus regnauit, decorẽ indutus est: 1
indutus est Dominus fortitudinem, & A
præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ, qui non
commouebitur.
* Parata sedes tua ex tunc à sæculo tu es. 2
* Eleuauerunt flumina Domine: eleuaue- 3
runt flumina vocem suam.
* Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vo- 4
cibus aquarum multarum. B
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis
Dominus.
* Testimonia tua credibilia facta sunt ni- 5
mis: domum tuam decet sanctitudo Domi-
ne in longitudinem dierum.

Psalmus ipsi Dauid, Quarta sabbati. XCIII.

DEus vltionum Dominus: Deus vlti- 1
onum liberè egit. A
* Exultare qui iudicas terram: redde retri- 2
butionem superbis.
* Vsquequo peccatores Dominus: vsque- 3
quo peccatores gloriabuntur:
* Effabuntur, & loquẽtur iniquitatem: lo- 4
quentur omnes, qui operantur iniustitiam?
* Populum tuũ Domine humiliauerunt: 5
& hereditatem tuam vexauerunt.
* Viduam, & aduenam interfecerunt: & 6
pupillos occiderunt.
* Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec 7
intelliget Deus Iacob. B
* Intelligite insipientes in populo: & stul- 8
ti aliquando sapite.
* Qui plantauit aurem, non audiet: aut qui 9
finxit oculum, non considerat?
10 * Qui corripit gentes, non arguet: qui do-
cet hominem scientiam?
11 * Dominus scit cogitationes hominum,
quoniam vanæ sunt.
12 * Beatus homo, quem tu erudieris Domi-
ne: & de lege tua docueris eum.
13 * Vt mitiges ei à diebus malis: donec fo-
C diatur peccatori fouea.
14 * Quia non repellet Dominus plebem
suam: & hereditatem suam non derelin-
quet.
15 * Quoadusque iustitia conuertatur in iu-
dicium: & qui iuxta illam omnes, qui recto
sunt corde.
16 * Quis cõsurget mihi aduersus malignan-
tes? aut quis stabit mecum aduersus operan-
tes iniquitatem?
17 * Nisi quia Dominus adiuuit me: paulo
minus habitasset in inferno anima mea.
18 * Si dicebam: Motus est pes meus: miseri-
D cordia tua Domine adiuuabat me.
19 * Secundum multitudinem dolorũ meo-
rum in corde meo: consolationes tuæ læti-
ficauerunt animam meam.
20 * Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis:
qui fingis laborem in præcepto?
21 * Captabunt in animam iusti: & sangui-
nem innocentem condemnabunt.
22 * Et factus est mihi Dominus in refugiũ:
& Deus meus in adiutorium spei meæ.
23 * Et reddet illis iniquitatem ipsorum: &
in malitia eorum disperdet eos: disperdet
illos Dominus Deus noster.

Laus Cantici ipsi Dauid. XCIV.

1 VEnite, exultemus Domino: iubilemus
A Deo saluatori nostro:
2 * Præoccupemus faciem eius in confessio-
ne: & in psalmis iubilemus ei.
3 * Quoniam Deus magnus Dominus: &
rex magnus super omnes deos.
4 * Quia in manu eius sunt omnes fines
terræ: & altitudines montium ipsius sunt.
5 * Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit il-
lud: & siccam manus eius formauerunt.
6 * Venite adoremus, & procidamus: & plo-
remus ante Dominum, qui fecit nos.
7 * Quia ipse est Dñs Deus noster: & nos po-
B pulus pascuæ eius, & oues manus eius.
8 * "Hodie si vocem eius audieritis, nolite "Heb. 3. b. 7.
obdurare corda vestra:
9 * Sicut in irritatione secundum diem ten-
tationis in deserto: vbi tentauerunt me pa-
tres vestri, probauerunt me, & viderũt ope-
ra mea.
10 * "Quadraginta annis offensus fui gene- "Nu. 14. f. 34.
rationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.
11 * Et ipsi non cognouerunt vias meas: "vt "Heb. 4. a. 3.
iurauì in ira mea: Si introibunt in requiem
meam.

Canticum ipsi Dauid, Quando domus ædificabatur post captiuitatem. (1. Par. 15.) XCV.

A CAntate Domino cancicum nouum: can-
tate Domino omnis terra.

* Cantate Domino', & benedicite nomini 2
eius:annũciate de die in diem salutare eius.
* Annunciate inter Gentes gloriam eius, 3
in omnibus populis mirabilia eius.
* Quoniam magnus Dominus,& laudabi- 4
lis nimis: terribilis est super omnes deos.
* Quoniam omnes dij Gétium dæmonia: 5
Dominus autem cælos fecit.
* Confessio, & pulchritudo in conspectu 6
eius:sanctimonia,& magnificentia in sancti- B
ficatione eius.
* Afferte Domino patriæ gentium,afferte 7
Domino gloriam & honorem: * afferte Do- 8
mino gloriam nomini eius.
Tollite hostias,& introite in atria eius: * 9
adorate Dominum in atrio sancto eius.
Commoueatur à facie eius vniuersa terra:
* dicite in Gétibus, quia Dominus regnauit 10
Etenim correxit orbem terræ,qui non cõ- C
mouebitur: iudicabit populos in æquitate.
* Lætentur cæli,& exultate terra,commo- 11
ueatur mare,& plenitudo eius:* gaudebunt 12
campi, & omnia,quæ in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna siluarum * 13
à facie Domini, quia venit: quoniam venit
iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æquitate, & po-
pulos in veritate sua.

Huic Dauid,
Quando terra eius restituta est. 1
XCVI.

DOminus regnauit, exultet terra:læten- A
tur insulæ multæ.
* Nubes,& caligo in circuitu eius: iustitia, 2
& iudicium correctio sedis eius.
* Ignis ante ipsum præcedet,& inflamma- 3
bit in circuitu inimicos eius.
*Illuxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, 4
& commota est terra.
* Montes, sicut cera fluxerunt à facie Do- 5
mini: a facie Domini omnis terra.
* Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & 6
viderunt omnes populi gloriam eius.
*" Confundantur omnes, qui adorãt scul- 7
ptilia: & qui gloriantur in simulachris suis. B
" Adorate eum omnes Angeli eius:* audi- 8
uit, & lætata est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudi-
cia tua Domine:
* Quoniam tu Dominus altissimus super 9
omnem terrã: nimis exaltatus es super om-
nes deos.
*" Qui diligitis Dominum,odite malum: 10
custodit Dominus animas sanctorum suo-
rum, de manu peccatoris liberabit eos.
* Lux orta est iusto,& rectis corde lętitia, 11
* Lætamini iusti in Domino: & confite- 12
mini memoriæ sanctificationis eius.

Psalmus ipsi Dauid. XCVII. 1

CAntate Domino canticum nouum:quia A
mirabilia fecit,

Saluauit sibi dextera eius: & brachiũ san-
ctum eius.
2 *" Notum fecit Dominus salutare suũ: in " Isa. 52.
conspectu gentiũ reuelauit iustitiam suam. c. 10. &
3 * Recordatus est misericordiæ suæ,& ve- 63.b.8.
ritatis suæ domui Israel.
Viderunt omnes termini terræ salutare
Dei nostri.
4 * Iubilate Deo omnis terra: cantate, &
B exultate, & psallite.
5 * Psallite Domino in cithara,in cithara, &
6 voce psalmi:* in tubis ductilibus,& voce tu-
bæ corneæ.
7 Iubilate in conspectu regis Domini:* mo-
ueatur mare, & plenitudo eius:orbis terrarũ
& qui habitant in eo.
8 * Flumina plaudent manu, simul montes
9 exultabunt * à conspectu Domini: quoniam
venit iudicare terram:
Iudicabit orbem terrarum in iustitia, &
populos in æquitate.

1 Psalmus ipsi Dauid. XCVIII.

A DOminus regnauit, irascantur populi:
qui sedet super cherubim, moueatur
terra.
2 *Dominus in Sion magnus:& excelsus su-
per omnes populos.
3 * Confiteantur nomini tuo magno: quo-
4 niam terribile,& sanctum est:* & honor re-
gis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium & iusti-
tiam in Iacob tu fecisti.
5 * Exaltate Dominum Deum nostrum, &
adorate scabellum pedum eius: quoniam
sanctum est.
6 * Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius:
B & Samuel inter eos,qui inuocãt nomen eius:
Inuocabant Dominum,& ipse exaudiebat
7 eos: * in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius, & præce-
ptum, quod dedit illis.
8 * Domine Deus noster tu exaudiebas eos:
Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in
omnes adinuentiones eorum.
9 * Exaltate Dominum Deum nostrum, &
adorate in monte sancto eius: quoniam san-
ctus Dominus Deus noster.

1 Psalmus in confessione. XCIX.

2 IVbilate Deo omnis terra: seruite Domi-
A no in lætitia.
Introite in conspectu eius,in exultatione.
3 * Scicote quoniã Dominus ipse est Deus:
ipse fecit nos,& non ipsi nos:
Populus eius,& oues pascuæ eius:*introi-
4 te portas eius in confessione, atria eius in
hymnis: confitemini illi.
5 * Laudate nomen eius: quoniam suauis
B est Dominus,in æternum misericordia eius,
& vsque in generationem, & generationem
veritas eius.

Psal-

Psalmus ipsi Dauid. C. 1

MIsericordiam, & iudicium cantabo ti- A
bi Domine:
Psallam, * & intelligam in via immacula- 2
ta,quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei,
in medio domus meæ:
* Non proponebam ante oculos meos rẽ 3
iniustam: facientes præuaricationes odiui.
Non adhæsit mihi,* cor prauum:declinã- 4
tem à me malignum non cognoscebam.
*Detrahentem secretò proximo suo,hunc 5
persequebar. B
Superbo oculo, & insatiabili corde, cum
hoc non edebam.
* Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant 6
mecum: ambulans in via immaculata, hic
mihi ministrabat.
* Non habitabit in medio domus meæ, 7
qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non
direxit in conspectu oculorum meorum.
*In matutino interficiebam omnes pecca- 8
tores terræ, vt disperderem de ciuitate Do-
mini omnes operantes iniquitatem.

Oratio pauperis.
Cum anxius fuerit,& in conspectu Domini, 1
effuderit precem suam. C I.

DOmine exaudi orationem meã: & cla- 2
mor meus ad te veniet. A
* Non auertas faciem tuam à me: in qua- 3
cunque die tribulor, inclina ad me aurẽ tuã.
In quacumque die inuocauero te, veloci-
ter exaudi me:
* Quia defecerunt sicut fumus dies mei: 4
& ossa mea sicut cremium aruerunt.
*Percussus sum,vt fenũ,& aruit cor meũ: 5
quia oblitus sum comedere panem meum.
* A voce gemitus mei adhæsit os meum 6
carni meæ.
*Similis factus sum pellicano solitudinis: 7
factus sum sicut nycticorax in domicilio.
* Vigilaui,& factus sum sicut passer solita 8
rius in tecto.
* Tota die exprobrabant mihi inimici 9
mei: & qui laudabant me aduersum me iu-
rabant.
* Quia cinerem tamquam panem mãdu- 10
cabam, & potum meum cum fletu miscebã.
* A facie iræ, & indignationis tuæ: quia 11
eleuans allisisti me.
* Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & 12
ego sicut fenum arui.
* Tu autem Domine in æternum perma- 13
nes:& memoriale tuum in generationem,&
generationem.
* Tu exurgens misereberis Sion:quia tem- 14
pus miserendi eius, quia venit tempus. C
* Quoniam placuerunt seruis tuis lapides 15
eius:& terræ eius misereburitur.
*Et timebũt Gentes nomen tuum Domi- 16
ne,& omnes reges terræ gloriam tuam.
* Quia ædificauit Dominus Sion;& vide- 17
bitur gloria sua.
18 * Respexit in orationem humilium:& nõ
spreuit precem eorum.
19 * Scribantur hæc in generatione altera: &
populus,qui creabitur, laudabit Dominum:
20 * Quia prospexit de excelso sancto suo:
Dominus de cælo in terram aspexit:
21 * Vt auditet gemitus compeditorum: vt
solueret filios interemptorum:
22 * Vt annuncient in Sion nomen Domini:
D & laudem eius in Ierusalem.
23 *In conueniendo populos in vnum,& re-
ges,vt seruiant Domino.
24 * Respondit ei in via virtutis suæ: Pauci-
tatem dierum meorum nuncia mihi.
25 * Ne reuoces me in dimidio dierũ meo-
rum in generationem, & generationem an-
ni tui.
26 * Initio tu Domine terram fundasti: &
opera manuum tuarum sunt cæli.
27 * Ipsi peribũt,tu autem permanes: & om-
nes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut operorium mutabis eos, & mu-
28 buntur: *tu autem idem ipse es,& anni tui
non deficient.
29 * Filij seruorum tuorum habitabunt: &
semen eorum in sæculum derigetur.

1 Ipsi Dauid. CII.

A BEnedic anima mea Domino: & omnia,
quæ intra me sunt,nomini sancto eius.
2 * Benedic anima mea Domino:& noli ob-
liuisci omnes retributiones eius:
3 * Qui propitiatur omnibus iniquitatibus
tuis: qui sanat omnes infirmitates meas.
4 *Qui redimit de interitu vitam tuam: qui
coronat te in misericordia,& miserationib.
5 *Qui replet in bonis desiderium tuum: re-
nouabitur,vt aquilæ iuuentus tua:
6 * Faciens misericordias Dominus:& iudi-
B cium omnibus iniuriam patientibus.
7 * Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel
voluntates suas.
8 *" Miserator,& misericors Dominus:lon- "Nu.14.
ganimis,& multum misericors. c.18.
9 * Non in perpetuum irascetur, neque in
æternum comminabitur.
10 * Non secundum peccata nostra fecit no-
bis: neque secundum iniquitates nostras re-
tribuit nobis.
11 * Quoniam secundum altitudinem cæli
à terra: corroborauit misericordiam suam
super timentes se.
12 * Quantum distat Ortus ab occidente: lõ-
C ge fecit à nobis iniquitates nostras.
13 *Quomodo miseretur pater filiorum,mi-
14 sertus est Dominus timẽtibus se.* quoniam
ipse cognouit figmentum nostrum.
15 Recordatus est quoniã puluis sumus:*ho-
mo, sicut fenum dies eius, tamquam flos a-
gri sic efflorebit.
16 * Quoniam spiritus pertransibit in illo, &
non subsistet: & non cognoscet amplius lo-
cum suum.

* Mi-

* Misericordia autem Domini ab æterno, 17
& vsque in æternum super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorum, * his qui 18
seruant testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius, ad D
faciendum ea.
* Dominus in cælo parauit sedem suam: 19
& regnum ipsius omnibus dominabitur.
* Benedicite Domino omnes angeli eius: 20
potentes virtute, facientes verbum illius, ad
audiendam vocem sermonum eius.
* Benedicite Domino omnes virtutes ei⁹: 21
ministri eius, qui faciis voluntatem eius.
* Benedicite Domino omnia opera eius: 22
in omni loco dominationis eius, benedic a-
nima mea Domino.

Ipsi Dauid. CIII. 1

BEnedic anima mea Domino: Domine A
Deus meus magnificatus es vehemen-
ter.
Confessionem, & decorem induisti: * ami- 2
ctus lumine sicut vestimento:
* Extendens cælum sicut pellem: qui tegis 3
aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum suum: qui
ambulas super pennas ventorum.
" Heb. 1. c. 7. * " Qui facis angelos tuos spiritus: & mi- 4
nistros tuos ignem vrentem.
* Qui fundasti terram super stabilita- 5
tem suam: non inclinabitur in sæculum sæ-
culi.
* Abyssus, sicut vestimentũ, amictus eius: 6
super montes stabunt aquæ.
* Ab increpatione tua fugient: à voce to- 7
nitrui tui formidabunt.
* Ascend unt montes: & descendunt cam- 8
pi in locum, quem fundasti eis.
* Terminum posuisti, quem non transgredientur: neq. conuertentur operire terrã. B
* Qui emittis fontes in conuallibus: inter- 10
medium montium pertransibunt aquæ.
* Potabunt oẽs bestiæ agri expectabunt 11
onagri in siti sua.
* Super ea volucres cæli habitabũt: de me- 12
dio petrarum dabunt voces.
* Rigans montes de superioribus suis: de 13
fructu operum tuorum satiabitur terra:
* Producens fœnum iumentis, & herbam 14
seruituti hominum:
Vt educas panem de terra: * & vinum læ- 15
tificet cor hominis.
Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor
hominis confirmet.
* Saturabũtur ligna campi, & cedri Liba- 16
ni, quas plantauit: * illic passeres nidificabũt. 17
Herodij domus dux est eorum: * montes 18
excelsi ceruis: petra refugium erinacijs.
* Fecit lunam in tempora: Sol cognouit 19
occasum suum. C
* Posuisti tenebras, & facta est nox: in ip- 20
sa pertransibunt omnes bestiæ siluæ.
* Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & 21
quærant à Deo escam sibi.
22 * Ortus est Sol, & congregati sunt: & in cu-
bilibus suis collocabuntur.
23 * Exibit homo ad opus suum: & ad ope-
rationem suam vsque ad vespertum.
24 * Quam magnificata sunt opera tua Do-
mine, omnia in sapientia fecisti: impleta est
terra possessione tua.
25 * Hoc mare magnum, & spatiosum mani-
bus: illic reptilia, quorum non est numerus.
26 Animalia pusilla cum magnis: * illic na-
ues pertransibunt.
Draco iste, quem formasti ad illudendum
27 ei: * omnia à te expectant vt des illis escam
D in tempore.
28 * Dante te illis, colligent: aperiente te ma-
num tuam, omnia implebuntur bonitate.
29 * Auertente autẽ te faciem, turbabuntur:
auferes spiritum eorum, & deficient, & in
puluerem suum reuertentur.
30 * Emitte spiritum tuum, & creabuntur:
& renouabis faciem terræ.
31 * Sit gloria Domini in sæculum: lætabitur
Dominus in operibus suis:
32 * Qui respicit terram, & facit eam treme-
re qui tangit montes, & fumigant.
33 * " Cantabo Domino in vita mea: psallam " Inf. 145.
Deo meo quamdiu sum. a. 2.
34 * Iucundum sit ei eloquium meum: ego
vero delectabor in Domino.
35 * Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita
vt non sint: benedic anima mea Domino.

Alleluia (1. Par. 16. 8.) CIV.

1 COnfitemini Domino, & inuocate no-
men eius: annunciate inter Gentes ope 1. Par. 16
ra eius. a. 8.
2 * Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia Isa. 12.
mirabilia eius. a. 4.
3 * Laudamini in nomine sancto eius: læte-
tur cor quærentium Dominum.
4 * Quærite Dominum, & confirmamini:
quærite faciem eius semper.
5 * Mementote mirabilium eius, quæ fecit:
prodigia eius, & iudicia oris eius.
6 * Semen Abraham, serui eius: filij Iacob
electi eius.
7 * Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa
terra iudicia eius.
8 * Memor fuit in sæculum testamenti sui:
verbi, quod mãdauit in mille generationes:
9 * " Quod disposuit ad Abraham: & iura- " Gen. 22.
menti sui ad Isaac: c. 16.
10 * Et statuit illud Iacob in præceptum: &
Israel in testamentum æternum:
11 * Dicens: Tibi dabo Terram Chanaan, fu-
niculum hæreditatis vestræ.
12 * Cum essent numero breui, pauciſſimi
& incolæ eius.
13 * Et pertransierunt de gente in gentem, &
B de regno ad populum alterum.
14 * Non reliquit hominem nocere eis: & " 1. Par.
corripuit pro eis reges. 16. d. 22.
15 * " Nolite tangere Christos meos, & in 2. Reg.
prophetis meis nolite malignati, c. 14.

* Et

* Et vocauit famem super terram: & om- 16
ne firmamentum panis contriuit.
Gen. 37. * Misit ante eos " virum: in seruum ve- 17
c. 6. nundatus est Ioseph.
Ge. 39. * " Humiliauerunt in compedibus pedes 18
c. 20. eius, ferrum pertransit animam eius: * do- 19
nec veniret verbum eius.
Ge. 41. Eloquium Domini inflammauit eum * " 20
c. 14. misit rex, & soluit eum: princeps populũ,
& dimisit eum.
* Constituit eum dominum domus suæ: 21
& principem omnis possessionis suæ:
* Vt erudiret principes eius sicut semetip- 22
sum, & senes eius prudentiam doceret.
* " Et intrauit Israel in Ægyptum: & Ia- 23
Ge. 46. cob accola fuit in terra Cham. C
c. 26.
Exo. 1. * " Et auxit populum suum vehementer: 24
c. 7. & firmauit eum super inimicos eius.
Iud. 7. b. * Conuertit cor eorum vt oderent popu- 25
c. 7. lum eius, & dolum facerent in seruos eius.
* " Misit Moysen seruum suum: * Aaron, 26
quem elegit ipsum.
* " Posuit in eis verba signorum suorum 27
Exo. 3. & prodigiorum in Terra Cham.
c. 10. & * " Misit tenebras, & obscurauit: & non 28
c. 4. d. 29. exacerbauit sermones suos.
Exo. 7. * " Cõuertit aquas eorum in sanguinem: 29
c. 10. & occidit pisces eorum.
Exod. * " Edidit terra eorum ranas in penetrali- 30
c. 7. f. 21. bus regum ipsorum.
Exo. 7. * " Dixit, & venit cœnomyia? & cinifes in 31
d. 10. omnibus finibus eorum.
Exo. 8. * Posuit pluuias eorum grandinẽ: ignem 32
b. 6. comburentem in terra ipsorum.
Exo. c. * Et percussit vineas eorum, & ficulneas 33
c. 9. eorum: & contriuit lignum finium eorum.
Exo. 10. * " Dixit, & venit locusta, & bruchus, cu- 34
c. 12. ius non erat numerus. D
* Et comedit omne fœnum in terra eo- 35
rum: & comedit omnem fructum terræ eo-
rum.
Exo. 12. * " Et percussit omne primogenitũ in ter- 36
c. 19. ra eorum: primitias omnis labor is eorum.
Exo. 13. * " Et eduxit eos cum argento, & auro: & 37
c. 11. non erat in tribubus eorum infirmus
* Lætata est Ægyptus in profectione eorũ 38
quia incubuit timor eorum super eos.
* " Expandit nubem in protectionem eo- 39
rum, & ignem vt luceret eis per noctem.
* " Petierunt, & venit coturnix: & pane 40
cœli saturauit eos.
Ps. 77. * " Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: a- 41
b. 14. bierunt in sicco flumina:
1. Cor. * " Quoniam memor fuit verbi sancti 42
c. 10. d. 1. sui, quod habuit ad Abraham puerũ suum.
Exo. 16. * Et eduxit populum suum in exultatio- 43
c. 15. ne, & electos suos in lætitia.
Nu. 20. * Et dedit illis regiones Gentium: & labo- 44
c. 11. res populorum possederunt:
Ge. 17. * Vt custodiant iustificationes eius, & le- 45
c. 7. gem eius requirant.

Alleluia (Iudith 13. 21.) CV.

COnfitemini Domino quoniam bonus: 1
quoniam in sæculum misericordia A
eius.
2 * " Quis loquetur potentias Domini, audi- " Iudith.
tas facit omnes laudes eius? 13. c. 23.
3 * Beati, qui custodiunt iudicium, & fa- Eccl. 43.
ciunt iustitiam in omni tempore. d. 35.
4 * Memento nostri Domine in beneplaci-
to populi tui: visita nos in saluari tuo:
5 * Ad videndum in bonitate electorũ tuo-
rum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt
lauderis cum hereditate tua.
6 * " Peccauimus cum patribus nostris: in- " Iud. 7.
iustè egimus, iniquitatem fecimus. d. 19.
7 * Patres nostri in Ægypto non intellexe-
runt mirabilia tua: non fuerunt memores
multitudinis misericordiæ tuæ.
B Et irritauerunt ascẽdentes in Mare, Ma-
re rubrum.
8 * Et saluauit eos propter nomen suum: vt
notam faceret potentiam suam.
9 * " Et increpuit Mare rubrum, & exica- " Exo. 14.
tum est, & deduxit eos in abyssis sicut in c. 22.
deserto.
10 * Et saluauit eos de manu odientium: &
redemit eos de manu inimici.
11 * " Et operuit aqua tribulantes eos: vnus " Exo. 14.
ex eis non remansit. g. 27.
12 * Et crediderunt verbis eius: & laudaue-
runt laudem eius.
13 * Cito fecerunt, obliti sunt operum eius:
& non sustinuerunt consilium eius.
14 * " Et concupierunt concupiscentiã in de- " Exo. 17
C serto: & tentauerunt Deum in inaquoso. a. 2.
15 * " Et dedit eis petitionem ipsorum: & " Nu. 11.
misit saturitatem in animas eorum. g. 31.
16 * Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron
sanctum Domini.
17 * " Aperta est terra, & deglutiuit Dathan:
& operuit super congregationem Abiron.
18 * Et exarsit ignis in synagoga eorum: flã-
ma combussit peccatores.
19 * " Et fecerunt vitulum in Horeb: & ado- " Exod.
rauerunt sculptile. 32. a. 4.
20 * Et mutauerunt gloriam suam in simili-
tudinem vituli comedentis fœnum.
21 * Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui
22 fecit magnalia in Ægypto, * mirabilia in
Terra Cham: terribilia in mari rubro.
23 * " Et dixit vt disperderet eos si nõ Moy- " Exod.
D ses electus eius stetisset in confractione in 32. c. 10.
conspectu eius:
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos:
24 * & pro nihilo habuerunt terram desidera-
bilem.
25 Non crediderunt verbo eius. * & murmu-
rauerunt in tabernaculis suis: non exaudie-
runt vocem Domini.
26 * " Et eleuauit manum suam super eos: " Nu. 14.
vt prosterneret eos in deserto: e. 32.
27 * Et vt deijceret semen eorum in Natio-
nibus: & dispergeret eos in regionibus.
28 * Et initiati sunt Beelphegor: & comede-
runt sacrificia mortuorum.
29 * Et irritauerunt eum in adinuentionibus
E suis, & multiplicata est in eis ruina.
30 * " Et stetit Phinees, & placuit: & cessa- " Nu. 25.
uit quassatio. b. 7.

* Et

*Et reputatum est ei in iustitiam, in gene- 31
rationem, & generationem vsque in sempiternum.
Nu.20. a.10. *" Et irritauerunt eum ad Aquas contra- 32
dictionis: & vexatus est Moyses propter eos:
*quia exacerbauerunt spiritum eius. 33
Et distinxit in labijs suis: * non disperdi- 34
derunt gentes, quas dixit Dominus illis.
*Et commixti sunt inter gentes, & didice- 35
runt opera eorum: * & seruierunt sculpti- 36
bus eorum: & factum est illis in scandalum.
* Et immolauerunt filios suos, & filias 37
suas dæmonijs.
*Et effuderunt sanguinem innocentem: 38
sanguinem filiorum suorum, & filiarũ sua- F
rum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus, *& cõ- 39
taminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuentionibus suis
*Et iratus est furore Dominus in populũ 40
suum: & abominatus est hæreditatẽ suam.
*Et tradidit eos in manus gẽtium: & do- 41
minati sunt eorum qui oderunt eos.
* Et tribulauerunt eos inimici eorum, & 42
humiliati sunt sub manibus eorum: * sæpe 43
liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
* Et vidit cum tribularentur: & audiuit 44
orationem eorum.
Deute. 30. a.1. *" Et memor fuit testamenti sui: & pœni- 45
ruit eum secundum multitudinem miseri- G
cordiæ suæ.
*Et dedit eos in misericordias in conspe- 46
ctu omnium, qui ceperant eos.
* Saluos nos fac Domine Deus noster: & 47
congrega nos de Nationibus.
Vt cõfiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.
* Benedictus Dominus Deus Israel à sæ- 48
culo, & vsque in sæculum: & dicet omnis populus: Fiat, fiat.

Alleluia. (Iudith 13.21.) CVI.

Confitemini Domino quoniam bonus: 1
quoniam in sæculũ misericordia eius. A
* Dicant qui redempti sunt à Domino, 2
quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos:
* A solis ortu, & occasu; ab aquilone, & 3
mari.
* Errauerunt in solitudine in inaquoso: 4
viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
* Esurientes, & sitientes: anima eorum in 5
ipsis defecit.
* Et clamauerunt ad Dominum cum tri- 6
bularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.
*Et deduxit eos in viam rectam: vt irent 7
in ciuitatem habitationis.
*Cõfiteantur Domino misericordiæ eius; 8
& mirabilia eius filijs hominum.
* Quia satiauit animam inanem: & animã 9
esurientem satiauit bonis.
* Sedentes in tenebris, & vmbra mortis: 10
vinctos in mendicitate, & ferro.
* Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & cõ- 11
silium Altissimi irritauerunt.
* Et humiliatum est in laboribus cor eo- 12
rum: in firmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.
* Et clamauerunt ad Dominum cum tri- 13
B bularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
*Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mor- 14
tis: & vincula eorum disrupit
*Cõfiteantur Domino misericordiæ eius: 15
& mirabilia eius filijs hominum.
*Quia contriuit portas æreas: & vectes fer- 16
reos confregit.
*Suscepit eos de via iniquitatis eorũ: pro- 17
pter iniustitias enim suas humiliati sunt.
* Omnem escam abominata est anima 18
eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.
* Et clamauerunt ad Dominum cum tri- 19
bularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
* Misit verbum suum, & sanauit eos: & 20
eripuit eos de interitionibus eorum.
* Confiteantur Domino misericordiæ 21
C eius: & mirabilia eius filijs hominum.
* Et sacrificent sacrificium laudis: & an- 22
nuncient opera eius in exultatione.
* Qui descendunt mare in nauibus, facie- 23
tes operationem in aquis multis.
* Ipsi viderunt opera Domini, & mirabi- 24
lia eius in profundo.
*Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exalta- 25
ti sunt fluctus eius.
* Ascendunt vsque ad cælos, & descen- 26
dunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
* Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: 27
& omnis sapientia eorum deuorata est.
* Et clamauerunt ad Dominum cum tri- 28
bularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.
* Et statuit procellam eius in auram: & si- 29
luerunt fluctus eius.
*Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit 30
eos in portum voluntatis eorum.
*Cõfiteantur Domino misericordiæ eius: 31
& mirabilia eius filijs hominum.
*Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in 32
cathedra seniorum laudent eum.
*Posuit flumina in desertum: & exitus a- 33
quarum in sitim.
*Terram fructiferam in salsuginem, à ma- 34
D litia inhabitantium in ea.
* Posuit desertum in stagna aquarum: & 35
terram sine aqua in exitus aquarum.
*Et collocauit illic esurientes: & consti- 36
tuerunt ciuitatem habitationis.
*Et seminauerunt agros, & plantauerunt 37
vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.
* Et benedixit eis, & multiplicati sunt ni- 38
mis; & iumenta eorum non minorauit.

*Et

* Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribu 39
latione malorum, & dolore.
* Effusa est contemptio super principes: 40
& errare fecit eos in inuio. & non in via.
* Et adiuuit pauperem de inopia: & po- 41
suit sicut oues familias.
Ps.22. *" Videbunt recti, & lætabuntur: & om- 42
nis iniquitas oppilabit os suum.
* Quis sapiens, & custodiet hæc? & intel- 43
liget misericordias Domini?

Canticum Psalmi ipsi Dauid. 1
(Sup.56.8.) CVII.

Paratum cor meum Deus, paratum cor 2
meum: cantabo, & psallam in gloria A
mea.
* Exurge gloria mea, exurge psalteriũ, & 3
cithara: exurgam diluculo.
* Confitebor tibi in populis Domine: & 4
psallam tibi in nationibus.
* Quia magna est super cælos misericor- 5
dia tua: & vsque ad nubes veritas tua:
* Exaltare super cælos Deus, & super om- 6
nem terram gloria tua: * vt liberentur di- 7
lecti tui.
Saluum fac dextera tua, & exaudi me: 8
* Deus locutus est in sancto suo:
Exultabo, & diuidam Sichimam, & con- B
uallem tabernaculorum dimetiar.
* Meus est Galaad, & meus est Manasses: 9
& Ephraim suscepto capitis mei.
Iuda rex meus: * Moab lebes spei meæ. 10
In Idumæam extendam calceamentum
meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.
* Quis deducet me in ciuitatem munitã? 11
quis deducet me vsque in Idumæam?
* Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & nõ 12
exibis Deus in virtutibus nostris?
* Da nobis auxilium de tribulatione: quia 13
vana salus hominis.
*In Deo faciemus virtutem: & ipse ad ni- 14
hilum deducet inimicos nostros.

In finem, Psalmus Dauid. 1
CVIII.

Deus laudem meam ne tacueris: quia 2
os peccatoris, & os dolosi super me A
pertum est.
* Locuti sunt aduersum me lingua dolo- 3
sa, & sermonibus odij: circumdederunt me:
& expugnauerunt me gratis.
* Pro eo vt me diligerent, detrahebant mi 4
hi: ego autem orabam.
* Et posuerunt aduersum me mala pro bo 5
nis: & odium pro dilectione mea.
* Constitue super eum peccatorem: & dia 6
bolus stet à dextris eius.
* Cum iudicatur, exeat condemnatus: & 7
oratio eius fiat in peccatum.
* Fiant dies eius pauci: & episcopatum 8
eius accipiat alter.
* Fiant filij eius orphani: & vxor eius vi- 9
dua.
* Nutantes transferantur filij eius, & men 10
B dicent: & eijciantur de habitationibus suis.
* Scrutetur fœnerator omnem substantiã 11
eius: & diripiant alieni labores eius.
* Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. 12
* Fiant nati eius in interitum: in genera- 13
tione vna deleatur nomen eius.
* In memoriam redeat iniquitas patrum 14
eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.
* Fiant contra Dominum semper, & dispe- 15
16 rent de terra memoria eorum: * pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.
* Et persecutus est hominem inopem, 17
& mendicum, & compunctum corde mortificare.
* Et dilexit maledictionem, & veniet ei: 18
C & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.
* Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur 19
& sicut zona, qua semper præcingitur.
* Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi 20
apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
* Et tu Domine, Domine, fac mecum pro- 21
pter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.
Libera me * quia egenus, & pauper ego 22
sum: & cor meũ conturbatum est intra me.
* Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: 23
& excussus sum sicut locustæ.
* Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & 24
caro mea immutata est propter oleum.
* Et ego factus sum opprobrium illis: vide 25
D runt me, & mouerunt capita sua.
* Adiuua me Domine Deus meus: saluũ 26
me fac secundum misericordiam tuam.
* Et sciant quia manus tua hæc, & tu Do- 27
mine fecisti eam.
* Maledicent illi, & tu benedices: qui insur- 28
gunt in me: confundantur: seruus autẽ tuus lætabitur.
* Induantur qui detrahunt mihi, pudore: 29
& operiantur sicut diploide confusione sua.
* Confitebor Domino nimis in ore meo: 30
& in medio multorum laudabo eum.
* Quia astitit à dextris pauperis, vt saluam 31
faceret à persequentibus animam meam.

1 Psalmus Dauid. CIX.

A Dixit Dominus Domino meo: Sede à de- Mat.22.
tris meis: d.42.
" Donec ponam inimicos tuos, scabellum " 1.Cor.
pedum tuorum. 15.d.25.
2 * Virgam virtutis tuæ emittet Dominus Heb.1.
ex Sion: dominare in medio inimicorum d.13. &
tuorum. 10.c.13.
3 *Tecum principium in die virtutis tuæ in
splen-

splendoribus sanctorum: ex vtero ante luci-
ferum genui te.
* " Iurauit Dominus, & non pœnitebit 4
eum: Tu es sacerdos in æternum secundum B
ordinem Melchisedech.
* Dominus à dextris tuis, confregit in die 5
iræ suæ reges.
* Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: 6
conquassabit capita in terra multorum.
* De torrente in via bibet, propterea exal- 7
tabit caput suum.

" Heb. 5. b. 6. & 7. c. 17. Io. 12. e. 34.

Alleluia. CX.

CONfitebor tibi Domine in toto corde 1
meo: in consilio iustorum, & congre- A
gatione.
* Magna opera Domini: exquisita in om- 2
nes voluntates eius.
* Confessio, & magnificentia opus eius: & 3
iustitia eius manet in sæculum sæculi.
* Memoriam fecit mirabilium suorum, 4
misericors, & miserator Dominus: * escam 5
dedit timentibus se.
Memor erit in sæculum testamenti sui:
* virtutem operum suorum annunciabit po 6
pulo suo.
* Vt det illis hereditatem gentium: opera 7
manuum eius veritas, & iudicium. B
* Fidelia omnia mandata eius: confirma- 8
ta in sæculum sæculi, facta in veritate, & æ-
quitate.
* Redemptionem misit populo suo: man- 9
dauit in æternum testamentum suum.
Sanctum, & terribile nomen eius: * " ini- 10
tium sapientiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eũ:
laudatio eius manet in sæculum sæculi.

" Pro. 1. a. 7. & 9. c. 17. Eccli. 1. b. c. 16.

Alleluia, Reuersionis Aggæi, & Zachariæ, CXI.

BEatus vir, qui timet Dominum in man- 1
datis eius volet nimis. A
* Potens in terra erit semen eius: genera- 2
tio rectorum benedicetur.
* Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iusti- 3
tia eius manet in sæculum sæculi.
* Exortum est in tenebris lumen rectis: 4
misericors, & miserator, & iustus.
* Iucundus homo qui miseretur, & com- 5
modat, disponet sermones suos in iudicio: B
* quia in æternum non commouebitur. 6
* In memoria æterna erit iustus: ab audi- 7
tione mala non timebit.
Paratũ cor eius sperare in Domino, * cõ- 8
firmatum est cor eius: non commouebitur
donec despiciat inimicos suos.
* Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius 9
manet in sæculum sæculi, cornu eius exalta-
bitur in gloria.
* Peccator videbit, & irascetur, dentibus 10
suis fremet, & tabescet: desiderium peccato-
rum peribit.

Alleluia. CXII.

1 LAudate pueri Dominum: laudate nomẽ
A Domini.
2 * Sit nomen Domini benedictum, ex hoc
nunc, & vsque in sæculum.
3 * A solis ortu vsque ad occasum, laudabi-
le nomen Domini.
4 * " Excelsus super omnes gẽtes Dominus,
& super cælos gloria eius.
5 * Quis sicut Dominus Deus noster, qui in
6 altis habitat, * & humilia respicit in cælo, &
in terra?
7 * Suscitans à terra inopem, & de stercore
B erigens pauperem.
8 * Vt collocet eum cum principibus, cum
principibus populi sui.
9 * Qui habitare facit sterilem in domo, ma
trem filiorum lætantem.

" Mal. 1. c. 11.

Alleluia. CXIII.

1 IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob
A de populo barbaro:
2 * Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel
potestas eius.
3 * Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus
est retrorsum.
4 * Montes exultauerunt vt arietes, & colles
sicut agni ouium.
5 * Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Ior
danis, quia conuersus es retrorsum?
6 * Montes exultastis sicut arietes, & colles
sicut agni ouium.
7 * A facie Domini mota est terra, à facie
Dei Iacob.
8 * Qui conuertit petram in stagna aquarũ,
& rupem in fontes aquarum.
1 * NON NOBIS DOMINE, NON
B NOBIS: sed nomini tuo da gloriam.
2 * Super misericordia tua, & veritate tua:
ne quando dicant Gentes: Vbi est Deus eo-
rum?
3 * Deus autem, noster in cælo: omnia quæ-
cumque voluit, fecit.
4 * " Simulachra gentium argentum, & au-
rum, opera manuum hominum.
5 * " Os habent, & non loquentur: oculos ha
bent, & non videbunt.
6 * Aures habent, & non audient: nares ha-
bent, & non odorabunt.
7 * Manus habent, & non palpabunt: pedes
habent, & non ambulabunt: non clamabunt
in gutture suo.
8 * Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes
qui confidunt in eis.
9 * Domus Israel sperauit in Domino: adiu-
C tor eorum, & protector eorum est.
10 * Domus Aaron sperauit in Domino: ad-
iutor eorum, & protector eorum est.
11 * Qui timent Dominum, sperauerunt in
Domino: adiutor eorum, & protector eo-
rum est.
12 * Dominus memor fuit nostri; & benedi-
xit nobis;

Exo. 13. a. 3.
" Infr. 134. c. 15.
" Sap. 15. d. 15.

Benedixit domui Israel: benedixit domui
Aaron.
* Benedixit omnibus, qui timent Domi- 13
num, pusillis cum maioribus.
* Adijciat Dominus super vos: super vos, 14
& super filios vestros.
* Benedicti vos à Domino qui fecit cęlũ, 15
& terram. D
* Cęlum cęli Domino: terram autem de- 16
dit filijs hominum.
* " Non mortui laudabunt te Domine: ne 17
que omnes, qui descendunt in infernum.
* Sed nos qui viuimus, benedicimus Do- 18
mino, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

" Bar. 2. d. 17.

Alleluia. CXIV.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vo- 1
cem orationis meæ. A
* Quia inclinauit aurem suam mihi: & in 2
diebus meis inuocabo.
* Circumdederunt me dolores mortis: & 3
pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem, & dolorem inueni: * & 4
nomen Domini inuocaui.
O Domine libera animam meam: * mi- 5
sericors Dominus, & iustus: & Deus noster B
miseretur.
* Custodiens paruulos Dominus: humilia 6
tus sum, & liberauit me.
* Conuertere anima mea in requiem tuã: 7
quia Dominus benefecit tibi.
* Quia eripuit animam meam de morte: 8
oculos meos a lacrymis, pedes meos à lapsu.
* Placebo Domino in regione viuorum. 9

Alleluia. CXV.

CRedidi, propter quod locutus sum ego 10
autem humiliatus sum nimis. A
* Ego dixi in excessu meo: Omnis homo 11
mendax.
* Quid retribuam Domino pro omnibus, 12
quæ retribuit mihi?
* Calicem salutaris accipiam: & nomen 13
Domini inuocabo.
* Vota mea Domino reddam coram om 14
ni populo eius: * pretiosa in conspectu Do- 15
mini mors Sanctorum eius:
* O Domine quia ego seruus tuus: ego ser 16
uus tuus, & filius ancillæ tuæ. B
Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo 17
hostiam laudis, & nomẽ Domini inuocabo.
* Vota mea Domino reddam in conspe- 18
ctu omnis populi eius: * in atrijs domus 19
Domini, in medio tui Ierusalem.

1. Cor. 4. c. 13. Rom. 3. 24.

Alleluia. CXVI.

LAudate Dominum omnes Gentes: lau- 1
date eum omnes populi.
* Quoniam confirmata est super nos mi- 2
sericordia eius; " & veritas Domini manet
in æternum.

Rom. 15. c. 11.
" Io. 12. 34.

Alleluia. CXVII.

1 COnfitemini Domino quoniam bonus:
A quoniam in sæculũ misericordia eius.
2 * Dicat nunc Israel: quoniam bonus: quo-
niam in sæculum misericordia eius.
3 * Dicat nunc domus Aaron: quoniam in
sæculum misericordia eius.
4 * Dicant nunc qui timent Dominũ: quo-
niam in sæculum misericordia eius.
5 * De tribulatione inuocaui Dominum: &
exaudiuit me in latitudine Dominus.
6 * Dominus mihi adiutor, nõ timebo quid
faciat mihi homo.
7 * " Dominus mihi adiutor: & ego despi-
ciam inimicos meos.
8 * Bonum est confidere in Domino, quàm
B confidere in homine.
9 * Bonum est sperare in Domino, quàm
sperare in principibus.
10 * Omnes gentes circuierunt me: & in no-
mine Domini, quia vltus sum in eos.
11 * Circumdantes circumdederũt me: & in
nomine Domini: quia vltus sum in eos.
12 * Circumdederunt me sicut apes, & exar-
serunt sicut ignis in spinis, & in nomine Do-
mini, quia vltus sum in eos.
13 * Impulsus euersus sum vt caderem, &
Dominus suscepit me.
14 * " Fortitudo mea, & laus mea Dominus:
C & factus est mihi in salutem.
15 * Vox exultationis, & salutis in taberna-
culis iustorum.
16 * Dextera Domini fecit virtutem: dextera
Domini exaltauit me, dextera Domini fecit
virtutem.
17 * Non moriar, sed viuam: & narrabo ope-
ra Domini.
18 * Castigans castigauit me Dominus: &
morti non tradidit me.
19 * Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in
20 eas confitebor Domino: * hæc porta Domi-
ni, iusti intrabunt in eam.
21 * Confitebor tibi quoniam exaudisti me,
& factus es mihi in salutem.
22 * " Lapidem, quem reprobauerunt ædifi-
cantes: hic factus est in caput anguli.
23 * A Domino factum est istud: & est mira-
bile in oculis nostris.
24 * Hæc est dies, quam fecit Dominus: exul-
D temus, & lætemur in ea.
25 * O Domine saluum me fac, ô Domine
26 bene prosperare: * benedictus qui venit in
nomine Domini.
27 Benediximus vobis de domo * Domini,
Deus Dominus, & illuxit nobis.
Constituite diem solemnem in conden-
sis, vsque ad cornu altaris.
28 * Deus meus es tu: & confitebor tibi, Deus
meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me, &
factus es mihi in salutem.
29 * Confitemini Domino quoniam bonus:
quoniam in sæculum misericordia eius.

" Heb. 13. a. 6.
" Exod. 15. a. 2.
" Ma. 21. a. 42. Luc. 20. c. 17. Act. 4. b. 11. Rom. 9. g. 33. 1. Pet. 2. a. 6. Isai. 28. d. 16.

Alleluia. CXVIII.
ALEPH.

BEati immaculati in via:qui ambulant in 1
lege Domini. A
* Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius : in 2
toto corde exquirunt eum.
* Non enim qui operantur iniquitatem,in 3
vijs eius ambulauerunt.
* Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri 4
nimis.
* Vtinam dirigantur viæ meæ , ad cuſto- 5
diendas iuſtificationes tuas.
* Tunc non confundar, cum perſpexero 6
in omnibus mandatis.
* Confitebor tibi in directione cordis : In 7
eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
* Iuſtificationes tuas cuſtodiam : non me 8
derelinquas vſquequaque.

BETH.

* In quo corrigit adoleſcentior viam ſuã , 9
in cuſtodiendo ſermones tuos. B
* In toto corde meo exquiſiui te:ne repel- 10
las me à mandatis tuis.
* In corde meo abſcondi eloquia tua : vt 11
non peccem tibi.
* Benedictus es Domine,doce me iuſtifi- 12
cationes tuas.
* In labijs meis,pronunciaui omnia iudi- 13
cia oris tui.
* In via teſtimoniorum tuorum delecta- 14
tus ſum,ſicut in omnibus diuitijs.
* In mandatis tuis exercebor, & conſide- 15
rabo vias tuas.
* In iuſtificationibus tuis meditabor:non 16
obliuiſcar ſermones tuos.

GIMEL.

* Retribue ſeruo tuo, viuifica me : & cu- 17
ſtodiam ſermones tuos. C
* Reuela oculos meos,& conſiderabo mi- 18
rabilia de lege tua.
* Incola ego ſum in terra, non abſcondas 19
à me mandata tua.
* Concupiuit anima mea deſiderare iuſti- 20
ficationes tuas, in omni tempore.
* Increpaſti ſuperbos:maledicti qui decli- 21
nant à mandatis tuis
* Aufer à me opprobrium,& contẽptum: 22
quia teſtimonia tua exquiſiui.
* Etenim ſederũt principes,& aduerſum 23
me loquebantur : ſeruus autem tuus exerce-
batur in iuſtificationibus tuis.
* Nam & teſtimonia tua meditatio mea 24
eſt : & conſilium meum iuſtificationes tuæ.

DALETH.

* Adhęſit pauimento anima mea:viuifica 25
me ſecundum verbum tuum.
* Vias meas enunciaui , & exaudiſti me : 26
doce me iuſtificationes tuas.
* Viam iuſtificationum tuarum inſtrue 27
me : & exercebor in mirabilibus tuis.
* Dormitauit anima mea præ tædio: con- 28
firma me in verbis tuis.
* Viam iniquitatis amoue à me ; & de le- 29
ge tua miſerere mei.
30 * Viam veritatis elegi: iudicia tua nõ ſum
oblitus.
31 * Adhæſi teſtimonijs tuis Domine : noli
me confundere.
32 * Viam mandatorum tuorum cucurri,
cum dilataſti cor meum.

HE.

33 * Legem pone mihi Domine viam iuſtifi-
E cationum tuarum : & exquiram eã ſemper.
34 *Da mihi intellectum,& ſcrutabor legem
tuam : & cuſtodiam illã in toto corde meo.
35 *Deduc me in ſemitam mãdatorum tuo-
rum:quia ipſam volui.
36 * Inclina cor meum in teſtimonia tua : &
non in auaritiam.
37 * Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem: in via tua viuifica me.
38 * Statue ſeruo tuo eloquium tuum, in ti-
more tuo.
39 * Amputa opprobrium meum, quod ſu-
ſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda.
40 * Ecce concupiui mandata tua: in æquita-
te tua viuifica me.

VAV.

41 * Et veniat ſuper me miſericordia tua
domine : ſalutare tuum ſecundum eloquiũ
F tuum.
42 * Et reſpondebo exprobãtibus mihi ver-
bum, quia ſperaui in ſermonibus tuis.
43 * Et ne auferas de ore meo verbum veri-
tatis vſquequaque:quia in iudicijs tuis ſuper
ſperaui.
44 * Et cuſtodiam legem tuam ſemper:in ſæ-
culum, & in ſæculum ſæculi.
45 * Et ambulabam in latitudine:quia man-
data tua exquiſiui.
46 * Et loquebar de teſtimonijs tuis in con-
ſpectu regum,& non confundebar.
47 * Et meditabar in mãdatis tuis , q̃ dilexi.
48 * Et leuaui manus meas ad mandata tua,
quæ dilexi : & exercebar in iuſtificationibus
tuis.

ZAIN.

49 * Memor eſto verbi tui ſeruo tuo,in quo
G mihi ſpem dediſti.
50 * Hæc me cõſolata eſt in humilitate mea:
quia eloquium tuum viuificauit me.
51 *Superbi iniquè agebant vſquequaque : à
lege autem tua non declinaui.
52 *Memor fui iudiciorum tuorum à ſæcu-
lo Domine, & conſolatus ſum.
53 *Defectio tenuit me,pro peccatoribus de-
relinquentibus legem tuam.
54 * Cantabiles mihi erant iuſtificationes
tuæ in loco peregrinationis meæ.
55 * Memor fui nocte nominis tui Domine:
& cuſtodiui legem tuam.
56 * Hæc facta eſt mihi : quia iuſtificationes
tuas exquiſiui.

HETH.

57 * Portio mea Dñe,dixi cuſtodire legẽ tuã.
58 * Deprecatus ſum faciẽ tuã in toto corde
H meo : miſerere mei ſecundũ eloquiũ tuum.
59 * Cogitaui vias meas : & conuerti pedes
meos in teſtimonia tua.

Para-

* Paratus ſum,& non ſum turbatus: vt cu- 60
ſtodiam mandata tua.
* Funes peccatorum circumplexi ſunt me: 61
& legem tuam non ſum oblitus.
* Media nocte ſurgebam ad cõfitendum 62
tibi,ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.
* Particeps ego ſum omnium timentium 63
te:& cuſtodientium mandata tua.
* Miſericordia tua Domine plena eſt ter- 64
ra : iuſtificationes tuas doce me.

TETH.

* Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domi- 65
ne,ſecundum verbum tuum.
* Bonitatem , & diſciplinam:& ſcientiam 66
doce me:quia mandatis tuis credidi.
* Priuſquam humiliarer ego deliqui:pro- 67
pterea eloquium tuum cuſtodiui.
* Bonus es tu:& in bonitate tua doce me 68
iuſtificationes tuas.
* Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſu- 69
perborum:ego autem in toto corde meo ſcru
tabor mandata tua.
* Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:ego 70
verò legem tuam meditatus ſum.
* Bonum mihi quia humiliaſti me:vt di- 71
ſcam iuſtificationes tuas.
* Bonum mihi lex oris tui , ſuper millia 72
auri,& argenti.

IOD.

* Manus tuæ fecerunt me , & plaſmaue- 73
runt me : da mihi intellectum , & diſcam K
mandata tua.
* Qui timent te videbunt me,& lætabun- 74
tur:quia in verba tua ſuperſperaui.
* Cognoui Domine;quia æquitas iudicia 75
tua:& in veritate tua humiliaſti me.
* Fiat miſericordia tua vt conſoletur me, 76
ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo.
* Veniant mihi miſerationes tuæ , & vi- 77
uam:quia lex tua meditatio mea eſt.
* Confundantur ſuperbi,quia iniuſtè ini- 78
quitatem fecerunt in me: ego autem exerce-
bor in mandatis tuis.
* Conuertantur mihi timentes te : & qui 79
nouerunt teſtimonia tua.
* Fiat cor meum immaculatum in iuſti- 80
ficationibus tuis, vt non confundar.

CAPH.

* Defecit in ſalutare tuum anima mea: & 81
in verbum tuum ſuperſperaui. L
* Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ , 82
dicentes:Quando conſolaberis me?
* Quia factus ſum ſicut vter in pruina ; 83
iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
* Quot ſunt dies ſerui tui : quando facies 84
de perſequentibus me iudicium ?
* Narrauerunt mihi iniqui fabulationes : 85
ſed non vt lex tua.
* Omnia mandata tua veritas : inique per 86
ſecuti ſunt me,adiuua me.
* Paulo minus conſummauerunt me in 87
terra , ego autem non dereliqui mandata
tua.
* Secundum miſericordiam tuam viuifi- 88
ca me,& cuſtodiam teſtimonia oris tui.

LAMED.

89 * In æternum Domine,verbum tuum per-
M manet in cælo.
90 * In generationem,& generationem veri-
tas tua:fundaſti terram,& permanet.
91 * Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniã
omnia ſeruiunt tibi.
92 * Niſi quod lex tua meditatio mea eſt:tũc
fortè perijſſem in humilitate mea.
93 * In æternum non obliuiſcar iuſtificatio-
nes tuas:quia in ipſis viuificaſti me.
94 * Tuus ſum ego,ſaluum mè fac: quoniam
iuſtificationes tuas exquiſiui.
95 * Me expectauerunt peccatores vt perde-
rent me:teſtimonia tua intellexi.
96 * Omnis conſummationis vidi finem: la-
tum mandatum tuum nimis.

MEM.

97 * Quomodo dilexi legem tuam Domine?
N tota die meditatio mea eſt.
98 * Super inimicos meos prudentem me fe-
ciſti mandato tuo: quia in æternũ mihi eſt.
99 * Super omnes docentes me intellexi:quia
teſtimonia tua meditatio mea eſt.
100 * Super ſenes intellexi:quia mandata tua
quæſiui.
101 *Ab omni via mala prohibui pedes meos:
vt cuſtodiam verba tua.
102 * A iudicijs tuis non declinaui:quia tu le-
gem poſuiſti mihi.
103 * Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,
ſuper mel ori meo!
104 * A mandatis tuis intellexi : propterea
odiui omnem viam iniquitatis.

NVN.

105 * Lucerna pedibus meis verbum tuum ,
O & lumen ſemitis meis.
106 * Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſti-
tiæ tuæ.
107 * Humiliatus ſum vſquequaq. Domine :
viuifica me ſecundum verbum tuum.
108 * Voluntaria oris mei beneplacita fac Do
mine : & iudicia tua doce me.
109 * Anima mea in manibus meis ſemper :
& legem tuam non ſum oblitus.
110 * Poſuerunt peccatores laqueum mihi :
& de mandatis tuis non erraui.
111 * Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in
æternum:quia exultatio cordis mei ſunt.
112 * Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtifi-
cationes tuas in æternũ,ꝑ retributionem.

SAMECH.

113 * Iniquos odio habui: & legẽ tuã dilexi.
P * Adiutor , & ſuſceptor meus es tu: & in
114 verbum tuum ſuperſperaui.
115 * Declinate à me maligni : & ſcrutabor
mandata Dei mei.
116 * Suſcipe me ſecundũ eloquium tuum ,
& viuam:& non confundas me ab expe-
ctatione mea.
117 * Adiuua me,& ſaluus ero:& meditabor
in iuſtificationibus tuis ſemper.
118 * Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs
tuis:quia iniuſta cogitatio eorum.
119 *Præuaricantes reputaui omnes peccato-

Ee res

Alleluia. CXVIII.

ALEPH.

B Eati immaculati in via:qui ambulant in 1
lege Domini. A
* Beati, qui scrutantur testimonia eius : in 2
toto corde exquirunt eum.
* Non enim qui operantur iniquitatem, in 3
vijs eius ambulauerunt.
* Tu mandasti mandata tua custodiri 4
nimis.
* Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custo- 5
diendas iustificationes tuas.
* Tunc non confundar, cum perspexero 6
in omnibus mandatis.
* Confitebor tibi in directione cordis : in 7
eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.
* Iustificationes tuas custodiam : non me 8
derelinquas vsquequaque.

BETH.

* In quo corrigit adolescentior viam suã, 9
in custodiendo sermones tuos. B
* In toto corde meo exquisiui te:ne repel- 10
las me à mandatis tuis.
* In corde meo abscondi eloquia tua : vt 11
non peccem tibi.
* Benedictus es Domine, doce me iustifi- 12
cationes tuas.
* In labijs meis, pronunciaui omnia iudi- 13
cia oris tui.
* In via testimoniorum tuorum delecta- 14
tus sum, sicut in omnibus diuitijs.
* In mandatis tuis exercebor, & conside- 15
rabo vias tuas.
* In iustificationibus tuis meditabor: non 16
obliuiscar sermones tuos.

GIMEL.

* Retribue seruo tuo, viuifica me : & cu- 17
stodiam sermones tuos. C
* Reuela oculos meos, & considerabo mi- 18
rabilia de lege tua.
* Incola ego sum in terra, non abscondas 19
à me mandata tua.
* Concupiuit anima mea desiderare iusti- 20
ficationes tuas, in omni tempore.
* Increpasti superbos: maledicti qui decli- 21
nant à mandatis tuis
* Aufer à me opprobrium, & contẽptum: 22
quia testimonia tua exquisiui.
* Etenim sederũt principes, & aduersum 23
me loquebantur : seruus autem tuus exerce-
batur in iustificationibus tuis.
* Nam & testimonia tua meditatio mea 24
est : & consilium meum iustificationes tuæ.

DALETH.

* Adhæsit pauimento anima mea: viuifica 25
me secundum verbum tuum.
* Vias meas enunciaui, & exaudisti me : 26
doce me iustificationes tuas.
* Viam iustificationum tuarum instrue 27
me : & exercebor in mirabilibus tuis.
* Dormitauit anima mea præ tædio: con- 28
firma me in verbis tuis.
* Viam iniquitatis amoue à me ; & de le- 29
ge tua miserere mei.
30 * Viam veritatis elegi: iudicia tua nõ sum
oblitus.
31 * Adhæsi testimonijs tuis Domine : noli
me confundere.
32 * Viam mandatorum tuorum cucurri,
cum dilatasti cor meum.

HE.

33 * Legem pone mihi Domine viam iustifi-
E cationum tuarum : & exquiram eã semper.
34 * Da mihi intellectum, & scrutabor legem
tuam : & custodiam illã in toto corde meo.
35 * Deduc me in semitam mãdatorum tuo-
rum: quia ipsam volui.
36 * Inclina cor meum in testimonia tua : &
non in auaritiam.
37 * Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem: in via tua viuifica me.
38 * Statue seruo tuo eloquium tuum, in ti-
more tuo.
39 * Amputa opprobrium meum, quod su-
spicatus sum, quia iudicia tua iucunda.
40 * Ecce concupiui mandata tua: in æquita-
te tua viuifica me.

VAV.

41 * Et veniat super me misericordia tua
domine : salutare tuum secundum eloquiũ
F tuum.
42 * Et respondebo exprobãtibus mihi ver-
bum, quia speraui in sermonibus tuis.
43 * Et ne auferas de ore meo verbum veri-
tatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis super
speraui.
44 * Et custodiam legem tuam semper: in sæ-
culum, & in sæculum sæculi.
45 * Et ambulabam in latitudine: quia man-
data tua exquisiui.
46 * Et loquebar de testimonijs tuis in con-
spectu regum, & non confundebar.
47 * Et meditabar in mãdatis tuis, q̃ dilexi.
48 * Et leuaui manus meas ad mandata tua,
quæ dilexi : & exercebar in iustificationibus
tuis.

ZAIN.

49 * Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo
G mihi spem dedisti.
50 * Hæc me cõsolata est in humilitate mea:
quia eloquium tuum viuificauit me.
51 * Superbi iniquè agebant vsquequaque : à
lege autem tua non declinaui.
52 * Memor fui iudiciorum tuorum à sæcu-
lo Domine, & consolatus sum.
53 * Defectio tenuit me, pro peccatoribus de-
relinquentibus legem tuam.
54 * Cantabiles mihi erant iustificationes
tuæ in loco peregrinationis meæ.
55 * Memor fui nocte nominis tui Domine:
& custodiui legem tuam.
56 * Hæc facta est mihi : quia iustificationes
tuas exquisiui.

HETH.

57 * Portio mea Dñe, dixi custodire legẽ tuã.
58 * Deprecatus sum faciẽ tuã in toto corde
H meo : miserere mei secundũ eloquiũ tuum.
59 * Cogitaui vias meas : & conuerti pedes
meos in testimonia tua.

Para-

* Paratus sum, & non sum turbatus: vt cu- 60
stodiam mandata tua.
* Funes peccatorum circumplexi sunt me: 61
& legem tuam non sum oblitus.
* Media nocte surgebam ad cõfitendum 62
tibi, super iudicia iustificationis tuæ.
* Particeps ego sum omnium timentium 63
te: & custodientium mandata tua.
* Misericordia tua Domine plena est ter- 64
ra : iustificationes tuas doce me.

TETH.

* Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domi- 65
ne, secundum verbum tuum.
* Bonitatem, & disciplinam: & scientiam 66
doce me: quia mandatis tuis credidi.
* Priusquam humiliarer ego deliqui: pro- 67
pterea eloquium tuum custodiui.
* Bonus es tu: & in bonitate tua doce me 68
iustificationes tuas.
* Multiplicata est super me iniquitas su- 69
perborum: ego autem in toto corde meo scru
tabor mandata tua.
* Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego 70
verò legem tuam meditatus sum.
* Bonum mihi quia humiliasti me: vt di- 71
scam iustificationes tuas.
* Bonum mihi lex oris tui, super millia 72
auri, & argenti.

IOD.

* Manus tuæ fecerunt me, & plasmaue- 73
runt me : da mihi intellectum, & discam
K mandata tua.
* Qui timent te videbunt me, & lætabun- 74
tur: quia in verba tua superspera ui.
* Cognoui Domine; quia æquitas iudicia 75
tua: & in veritate tua humiliasti me.
* Fiat misericordia tua vt consoletur me, 76
secundum eloquium tuum seruo tuo.
* Veniant mihi miserationes tuæ, & vi- 77
uam: quia lex tua meditatio mea est.
* Confundantur superbi, quia iniustè ini- 78
quitatem fecerunt in me: ego autem exerce-
bor in mandatis tuis.
* Conuertantur mihi timentes te : & qui 79
nouerunt testimonia tua.
* Fiat cor meum immaculatum in iusti- 80
ficationibus tuis, vt non confundar.

CAPH.

* Defecit in salutare tuum anima mea: & 81
in verbum tuum superspera ui. L
* Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ, 82
dicentes: Quando consolaberis me?
* Quia factus sum sicut vter in pruina ; 83
iustificationes tuas non sum oblitus.
* Quot sunt dies serui tui : quando facies 84
de persequentibus me iudicium ?
* Narrauerunt mihi iniqui fabulationes : 85
sed non vt lex tua.
* Omnia mandata tua veritas : inique per 86
secuti sunt me, adiuua me.
* Paulo minus consummauerunt me in 87
terra, ego autem non dereliqui mandata
tua.
* Secundum misericordiam tuam viuifi- 88
ca me, & custodiam testimonia oris tui.

LAMED.

89 * In æternum Domine, verbum tuum per-
M manet in cælo.
90 * In generationem, & generationem veri-
tas tua: fundasti terram, & permanet.
91 * Ordinatione tua perseuerat dies: quoniã
omnia seruiunt tibi.
92 * Nisi quod lex tua meditatio mea est: tũc
fortè perijssem in humilitate mea.
93 * In æternum non obliuiscar iustificatio-
ne tuas: quia in ipsis viuificasti me.
94 * Tuus sum ego, saluum mẽ fac: quoniam
iustificationes tuas exquisiui.
95 * Me expectauerunt peccatores vt perde-
rent me: testimonia tua intellexi.
96 * Omnis consummationis vidi finem: la-
tum mandatum tuum nimis.

MEM.

97 * Quomodo dilexi legem tuam Domine?
N tota die meditatio mea est.
98 * Super inimicos meos prudentem me fe-
cisti mandato tuo: quia in æternũ mihi est.
99 * Super omnes docentes me intellexi: quia
testimonia tua meditatio mea est.
100 * Super senes intellexi: quia mandata tua
quæsiui.
101 * Ab omni via mala prohibui pedes meos:
vt custodiam verba tua.
102 * A iudiciis tuis non declinaui: quia tu le-
gem posuisti mihi.
103 * Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,
super mel ori meo!
104 * A mandatis tuis intellexi : propterea
odiui omnem viam iniquitatis.

NVN.

105 * Lucerna pedibus meis verbum tuum,
O & lumen semitis meis.
106 * Iuraui, & statui custodire iudicia iusti-
tiæ tuæ.
107 * Humiliatus sum vsquequaq. Domine :
viuifica me secundum verbum tuum.
108 * Voluntaria oris mei beneplacita fac Do
mine : & iudicia tua doce me.
109 * Anima mea in manibus meis semper :
& legem tuam non sum oblitus.
110 * Posuerunt peccatores laqueum mihi :
& de mandatis tuis non erraui.
111 * Hereditate acquisiui testimonia tua in
æternum: quia exultatio cordis mei sunt.
112 * Inclinaui cor meũ ad faciendas iustifi-
cationes tuas in æternũ, pp retributionem.

SAMECH.

113 * Iniquos odio habui: & legẽ tuã dilexi.
P * Adiutor, & susceptor meus es tu: & in
114 verbum tuum superspera ui.
115 * Declinate à me maligni : & scrutabor
mandata Dei mei.
116 * Suscipe me secundũ eloquium tuum,
& viuam: & non confundas me ab expe-
ctatione mea.
117 * Adiuua me, & saluus ero: & meditabor
in iustificationibus tuis semper.
118 * Spreuisti omnes discedentes à iudicijs
tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
119 * Præuaricantes reputaui omnes peccato-

Ee res

tes terræ : ideo dilexi testimonia tua.
* Confige timore tuo carnes meas : à iu- 120
dicijs enim tuis timui.

A I N.

* Feci iudicium, & iustitiam: non tradas 121
me calumniantibus me. Q
* Suscipe seruum tuum in bonum : non 122
calumnientur me superbi.
* Oculi mei defecerunt in salutare tuum: 123
& in eloquium iustitiæ tuæ.
* Fac cum seruo tuo secundũ misericor- 124
diam tuam; & iustificationes tuas doce me.
* Seruus tuus sum ego : da mihi intelle- 125
ctum, vt sciam testimonia tua.
* Tempus faciendi Domine : dissipaue- 126
runt legem tuam.
* Ideo dilexi mandata tua, super aurum 127
& topazion.
* Propterea ad omnia mandata tua 128
dirigebar ; omnem viam iniquam odio
habui.

P H E.

* Mirabilia testimonia tua : ideò scruta- 129
ta est ea anima mea. R
* Declaratio sermonum tuorum illumi- 130
nat; & intellectum dat paruulis.
* Os meum aperui, & attraxi spiritum : 131
quia mandata tua desiderabam.
* Aspice in me, & miserere mei : secun- 132
dum iudicium diligentium nomen tuum.
* Gressus meus dirige secundum elo- 133
quium tuum: & non dominetur mei om-
nis iniustitia.
* Redime me à calumnijs hominum: vt 134
custodiam mandata tua.
* Faciem tuam illumina super seruum 135
tuum: & doce me iustificationes tuas.
* Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: 136
quia non custodierunt legem tuam:

S A D E.

* Iustus es Domine: & rectum iudicium 137
tuum. S
* Mandasti iustitiam testimonia tua : & 138
veritatem tuam nimis.
* Tabescere me fecit zelus meus : quia o- 139
blitti sunt verba tua inimici mei.
* Ignitum eloquium tuum vehemẽter : 140
& seruus tuus dilexit illud.
* Adolescentulus sum ego, & contem- 141
ptus iustificationes tuas non sum oblitus.
* Iustitia tua, iustitia in æternum : & lex 142
tua veritas.
* Tribulatio, & angustia inuenerunt me: 143
mandata tua meditatio mea est.
* Æquitas testimonia tua in æternum: in 144
tellectum da mihi, & viuam.

C O P H.

* Clamauiin toto corde meo, exaudi me 145
Domine: iustificationes tuas requiram. T
* Clamauiad te, saluum me fac: vt custo 146
diam mandata tua.
* Præueni in maturitate, & clamaui: quia 147
in verba tua superspera ui.
* Præuenerunt oculi mei ad te diluculo; 148
vt meditarer eloquia tua.

149 * Vocem meam audi secundum miseri-
cordiam tuam Domine : & secundum iu-
dicium tuum viuifica me.
150 * Appropinquauerunt persequentes me
iniqui: a lege autem tua longè facti sunt.
151 * Prope es tu Domine: & omnes viæ tuę
veritas.
152 * Initio cognoui de testimonijs tuis: quia
in æternum fundasti ea.

R E S.

153 * Vide humilitatem meam, & eripe me:
V quia legem tuam non sum oblitus.
154 * Iudica iudicium meum, & redime me:
propter eloquium tuum viuifica me.
155 * Longe à peccatoribus salus : quia iusti-
ficationes tuas non exquisierunt.
156 * Misericordiæ tuæ multæ Domine : se-
cundum iudicium tuum viuifica me.
157 * Multi qui persequũtur me, & tribulant
me: à testimonijs tuis non declinaui.
158 * Vidi præuaricantes, & tabescebã : quia
eloquia tua non custodierunt.
159 * Vide quoniam mandata tua dilexi Do-
mine: in misericordia tua viuifica me.
160 * Principium verborum tuorũ, veritas:
in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

S I N.

161 * Principes persecuti sunt me gratis: & à
X verbis tuis formidauit cor meum.
162 * Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui
inuenit spolia multa.
163 * Iniquitatem odio habui, & abomina-
tus sum: legem autem tuam dilexi.
164 * Septies in die laudem dixi tibi, super iu
dicia iustitiæ tuæ.
165 * Pax multa diligentibus legem tuam: &
non est illis scandalum.
166 * Expectabam salutare tuum Domine:
& mandata tua dilexi.
167 * Custodiuit anima mea testimonia tua;
& dilexit ea vehementer.
168 * Seruaui mandata tua, & testimonia tua:
quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

T A V.

169 * Appropinquet deprecatio mea in con-
Y spectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum
da mihi intellectum.
170 * Intret postulatio mea in cõspectu tuo:
secundum eloquium tuum eripe me.
171 * Eructabunt labia mea hymnum, cum
docueris me iustificationes tuas.
172 * Pronũciabit lingua mea eloquium tuũ:
quia mandata tua æquitas.
173 * Fiat manus tua vt saluet me : quoniam
mandata tua elegi.
174 * Concupiui salutare tuum Domine : &
lex tua meditatio mea est.
175 * Viuet anima mea, & laudabit te : & iu-
dicia tua adiuuabunt me.
176 * Errauí, sicut ouis, quæ petijt; quære
seruum tuum, quia mandata tua non sum
oblitus.

Canticum graduum. CXIX. 1

A D Dominum cum tribularet clamaui : A
& exaudiuit me.
* Domine libera animam meam à labijs 2
iniquis: & à lingua dolosa.
* Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi 3
ad lingũam dolosam.
* Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus 4
desolatorijs.
* Heu mihi, quia incolatus meus prolon- 5
gatus est; habitaui cum habitantibus Cedar: B
multum incola fuit anima mea.
* Cum his, qui oderunt pacem, eram paci 6
ficus : cum loquebar illis, impugnabant me
gratis.

Canticum graduum. CXX.

L Euaui oculos meos in montes, vnde ve- 1
niet auxilium mihi. A
* Auxilium meum à Domino, qui fecit cæ 2
lum, & terram.
* Non det in commotionem pedem tuũ : 3
neque dormiet, qui custodit te.
* Ecce nõ dormitabit neque dormiet, qui 4
custodit Israel.
* Dominus custodit te, Dominus prote- 5
ctio tua, super manum dexteram tuam. B
* Per diem Sol non vret te : neque luna 6
per noctem.
* Dominus custodit te ab omni malo : cu- 7
stodiat animam tuam Dominus.
* Dominus custodiat introitum tuum, & 8
exitũ tuum: ex hoc nunc, & vsque in sæculũ.

Canticum graduum. CXXI. 1

L Ætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: A
in domum Domini ibimus.
* Stantes erant pedes nostri : in atrijs tuis 2
Ierusalem.
* Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cu- 3
ius participatio eius in idipsum.
* Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Do- 4
mini : testimonium Israel ad confitendum
nomini Domini.
* Quia illic sederũt sedes in iudicio, sedes 5
super domum Dauid.
* Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem : 6
& abundantia diligentibus te. B
* Fiat pax in virtute tua : & abundantia 7
in turribus tuis.
* Propter fratres meos, & proximos meos, 8
loquebar pacem de te.
* Propter domum Domini Dei nostri, 9
quæsiui bona tibi.

Canticum graduum. CXXII.

A D te leuaui oculos meos, qui habitas in 1
cælis. A
* Ecce sicut oculi seruorum, in manibus 2
dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ
suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum
nostrum donec misereatur nostri.
3 * Miserere nostri Domine, miserere nostri:
quia multum repleti sumus despectione.
4 * Quia multum repleta est anima nostra,
opprobrium abundantibus, & despectio su-
perbis.

1 Canticum graduum. CXXIII.

A N Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat
2 nunc Israel: * nisi quia Dominus erat
in nobis.
3 Cum exurgerent homines in nos, * fortè
viuos deglutissent nos:
4 Cum irasceretur furor eorum in nos, * for-
sitan aqua absorbuisset nos.
5 * Torrentem pertransiuit anima nostra: for
sitan pertransisset anima nostra aquam into-
lerabilem.
6 * Benedictus Dominus, qui non dedit nos
B in captionem dentibus eorum.
7 * Anima nostra sicut passer erepta est de la-
queo venantium : Laqueus contritus est, &
nos liberati sumus.
8 * Adiutorium nostrum in nomine Domi-
* ni; qui fecit cælum, & terram.

1 Canticum graduum. CXXIV.

A Qui confidunt in Domino, sicut mons
Sion: non commouebitur in æternum,
2 qui habitat * in Ierusalem.
Montes in circuitu eius: & Dominus in cir
cuitu populi sui, ex hoc nunc: & vsque in sæ-
culum.
3 * Quia non relinquet Dominus virgam pec
catorum super sortem iustorum : vt non ex-
tendant iusti ad iniquitatem manus suas.
4 * Benefac Domine bonis, & rectis corde.
5 * Declinantes autem in obligationes, addu-
cet Dominus cum operantibus iniquitatem:
pax super Israel.

1 Canticum graduum. CXXV.

A IN conuertendo Dominus captiuitatem
Sion: facti sumus sicut consolati.
2 * Tunc repletum est gaudio os nostrum: &
lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Do
minus facere cum eis.
3 * Magnificauit Dominus facere nobiscum:
facti sumus lætantes.
4 * Conuerte Domine captiuitatem nostrã,
sicut torrens in Austro.
5 * Qui seminant in lacrimis, in exultatione
metent.
6 * Euntes ibant, & flebant, mittentes semi-
na sua.
Venientes autem venient cum exultatio-
ne, portantes manipulos suos.

Canticum graduum Salomonis. 1
CXXVI.

NIsi Dominus ædificauerit domũ, in va- A
num laborauerunt, qui ædificant eum.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem, fru-
stra vigilat, qui custodit eam.
* Vanum est vobis ante lucem surgere: sur- 2
gite postquam sederitis, qui manducatis pa-
nem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce 3
hereditas Dñi filij merces, fructus ventris.
* Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij ex- 4
cussorum.
* Beatus vir, qui impleuit desiderium suũ 5
ex ipsis: non confundetur cum loquetur ini-
micis suis in porta.

Canticum graduum. CXXVII. 1

BEati omnes, qui timent Dominum, qui A
ambulant in vijs eius.
* Labores manuum tuarum, quia mandu- 2
cabis: beatus es, & bene tibi erit.
* Vxor tua sicut vitis abundans, in laterib. 3
domus tuæ. B
Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu
mensæ tuæ.
* Ecce sic benedicetur homo, qui timet Do- 4
minum.
* Benedicat tibi Dominus ex Sion: & vi- 5
deas bona Ierusalem omnib. dieb. vitæ tuæ.
* Et videas filios filiorum tuorum, pacem 6
super Israel.

Canticum graduum. CXXVIII. 1

SÆpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea, A
dicat nunc Israel.
* Sæpe expugnauerunt me à iuuentute 2
mea: etenim non poterunt mihi.
* Super dorsum meum fabricauerunt pec- 3
catores: prolongauerunt iniquitatem suam.
* Dominus iustus concidit ceruices pecca- 4
torum: * confundantur, & conuertantur re- 5
rrorsum omnes, qui oderunt Sion.
* Fiant sicut fœnum tectorum: quod prius 6
quam euellatur, exaruit. B
* De quo non impleuit manum suam, qui 7
metit, & sinum suum, qui manipulos colli-
git.
* Et non dixerunt, qui præteribant: Bene- 8
dictio Domini super vos: benediximus vobis
in nomine Domini.

Canticum graduum. CXXIX. 1

DE profundis clamaui ad te Domine: A
* Domine exaudi vocem meam. 2
Fiant aures tuæ intendẽtes, in vocem de-
precationis meæ.
* Si iniquitates obseruaueris Domine: Do- 3
mine, quis sustinebit?
* Quia apud te propitiatio est: & propter 4
legem tuam, sustinui te Domine,
5 Sustinuit anima mea in verbo eius: * Spera-
uit anima mea in Domino.
6 * A custodia matutina, vsque ad noctem:
speret Israel in Domino.
7 * Quia apud Dominum misericordia: & co-
piosa apud eum redemptio.
8 * Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniqui-
tatibus eius.

1 Canticum graduum Dauid. CXXX.

A DOmine non est exaltatum cor meum:
neque elati sunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in mi-
rabilibus super me.
2 * Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui
animam meam.
Sicut ablactatus est, super matre sua, ita re-
tributio in animam mea.
3 * Speret Israel in Domino, ex hoc nunc, &
vsque in sæculum.

1 Canticum graduum. CXXXI.

A MEmento Domine Dauid, & omnis mã- 2. Reg.
suetudinis eius.
2 * Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo
Iacob.
3 * Si introiero in tabernaculum domus meę,
si ascendero in lectum strati mei.
4 * Si dedero somnum oculis meis, & palpe-
bris meis dormitationem.
5 * Et requiem temporibus meis: donec in-
ueniam locum Domino, tabernaculum Deo
Iacob.
6 * Ecce audiuimus eam in Ephrata: inueni-
mus eam in campis siluæ.
7 * Introibimus in tabernaculum eius: ado-
B rabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.
8 * " Surge Domine in requiem tuam, tu & " 2. Paral.
arca sanctificationis tuæ. 6. 41.
9 * Sacerdotes tui induantur iustitiam: & san-
cti tui exultent.
10 * Propter Dauid seruum tuum, non auer-
C tas faciem Christi tui.
11 * Iurauit Dominus Dauid veritatem, & nõ
frustrabitur eam: * de fructu ventris tui, po- " 2. Reg.
nam super sedem tuam. 6. c. 12.
12 * Si custodierint filij tui testamentũ meũ, Luca. 1.
& testimonia mea hæc, quæ docebo eos. 55.
Et filij eorum, vsque in sæculum, sedebunt Act. 2. 6.
super sedem tuam. 20.
13 * Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eã
D in habitationem sibi.
14 * Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic
habitabo, quoniam elegi eam.
15 * Viduam eius benedicens benedicã: pau-
peres eius saturabo panibus.
16 * Sacerdotes eius induam salutari: & san-
cti eius exultatione exultabunt.
17 * " Illuc producam cornu Dauid, paraui lu- " Luc.
cernam Christo meo. 1. 69.
18 * Inimicos eius induam confusione: super Mala.
ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. 4. 1.

Can-

Canticum graduum Dauid. 1
CXXXII.

ECce, quam bonum, & quam iucundum
habitare fratres in vnum.
* Sicut vnguentum in capite, quod descen- 2
dit in barbam, barbam Aaron.
Quod descendit in oram vestimenti eius:
* sicut ros Hermon, qui descendit in monte 3
Sion.
Quoniam illic mandauit Dominus bene-
dictionem, & vitam vsque in sæculum.

Canticum graduum. CXXXIII. 1

ECce nunc benedicite Dominum, omnes
serui Domini.
Qui statis in domo Domini, in atrijs do-
mus Dei nostri.
* In noctibus extollite manus vestras in sã- 2
cta, & benedicite Dominum.
* Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit 3
cælum, & terram.

Alleluia. CXXXIIII. 1

LAudate nomen Domini, laudate serui A
Dominum.
* Qui statis in domo Domini in atrijs do- 2
mus Dei nostri.
* Laudate Dominum, quia bonus Domi- 3
nus: psallite nomini eius: quoniam suaue.
* Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Is- 4
rael in possessionem sibi.
* Quia ego cognoui, quod magnus est Do- 5
minus, & Deus noster præ omnibus dijs.
* Omnia quæcumque voluit, Dominus fe- 6
cit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus B
abyssis.
Ier. 10. * " Ducens nubes ab extremo terræ: fulgu- 7
51. ra in pluuiam fecit.
" Ex. 12. Qui producit ventos de thesauris suis: * " 8
c. 29. qui percussit primogenita Ægypti ab homi-
ne, vsque ad pecus.
* Et misit signa, & prodigia in medio tui 9
Ægypte: in Pharaonem, & in omnes seruos
eius.
* " Qui percussit gentes multas: & occidit 10
reges fortes.
Ios. 12. * " Sehon regem Amorrhæorum, & Og re- 11
1. 1. c. 7. gem Basan, & omnia regna Chanaan.
Iu. 11. * Et dedit terram eorum hereditatem, he- 12
14 g. reditatem Israel populo suo.
* Domine nomen tuum in æternum: Do- 13
mine memoriale tuum in generationem, &
generationem.
* Quia iudicabit Dominus populum suũ: 14
& in seruis suis deprecabitur.
Sup. * " Simulachra Gentium argentum, & au- 15
115. 4. rum, opera manuum hominum.
Sap. 15. * " Os habent, & non loquentur: oculos ha- 16
15. bent, & non videbunt.
* Aures habent, & non audient: neque e- 17
nim est spiritus in oreipsorum. D
* Similes illis fiant, qui faciunt ea: & om- 18
nes, qui confidunt in eis.
19 * Domus Israel benedicite Domino: domus
Aaron, benedicite Domino.
20 * Domus Leui benedicite Domino: qui ti-
metis Dominum, benedicite Domino.
21 * Benedictus Dominus ex Sion, qui habi-
tat in Ierusalem.

1 Alleluia. CXXXV.

A COnfitemini Domino, quoniam bonus:
quoniam in æternum misericordia eius.
2 * Confitemini Deo deorum: quoniam in æ-
ternum misericordia eius.
3 * Confitemini Domino dominorum: quo-
niam in æternum misericordia eius.
4 * Qui facit mirabilia magna solus: quoniam
in æternum misericordia eius. " Gen. 1.
5 * " Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in a 1.
æternum misericordia eius.
6 * Qui firmauit terram super aquas: quoniã
in æternum misericordia eius.
7 * Qui fecit luminaria magna: quoniam in æ-
ternum misericordia eius.
8 * Solem in potestatem diei: quoniam in æ-
B ternum misericordia eius.
9 * Lunam, & stellas in potestatẽ noctis: quo-
niam in æternum misericordia eius.
10 * " Qui percussit Ægyptum cum primoge- " Exo. 12.
nitis eorum: quoniam in æternum miseri- d. 29.
cordia eius.
11 * " Qui eduxit Israel de medio eorum: quo- " Ex. 13.
niam in æternum misericordia eius. d. 17.
12 * In manu potenti, & brachio excelso: quo-
niam in æternum misericordia eius.
13 * Qui diuisit mare rubrum in diuisiones:
quoniam in æternum misericordia eius.
14 * Et eduxit Israel per medium eius: quo-
niam in æternum misericordia eius.
15 * " Et excussit Pharaonem, & virtutẽ eius " Exo. 14
C in Mari rubro: quoniam in æternum miseri- g. 28.
cordia eius.
16 * Qui traduxit populum suum, per deser-
tum, quoniam in æternũ misericordia eius.
17 * Qui percussit reges magnos: quoniam in
æternum misericordia eius.
18 * " Et occidit reges fortes: quoniam in æter- " Nu. 21.
num misericordia eius. c. 24.
19 * Sheon regem Amorrhæorum: quoniam
in æternum misericordia eius.
20 * " Et Og regem Basan: quoniam in æter- " Nu. 21.
num misericordia eius. c. 33.
21 * " Et dedit terram eorum hereditatem: " Ios. 13.
quoniam in æternum misericordia eius. a. 7.
22 * Hereditatem Israel seruo suo: quoniam
D in æternum misericordia eius.
23 * Quia in humilitate nostra memor fuit
nostri: quoniam in æternum misericordia
eius.
24 * Et redimit nos ab inimicis nostris: quo-
niam in æternum misericordia eius.
25 * Qui dat escam omni carni: quoniam in æ-
ternum misericordia eius.
26 * Confitemini Deo cæli: quoniam in æter-
num misericordia eius.

Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Psalmus Dauid, Hieremiæ. CXXXVI.

SVper flumina Babylonis, illic sedimus, & 1
fleuimus: cum recordaremur Sion. A
* In salicibus in medio eius, suspendimus 2
organa nostra.
* Quia illic interrogauerunt nos, qui capti- 3
uos duxerunt nos, verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate
nobis de canticis Sion.
* Quomodo cantabimus canticum Domi- 4
ni in terra aliena?
* Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni 5
detur dextera mea.
* Adhæreat lingua mea faucibus meis, si nõ 6
meminero tui. B
Si non proposuero Ierusalem, in principio
lætitiæ meæ.
* Memor esto Domine filiorum Edom, in 7
die Ierusalem.
Qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad
fundamentum in ea.
* Filia Babylonis misera: beatus, qui retri- 8
buet tibi retributionem tuam, quam retribui-
sti nobis.
* Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos 9
ad petram.

Ipsi Dauid. CXXXVII.

CONfitebor tibi Domine in toto corde 1
meo: quoniam audisti verba oris mei. A
In conspectu angelorum psallam tibi, * ado- 2
rabo ad templum sanctum tuum, & confite-
bor nomini tuo.
Super misericordia tua, & veritate tua:
quoniam magnificasti super omne, nomen
sanctum tuum.
* In quacumque die inuocauero te, exaudi 3
me: multiplicabis in anima mea virtutem.
* Confiteantur tibi Domine omnes reges 4
terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.
* Et cantent in vijs Domini: quoniam ma- 5
gna est gloria Domini. B
* Quoniam excelsus Dominus, & humilia 6
respicit: & alta à longe cognoscit.
* Si ambulauero in medio tribulationis, vi- 7
uificabis me: & super iram inimicorũ meo-
rum extendisti manum tuam, & saluum me
fecit dextera tua.
* Dominus retribuet pro me: Domine mi- 8
sericordia tua in sæculum: opera manuum
tuarum ne despicias.

In finem, Psalmus Dauid. 1
CXXXVIII.

DOmine probasti me, & cognouisti me: A
* tu cognouisti sessionem meam, & re- 2
surrectionem meam.
* Intellexisti cogitationes meas de lõge: se- 3
mitam meã, & funiculũ meum inuestigasti.
4 * Et omnes vias meas præuidisti: quia non
est sermo in lingua mea.
5 * Ecce Domine tu cognouisti omnia nouis-
sima, & antiqua: tu formasti me, & posuisti
super me manum tuam.
6 * Mirabilis facta est scientia tua ex me: con-
fortata est, & non potero ad eam.
7 * Quo ibo à spiritu tuo: & quo à facie tua fu
giam?
8 * [a] Si ascendero in cælum, tu illic es: si desce- [a] Amos
B dero in infernum, ades. 9.a.2.
9 * Si sumpsero pennas meas diluculo, & ha-
bitauero in extremis maris.
10 * Etenim illuc manus tua deducet me: &
tenebit me dextera tua.
11 * Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt
me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.
12 * Quia tenebræ non obscurabuntur à te, &
nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ
eius, ita & lumen eius.
13 * Quia tu possedisti renes meos, suscepisti
C me de vtero matris meæ.
14 * Confitebor tibi, quia terribiliter magnifi-
catus es: mirabilia opera tua, & anima mea
cognoscit nimis.
15 * Non est occultatum os meum à te, quod
fecisti in occulto: & substantia mea in infeno-
ribus terræ.
16 * Imperfectum meum viderunt oculi tui,
& in libro tuo omnes scribentur: dies forma-
buntur, & nemo in eis.
17 * Mihi autem nimis honorificati sunt ami-
ci tui Deus: nimis confortatus est principa-
tus eorum.
18 * Dinumerabo eos, & super arenam multi-
plicabuntur exurrexi, & adhuc sum tecum.
19 * Si occideris Deus peccatores: viri sangui-
D num declinate à me.
20 * Quia dicitis in cogitatione: accipient in
vanitate ciuitates tuas.
21 * Nonne, qui oderunt te domine, oderam:
& super inimicos tuos tabescebam?
22 * Perfecto odio oderam illos: & inimici fa-
cti sunt mihi.
23 * Proba me Deus, & scito cor meum: in-
terroga me, & cognosce semitas meas.
24 * Et vide, si via iniquitatis in me est: & de-
duc me in via æterna.

1 In finem, Psalmus Dauid.
CXXXIX.

2 ERipe me Domine ab homine malo: à
A viro iniquo eripe me.
3 * Qui cogitauerunt iniquitates in corde: to-
ta die constituebant prælia.
4 * [b] Acuerunt linguas suas sicut serpentis: ve- [b] Supra
nenum aspidum, sub labijs eorum. c.11.
5 * Custodi me Domine de manu peccatoris: Rom.3.
& ab hominibus iniquis eripe me. b.13.
Qui cogitauerũt supplantare gressus meos:
6 * abscondunt superbi laqueum mihi:
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta
iter scandalum posuerunt mihi.
7 * Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi
Domi-

Domine vocem deprecationis meæ.
* Domine, Domine virtus salutis meæ: 8
obumbrasti super caput meum in die belli. B
* Ne tradas me Domine à desiderio meo 9
peccatori: cogitauerunt contra me, ne dere-
linquas me, ne fortè exaltentur.
* Caput circuitus eorum: labor labiorum 10
ipsorum operiet eos.
* Cadent super eos carbones, in ignem 11
deijcies eos: in miseriis non subsistent.
* Vir linguosus non dirigetur in terra: vi- 12
rum iniustum mala capient in interitu.
* Cognoui, quia faciet Dominus iudiciũ 13
inopis: & vindictam pauperum.
* Verumtamen iusti confitebuntur no- 14
mini tuo: & habitabunt recti cũ vultu tuo.

Psalmus Dauid. CXL. 1

DOmine clamaui ad te, exaudi me: in- A
tende voci meæ, cum clamauero ad te.
* Dirigatur oratio mea sicut incensum in 2
conspectu tuo: eleuatio manuum mearum
sacrificium vespertinum.
* Pone Domine custodiam ori meo: & 3
ostium circumstantiæ labijs meis.
* Non declines cor meum in verba mali- 4
tiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatẽ:
& non communicabo cum electis eorum.
* Corripiet me iustus in misericordia, & 5
increpabit me: oleum autem peccatoris non
impinguet caput meum.
Quoniam adhuc, & oratio mea in bene- B
placitis eorum: * absorpti sunt iuncti petræ 6
iudices eorum.
Audient verba mea, quoniam potuerunt:
* sicut crassitudo terræ eiuipta est super terrã. 7
Diffipata sunt ossa nostra secus infernũ:
* quia ad te Domine, Domine oculi mei: in 8
te speraui, non auferas animam meam.
* Custodi me à laqueo, quem statuerunt 9
mihi: & à scandalis operantium iniquitatẽ.
* Cadent in retiaculo eius peccatores: sin- 10
gulariter sum ego donec transeam.

Intellectus Dauid, 1
Cum esset in spelunca, oratio.
(1.Reg 24.) CXLI.

Sup. 76. 9.1. VOce mea ad Dominum clamaui: voce 2
mea ad Dominum deprecatus sum: A
* Effundo in conspectu eius orationem 3
meam, & tribulationem meam ante ipsum
pronuncio.
* In deficiendo ex me spiritum meum, & 4
tu cognouisti semitas meas.
In via hac, qua ambulabam, absconderunt
laqueum mihi.
* Considerabam ad dexteram, & vide- 5
bam: & non erat, qui cognosceret me. B
Perijt fuga à me, & non est, qui requirat
animam meam.
* Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes 6
mea, portio mea in terra viuentium.
7 * Intende ad deprecationem meam: quia
humiliatus sum nimis.
Libera me à persequentibus me: quia con-
fortati sunt super me.
8 * Educ de custodia animã meam ad con-
fitendum nomini tuo: me expectant iusti,
donec retribuas mihi.

Psalmus Dauid,
Quando persequebatur eum Absalom
filius eius. (2.Reg.17.) CXLII.

A DOmine exaudi orationem meam: auri-
bus percipe obsecrationem meam in
veritate tua: exaudi me in tua iustitia.
2 * Et non intres in iudicium cum seruo
tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo
omnis viuens.
3 * Quia persecutus est inimicus animam
meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos
4 seculi: * & anxiatus est super me spiritus
B meus, in me turbatum est cor meum.
5 * Memor fui dierum antiquorum, medi-
tatus sum in omnibus operibus tuis: in fa-
ctis manuum tuarum meditabar.
6 * Expandi manus meas ad te: anima mea
sicut terra sine aqua tibi.
7 * Velociter exaudi me Domine: defecit
spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis
ero descendentibus in lacum.
8 * Auditam fac mihi mane misericordiam
tuam: quia in te speraui.
C Notam fac mihi viam, in qua ambulem:
quia ad te leuaui animam meam.
9 * Eripe me de inimicis meis Domine, ad
10 te confugi: * doce me facere voluntatem
tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrã
11 rectam: * propter nomen tuum Domine
viuificabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam:
12 * & in misericordia tua disperdes inimicos
meos.
Et perdes omnes, qui tribulant animam
meam: quoniam ego seruus tuus sum.

1 Psalmus Dauid,
Aduersus Goliath. CXLIII.

A BEnedictus Dominus Deus meus, qui do
cet manus meas ad prælium, & digitos
meos ad bellum.
2 * Misericordia mea, & refugium meum:
susceptor meus, & liberator meus:
Protector meus, & in ipso speraui: qui
subdit populum meum sub me.
3 * Domine quid est homo, quia innotuisti
B ei? aut filius hominis, quia reputas eum?
4 * Homo vanitati similis factus est: [a] dies a Iob 8.
eius sicut vmbra prætereunt. b. 9. &
5 * Domine inclina cælos tuos, & descende, 14.a.2.
tange montes, & fumigabunt.
6 * Fulgura coruscationẽ, & diffipabis eos:

emitte sagittas tuas, & conturbabis eos:
* Emitte manum tuam de alto, eripe me, 7
& liuera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.
* Quorum os locutum est vanitatem: & 8
dextera eorum, dextera iniquitatis. C
*Deus canticum nouum cantabo tibi: in 9
psalterio, decachordo psallam tibi.
* Qui das salutem regibus: qui redemisti 10
Dauid seruum tuum de gladio maligno: * 11
eripe me.
Et erue me de manu filiorum alienorum,
quorum os locutum est vanitatem: & dex-
tera eorum, dextera iniquitatis:
* Quorum filij, sicut nouellæ plantatio- 12
nes in iuuentute sua.
Filiæ eorum compositæ: circumornatæ, vt
similitudo templi.
* Promptuaria eorum plena, eructantia 13
ex hoc in illud. D
Oues eorum fetosæ, abundantes in egres-
sibus suis: * boues eorum crassæ: 14
Non est ruina maceriæ, neque transitus:
neque clamor in plateis eorum.
* Beatum dixerunt populũ, cui hæc sunt: 15
beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Laudatio ipsi Dauid. CXLIV. 1

E Xaltabo te Deus meus rex: & benedi- A
cam nomini tuo in sæculum, & in sæ-
culum sæculi.
* Per singulos dies benedicam tibi: & lau- 2
dabo nomen tuum in sæculum, & in sæcu-
lum sæculi.
* Magnus Dominus, & laudabilis nimis: 3
& magnitudinis eius non est finis.
* Generatio, & generatio laudabit opera 4
tua: & potentiam tuam pronunciabunt.
* Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ 5
loquentur: & mirabilia tua narrabunt.
* Et virtutem terribilium tuorum dicent: 6
& magnitudinem tuam narrabunt. B
* Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ 7
eructabunt: & iustitia tua exultabunt.
* Miserator, & misericors Dominus: pa- 8
tiens, & multum misericors.
* Suauis Dominus vniuersis: & miseratio- 9
nes eius super omnia opera eius.
* Confiteantur tibi Domine omnia ope- 10
ra tua: & sancti tui benedicant tibi.
* Gloriam regni tui dicent: & potentiam 11
tuam loquentur:
* Vt notã faciant filijs hominũ potẽtiam 12
tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui. C
* Regnum tuum regnum omnium sæcu- 13
lorum: & dominatio tua in omni generatio-
ne, & generationem.
Fidelis Dominus in omnibus verbis suis:
& sanctus in omnibus operibus suis.
* Alleuat Dominus omnes, qui corruunt: 14
& erigit omnes elisos.
* Oculi omnium in te sperant Domine, & 15
tu das escam illorũ in tempore opportuno.
* Aperis tu manum tuam: & imples om- 16
ne animal benedictione.
17 * Iustus Dominus in omnibus vijs suis:
D sanctus in omnibus operibus suis.
18 * Prope est Dominus omnibus inuocan-
tibus eum: omnibus inuocantibus eum in
veritate.
19 * Voluntatem timentium se faciet, & de-
precationem eorum exaudiet: & saluos fa-
ciet eos.
20 * Custodit Dominus omnes diligentes se:
& omnes peccatores disperdet.
21 * Laudationẽ Domini loquetur os meũ:
& benedicat omnis caro nomini sancto eius
in sæculum, & in sæculum sæculi.

1 Alleluia, Aggæi, & Zachariæ. CXLV.

2 L Auda anima mea Dominum, laudabo Ps. 118.
A Dominum in vita mea: psallam Deo & 144.
meo quandiu fuero.
3 Nolite confidere in principibus: * in filijs
hominum, in quibus non est salus.
4 * Exibit spiritus eius, & reuertetur in ter-
ram suam: in illa die peribunt omnes cogita-
tiones eorum.
5 * Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius,
6 spes eius in Domino Deo ipsius: * qui fecit
cælum & terram, mare, & omnia, quæ in eis Act. 14.
sunt. c. 15.
7 * Qui custodit veritatem in sæculum, fa- Apo. 14.
B cit iudicium iniuriam patientibus: dat escam b. 7.
esurientibus.
8 Dominus soluit compeditos: * Dominus
illuminat cæcos.
Dominus erigit elisos, Dñs diligit iustos.
9 * Dominus custodiat aduenas, pupillum,
& viduam suscipiet; & vias peccatorum
disperdet.
10 * Regnabit Dominus in sæcula Deus tuus
Sion, in generationem, & generationem.

1 Alleluia. CXLVI.

A L Audate Dominum quoniam bonus est
psalmus: Deo nostro sit iucunda, deco-
raque laudatio.
2 * Ædificans Ierusalem Dominus; disper-
siones Israelis congregabit.
3 * Qui sanat contritos corde; & alligat con-
tritiones eorum.
4 * Qui numerat multitudinem stellarum;
& omnibus eis nomina vocat.
5 * Magnus Dominus noster, & magna vir-
tus eius; & sapientiæ eius non est numerus.
6 * Suscipiens mansuetos Dominus; humi-
lians autem peccatores vsque ad terram.
7 * Præcinite Domino in confessione; psal-
B lite Deo nostro in cithara.
8 * Qui operit cælum nubibus: & parat ter-
ræ pluuiam.
Qui producit in montibus fenum; & her-
bam seruituti hominum.
9 * Qui dat iumentis escam ipsorũ, & pullis
coruorum inuocantibus eum.
10 * Non in fortitudine equi voluntatem ha-
bebit;

bebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
* Beneplacitum est Domino super timen- 11
tes eum: & in eis, qui sperant super miseri-
cordia eius.

Alleluia. CXLVII.

L Auda Ierusalem Dominum: lauda Deũ 12
tuum Sion. A
* Quoniam confortauit seras portarum 13
tuarum: benedixit filijs tuis in te.
* Qui posuit fines tuos pacem: & adipe 14
frumenti satiat te.
* Qui emittit eloquium suum terræ: ve- 15
lociter currit sermo eius.
* Qui dat niuem sicut lanam: nebulam si- 16
cut cinerem spargit.
* Mittit crystallum suam sicut buccellas: 17
ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
* Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: 18
flabit spiritus eius, & fluent aquæ.
* Qui annunciat verbum suum Iacob: 19
iustitias, & iudicia sua Israel.
* Non fecit taliter omni nationi: & iudi- 20
cia sua non manifestauit eis. Alleluia.

Alleluia. CXLVII. 1

L Audate Dominum de cælis: laudate eũ A
in excelsis.
* Laudate eum omnes Angeli eius: laudã- 2
te eum omnes virtutes eius.
* Laudate eum Sol & luna: laudate eum 3
omnes stellæ, & lumen.
Dan. 3. * " Laudate eum cæli cælorum: & aquæ 4
c. 59. 60. omnes, quæ super cælos sunt, * laudent no- 5
men domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse manda-
uit, & creata sunt.
* Statuit ea in æternum, & in sæculum sæ- 6
culi: præceptum posuit, & non præteribit. B
* Laudate dominum de terra, dracones, 7
& omnes abyssi.
* Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procel- 8
larum: quæ faciunt verbum eius.
* Montes, & omnes colles; ligna fructife- 9
ra, & omnes cedri.
10 * Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, &
volucres pennatæ:
11 * Reges terræ, & omnes populi: principes,
& omnes iudices terræ.
12 * Iuuenes, & virgines: senes cum iuniori-
13 bus laudent nomen domini: * quia exalta-
tum est nomen eius solius.
14 * Confessio eius super cælum, & terram:
& exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Is-
rael, populo appropinquanti sibi. Alleluia.

1 Alleluia. CXLIX.

A C Antate domino canticum nouum: laus
eius in ecclesia sanctorum.
2 * Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & fi-
lij Sion exultet in rege suo.
3 * Laudent nomen eius in choro: in tym-
pano, & psalterio psallant ei:
4 * Quia beneplacitum est domino in popu-
lo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.
5 * Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur
in cubilibus suis.
6 * Exaltationes Dei in gutture eorum: &
B gladij ancipites in manibus eorum:
7 * Ad faciẽdam vindictam in nationibus:
increpationes in populis.
8 * Ad alligandos reges eorum in compedi-
bus: & nobiles eorum in manicis ferreis.
9 * Vt faciant in eis iudicium conscriptum,
gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alleluia.

1 Alleluia. CL.

A L Audate dominum in sanctis eius: lau-
date eum in firmamento virtutis eius.
2 * Laudate eum in virtutibus eius: laudate
eum secundum multitudinem magnitudi-
nis eius.
3 * Laudate eum in sono tubæ: laudate eũ
B in psalterio, & cithara.
4 * Laudate eum in tympano, & choro: lau-
date eum in chordis, & organo.
5 * Laudate eum in cymbalis benesonan-
tibus: laudate eum in cymbalis iubilationis:
6 * omnis spiritus laudet dominum. Alleluia.

LIBER PROVERBIORVM, QVEM HEBRÆI MISLE APPELLANT.

CAPVT PRIMVM.

PARABOLÆ Salomonis, filij Dauid, regis Israel. * Ad sciendam sapientiam, & disciplinam: * ad intelligenda verba prudentiæ: & suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem: * vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia, & intellectus. * Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit. * Animaduertet parabolam, & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorum. * " Timor Domini principium sapientiæ. Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt. * Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: * vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. * Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. * Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra:* deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrũ quasi descendentem in lacum. * Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. * Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. * Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.* " Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem.* Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. * Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. * Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt.* Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam:* in capite turbarum clamitat, in foribus portarũ vrbis profert verba sua, dicens: * Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam? * " Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba

" Ps. 110. d. 10. Eccli. 1. b. 16.

" Isa. 59. b. 7.

" Isa. 65. b. 11. & 64. a. 4. Ier. 7. c. 13.

24 mea.* Quia vocaui, & renuistis: extẽdi manum meam, & non fuit qui aspiceret.* Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.* Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.* Cum irruerit repẽtina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia: * Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me: * eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, * nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ. * Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabũtur.* Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorũ perdet illos. * Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundãtia perfruetur, timore malorum sublato.

CAP. II.

FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, * vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuũ ad cognoscendam prudentiam.* Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:* si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: * tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies: * quia Dominus dat sapientiam: & ex ore eius prudentia, & scientia.* Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, * seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorũ custodiens. * Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam.* Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit: * consilium custodiet te, & prudentia seruabit te,* vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur: * qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: * qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis:* quorum

rum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum.* Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos,* & reliquit ducem pubertatis suæ.* & pacti Dei sui oblita est, inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. * omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.* Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias. * Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. * " Impij verò de terra perdentur: & qui inique agunt, auferentur ex ea.

" Iob 18. d. 17.

CAP. III.

FIli mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat.* longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.* Misericordia, & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: * & inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & hominibus.* Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.* In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* " Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deum, & recede à malo: * sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum.* " Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da ei.* & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. * " Disciplinam Domini, fili mi, ne abijcias: nec deficias cum ab eo corriperis;* quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. * Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia:* melior est acquisitio eius negociatione argẽti, & auri primi, & purissimi fructus eius:* pretiosior est cunctis opibus: & omnia, quæ desiderantur, huic non valẽt comparari.* Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria.* Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. * Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus.* Dominus sapiẽtia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia.* Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt.* Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem, atque cõsiliũ: * & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. * tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget: * si dormieris, non timebis: quiescès, & suauis erit somnus tuus. * ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.* Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.* Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac:* Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere: cras dabo tibi: cum statim possis dare.* Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. * Ne contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.* " Ne æmuleris hominem iniquum, nec imiteris vias eius: quia abominatio Dñi est omnis illusor, & cũ simplicibus sermocinatio eius. * Egestas à Dño in domo impij: habitacula aũt iustorum benedicentur.* Ipse deludet illusores, & mãsuetis dabit gratiam. * Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.

" Pf. 36. a. 1.

CAP. IV.

AVdite filij disciplinam patris, & attendite vt sciatis prudentiam.* Donũ bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.* Nam, & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea: * & docebat me, atque dicebat. Suscipiat verba mea cor tuum: custodi præcepta mea, & viues.* Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei.* Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit. * Principium sapientiæ posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam:* arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cũ eã fueris amplexatus * dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. * Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ.* Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis:* quas cum ingressus fueris, nõ arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua.* Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. * Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina, & desere eã.* non enim dormiunt, nisi malefecerint, & rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint * comedunt panem impietatis, & vinũ iniquitatis bibunt. * Iustorum autem semita, quasi lux splendens, procedit, & crescit vsq. ad perfectam diem.* Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. * Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam.* ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: * Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas.* Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit,* Remoue à te os prauũ & detrahentia labia sint procul à te:* Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. * Dirige semitã pedibus tuis, & oẽs viæ tuæ stabilientur. * Ne declines ad dexterã, neq. ad sinistram: auerte pedem tuum à malo. vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Dñs: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

CAP. V.

FIli mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam,

* vt

* vt custodias cogitationes, & disciplinam 2
labia tua conseruent. Ne attendas fallaciæ
mulieris. * fauus enim distillans labia mere- 3
tricis, & nitidius oleo guttur eius * nouissi- 4
ma autem illius amara quasi absynthium,
& acuta quasi gladius biceps. * Pedes eius de- 5
scendunt in mortem, & ad inferos gressus il- B
lius penetrant. * Per semitam vitæ non am- 6
bulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabi-
les. * Nunc ergo fili mi audi me, & ne rece- 7
das à verbis oris mei. * Longe fac ab ea viam 8
tuam, & ne appropinques foribus domus
eius. * Ne des alienis honorem tuũ, & annos 9
tuos crudeli. * ne forte impleantur extranei 10
viribus tuis, & labores tui sint in domo alie-
na, * & gemas in nouissimis, quando con- 11
sumpseris carnes tuas, & corpus tuum, & di- C
cas: * Cur detestatus sum disciplinam, & in- 12
crepationibus non acquieuit cor meum. * 13
nec audiui vocem docentium me, & magi-
stris non inclinaui aurem meam? * Pene fui 14
in omni malo in medio ecclesiæ, & synago-
gæ. * Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta 15
putei tui. * Deriuentur fontes tui foras, & 16
in plateis aquas tuas diuide. * Habeto eas 17
solus, nec sint alieni participes tui. * Sit vena 18
tua benedicta, & lætare cum muliere ado- D
lescentiæ tuæ: * cerua charissima, & gratissi- 19
mus hinnulus, vbera eius inebriẽt te in om-
ni tempore in amore eius delectare iugiter.
* Quare seduceris fili mi ab aliena, & foue- 20
ris in sinu alterius? * " Respicit Dominus 21
vias hominis, & omnes gressus eius conside-
rat. * " Iniquitates suæ capiunt impiũ, & fu- 22
nibus peccatorum suorum constringitur. * 23
Ipse morietur, quia non habuit disciplinam,
& in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

" Iob 31. a.4.
* Iob 34. c.21.

CAP. VI.

Fili mi, si sponderis pro amico tuo, de- 1
fixisti apud extraneum manum tuam, A
* illaqueatus es verbis oris tui, & captus pro- 2
prijs sermonibus. * Facergo quod dico fili 3
mi, & temetipsum libera: quia incidisti in
manum proximi tui. Discurre, festina tusci-
ta amicum tuum? * ne dederis somnum o- 4
culis tui, nec dormitent palpebræ tuæ. * E- 5
ruere quasi damula de manu, & quasi auis
de manu aucupis. * Vade ad formicam o- 6
piger, & considera vias eius, & disce sapien-
tiam. * quæ cum non habeat ducẽ, nec præ- 7
ceptorem, nec principem, * parat in æstate ci- 8
bum sibi, & cõgregat in messe qd̃ comedat.
* " Vsqueque piger dormies? quando cõsur- 9
ges è somno tuo? * Paululum dormies, pau- 10
lulum dormitabis, paululum conteres ma- B
nus vt dormias: * & veniet tibi quasi viator, 11
egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si ve-
ro impiger fueris, veniet vt fons messis tua,
egestas lõge fugiet à te. * Homo apostata, vir 12
inutilis, graditur ore peruerso, * annuit oculis, 13
terit pede, digito loquitur. * prauo corde 14
machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. * huic extemplo veniet perditio 15

" Inf. 24. d.33.

sua, & subito conteretur, nec habebit vltra
16 medicinam. * Sex tantum quæ odit Dñs, & se-
17 ptimũ detestatur anima eius: * Oculos sub-
limes, linguam mendacem, manus effundẽ-
18 tes innoxium sanguinem, * cor machinans
C cogitationes pessimas, pedes veloces ad cur-
19 rendum in malum, * proferentem menda-
cia, testem fallacem, & eum, qui seminat in-
20 ter fratres discordias. * Cõserua fili mi præ-
cepta patris tui, & ne dimittas legem matris
21 tuæ. * Liga ea in corde tuo iugiter, & circun
22 da gutturi tuo. * Cum ambulaueris, gradiã-
tur tecum: cum dormieris, custodiant te, &
23 euigilans loquere cum eis: * quia mãdatum
lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio
24 disciplinæ: * vt custodiant te à muliere ma-
25 la, & à blanda lingua extraneæ. * Non cõcu-
piscat pulchritudinem eius cor tuum, nec
26 capiaris nutibus illius: * pretium enim scor-
ti vix est vnius panis: mulier autem viri pre-
27 tiosam animam capit. * Numquid potest
D homo abscondere ignem in sinu suo, vt ve-
28 stimenta illius non ardeant? * aut ambula-
re super prunas, vt non comburantur plan-
29 tæ eius? * ne qui ingreditur ad mulierem
proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eã.
30 * Non grandis est culpa, cũ quis furatus fue-
rit: furatur enim, vt esurientem impleat ani-
31 mam: * deprehensus quoque reddet septu-
plum, & omnem substantiam domus suæ
32 tradet. * Qui autem adulter est, propter cor-
33 dis inopiam perdet animam suam: * tur-
pitudinem, & ignominiam congregat si-
34 bi, & opprobrium illius non delebitur. * ça-
zelus, & furor viri non parcet in die vindi-
35 ctæ, * nec acquiescet cuiusquã precibus, nec
suscipiet pro redemptione dona plurima.

CAP. VII.

Fili mi, custodi sermones meos, & præce- 1
pta mea reconde tibi. Fili * serua mãda- A
2 ta mea, & viues: & legem meam quasi pupil-
3 lam oculi tui: * liga eam in digitis tuis, scri-
4 be illam in tabulis cordis tui. * Dic sapien-
tiæ, soror mea es: & prudentiam voca ami-
5 cam tuam, * vt custodiat te a muliere extra-
nea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit.
6 * De fenestra enim domus meæ per cancel-
7 los prospexi, * & video paruulos, considero
8 vecordem iuuenem, * qui transit per platea
B iuxta angulum, & prope viã domus illius,
9 graditur * in obscuro, ad uespera scente die,
10 in noctis tenebris, & caligine. * Et ecce oc-
currit illi mulier ornatu meretricio, ꝓpara-
11 ta ad capiẽdas animas: garrula, & vaga, * qe-
tis impatiens, nec valens in domo consistere
12 pedibus suis, * nũc foris, nũc in plateis, nunc
13 iuxta angulos insidians. * Apprehensumque
14 deosculatur iuuenem, & procaci vultu blan
C ditur, dicens: * Victimas pro salute voui, ho-
15 die reddidi vota mea. * Idcircò egressa sum
in occursum tuũ, desiderans te videre, & re-
16 peri. * Intexui funibus lectulum meum, stra
17 ui tapetibus pictis ex Ægypto, * aspersi cu-
bile

bile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo.
* Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cu 18
pitis amplexibus, donec illucescat dies * nõ 19
est enim vir in domo sua, abijt via longissi-
ma, * sacculum pecuniæ secum tulit: in die 20
plenæ lunæ reuertetur est in domum suã.
* Irretiuit eum multis sermonibus: & blan- 21
ditijs labiorum protraxit illum. * Statim eã 22
sequitur quasi bos ductus ad victimam, & D
quasi agnus lasciuiens, & ignorans quod ad
vincula stultus trahatur. * donec trãsfigat sa 23
gitta iecur eius: velut si auis festinet ad la-
queum, & nescit quod de periculo animæ il-
lius agitur. * Nũc ergo fili mi, audi me, & at 24
tende verbis oris mei. * Ne abstrahatur in 25
vijs illius mens tua: neque decipiaris semitis
eius, * multos enim vulneratos deiecit, & for 26
tissimi quiq interfecti sunt ab ea. * Viæ in- 27
feri domus eius, penetrantes in interiora
mortis.

CAP. VIII.

NVmquid non sapientia clamitat, & pru 1
dentia dat vocem suam? * In summis, 2
excelsisque verticibus supra viam, in medijs A
semitis stans. * iuxta portas ciuitatis in ipsis 3
foribus loquitur, dicens: * O viri, ad vos cla- 4
mito, & vox mea ad filios hominum. * Intel- 5
ligite paruuli astutiam, & insipientes ani-
maduertite. * Audite, quoniam de rebus ma 6
gnis locutura sum, & aperientur labia mea,
vt recta prædicent * Veritatem meditabitur 7
guttur meum, & labia mea detestabũtur im-
pium. * Iusti sunt omnes sermones mei, non 8
est in eis prauum quid, neque peruersum.
* recti sunt intelligentibus, & æqui inueniẽ- 9
tibus scientiam. * Accipite disciplinam 10
meam, & non pecuniam doctrinam magis, B
quàm aurum eligite. * Melior est enim sa- 11
pientia cunctis pretiosissimis: & omne de-
siderabile ei non potest comparari. * Ego sa- 12
pientia habito in consilio, & eruditis inter-
sum cogitationibus, * Timor Domini o- 13
dit malum: arrogantiam, & superbiam, &
viam prauam, & os bilingue detestor. * Meũ 14
est consilium, & æquitas, mea est prudentia,
mea est fortitudo. * Per me reges regnant, 15
& legum conditores iusta decernunt: * Per 16
me principes imperant, & potentes decer-
nunt iustitiam. * Ego diligentes me dili- 17
go: & qui mane vigilant ad me, inuenient
me. * Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes 18
superbæ, & iustitia. * Melior est enim fru- 19
ctus meus auro, & lapide pretioso, & geni- C
mina mea argento electo. * In vijs iustitiæ 20
ambulo, in medio semitarum iudicij: * vt 21
ditem diligentes me, & thesauros eorum re-
pleam. * Dominus possedit me in initio 22
viarum suarum, antequam quidquam face-
ret à principio. * Ab æterno ordinata sum, 23
& ex antiquis antequam terra fieret. * Non 24
dum erant abyssi, & ego iam concepta e-
xam: necdum fontes aquarum eruperant:
* necdum montes grauí mole constiterant: 25
ante colles ego parturiebar; * adhuc terram 26
non fecerat, & flumina, & cardines orbis ter- 27
ræ: * Quando præparabat cælos, aderam:
D quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: 28
* quando æthera firmabat sursum, & libra- 29
bat fontes aquarum, * quando circumdabat
mari terminum suum, & legem ponebat a-
quis, ne transirent fines suos: quando appen- 30
debat fundamenta terræ. * Cum eo eram
cuncta componens, & delectabat per singu-
los dies, ludens coram eo omni tempore: 31
* ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ
32 esse, cum filijs hominum. * Nunc ergo fi-
lij audite me: Beati, qui custodiunt vias
33 meas. * Audite disciplinam, & estote sa-
34 pientes, & nolite abijcere eam. * Beatus
homo qui audit me, & qui vigilat ad fores
meas quotidie, & obseruat ad postes ostij
35 mei. * Qui me inuenerit, inueniet vitam,
36 & hauriet salutem à Domino: * qui autem
in me peccauerit, lædet animam suam. Om-
nes, qui me oderunt, diligunt mortem.

CAP. IX.

SApientia ædificauit sibi domum, excidit 1
2 columnas septem. * Immolauit victi- A
mas suas, miscuit vinum, & proposuit men-
3 sam suam: * Misit ancillas suas vt vocarent
ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: * Si quis
est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus
5 locuta est: * Venite comedite panem meum, 6
B & bibite vinum quod miscui vobis. * Re-
6 linquite infantiam, & viuite, & ambulate
7 per vias prudentiæ. * Qui erudit derisorem,
ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium,
8 sibi maculam generat. * Noli arguere de-
risorem, ne oderit te. Argue sapientem, &
9 diliget te. * Da sapienti occasionem, & ad-
C detur ei sapientia. Doce iustum, & festina-
10 bit accipere. * " Principium sapientiæ ti- " Sup. 1. a.7.
mor Domini: & scientia sanctorum, pruden- Ps. 110.
11 tia. * Per me enim multiplicabuntur dies d.10.
12 tui, & addentur tibi anni vitæ. * Si sapiens Eccl. 1.
fueris, tibimetipsi eris, si au em illusor solus b.16.
13 portabis malum. * Mulier stulta, & clamo-
D sa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciẽs,
14 * sedit in foribus domus suæ super sellam,
15 in excelso vrbis loco, * vt vocaret transeun-
16 tes per viam, & pergentes itinere suo: * Qui
est paruulus, declinet ad me. Et vecordi lo-
17 cuta est: * Aquæ furtiuæ dulciores sunt,
18 & panis absconditus suauior. * Et ignora-
uit quod ibi sint gigantes, & in profundis in-
ferni conuiuæ eius.

Parabolæ Salomonis.

CAP. X.

FIlius sapiens lætificat patrem: filius verò 1
A stultus mœstitia est matris suæ.
2 * Nil proderunt thesauri impietatis: iusti-
tia verò liberabit à morte.
3 * Non affliget Dominus fame animam
iusti, & insidias impiorum subuertet.

* Ege-

* Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: 4
manus autem fortium diuitias parat.
Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos:
idem autem ipſe ſequitur aues volantes.
* Qui congregat in meſſe, filius ſapiens 5
eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius confuſio-
nis.
* Benedictio Domini ſuper caput iuſti: os 6
autem impiorum operit iniquitas.
* Memoria iuſti cum laudibus: & nomen 7
impiorum putreſcet. B
* Sapiens corde præcepta ſuſcipit ſtultus 8
cæditur labijs.
* Qui ambulat ſimpliciter, ambulat con- 9
fidenter: qui autem deprauat vias ſuas, mani
feſtus erit.
a Eccl.27. e.25. * a Qui annuit oculo, dabit dolorē: & ſtul- 10
tus labijs verberabitur.
* Vena vitæ, os iuſti: & os impiorum ope- 11
rit iniquitatem.
b 1.Pet.4. b.8. * Odium ſuſcitat rixas: b & vniuerſa de- 12
2. Cor. 13.b.4. licta operit charitas.
* In labijs ſapientis inuenitur ſapientia: 13
& virga in dorſo eius qui indiget corde.
* Sapientes abſconderunt ſcientiam: os au 14
tem ſtulti confuſioni proximum eſt.
* Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis e- 15
ius: pauor pauperum, egeſtas eorum. C
* Opus iuſti ad vitam: fructus autem im- 16
pij ad peccatum.
* Via vitæ, cuſtodienti diſciplinam: qui 17
autem increpationes relinquit, errat.
* Abſcondunt odium labia mendacia: qui 18
profert contumeliam: inſipiens eſt.
* In multiloquio non deerit peccatum: 19
qui autem moderatur labia ſua prudentiſſi-
mus eſt.
* Argentum electum, lingua iuſti: cor au- 20
tem impiorum pro nihilo.
* Labia iuſti erudiunt plurimos: qui au- 21
tē indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.
* Benedictio Domini diuites facit: nec ſo- 22
ciabitur eius afflictio.
* Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: 23
ſapientia autem eſt viro prudentia: D
* Quod timet impius, veniet ſuper eum: 24
deſiderium ſuum iuſtis dabitur.
* Quaſi tempeſtas tranſiens non erit im- 25
pius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſem
piternum.
* Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, 26
ſic piger his, qui miſerunt eum.
* Timor Domini apponet dies: & anni 27
impiorum breuiabuntur.
* Expectatio iuſtorum lætitia: ſpes autem 28
impiorum peribit.
* Fortitudo ſimplicis via Domini: & pa- 29
uor his, qui operantur malum.
* Iuſtus in æternum non cōmouebitur: 30
impij autem non habitabunt ſuper terram.
* Os iuſti parturiet ſapientiam: lingua 31
prauorum peribit.
* Labia iuſti conſiderant placita: & os im- 32
piorum peruerſa.

CAP. XI.

1 STatera doloſa, abominatio eſt apud Do-
A minum, & pondus æquū, voluntas eius.
2 * Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit, & contu-
melia: vbi autem eſt humilitas, ibi & ſa-
pientia.
3 * Simplicitas iuſtorum diriget eos: & ſup-
plantatio peruerſorum vaſtabit illos.
4 * Non proderunt diuitiæ in die vltionis:
iuſtitia autem liberabit à morte.
5 * Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius: & in
impietate ſua corruet impius.
6 * Iuſtitia rectorum liberabit eos: & in in-
ſidijs ſuis capientur iniqui.
7 * Mortuo homine impio, nulla erit vltra
ſpes: & expectatio ſolicitorum peribit.
8 * Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & trade-
tur impius pro eo.
9 * Simulator ore decipit amicum ſuum: iu-
B ſti autem liberabuntur ſcientia.
10 * In bonis iuſtorum exultabit ciuitas: &
in perditione impiorum erit laudatio.
11 * Benedictione iuſtorum exaltabitur ciui
tas: & ore impiorum ſubuertetur.
12 * Qui deſpicit amicum ſuum, indigēs cor-
de eſt: vir autem prudens tacebit.
13 * Qui ambulat fraudulenter, reuelat arca-
na: qui autem fidelis eſt animi, celat amici
commiſſum.
14 * Vbi nō eſt gubernator, populus corruet:
ſalus autem, vbi multa conſilia.
15 * Affligetur malo, qui fidem facit pro ex-
traneo: qui autem cauet laqueos, ſecurus erit.
16 * Mulier gratioſa inueniet gloriam: & ro-
buſti habebunt diuitias.
17 * Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui
C autem crudelis eſt, etiam propinquos abijcit.
18 * Impius facit opus inſtabile: ſeminanti au
tem iuſtitiam merces fidelis.
19 * Clementia præparat viam: & ſectatio
malorum mortem.
20 * Abominabile Domino cor prauum, &
voluntas eius in ijs, qui ſimpliciter ambulāt.
21 * Manus in manu non erit innocens ma-
lus: ſemen autem iuſtorum ſaluabitur.
22 * Circulus aureus in naribus ſuis mulier
pulchra, & fatua.
23 * Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt
præſtolatio impiorum furor.
24 * Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt:
alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate
ſunt.
25 * Anima, quæ benedicit, impinguabitur.
& qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur.
26 * Qui abſcondit frumenta, maledicetur
D in populis: benedictio autē ſuper caput ven-
dentium.
27 * Bene conſurgit diluculo, qui quærit bo-
na: qui autem inueſtigator malorum eſt, op-
primetur ab eis.
28 * Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet: Iu-
ſti autem quaſi virens folium germinabunt.
29 * Qui conturbat domum ſuam, poſſide-
bit ventos: & qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti.
* Fru-

* Fructus iuſti lignum vitæ: & qui ſuſci- 30
pit animas, ſapiens eſt.
c 1. Pet. 4.d.18. * c Si iuſtus in terra recipit, quanto magis 31
impius, & peccator?

CAP. XII.

QVi diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: 1
qui autem odit increpationes, inſi- A
piens eſt.
* Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domi- 2
no, qui autē confidit in cogitationibus ſuis,
impiè agit.
* Non roborabitur homo ex impietate: & 3
radix iuſtorum non commouebitur.
* Mulier diligens, corona eſt viro ſuo, & 4
putredo in oſſibus eius, quæ confuſione res
dignas gerit.
* Cogitationes iuſtorum iudicia: & conſi- 5
lia impiorum fraudulenta.
* Verba impiorum inſidiantur ſanguini: 6
os iuſtorum liberabit eos.
* Verte impios, & non erunt: domus au- 7
tem iuſtorum permanebit. B
* Doctrina ſua noſcetur vir: qui autem va 8
nus, & excors eſt, patebit contemptui.
d Eccli. 10.d.30. * d Melior eſt pauper, & ſufficiens ſibi, quā 9
glorioſus, & indigens pane.
* Nouit iuſtus iumentorum ſuorum ani- 10
mas: viſcera autem impiorum crudelia.
e Eccli. 10.d.30. * e Qui operatur terram ſuam: ſatiabitur 11
panibus, qui autem ſectatur otium, ſtultiſſi-
mus eſt.
Qui ſuauis eſt in vini demorationibus, in
ſuis munitionibus relinquit contumeliam.
* Deſiderium impij munimētum eſt peſ- 12
ſimorum: radix autem iuſtorum proficiet.
* Propter peccata labiorum ruina proxi- 13
mat malo, effugiet autē iuſtus de anguſtia.
* De fructu oris ſui vnuſquiſque replebi- 14
tur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum C
retribuetur ei:
* Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem 15
ſapiens eſt, audit conſilia.
* Fatuus ſtatim indicat irā ſuam, qui au- 16
tem diſſimulat iniuriam, callidus eſt.
* Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ 17
eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudu-
lentus.
* Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungi- 18
tur conſcientiæ: lingua autem ſapientium ſa-
nitas eſt.
* Labium veritatis firmum erit in perpe- 19
tuum: qui autem teſtis eſt repentinus, con-
cinnat linguam mendacij.
* Dolus in corde cogitantium mala, qui 20
autem pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gau
dium.
* Non contriſtabit iuſtum quidquid ei ac 21
ciderit: impij autem replebuntur malo.
* Abominatio eſt Domino labia menda- 22
cia: qui autem fideliter agunt, placent ei. D
* Homo verſutus celat ſcientiam: & cor 23
inſipientium prouocat ſtultitiam.
* Manus fortium dominabitur: quæ au- 24
tem remiſſa eſt, tributis ſeruiet.
25 * Mœror in corde viri humiliabit illum,
& ſermone bono lætificabitur.
26 * Qui negligit damnum propter amicū,
iuſtus eſt: iter autem impiorum decipiet eos.
27 * Non inueniet fraudulentus lucrum, &
ſubſtantia hominis erit auri pretium.
28 * In ſemita iuſtitiæ, vita: iter autem de-
uium ducit ad mortem.

CAP. XIII.

1 FIlius ſapiens, doctrina patris: qui autem
A illuſor eſt, non audit cum arguitur.
2 * De fructu oris ſui homo ſatiabitur bo-
nis: anima autem præuaricatorum iniqua.
3 * Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam
ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad lo-
quendum, ſentiet mala.
4 * Vult, & non vult piger: anima autem o-
perantium impinguabitur.
5 * Verbum mēdax iuſtus deteſtabitur: im-
pius autem confundit, & confundetur.
6 * Iuſtitia cuſtodit innocentis viam impie-
tas autem peccatorum ſupplantat.
7 * Eſt quaſi diues cum nihil habeat, & eſt
B quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit.
8 * Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ: qui
autem pauper eſt, increpationem non ſu-
ſtinet.
9 * Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem
impiorum extinguetur.
10 * Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui
autem agunt omnia cum conſilio, reguntur
ſapientia.
11 * Subſtantia feſtinata minuetur: quæ au-
tem paulatim colligitur manu, multiplica-
bitur.
12 * Spes, quæ differtur, affligit animam: li-
gnum vitæ deſiderium veniens.
13 * Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum
C obligat: qui autem timet præceptum, in pace
verſabitur.
Animæ doloſæ errant in peccatis: iuſti au-
tem miſericordes ſunt, & miſerantur.
14 * Lex ſapientis fons vitæ, vt declinet à rui-
na mortis.
15 * Doctrina bona dabit gratiam: in itinere
contemptorum vorago.
16 * Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui au-
tem fatuus eſt, aperit ſtultitiam.
17 * Nuncius impij cadet in malum: legatus
autem fidelis, ſanitas.
18 * Egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſci
plinam: qui autem acquieſcit arguenti, glori-
ficabitur.
19 * Deſiderium ſi compleatur, delectat ani-
D mam: deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt
mala.
20 * Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens
erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur.
21 * Peccatores perſequitur malum, & iuſtis
retribuentur bona.
22 * Bonus relinquit heredes filios, & nepo-
tes, & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.
* Multi

* Multi cibi in nouálibus patrum : & alijs 23
congregantur absque iudicio.
* Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui 24
autem diligit illum, instanter erudit.
* Iustus comedit, & replet animam suam: 25
venter autem impiorum insatiabilis.

CAP. XIV.

" Iob. 12. a. 4. SApiens mulier ædificat domum suam : 1
insipiens extructam quoque manibus de- A
struet.
* Ambulans recto itinere, & timens Deũ, 2
despicitur ab eo, qui infami graditur via.
* In ore stulti virga superbiæ: labia autem 3
sapientium custodiunt eos.
* Vbi non sunt boues, præsepe vacuum 4
est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.
* Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis. 5
* Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis. 6
* Vade contra virum stultum, & nescit la- 7
bia prudentiæ.
* Sapientia callidi est intelligere viam suã: 8
& imprudentia stultorum errans.
* Stultus illudet peccatum, & inter iustos 9
morabitur gratia.
* Cor, quod nouit amaritudinem animę 10
suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.
* Domus impiorum delebitur: taberna- 11
cula verò iustorum germinabunt.
* Est via, quæ videtur homini iusta: no- 12
uissima autem eius deducunt ad mortem.
* Risus dolore miscebitur, & extrema 13
gaudij luctus occupat.
* Vijs suis replebitur stultus, & super eũ 14
erit vir bonus.
* Innocens credit omni verbo: astutus 15
considerat gressus suos.
Filio doloso nihil erit boni, seruo autem
sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur
via eius.
* Sapiens timet, & declinat à malo: stultus 16
insilit, & confidit.
* Impatiens operabitur stultitiam; & vir 17
versutus odiosus est. C
* Possidebunt paruuli stultitiam, & expe- 18
ctabunt astuti scientiam.
* Tacebunt mali ante bonos: & impij an- 19
te portas iustorum.
* Etiã proximo suo pauper odiosus erit: 20
amici verò diuitum multi.
* Qui despicit proximum suum, peccat: 21
qui autem miseretur pauperis beatus erit.
Qui credit in Domino, misericordiam di-
rigit.
* Errant qui operantur malum: miseri- 22
cordia, & veritas præparant bona.
* In omni opere erit abundantia: vbi aũt 23
verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.
* Corona sapientium, diuitiæ eorum, fa- 24
tuitas stultorum, imprudentia.
* Liberat animas testis fidelis: & profert 25
mendacia versipellis.
* In timore Domini fiducia fortitudinis, 26
& filijs eius erit spes.
* Timor Domini fons vitæ, vt declinent 27
D à ruina mortis.
* In multitudine populi dignitas regis: & 28
in paucitate plebis ignominia principis.
* Qui patiens est, multa gubernatur pru- 29
dentia, qui autem impatiens est, exaltat stul
titiam suam.
* Vita carnium, sanitas cordis: putredo 30
ossium, inuidia.
* " Qui calumniatur egentem, exprobrat 31 " Inf. 27.
factori eius: honorat autem eum, qui mise- a. 3.
retur pauperis.
* In malitia sua expelletur impius: sperat 32
autem iustus in morte sua.
* In corde prudentis requiescit sapientia, 33
& indoctos quoque erudiet.
* Iustitia eleuat gentem: miseros autem 34
facit populos peccatum.
* Acceptus est regi minister intelligens: 35
iracundiam eius inutilis sustinebit.

CAP. XV.

1 REsponsio mollis frangit iram : sermo
A durus suscitat furorem. " Inf. 25.
* Lingua sapientium ornat scientiam: os 2 c. 15.
fatuorum ebullit stultitiam.
* In omni loco oculi Domini contemplan 3
tur bonos, & malos.
* Lingua placabilis, signum vitæ: quæ autẽ 4
immoderata est, conteret spiritum.
* Stultus irridet disciplinam patris sui: qui 5
autem custodit increpationes, astutior fiet.
In abundanti iustitia virtus maxima est:
cogitationes aũt impiorum eradicabuntur.
* Domus iusti plurima fortitudo : & in 6
fructibus impij conturbatio.
* Labia sapientium disseminabunt scien- 7
B tiam: cor stultorum dissimile erit.
* " Victimæ impiorum abominabiles 8 " Eccles.
Domino: vota iustorum placabilia : 34. c. 21.
* Abominatio est Domino via impij: qui 9
sequitur iustitiam, diligitur ab eo.
* Doctrina mala deserenti viam vitæ: qui 10
increpationes odit, morietur.
* Infernus, & perditio coram Domino: 11
quanto magis corda filiorum hominum?
* Non amat pestilens eum, qui se corripit: 12
nec ad sapientes gradiitur.
* " Cor gaudens exhilarat faciem: in mę- 13 " Inf. 17.
rore animi deijcitur spiritus. d. 22.
* Cor sapientis quærit doctrinam : & os 14
stultorum pascitur imperitia.
* Omnes dies pauperis, mali: secura mens 15
quasi iuge conuiuium.
* Melius est parum cum timore Domini 16
quàm thesauri magni, & insatiabiles.
* Melius est vocari ad olera cum charita- 17
C te, quam ad vitulum saginatum cum odio.
* Vir iracundus prouocat rixas, qui pa- 18
tiens est, mitigat suscitatas.

* Iter

* Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via 19
iustorum absque offendiculo.
* Filius sapiens lætificat patrẽ : & stultus 20
homo despicit, matrem suam.
* Stultitia gaudium stulto: & vir prudens 21
dirigit gressus suos.
* Dissipantur cogitationes vbi non est cõ 22
silium: vbi verò sunt plures consiliarij con-
firmantur.
* Lætatur homo in sententia oris sui: & 23
sermo opportunus est optimus.
* Semita vitæ super eruditum, vt declinet 24
de inferno nouissimo.
* Domum superborum demolietur Do- 25
minus: & firmos faciet terminos viduæ. D
* Abominatio Domini cogitationes ma- 26
læ, & purus sermo pulcherrimus firmabitur
ab eo.
* Conturbat domum suam qui sectatur 27
auaritiam: qui autem odit munera, viuet.
* Per misericordiam, & fidem purgantur
peccata: per timorẽ autem Domini declinat
omnis à malo. Inf. 16. 6.
* Mens iusti meditatur obedientiam: os 28
impiorum redundat malis.
* Longè est Dominus ab impijs, & oratio- 29
nes iustorum exaudiet.
* Lux oculorum lætificat animam : fama 30
bona impinguat ossa.
* Auris, quæ audit increpationes vitæ, in 31
medio sapientium commorabitur.
* Qui abijcit disciplinã, despicit animam 32
suam: qui autem acquiescit increpationibus,
possessor est cordis.
* Timor Domini, disciplina sapientiæ : & 33
gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

1 HOminis est animam præparare, & Do
A mini gubernare linguam. A
* Omnes viæ hominis patent oculis eius: 2
spirituum ponderator est Dominus.
* Reuela Domino opera tua, & dirigentur 3
cogitationes tuæ.
* Vniuersa propter semetipsum operatus 4
est Dominus: impiũ quoque ad diẽ malum.
* Abominatio Domini est omnis arro- 5
gans: etiam si manus ad manum fuerit, non
est innocens.
Initium viæ bonæ, facere iustitiam : accep-
ta est autem apud Deum magis, quam im-
molare hostias.
* Sup. 15. d. 27. * " Misericordia, & veritate redimitur ini 6
quitas, & in timore Domini declinatur à
malo.
* Cum placuerint Domino viæ hominis, 7
inimicos quoque eius conuertet ad pacem.
* Melius est parum cum iustitia, quã mul- 8
tifructus cum iniquitate. B
* Cor hominis disponit viam suam : sed 9
Domini est dirigere gressus eius.
* Diuinatio in labijs regis, in iudicio non 10
errabit os eius.
* Pondus, & statera iudicia Domini sunt: 11
& opera eius omnes lapides sacculi.
* Abominabiles regi, qui agunt impiè, quo 12
niam iustitia firmatur solium.
* Voluntas regum labia iusta: qui recta lo- 13
quitur, diligetur.
* Indignatio regis, nuncij mortis: & vir 14
sapiens placabit eam.
* In hilaritate vultus regis, vita: & clemen- 15
tia eius quasi imber serotinus.
* Possidẽ sapientiã, quia auro melior est: 16
C & acquire prudentiam, quia pretiosior est ar-
gento.
* Semita iustorum declinat mala: custos 17
animæ suæ seruat viam suam.
* Cõtritionem præcedit superbia, & ante 18
ruinam exaltatur spiritus.
* Melius est humiliari cum mitibus, quam 19
diuidere spolia cum superbis.
* Eruditus in verbo reperiet bona, & qui 20
sperat in Domino beatus est.
* Qui sapiens est corde, appellabitur pru- 21
dẽs, & qui dulcis eloquio, maiora percipiet.
* Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina 22
stultorum, fatuitas.
* Cor sapientis erudiet os eius : & labijs e- 23
ius addet gratiam.
* Fauus mellis, composita verba: dulcedo 24
animæ, sanitas ossium.
* Est via quæ videtur homini recta: & no- 25
Dissima eius ducunt ad mortem.
* Anima laborantis laborat sibi, quia com- 26
pulit eum os suum.
* Vir impius fodit malum, & in labijs eius 27
ignis ardescit.
* Homo peruersus suscitat lites: & verbo- 28
sus separat principes.
* Vir iniquus iactat amicum suum: & du- 29
cit eum per viam non bonam,
* Qui attonitis oculis cogitat præua, mor- 30
dens labia sua perficit malum.
* Corona dignitatis senectus, quæ in vijs 31
iustitiæ reperietur.
* Melior est patiens viro forti: & qui do- 32
minatur animo suo expugnatore vrbium.
* Sortes mittuntur in sinum, sed à Domi- 33
no temperantur.

CAP. XVII.

1 MElior est buccella sicca cum gaudio,
A quam domus plena victimis cum
iurgio.
* " Seruus sapiens dominabitur filijs stul- 2 " Eccl. 10
tis, & inter fratres hereditatem diuidet. d. 28.
* Sicut igne probatur argentum, & aurum 3
caminorum corda probat Dominus.
* Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax 4
obtemperat labijs mendacibus.
* " Qui despicit pauperem, exprobrat fa- 5 " Sup. 14.
ctori eius: & qui ruina lætatur alterius, non d. 31.
erit impunitus.
* Corona senum filij filiorum, & gloria fi- 6
liorum patres eorum.
* Non decent stultum verba composita: 7
nec principem labium mentiens.

* Gemma gratissima, expectatio præstolã 8
tis: quocumque se vertit, prudenter intelligit. B
* Qui celat delictum, quærit amicitias: qui 9
altero sermone repetit, separat fœderatos.
* Plus proficit correptio apud prudentẽ, 10
quam centum plagæ apud stultum.
* Semper iurgia quærit malus, angelus au- 11
tem crudelis mittetur contra eum.
* Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœ 12
tibus, quam fatuo confidenti in stultitia sua.
* " Qui reddit mala pro bonis, non rece- 13
det malum de domo eius.
* Qui dimittit aquã caput est iurgiorum: 14
& antequam patiatur contumeliam, iudi-
cium deserit.

" Ro.12. d.17. 1.Pet.3. b.9. 1.Thess. 5.d.15. " Isa.5.c. 25.

* " Qui iustificat impium, & qui condem 15
nat iustum, abominabilis est vterque apud
Deum.
* Quid prodest stulto habere diuitias, cũ 16
sapientiam emere non possit?
Qui altam facit domum suam, quærit rui-
nam: & qui euitat discere, incidet in mala.
* Omni tempore diligit qui amicus est: & 17
frater in angustijs comprobatur.
* Stultus homo plaudet manibus cum spo 18
ponderit pro amico suo.
* Qui meditatur discordias, diligit rixas: 19
& qui exaltat ostium, quærit ruinam.
* Qui peruersi cordis est, non inueniet bo 20
num: & qui vertit linguam, incidet in malũ. D
* Natus est stultus in ignominiam suam: 21
sed nec pater in fatuo lætabitur.

" Su.15.b 13.

* Animus gaudẽs ætatem floridam facit: 22
spiritus tristis exiccat ossa.
* Munera de sinu impius accipit, vt per- 23
uertat semitas iudicij.

" Eccl.2. c.14. & 8.a.1.

* " In facie prudentis lucet sapientia; ocu- 24
li stultorum in finibus terræ.
* Ita patris filius stultus, & dolor matris 25
quæ genuit eum.
* Non est bonum, damnũ inferre iusto: 26
nec percutere principem, qui recta iudicat.

" Iac.1.c. 19.

* " Qui moderatur sermones suos, doctus 27
& prudens est, & pretiosi spiritus vir erudi-
tus.
* Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputa 28
bitur, & si cõpresserit labia sua, intelligens.

CAP. XVIII.

Occasiones quærit qui vult recedere ab a- 1
mico: omni tẽpore erit exprobrabilis. A
* Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi 2
ea dixeris quæ versantur in corde eius.
* Impius, cum in profundum venerit pec- 3
catorum, contemnit: sed sequitur eum igno-
minia, & opprobrium.
* Aqua profunda verba ex ore viri: & tor- 4
rens redundans fons sapientiæ.
* Accipere personam impij non est bonũ, 5
vt declines à veritate iudicij.
* Labia stulti miscent se rixis, & os eius iur 6
gia prouocat. B
* Os stulti cõtritio eius, & labia ipsius, rui- 7
na animæ eius.

8 * Verba bilinguis, quasi simplicia: & ipsa
perueniunt vsque ad interiora ventris.
Pigrum deijcit timor: animæ autem effe-
minatorum esurient.
9 * Qui mollis, & dissolutus est in opere suo,
frater est sua opera dissipantis.
10 * Turris fortissima, nomen Domini, ad
ipsum currit iustus, & exaltabitur.
11 * Substantia diuitis vrbs roboris eius, &
quasi murus validus circumdans eum.
12 * Antequam conteratur, exaltatur cor ho-
minis. & antequã glorificetur, humiliatur.

" Eccl.11 a.8.

13 * " Qui prius respondet quàm audiat, stul
tum se esse demõstrat, & cõfusione dignũ.
14 * Spiritus viri sustentat imbecillitatẽ suam:
C spiritum verò ad irascendum facilem quis
poterit sustinere?
15 * Cor prudens possidebit scientiam, & au-
ris sapientium quærit doctrinam.
16 * Donum hominis dilatat viam eius, &
ante principes spatium ei facit.
17 * Iustus, prior est accusator sui: venit ami-
cus eius, & inuestigabit eum.
18 * Contradictiones comprimit sors, & in-
ter potentes quoque dijudicat.
19 * Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas
firma: & iudicia quasi vectes vrbium.
20 * De fructu oris viri replebitur vẽter eius,
D & genimina labiorũ ipsius saturabunt eum.
21 * Mors, & vita in manu linguæ: qui dili-
gunt eam, comedent fructus eius.
22 * Qui inuenit mulierem bonã, inuenit bo-
num: & hauriet iucunditatem à Domino.
Qui expellit mulierem bonam, expellit bo
num: qui autem tenet adulteram, stultus est,
& impius.
23 * Cum obsecrationibus loquetur pauper,
& diues effabitur rigidè.
24 * Vir amabilis ad societatem: magis ami-
cus erit, quàm frater.

CAP. XIX.

1 Melior est pauper, qui ambulat in simpli-
A citate sua, quàm diues torquens labia
sua, & insipiens.
2 * Vbi nõ est scientia animæ, non est bonũ,
& qui festinus est pedibus, offendet.
3 * Stultitia hominis supplantat gressus eius:
& contra Deum feruet animo suo.
4 * Diuitiæ addunt amicos plurimos: à pau-
pere autem, & hi, quos habuit, separantur.

" Dan.13. g.61.

5 * " Testis falsus nõ erit impunitus, & qui
mendacia loquitur, non effugiet.
6 * Multi colunt personam potentis, & ami-
ci sunt dona tribuentis.
7 * Fratres hominis pauperis oderunt eum:
insuper, & amici procul recesserunt ab eo.
B Qui tantum verba sectatur, nihil habebit,
8 * qui autem possessor est mentis, diligit ani-
mã suã, & custos prudentiæ inueniet bona.
9 * Falsus testis non erit impunitus, & qui lo
quitur mendacia, peribit.
10 * Non decent stultum delitiæ: nec seruum
dominari principibus.

*Do-

* Doctrina viri per patientiam noscitur: 11
& gloria eius est iniqua prætergredi.
* Sicut fremitus Leonis, ita & regis ira, & 12
sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.
* Dolor patris, filius stultus: & tecta iugi- 13
ter perstillantia, litigiosa mulier.
* Domus, & diuitiæ dantur à parentibus: 14
à Domino autem propriè vxor prudens.
* Pigredo immittit soporẽ, & anima dis- 15
soluta esuriet. C
* Qui custodit mandatum, custodit ani- 16
mam suam: qui autem negligit viam suam,
mortificabitur,
* Fœneratur Domino, qui miseretur pau- 17
peris, & vicissitudinem suam reddet ei.
* Erudi filium tuũ, ne desperes: ad inter- 18
fectionẽ autem eius ne ponas animam tuam.
* Qui impatiens est, sustinebit damnum: 19
& cum rapuerit, aliud apponet.
* Audi consilium, & suscipe disciplinam, 20
vt sis sapiens in nouissimis tuis.
* Multæ cogitationes in corde viri: volun 21
tas autem Domini permanebit. D
* Homo indigẽs misericors est: & melior 22
est pauper, quam vir mendax.
* Timor Domini ad vitã: & in plenitudi- 23
ne cõmorabitur, absque visitatione pessima.

" Inf.21. b.11.

* Abscõdit piger manum suam sub ascel- 24
la, nec ad os suum applicat eam.
* " Pestilẽte flagellato stultus sapientior 25
erit: si autem corripueris sapientem intelliget
disciplinam.
* Qui affligit patrem, & fugat matrem, 26
ignominiosus est, & infelix.
* Non cesses fili audire doctrinam, nec 27
ignores sermones scientiæ.
* Testis iniquus deridet iudicium, & os 28
impiorum deuorat iniquitatem.
* Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei 29
percutientes stultorum corporibus.

CAP. XX.

Lvxuriosa res, vinum, & tumultuosa e- 1
brietas: quicumque his delectatur, non A
erit sapiens.
* Sicut rugitus Leonis, ita & terror regis: 2
qui prouocat eum, peccat in animam suam.
* Honor est homini, qui separat se à con- 3
tentionibus: omnes autem stulti miscentur
contumelijs.
* Propter frigus piger arare noluit: mendi 4
cabit ergo æstate, & non dabitur illi.
* Sicut aqua profunda, sic consilium in cor 5
de viri: sed homo sapiens exhauriet illud.

" 1.Ioan. 1.a.8. 3.Re.8. e.46. 2.Par.6. f.36. Eccl.7.d.21. Inf.20. d.23.

* Multi homines misericordes vocantur: 6
virum autem fidelem quis inueniet?
* Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, 7
beatos post se filios derelinquet.
* Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat om 8
ne malum intuitu suo. B
* " Quis potest dicere: Mundum est cor- 9
meum purus sum à peccato?
* " Pondus, & pondus, mensura, & mensu 10
ra: vtrumq. abominabile est apud Deum.

11 * Ex studijs suis intelligitur puer, si mũda
& recta sint opera eius.
12 * Aurem audientem, & oculum videntẽ,
Dominus fecit vtrumque.
13 * Noli diligere somnum, ne te egestas op-
primat: aperi oculos tuos, & saturare pani-
bus.
14 * Malum est, malum est, dicit omnis em-
C ptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.
15 * Est aurum, & multitudo gemmarum, &
vas pretiosum labia scientiæ.

" Inf.27. c.13.

16 * " Tolle vestimentum eius, qui fideiussor
extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab
eo.
17 * Suauis est homini panis mendacij, & po
stea implebitur os eius calculo.
18 * Cogitationes consilijs roborantur: & gu-
bernaculis tractanda sunt bella.
19 * Ei, qui reuelat mysteria, & ambulat frau
dulenter. & dilatat labia sua, ne cõmiscearis.

" Exo.21 e.16. Leu.20. b.9. Mat.15. a.4. " Ro.12. d.17. 1.Pet.3 b.9. 1. Thessal.5.d. 15.

20 * " Qui maledicit patri suo, & matri, ex-
tinguetur lucerna eius in medijs tenebris.
21 * Hereditas, ad quam festinatur in princi-
pio, in nouissimo benedictione carebit.
22 * " Ne dicas, Reddam malũ: expecta Do-
D minum & liberabit te.
23 * Abominatio est apud Dominum põdus
& pondus: statera dolosa non est bona.
24 * A Domino diriguntur gressus viri: quis
aũt hominum intelligere potest viam suam?
25 * Ruina est homini deuorare sanctos, &
post vota retractare.
26 * Dissipat impios rex sapiens, & incuruat
super eos fornicem.
27 * Lucerna Domini spiraculum hominis.
quæ inuestigat omnia secreta ventris.
28 * Misericordia, & veritas custodiunt regẽ,
& roboratur clementia thronus eius.
29 * Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: &
dignitas senum canities.
30 * Liuor vulneris absterget mala: & plagæ
in secretioribus ventris.

CAP. XXI.

1 Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in
A manu Domini: quocumque voluerit, in
clinabit illud.
2 * Omnis via viri recta sibi videtur: appẽdit
autem corda Dominus.
3 * Facere misericordiam, & iudicium, magis
placet Domino, quam victimæ.
4 * Exaltatio oculorum est dilatatio cordis lu
cerna impiorum peccatum.
5 * Cogitationes robusti semper in abun-
dantia: omnis autem piger semper in egesta
te est.
6 * Qui congregat thesauros lingua menda-
cij, vanus & excors est: & impinguetur ad la-
queos mortis.
7 * Rapinæ impiorum detrahent eos, quia
noluerunt facere iudicium.
8 * Peruersa via viri, aliena est: qui autem
mundus est, rectum opus eius.

* Melius est sedere in angulo domatis, quã 9
cum muliere litigiosa, & in domo commu- B
ni.
* Anima impij desiderat malum, non mi- 10
serebitur proximo suo.
* Multato pestilente sapientior erit par- 11
uulus: & si sectetur sapientem, sumet scien-
tiam.
* Excogitat iustus de domo impij, vt de- 12
trahat impios à malo.
* Qui obturat aurem suã ad clamorẽ pau- 13
peris, & ipse clamabit, & non exaudietur.
* Munus absconditum extinguit iras: & 14
donum in sinu indignationem maximam.
* Gaudium iusto est facere iudicium: & 15
pauor operantibus iniquitatem. C
* Vir, qui erauerit à via doctrinæ, in cœtu 16
gigantum commorabitur.
* Qui diligit epulas, in egestate erit, qui a- 17
mat vinum, & pinguia, non ditabitur.
* Pro iusto datur impius: & pro rectis ini- 18
quus.
*Eccl.25 c.22. Inf.25.d 24. * " Melius est habitare in terra deserta, quã 19
cum muliere rixosa, & iracunda.
* Thesaurus desiderabilis, & oleum in ha- 20
bitaculo iusti: & imprudens homo diffipabit
illud.
* Qui sequitur iustitiam, & misericordiã: 21
inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.
* Ciuitatẽ fortium ascendit sapiens, & de- 22
struxit robur fiduciæ eius.
* Qui custodit os suum, & linguam suam, 23
custodit ab angustijs animam suam. D
* Superbus, & arrogans vocatur indoctus, 24
qui in ira operatur superbiam.
* Desideria occidunt pigrum: noluerunt 25
enim quidquam manus eius operari: * tota 26
die concupiscit, & desiderat: qui autem iustus
est, tribuet, & non cessabit.
* Hostiẽ impiorum abominabiles, quia of- 27
feruntur ex scelere.
* Testis mendax peribit: vir obediens lo- 28
quetur victoriam.
* Vir impius procaciter obfirmat vultum 29
suum: qui autem rectus est, corrigit viam
suam.
* Non est sapientia, non est prudentia, nõ 30
est consilium contra Dominum.
* Equus paratur ad diem belli: Dominus 31
autem salutem tribuit.

CAP. XXII.

Eccl.7. a.2. MElius est nomen bonum, quam diuitiæ 1
multæ: super argentum, & aurum, gra- A
tia bona.
* Diues, & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque 2
operator est Dominus.
* Callidus vidit malum, & abscondit se, in- 3
nocens pertranijt, & afflictus est damno.
* Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ, & 4
gloria, & vita.
* Armia, & gladij in via peruersi: custos au- 5
tem animæ suæ longè recedit ab eis.
* Prouerbium est: Adolescens iuxta viam 6
suam, etiam cum senuerit, non recedet ab eis.
7 * Diues pauperibus imperat: & qui accipit
mutuum, seruus est fenerantis.
8 * Qui seminat iniquitatem, metet mala, &
virga iræ suæ consummabitur.
9 * " Qui pronus est ad misericordiam, bene- " Eccli. 31.c.28.
B dicetur: de panibus enim suis dedit paupe-
ri.
Victoriam, & honorem acquiret, qui dat
munera: animam autem aufert accipiẽtium.
10 * Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgiũ,
cessabuntque causæ, & contumeliæ.
11 * Qui diligit cordis munditiam, propter
gratiam laborum suorum habebit amicum
regem.
12 * Oculi Domini custodiunt scientiam: &
supplantantur verba iniqui.
13 * Dicit piger: Leo est foris, in medio platea-
rum occidendus sum.
14 * Fouea profunda, os alienæ: cui iratus est
Dominus, incidet in eam.
15 * Stultitia colligata est in corde pueri, &
C virga disciplinæ fugabit eam.
16 * Qui calumniatur pauperem, vt augeat di-
uitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.
17 * Inclina aurem tuam, & audi verba sapiẽ-
tium: apponeautem cor ad doctrinam meã:
18 * quæ pulchra erit tibi, cum seruauerisea m
in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis.
19 * Vt sit in Domino fiducia tua, vnde, & o-
stendi eam tibi hodie.
20 * Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in co-
21 gitationibus, & scientia: vt ostenderem tibi
firmitatem, & eloquia veritatis, respondere
ex his ijs, qui miserunt te.
22 * Non facias violentiam pauperi: quia pau-
D per est: neque conteras egenum in porta: *
23 quia iudicabit Dominus causam eius, & cõ-
figet eos, qui confixerunt animam eius.
24 * Noli esse amicus homini iracundo, neq.
25 ambules cum viro furioso: * ne forte discas
semitas eius, & sumas scãdalum animæ tuæ.
26 * Noli esse cum his, qui defigunt manus
27 suas, & qui vades se offerunt pro debitis: * si
enim non habes vnde restituas, quid causæ
est, vt tollat operimentum de cubili tuo?
28 * Ne transgrediaris terminos antiques, quos
posuerunt patres tui.
29 * Vidisti virum velocem in opere suo? co-
ram regibus stabit: nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

1 QVando sederis, vt comedas cum princi
A pe, diligenter attende, quæ apposita sũt
2 ante faciem tuam: * & statue cultrum in gut-
ture tuo, si tamen habes in potestate animã
3 tuam, * ne desideres de cibis eius, in quo est
panis mendacij.
4 * Noli laborare, vt diteris: sed prudentiæ tuę
pone modum.
5 * Ne erigas oculos tuos: ad opes, quas non
potes habitare: quia facient sibi pennas, quasi
aquilæ, & volabunt in cælum.

* Ne

* Ne comedas cum homine inuido, & ne 6
desideres cibos eius: * quoniam in similitudi- 7
nem arioli, & coniectoris, æstimat quod igno-
rat.
Comede, & bibe, dicet tibi: & mens eius nõ
est tecum.
* Cibos, quos comederas, euomes: & per- 8
des pulchros sermones tuos.
* In auribus insipientium ne loquaris: quia 9
despicient doctrinam eloquij tui.
* Ne attingas parnulorum terminos: & a- 10
grum pupillorum ne introeas. B
* Propinquus enim illorum fortis est: & 11
ipse iudicabit contra te, causam illorum.
* Ingrediatur ad doctrinam cor tuum: & 12
aures tuæ, ad verba scientiæ.
Sup.13. c.24. Eccl.30. 11. * " Noli subtrahere à puero disciplinam: 13
si enim percusseris eum virga, nõ morietur.
* Tu virga percuties eum: & animam eius 14
de inferno liberabis.
* Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gau- 15
debit tecum cor meum: * & exultabũt renes 16
mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.
Inf.24. a.1. * " Non æmuletur cor tuum peccatores: sed 17
in timore Domini esto tota die: * quia habe- 18
bis spem in nouissimo, & præstolatio tua nõ
auferetur.
* Audi fili mi, & esto sapiens: & dirige in 19
via animum tuum.
* Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in 20
commessationibus eorum, qui carnes ad ve- C
scendum conferunt: * quia vacantes potibus, 21
& dantes symbola consumentur, & vestie-
tur pannis dormitatio.
* Audi patrem tuum, qui genuit te: & ne 22
contemnas cum senuerit mater tua.
* Veritatem eme, & noli vendere sapien- 23
tiam, & doctrinam, & intelligentiam.
* Exultat gaudio pater iusti: qui sapientẽ 24
genuit, lætabitur in eo.
* Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exul 25
tet, quæ genuit te.
* Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui 26
vias meas custodiant.
* Fouea enim profunda est meretrix: & pu- 27
teus angustus, aliena.
* Insidiatur in via, quasi latro, & quos in- 28
cautos viderit, interficiet.
* Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui fo- 29
ueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio ocu- D
lorum?
* Nonne his, qui commorantur in vino, & 30
student calicibus epotandis?
* Ne intuearis vinum, quando flauescit, 31
cum splenduerit in vitro colore eius: ingredi-
tur blande, * sed in nouissimo mordebit, vt 32
coluber, & sicut regulus venena diffundet.
* Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuũ 33
loquetur peruersa.
* Et eris sicut dormiens in medio mari, 34
& quasi sopitus gubernator, amisso clauo: * 35
& dices: Verberauerunt me, sed non doluit:
traxerunt me, & ego non sensi: quando euigi-
labo, & rursus vina reperiam?

CAP. XXIIII.

1 NE æmuleris viros malos, nec desideres Sup. 23. d.17.
2 esse cum eis, * quia rapinas meditatur
A mes eorũ, & fraudes labia eorum loquũtur.
3 * Sapientia ædificabitur domus, & pruden-
tia roborabitur.
4 * In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa
substantia pretiosa, & pulcherrima.
5 * Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robu-
stus, & validus.
6 * Quia cum dispositione initur bellum: &
erit salus, vbi multa consilia sunt.
7 * Excelsa stulto sapientia, in porta non ape-
riet os suum.
8 * Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
9 * Cogitatio stulti peccatum est: & abomina-
tio hominum detractor.
10 * Si desperaueris lassus in die angustię, im-
minuetur fortitudo tua. " Ps.81. a.4.
11 * " Erue eos, qui ducuntur ad mortem: &
qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses.
12 * Si dixeris vires non suppetunt: qui inspe-
B ctor est cordis, ipse intelligit, & seruatorem
animæ tuæ nihil fallit, reddetq. homini iux-
ta opera sua.
13 * Comede fili mi, mel, quia bonum est, &
fauum dulcissimum gutturi tuo.
14 * Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ:
quam cum inueneris, habebis in nouissimis
spem, & spes tua non peribit.
15 * Ne insidieris, & quæras impietatem in
domo iusti, neque vastes requiem eius.
16 * Septies enim cadet iustus, & resurget: im-
pij autem corruent in malum.
17 * Cum ceciderit inimicus tuus, ne gau-
18 deas, & in ruina eius ne exultẽt cor tuũ: * ne
forte videat Dominus, & displiceat ei, & au-
ferat ab eo iram suam.
19 * Ne contendas cum pessimis, nec æmule-
20 ris impios: * quoniam non habent futurorũ
spem mali, & lucerna impiorum extingue-
tur.
21 * Time Dominum, fili mi, & regem: & cũ
22 detractoribus non commiscearis: * quoniam
repente consurget perditio eorum: & ruinam
vtriusque quis nouit?
23 * Hæc quoque sapientibus. " Cognoscere " Leu.15 d.15.
personam in iudicio non est bonum. Deut. 1.
24 * Qui dicunt impio: Iustus es: maledicent c.17. &
eis populi, & detestabuntur eos tribus. 16. d.19.
25 * Qui arguunt eum, laudabuntur: & super Eccl. 42.
ipsos veniet benedictio. a.1.
26 * Labia deosculabitur, qui recta verba re-
spondet.
27 * Præpara foris opus tuum, & diligenter
exerce agrum tuum: vt postea ædifices do-
mum tuam.
28 * Ne sis testis frustra contra proximum
D tuum: nec lactes quemquam labijs tuis.
29 * " Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic fa- " Sup.24. d.23.
ciam ei: reddam vnicuique secundum opus
suum.
30 * Per agrum hominis pigri transiui, & per
31 vineam viri stulti: * & ecce totum repleuerãt

vtticæ,& operuerant superficiem eius spinæ,
& maceria lapidum destructa erat.
* Quod cũ vidissem,posui in corde meo, 32
& exemplo didici disciplinam.
*Parum,inquam dormies,modicum dor- 33
mitabis,pauxillum manus conseres, vt quie-
scas : * & veniet tibi quasi cursor egestas, & 34
mendicitas,quasi vir armatus.

CAP. XXV.

HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas 1
transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. A
* Gloria Dei est celare verbum, & gloria 2
regum inuestigare sermonem.
* Cælum sui sum,& terra deorsum,& cor 3
regum inscrutabile.
*Aufer rubiginem de argento,& egredie- 4
tur vas purissimum.
* Aufer impietatem de vultu regis, & fir- 5
mabitur iustitia thronus eius.
* Ne gloriosus appareas coram rege, & in 6
loco magnorum ne steteris.
* Melius est enim, vt dicatur tibi: Ascende 7
huc:quam vt humilieris coram principe.
* Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in 8
iurgio cito : ne postea emendare non possis, B
cum dehonestaueris amicum tuum.
* Causam tuam tracta cum amico tuo, & 9
secretum extraneo ne reueles : *ne forte in- 10
sultet tibi cum audierit,& exprobare non
cesset.
Gratia,& amicitia liberant:quas tibi serua,
ne exprobabilis sias.
* Mala aurea in lectis argenteis,qui loqui- 11
tur verbum in tempore suo.
* Inauris aurea, & margaritum fulgens, 12
qui arguit sapientem,& aurem obedientem.
*Sicut frigus niuis in die messis,ita legatus 13
fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius re-
quiescere facit.
*Nubes,& ventus,& pluuiæ non sequen- 14
tes,vir gloriosus,& promittã non complens.
[a]Sup.15. a.1. * [a] Patientia lenietur princeps, & lingua 15
mollis confringet duritiam. C
* Mel inuenisti,comede quod sufficit tibi,16
ne forte satiatus euomas illud.
*Subtrahe pedem tuum de domo proxi- 17
mi tui,ne quando satiatus oderit te.
* Iaculum, & gladius,& sagitta acuta,ho- 18
mo qui loquitur contra proximum suum fal-
sum testimonium.
*Dens putridus,& pes lassus,qui sperat su- 19
per infideli in die angustiæ,* & amittit pal- 20
lium in die frigoris.
Acetum in nitro,qui cantat carmina cordi
pessimo.
Sicut tinea vestimento,& vermis ligno:ita
tristitia viri nocet cordi.
[b]Ro.12. b.20. * [b] Si esurierit inimicus tuus, ciba illum:si 21
sitierit,da ei aquam bibere:*prunas enim cõ- D
gregabis super caput eius, & Dominus red- 22
det tibi.
* Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies 23
tristis linguam detrahentem,

24 * [a] Melius est sedere in angulo domatis, [a]Sup.21. b.9.
quam cum muliere litigiosa, & in domo cõ-
muni.
25 * Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius
bonus de terra longinqua.
26 *Fons turbatus pede,& vena corrupta,iu-
stus cadens coram impio.
27 * Sicut qui mel multum comedit,non est
ei bonum:[b]sic qui scrutator est maiestatis op- [b] Eccl.3. c.22.
primetur a gloria.
28 * Sicut vrbs patens,& absq. murorum am
bitu,ita vir,qui non potest in loquendo cohi-
bere spiritum suum.

CAP. XXVI.

1 QVomodo nix in æstate,& pluuiæ in
A messe:sic indecens est stulto gloria.
2 * Sicut auis ad alia transuolans, & passer
quolibet vadens:sic maledictum frustra pro-
latum in quempiam superueniet.
3 * Flagellum equo,& camus asino,& virga
in dorso imprudentium.
4 * Ne respondeas stulto iuxta stultitiã suam,
efficiaris ei similis.
5 *Responde stulto iuxta stultitiam suam,ne
sibi sapiens esse videatur.
6 *Claudus pedibus,& iniquitatem bibens,
qui mittit verba per nuncium stultum.
7 * Quomodo pulchras frustra habet clau-
B dus tibias : sic indecens est in ore stultorum
parabola.
8 *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mer-
curij : ita qui tribuit insipienti honorem.
9 * Quomodo si spina nascatur in manu te-
mulenti:sic parabola in ore stultorum.
10 * Iudicium determinat causas,& qui im-
ponit stulto silentium,iras mitigat.
11 * [b] Sicut canis,qui reuertitur ad vomitum [b]1.Pet.2 d.22.
suum,sic imprudens,qui iterat stultitiam
suam.
12 *Vidisti hominem sapientem sibi videri?
magis illo spem habebit insipiens.
13 *Dicit piger: Leo est in via,& leæna in iti-
14 neribus, * sicut ostium vertitur in cardine
suo,ita piger in lectulo suo.
15 * [a] Abscondit piger manum sub ascella [a]Sup.19. d.24.
C sua, & laborat si ad os suum eam conuerte-
rit.
16 *Sapientior sibi piger videtur septem viris
loquentibus sententias.
17 * Sicut qui apprehendit auribus canem,sic
qui transit impatiens, & commiscetur rixæ
alterius.
18 *Sicut noxius est,qui mittit sagittas,& lan-
19 ceas in montem : * ita vir, qui fraudulenter
nocet amico suo: & cum fuerit deprehẽsus,
dixit: Ludens feci.
20 *Cum defecerint ligna,extinguetur ignis:
& susurrone subtracto,iurgia conquiescent.
21 *Sicut carbones ad prunas,& ligna ad ignẽ,
[a]sic homo iracundus suscitat rixas.
22 *Verba susurronis,quasi simplicia,& ipsa [a]Sup.15. c.18.
D peruenisunt ad intima ventris.
23 *Quomodo si argento sordido ornare ve-
lis

lis vas fictile, sic labia tumentia cum pessi-
mo corde sociata.
* Labijs suis intelligitur inimicus, cum in 24
corde tractauerit dolos.
* Quando submiserit vocẽ suam, ne cre- 25
dideris ei:quoniam septem nequitiæ sunt in
corde illius.
* Qui operit odium fraudulenter,reuela- 26
bitur malitia eius in concilio.
* Qui fodit foueam,incidet in eam:& qui 27
voluit lapidem, reuertetur ad eum.
* Lingua fallax non amat veritatem:& os 28
lubricum operatur.

CAP. XXVII.

NE glorieris in crastinum,ignorans quid 1
superuentura pariat dies. A
* Laudet alienus, & non os tuum : extra- 2
neus, & non labia tua.
[c]Ecc.22. b.17. * [c] Graue est saxum, & onerosa arena : sed 3
ira stulti vtroque grauior.
* Ira non habet misericordiam,nec erum- 4
pens furor : & imperium concitati ferre quis
poterit?
* Melior est manifesta correptio, quam 5
amor absconditus.
* Meliora sunt vulnera diligentis, quàm 6
fraudulenta oscula odientis.
[d]Iob 6. b.7. * [d] Anima saturata calcabit fauum: & ani- 7
ma esuriens etiã amarum pro dulci sumet.
* Sicut auis transmigrans de nido suo, sic 8
vir,qui deserinquit locum suum. B
* Vnguento,& varijs odoribus delectatur 9
cor:& bonis amici cõsilijs anima dulcoratur.
* Amicum tuum, & amicum patris tui 10
ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingre-
diaris in die afflictionis tuæ.
Melior est vicinus iuxta,quã frater procul.
*Stude sapiẽtiæ fili mi,& lętifica cor meũ,11
vt possis exprobranti respõdere sermonem.
*Astutus videns malum,abscondit se:12
paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. C
[e]Sup.20. c.16. * [e] Tolle vestimentũ eius, qui spondit 13
pro extraneo : & pro alienis, auferei pignus.
* Qui benedicit proximo suo voce grãdi, 14
de nocte consurgens maledicenti similis erit.
[f]Sup.19. b.13. * [f] Tecta perstillantia in die frigoris, & li- 15
tigiosa mulier cõparantur:*qui retinet eam. 16
quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ
suæ vocabit.
* Ferrũ ferro exacuitur, & homo exacuit 17
faciem amici sui.
* Qui seruat ficum,comedet fructus eius: 18
& qui custos est domini sui,glorificabitur.
* Quomodo in aquis respiendent vultus 19
prospicientium,sic corda hominum manifes-
ta sunt prudentibus.
[g]Ecc.14. b.10. * [g] Infernus,& perditio numquã implen- 20
tur:similiter, & oculi hominum insatiabiles.
[h]Sup.17. a.3. * [h] Quomodo probatur in conflatorio ar- 21
gentum, & in fornace aurum : sic probatur
homo ore laudantis.
Cor iniqui inquirit mala, cor autem re- D
ctum inquirit scientiam,

22 *Si contuderis stultum in pila quasi pisã-
nas feriente desuper pilo, non auferetur ab
eo stultitia eius.
23 * Diligenter agnosce vultum pecoris tui,
tuosque greges considera;
24 * Non enim habebis iugiter potestatem:
sed corona tribuetur in generationem, &
generationem.
25 * Aperta sunt prata, & apparuerunt her-
bæ virentes, & collecta sunt fœna de mon-
tibus.
26 * [a] Agni ad vestimentum tuum : & hœdi, [a] 1.Tim. 6.b.8.
ad agri pretium.
27 * Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos,
& in necessaria domus tuę:& ad victum an-
cillis tuis.

CAP. XXVIII.

1 FVgit impius,nemine persequente:iustus
A autem quasi leo confidens,absque terro-
re erit.
2 * Propter peccata terræ multi principes
eius : & propter hominis sapientiam, & ho-
rum scientiam, quæ dicuntur, vita dulcis
longior erit.
3 * Vir pauper calumnians pauperes,similis
est imbri vehementi, in quo paratur fames.
4 *Qui derelinquunt legem,laudant impiũ:
qui custodiunt,succenduntur contra eum.
5 * Viri mali non cogitant iudicium:qui au-
tem inquirũt Dñm, animaduertunt omnia.
6 * [a] Melior est pauper ambulans in simpli- [a]Sup.19. a.1.
citate sua, quam diues in prauis itineribus.
7 * Qui custodit legem, filius sapiens est:qui
B autem commessatores pascit: confundit pa-
trem suum.
8 * Qui coaceruat diuitias vsuris, & fœnore
liberalij, in pauperes congregat eas.
9 *Qui declinat aures suas ne audiat legem,
oratio eius erit execrabilis.
10 * Qui decipit iustos in via mala, in interi-
tu suo corruet: & simplices possidebunt bo-
na eius.
11 *Sapiens sibi videtur vir diues:pauper au-
tem prudens scrutabitur eum.
12 * In exultatione iustorum multa gloria
est: regnantibus impijs ruinæ hominum.
13 * Qui abscondit scelera sua,nõ dirigetur:
qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea,
misericordiam consequetur.
14 * Beatus homo, qui semper est pauidus:
qui vero mentis duræ,corruet in malum.
15 * Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps
impius super populum pauperem.
16 * Dux indigens prudentia, multos oppri-
C met per calumniam : qui autem odit auari-
tiam,longi fient dies eius.
17 * Hominem,qui calumniatur aliã sangui-
nem,si vsque ad lacũ fugerit, nemo sustinet.
18 * Qui ambulat simpliciter, saluus erit : qui
peruersus graditur vijs,concidet semel.
19 * [a] Qui operatur terram suam, satiabitur [a]Sup.12. b.11. Eccl. 20. d.39.
panibus ; qui autem sectatur otium, repleb-
tur egestate.

Sup. 13. * Vir fidelis multum laudabitur, [n]qui au- 20
b. 11. & tam festinat ditari, non erit innocens.
20. c. 21. * Qui cognoscit in iudicio faciem, non be- 21
ne facit: ipse & pro buccella panis deserit veritatem.
* Vir, qui festinat ditari, & alijs inuidet, 22
ignorat, quod egestas superueniet ei. D
* Qui corripit hominem, gratiam postea 23
inueniet apud eum magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.
* Qui subtrahit aliquid: à patre suo, & à 24
matre: & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.
* Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: 25
qui verò sperat in Domino, sanabitur.
* Qui confidit in corde suo stultus est: qui 26
autem graditur sapienter, ipse saluabitur.
* Qui dat pauperi, non indigebit: qui de- 27
spicit deprecantem, sustinebit penuriam.
* Cum surrexerint impij, abscondentur 28
homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

CAP. XXIX.

VIro, qui corripientem dura ceruice con- 1
temnit, repentinus ei superueniet inte- A
ritus: & eum sanitas non sequetur.
* In multiplicatione iustorum lætabitur 2
vulgus: cum impij sumpserint principatum, gemet populus.
* Vir, qui amat sapientiam, lætificat patrẽ 3
Luc. 15. c. 13. suum: [n]qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.
* Rex iustus erigit terram, vir auarus de- 4
struet eam.
* Homo, qui blandis, fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.
* Peccatem virum iniquum inuoluet la- 6
queus: & iustus laudabit, atque gaudebit.
* Nouit iustus causam pauperum: impius 7
ignorat scientiam. B
* Homines pestilentes dissipant ciuitatẽ: 8
sapientes verò auertunt furorem.
* Vir sapiens, si cum stulto contendetit, si- 9
ue irascatur, siue rideat, non inueniet requiẽ.
* Viri sanguinum oderunt simplicem: iu- 10
sti autem quærunt animam eius.
* Totum spiritum suum profert stultus: 11
sapiens differt, & reseruat in posterum.
* Princeps, qui libenter audit verba men- 12
dacij, omnes ministros habet impios.
* Pauper, & creditor obuiauerunt sibi: 13
vtriusque illuminator est Dominus.
* Rex, qui iudicat in veritate pauperes, 14
thronus eius in æternum firmabitur.
* Virga, atque correptio tribuit sapiẽtiam: 15
puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, C
confundit matrem suam.
* In multiplicatione impiorum multipli- 16
cabuntur scelera: & iusti ruinas eorum videbunt.
* Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & 17
dabit delicias animæ tuæ.
* Cum propheria defecerit, dissipabitur 18
populus: qui verò custodit legem, beatus est.
19 * Seruus verbis non potest erudiri: quia
quod dicis intelligit, & respondere contemnit.
20 * Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quàm illius correptio.
21 * Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.
22 * Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad
D indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.
23 * [n]Superbum sequitur humilitas: & hu- [n] Iob 22. d. 29.
milem spiritu suscipiet gloria.
24 * Qui cum fure participat, odit animam
suam: adiurantem audit, & non indicat.
25 * Qui timet hominem, citò corruet: qui
sperat in Domino, subleuabitur.
26 * Multi requirunt faciem principis: & iudicium à Domino egreditur singulorum.
27 * Abominantur iusti virum impium: &
abominãtur impij eos, qui in recta sunt via.
Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

CAP. XXX.

1 VErba Congregantis filij Vomentis. Visio, quam locutus est vir, cum quo est
A Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait.
2 * Stultissimus sum virorum, & sapientia
hominum non est mecum.
3 * Non didici sapientiã, & non noui scientiam sanctorum.
4 * Quis ascendit in cælum atq. descendit?
quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit oẽs terminos terræ? quod nomen est eius, & qd nomen filij eius, si nosti?
5 * [n] Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est [n] Ps. 11. b. 7.
6 sperantibus in se: * [n] ne addas quidquam
verbis illius, & arguaris, inueniarisque [n] Deut. 4. a. 2. & 12. d. 32.
mendax.
7 * Duo rogaui te, ne deneges mihi antequã
B moriar.
8 * Vanitatem, & verba mendacia longè
fac à me.
Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: *
9 ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicã,
Quis est Dominus? * aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.
10 * Ne accuses seruum ad Dominum suum,
ne fortè maledicat tibi, & corruas.
11 * Generatio, quæ patri suo maledicit, &
quæ matri suæ nõn benedicit.
12 * Generatio, quæ sibi munda videtur, &
tamen non est lota à sordibus suis.
13 * Generatio, cuius excelsi sunt oculi, &
palpebræ eius in alta surrectæ.
14 * Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

* San-

* Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Af- 15
fer, Affer.
Tria sunt insatiabilia, & quartum, quod C
numquam dicit: Sufficit.
* Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non 16
satiatur aqua: ignis verò numquam dicit: Sufficit.
* Oculum, qui subsannat patrem, & qui 17
despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.
* Tria sunt difficilia mihi, & quartum pe- 18
nitus ignoro.
* Viam aquilæ in cælo, viã colubri super 19
petrem, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.
* Talis est, & via mulieris adulteræ, quæ 20
comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malum.
* Per tria mouetur terra, & quartum non 21
potest sustinere.
* Per seruum cum regnauerit: per stultum 22
cum saturatus fuerit cibo: * per odiosam 23
mulierem cũ in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.
* Quatuor sunt minima terræ, & ipsa 24
sunt sapientiora sapientibus. D
* Formicæ, populus infirmus, qui præpa- 25
rat in messe cibum sibi, * lepusculus, plebs 26
inualida, qui collocat in petra cubile suum: * regem locusta non habet, & egreditur vni- 27
uersa per turmas suas: * stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.
* Tria sunt, quæ bene gradiuntur, & quar- 29
tum, quod incedit feliciter:
* Leo fortissimus bestiarum, ad nullius 30
pauebit occursum: * gallus succinctus lum- 31
bos: & aries: nec est rex, qui resistat ei.
* Est qui stultus apparuit postquam eleua- 32
tus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.
* Qui autem fortiter premit vbera ad eli- 33
ciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

CAP. XXXI.

VErba Lamuelis regis. Visio, qua erudi- 1
uit eum mater sua.
A
* Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, 2
quid dilecte votorum meorum?
* Ne dederis mulieribus substantiam 3
tuam, & diuitias tuas ad delendos reges.
* Noli regibus, ò Lamuel, noli regibus da- 4
re vinum: quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas, * & ne fortè bibant, & obliti- 5
scantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis.
6 * Date siceram mærentibus, & vinum his,
7 qui amaro sunt animo: * bibant, & obliui-
scantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs.
8 * Aperi os tuum muto, & causis omnium
9 filiorum, qui pertranseunt: * aperi os tuum,
decerne quod iustum est, & iudica inopem, & pauperem.
10 * Mulierem fortem quis inueniet? procul,
A & de vltimis finibus pretium eius.
11 * Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non
indigebit.
12 * Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.
13 * Quæsiuit lanam, & linum, & operata est
consilio manuum suarum.
14 * Facta est quasi nauis institoris, de longe
portans panem suum.
15 * Et nocte surrexit, deditque prædam do-
mesticis suis, & cibaria ancillis suis.
16 * Considerauit agrum, & emit eum: de
fructu manuum suarum plantauit vineam.
17 * Accinxit fortitudine lumbos suos, & ro-
borauit brachium suum.
18 * Gustauit, & vidit quia bona est negocia-
tio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.
19 * Manum suam misit ad fortia, & digiti
C eius apprehenderunt fusum.
20 * Manum suam aperuit inopi, & palmas
suas extendit ad pauperem.
21 * Non timebit domui suæ à frigoribus ni-
uis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
22 * Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, &
purpura indumentum eius.
23 * Nobilis in portis vir eius, quando sede-
rit cum senatoribus terræ.
24 * Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum
D tradidit Chananæo.
25 * Fortitudo, & decor indumentum eius,
& ridebit in die nouissimo.
26 * Os suum aperuit sapientiæ, & lex cle-
mentiæ in lingua eius.
27 * Considerauit semitas domus suæ, & pa-
nem otiosa non comedit.
28 * Surrexerunt filij eius, & beatissimã præ-
dicauerunt: vir eius, & laudauit eam.
29 * Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu
supergressa es vniuersas.
30 * Fallax gratia, & vana est pulchritudo:
mulier timens Dominum ipsa laudabitur.
31 Date ei de fructu manuum suarum: &
laudent eam in portis opera eius.

ECCLESIASTES,

Qui ab Hebræis

COHELETH APPELLATVR.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Eccleſiaſtæ, filij 1
Dauid, regis Ieruſalem.* 2
Vanitas vanitatum, dixit A
Eccleſiaſtes: vanitas vani-
tatum, & omnia vanitas.* 3
Quid habet amplius ho-
mo de vniuerſo labore
ſuo, quo laborat ſub Sole?
*Generatio præterit, & generatio aduenit, 4
terra autem in æternum ſtat. * Oritur Sol, 5
& occidit, & ad locum ſuum reuertitur: B
ibique renaſcens, * gyrat per Meridiem, & 6
flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa
in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos
reuertitur. * Omnia flumina intrant in ma- 7
re, & mare non redundat: ad locum, vnde
exeunt flumina, reuertuntur vt iterũ fluant.
* Cunctæ res difficiles: non poteſt eas ho- 8
mo explicare ſermone. Non ſaturatur ocu-
lus viſu, nec auris auditu impletur. * Quid 9
eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt.
Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod fa-
ciendum eſt.* Nihil ſub Sole nouũ: nec va- 10
let quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt: iam C
enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante
nos.* Nõ eſt priorum memoria: ſed nec eo- 11
rum quidem, quæ poſtea futura ſunt, erit re-
cordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſ-
ſimo.* Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Ie- 12
ruſalẽ,* & propoſui in animo meo quære- 13
re, & inueſtigare ſapienter de omnibus, quæ
fiũt ſub Sole. Hanc occupationem peſſimam
dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur
in ea.* Vidi cuncta, quæ fiunt ſub Sole, & 14
ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus. D
* Peruerſi difficilè corriguntur, & ſtultorũ 15
infinitus eſt numerus.* Locutus ſum in cor- 16
de meo, dicens: Ecce magnus effectus ſum,
& præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt an-
te me in Ieruſalem: & mens mea contem-
plata eſt multa ſapienter, & didici.* Dediq. 17
cor meum vt ſcirem prudentiam, atque do-
ctrinam, erroreſque, & ſtultitiam: & agnoui
quòd in his quoque eſſet labor, & afflictio
ſpiritus,* eo quòd in multa ſapientia multa 18
ſit indignatio; & qui addit ſcientiam, addit
& laborem.

CAP. II.

1 DIxi ego in corde meo: Vadam, & affluã
A delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd
2 hoc quoque eſſet vanitas.* Riſum reputaui
errorẽ: & gaudio dixi: Quid fruſtra decipe-
3 ris?* Cogitaui in corde meo abſtrahere à vi-
no carnem meam, vt animum meum tranſ-
ferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtulti-
tiã, donec viderem quid eſſet vtile filijs ho-
minum: quo facto opus eſt ſub Sole numero
4 dierum vitæ ſuæ.* Magnificaui opera mea,
ædificaui mihi domos, & plantaui vineas,
5 * feci hortos, & pomaria, & conſerui ea cun-
6 cti generis arboribus,* & extruxi mihi piſci-
nas aquarum, vt irrigarem ſiluam lignorum
7 germinantium, * poſſedi ſeruos, & ancillas,
B multamque familiam habui: armenta quo-
que, & magnos ouium greges vltra omnes
8 qui fuerunt ante me in Ieruſalem: * coacer-
uaui mihi argentum, & aurũ, & ſubſtantias
regum, ac prouinciarum: feci mihi cantores
& cantatrices, & delicias filiorum hominũ,
ſcyphos, & vrceos in miniſterio ad vina fun
9 dẽda:* & ſupergreſſus ſum opibus omnes,
qui ante me fuerunt in Ieruſalem: ſapientia
10 quoq perſeuerauit mecum.* Et omnia, quæ
deſiderauerũt oculi mei, non negaui eis: nec
prohibui cor meum, quin omni voluptate
frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præpa-
raueram: & hanc ratus ſum partem meam,
11 ſi vterer labore meo.* Cumque me conuer-
C tiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant ma-
nus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſu-
daueram, vidi in omnibus vanitatem, & af-
flictionem animi, & nihil permanere ſub So
12 le.* Tranſiui ad contemplandam ſapientiã,
erroresque, & ſtultitiam (quid eſt, inquam,
homo, vt ſequi poſſit regem Factorẽ ſuũ?)
13 *& vidi quòd tantum præcederet ſapientia
ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris.
14 * [a] Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in
tenebris ambulat: & didici quod vnus vtriuſ-
15 que eſſet interitus.* Et dixi in corde meo: Si
vnus, & ſtulti, & meus occaſus erit, quid mi-
hi prodeſt quòd maiorem ſapientiæ dedi
operam? Locutuſq. cũ mente mea, animad-
uerti

[a] Inf. 8. a. 1. Pro. 17. d. 25.

uerti quod hoc quoque eſſet vanitas.* Non 16
enim erit memoria ſapiẽtis ſimiliter vt ſtul-
ti in perpetuum, & futura tpa obliuione cũ-
cta pariter operient: moritur doctus ſimili-
ter vt indoctus.* Et idcirco tæduit me vitæ 17
meæ videntem mala vniuerſa eſſe ſub Sole, D
& cuncta vanitatem, & afflictionem ſpiri-
tus.* Rurſus deteſtatus ſum omnem indu- 18
ſtriã meam, qua ſub Sole ſtudioſiſſimè labo-
raui, habiturus hæredem poſt me, * quem 19
ignoro, vtrũ ſapiens an ſtultus futurus ſit, &
dominabitur in laboribus meis, quib. deſu-
daui, & ſolicitus fui, & eſt quidquam tã va-
num?* Vnde ceſſaui, renunciauitq. cor meũ 20
vltra laborare ſub Sole.* Nam cum alius la- 21
boret in ſapientia, & doctrina, & ſolicitudi-
ne, homini otioſo quæſita dimittit: hoc er-
go, vanitas, & magnum malum. * Quid 22
enim proderit homini de vniuerſo labore
ſuo, & afflictione ſpiritus, qua ſub Sole cru-
ciatus eſt? * Cuncti dies eius dolorib. & æ- 23
rumnis pleni ſunt, nec per noctem mẽte re-
quieſcit: & hoc nonne vanitas eſt? * Nonne 24
melius eſt comedere, & bibere, & oſtendere
animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc
de manu Dei eſt.* Quis ita deuorabit, & de- 25
licijs affluet vt ego?* Homini bono in con- 26
ſpectu ſuo dedit Deus ſapientiã, & ſcientiã,
& lætitiam: peccatori autem dedit afflictio-
nem, & curam ſuperfluam, vt addat, & con-
greget, & tradat ei qui placuit Deo: ſed &
hoc vanitas eſt, & caſſa ſolicitudo mentis.

CAP. III.

OMnia tempus habent, & ſuis ſpatijs 1
tranſeunt vniuerſa ſub cælo. A
*Tempus naſcendi, & tempus moriendi. 2
Tempus plantandi, & tempus euellendi
quod plantatum eſt.
* Tempus occidendi, & tempus ſanandi: 3
Tempus deſtruendi, & tempus ædificãdi.
* Tempus flendi, & tempus ridendi. 4
Tempus plangendi, & tempus ſaltandi.
* Tempus ſpargendi lapides, & tempus 5
colligendi.
Tempus amplexãdi, & tempus longè fie-
ri ab amplexibus.
* Tempus acquirendi, & tempus per- 6
dendi. B
Tempus cuſtodiendi, & tempus abij-
ciendi.
* Tempus ſcindẽdi, & tẽpus conſuendi. 7
Tempus tacendi, & tempus loquendi.
* Tempus dilectionis, & tempus odij. 8
Tempus belli, & tempus pacis.
* Quid hẽt amplius homo de labore ſuo? 9
* Vidi afflictionẽ, quã dedit Deus filijs ho- 10
minum, vt diſtendantur in ea.* Cuncta fe- 11
cit bona in tempore ſuo, & mundum tradi-
dit diſputationi eorum, vt non inueniat hõ
opus, quod operatus eſt Deus ab initio vſq.
ad finem.* Et cognoui quod non eſſet me- 12
lius niſi lætari, & facere bene in vita ſua.* 13
Omnis enim homo, qui comedit, & bibit,
C & videt bonum de labore ſuo, hoc donum
14 Dei eſt.* Didici quod omnia opera, quæ fe-
cit Deus, perſeuerent in perpetuum: non poſ
ſumus eis quidquam addere, nec auferre,
15 quæ fecit Deus vt timeatur.* Quod factum
eſt, ipſum permanet, quæ futura ſunt, iam
16 fuerunt: & Deus inſtaurat quod abijt.* Vidi
ſub Sole in loco iudicij impietatem, & in lo-
17 co iuſtitiæ iniquitatem. * Et dixi in corde
meo: Iuſtum, & impium iudicabit Deus,
18 & tempus omnis rei tunc erit.* Dixi in cor-
de filijs hominum, vt probaret eos Deus,
19 & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. * Idcirco
D vnus interitus eſt hominis, & iumento-
rum, & æqua vtriuſque conditio: ſicut mo-
ritur homo, ſic & illa moriuntur: ſimili-
ter ſpirant omnia, & nihil habet homo iu-
mento amplius: cuncta ſubiacent vanita-
20 ti, * & omnia pergunt ad vnum locum: de
terra facta ſunt, & in terram pariter reuer-
21 tuntur.* Quis nouit ſi ſpiritus filiorum A-
dam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumen-
22 torum deſcendat deorſum?* Et deprehen-
di nihil eſſe melius quam lætari hominem
in opere ſuo, & hanc eſſe partem illius. Quis
enim eum adducet, vt poſt ſe futura co-
gnoſcat?

CAP. IV.

1 VErti me ad alia, & vidi calumnias, quæ
A ſub Sole geruntur, & lacrimas innocen
tium, & neminem conſolatorem: nec poſſe
reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxi-
2 lio deſtitutos.* Et laudaui magis mortuos,
3 quam viuentes:* & feliciorem vtroque iudi-
caui, qui necdum natus eſt, nec vidit mala
4 quæ ſub Sole fiunt.* Rurſum contemplatus
ſum omnes labores hominum, & induſtrias
animaduerti patere inuidiæ proximi: & in
5 hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt.*
Stultus complicat manus ſuas, & comedit
6 carnes ſuas, dicens.* Melior eſt pugillus cum
B requie, quam plena vtraq. manus cum labo-
7 re, & afflictione animi * Conſiderans reperi
8 & aliam vanitatem ſub Sole:* vnus eſt, & ſe-
cundũ non habet, non filium, non fratrem,
& tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur
oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens: Cui
laboro, & fraudo animam meam bonis? in
9 hoc quoq. vanitas eſt, & afflictio peſſima.*
Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quam vnũ:
habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ:
10 * ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ ſo-
C li: quia cum ceciderit, non habet ſubleuan-
11 tẽ ſe.* Et ſi dormierint duo, fouebũtur mu-
12 tuo: vnus quomodo calefiet?* Et ſi quiſpiã
præualuerit contra vnum, duo reſiſtunt ei:
13 funiculus triplex difficilè rumpitur. * Me-
lior eſt puer pauper, & ſapiens, rege ſene, &
14 ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum.*
Quod de carcere, catenisque interdum
quis egrediatur ad regnum: & alius natus
15 in regno, inopia conſumatur. * Vidi cun-
ctos viuentes, qui ambulant ſub Sole cum
adole-

adolescente secundo, qui consurget pro eo. D
* infinitus numerus est populi omnium, 16
qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri
sunt non lætabuntur in eo, sed & hoc vanitas & afflictio spiritus.* Custodi pedē tuū 17
ingrediens domum Dei,& appropinqua, vt
audias."Multo enim melior est obedientia,
quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid
faciunt mali.

" 1. Reg. 15. e. 22. Osee 6. c. 6.

CAP. V.

NE temere quid loquaris, neq. cor tuum 1
sit velox ad proferendum sermonem A
coram Deo, Deus enim in cælo, & tu super
terram: idcirco sint pauci, sermones tui.* 2
Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia. * Si 3
quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio,
sed quodcumque voueris, redde:* multoq. 4
melius est non vouere: quam post votum B
promissa nō reddere.* Ne dederis os tuum 5
vt peccare facias carnem tuam: neque dicas
coram angelo: Non est prouidentia: ne fortè
iratus Deus contra sermones tuos, dissipet
cuncta opera manuum tuarum.* Vbi mul- 6
ta sunt somnia, plurimæ sunt vanitates,&
sermones innumeri: tu verò Deum time.* 7
Si videris calumnias egenorum, & violenta
iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia,
non mireris super hoc negotio: quia excelso
excelsior est alius,& super hos quoq. eminētiores sunt alij,* & insuper vniuersæ terræ 8
rex imperat seruienti. * Auarus non imple- 9
bitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum C
non capiet ex eis,& hoc ergo vanitas. * Vbi 10
multæ sunt opes, multi,& qui comedūt eas.
Et quid prodest possessori, nisi quod cernit
diuitias oculis suis:* Dulcis est somnus ope- 11
ranti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non finit eum dormi-
re.* " Est & alia infirmitas pessima, quam 12
vidi sub Sole: diuitiæ conseruatæ in malum
Domini sui. * Pereunt enim in afflictione 13
pessima: generauit filium, q in summa egestate erit.*"Sicut egressus est nudus de vte- 14
ro matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet
secum de labore suo. * Miserabilis prorsus 15
infirmitas: quo modo venit, sic reuertetur.
Quid ergo prodest ei quod laborauit in vē- D
tum?* Cunctis diebus vitæ suæ comedit in 16
tenebris,& in curis multis,& in ærumna atque tristitia.* Hoc itaq. visum est mihi bo- 17
num vt comedat quis, & bibat, & fruatur
lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse
sub Sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus,& hæc est pars illius.* Et omni 18
homini, qui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit, vt comedat ex eis,& fruatur parte sua, & lætetur de
labore suo: hoc est donum Dei.* Non enim 19
satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quod
Deus occupet delicijs cor eius.

" Iob 20. c. 20.
" Iob 1. d. 21.
1. Tim. 6. b. 7.

CAP. VI.

1 EST,& aliud malum, quod vidi sub Sole,
A & quidem frequens apud homines: *
2 Vir, cui dedit Deus diuitias,& substantiam,
& honorē, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat: nec tribuit ei potestatē
Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus
vorabit illud, hoc vanitas, & miseria ma-
3 gna est. * Si genuerit quispiam centum libe-
B ros, & vixerit multos annos, & plures dies
ætatis habuerit, & anima illius non vtatur
bonis substantiæ suæ, sepulturaq careat: de
hoc ego pronuncio quod melior illo sit abor-
4 tiuus.* Frustra enim venit,& pergit ad tene-
5 bras, & obliuione delebitur nomen eius. *
C Non vidit solē, neq. cognouit distantiā bo-
6 ni,& mali. * et si duob millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nonne ad
7 vnū locū properant omnia? * Omnis labor
hominis in ore eius: sed anima eius nō im-
8 plebitur. * Quid hēt amplius sapiens à stulto?& quid pauper nisi vt pergat illuc, vbi est
9 vita?* Melius est videre q cupias, quam de-
D siderare quod nescias, sed & hoc vanitas est,
10 & præsumptio spiritus.* Qui futurus est, iā
vocatum est nomen eius: & scitur q homo
sit,& non possit contra fortiorem se in iudi-
11 cio cōtendere * Verba sunt plurima, multāque in disputando habentia vanitatem.

CAP. VII.

1 QVid necesse est homini maiora se que-
A rere, cum ignoret quid conducat sibi
in vita sua numero dierum peregrinationis
suæ, & tempore, quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eū
2 futurum sub Sole sit? * " Melius est nomen
bonum, quàm vnguenta pretiosa: & dies
3 mortis die natiuitatis.* Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij: in
illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.
4 * Melior est ira risu: quia per tristitiam vul-
5 tus, corrigitur animus delinquētis. * Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum
6 vbi lætitia. * Melius est a sapiente corripi, q
7 stultorum adulatione decipi.* quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic ri-
8 sus stulti: sed & hoc vanitas.* Calumnia cō-
turbat sapientē,& perdet robur cordis illius
9 * Melior est finis orationis, q principiū. Me-
B lior est patiens arrogante.* Ne sis velox ad
10 irascendum: quia ira in sinu stulti requie-
11 scit. * Ne dicas: Quid putas causæ est quod
priora tempora meliora fuere quam nunc
sunt? stulta enim est huiuscemodi interro-
12 gatio.* Vtilior est sapiētia cū diuitijs,& ma-
13 gis prodest videntibus solē.* Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc aūt
plus habet eruditio & sapientia, quod vitā
14 tribuunt possessori suo. * Considera opera
Dei, quod nemo possit corrigere quem ille
de-

" Prou. 22. a. 1.

despexerit.* In die bona fruere bonis,& ma 15
lam diem præcaue, sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias * Hæc quoque 16
vidi in diebus vanitatis meæ: Iustus perit in
iustitia sua, & impius multo viuit tempore
in malitia sua.
* Noli esse iustus multum: neque plus sa- 17
pias quam necesse est, ne obstupescas.
* Ne impie agas multum:& noli esse stul 18
tus, ne moriaris in tempore non tuo. C
* Bonum est te sustentare iustum, sed & 19
ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui
timet Deum, nihil negligit. * Sapientia con- 20
fortauit sapientem super decem principes ciuitatis.* " Non est enim homo iustus in ter- 21
ra qui faciat bonum, & non peccet. * Sed & 22
cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias seruū tuū
maledicentem tibi. * scit enim conscientia 23
tua, quia & tu crebro maledixisti alijs.* Cū- 24
cta tentaui in sapientia. Dixi: Sapiens efficiar:& ipsa lōgius recessit à me * multo ma- 25
gis quam erat: & alia profunditas, quis inueniet eā? * Lustraui vniuersa animo meo, vt 26
scirem, & considerarem,& quærerem sapiē- D
tiam,& rationem: & vt cognoscerem impietatem stulti,& errorem imprudentium:*& 27
inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vin
cula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur
ab illa. * Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, 28
vnum & alterum, vt inuenirem rationem,
* quam adhuc querit anima mea,& non in- 29
ueni. Virum de mille vnū reperi, mulierem
ex omnibus non inueni.* Solummodo hoc 30
inueni, quod fecerit Deus hominē rectum,
& ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.
Quis talis vt sapiens est? & quis cognouit
solutionem verbi?

" 3. Reg. 8. e. 46. 2. Par. 6. g. 36. Prou. 20. b. 9. 1. Io. 1. c. 8.

CAP. VIII.

SApientia hominis lucet in vultu eius, & 1
potentissimus faciem illius commutabit. A
* Ego os regis obseruo, & præcepta iuramē- 2
ti Dei.* Ne festines recedere à facie eius, neq. 3
permaneas in opere malo: quia omne, quod
voluerit, faciet: * & sermo illius potestate 4
plenus est: nec dicere ei quisquam potest:
Quare ita facis? * Qui custodit præceptum, 5
non experietur quidquam mali. Tempus &
responsionem cor sapientis intelligit. * Om- 6
ni negocio tempus est, & opportunitas, &
multa hominis afflictio: * quia ignorat præ- 7
terita, & futura nullo scire potest nuncio. B
* Nō est in hominis potestate prohibere spi- 8
ritum, nec habet potestatem in die mortis,
nec finitur quiescere ingruente bello, neque
saluabit impietas impium. * Omnia hæc 9
consideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ sunt sub Sole. Interdum dominatur homo homini in malū suum. * Vidi 10
impios sepultos: qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in
ciuitate quasi iustorum operum, sed & hoc
11 vanitas est * Etenim quia non profertur citò
C contra malos sententia, absque timore vllo
12 filij hominum perpetrant mala. * Attamen
peccator ex eo quod centies facit malum, &
per patiētiam sustētatur, ego cognoui quod
erit bonum timentibus Deum, qui verentur
13 faciem eius.* Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra trāseat
14 qui non timent faciem Domini.* Est & alia
vanitas, quæ fit super terram, sunt iusti, quibus mala proueniūt, quasi opera egerint impiorū: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi
D iustorum facta habeant, sed & hoc vanissi-
15 mum iudico. * Laudaui igitur lætitiam q
non esset homini bonum sub Sole, nisi quod
comederet,& biberet, atque gauderet:& hoc
solum secum auferret de labore suo in die-
16 bus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub Sole.*
Et apposui cor meum vt scirem sapientiā,
& intelligerem distentionem, quæ versatur
in terra: est homo, qui diebus & noctibus
17 somnum non capit oculis. * Et intellexi q
omnium operum Dei nullam possit homo
inuenire rationem eorum, quę fiunt sub Sole:& quando plus laborauerit ad quærendū,
tanto minus inueniat: etiam si dixerit sapiēs
se nosse, non poterit reperire.

Sap. 2. c. 24.

CAP. IX.

1 OMnia hæc tractaui in corde meo, vt cu-
A riosè intelligerem: Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore, an odio di-
2 gnus sit: * sed omnia in futurum seruantur
incerta, eo quod vniuersa æque eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolāti victimas, & sacrificia contemnenti, sicut bonus sic & peccator: vt per-
3 iurus, ita & ille, qui verum deierat. * Hoc est
pessimum inter omnia, quæ sub Sole fiunt,
quia eadem cunctis eueniunt vnde & corda
filiorum hominum implētur malitia, & con
B temptu in vita sua,& post hæc ad inferos de-
4 ducentur. * Nemo est qui semper viuat, &
qui huius rei habeat fiduciam: melior est ca
5 nis viuus leone mortuo. * Viuentes enim
sciunt se esse morituros, mortui verò nihil
nouerūt amplius, nec habent vltra mercedē:
quia obliuioni tradita est memoria eorum
6 * Amor quoque, & odium,& inuidiæ simul
perierunt, nec habent partem in hoc sæculo,
7 & in opere, quod sub Sole geritur.* Vade er
C go,& comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo pla-
8 cent opera tua. * Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo
9 nō deficiat.* Perfruere vita cum vxore, quā
diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ,
qui dati sunt tibi sub Sole omni tempore vanitatis tuæ: hæc est enim pars in vita: & in
10 labore tuo, quo laboras sub Sole.* Quodcūque facere potest manus tua, instāter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec
scien-

scientia erunt apud inferos, quo tu properas.
* Verti me ad aliud, & vidi sub Sole, nec ve 11
locium esse cursum, nec fortium bellum, nec
sapientium panem, nec doctorum diuitias;
nec artificum gratiam: sed tempus, casum-
que in omnibus. * Nescit homo finē suum: 12
sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues
laqueo comprehendiuntur, sic capiuntur ho-
mines in tempore malo, cum eis extemplo
superuenerit. * Hanc quoque sub Sole vidi 13
sapientiam, & probaui maximam: * Ciui- 14
tas parua, & pauci in ea viri: venit contra eā D
rex magnus, & vallauit eam, extruxitque
munitiones per gyrum, & perfecta est obsi-
dio. * Inuentusque est in ea vir pauper, & sa- 15
piens, & liberauit vrbem per sapientiam
suam, & nullus deinceps recordatus est ho-
minis illius pauperis. * Et dicebam ego me- 16
liorem esse sapientiam fortitudine: quomo-
do ergo sapientia pauperis contempta est, &
verba eius non sunt audita? * Verba sapien 17
tium audiuntur in silentio plus quam cla-
mor principis inter stultos. * Melior est sa- 18
pientia, quam arma bellica: & qui in vno pec-
cauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

MVscæ morientes perdunt suauitatem 1
vnguenti. Pretiosior est sapiētia & glo- A
ria, parua & ad tempus stultitia. * Cor sa- 2
pientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra
illius. * Sed & in via stultus ambulans, cum 3
ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. * Si 4
spiritus potestatem habentis ascenderit su-
per te, locum tuū ne dimiseris: quia curatio
faciet cessare peccata maxima. * Est malum 5
quod vidi sub Sole, quasi per errorem egre-
diens à facie principis, * positum stultum in 6
dignitate sublimi, & diuites sedere deorsū.
* Vidi seruos in equis: & principes ambulan- 7
tes super terram quasi seruos. * ¶ Qui fodit 8
foueam, incidet in eam: & qui diffipat sepē: B
mordebit eum coluber. * Qui transfert lapi- 9
des: affligetur in eis: & qui scindit ligna, vul-
nerabitur ab eis. * Si retusum fuerit ferrū, 10
& hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit,
multo labore exacuetur, & post industriam C
sequetur sapientia. * Si mordeat serpens in 11
silentio, nihil eo minus habet qui occultè de-
trahit. * Verba oris sapientis gratia: & labia 12
insipientis præcipitabunt eum: * initium 13
verborum eius stultitia, & nouissimum oris
illius error pessimus. * Stultus verba multi- 14
plicat. Ignorat homo quid ante se fuerit, &
quid post se futurum sit, quis ei poterit indi-
care? * Labor stultorum affliget eos, qui ne- 15
sciunt in vrbem pergere. * Væ tibi terra, cu 16
ius rex puer est, & cuius principes mane co-
medunt. * Beata terra, cuius rex nobilis est, 17
& cuius principes vescuntur in tempore suo D
ad reficiendum, & non ad luxuriam: * In pi 18
gritijs humiliabitur consignatio, & in in fir-
mitate manuum perstillabit domus. * In ri- 19
sum faciunt panem, & vinum, vt epulentur

Pro. 26 d. 27. Eccli. 27 d. 29.

20 viuentes: & pecuniæ obediunt omnia. * In
cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto
cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia &
aues cæli portabunt vocem tuam, & qui ha-
bet pennas annunciabit sententiam.

CAP. XI.

1 MItte panem tuum super transeuntes
A aquas: quia post tempora multa inue-
2 nies illum. * Da partem septem, necnon &
octo: quia ignoras quid futurum sit mali su-
3 per terram. * Si repletæ fuerint nubes, im-
brem super terram effundent. Si ceciderit li-
4 gnum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in
quocumque loco ceciderit, ibi erit. * Qui ob-
5 seruat ventum, non seminat, & qui conside-
rat nubes, numquam metet. * Quomodo
B ignoras quę sit via spiritus, & qua ratione cō-
pingantur ossa in ventre prægnantis: sic ne-
scis opera Dei, qui fabricator est omnium.
6 * Mane semina semen tuum: & vespere ne
cesset manus tua: quia nescis quid magis o-
riatur, hoc aut illud, & si vtrumque simul,
7 melius erit. * Dulce lumen, & delectabile est
8 oculis videre Solē. * Si annis multis vixerit
homo: & in his omnibus lætatus fuerit, me-
C minisse debet tenebrosi temporis, & dierum
multorum: qui cum venerint, vanitatis ar-
9 guentur præterita. * Lætare ergo iuuenis in
D adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in
diebus iuuentutis tuæ. & ambula in vijs cor-
dis tui, & in intuitu oculorum tuorum: &
scito quod pro omnibus his adducet te Deus
10 in iudicium. * Aufer iram à corde tuo, &
amoue malitiam à carne tua. Adolescentia
enim & voluptas vana sunt.

CAP. XII.

1 MEmento creatoris tui in diebus iuuen
A tutis tuæ antequam veniat tempus af-
fictionis, & appropiuquent anni, de quibus
2 dicas: Non mihi placent, * antequam tene-
brescat Sol, & lumen, & Luna, & Stellæ, &
3 reuertantur nubes post pluuiam: * quando
commouebuntur custodes domus, & nuta-
B tes in minuto numero, & tenebrescent vidē-
4 tes per foramina: * & claudent Ostia in pla-
tea, in humilitate vocis molentis, & consur-
gent ad vocem volucris, & obsurdescēt om-
5 nes filiæ carminis. * Excelsa quoque time-
bunt, & formidabunt in via, florebit amyg-
dalus, impinguabitur locusta, & dissipabi-
tur capparis, quoniam ibit homo in domum
æternitatis suæ, & circuibunt in p atea plan-
6 gentes. * Antequam rumpatur funiculus ar-
genteus, & recurrat vitta aurea, & cōteratur
hydria super fontem, & cōfringatur rota su-
7 per cisternam, * & reuertatur puluis in terra
C suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum,
8 qui dedit illum. * Vanitas vanitatum, dixit
9 Ecclesiastes, & omnia vanitas. * Cumque es-
set sapientissimus Ecclesiastes, docuit popu-
lum, & enarrauit quæ fecerat, & inuestigans
com-

composuit parabolas multas. * Quæsiuit 10
verba vtilia, & conscripsit sermones rectissi-
mos, ac veritate plenos. * Verba sapientium 11
sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi,
quæ per magistrorum consilium data sunt à
pastore vno. * His amplius fili mi ne requi- 12
ras. Faciendi plures libros nullus est finis:
frequensque meditatio, carnis afflictio est.
13 * Finem loquendi pariter omnes audia-
mus, Deum time, & mandata eius obser-
14 ua: hoc est enim omnis homo, * & cun-
cta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium
pro omni errato, siue bonum, siue malum
illud sit.

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS,

Quod Hebraicè dicitur Sir Hasirim.

CAPVT PRIMVM.



OSCVLETVR me oscu- 1
lo oris sui: quia melio- A
ra sunt vbera tua vino, 2
* fragantia vnguentis op-
timis. Oleum effusum
nomen tuum: ideo ado-
lescentulæ dilexerunt te.
* Trahe me: post te curremus in odorem 3
vnguentorum tuorum. Introduxit me rex
in cellaria sua: exultabimus & lætabimur B
in te, memores vberum tuorum super vi-
num: recti diligunt te. * Nigra sum, sed 4
formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula
Cedar, sicut pelles Salomonis. * Nolite me 5
cōsiderare quòd fusca sim, quia decoloraui
me Sol: filij matris meæ pugnauerunt cōtra
me, posuerunt me custodem in vineis: vi-
neam meam non custodiui. * Indica mihi, 6
quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cu-
bes in meridie, ne vagari incipiam post gre-
ges sodalium tuorum. * Si ignoras te, ô pul- 7
cherrima inter mulieres, egredere, & abi post
vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta
tabernacula pastorum. * Equitatui meo in 8
curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. C
* Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: col- 9
lum tuum sicut monilia. * Murenulas au- 10
reas faciemus tibi, vermiculatas argento.
* Dū esset rex in accubitu suo, nardus mea 11
dedit odorem suum. * Fasciculus myrrhæ 12
dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmo-
rabitur. * Botrus Cypri dilectus meus mihi, 13
in vineis Engaddi. * Ecce tu pulchra es ami 14
ta mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colum- D
15 barum. * Ecce tu pulcher es dilecte mi, &
16 decorus. Lectulus noster floridus: * tigna
domorum nostrarum cedrina, laquearia no-
stra cypressina.

CAP. II.

1 EGo flos campi, & lilium conuallium.
2 * Sicut lilium inter spinas, sic amica mea
3 inter filias. * Sicut malus inter ligna silua-
A rum, sic dilectus meus inter filios. Sub vm-
bra illius, quem desideraueram, sedi: & fru-
4 ctus eius dulcis gutturi meo. * Introduxit
me in cellam vinariā, ordinauit in me charis-
5 tatem. * Fulcite me floribus, stipate me ma-
6 lis: quia amore langueo. * Læua eius sub ca-
B pite meo, & dextera illius amplexabitur me.
7 * Adiuro vos filiæ Ierusalē per capreas, cer-
tiosq. camporum, ne suscitetis, neque euigi-
lare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.
8 * Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in
9 montibus, transiliens colles: * similis est di-
lectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum,
en ipse stat post parietem nostrū respiciens
10 per fenestras, prospiciens per cancellos. * En
dilectus meus loquitur mihi: Surge, prope-
C ra amica mea, columba mea, formosa mea,
11 & veni. * Iam enim hiems transijt, imber
12 abijt, & recessit. * Flores apparuerunt in ter
ra nostra, tēpus putationis aduenit: vox tur-
13 turis audita est in terra nostra. * ficus protu
lit grossos suos: vineæ florentes dederunt
odorem suum. Surge amica mea, speciosa
14 mea, & veni, * columba mea in foramini-
bus

bus petræ, in cauerna macteriæ, ostende mihi D
faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis:
vox enim tua dulcis, & facies tua decora.
* Capite nobis vulpes paruulas, quæ demo- 15
liuntur vineas: nam vinea nostra floruit.
* Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur 16
inter lilia * donec aspiret dies, & inclinen- 17
tur vmbræ. Reuertere: similis esto, dilecte
mi, capreæ, hinnuloq. ceruorum super mon-
tes Bether.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctes quęsiui quē di- 1
ligit anima mea: quæsiui illum, & non in- A
ueni. * Surgam, & circuibo ciuitatem: per 2
vicos, & plateas quæram quem diligit anima
mea, quæsiui illum, & non inueni. * Inuene- 3
runt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem:
Num quē diligit anima mea, vidistis? * Pau- B
lulum cum pertransissem eos, inueni quem 4
diligit anima mea: tenui eum, nec dimit-
tam, donec introducam illum in domum
matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.
* Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, 5
ceruosque camporum, ne suscitetis, neque C
euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.
* Quæ est ista, quæ ascendit per deserturn si- 6
cut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, &
thuris, & vniuersi puluetris pigmentarij?
* En lectulum Salomonis sexaginta fortes 7
ambiunt ex fortissimis Israel: * omnes te- 8
nentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuf-
cuiusque ensis super femur suum propter ti-
mores nocturnos. * Ferculum fecit sibi rex 9
Salomon de lignis Libani: * columnas eius D
fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascen-
sum * purpureum: media charitate constra- 10
uit propter filias Ierusalem: * Egredimini 11
& videte filiæ Sion regem Salomonem in
diademate, quo coronauit illum mater sua
in die desponsationis illius, & in die lætitiæ
cordis eius.

CAP. IV.

QVam pulchra es amica mea, quàm pul- 1
chra es. Oculi tui columbarum, abs- A
que eo, quod intrinsecus latet. Capilli tui si-
cut greges caprarum, quæ ascenderunt de
monte Galaad. * Dentes tui sicut greges ton- 2
sarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes
gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.
* Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium 3
tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita B
genæ tuæ, absque eo, quod intrinsecus latet.
* Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædi- 4
ficata est cum propugnaculis; mille clypei
pendent ex ea, omnis armatura fortium.
* Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ ge- 5
melli, qui pascuntur in lilijs, * donec aspi- 6
ret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad
montem myrrhæ: & ad collem thuris. * To- 7
ta pulchra es amica mea, & macula non est
in te. * Veni de Libano sponsa mea, veni de 8
Libano, veni; coronaberis de capite Ama- C
na, de vertice Sanir, & Hermō, de cubilibus
leonum, de montibus pardorum. * Vulne- 9
rasti cor meum soror mea sponsa, vulnera-
sti cor meum in vno oculorum tuorum, &
10 in vno crine colli tui. * Quam pulchræ sunt
mammæ tuæ soror mea sponsa? pulchriora
sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum
11 tuorum super omnia aromata. * Fauus di-
stillans labia tua sponsa, mel & lac sub lin-
gua tua: & odor vestimentorum tuorum si-
12 cut odor thuris. * Hortus conclusus, soror
mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
13 * Emissiones tuæ paradisus malorum puni- D
corum cum pomorum fructibus. Cypri cum
14 nardo, * nardus, & crocus, fistula, & cinna-
momum cum vniuersis lignis Libani, myr-
ra, & aloe cum omnibus primis vnguentis.
15 * Fons hortorum: puteus aquarum viuen-
16 tium, quæ fluunt impetu de Libano. * Surge
Aquilo, & veni Auster, perflia hortū meum
& fluant aromata illius.

CAP. V.

1 VEniat dilectus meus in hortum suum,
A & comedat fructus pomorū suorum.
Veni in hortum meum soror mea sponsa,
messui myrrham meam cum aromatibus
meis: comedi fauum cum melle meo, bibi
vinum meum cum lacte meo: comedite
amici, & bibite, & inebriamini charissimi.
2 * Ego dormio, & cor meum vigilat: vox di-
B lecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea,
amica mea, columba mea, immaculata mea:
quia caput meum plenum est rore, & cincin-
3 ni mei guttis noctium. * Expoliaui me tuni-
ca mea, quomodo induar illa? laui pedes
4 meos, quomodo inquinabo illo? * Dilectus
meus misit manū suā per foramē, & venter
5 meus intremuit ad tactum eius. * Surrexi, vt
aperirem dilecto meo: manus meæ stillaue-
runt myrrham, & digiti mei pleni myrrha
6 probatissima. * Pessulum ostij mei aperui
dilecto meo, at ille declinauerat, atque tran-
sierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus
est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui,
7 & non respondit mihi. * Inuenerunt me cu-
C stodes, qui circumeunt ciuitatem: percusse-
runt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pal-
8 lium meum mihi custodes murorum. * Adi-
uro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dile-
ctum meum, vt nuncietis ei, quia amore lan-
9 gueo. * Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô
pulcherrima mulierum? qualis est dilectus
10 tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? * Di-
lectus meus candidus, & rubicūdus, electus
11 ex millibus. * Caput eius aurum optimum:
Comæ eius sicut elatæ palmarū, nigræ qua-
12 si coruus. * Oculi eius sicut columbæ super
riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, &
13 residentiuxta fluenta plenissima * Genæ il-
lius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmē
tarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham
14 primam. * Manus illius tornatiles aureæ,
D plenæ hyacinthis, Venter eius eburneus,
diffin-

ctus sapphiris. * Crura illius colum- 15
næ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super ba-
ses aureas. Species eius vt Libani, electus, vt
cedri. * Guttur illius suauissimum, & totus 16
desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse
est amicus meus, filiæ Ierusalem. * Quo a- 17
bijt dilectus tuus o pulcherrima mulierum?
quo declinauit dilectus tuus, & quærentus
eum tecum?

CAP. VI.

DIlectus meus descendit in hortum suū 1
ad areolam aromatum, vt pascatur in A
hortis, & lilia colligat. * Ego dilecto meo, & 2
dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.
* Pulchra es amica mea, suauis, & decora 3
sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies
ordinata. * Auerte oculos tuos à me, quia ipsi 4
me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex B
caprarum, quæ apparuerūt de Galaad. * Dē- 5
tes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de
lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis
non est in eis. * Sicut cortex mali punici, sic 6
genæ tuæ absque occultis tuis. * Sexaginta 7
sunt reginæ, & octoginta cōcubinæ, & adole-
scentularum non est numerus. * Vna est co- 8
lumba mea, perfecta mea, vna est matris C
suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ,
& beatissimam prædicauerunt, reginæ, & cō-
cubinæ, & laudauerunt eam. * Quæ est ista, 9
quæ progreditur quasi aurora consurgens,
pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis
vt castrorum acies ordinata? * Descendi in 10
hortum nucum, vt viderem poma conual- D
lium, & inspicerem si floruisset vinea, & ger
minassent mala punica. * Nesciui: anima 11
mea conturbauit me propter quadrigas Ami
nadab. * Reuertere reuertere Sulamitis: re- 12
uertere, reuertere, vt intueamur te.

CAP. VII.

QVid videbis in Sulamite, nisi choros 1
castrorum? Quam pulchri sunt gres- A
sus tui in calceamentis, filia principis. Iun-
cturæ femorum tuorum, sicut monilia, quæ
fabricata sunt manu artificis. * Vmbilicus 2
tuus crater tornatilis, numquam indigens
poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, B
vallatus lilijs. * Duo vbera tua, sicut duo 3
hinnuli gemelli capreæ. * Collum tuum si- 4
cut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ
in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multi-
tudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ
respicit contra Damascum. * Caput tuum 5
vt Carmelus: & comæ capitis tui, sicut pur-
pura regis vincta canalibus. * Quam pulchra 6
es, & quam decora charissima, in delicijs.
7 * Statura tua assimilata est palmæ, & vber-
8 ra tua botris. * Dixi: Ascendam in palmam, &
C apprehendam fructus eius: & erunt vbera
tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut
9 malorum. * Guttur tuum sicut vinum opti-
D mum, dignum dilecto meo ad potandum,
labijsque, & dentibus illius ad ruminadum.
10 * Ego dilecto meo, & ad me conuertio eius.
11 * Veni dilecte mi, egrediamur in agrum,
12 commoremur in villis. * Mane surgamus
ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores
fructus parturiunt, si floruerūt mala punica:
13 ibi dabo tibi vbera mea. * Mādragoræ de-
derunt odorem. In portis nostris omnia po-
ma: noua & vetera, dilecte mi seruaui
tibi.

CAP. VIII.

1 QVis mihi det te fratrem meum sugen-
A tem vbera matris meæ, vt inueniam te
foris, & deosculer te, & iam me nemo despi-
2 ciat? * Apprehendam te, & ducam in domū
matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi po-
culum ex vino condito, & mustum malorū
3 granatorum meorum. * Læua eius sub capi-
te meo, & dextera illius amplexabitur me.
4 * Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis,
neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa
5 velit. * Quæ est ista, quæ ascendit de deser-
B to, delicijs affluens, innixa super dilectum
suum: Sub arbore malo suscitaui te: ibi corru
pta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.
6 * Pone me vt signaculum super cor tuum,
vt signaculum super brachium tuum: quia
fortis est vt mors dilectio, dura sicut infer-
nus æmulatio, lampades eius lampades ignis
7 atque flammarum. * Aquæ multæ nō potue
runt extinguere charitatem, nec flumina o-
C bruent illum: si dederit homo omnem sub-
stantiam domus suæ pro dilectione, quasi
8 nihil despiciet eam. * Soror nostra parua, &
vbera non habet: quid faciemus sorori no-
9 stræ in die quando alloquenda est? * Si mu-
rus est, ædificemus super eum propugnacula
argentea: si ostium est, compungamus illud
10 tabulis cedrinis. * Ego murus: & vbera mea
D sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi
11 pacem reperiens. * Vinea fuit pacifico in ea,
quę habet populos: tradidit eam custodibus,
vir affert pro fructu eius mille argenteos.
12 * Vinea mea coram me est. Mille tui paciti-
ci, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.
13 * Quæ habitas in hortis, amici osculant: fac
14 me audire vocem tuam. * Fuge dilecte mi,
& assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum
super montes aromatum.

LIBER SAPIENTIÆ.

CAPVT PRIMVM.

″3.Re.3 a.9. ″Isa. 56. a.1. ″2. Par. 15.a.2.

DILIGITE ″ iustitiam, 1
qui iudicatis terram. ″Sen- A
tite de Domino in bonita-
te, & in simplicitate cor-
dis quærite illum: * ″ quo 2
niam inuenitur ab his. qui
non tentant illum: appa-
ret autem eis, qui fidem
habent in illum. * peruersæ enim cogitatio- 3
nes separant à Deo: probata autem virtus cor
ripit insipientes. * quoniam in maleuolam 4
animam non introibit sapientia, nec ha- B
bitabit in corpore subdito peccatis. * Spiri- 5
tus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum,
& auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine
intellectu: & corripietur à superueniente ini-
quitate. * ″ Benignus est enim spiritus sapiē- 6
tiæ, & non liberabit maledicum à labijs suis:
″quoniam renū illius testis est Deus, & cor-
dis illius scrutator est verus, & linguæ eius
auditor: * ″Quoniam spiritus Domini re- 7
″Gal. 5. c.22.
pleuit orbem terrarum: & hoc, quod conti-
net omnia, scientiam habet vocis. * Propter 8
″Ier. 17. b.10.
hoc qui loquitur iniqua, non potest latere,
nec præteriet illum corripiēs iudicium. * In 9
″Isa.6.a.3.
cogitationibus enim impij interrogatio erit:
sermonum autem illius auditio ad Deum
veniet, ad correptionem iniquitatum illius.
* Quoniā auris zeli audit omnia, & tumul- 10
tus murmurationum nō abscondetur. * Cu- C
stodite ergo vos à murmuratione, quę nihil 11
prodest, & à detractione parcite linguæ, quo-
niam sermo obscurus in vacuum non ibit:
os autem, quod mentitur, occidit animam.
* Nolite zelare mortē in errore vitæ vestræ, 12
neque acquiratis perditionem in operibus
″Ezech. 18.g.32. & 33.c.11.
manuum vestrarum. * ″Quoniam Deus mor 13
tem non fecit, nec lætatur in perditione vi-
uorum. * Creauit enim, vt essent omnia: & 14
sanabiles fecit nationes orbis terrarum: &
non est in illis medicamentum exterminij, D
nec inferorum regnum in terra. * Iustitia 15
enim perpetua est, & immortalis. * Impij 16
autem manibus, & verbis accersierunt illam:
& æstimantes illam amicam, defluxerunt, &
sponsiones posuerunt ad illam: quoniam di-
gni sunt qui sint ex parte illius.

CAP. II.

″Iob 7.a 1.& 14.a.1.
DIxerunt enim cogitantes apud se non 1
rectè: ″Exiguum, & cum tædio est tem A
pus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fi-
1.Co.15 d.32.
ne hominis, & non est qui agnitus sit reuer-
2 sus ab inferis: * quia ex nihilo nati sumus: &
post hoc erimus tāquam nō fuerimus: quo-
niā fumus flatus est in naribus nostris: & ser
mo scintilla ad commouendū cor nostrum:
3 * qua extincta cinis erit corpus nostrū, & spi-
ritus diffundetur tāquam mollis aer, & trā-
sibit vita nostra tamquā vestigium nubis, &
sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à ra
4 dijs solis, & à calore illius aggrauata: * & no-
mē nostrum obliuionem accipiet per tempus
″1. Par. 19.d.15.
& nemo memoriam habebit operū nostro-
5 rum. * ″ Vmbræ enim transitus est tēpus nō
″Isa.22. b.13. & 56.d.12.
B strum, & non est reuersio finis nostri: quo-
6 niā consignata est, & nemo reuertitur. * ″Ve-
nite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vta-
mur creatura tamquam in iuuentute celeri-
7 ter. * Vino pretioso, & vnguentis non implea
mus: & non prætereat nos flos temporis.
8 * Coronemus nos rosis, antequam marce-
scant: nullum pratum sit, quod non pertran-
9 seat luxuria nostra. * Nemo nostrum exors
sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus si-
gna lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, &
10 hæc est sors. * Opprimamus pauperem iu-
stum, & non parcamus viduæ, nec veterani
11 reuereamur canos multi tēporis. * Sit autē
fortitudo nostra lex iustitiæ: quod enim in-
12 firmum est, inutile inuenitur. * Circumue-
niamus ergo iustum, quoniam inutilis est no
C bis, & cōtrarius est operibus nostris, & impro
″Mat.27 c.42.
perat nobis peccata legis, & diffamat in nos
13 peccata disciplinæ nostræ. * ″ Promittit se
″Ioan.7. a.7.
scientiam Dei habere, & filium Dei se nomi
14 nat. * ″ Factus est nobis in traductionem co
15 gitationum nostrarum. * Grauis est nobis
etiam ad videndum, quoniam dissimilis est
alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius.
16 * Tamquam nugaces æstimati sumus ab il-
lo, & abstinet se à vijs nostris tamquā ab im-
munditijs, & præfert nouissima iustorum,
17 & gloriatur patrem se habere Deum. * Vi-
D deamus ergo si sermones illius veri sint, &
tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus
″Psal.21.a 1. Ier.11.d 19.
18 quæ erunt nouissima illius. * ″ Si enim est
verus filius Dei, suscipiet illū, & liberabit eū
19 de manibus contrariorū. * Contumelia, &
tormento interrogemus eum, vt sciamus re-
uerentiam eius, & probemus patientiam il-
20 lius. * Morte turpissima cōdemnemus eū:
erit enim ei respectus ex sermonibus illius.
21 * Hæc cogitauerūt, & errauerunt: excæcauit
22 enim illos malitia eorū. * Et nescierunt sa-
cra-

cramenta Dei, neque mercedem sperauerunt
iustitiæ, nec iudicauerunt honorem anima-
″Gen.1. d.27. 2.b 7. 5.a.1.
rum sanctarū. * ″Quoniam Deus creauit ho- 23
minem inexterminabilē, & ad imaginē simi-
″Eccli. 17.a.1. Gen.3.a 1.
litudinis suæ fecit illum. * ″ Inuidia autē dia 24
boli mors introiuit in orbem terrarū. * imi- 25
tantur autem illum qui sunt ex parte illius,

CAP. III.

Deu.33. a.3. Inf.5.a 4
IVstorum autē animæ in manu Dei sunt, 1
& non tanget illos tormentum mortis. A
* Visi sunt oculis insipientium mori: & æsti- 2
mata est afflictio exitus illorum: * & quod à 3
nobis est iter, exterminium: illi autem sunt
in pace. * Etsi coram hominibus tormenta 4
passi sunt, spes illorum immortalitate plena
est: * In paucis vexati, in multis bene dispo- 5
nentur, quoniam Deus tentauit eos, & inue-
nit illos dignos se. * Tamquam aurum in for 6
nace probauit illos, & quasi holocausti ho-
stiam accepit illos, & in tempore erit respe-
ctus illorum. * Fulgebunt iusti, & tamquam 7
″Mat.13 f.43. 1.Cor.6. a.2.
scintillæ in arundineto discurrent. * ″ iudi- B
cabunt nationes, & dominabuntur populis, 8
& regnabit Dominus illorum in perpetuū.
* Qui confidunt in illo, intelligent veritatē:
& fideles in dilectione acquiescent illi, quo- 9
niā donū, & pax est electis eius. * Impij autē 10
secundum quæ cogitauerunt, correptionem
habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Do-
mino recesserunt. * Sapientiam enim, & di- 11
sciplinam qui abijcit, infelix est: & vacua
est spes illorū, & labores sine fructu, & inu-
tilia opera eorum. * Mulieres eorum insen- 12
satæ sunt, & nequissimi filij eorum. * Male- C
dicta creatura eorum, quoniam felix est ste- 13
rilis: & incoinquinata, quæ nesciuit thorum
in delicto, habebit fructum in respectione
animarum sanctarum: * ″ & spado, qui non 14
″Isa. 56. a.4.
operatus est per manus suas iniquitatem, D
nec cogitauit aduersus Deum nequissimè:
dabitur enim illi fidei donum electum, &
sors in templo Dei acceptissima. * Bonorum 15
enim laborum gloriosus est fructus, & quæ
non concidat radix sapientiæ. * Filij autem 16
adulterorum in consummatione erunt, &
ab iniquo thoro semen exterminabitur. * Et 17
si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum com
putabuntur, & sine honore erit nouissima se
nectus illorum. * Et si celerius defuncti fue- 18
rint, non habebunt spem, nec in die agnitio-
nis allocutionem. * Nationis enim iniquæ 19
diræ sunt consummationes.

CAP. IV.

OQuam pulchra est casta generatio cum 1
claritate: immortalis est enim memo- A
ria illius: quoniam & apud Deum nota est,
& apud homines. * Cum præsens est, imitan- 2
tur illam; & desiderant eam cum se eduxe-
rit, & in perpetuum coronata triumphat
incoinquinatorum certaminum præmium
3 vincens. * Multigena autem impiorum mul
titudo non erit vtilis, & spuria vitulamina
non dabunt radices altas, nec stabile firma-
4 mentum collocabunt. * ″ Et si in ramis in
″Ier. 17. b.4. Mat.7.e. 27.
B tempore germinauerint, infirmiter posita, à
vento commouebuntur, & à nimietate ven-
5 torum eradicabuntur. * Cōfringentur enim
rami incōsummati, & fructus illorum inu-
tiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihi
6 lum apti. * Ex iniquis enim somnis filij, qui
nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus pa-
7 rentes in interrogatione sua. * Iustus autem
si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio
8 erit. * Senectus enim venerabilis est nō diu-
turna, neque annorum numero computata:
9 cani autem sunt sensus hominis: * & ætas
″Heb.11. a.5.
10 senectutis vita immaculata. * ″ Placens Deo
C factus est dilectus. & viuens inter peccatores
11 translatus est, * raptus est, ne malitia muta-
ret intellectum eius, aut ne fictio deciperet
12 animam illius. * Fascinatio enim nugacita-
tis obscurat bona, & inconstantia concupi-
13 scentię transuertit sensum sine malitia. * Cō
summatus in breui expleuit tempora mul-
14 ta: * placita enim erat Deo anima illius: pro
pter hoc properauit educere illū de medio
iniquitatum: populi autem videntes, & non
intelligentes, nec ponentes in præcordijs ta-
15 lia: * quoniam gratia Dei, & misericordia
D est in sanctos eius, & respectus in electos il-
16 lius. * Condemnat autem iustus mortuus
viuos impios, & iuuentus celerius consum-
17 mata, longam vitam iniusti. * Videbunt
enim finem sapientis, & nō intelligent quid
cogitauerit de illo Deus, & quare munierit
18 illum Dominus. * Videbunt, & contemnent
19 eum: illos autem Dominus irridebit. * &
erunt post hæc decidentes sine honore, & in
contumelia inter mortuos in perpetuum:
quoniam disrumpet illos inflatos sine voce,
& commouebit illos à fundamentis, & vs-
que ad supremum desolabuntur: & erunt
20 gementes. & memoria illorum peribit. * Ve-
niēt in cogitatione peccatorum suorum timi
di, & traducent illos ex aduerso iniquitates
ipsorum.

CAP. V.

1 TVnc stabunt iusti in magna constantia
A aduersus eos, qui se angustiauerunt, &
2 qui abstulerunt labores eorum. * Videntes
turbabuntur timore horribili, & mirabun-
3 tur in subitatione insperatæ salutis, * dicen-
tes intra se, pœnitentiam agentes, & præ an-
gustia spiritus gementes. Hi sunt, quos ha-
buimus aliquando in derisum, & in simili-
″Sup. 3. a.2.
4 tudinem improperij. * ″ Nos insensati vi-
tam illorum æstimabamus insaniam, & fi-
5 nem illorum sine honore: * ecce quomodo
computati sunt inter filios Dei, & inter san-
6 ctos sors illorum est. * Ergo errauimus à via
veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis,
& Sol intelligentiæ non est ortus nobis.
7 * Lassati sumus in via iniquitatis, & perditio
Gg 2 nis.

nis, & ambulabimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus * Quid nobis pre- 8
fuit superbia? aut diuitiarum iactantia, quid
" 1. Par. 29. c. 15. contulit nobis? * " Transierunt omnia illa 9
tamquam vmbra, & tamquam nuncius per-
Sup. 2. a. 5. currens, * " & tamquam nauis, quæ pertransit 10
fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit,
" Pro. 30. c. 19. non est vestigium inuenire, neque semitam
carinæ illius in fluctibus: * aut tamquam a- 11
uis, quæ transuolat in aere, cuius nullum in-
B uenitur argumentum itineris, sed tãtum so-
nitus alarum verberans leuem ventum, &
scindens per vim itineris aerem: commotis
alis transuolauit, & post hoc nullum signum
inuenitur itineris illius: * aut tamquam sagit- 12
ta emissa in locum destinatum, diuisus aer
continuò in se reclusus est, vt ignoretur tran-
situs illius: * sic & nos nati continuò desini- 13
mus esse: & virtutis quidem nullum signum
valuimus ostendere: in malignitate autẽ no-
stra cõsumpti sumus. * Talia dixerunt in in- 14
ferno hi, qui peccauerunt: * " quoniam spes 15
" Pro. 10. d. 28. & 31. a. 7. Psl. 1. b. 5 impij tamquam lanugo est, quæ a vento tolli-
C tur: & tamquam spuma gracilis, quæ à pro-
cella dispergitur, & tamquam fumus, qui à
vento diffusus est: & tamquam memoria ho
spitis, vnius diei prætereuntis. * Iusti autem 16
in perpetuum viuent, & apud Dominum est
merces eorum, & cogitatio illorum apud Al-
tissimum. * Ideò accipient regnum decoris, 17
diadema speciei de manu Domini, quoniam
dextera sua teget eos, & brachio sancto suo,
" Psal. 17. Eph. 6. b. 13. defendet illos. * " Accipiet armaturam zelus 18
illius, & armabit creaturam ad vltionem ini-
micorum. * Induet pro thorace iustitiam, & 19
accipiet pro galea iudicium certum: * sumet 20
scutum inexpugnabile æquitatẽ: * acuet au- 21
tem duram iram in lanceam, & pugnabit cũ
D illo orbis terrarum contra insensatos. * Ibũt 22
directè emissiones fulgurum, & tamquam à
bene curuato arcu nubium exterminabun-
tur, & ad certum locum insilient. * Et à pe- 23
trosa ira plenæ mittentur grandines, excan-
desset in illos aqua maris, & flumina concur-
rent duriter. * Contra illos stabit spiritus vir- 24
tutis, & tamquam turbo venti diuidet illos:
& ad eremum perducet omnem terram ini-
quitas illorum, & malignitas euertet sedes
potentium.

CAP. VI.

Eccl. 9. d. 18. MElior est sapientia, quam vires: & vir 1
prudens, quam fortis. * Audite ergo re- 2
ges, & intelligite, discite iudices finium ter-
A ræ. * Præbete aures vos, qui continetis mul- 3
titudines, & placetis vobis in turbis nationũ:
" Ro. 13. a. 1. * " quoniam data est à Domino potestas vo- 4
bis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit o-
pera vestra, & cogitationes scrutabitur: * quo- 5
niam cum essetis ministri regni illius, non
recte iudicastis, nec custoditis legem iustitiæ,
neque secundum voluntatem Dei ambula-
6 stis. * Horrendè, & citò apparebit vobis: quo-
niam iudicium durissimum his, qui præsunt
7 fiet. * Exiguo enim conceditur misericordia:
B potentes autem potenter tormenta patiẽtur.
8 * " Non enim subtrahet personam cuiusquã
Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquã,
9 quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, &
10 æqualiter cura est illi de omnibus. * Fortio-
ribus autẽ fortior instat cruciatio. * Ad vos ergo
11 reges sunt hi sermones mei, vt discatis sa-
pientiam, & non excidatis * Qui enim custo-
12 dierint iusta iustè, iustificabuntur: & qui di-
cerint ista inuenient, qui respondeant. *
Concupiscite ergo sermones meos, diligite il-
13 los, & habebitis disciplinam. * Clara est, &
quæ nunquam marcescit sapientia, & faci-
C le videtur ab his, qui diligunt eam, & inue-
14 nitur ab his, qui quærunt illam. * Præocu-
pat, qui se concupiscunt, vt illis se prior osten-
15 dat. * Qui de luce vigilauerit ad illam, non
laborabit: assidentem enim illa foribus suis
16 inuenjet. * Cogitare ergo de illa, sensus est
consummatus: & qui vigilauerit propter illã,
17 citò securus erit. * Quoniam dignos se ipsa
circuit quærens, & in vijs ostendit se illis hi-
larijter, & in omni prouidentia occurrit illis.
18 * Initium enim illius verissima est disciplinę
19 concupiscentia. * Cura ergo disciplinæ, dile-
ctio est: & dilectio, custodia legum illius est,
custoditio autem legum, consummatio in-
20 corruptionis est: * incorruptio autem facit es
21 se proximum Deo * Concupiscentia igitur sa-
D pientiæ deducit ad regnum perpepetuum
22 * Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, o
reges populi, diligite sapientiam, vt in perpe-
23 tuum regnetis, * diligite lumen sapientię oes
24 qui præestis populis: * quid est autem sapien-
tia, & quemadmodum facta sit referam: &
non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed
ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in
lucem scientiam illius, & non prætertibo ve-
25 ritatem: * neque cum inuidia tabescente iter
habebo: quoniam talis homo non erit parti-
26 ceps sapientiæ. * Multitudo autem sapientũ
sanitas est orbis terrarum: & rex sapiẽs stab-
27 limentum populi est. * Ergo accipite disci-
plinam per sermones meos, & proderit vo-
bis.

CAP. VII.

1 A SVm quidem, & ego mortalis homo, simi
lis omnibus, & ex genere terreni illius,
quia prior factus est, & in ventre matris figu-
2 ratus sum caro, * decem mensium tempo-
re " coagulatus sum in sanguine, ex semine
" Iob. 10. a. 10.
hominis, & delectamento somni conuenien-
3 te. * Et ego natus accepi communem aerem,
& in similiter factam decidi terram, & pri-
mam vocem similem omnib. emisi plorans,
4 * in inuolumentis nutritus sum, & curis ma-
5 gnis. * Nemo enim ex regibus aliud habuit
6 natiuitatis initium. * " Vnus ergo introitus
" Iob. 1. a. 21. 1. Tim. 6
7 est omnibus ad vitã, & similis exitus. * Pro-
pter

pter hoc optaui, & datus est mihi sensus: &
inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ:
* & præposui illam regnis, & sedibus, & di- 8
uitias nihil esse duxi in comparatione illius,
" Deut. 10. d. 17. 2. Par. 19 b. 7. Eccli. 35. b. 16. Rom. 2. b. 11. Gal. 2. b. 6. Ephes. 6 b. 9. Colos. 5. d. 25. Act. 10. c. 34. 1. Pet. 1. c. 17.
* " nec comparaui illi lapidem pretiosum, 9
quoniam omne aurum in comparatione il-
lus, arena est exigua, & tamquam lutum æ-
stimabitur argentum in conspectu illius. * 10
Super salutem, & speciem dilexi illam, &
" Iob. 28. c. 15 Prou. 8. b. 11.
proposui pro luce habere illam: quoniam in-
B extinguibile est lumen illius. * " Venerunt au- 11
tem mihi omnia bona pariter cum illa, & in-
numerabilis honestas per manus illius, * læ- 12
tatus sum in omnibus, quoniam antecedebat
me ista sapientia, & ignorabam, quoniam ho-
rum omnium mater est. * Quam sine fictio- 13
ne didici, & sine inuidia communico, & ho-
nestatem illius non abscondo. * Infinitus e- 14
nim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sũt,
participes facti sunt amicitiæ Dei, propter
disciplinæ dona commendati. * Mihi autem 15
dedit Deus dicere ex sententia, & præsume-
re digna horum, quæ mihi dantur: quoniam
ipse sapientiæ dux est, & sapientium emen-
dator: * in manu enim illius, & nos, & sermo- 16
nes nostri, & omnis sapientia, & operũ scien-
tia, & disciplina. * Ipse enim dedit mihi ho- 17
rum, quæ sunt, scientiam veram: vt sciam di-
spositionem orbis terrarum, & virtutes ele-
mentorum, * initium, & consummationem, 18
& medietatem temporum, vicissitudinem
C permutationes, & commutationes temporũ,
* anni cursus, & stellarum dispositiones, * na- 19
turas animalium, & iras bestiarum, vim ven- 20
torum, & cogitationes hominum, differen-
tias virgultorum, & virtutes radicum, * & 21
quæcumque sunt abscondita, & improuisa, di-
dici: omnium enim artifex docuit me sapiẽ-
tia, * est enim in illa spiritus intelligentiæ, sã- 22
ctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mo-
bilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bo-
num, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, * 23
humanus, benignus, stabilis, certus, securus,
omnem habens virtutem, omnia prospiciens,
& qui capiat omnes spiritus intelligibilis, mũ-
dus, subtilis. * Omnibus enim mobilibus mo- 24
bilior est sapientia: attingit autem vbiq. pro-
pter suam munditiam. * Vapor est enim vir- 25
tutis Dei, & emanatio quædam est claritatis
omnipotens Dei sincera: & ideò nihil inqui-
D natum in eam incurrit, * " candor est enim 26
lucis æternæ, & speculum sine macula Dei
maiestatis, & imago bonitatis illius. * Et cum 27
sit vna, omnia potest: & in se permanens om-
nia innouat, & per nationes in animas san-
ctas se transfert, amicos Dei, & prophetas cõ-
stituit. * Neminem enim diligit Deus, nisi eũ, 28
qui cum sapientia inhabitat, * est enim hæc 29
speciosior sole, & super omnem dispositionẽ
Stellarum, luci comparata inuenitur prior. * 30
Illi enim succedit nox, sapientiam autem
non vincit malitia.

CAP. VIII.

1 A ATtingit ergo à fine vsque ad finem for-
titer, & disponit omnia suauiter. * Hãc
2 amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæ-
siui sponsam mihi eam assumere, & amator
3 factus sum formæ illius. * Generositatem il-
lius glorificat, contubernium habẽs Dei: sed
4 & omnium Dominus dilexit illam, * doctrix
enim est Disciplinæ Dei, & electrix operum
5 illius. * Et si diuitiæ appetuntur in vita, quid
6 sapientia locupletius quæ operatur omnia? *
Si autem sensus operatur: quis horum, quæ
7 sunt, magis quam illa est artifex? * Et si iusti-
tiam, quis diligit labores huius magnas habẽt
B virtutes: sobrietatem enim, & prudentiam
docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius
8 nihil est in vita hominibus. * Et si multitudi-
nem scientiæ desiderat quis, scit præterita, &
de futuris æstimat: scit versutias sermonum,
& dissolutiones argumentorum: signa &
monstra scit antequam fiant, & euẽtus tem-
9 porum, & sæculorum. * Proposui ergo hanc
adducere mihi ad conuiuendum: sciens, qm̃
mecum communicabit de bonis, & erit allo-
10 cutio cogitationis, & tædij mei. * Habebo
C propter hanc claritatem ad turbas, & ho-
11 norem apud seniores iuuenis: * & acutus in-
ueniar in iudicio, & in conspectu potentium
admirabilis ero, & facies principum mirabũ-
12 tur me: * tacentem me sustinebunt, & loquẽ-
tem me respicient, & sermocinante me plu-
13 ra, manus ori suo imponent. * Præterea ha-
bebo per hanc immortalitatem: & memoriã
æternam his, qui post me futuri sunt, relin-
14 quam. * Disponam populos: & nationes mi-
15 hi erunt subditæ. * Timebunt me audientes
reges horrendi: in multitudine videbor bo-
16 nis, & in bello fortis. * Intrans in domum
meam, conquiescam cum illa: non enim ha-
bet amaritudinem conuersatio illius, nec tæ-
dium conuictus illius, sed lætitiam, & gau-
17 dium. * Hæc cogitans apud me, & comme-
D morans in corde meo: quoniam immortali-
18 tas est in cognatione sapientiæ, * & in amici-
tia illius delectatio bona, & in operibus ma-
nuum illius honestas sine defectione, & in
certamine loquelæ illius sapientia, & præcla-
ritas in communicatione sermonum ipsius:
circuibam quærens, vt mihi illam assumerẽ.
19 * Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sũ
20 animam bonã. * Et cum essem magis bonus,
21 veni ad corpus inconquinatum. * Et vt sciui
qm̃ aliter nõ possem esse cõtinens, nisi Deus
det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius
esset hoc donum: adij Dñm, & deprecatus
sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.

CAP. IX.

1 A DEus patrum meorum, & Domine mi-
sericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, 3. Reg. 4 c. 9.
& sapientia tua constituisti hominem, vt
2 dominaretur creaturæ, quæ à te facta est, * vt

disponat orbem terrarum in æquitate, & iu-
stitia, & in directione cordis iudiciū iudicet:
*da mihi sedium tuarum assistricem sapien- 4
tiam, & noli me reprobare à pueris tuis: * " 5
"Ps.115. b.16. quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancil-
læ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, B
& minor ad intellectum iudicij, & legum. * 6
Nam, & si quis erit consummatus inter fi-
lios hominum, si ab illo absuerit sapiētia tua,
"1. Par. 28.b.4.5 in nihilum computabitur. * " Tu elegisti me 7
regem populo tuo, & iudicem filiorum tuo-
2. Par.1. b.9. rum, & filiarum:* & dixisti me ædificare tē- 8
plum in monte sancto tuo, & in ciuitate ha-
bitationis tuæ altare, similitudinem taberna-
"Pro.8. c.22.d.27. culi sancti tui, quod præparasti ab initio: * " 9
& tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua,
quæ & affuit tūc cum orbem terrarum face-
Ioan.1. a.2. res, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, C
& quid directum in præceptis tuis. * Mitte 10
illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitu-
dinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret,
vt sciam quid acceptum sit apud te: * scit.n. 11
illa omnia, & intelligit, & deducet me in ope-
rebus meis sobriè, & custodiet me in sua po-
tentia.* Et erūt accepta opera mea, & dispo- 12
nam populum tuum iustè, & ero dignus se-
dium patris mei.*"Quis enim hominum po- 13
"Isa.40. d.13. terit scire consilium Dei? aut quis poterit co-
gitare, quid velit Deus?* Cogitationes enim 14
Ro.11. d.14. mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ D
nostræ. * Corpus enim, quod corrumpitur, 15
1.Cor.2. d.16. aggrauat animā, & terrena inhabitatio depri-
mit sensum multa cogitantem. * Et difficile 16
æstimamus, quæ in terra sunt: & quæ in pro-
spectu sunt, inuenimus cum labore. Quę aūt
in cęlis sunt quis inuestigabit? * Sensum aūt 17
tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, &
miseris spiritum sanctum tuū de altissimis:* 18
& sic correctæ sint semitæ eorum, qui sunt in
terris, & quæ tibi placent didicerint homines?
* Nam per sapientiam sanati sunt, quicumq. 19
placuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

Gen.1. d.27. HÆc illum, qui primus formatus est à 1
Deo pater orbis terrarum, cum solū es- A
set creatus, custodiuit, * " & eduxit illū à de- 2
" Gen.2. b.7. licto suo, & dedit illi virtutē cōtinendi om-
nia. * " Ab hac, vt recessit iniustus in ira sua, 3
" Gen.4. b.8. per iram homicidij fraterni deperijt. * " Pro- 4
pter quem, cum aqua deleret terram, sanauit
" Gen.7. b.6. iterum sapientia, per contemptibile lignum
iustum gubernans.* " Hæc & in consensu ne- 5
"Gen.11 a.2. quitiæ cum se nationes contulissent, sciuit iu-
stum, & conseruauit sine querela Deo, & in fi-
"Gen.19 d.17. lij misericordia fortem custodiuit. * " Hæc 6
iustum à pereuntibus impijs liberauit fugien- B
tem, descendente igne in pentapolim: * qui- 7
bus in testimonium nequitiæ fumigabunda
constat deserta terra, & incerto tempore fru-
ctus habentes arbores: & incredibilis animæ
memoria stans figmentum salis. * Sapientiā 8
enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi
sunt, vt ignorarēt bona, sed & insipientię suę,
reliquerūt hominibus memoriam, vt in his,
9 quæ peccauerunt: nec latere potuissent. * Sa-
pientia autem hos, qui se obseruant, à dolo-
10 ribus liberauit. * " Hæc profugū iræ fratris iu- "Gen.28 a.5.b.10
stum deduxit per vias rectas, & ostendit illi
regnum Dei, & dedit illi scientiam sancto-
rum, honestauit illum in laborib. & comple-
11 uit labores illius: * In fraude circumuenien-
tium illum affuit illi, & honestum fecit illū.
12 * Custodiuit illum ab inimicis, & à seducto-
C ribus tutauit illum, & certamen fortè dedit
illi vt vinceret, & sciret, quoniam omnium "Gen 37 f.26.
13 potentior est sapientia.*" Hæc venditum iu-
stum non dereliquit sed à peccatoribus libe-
rauit eum descenditque cum illo in foueam,
14 * " & in vinculis non dereliquit illum, donec " Act.7. b.9.
afferret illi sceptrum regni, & potentiam ad-
uersus eos, qui eum deprimebant: & menda- Gen 41. f.40.
ces ostendit, qui maculauerunt illum, & de-
15 dit illi claritatem æternam.*" Hæc populum " Exo.1. b.11.
iustum, & semen sine querela liberauit à na-
16 tionibus: quæ illum deprimebant.* Intrauit
in animam serui Dei, & stetit contra reges
17 horrēdos in portentis, & signis:* Et reddidit
iustis mercedem laborum suorum, & dedu-
D xit illos in via mirabili: & fuit illis in velamē-
18 to diei, & in luce stellarum per noctem: * " " Ex.14. c.22.
transtulit illos per Mare rubrum, & trāsue-
19 xit illos per aquam nimiam.* Inimicos autē Ps.77.b. 14.
illorum demersit in mare, & altitudine infe-
rorum eduxit illos." Ideò iusti tulerūt spolia "Ex.12. e.35.
20 impiorum, *" & decantauerunt Domine no-
men sanctum tuum, & victricem manum "Ex.15. a.1.
21 tuam laudauerunt pariter: * quoniam sapiē-
tia aperuit os mutorum, & linguas infan-
tium fecit disertas.

CAP. XI.

1 DIrexit opera eorum in manib. prophe- Exo.16. a.1.
2 tæ sancti. * Iter fecerunt per deserta,
A quę non habitabantur: & in locis desertis fi- " Ex.17. c.12.
3 xerunt casas * " Steterunt contra hostes, &
4 de inimicis se vindicauerunt. * " Sitierunt, "Nu.20. b.11.
& inuocauerunt te, & data est illis aqua de
petra altissima, & requies sitis de lapide du-
5 ro. * Per quæ enim pęnas passi sunt inimici
illorum, à defectione potus sui, & in eis, cum
6 abundarent filij Israel, lætati sunt, * per hæc,
cum illis deessent, benè cum illis actum est.
7 * Nam pro fonte quidem sempiterni flumi-
nis, humanum sanguinem dedisti iniustis.
8 * Qui cum minuerentur in traductione in-
fantium occisorum, dedisti illis abundantem
9 aquam insperatè, * ostendens per sitim, quæ
tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, &
10 aduersarios illorum necares. * Cum enim
B tentati sunt, & quidem cum misericordia di-
sciplinam accipientes, scierunt quemadmo-
dum cum ira iudicati impij tormenta pate-
11 rentur.* Hos quidē tamquam pater monēs
probasti: illos autem tamquam durus rex in-
12 terrogans condemnasti. * Absentes.n. & prę-
13 sentes similiter torquebantur. * Duplex .n.
illos acceperat tædium, & gemitus cum me-
moria
moria præteritorum.* Cum enim audirent 14
per sua tormenta benę secum agi; comme-
morati sunt Dominum, admirantes in fi-
nem exitus. * Quem enim in expositione 15
praua proiectum deriserunt, in finem euen-
tus mirati sunt: non similiter iusti sitien-
tes. * Pro cogitationibus autem insensatis 16
Inf. 12. c.14. iniquitatis illorum, " quòd quidam erran- C
tes colebant mutos serpentes, & bestias su-
peruacuas, immisisti illis multitudinem mu-
torum animalium in vindictam:* vt scirent 17
quia per quæ peccat quis, per hæc, & torque-
Leu.26. d.22. tur. * " Non enim impossibilis erat omni- 18
potens manus tua, quæ creauit orbem terra-
Inf.16. a.1. rū ex materia inuisa, immittere illis multi-
tudinem vrsorum, aut audaces leones,* aut 19
Inf. 8. c. 17 noui generis ira plenas ignotas bestias, aut
vaporē igniū spirātes, aut fumi odorem pro-
ferentes, aut horrendas ab oculis scintillas
emittentes: * quarū non solum læsura pote- 20
rat illos exterminare, sed & aspectus per ti-
morē occidere. * Sed & sine his vno spiritu 21
poterant occidi persecutionem passi ab ipsis
factis suis, & dispersi per spiritum virtutis
tuæ: sed omnia in mensura, & numero, & D
pondere disposuisti.* Multum enim valere, 22
tibi soli supererat semper: & virtuti brachij
tui quis resistet? * Quoniam tamquam mo- 23
mentum stateræ, sic est ante te orbis terrarū,
& tamquam gutta roris antelucani, quæ de-
scendit in terram.* Sed misereris omnium, 24
quia omnia potes, & dissimulas peccata ho-
minum propter penitentiam. * Diligis enim 25
omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ
fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti,
aut fecisti:* Quomodo autem posset aliquid 26
permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te
vocatum non esset, conseruaretur? * Parcis 27
autem omnibus: quoniam tua sunt Domi-
ne, qui amas animas.

CAP. XII.

O Quam bonus, & suauis est Domine spi- 1
ritus tuus in omnibus!* Ideoque eos, 2
qui exerrant, partibus corripis: & de quibus A
peccant, admones, & alloqueris: vt relicta
"Deut.9. a.3. malitia, credant in te Domine. * " Illos enim 3
antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ,
d.29. quos exhorruisti, * quoniam odibilia opera 4
b.12. tibi faciebant per medicamina, & sacrificia
iniusta, * & filiorum suorum necatores si- 5
ne misericordia, & comestores viscerum
hominum, & deuoratores sanguinis à me-
dio sacramento tuo, * & auctores parentes 6
animarum inauxiliatarum perdere voluisti
per manus parentum nostrorum,* vt dignā 7
perciperent peregrinationem puerorū Dei,
quæ tibi omnium charior est terra. * Sed & 8
his tamquam hominibus pepercisti, & misi-
sti antecessores exercitus tui vespas, vt illos
"Exo.23. d.30. paulatim exterminarent. * Non quia impo- 9
tens eras in bello subijcere impios iustis, aut B
Deut. 7. d.22. bestijs sęuis, aut verbo duro simul extermi-
nare, * " sed partibus iudicās dabas locū pę- 10
nitentiæ, non ignorans, quoniam nequam
est natio eorum, & naturalis malitia ipsorū,
& quoniam non poterat mutari cogitatio il-
11 lorum in perpetuum.* Semē enim erat ma-
ledictum ab initio: nec timens aliquem, ve-
12 niam dabas peccatis illorum. * Quis enim
dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit con-
tra iudicium tuum? aut quis in conspectu
tuo veniet vindex iniquorum hominū? aut
quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas
13 tu fecisti?* Non enim est alius Deus, quā tu, "1.Pet.5. b.7.
"cui cura est de omnibus, vt ostendas quo-
14 niam non iniustè iudicas iudicium. * Ne-
que rex, neque tyrannus in conspectu tuo
15 inquirent de his, quos perdidisti.* Cum er-
go sis iustus, iustè oīa disponis: ipsum quo-
que, qui non debet puniri, condemnare, ex-
16 terum æstimas à tua virtute. * Virtus enim
C tua iustitiæ initium est: & ob hoc quod om-
nium Dominus es, omnibus te parcere facis.
17 * Virtutem enim ostendis tu, qui nō crede-
ris esse in virtute consummatus, & horum,
18 qui te nesciunt, audaciam traducis.* Tu au-
tem dominator virtutis, cum tranquillitate
iudicas, & cum magna reuerentia disponis
nos: subest enim tibi, cum volueris, posse.
19 * Docuisti autem populum tuum per talia
opera, quoniam oportet iustum esse, & hu-
manum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quo-
niā iudicans das locum in peccatis pęniten-
20 tiæ.*Si enim inimicos seruorum tuorum, &
debitos morti, cum tanta cruciasti attentio-
ne, dans tempus, & locum, per quæ possent
21 mutari à malitia,*cum quanta diligentia iu-
dicasti filios tuos, quorum parentibus iura-
menta, & conuentiones dedisti bonarū pro-
22 missionum? * Cum ergo das nobis discipli-
D nam, inimicos nostros multipliciter flagel-
las, vt bonitatem tuam cogitemus iudicātes,
& cum de nobis iudicatur, speremus mise-
23 ricordiam tuam.* Vnde & illis, qui in vi-
ta sua insensatè, & iniustè vixerunt, per hæc,
quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.
24 * " Etenim in erroris via diutius errauerūt, "Sup.11. c.24.
deos æstimantes hæc, quæ in animalib. sunt
superuacua, infantiū insensatorum more vi- Rom.1. c.23.
25 uentes. * Propter hoc tamquā pueris insen-
26 satis iudicium in derisum dedisti:* Qui au-
tem ludibrijs, & increpationibus non sunt
correcti, dignum Dei iudicium experti sunt.
27 * In quibus enim patientes indignabantur,
per hæc quos putabant deos, in ipsis cum ex-
terminarentur videntes, illum, quem olim
negabant se nosse, verum Deū agnouerunt:
propter quod & finis cōdemnationis eorum
venit super illos.

CAP. XIII.

1 VAni autē sunt omnes homines, in qui- Rom.1. b.18.
A bus non subest scientia Dei: & de his,
quæ videntur bona, nō potuerunt intellige-
re eum, qui est, neque operibus attendentes "Deut.4. c.13.17.
2 agnouerunt quis esset artifex:*" sed aut ignē, a.3.
aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum

ſtellarum,aut nimiam aquam,aut Solem
& lunam, rectores orbis terrarum deos pu-
tauerunt. * Quorum ſi ſpecie delectati,deos 3
putauerunt: ſciant quanto his dominator
eorum ſpecioſior eſt, ſpeciei enim generator
hæc omnia conſtituit. * Aut ſi virtutem, & 4
opera eorum mirati ſunt,intelligant ab illis,
quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis: * à 5
magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ co-
gnoſcibiliter poterit creator horum videri.
* ſed tamen adhuc in his minor eſt querela. 6
Ro. 1. c.21.
Et hi enim fortaſſe errãt, Deum quærentes, B
volentes inuenire. * " Etenim cum in operi- 7
bus illius conuerſentur,inquirunt,& perſua-
ſum habent,quoniam bona ſunt,quę viden-
tur. * Iterum autem nec his debet ignoſci. 8
*Si enim tantum potuerunt ſcire, vt poſſent 9
æſtimare ſæculum: quomodo huius Domi
num non facilius inuenerunt? * Infelices 10
autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum
eſt, qui appellauerunt deos opera manuum
hominum,aurum,& argentum,artis inuen-
tionem, & ſimilitudines animalium, aut la-
Iſa. 44. b.9. Ier. 10. a.3.
pidem inutilẽ opus manus antiquæ. * " Aut 11
ſi quis artifex faber de ſilua lignum rectum C
ſecuerit, & huius docte eradat omnem cor-
ticem, & arte ſua vſus, diligẽter fabricet vas
vtile in conuerſationem vitæ,* reliquijs au- 12
tem eius operis, ad pręparationem eſcę abu-
tatur:* & reliquum horum, quod ad nullos 13
vſus facit lignum curuum,& verticibus ple-
num, ſculpat diligenter per vacuitatẽ ſuam;
& per ſcientiam ſuæ artis figuret illud,& aſ-
ſimilet illud imagini hominis, * aut alicui 14
ex animalibus illud comparet,perliniens ru-
brica, & rubicundum faciens fuco colorem
illius, & omnem maculam, quæ in illo eſt,
perliniens: * & faciat ei dignam habitatio- 15
nem, & in pariete ponens illud, & cõfirmãs D
ferro, * ne fortè cadat, proſpiciens illi,ſciens 16
quoniam nõ poteſt adiuuare ſe:imago enim
eſt,& opus eſt illi adiutorium: * Et de ſub- 17
ſtantia ſua, & de filijs ſuis, & de nuptijs vo-
tum faciens inquirit. Nõ erubeſcit loqui cum
illo, qui ſine anima eſt, * & pro ſanitate qui- 18
dem infirmum deprecatur,& pro vita rogat
mortuum, & in adiutorium inutilem inuo-
cat:* & pro itinere petit ab eo,qui ambulare 19
non poteſt: & de acquirendo, & de operan-
do, & de omnium rerum euẽtu petit ab eo,
qui in omnibus eſt inutilis.

CAP. XIV.

ITerum alius nauigare cogitans, & per fe- 1
ros fluctus iter facere incipiẽs, ligno por- A
tante ſe, fragilius lignum inuocat. * Illud 2
enim cupiditas acquirendi excogitauit, &
artifex ſapiẽtia fabricauit ſua. * Tua autem, 3
Exo. 14 d.12.
Pater,prouidentia gubernat: " quoniam de-
diſti, & in mari viam, & inter fluctus ſemi-
tam firmiſſimam, * & oſtendens, quoniam 4
potens es ex omnibus ſaluare, etiã ſi ſine ar-
te aliquis adeat mare, *Sed vt non eſſent va- 5
cũ ſapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam
& exiguo ligno credunt homines animas
ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati
6 ſunt: * " ſed ab initio cum perirent ſuperbi
Gen. 6. b.4. 7. b. 7.
gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem con-
fugiens,remiſit ſæculo ſemen natiuitatis,quę
7 manu tua erat gubernata. * Benedictum eſt
8 enim lignum, per quod fit iuſtitia, * " Per
Pſ. 113. Baruc. 6 a.3.
manus autem, quod fit idolum, maledictũ
eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille qui-
dem operatus eſt:illud autem cum eſſet fra-
9 gile, Deus cognominatus eſt. * Similiter
autem odio ſunt Deo impius, & impietas
10 eius * Etenim quod factum eſt, cum illo,
11 qui fecit, tormenta patietur, * Propter hoc
B & in idolis nationum non erit reſpectus:
quoniam creaturæ Dei in odiũ factæ ſunt,
& in tentationem animabus hominum, &
12 in muſcipulam pedibus inſipientium.* Ini-
tium enim fornicationis eſt exquiſitio ido-
lorum: & adinuẽtio illorum corruptio vitæ
13 eſt. * neque enim erant ab initio, neque
14 erunt in perpetuum. * Superuacuitas enim
hominum hæc aduenit in orbem terrarum:
& ideo breuis illorum finis eſt inuentus.
15 * Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi
rapti filij fecit imaginem: & illum, qui tunc
quaſi homo mortuus fuerat,nunc tamquam
Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſer-
16 uos ſuos ſacra,& ſacrificia. *Deinde interue-
niente tempore, conualeſcente iniqua con-
ſuetudine, hic error tamquam lex cuſtodi-
tus eſt, & tyrannorum imperio colebantur
17 figmenta. * Et hos, quos in palam homines
honorare non poterant propter hoc quod
longè eſſent,è longinquo figura eorum alla-
ta,euidentem imaginem regis, quem hono-
rare volebant,fecerunt:vt illum, qui aberat,
tamquam præſentem colerent ſua ſollicitu-
18 dine.* Prouexit autem ad horum culturam
& hos, qui ignorabant, artificis eximia dili-
19 gentia. * Ille enim volens placere illi, qui
ſe aſſumpſit, elaborauit arte ſua, vt ſimilitu-
20 dinem in melius figuraret.* Multitudo au-
C tem hominum abducta per ſpeciem operis,
eum, qui ante tempus tãquam homo hono-
21 ratus fuerat,nunc Deum æſtimauerunt.* Et
hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam
aut affectui, aut regibus deſeruientes homi-
nes, incommunicabile nomen lapidibus, &
22 lignis impoſuerunt.* Et nõ ſuffecerat erraſ-
ſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno
viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna
23 mala pacem appellant. * " Aut enim filios
Deu. 18. b.10. Ier. 7. a.6
ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia fa-
cientes, aut inſaniæ plenas vigilias haben-
24 tes. * neque vitam, neque nuptias mundas
iam cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiã
25 occidit,aut adulterans contriſtat.* & omnia
D commixta ſunt,ſanguis,homicidium furtũ,
& fictio,corruptio, & infidelitas,turbatio,&
26 periurium,tumultus bonorum,*Dei imme-
moratio, animarum inquinatio, natiuitatis
immutatio, nuptiarum inconſtantia,inordi-
27 natio mœchiæ, & impudicitiæ.* Infando-
rum

rum enim idolorũ cultura, omnis mali cau-
ſa eſt,& initium,& finis. * Aut enim dũ læ- 28
tantur,inſaniunt: aut certè vaticinantur fal-
ſa,aut viuũt iniuſtè,aut peierãt citò. *Dum 29
enim confidunt in idolis, quæ ſine anima
ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant.
* Vtraque ergo illis eueniẽt dignè,quoniam 30
malè ſenſerunt de Deo, attendentes idolis,
& iurauerunt iniuſtè, in dolo contemnentes
iuſtitiam. * Non enim iuratorum virtus, 31
ſed peccantium pœna perambulat ſemper
iniuſtorum præuaricationem.

CAP. XV.

TV autem Deus noſter, ſuauis, & verus 1
es, patiens, & in miſericordia diſponẽs A
omnia. * Etenim ſi peccauerimus, tui ſu- 2
mus,ſcientes magnitudinem tuam:& ſi non
peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſu-
mus computati. * Noſſe enim te,cõſumma- 3
ta iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam, & virtutem
tuam,radix eſt immortalitatis. * Non enim 4
in errorem induxit nos hominum malæ ar-
tis excogitatio, nec vmbra picturæ labor ſi-
ne fructu effigies ſculpta per varios colores,
* cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcen- 5
tiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſi-
ne anima. * Malorum amatores, digni ſunt 6
qui ſpem habeant in talibus,& qui faciunt il-
Ro. 9. d.21.
los, & qui diligunt, & qui colunt. * " Sed 7
& figulus mollem terram premens laborio- B
ſè fingit ad vſus noſtros vnumquodq. vas,
& de eodem luto fingit,quæ munda ſunt in
vſum vaſa,& ſimiliter, quæ his ſunt contra-
ria: horum autem vaſorum quis ſit vſus,iu-
dex eſt figulus.* Et cum labore vano Deum 8
fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de
terra factus fuerat, & poſt puſillum reducit
ſe vnde acceptus eſt, repetitus animæ debi-
tum quam habebat. * Sed cura eſt illi, non 9
quia laboraturus eſt, nec quoniam breuis il-
li vita eſt, ſed concertatur aurificibus, & ar-
gentarijs,ſed & ærarios imitatur, & gloriam
præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit.
* Cinis eſt enim cor eius, & terra ſuperuacua 10
ſpes illius,& luto vilior vita eius:* quoniam C
ignorauit, qui ſe finxit, & qui inſpirauit illi 11
animam, quæ operatur, & qui inſufflauit ei
ſpiritum vitalem.*Sed & æſtimauerunt lu- 12
ſum eſſe vitam noſtram,& conuerſationem
vitę compoſitam ad lucrum,& oportere vn-
decumque etiam ex malo acquirere. * Hic 13
enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere, qui ex
terræ materia fragilia vaſa, & ſculptilia fin-
git. * Omnes enim inſipientes, & infelices 14
ſupra modum animæ ſuperbi, ſunt inimi-
ci populi tui, & imperantes illi: * quoniam 15
Pſ. 113. b. 4. & 134. c.13
omnia idola nationum Deos æſtimauerunt,
" quibus neque oculorum vſus eſt ad viden-
dum, neque nares ad percipiendum ſpiri-
tum, neque aures ad audiendum, neque di-
giti manuum ad tractandum, ſed & pedes D
eorum pigri ad ambulandum.*homo enim 16
fecit illos; & qui ſpiritum mutuatus eſt, is
finxit illos. Nemo enim ſibi ſimilem homo
17 poterit Deum fingere.* Cum enim ſit mor-
talis, mortuum fingit manibus iniquis. Me-
lior enim eſt ipſe his, quos colit, quia ipſe
quidem vixit, cum eſſet mortalis, illi autem
18 numquam. * Sed & animalia miſerrima
colunt: inſenſata enim comparata his, illis
19 ſunt deteriora. * Sed nec aſpectu aliquis
ex his animalibus bona poteſt conſpicere.
Effugerunt autem Dei laudem, & benedi-
ctionem eius.

CAP. XVI.

1 A PRopter hæc, & pro his ſimilia paſſi ſunt
dignè tormẽta, & per multitudinem be-
2 ſtiarum exterminati ſunt. * Pro quibus tor-
Nu. 11. g.31.
mentis bene diſpoſuiſti populum tuum, "
quibus dediſti concupiſcentiam delectamẽ-
ti ſui nouum ſaporem, eſcam parans eis or-
3 tygometram: * vt illi quidem concupiſcen-
tes eſcam propter ea, quæ illis oſtenſa, &
miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcen-
tia auerterentur. Hi autẽ in breui inopes fa-
4 cti, nouam guſtauerunt eſcam * Oportebat
enim illis ſine excuſatione quidem ſuperue-
nire interitum exercentibus tyrãnidem: his
autem tantum oſtendere quemadmodum
Nu. 21. b.6.
5 inimici eorum exterminabantur.* " Etenim
cũ illis ſuperuenit ſæua beſtiarum ira, mor-
ſibus peruerſorum colubrorum extermina-
6 bantur. * Sed non in perpetuum ira tua per-
manſit, ſed ad correptionem in breui turba-
ti ſunt, ſignum habentes ſalutis ad comme-
7 morationem mandati legis tuæ. * Qui enim
B conuerſus eſt,non per hoc,quod videbat ſa-
8 nabatur,ſed per te omnium ſaluatorem:*in
hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris, quia
Ex. 10. a.4. & 8. f.24. Apoc. 9. b.7.
9 tu es, qui liberas ab omni malo. * " Illos
enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt
morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ
illorum: quia digni erant ab huiuſmodi
10 exterminari. * Filios autem tuos,nec draco-
num venenatorum vicerunt dentes: miſe-
ricordia enim tua adueniens ſanabat illos.
11 * In memoria enim ſermonum tuorũ exa-
minabantur, & velociter ſaluabantur, ne in
altam incidentes obliuionem, non poſſent
12 tuo vti adiutorio. * Etenim neque herba,
neque malagma ſanauit eos, ſed tuus, Do-
Deu. 32 f 19. 1. Reg. 5. a 6. Tob. 13. a.2.
13 mine, ſermo, qui ſanat omnia. * " Tu es
enim, Domine,qui vitæ,& mortis habes po-
teſtatem, & deducis ad portas mortis, & re-
14 ducis: * homo autem occidit quidem per
C malitiam, & cum exierit ſpiritus, non re-
uertetur, nec reuocabit animam, quæ rece-
15 pta eſt: * ſed tuam manum effugere impoſ-
Exo. 9. e.23.
16 ſibile eſt. * " Negantes enim te poſſe im-
pij, per fortitudinem brachij tui flagellati
ſunt: nouis aquis, & grandinibus, & plu-
uijs perſecutionem paſſi, & per ignem con-
17 ſumpti. * Quod enim mirabile erat, in
aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis va-
lebat: vindex eſt enim orbis iuſtorum.
18 * Quodam enim tempore, manſuetabatur
ignis

ignis, ne cōburerentur quæ ad impios mis-
sa erant animalia : sed vt ipsi videntes sci-
rent, quoniam Dei iudicio patiuntur perse-
cutionem.* Et quodam tempore in aqua su- 19
pra virtutem ignis, exardescebat vndique,
vt iniquæ terræ nationem exterminaret.
Ex. 16. *" Pro quibus angelorum esca nutriuisti 20
populum tuum, & paratum panem de cęlo
præstitisti illis sine labore, omne delectamē-
tum in se habentem, & omnis saporis suaui-
tatem. * Substantia enim tua dulcedinem 21
c. 25. tuam, quam in filios habes, ostendebat: &
Ioan. 6. deseruiens vniuscuiusq; voluntati, ad quod
d. 41. quisque volebat, conuertebatur. *" Nix au- 22
" Exo. 9. tem, & glacies sustinebant vim ignis, & non D
c. 13. tabescebant: vt scirent quoniam fructus ini-
micorum exterminabat ignis ardens in grā-
dine, & pluuia coruscans.* Hic autem iterū 23
vt nutrirentur iusti, etiam suæ virtutis obli-
tus est. * Creatura enim tibi Factori deser- 24
uiens, exardescit in tormētum aduersus in-
iustos : & lenior fit ad benefaciendum pro
his, qui in te confidunt.* Propter hoc, & tūc 25
in omnia transfigurata omniū nutrici gra-
tiæ tuæ deseruiebat, ad voluntatem eorum,
qui à te desiderabant : * vt scirent filij tui, 26
Deut. 8. quos dilexisti Domine, " quoniam non na-
a. 3. tiuitatis fructus pascūt homines, sed sermo
Matt. 4. tuus hos, qui in te crediderint, conseruat.
a. 4. * Quod enim ab igne non poterat extermi- 27
nari, statim ab exiguo radio solis calefactum
tabescebat: * vt notum omnibus esset, quo- 28
niam oportet præuenire solem ad benedi-
ctionem tuam, & ad ortum lucis te adora-
re.* Ingrati enim spes tamquam hybernalis 29
glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua
superuacua.

CAP. XVII.

Magna sunt enim iudicia tua Domine, 1
& inenarrabilia verba tua : propter A
Exo. 10. hoc indisciplinatæ animæ errauerunt.*" Dū 2
f. 23. enim persuasum habent iniqui posse domi-
nari nationi sanctæ : vinculis tenebrarum, &
longæ noctis compediti, inclusi sub tectis,
fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.
* Et dum putant se latere in obscuris pecca- 3
tis, tenebroso obliuionis velamento dispersi
sunt, pauentes horrendè, & cum admiratio-
ne nimia perturbati,* Neq; enim quæ con- 4
tinebat illos spelunca, sine timore custodie-
bat : quoniam sonitus descendens perturba-
bat illos, & personæ tristes illis apparentes
pauorem illis præstabant. * Et ignis qui- 5
dem nulla vis poterat illis lumen præbere,
nec siderum limpidæ flammæ illuminare
" Exo. 7. poterant illam noctem horrēdam.*" Appa- 6
d. 22. & rebat autē illis subitaneus ignis, timore ple- B
8. b. 7. nus: & timore perculsi illius, quæ non vide-
batur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ
videbantur: * & magicæ artis appositi erant 7
derisus, & sapientiæ gloriæ correptio cum
contumelia. * Illi enim qui promittebant 8
timores, & perturbationes expellere se ab ani-
ma languente, hi cum derisu pleni timore
9 languebant. * Nam etsi nihil illos ex mon-
stris perturbabat: trāsitu animaliū, & serpen
tiū sibillatione commoti, tremebundi peri-
bant: & aerem, quē nulla ratione quis effu-
10 gere posset, negantes se videre. * Cum sit
C enim timida nequitia, dat testimoniū con-
demnationis: semper enim præsumit sæua,
11 perturbata conscientia. * Nihil enim est ti-
mor, nisi proditio cogitationis auxiliorum.
12 * Et dum ab intus minor est expectatio, ma-
iorem computat in scientiam eius causæ, de
13 qua tormentum præstat.* Illi autem qui im
potentem verè noctem, & ab infimis, & ab
altissimis inferis superuenientem, eundem
14 somnum dormientes,* aliquando monstro-
rum exagitabantur timore, aliquando ani-
mæ deficiebant traductione : subitaneus
enim illis, & insperatus timor superuenerat.
15 * Deinde si quisquā ex illis decidisset, custo-
16 diebatur in carcere sine ferro reclusus. * Si
D enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri
laborum operarius præoccupatus esset, inef-
17 fugibilem sustinebat necessitatem. * Vna
enim catena tenebrarum omnes erant colli
gati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos
arborum ramos auiū sonus suauis, aut vis
18 aquæ decurrentis nimium.* aut sonus vali-
dus præcipitatarum petrarum, aut ludentiū
animalium cursus inuisus, aut mugientiam
valida bestiarum vox, aut resonans de altis-
simis montibus Echo : deficientes faciebant
19 illos præ timore. * Omnis enim orbis, ter-
rarū limpido illuminabatur lumine, & non
20 impeditis operibus continebatur.* Solis au-
tem illis superposita erat grauis nox, imago
tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi
ergo sibi erant grauiores tenebris.

CAP. XVIII.

1 Sanctis autem tuis maxima erat lux, & Exo. 10.
A horum quidem vocem audiebant, sed f. 23.
figuram non videbant. Et quia non, & ipsi
2 eadem passi erant, magnificabant te:* & qui
ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias
agebant: & vt esset differentia, donum pete-
3 bant. * " Propter quod ignis ardentem colū- " Ex. 14.
nam ducem habuerūt ignotæ viæ, & Solem e. 24.
4 sine læsura boni hospitij præstitisti. * Digni Psal. 77.
quidem illi carere luce, & pati carcerem te- b. 14. &
nebrarum, qui inclusos custodiebant filios 104. d. 39
tuos, per quos incipiebat incorruptum legis
5 lumen sæculo dari. * " Cum cogitarent iu-
storū occidere infantes: & vno exposito fi- " Exo. 1.
lio, & liberato, in traductionem illorū, mul- e. 16. & 2
titudinem filiorum abstulisti, & " pariter a. 3.
6 illos perdidisti in aqua valida. * Illa enim " Ex. 14.
B nox ante cognita est a patribus nostris, vt ve- f. 27.
rè scientes, quibus iuramentis crediderunt,
7 animæquiores essent. * Suscepta est autem
à populo tuo sanitas quidem iustorum, in-
8 iustorum autem exterminatio. * Sicut enim
læsisti aduersarios: sic & nos prouocans ma-
9 gnificasti. * Absconsè enim sacrificabant
iusti

iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in cō-
cordia disposuerūt: similiter, & bona, & ma-
la recepturos iustos, patrum iam decantan-
tes laudes. * Resonabat autem inconueniēs 10
inimicorum vox, & flebilis audiebatur plan-
" Ex. 12. ctus ploratorum infantium.*" Simili autē 11
d. 30. pœna seruus cum Domino afflictus est, &
popularis homo regi similia passus.* Simili- 12
ter ergo omnes vno nomine mortis mor-
tuos habebant innumerabiles. Nec enim ad
sepeliendum viui sufficiebant: quoniam v-
no momento, quæ erat præclarior natio il-
lorum, exterminata est.* De omnibus enim 13
non credentes propter veneficia, tunc verò
primum cum fuit exterminium primogeni-
torum, spopōderūt populum Dei esse.* Cū 14
enim quietum silentium contineret omnia, C
& nox in suo cursu medium iter haberet,
* omnipotens sermo tuus de cælo à regali- 15
bus sedibus, durus debellator in mediam ex
terminij terram prosiliuit, * gladius acutus 16
insimulatum imperium tuum portans, &
stans repleuit omnia morte, & vsque ad cæ-
lum attingebat stans in terra.* Tunc conti- 17
nuò visus somniorum malorum turbaue-
runt illos, & timores superuenerūt inspera-
ti.* Et alius ibi proiectus semiuiuus, propter 18
quam moriebatur, causam demonstrabat
mortis.* Visiones enim, quæ illos turbaue- 19
runt, hæc præmonebant, ne inscij, quare ma-
la patiebantur, perirent.* Tetigit autem tūc 20
& iustos tentatio mortis, & commotio in
eremo facta est multitudinis : sed non diu
" Nu. 16. permansit ira tua.*" Properans enim homo 21
sine querela deprecari pro populis, proferēs D
seruitutis suæ scutum, orationem, & per in-
censum deprecationem allegans, restitit iræ,
& finem imposuit necessitati, ostēdens quo-
niam tuus est famulus. * Vicit autem tur- 22
bas, non in virtute corporis, nec armaturæ
potentia, sed verbo illum, qui se vexabat,
subiecit, iuramenta parentum, & testamen-
tum commemorans.* Cum enim iam acer- 23
uatim cecidissent super alterutrum mortui,
interstitit, & amputauit impetum, & dimisit
" Exo. 28 illam, quæ ad viuos ducebat viam.*" In ve- 24
b. 6. ste enim poderis, quam habebat, totus erat
orbis terrarum : & parentum magnalia in
quatuor ordinibus lapidum erant sculpta,
& magnificentia tua in diademate capitis il-
lius sculpta erat.* His autem cessit qui exter- 25
minabat, & hæc extimuit. erat enim sola ten
tatio iræ sufficiens.

CAP. XIX.

Impijs autem vsque in nouissimum sine 1
misericordia ira superuenit. Præsciebat A
enim, & futura illorum: * quoniam cum ip- 2
si permisissent vt se educerent, & cum ma-
gna solicitudine præmisissent illos, conseque-
" Exo. 14 bantur illos, pœnitentia acti.*" Adhuc enim 3
a. 5.
inter manus habentes luctum, & deploran-
tes ad monumenta mortuorum, aliam sibi
assumpserunt cogitationem inscientiæ : &
quos rogantes proiecerant, hos tamquam fu
4 gitiuos persequebantur:* ducebat enim illos
ad hunc finem digna necessitas : & horum,
quæ acciderant, commemorationem amit-
tebant, vt quæ deerant tormētis, repleret pu-
5 nitio: * & populus quidem tuus mirabiliter
transiret, illi autem nouam mortem inueni-
6 rent.* Omnis enim creatura ad suum genus
B ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præ-
7 ceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi.* Nā
nubes castra eorū obumbrabat, & ex aqua,
quæ ante erat, terra arida apparuit, & in ma-
ri rubro via sine impedimento, & campus
8 germinans de profundo nimio: * per quem
omnis natio trāsiuit, quæ regebatur tua ma-
9 nu, videntes tua mirabilia, & monstra.* Tā-
quam enim equi depauerunt escam, & tam-
quam agni exultauerunt, magnificantes te
10 Domine, qui liberasti illos.* Memores enim
erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum
facta fuerant, quemadmodum pro natione
animalium eduxit terra muscas, & pro pi-
scibus eructauit fluuius multitudinem ra-
11 narum.*" Nouissimè autem viderunt no- " Ex. 16.
uam creaturam auium, cum adducti concu- c. 13.
piscentia postulauerunt escas epulationis. Nu. 11. g
12 * In allocutione enim desiderii, ascendit il- 3
C lis de mari ortygometra: & vexationes pec- Sup. 16.
catoribus superuenerunt, non sine illis, quæ a. 2.
ante facta erant, argumentis per vim fulmi-
num : iustè enim patiebantur secundū suas
13 nequitias.* Etenim detestabiliorem inho-
spitalitatē instituerunt: alij quidem ignotos
non recipiebant aduenas, alij autem bonos
14 hospites in seruitutem redigebant.* Et non
solum hæc, sed & alius quidam respectus il-
lorum erat, quoniam inuiti recipiebant ex-
15 traneos * Qui autem cum lętitia receperunt
hos, qui eisdem vsi erant iustitijs, sæuissimis
16 afflixerunt doloribus.* Percussi sunt autem
cæcitate : sicut illi in foribus iusti, cum subi-
D taneis cooperti essent tenebris, vnusquisque
17 transitum ostij sui quærebat. * In se enim
elementa dum conuertuntur, sicut in orga-
no qualitatis sonus immutatur, & omnia
suum sonum custodiunt : vnde æstimari
18 ex ipso visu certò potest. * Agrestia enim
in aquatica conuertebantur: & quæcumque
19 erant natantia, in terram transibant. * Ignis
in aqua valebat supra suam virtutem, &
aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.
20 * Flammæ è contrario, corruptibilium ani-
malium non vexauerunt carnes coambu-
lantium, nec dissoluebant illam, quæ facilè
dissoluebatur sicut glacies, bonam escam.
In omnibus enim magnificasti populum
tuum Domine, & honorasti, & non despe-
xisti, in omni tempore, & in omni loco as-
sistens eis.

IN

IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH

PROLOGVS.

MVLTORVM nobis, & magnorũ per legẽ, & prophetas, aliosq; qui secuti sũt illos, sapientia demonstrata est: in quib. oportet laudare Israel doctrinæ, & sapientiæ causa: quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse, & dicentes, & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquã se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorũ, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit, & ipse scribere aliquid horũ, quę ad doctrinã, & sapientiã pertinẽt, vt desiderantes discere, & illorum periti facti, magis magisq. attendant animo, & confirmentur ad legitimã vitã. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attẽtiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapiẽtiæ deficere in verborum compositione. Nã deficiunt verba Hebraica, quando fuerint trãslata ad alteram linguam. Non autem solum hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, ceteraque aliorum librorum, non paruam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octauo, & trigesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, postquam perueni in Ægyptum: & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos, non paruæ, neq. contemnendæ doctrinæ. Itaq bonum, & necessarium putaui, & ipse aliquam addere diligentiam, & laborem interpretãdi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa, quæ ad finẽ ducunt, librum istum dare, & illis q. volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secũdũ legem Domini proposuerint vitam agere.

ECCLESIASTICVS.

CAPVT PRIMVM.

"3.Re.3. b.9. & 4. c.29.

OMNIS sapientia à Domi- 1
no Deo est, & cum illo fuit A
semper, & est ante æuum.
*Arenam maris, & pluuię 2
guttas, & dies sæculi qs dinumerauit? Altitudinẽ cæli, & latitudinem terræ, & profundũ abyssi quis dimensus est? * Sapientiam Dei præcedentem 3
omnia quis inuestigauit? * Prior omnium 4
creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. * Fons sapientiæ verbum Dei 5
in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. * Radix sapientiæ cui reuelata est, & 6
astutias illius quis agnouit? * Disciplina sa- 7
pientiæ cui reuelata est, & manifestata? &
multiplicationem ingressus illius quis intellexit? * Vnus est altissimus Creator omni- 8
potens, & rex potens, & metuendus nimis,
sedens super thronum illius, & dominans
9 Deus. * Ipse creauit illam in Spiritui san-
B cto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est.
10 * Et effudit illam super omnia opera sua, &
super omnem carnem secundum datum
11 suum, & præbuit illam diligentibus se * Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia,
12 & corona exultationis. * Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium,
13 & longitudinem dierum. * Timenti Dñm
bene erit in extremis, & in die defunctionis
14 suæ benedicetur. * Dilectio Dei honorabilis
15 sapientia. * Quibus autem apparuerit in
visu diligunt eã in visione, & in agnitione
16 magnalium suorum. * "initium sapientiæ, "Prou.1. a.7
C timor Domini, & cũ fidelibus in vulua cõ- Ps.110.
creatus est, cum electis feminis graditur, & d.10.
17 cum iustis, & fidelibus agnoscitur. * Timor
18 Domini, scientiæ religiositas. * Religiositas
custo-

custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem
atque gaudium dabit. * Timenti Dominum 19
bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. * Plenitudo sapientiæ est 20
timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. * Omnẽ domũ illius implebit à genera- 21
tionibus, & receptacula a thesauris illius. * Co- 22
rona sapientiæ timor Domini replens pacẽ,
& salutis fructum: * & vidit, & dinumerauit 23
eam: vtraque autem sunt dona Dei. * Scien- 24
tiam, & intellectum prudentiæ sapientia cõpartietur: & gloriam tenentium se, exaltat.
* Radix sapientiæ est timere Dominum: & 25
rami illius longæui. * In thesauris sapientiæ 26
intellectus, & scientiæ religiositas, execratio
autem peccatoribus sapientia. * Timor Do- 27
mini expellit peccatum: * nam qui sine ti- 28
more est, non poterit iustificari, iracundia
enim animositatis illius, subuersio illius est.
* Vsque in tempus sustinebit patiens, & po- 29
stea redditio iucunditatis. * Bonus sensus 30
vsque in tempus abscõdet verba illius, & la- D
bia multorum enarrabũt sensum illius * In 31
thesauris sapientiæ significatio disciplinæ:
* execratio autem peccatori, cultura Dei. 32
* Fili concupiscens sapientiam, conserua iu- 33
stitiam, & Deus præbebit illam tibi. * Sa- 34
pientia enim, & disciplina timor Domini: &
quod beneplacitum est illi, * fides, & man- 35
suetudo & adimplebit thesauros illius. * Ne 36
sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. * Ne fueris hypo 37
crita in conspectu hominum, & nõ scandalizeris in labijs tuis. * Attende in illis, ne for- 38
te cadas, & adducas animæ tuę inhonorationem, * & reuelet Deus absconsa tua, & in 39
medio Sinagogæ elidat te: * quoniam acces- 40
sisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia.

CAP. II.

Mat.4 a. 1. 2.Ti.3.c. 12.

FIlij accedens ad seruitutem Dei, sta in iu- 1
stitia, & timore, & præpara animam tuã A
ad tentationem. * Deprime cor tuum, & su- 2
stine: inclina aurem tuam, & suscipe verba
intellectus: & ne festines in tẽpore obductionis. * Sustine sustentationes Dei: contingere 3
Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita
tua. * Omne, quod tibi applicitum fuerit, ac 4
cipe: & in dolore sustine, & in humilitate
tua patientiã habe: * "quoniã in igne proba- 5
Sap.3. a.6. tur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. * Crede 6
Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuã, & B
spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce * Metuentes Dominũ sustinete 7
misericordiam eius: & non deflectatis ab illo ne cadatis. * Qui timetis Dominum, cre- 8
dite illi: & non euacuabitur merces vestra.
* Qui timetis Dominum, sperate in illum: 9
& in oblectationem veniet vobis misericordia. * Qui timetis Dominum diligite illum, 10
& illuminabuntur corda vestra. * Respicite 11
filij nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.
12 * "Quis enim permansit in mãdatis eius, &
derelictus est? aut quis inuocauit eum, & de- "Ps.30.a
13 spexit illum? * Quoniam pius, & misericors 1.
C est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus
14 se in veritate. * Væ duplici corde, & labijs
scelestis, & manibus malefacientibus, & pec-
15 catori "terram ingredienti duabus vijs * Væ "3.Reg.
dissolutis corde, qui non credunt Deo; & 12.
16 ideo non protegẽtur ab eo. * Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt
17 vias rectas, & diuerterũt in vias prauas. * Et
quid facient, cum inspicere cœperit Domi-
18 nus? * Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & "qui diligunt illũ, "Ioã.14.
19 conseruabunt viam illius. * Qui timent Do- c.23.
D minum, inquirent quæ beneplacita sunt ei.
& qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.
20 * Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt
21 animas suas. * Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habe-
22 bũt vsque ad inspectionem illius, * dicentes:
Si pœnitentiam non egerimus: incidemus in
manus Domini, & nõ in manus hominum.
23 * Secundum enim magnitudinem ipsius, sic
& misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

1 FIlij sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio
A illorum, obedientia, & dilectio. * Iudi-
2 cium patris audite filij, & sic facite vt salui
3 sitis. * Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit
4 in filios. * Qui diligit Deum, exorabit pro
peccatis, & continebit se ab illis, & in ora-
5 tione dierum exaudietur. * Et sicut qui thesaurizat, ita, & qui honorificat matrẽ suam,
6 * qui honorat patrem suum, iucundabitur
in filijs: & in die orationis suæ exaudietur.
7 * Qui honorat patrem suum, vita viuet lon-
B giore: & qui obedit patri, refrigerabit ma-
8 trem. * Qui timet dominum honorat parentes, & quasi Dominis seruiet his, qui se
9 genuerunt: * "In opere, & sermone, & om "Ex.20. c.12.
10 ni patientia honora patrem tuum, * vt superueniat tibi benedictio ab eo, & benedi- Deut. 5. b.16.
11 ctio illius in nouissimo maneat. * Benedictio patris firmat domos filiorum: maledi- Mat.15. a 4.
12 ctio autẽ matris eradicat fũdamẽta. * Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est Mar.7.b 10.
13 tibi gloria, eius cõfusio, * gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater Eph.6.a. 2.
14 sine honore * Fili suscipe senectã patris tui,
15 & non contristes eum in vita illius: * & si de- Ge.27. d 27 & 49. a.2.
fecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum
in virtute tua: eleemosyna enim patris non
16 erit in obliuione. * Nam pro peccato matris
17 restituetur tibi bonum, * & iniustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies sol-
18 uentur peccata tua. * Quam malæ famæ est,
qui derelinquit patrem: & est maledictus à
Deo,

Deo, qui exaſperat matrem. * Fili in mãſue- 19
tudine opera tua perfice, & ſuper hominũ C
gloriam diligeris. * Quãto magnus es, hu- 20
milia te in omnibus, & coram Deo inuenies
gratiam: * quoniam magna potentia Dei ſo- 21
lius, & ab humilibus honoratur. * Altiora 22
te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fue-
ris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſẽ-
per, & in pluribus operibus eius ne fueris cu-
rioſus. * Non eſt enim tibi neceſſarium ea, 23
quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. * In 24
ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter,
& in pluribus operibus eius non eris curio-
ſus. * Plurima enim ſuper ſenſum hominũ 25
oſtenſa ſunt tibi. * Multos quoque ſupplan- 26
tauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit
ſenſus illorum. * Cor durum habebit malè 27
in nouiſſimo, & qui amat periculum, in illo D
peribit. * Cor ingrediens duas vias, non ha- 28
bebit ſucceſſus, & prauus corde in illis ſcan-
dalizabitur. * Cor nequam grauabitur in do 29
loribus, & peccatór adijciet ad peccandum.
* Synagogæ ſuperborum nõ erit ſanitas: fru- 30
tex enim peccati radicabitur in illis, & nõ in-
telligetur. * Cor ſapientis intelligitur in ſa- 31
pientia, & auris bona audiet cum omni con-
cupiſcentia ſapientiam. * Sapiens cor, & in- 32
telligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operi-
bus iuſtitiæ ſucceſſus habebit. * Ignem ar- 33
dentem extinguit aqua, & eleemoſina reſi-
ſtit peccatis: * & Deus proſpector eſt eius 34
qui reddit gratiam: meminit eius in poſte-
rum, & in tempore caſus ſui inueniet firma-
mentum.

Phil.2. a.3. Pro.15. d.28. Dan.4. c.24.

CAP. IV.

Tob.4.6 7.

Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes, 1
& oculos ſuos ne tranſuertas à paupere. A
* Animam eſurientem ne deſpexeris: & non 2
exaſperes pauperem in inopia ſua. * Cor ino- 3
pis ne afflixeris, & non protrahas datum an-
guſtianti. * Rogationem contribulati ne abij- 4
cias: & non auertas faciem tuam ab egeno.
* Ab inope ne auertes oculos tuos propter i- 5
ram: & non relinquas quærentib. tibi retro
maledicere: * maledicentis.n. tibi in amaritu 6
dine animæ exaudietur deprecatio illius: e-
xaudiet autẽ eum, qui fecit illum. * Cõgrega- 7
tioni pauperum affabilẽ te facito, & presby-
tero humilia animam tuam, & magnato hu-
milia caput tuum. * Declina pauperi ſine tri- 8
ſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, B
& reſponde illi pacifica in manſuetudine.
* Libera eũ, qui iniuriã patitur de manu ſu- 9
perbi: & non acidè feras in anima tua. * In 10
iudicando eſto pupillis miſericors vt pater,
& pro viro matri filiorum: * & eris tu velut 11
filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui
magis quàm mater. * Sapientia filijs ſuis vi- 12
tã inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & præi-
bit in via iuſtitiæ, * & qui illã diligit, diligit 13
vitã: & qui vigilauerint ad illã, complectẽ-
tur placorem eius. * Qui tenuerint illã, vitã 14
hereditabunt: & quo introibit, benedicet
Deus, * Qui ſeruiũt ei, obſequẽtes erũt ſan- 15
cto, & eos, qui diligunt illam, diligit Deus,
16 * Qui audit illam, iudicabit Gentes: & qui in
17 tuetur illam, permanebit cõfidens. * Si credi
derit ei hereditabit illam, & erunt in confir-
18 matione creaturæ illius, * quoniam in tenta-
C tione ambulat cum eo, & in primis eligit eũ.
19 * Timorem, & metum, & probationem in-
ducet ſuper illum: & cruciabit illum in tri-
bulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eũ in
cogitationibus ſuis, & credat animæ illius.
20 * Et firmabit illum, & iter adducet directũ
21 ad illum, & lætificabit illum, * & denudabit
abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum
22 ſcientiam, & intellectum iuſtitiæ. * Si au-
tem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet
23 eum in manus inimici ſui. * Fili conſerua
24 tempus, & deuita à malo. * Pro anima tua
25 ne confundaris dicere verum. * Eſt enim
confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio
26 adducens gloriam, & gratiam. * Ne accipias
faciem aduerſus faciem tuam, nec aduerſus
27 animam tuam mendacium. * Ne reuerea-
28 ris proximum tuum in caſu ſuo. * Nec reti-
D neas verbum in tempore ſalutis. Non ab-
29 ſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo. * In
lingua enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus,
& ſcientia, & doctrina in verbo ſenſati, &
30 firmamentum in operibus iuſtitiæ. * Non
contradicas verbo veritatis vllo modo, & de
mendacio ineruditionis tuæ confundere.
31 * Non confundaris confiteri peccata tua, &
ne ſubijcias te omni homini pro peccato.
32 * Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec
33 coneris contra ictum fluuij. * Pro iuſtitia
agonizare pro anima tua, & vſque ad mortẽ
certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te
34 inimicos tuos. * Noli citatus eſſe in lingua
tua: & inutilis, & remiſſus in operibus tuis.
35 * Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens
domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos ti-
36 bi. * Non ſit porrecta manus tua ad acci-
piendum, & ad dandum collecta.

CAP. V.

1 Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas,
A & ne dixeris: Eſt mihi ſufficiens vita:
nihil enim proderit in tempore vindictæ, &
2 obductionis, * ne ſequaris in fortitudine tua
3 concupiſcentiam cordis tui: * & ne dixeris:
Quomodo potui? aut quis me ſubijciet pro-
pter facta mea? Deus enim vindicans vindi-
4 cabit. * Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi
B accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens
5 redditor. * De propitiato peccato noli eſſe
ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper
6 peccatum. * Et ne dicas: Miſeratio Domi-
ni magna eſt, multitudinis peccatorũ meo-
7 rum miſerebitur. * Miſericordia enim,
& ira ab illo citò proximant, & in peccato-
8 res reſpicit ira illius. * Non tardes conuerti
ad Dominum, & ne differas de die in diem
9 * ſubitò enim veniet ira illius, & in tempo-
10 re vindictę diſperdet te. * Noli anxius eſſe
C in diuitijs iniuſtis: non enim proderunt tib
in

Pro. a.4. Pro.

in die obductionis, & vindictæ. * Non venti 11
les te in omnem ventum, & non eas in om-
nem viam, ſic enim omnis peccator probatur
in duplici lingua. * Eſto firmus in via Do- 12
mini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia, &
proſequatur te verbum pacis, & iuſtitiæ. * E- 13
ſto manſuetus ad audiendum verbum, vt
intelligas: & cum ſapientia proferas reſpon-
ſum verum. * Si eſt tibi intellectus, reſpon- 14
de proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper D
os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato,
& confundaris. * Honor, & gloria in ſermo- 15
ne ſenſati, lingua verò imprudentis ſubuer-
ſio eſt ipſius. * Non appelleris ſuſurro, & 16
lingua tua ne capiaris, & confundaris. * Su- 17
per furem enim eſt confuſio, & pœnitentia,
& denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſur-
ratori autem odium, & inimicitia, & contu-
melia. * Iuſtifica puſillum, & magnum ſi- 18
militer.

CAP. VI.

Ro.12. c.16. Philip. 2.a.3.

Noli fieri pro amico inimicus proximo: 1
improperium enim, & contumeliam A
malus hereditabit, & omnis peccator inui-
dus, & bilinguis. * Non te extollas in cogi- 2
tatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè eli-
datur virtus tua per ſtultitiam, * & folia tua 3
comedat, & fructus tuos perdat, & relinqua-
ris velut lignum aridum in eremo. * Anima 4
enim nequam diſperdet qui ſe habet, & in
gaudium inimicis dat illum, & deducet in
ſortem impiorum. * Verbum dulce multi- 5
plicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua
eucharis in bono homine abundat. * Multi 6
pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus
de mille. * Si poſſides amicum, in tentatio- 7
ne poſſide eum, & ne facilè credas ei. * Eſt 8
enim amicus ſecundum tempus ſuum, B
& non permanebit in die tribulationis. * Et 9
eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam:
& eſt amicus qui odium, & rixam, & conui-
tia denudabit. * Eſt autem amicus ſocius 10
menſæ, & non permanebit in die neceſſita-
tis. * Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi 11
quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducia-
liter aget: * ſi humiliauerit ſe contra te, & à 12
facie tua abſconderit ſe, vnanimem habebis
amicitiam bonam. * Ab inimicis tuis ſe- 13
parare, & ab amicis tuis attende. * Amicus 14
fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit il-
lum, inuenit theſaurum. * Amico fideli 15
nulla eſt comparatio, & non eſt digna pon-
deratio auri, & argenti contra bonitatem fi-
dei illius. * Amicus fidelis, medicamen- 16
tum vitæ, & immortalitatis: & qui metuunt
Dominum, inuenient illum. * Qui timet 17
Deum, æque habebit amicitiam bonam:
quoniam ſecundum illum erit amicus il-
lius. * Fili à iuuentute tua excipe doctrinam 18
& vſque ad canos inuenies ſapiẽtiã. * Quaſi 19
is qui arat, & ſeminat, accede ad eam, & ſu-
ſtine bonos fructus illius, * in opere enim 20
ipſius exiguum laborabis, & citò edes de ge- C
21 nerationibus illius. * Quàm aſpera eſt ni-
mium ſapientia indoctis hominibus, & non
22 permanebit in illa excors. * Quaſi lapidis
virtus probatio erit in illis, & non demora-
23 buntur proijcere illam. * Sapiẽtia enim do-
ctrinæ ſecundum nomen eſt eius, & non eſt
multis manifeſta: quibus autem cognita eſt,
24 permanet vſque ad conſpectum Dei. * Audi
fili, & accipe cõſilium intellectus, & ne abij-
25 cias conſilium meum. * Inijce pedem tuum
in compedes illius, & in torques illius col-
26 lum tuum: * ſubijce humerum tuũ, & por-
27 ta illam, & ne acedieris vinculis eius. * In
omni animo tuo accede ad illam, & in om-
28 ni virtute tua conſerua vias eius. * Inueſtiga
illam, & manifeſtabitur tibi, & continens fa-
29 ctus ne derelinquas eam: * in nouiſſimis e-
nim inuenies requiem in ea, & conuertetur
30 tibi in oblectationem. * Et erunt tibi com-
D pedes eius in protectionem fortitudinis, &
baſes virtutis, & torques illius in ſtolam glo-
31 riæ. * decor enim vitæ eſt illa, & vincula il-
32 lius alligatura ſalutaris. * Stolam gloriæ in-
dues eam, & coronam gratulationis ſuper-
33 pones tibi. * Fili, ſi attenderis mihi, diſces:
& ſi accommodaueris animum tuum, ſa-
34 piens eris. * Si inclinaueris aurem tuam, ex-
cipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſa-
35 piens eris. * In multitudine presbytero-
rum prudentium ſta, & ſapientiæ illorũ ex
corde coniungere, vt omnem narrationem
Dei poſſis audire, & prouerbia, laudis nõ ef-
36 fugiant à te. * Et ſi videris ſenſatum, euigi-
la ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat
37 pes tuus. * Cogitatum tuum habe in præ-
ceptis Dei, in mandatis illius maximè aſſi-
duus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & concupi-
ſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

Inf.8. a.9. Pſal.1. a.2.

CAP. VII.

1 Noli facere mala, & non te apprehen-
2 dent. * Diſcede ab iniquo, & deficient
3 mala abs te. * Fili, non ſemines mala in ſul-
A cis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum.
4 * Noli quærere à domino ducatum, neque à
5 rege cathedram honoris. * Non te iuſtifi-
ces ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe
eſt: & penes regem noli velle videri ſapiens.
6 * Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtu-
te irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas
faciem potentis, & ponas ſcandalum in æ-
7 quitate tua. * Non pecces in multitudinem
8 ciuitatis, nec te immittas in populum, * ne-
que alliges duplicia peccata: nec enim in v-
9 no eris immunis. * Noli eſſe puſillanimis in
10 animo tuo. * exorare, & facere eleemoſynã
11 ne deſpicias. * Ne dicas: In multitudine mu-
B nerum meorum reſpiciet Deus, & offerente
me Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet.
12 * Non irrideas hominem in amaritudine
animæ: eſt enim qui humiliat, & exaltat,
13 circumſpector Deus. * Noli arare mẽdaciũ
aduerſus fratrem tuum, neque in amicum
14 ſimiliter facias. * Noli velle mentiri omne
men-

Pſ.142. a.2. Eccl.7. c.17. Luc.18. b.11. Inf. 1.Re.2. b.7.

mendacium : assiduitas enim illius non est
bona. * Noli verbosus esse in multitudine 15
presbyterorum, & non iteres verbum in o-
ratione tua. * Non oderis laboriosa opera, 16
& rusticationē creatam ab Altissimo.* Non 17
te repures in multitudine disciplinatorum.
* Memento iræ, quoniā non tardabit.* Hu- 18
milia valde spiritum tuum: quoniam vindi- 19
cta carnis impij, ignis, & vermis * Noli præ- 20
uaricari in amicum pecuniam differentem,
neque fratrem charissimum auro spreueris.
* Noli discedere à muliere sensata, & bona, 21
quam sortitus es in timore Domini: gratia C
"Leu.19. enim verecundiæ illius super aurū. * " Non 22
c.13. lædas seruum in veritate operantem, neque
mercenarium dantem animam suam. * Ser- 23
uus sensatus sit tibi dilect⁹ quasi anima tua,
non defraudes illum libertate, neque inopē
derelinquas illum. * Pecora tibi sunt? atten- 24
de illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te.
* Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à 25
pueritia illorum. * Filiæ tibi sunt? serua cor- 26
pus illarum, & non ostēdas hilarem faciem
tuam ad illas. * Trade filiam, & grande 27
opus feceris, & homini sensato da illā. * Mu- 28
lier si est tibi secundum animam tuam, non
proijcias illam: & odibili non credas te. In
"Tob.4. toto corde tuo. * " honora patrem tuum, & 29
a.3. gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: * me- 30
mento, quoniam nisi per illos natus nō fuis- D
ses: & retribue illis, quomodo, & illi tibi.
* In tota anima tua time Dominum, & sa- 31
cerdotes illius sanctifica. * In omni virtute 32
tua dilige eum, qui te fecit: & ministros eius
"Deu.12 ne derelinquas. * " Honora Deum ex tota 33
c.18. anima tua, & honorifica sacerdotes, & pro-
"Leu.2. purga te cum brachijs. * Da illis partem, 34
a.1. " sicut mandatum est tibi, primitiarum, &
Nu.18. purgationis: & de negligentia tua purga te
b.15. cum paucis. * Datum brachiorum tuorum 35
& sacrificium sanctificationis offeres Do-
mino, & initia sanctorum: * & pauperi por- 36
rige manum tuam, vt perficiatur propitia-
tio, & benedictio tua. * Gratia dati in cōspe- 37
ctu omnis viuentis, & mortuo non prohi-
beas gratiam. * Non desis plorantibus in 38
consolatione, & cum lugentibus ambula.
"Ro.12. * " Non te pigeat visitare infirmum: ex his 39
c.15. enim in dilectione firmaberis. * In omni- 40
Mat.25. bus operibus tuis memorare nouissima tua,
d.26. & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potente, ne for- 1
"Mat.15 tè incidas in manus illius. * " Non con- A
e.25. tendas cum viro locuplete, ne fortè contra te 2
"Inf.31. constituat litem tibi, * " multos enim perdi- 3
a.6. dit aurum, & argentum, & vsque ad cor re-
gum extendit, & cōuertit. * Non litiges cum 4
homine linguato, & non strues in igne illius
ligna. * Non communices homini indocto 5
ne malè de progenie tua loquatur. * Ne de- 6
"Gal.6. spicias hominem auertentem se à peccato,
a.1. " neque improperes ei, memento quoniam
7 omnes in correptione sumus. * " Ne spernas
B hominem in sua senectute: etenim ex nobis
8 senescunt. * Noli de mortuo inimico tuo gau "2.Cor.
dere: sciens quoniam omnes morimur, & in 2.b.6.
9 gaudium nolumus venire. * " Ne despi "Leu.19
cias narrationem presbyterorum sapientiū, g.36
10 & in prouerbijs eorum conuersare * ab ipsis " Sup.6.
enim disces sapientiam, & doctrinam intel- d.34.
11 lectus, & seruire magnatis sine querela. * Nō
te prætereat narratio seniorum: ipsi enim di-
12 dicerunt à patribus suis: * quoniam ab ipsis
disces intellectum, & in tempore necessitatis
13 dare responsum. * Non incendas carbones
peccatorum arguēs eos, & ne incendaris flā-
14 ma ignis peccatorum illorum. * Ne contra
C faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi in-
15 sidiator ori tuo. * " Noli fœnerari homini for " Inf.29.
tiori te: quod si fœneraueris, quasi perditum a.4.
16 habe. * Non spondeas super virtutem tuam:
quod si spoponderis, quasi restituens cogita.
17 * Non iudices contra iudicem, quoniam se-
18 cundum quod iustum est iudicat. * " Cum " Gen.4.
audace non eas in via, ne fortè grauet mala b.3.
sua in te: Ipse enim secundum voluntatem
suam vadit, & simul cum stultitia illius pe-
19 ries. * " Cum iracundo non facies rixam, & " Prou.
D cum audace non eas in desertum: quoniam 22.d.24.
quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non
20 est adiutorium, elidet te. * Cum fatuis consi-
lium non habeas: non enim poterunt dilige-
21 re nisi, quæ eis placent * Coram extraneo ne
22 facias consilium, nescis enim quid pariet. *
Non omni homini cor tuum manifestes: ne
fortè inferat tibi gratiam falsam, & conuitie-
tur tibi.

CAP. IX.

1 NOn zeles mulierem sinus tui, ne osten-
A dat super te malitiam doctrinæ, nequā.
2 * Non des mulieri potestatem animæ tuæ,
ne ingrediatur in virtutem tuam, & confun-
3 daris. * Ne respicias mulierem multiuolam:
4 ne fortè incidas in laqueos illius. * Cum sal-
tatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne
5 fortè pereas in efficacia illius. * " Virginem " Gen.6.
ne conspicias, ne fortè scandalizeris in deco- a.2.
6 re illius * " Ne des fornicarijs animam tuam
in vllo: ne perdas te, & hereditatem tuam.
7 * Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec " Pro.5.
8 oberraueris in plateis illius. * " Auerte fa- a.2.
ciem tuam à muliere compta, & ne circum- " Mat.5.
9 spicias speciem alienam, * propter speciem e.28.
B mulieris multi perierunt: & ex hoc cōcupi- Gen.34.
10 scentia quasi ignis exardescit. * Omnis mu- c.2.
lier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via 2.Re.11.
11 conculcabitur. * Speciem mulieris alienæ a.4.&13.
multi admirati, reprobi facti sunt, colloquiū a.1.
12 enim illius quasi ignis exardescit. * Cum a-
liena muliere ne sedeas omninò, nec accum-
13 bas cum ea super cubitum: * & non alterce-
ris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuū
in illam, & sanguine tuo labaris in perditio-
14 nem. * Ne derelinquas amicum antiquum:
C nouus enim non erit similis illi. * Vinum no-
uum,

uum, amicus nouus, veterascet, & cum sua- 15
Iudic.9 uitate bibes illud. * " Non zeles gloriam, 16
& opes peccatoris, non enim scis quæ futura
2.Re.15. sit illius subuersio * Nō placeat tibi iniuria 17
18. iniustorum, sciens quoniam vsque ad infe-
ros non placebit impius. * Longe abesto ab 18
homine potestatem habente occidendi, &
nō suspicaberis timorē mortis, * & si accesse- 19
ris ad illum, noli aliquid committere, ne for-
tè auferat vitam tuam. * Communionem 20
mortis scito: quoniam in medio laqueorum D
ingredieris, & super dolentium arma ambu-
labis. * Secundum virtutem tuam caue te à 21
proximo tuo, & cum sapientibus, & pruden-
tibus tracta. * Viri iusti sint tibi conuiuæ, & 22
in timore Dei sit tibi gloriatio, * & in sensu 23
sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua
in præceptis Altissimi. * In manu artifi- 24
cum opera laudabuntur, & princeps populi
in sapiētia sermonis sui in sensu verò senio-
rum verbum. * Terribilis est in ciuitate sua 25
homo linguosus, & temerarius in verbo suo
odibilis erit.

CAP. X.

"Pro.29. IVdex sapiens iudicabit populum suum, & 1
b.12. principatus sensati stabilis erit. * " Secun- A
dum iudicem populi, sic & ministri eius: & 2
qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitan-
"3.Reg. tes in ea. * " Rex insipiens perdet populum 3
12.b.13. suum, & ciuitates inhabitabuntur per sen-
sum potentium. * In manu Dei potestas ter- 4
ræ: & vtilem rectorem suscitabit in tempus
super illam. * In manu Dei prosperitas ho- 5
minis, & super faciem scribæ imponet hono-
rem suum. * Omnis iniuriæ proximi ne me- 6
mineris, " & nihil agas in operibus iniuriæ.
"Leu.19. * Odibilis coram Deo est, & hominibus su- 7
c.17. perbia: & execrabilis omnis iniquitas gen-
tium. * " Regnū à gente in gentem transfer- 8
"Dan.4. tur propter iniustitias, & iniurias, & contu-
c.14. melias, & diuersos dolos. * Auaro autem ni- 9
hil est scelestius. Quid superbit terra, & ci-
nis? * Nihil est iniquius quā amare pecuniā. 10
hic enim, & animam suam venalem habet: B
quoniam in vita sua proiecit intima sua.
* Omnis potentatus breuis vita. Languor 11
prolixior grauat medicum * Breuem lāguo- 12
rem præcidit medicus: sic & rex hodie est,
& cras morietur. * Cum enim morietur ho- 13
mo hereditabit serpentes, & bestias, & ver-
mes. * Initiū superbiæ hominis, apostatare à 14
Deo: * quoniam ab eo, qui fecit illū, recessit 15
cor eius, quoniam initium omnis peccati est
superbia: qui tenuerit illā, adimplebitur ma-
ledictis, & subuertet eum in finem. * Propte 16
rea exhonorauit Dominus conuentus malo
rum, & destruxit eos vsque in finem. * Se- C
des ducum superborum destruxit Deus, & 17
sedere fecit mites pro eis. * Radices gentiū 18
superbarū arefecit Deus, & plātauit humiles
ex ipsis gentibus. * Terras gentium euertit 19
Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamē
tum, * arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, 20
& cessare fecit memoriam eorum à terra.
21 * Memoriam superborū perdidit Deus, &
22 reliquit memoriam humilium sensu. * Nō
est creata hominibus superbia, neq. iracun-
23 dia nationi mulierum. * Semen hominū ho
norabitur hoc, quod timet Deum, semen au-
tem hoc exhonorabitur, quod præterit man-
24 data Domini. * In medio fratrū rector illorū
in honore. & qui timent Dominum, erunt
25 in oculis illius. * Gloria diuitū, honoratorū
26 & pauperum, timor Dei est: * noli despice-
re hominē iustum pauperē, & noli magnifi-
27 care virum peccatorē diuitem. * Magnus, &
D iudex, & potens est in honore: & non est ma
28 ior illo, qui timet Deum. * " Seruo sensato li "Pro.17.
beri seruient. " & vir prudens, & disciplina- a.2.
tus non murmurabit correptus, & inscius nō "2.Reg.
29 honorabitur. * Noli extollere te in facien- 12.c.13.
do opere tuo, & noli cunctari in tempore "Pro.12.
30 angustiæ. * " Melior est, qui operatur, & a- b.9.
bundat in omnibus, quam qui gloriatur, &
31 eget pane. * Fili in mansuetudine serua ani
mam tuam, & da illi honorem secundum
32 meritum suum. * Peccantem in animam
suam quis iustificabit? & quis honorificabit
33 exhonorantem animam suam? * Pauper glo
riatur per disciplinam, & timorem suum: &
est homo, qui honorificatur propter substā-
34 tiā suam. * Qui aūt gloriatur in paupertate,
quanto magis in substantia? & qui gloriatur
in substantia, paupertatem vereatur.

CAP. XI.

1 SApientia humiliati exaltauit caput illius, Gen.41.
A & in medio magnatorum consedere il- a.4.
2 lum faciet. * Nō laudes virum in specie sua Dan.6.a.
3 neque spernas hominē in visu suo, * breuis 3.
in volatilibus est apis, & initiū dulcoris ha- Ioa.7.c.
4 bet fructus illius. * " In vestitu ne glorieris 18.
vnquam, nec in die honoris tui extollaris. "Act.12.
quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & d.21.22.
gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.
5 * Multi tyrāni sederūt in throno, & insuspi-
6 cabilis portauit diadema. * " Multi potentes "1.Reg.
oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt 15.f.28.
7 in manus alterorū. * Priusquam interroges, Esth.6.b
ne vituperes quemquam: & cum interroga- 7.
8 ueris, corripe iustè. * " Priusquam audias, ne "Pro.18
respōdeas verbum: & in medio sermonum c.13.
9 ne adijcias loqui. * De ea re, quæ te nō mole- "1.Tim.
B stat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne 6.b.9.
10 consistas. * Fili ne in multis sint actus tui: & "Pro.10.
" si diues fueris, non eris immunis à delicto c.23.
si enim secutus fueris, non apprehendes: & Iob.42.
11 non effugies, si præcucurreris. * " Est homo c.10.
laborans, & festinans, & dolens impius, &
12 tanto magis non abundabit. * Est homo
marcidus egens recuperatione plus deficiens
13 virtute, & abundans paupertate: * & oculus
Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab
humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: &
mirati sunt in illo multi, & honorauerunt "Iob.1.c.
14 Deum. * " Bona, & mala, vita & mors, pau 22.
15 pertas, & honestas à Deo sunt. * Sapientia

& disciplina. & scientia legis apud Deũ. Dile-
ctio, & viæ bonorum apud ipsũ. * Error & 16
tenebræ peccatoribus cõcreata sunt: qui autẽ
exultant in malis, cõsenescunt in malo, * Da 17
tio Dei permanet iustis, & profectus illius
successus habebit in æternum. * Est qui lo- 18
cupletatur parcè agendo, & hæc est pars C
mercedis illius * in eo quod dicit. " Inueni 19
requiem mihi, & nunc manducabo de bonis
meis solus: * & nescit quod tempus præteriet, 20
& mors appropinquet, & relinquat omnia
alijs, & morietur. * Sta in testamento tuo, & 21
in illo colloquere, & in opere mandatorum
tuorũ veterasce. * Na manseris in operibus 22
peccatorum. Confide autem in Deo, & ma-
ne in loco tuo. * Facile est .n. in oculis Dei 23
subito honestare pauperem. * Benedictio 24
Dei in mercedem iusti festinat, & in hora ve
loci processus illius fructificat. * Ne dicas: 25
Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex
hoc bona? * Ne dicas: Sufficiens mihi tum: 26
" Inf. 18. & quid ex hoc pessimabor? * " in die bono- 27
d. 25. rũ ne immemor sis malorũ, & in die malo-
rũ ne immemor sis bonorũ: * quoniã faci- 28
le est corã Deo in die obitus retribuere vni-
cuique secundum vias suas. * Malitia horæ 29
oblivionem facit luxuriæ magnæ: & in fine D
hominis denudatio operum illius. * Ante 30
mortem ne laudes hominem quemquam,
quoniam in filijs suis agnoscitur vir. * Non 31
omnem hominem inducas in domum tuã:
multæ enim sũt insidiæ dolosi. * Sicut enim 32
eructãt præcordia fœtẽtium, & sicut perdix
inducitur in caueã, & vt caprea in laqueum:
sic, & cor superborũ, & sicut prospector vi-
dens casũ proximi sui. * Bona enim in mala 33
conuertens: insidiatur, & in electis imponet
maculam. * A scintilla vna augetur ignis, & 34
ab vno doloso augetur sanguis: homo verò
peccator sanguini insidiatur. * Attẽde tibi à 35
pestifero, fabricat .n. mala: ne fortè inducat
super te subsannationẽ in perpetuum. * Ad 36
mitte ad te alienigenam, & subuertet te in
turbine, & abalienabit te à tuis proprijs.

CAP. XII.

SI bene feceris, scito cui feceris, & erit gra- 1
tia in bonis tuis multa. * Benefac iusto, & A
inuenies retributionem magnam: & si non 2
ab ipso, certè a Domino. * Non est enim ei 3
bene, qui assiduus est in malis, & eleemosy-
nas non danti: quoniã, & altissimus odio ha-
bet peccatores, & misertus est pœnitentibus.
* " Da misericordi, & ne suscipias peccato- 4
" Gal. 6. rem: & impijs, & peccatoribus reddet vindi-
b. 10. ctam, custodiens eos in diem vindictæ. * Da 5
bono, & nõ receperis peccatorem: * & bene 6
fac humili, & nõ dederis impio: prohibe pa-
nes illi dari ne in ipsis potẽtior te sit: * nã 7
duplicia mala inuenies in omnibus bonis, B
quæcunque feceris illi: quoniam, & Altissi-
mus odio habet peccatores, & impijs red-
det vindictam. * Nõ agnoscetur in bonis a- 8
micus, & non abscondetur in malis inimi-
9 cus. * In bonis viri, inimici illius in tristitia:
10 & in malitia illius, amicus agnitus est. * Non
credas inimico tuo in æternũ: sicut enim æ-
11 ramentũ æruginat nequitia illius: * & si hu-
miliatus vadat curuus, adijce animũ tuum,
12 & custodi te ab illo. * Nõ statuas illũ pones
C te, nec sedeat ad dexterã tuam, ne forte con-
uertat sus in locũ tuũ, inquirat cathedrã tuã, &
in nouissimo agnoscas verba mea, & in ser-
13 monibus meis stimuleris: * Quis miserebi-
tur incãtatori à serpente percusso, & omnib.
qui appropiant bestijs? & sic qui comitatur
cũ viro iniquo, & obuolutus est in peccatis
14 eius. * Vna hora tecũ permanebit: si autẽ de " Ier. 4.
15 clinaueris, non supportabit. * " In labijs suis b. 6.
D indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur
16 vt subuertat te in foueam. * In oculis suis
lacrymatur inimicus: & si inuenerit tem-
17 pus, non satiabitur sanguine: * & si incurre-
rint tibi mala, inuenies eum illic priorem.
18 * In oculis suis lachrymatur inimicus, &
19 quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. * Ca-
put suũ mouebit, & plaudet manu, & mul-
ta suturrans commutabit vultum suum.

CAP. XIII.

1 A QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: " Deu.
" & qui communicauerit superbo in- a. 21.
2 duet superbiam. * Põdus super se tollet, qui
honestiori se communicat. Et ditiori te ne
3 socius fueris. * Quid communicabit cacabus
ad ollam, quando enim se collisserint, con-
4 fringetur. * Diues iniustè egit, & fremet: pau
5 per autem læsus tacebit. * Si largitus fueris,
assumet te: & si non habueris, derelinquet te.
6 * Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te,
7 & ipse non dolebit super te. * Si necessarius
illi fueris, supplantabit te, & subridens spem
dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus
8 est tibi? * Et confundet te in cibis suis, donec
re exinaniat bis, & ter: & in nouissimo deri-
debit te: & postea videns derelinquet te, &
9 caput suum mouebit ad te: * Humiliare
10 Deo, & expecta manus eius. * Attende ne
B seductus in stultitiam humilieris. * Noli
11 esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus
12 in stultitiam seducaris. * Aduocatus à poten-
tiore discede ex hoc enim magis te aduoca-
13 bit. * Ne improb. sis, ne impingaris: & ne
14 lõge sis ab eo, ne eas in obliuionẽ. * Ne reti-
neas ex æquo loqui cũ illo: nec credas mul-
tis verbis illius, ex multa .n. loquela tentabit
te, & subridens interrogabit te de abscõditis
15 tuis. * Immitis animus illius cõseruabit ver-
ba tua: & non parcet de malitia, & de vincu-
16 lis. * Caue tibi, & attende diligenter audi-
tui tuo: quoniam cum subuertione tua am-
17 bulas. * Audiens verò illa in somnis
18 vide, & vigilabis. * Omnis vita tua dilige
19 Deum, & inuoca illum in salute tua. * Om-
C ne animal diligit simile sibi: sic & omnis ho-
20 mo proximum sibi. * Omnis caro ad immi- " 1. Co.
lẽ sibi coniungetur, & omnis homo similis sui 6. c. 14.
21 sociabitur, * " Si cõmunicabit lupus agno ali-
quan-

quando, sic peccator iusto. * Quæ commu- 22
nicatio sancto homini ad canem? aut quæ
pars diuiti ad pauperem? * Venatio leoniso- 23
nager in eremo; sic & pascua diuitum, sunt
pauperes. * Et sicut abominatio est superbo 24
humilitas: sic & execratio diuitis pauper. * Di 25
ues cõmotus confirmatur ab amicis suis: hu-
milis autẽ cum ceciderit expelletur, & a no-
tis. * Diuiti decepto multi recuperatores: lo- 26
cutus est superba, & iustificauerunt illum, D
* humilis deceptus est, insuper & arguitur: 27
locutus est sensatè, & non est datus ei locus,
* Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & 28
verbũ illius vsque ad nubes perducet, * Pau- 29
per locutus est, & dicunt: Quis est hic? & si
offenderit, subuertent illũ. * Bona est substã- 30
tia, cui non est peccatum in cõscientia, & ne-
quissima paupertas in ore impij. * Cor homi 31
nis immutat faciem illius, siue in bona, siue
in mala. * Vestigium cordis boni, & faciem 32
bonam difficile inuenies, & cum labore.

CAP. XIV.

Inf. 19. c. 16. B Eatus vir, qui non est lapsus verbo ex o- 1
re suo, & non est stimulatus in tristitia A
delicti. * Felix, qui non habuit animi sui tri- 2
stitiam, & non excidit à spe sua. * Viro cupi 3
do, & tenaci sine ratione est substãtia, & ho-
mini liuido ad quid aurum? * Qui aceruat 4
ex animo suo iniustè, alijs congregat, & in
bonis illius alius luxuriabitur, * Qui sibi ne- 5
quã est, cui alij bonus erit? & non iucundabi-
tur in bonis suis. * Qui sibi inuidet, nihil est 6
illo nequius, & hæc redditio est malitiæ il-
lius: * & si bene fecerit, ignoranter, & non vo- 7
lens facit: & in nouissimo manifestat malitiã
suam. * Nequam est oculus liuidi, & auer 8
tens faciem suam, & despiciens animam B
suam. * Insatiabilis oculus cupidi in parte 9
iniquitatis: non satiabitur donec consumat
arefaciens animam suam. * Oculus malus 10
ad mala: & non satiabitur pane, sed indi-
gens, & in tristitia erit super mensam suam
* Fili si habes, benefac tecum, & Deo dignas 11
oblationes offer. * Memor esto quoniam 12
mors non tardat, & testamentum inferorũ
" Sup. 4. quia demonstratum est tibi: testamentum
n. 1. enim huius mundi morte morietur. * " An- 13
Tob. 4. b te mortem benefac amico tuo, & secũdũ vi-
7. res tuas exporrigens da pauperi. * Nõ defrau 14
Luc. 16. deris a die bono, & particula boni doni non
b. 9. te præteriat. * Nonne alijs relinques dolores 15
& labores tuos in diuisione sortis? * Da, & ac C
cipe, & iustifica animã tuam. * Ante obitũ 16
" Isa. 40. tuum operare iustitiam * quoniam non est 17
b. 7. apud inferos inuenire cibũ. * " Omnis caro 18
Iac. 1. b. sicut fenũ veterascet, & sicut foliũ fructificãs,
10. in arbore viridi. * Alia generãtur, & alia deij 19
1. Pet. 1. ciuntur, sic generatio carnis, & sanguinis, alia
d. 24. finitur. & alia nascitur. * Omne opus corru- 20
ptibile in fine deficiet: & qui illud operatur,
ibit cum illo. * Et omne opus electum iu- 21
" Psal. 1. stificabitur: & qui operatur illud, hono-
a. 2. rabitur in illo. * " Beatus vir, qui in sapien- 22
tia morabitur, & qui in iustitia sua meditabi-
tur, & in sensu cogitabit circũspectionem
23 Dei. * Qui excogitat vias illius in corde suo,
D & in abscõditis suis intelligens, vadẽs post
illam quasi inuestigaret, & in vijs illius con-
24 sistens: * qui respicit per fenestras illius, & in
25 ianuis illius audiens: * qui requiescit iuxta
domum illius, & in parietibus illius figens
palum statues casulam suam ad manus il-
lius, & requiescent in casulã illius bona per
26 æuum: * statuet filios suos sub tegmine il-
27 lius, & sub ramis eius morabitur, * protege-
tur sub tegmine illius à feruore, & in gloria
eius requiescet.

CAP. XV.

1 A QVi timet Deum, faciet bona, & qui con-
tinens est iustitiæ, apprehendet illam,
2 * & obuiabit illi quasi mater ho-
norificata, & quasi mulier à virginitate susci-
3 piet illum. * Cibabit illũ pane vitæ, & intelle-
ctus. " & aqua sapientiæ salutaris potabit il- " Io. 4. b.
4 lum, & firmabitur in illo, & non flectetur: * 10.
& continebit illum: & non confundetur: & 5
exaltabit illũ apud proximos suos, * & in me-
dio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit il-
lum spiritu sapientiæ, & intellectus, & stola
6 gloriæ vestiet illum. * Iucunditatem, & exul
B tationem thesaurizabit super illum, & no-
7 mine æterno hereditabit illum. * Homines
stulti non apprehendent illum, & homines
sensati obuiabunt illi, homines stulti nõ vi-
8 debunt eum: longè enim abest à superbia,
& dolo. * viri mendaces non erunt illius me
mores, & viri voraces inuenientur in illa, &
successum habebunt ex quo ad inspectionem
9 Dei. * Non est speciosa laus in ore pecca-
C toris: * quoniam à Deo profecta est sapien- 10
tia, sapientiæ enim Dei aptabit laus, & in ore
fideli abundabit, & dominator dabit eam il- 11
li. * Non dixeris: Per Deum abest: quæ e- 12
nim odit ne feceris. * Non dicas: ille me im
planauit: non enim necessarij sunt ei homi- 13
nes impij. * Omne execramentum erroris
odit Dominus, & non erit amabile timen- 14
tibus eum. * Deus ab initio constituit homi-
nem, & reliquit illum in manu consilij sui.
15 * Adiecit mandata, & præcepta sua, * " si vo- " Mat. 19.
16 lueris mandata seruare, conseruabunt te, c. 7.
17 & in perpetuum fidem placitam facere. * Ap
D posuit tibi aquam, & ignem: ad quod volue- " Ier. 21
18 ris, porrige manum tuam. * " Ante homi- b. 7.
nem vita, & mors, bonum, & malum: quod
19 placuerit ei, dabitur illi: * quoniam multa
sapiẽtia Dei, & fortis in potentia, videns om- " Ps. 33. c.
20 nes sine intermissione. * " Oculi Domini ad 10.
timentes eum, & ipse agnoscit omnem ope- Heb. 4. c.
21 ram hominis. * Nemini mandauit impie- 10.
22 agere, & nemini dedit spatium peccandi: *
non enim concupiscit multitudinem filio-
rum infidelium, & inutilium,

CAP. XVI.

NE iucunderis in filijs impijs, si multi- 1
plicentur: nec oblecteris super ipsos, si A
non est timor Dei in illis.* Non credas vitæ 2
illorum, & ne respexeris in labores eorum.
* Melior est.n. vnus timēs Deū, quam mille 3
filij impij.* Et vtile est mori sine filijs, quam 4
relinquere filios impios.* Ab vno sensato in- 5
habitabitur patria, tribus impiorum desere-
tur. * Multa talia vidit oculus meus, & for- 6
" Inf.21. b.10. tiora horum audiuit auris mea:*" In synago- 7
ga peccantium exardebit ignis, & in gente in-
" Gen.6. a.4. credibili exardescet ira.*" Non exorauerunt 8
pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destru-
cti sunt confidentes suæ virtuti:* & non pe- 9
percit peregrinationi Loth, & execratus est
eos præ superbia verbi illorum. * Non mi- 10
" Num. 14.c.20. & 26.f. 51. sertus est illis, gentem totam perdens, & ex- B
tollentem se in peccatis suis.*" Et sicut sexcē- 11
ta millia peditum, qui congregati sunt in du-
ritia cordis sui: & si vnus fuisset ceruicatus,
mirum si fuisset immunis,* misericordia.n. 12
& ira est cum illo. Potens exoratio, & effun-
dens iram:* secundum misericordiam suā, 13
sic correptio illius hominem secundum ope-
ra sua iudicat. * Non effugiet in rapina pec- 14
cator, & non retardabit sufferentia miser-
cordiam facientis * Omnis misericordia fa- 15
ciet locum, " vnicuique secundum meritum
" Rom. 2.a.6. operum suorum, & secundum intellectum
peregrinationis ipsius. * Non dicas: A Deo 16
abscondar, & ex summo quis mei memora- C
bitur? * In populo magno non agnoscar: quæ 17
est enim anima mea in tam immensa crea-
tura? * Ecce cælum, & cæli cælorum, abys- 18
sus, & vniuersa terra, quæ in eis sunt, in con-
spectu illius commouebuntur,* montes si- 19
mul, & colles, & fundamenta terræ: cum
conspexerit illa Deus, tremore concutientur.
* Et in omnibus his insensatū est cor: & om- 20
ne cor intelligitur ab illo:* & vias illius, quis 21
intelligit, & procellam, quam nec oculus vi-
debit hominis?* Nam plurima illius opera 22
sunt in absconsis: sed opera iustitiæ eius, quis
enunciabit? aut quis sustinebit? Longe .n. est
testamentum a quibusdam, & interrogatio
omnium in consummatione est.* Qui mino- 23
ratur corde, cogitat inania: & vir imprudens, D
& errans cogitat stulta.* Audi me fili, & di- 24
sce disciplinam sensus, & in verbis meis attē-
de in corde tuo,* & dicam in æquitate disci- 25
plinam, & scrutabor enarrare sapientiam: & in
verbis meis attende in corde tuo, & dico, in
æquitate spiritus virtutes, quas posuit Deus
in opera sua ab initio, & in veritate enuncio
scientiam eius * In iudicio Dei opera eius ab 26
initio & ab institutione ipsorū distinxit par-
tes illorum, & initia eorum in gentibus suis.
* Ornauit in æternū opera illorum, nec esu- 27
rierunt, nec laborauerunt, & non destiterūt
ab operibus suis.* Vnusquisque proximum 28
sibi, non angustiabit vsque in æternum. * Nō 29
sis incredibilis verbo illius. * Post hæc Deus 30
in terram respexit, & impleuit illam bonis
31 suis.* Anima omnis vitalis denunciauit ante
faciem ipsius, & in ipsam iterum reuersio il-
lorum.

CAP. XVII.

1 DEus creauit de terra hominem, & secun Gen.1.d. 27.
2 dum imaginem suam fecit illum. * Et
A iterum conuertit illum in ipsam, & secundū
3 se vestiuit illum virtute.* Numerum dierū,
& tempus dedit illi, & dedit illi potestatem
4 eorum, quæ sunt super terram * Posuit timo
rem illius, super omnem carnem, & domina-
5 tus est bestiarum, & volatilium.*" Creauit ex " Gen.2. b.7.& 5. a.1.
ipso adiutorium simile sibi: consilium, & lin-
guā, & oculos, & aures, & cor dedit illis exco-
gitandi: & disciplina intellectus repleuit illos.
6 * Creauit illis sciētiam spiritus, sensu imple-
uit cor illorum, & mala, & bona ostendit il-
7 lis. * Posuit oculum suum super corda illo-
rum, ostendere illis magnalia operum suo-
8 rum,* vt nomen sanctificationis collaudent:
B & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia
9 enarrent operum eius. * Addidit illis disci-
10 plinam, & legem vitæ hereditauit illos.* Te-
stamentum æternum constituit cum illis, &
11 iustitiam, & iudicia sua ostēdit illis.* Et ma-
gnalia honoris eius, vidit oculus illorum, &
honorem vocis, audierunt aures illorum, &
12 dixit illis: Attendite ab omni iniquo. * Et
mandauit illis vnicuique de proximo suo.
13 * Viæ illorum coram ipso sunt semper, non
14 absconsæ, ab oculis ipsius.*" In vnamquam- " Ro.13. a.2.
15 que gentem præposuit rectorem:* & pars
16 Dei, Israel facta est manifesta.* Et omnia o-
C pera illorum velut Sol in conspectu Dei: &
oculi eius sine intermissione inspicientes in
17 vijs eorum.* Non sunt abscondita testamē-
ta per iniquitatem illorum, & omnes iniqui-
18 tates eorum in conspectu Dei.* " Eleemosy- " Inf.29. b.16.
na viri, quasi signaculum cum ipso, & gratiā
19 hominis, quasi pupillam conseruabit:*" & " Mat.25. c.35.
postea resurget, & retribuet illis retributio-
nem, vnicuique in caput ipsorum, & conuer-
20 tet in interiores partes terræ.* Pœnitentibus
autem dedit viam iustitiæ, & confirmauit
deficientes sustinere, & destinauit illis sortē
21 veritatis.* Conuertere ad Dominum, & re-
22 linque peccata tua:* precare ante faciem Dñi,
23 & minue offendicula.* Reuertere ad Dñm,
& auertere ab iniustitia tua, & nimis odito
24 execrationem:* & cognosce iustitias, & iudi-
cia Dei, & sta in sorte propositionis, & oratio-
25 nis altissimi Dei. * In partes vade sæculi " Ps.6.a. 6. Is.38.d. 19.
D sancti, " cum viuis, & dantibus confessio-
26 nem Deo. * Non demoreris in errore im-
piorum ante mortem confitere. A mortuo
27 quasi nihil, perit confessio.* Confiteberis vi-
uens viuus, & sanus confiteberis, & laudabis
28 Deum, & gloriaberis in miserationib. illius.*
Quā magna misericordia Dñi, & propitiatio
29 illius conuertentibus ad se?* Nec .n. omnia
possunt esse in hominibus, quoniā nō est im
mortalis filius hominis, & in vanitate ma-
litiæ
litiæ placuerunt:* Quid lucidius Sole? & hic 30
deficiet. Aut quid nequius quam quod exco-
gitauit caro, & sanguis? & hoc arguetur.* Vir 31
tutem altitudinis cæli ipse conspicit: & om-
nes homines terra, & cinis.

CAP. XVIII.

Gen.1.a. 1. QVi viuit in æternum, creauit omnia si- 1
mul Deus solus iustificabitur, & A
manet inuictus rex æternū. * Quis 2
sufficit enarrare opera illius? * Quis enim in- 3
uestigabit magnalia eius? * Virtutem autem 4
magnitudinis eius quis enunciabit? aut quis
adijciet enarrare misericordiā eius? * Non 5
est minuere, neque adijcere, nec est inuenire
magnalia Dei.* Cū consummauerit homo, 6
tunc incipiet: & cum quieuerit, operabitur.
* Quid est homo, & quæ est gratia illius? & 7
quid est bonū, aut quid nequā illius?*" Nu- 8
" Ps.89. c.10. merus dierum hominū vt multum centum
anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt:
& sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die
æui.* Propter hoc patiens est Deus in illis, & 9
effundit super eos misericordiā suam. * Vi- B
dit præsumptionem cordis eorum, quoniā 10
mala est, & cognouit subuersionem illorum
quoniam nequā est. * Ideo adimpleuit pro- 11
pitiationem suam in illis: & ostendit eis viā
æquitatis. * Miseratio hominis circa proxi- 12
mum suum: misericordia autem Dei su-
per omnem carnem.* Qui misericordiā ha- 13
bet, docet, & erudit quasi pastor gregem suū
* Miseretur excipientis doctrinā miseratio- 14
nis, & qui festinat in iudicijs eius.* Fili in bo- 15
nis non des querelam. & in omni dato non
des tristitiam verbi mali.* Nonne ardorem 16
refrigerabit ros? sic, & verbum melius quām
datum.* Nonne ecce verbum super datum 17
bonum? sed vtraque cum homine iustifica-
to.* Stultus acriter improperabit: & datus in 18
disciplinati tabescere facit oculos. * Ante iu- C
dicium para iustitiam tibi, & antequam lo- 19
quaris disce.* Ante languorem adhibe medi 20
" 1.Cor. 11.d.28. cinam, " & ante iudiciū interroga teipsum,
& in conspectu Dei inuenies propitiationē.
* Ante languorem humilia te, & in tempore 21
infirmitatis ostende conuersationem tuam.
" Luc.18. a.1. *" Nō impediaris orare semper, & ne verea- 22
ris vsque ad mortem iustificari: quoniam
1.Thes. 5.d.17. merces Dei manet in æternum.* Ante oratio 23
nem præpara animā tuam: & noli esse quasi
" Sup.7. b.18. homo qui tentat Deum.*" Memento iræ in 24
die consummationis, & tempus retributio-
" Sup.11. c.27. nis in conuersatione faciei.*" Memēto pau- 25
pertatis in tempore abundantiæ, & necessi-
tatum paupertatis in die diuitiarum.* A ma 26
ne vsq. ad vesperam immutabitur tempus, D
& hæc omnia citata in oculis Dei. * Homo 27
sapiens in omnibus metuet, & in diebus de-
lictorum attendet ab inertia. * Omnis astu- 28
tus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam
dabit confessionē. * Sensati in verbis, & ipsi 29
sapienter egerunt: & intellexerunt veritatem
& iustitiam, & impleuerunt prouerbia, & iu-
30 dicia * " Post concupiscentias tuas non eas, " Rom. 6.b.13.& 13.d.14.
31 & à voluntate tua auertere. * Si præstes ani-
mæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gau
32 dium inimicis tuis. * Ne oblecteris in tur-
bis nec in modicis, assidua enim est commis-
33 sio illorum. * Ne fueris mediocris in con-
tentione ex fœnore, & est tibi nihil in saccu-
lo: eris enim inuidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

1 OPerarius ebriosus non locupletabitur:
A & qui spernit modica: paulatim deci- " Gen.19 g.33.
2 det.*" Vinum, & mulieres apostatare faciūt 3.Re.11. a.1.
3 sapientes, & arguent sensatos:* & qui se iun-
git fornicarijs, erit nequam: putredo, & ver-
mes hereditabunt illum, & extolletur in exē-
plum maius, & tolletur de numero anima
4 eius.*" Qui credit citò, leuis corde est, & mi " Ios.22. c.11.
norabitur: & qui delinquit in animam suā,
5 insuper habebitur. * Qui gaudet iniquitate,
denotabitur: & qui odit correptionem, mi-
nuetur vita, & qui odit loquacitatē, extinguit
6 malitiam. * Qui peccat in animam suā, pœ-
B nitebit: & qui iucundatur in malitia denota-
7 bitur:* Ne iteres verbum nequam, & durū,
8 & non minoraberis. * Amico, & inimico no-
li narrare sensum tuum: & si est tibi delictū
9 noli denudare.* audiet enim te, & custodiet
te, & quasi defendens peccatum odiet te, &
10 sic aderit tibi semper.* Audisti verbum ad-
uersus proximum tuum? commoriatur in
11 te, fidens quoniam non te dirumpet.* A fa-
cie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus
12 partus infantis. * Sagitta infixa femori car-
13 nis, sic verbum in corde stulti. * " Corripe a- " Leu.19 d.17.
micum, ne fortè non intellexerit, & dicat: Mat.18.
Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat face- b.15.
14 re.* Corripe proximum, ne fortè non dixe- Luc.17.
15 rit: & si dixerit, ne forte iteret.* Corripe ami a.3.
16 cum: sæpè enim fit commissio:* Et non om
C ni verbo credas, est qui labitur lingua, sed
17 non ex animo. * " Quis est enim qui non de- " Iac.3.
liquerit in lingua sua? Corripe proximū an- a.3.
18 tequam commineris. * Et da locum timori
Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei,
& in illa timere Deum, & in omni sapientia
29 dispositio legis.* Et non est sapientia nequi-
tiæ disciplina: & non est cogitatus peccato-
20 rū prudentia.* Est nequitia, & in ipsa execra
tio, & est insipiens, qui minuitur sapientia.
21 * Melior est homo, qui minuitur sapientia,
& deficiens sensu in timore, quàm qui abun-
dat sensu, & transgreditur legem Altissimi.
22 * Est solertia certa, & ipsa iniqua.* Et est qui
23 emittit verbum certum enarrans veritatem.
D Est qui nequiter humiliat se, & interiora e-
24 ius plena sunt dolo: * & est qui se nimium
submittit à multa humilitate: & est qui incli-
nat faciem suam, & fingit se nō videre quod
25 ignoratum est:* & si ab imbecillitate virium
vetetur peccare, si inuenerit tempus malefa-
26 ciendi, malefaciet. * Ex visu cognoscitur
vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.
27 * Amictus corporis, & risus dentium, & in-

gressus hominis enunciant de illo.* Est cor- 28
reptio mendax in ira contumeliosi: & est iu-
dicium, quod non probatur esse bonum : &
est tacens, & ipse est prudens.

CAP. XX.

QVàm bonum est arguere, quam irasci, 1
& confitentem in oratione non prohi- A
bere? * Concupiscentia spadonis deuirgina- 2
bit iuuenculam: * sic, qui facit per vim iudi- 3
cium iniquum.* Quam bonum est correptũ 4
manifestare pœnitentiam? sic enim effugies
voluntarium peccatum. * Est tacens, qui in- 5
uenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est
ad loquendum.* Est tacens non habens sen- 6
sum loquelæ: & est tacens sciens tempus ap-
tum.* Homo sapiens tacebit, vsque ad tem- 7
pus: lasciuus autem, & imprudens non ser-
uabunt tempus.* Qui multis vtitur verbis, 8
lædet animam suam: & qui potestatem sibi B
sumit iniustè, odietur.* Est processio in ma- 9
lis viro indisciplinato, & est inuentio in de-
trimentum.* Est datum, quod non est vtile: 10
& est datum, cuius retributio duplex. * Est 11
propter gloriam minoratio, & est, qui ab hu-
militate leuabit caput.* Est, qui multa redi- 12
mat modico pretio, & restituens ea in septu-
plum.* Sapiens in verbis seipsum amabilem 13
facit: gratiæ autem fatuorum effundentur.
* Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi 14
enim illius septemplices sunt, * exigua dabit, 15
& multa improperabit: & apertio oris illius
inflammatio est.* Hodie fœneratur quis, & 16
cras expetit: odibilis est homo huiusmodi.
* Fatuo non erit amicus, & non erit gratia 17
bonis illius, * qui enim edunt panem illius: 18
falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irride- C
bunt eum? * Neque enim, quod habendum 19
erat, directò sẽsu distribuit: similiter, & quod
non erat habendum. * Lapsus falsæ linguæ, 20
quasi qui in pauimento cadens: sic casus ma-
lorũ festinanter veniet.* Homo acharis quasi 21
fabula vana, in ore indisciplinatorũ assidua
erit. * Ex ore fatui reprobabitur parabola: 22
non enim dicit illam in tempore suo. * Est 23
qui vetatur peccare præ inopia, & in requie
sua stimulabitur. * Est qui perdet animam 24
suam præ confusione, & ab imprudenti per-
sona perdet eam: personæ autem acceptione
perdet se.* Est qui pręconfusione promittit 25
amico, & lucratus est eum inimicum gratis.* 26
Opprobrium nequam in homine mendaciũ,
& in ore indisciplinatorũ assiduè erit.* Po- 27
tior fur, quàm assiduitas viri mendacis, per- D
ditionem autem ambo hereditabunt.* Mo- 28
res hominum mendacium sine honore: &
confusio illorum cum ipsis sine intermissio-
ne.* Sapiens in verbis producet seipsum, & 29
homo prudens placebit magnatis.* Qui ope- 30
ratur terram suam, inaltabit aceruum frugũ:
& qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui
verò placet magnatis, effugiet iniquitatem.
*" Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, 31
& quasi mutus in ore auertit correptiones

"Ex. 23. a. 1. Deu. 16. d. 19. Inf. 41. c. 18.

32 eorum.* Sapientia absconsa, & thesaurus in-
33 uisus: quæ vtilitas in vtrisque? * Melior est,
qui celat insipientiam suam, quam homo, qui
abscondit sapientiam suam.

CAP. XXI.

1 A FIli peccasti? non adijcias iterum: sed &
de pristinis deprecare, vt tibi dimittan-
2 tur.* Quasi à facie colubri fuge peccata: & si
3 accesseris ad illa, suscipient te.* Dentes leo-
nis, dentes eius, interficientes animas homi-
4 num.* Quasi romphæa bis acuta omnis ini-
5 quitas plagæ illius non est sanitas. * Obiur-
gatio, & iniuriæ annullabunt substantiam:
& domus, quæ nimis locuples est, annullabi-
tur superbia: sic substantia superbi eradica-
6 bitur.* Deprecatio pauperis ex ore vsque ad
aures eius perueniet, & iudicium festinato
7 adueniet illi.* Qui odit correptionem, vesti-
gium est peccatoris, & qui timet Deum, con-
8 uertetur ad cor suum. Notus à longe potens
lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso.
9 * Qui ædificat domum suam impendijs a-
B lienis, quasi qui colligit lapides suos in hie-
10 me.*" Stuppa collecta synagoga peccantium,
& consummatio illorum flamma ignis. "Sup. 16. a. 7.
11 * Via peccantium complanata lapidibus, &
in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.
12 * Qui custodit iustitiam, continebit sensum
13 eius.* Consummatio timoris Dei, sapientia
14 & sensus.* Non erudietur, qui non est sapiẽs
15 in bono.* Est autem sapientia, quæ abundat
in malo: & non est sensus, vbi est amaritu-
16 do.* Scientia sapientis tamquam inundatio
abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ
17 permanet.* Cor fatui, quasi vas confractum
18 & omnem sapientiam non tenebit.* Verbũ
C sapiens, quodcumque audierit scius lauda-
bit, & ad se adijciet: audiuit luxuriosus, & di-
splicebit illi, & proijciet illud post dorsum
19 suum.* Narratio fatui, quasi sarcina in via:
20 nam in labijs sensati inuenietur gratia.* Os
prudentis quæritur in ecclesia, & verba il-
21 lius cogitabunt in cordibus suis.* Tamquã
domus exterminata, sic fatuo sapientia: &
22 scientia insensati inenarrabilia verba.* Cõ-
pedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi
vincula manuum super manum dextram.
23 * Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir au-
D tem sapiens vix tacitè ridebit.* Ornamen-
24 tum aureũ prudenti doctrina, & quasi bra-
25 chiale in brachio dextro.* Pes fatui facilis
in domum proximi: & homo peritus con-
26 fundetur à persona potentis.* Stultus à fe-
nestra respiciet in domum: vir autem erudi-
27 tus foris stabit.* Stultitia hominis ausculta-
re per ostium: & prudens grauabitur contu-
28 melia.* Labia imprudentium stulta narra-
bunt: verba autem prudentium statera pon-
29 derabuntur.* In ore fatuorum cor illorum,
30 & in corde sapientium os illorum. * Dum
maledicit impius diabolum, maledicit ip-
31 se animam suam.* Susurro coinquinabit
animam suam, & in omnibus odietur: &
qui

qui cum eo manserit, odiosus erit: tacitus &
sensatus honorabitur.

CAP. XXII.

IN lapide luteo lapidatus est piger, & om- 1
nes loquentur super aspernationẽ illius. A
* De stercore boum lapidatus est piger: & 2
omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus.
* Confusio patris est de filio indisciplinato: 3
filia autẽ in deminoratione fiet. * Filia pru- 4
dens hereditas viro suo, nam quæ cõfundit,
in contumeliam fit genitoris * Patrem, & vi- 5
rum confundit audax, & ab impijs non mi-
norabitur: ab vtrisq; autem inhonorabitur.
* Musica in luctu importuna narratio: fla- 6
gella, & doctrina in omni tempore sapiẽtia.
* Qui docet fatuum quasi qui conglutinat te- 7
stam. * Qui narrat verbum non audienti, 8
quasi qui excitat dormientem de graui som-
no. * Cum dormiente loquitur, qui enarrat 9
stulto sapientiam: & in fine narrationis di-
"Inf. 38. b. 16. cit, Quis est hic * " Supra mortuum plora, 10
defecit enim lux eius: & supra fatuũ plora,
deficit enim sensus.* Modicum plora supra 11
mortuum, quoniam requieuit.* Nequissimi 12
enim nequissima vita super mortem fatui.
"Ge. 50. b. 10. * " Luctus mortui septem dies: fatui autem 13
& impij omnes dies vitæ illorum: * Cum 14
stulto ne multum loquaris, & cum insensato B
ne abieris.* Serua te ab illo, vt non molestiã 15
habeas, & non coinquinaberis peccato illius.
* Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & nõ 16
acediaberis in stultitia illius. * Super plum- 17
bum quid grauabitur? & quod illi aliud no-
"Pro. 27. a. men quam fatuus? * " Arenam, & salem, & 18
massam ferri facilius est ferre, quã hominem
imprudentem, & fatuum, & impium.* Lo- 19
ramentum ligneum colligatũ in fundamen-
to ædificij non dissoluetur: sic & cor confir-
matum in cogitatione consilij. * Cogitatus 20
sensati in omni tempore, metu nõ deprauã-
bitur.* Sicut pali in excelsis, & cæmenta sine 21
impensa posita contra faciem venti nõ per- C
manebunt:* sic & cor timidum in cogitatio- 22
ne stulti contra impetum timoris non resi-
stet. * Sicut cor trepidum in cogitatione fa- 23
tui, omni tempore non metuet, sic & qui in
præceptis Dei permanet semper. * Pungens 24
oculum deducit lacrymas: & qui pungit cor,
profert sensum. * Mittens lapidem in volati- 25
lia deijciet illa: sic & qui conuitiatur amico,
dissoluit amicitiam.* Ad amicũ etsi produ- 26
xeris gladium, nõ desperes: est enim regres-
sus. Ad amicũ * si aperueris os triste, non ti- 27
meas: est enim concordatio: excepto conui-
tio, & improperio: & superbia, & mysterij
reuelatione, & plaga dolosa: in his omnibus
effugiet amicus; * Fidẽ posside cũ amico in 28
paupertate illius, vt & in bonis illius lęteris. D
* In tẽpore tribulationis illius permane illi 29
fidelis, vt & in hereditate illius coheres sis.
* Ante ignem camini vapor, & fumus ignis 30
inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta,
& contumeliæ, & minæ.* Amicum salutare 31

non confundar, à facie illius non me abscon-
dam: & si mala mihi euenerint per illum, su-
32 stinebo.* Omnis qui audiet, cauebit se ab
33 eo. * " Quis dabit ori meo custodiam, & su- "Ps. 140. a. 3.
per labia mea signaculum certum, vt nõ ca-
dam ab ipsis, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

1 A DOmine pater, & dominator vitæ meæ
ne derelinquas me in consilio eorũ: nec
2 sinas me cadere in illis. * Qui superponet
in cogitatu meo flagella, & in corde meo do-
ctrinam sapientiæ, vt ignorationibus eorum
non parcant mihi, & non appareant delicta
3 eorum, * & ne adincrescant ignorãtiæ meæ,
& multiplicentur delicta mea, & peccata
mea abundent, & incidam in conspectu ad-
uersariorum meorum, & gaudeat super me
4 inimicus meus? * Domine pater, & Deus vi-
tæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illo-
5 rum * Extollentiam oculorum meorum ne
dederis mihi, & omne desiderium auerte à
6 me. * Aufer à me ventris concupiscentias, &
concubitus concupiscentiæ ne apprehendãt
me, & animæ irreuerẽti, & infrunitæ ne tra-
7 das me.* Doctrinam oris audite filij: & qui
custodierit illam, non periet labijs, nec scan-
8 dalizabitur in operibus nequissimis. * In va-
nitate sua apprehenditur peccator, & super-
bus, & maledicus scandalizabitur in illis.
9 * " Iurationi non assuescat os tuum, multi "Ex. 20. b. 6. Matt. 5. d. 33.
B enim casus in illa. * Nominatio verò Dei nõ
10 sit assidua in ore tuo, & nominibus Sancto-
rum non admiscearis: quoniam non eris im-
11 munis ab eis. * Sicut enim seruus interro-
gatus assiduè, à liuore non minuitur: sic om-
nis iurans, & nominans, in toto à peccato nõ
12 purgabitur. * Vir multum iurãs implebitur
iniquitate, & non discedet à domo illius pla-
13 ga. * Et si frustrauerit, delictum illius super
ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquit du-
14 pliciter: * & si in vacuum iurauerit, nõ iusti-
ficabitur: replebitur enim retributione do-
15 mus illius.* Est & alia loquela cõtrãria mor-
16 ti, non inueniatur in hereditate Iacob.* Ete-
nim à misericordibus omnia hæc auferen-
17 tur, & in delictis non voluntabuntur. * Indi-
sciplinatæ loquelæ nõ assuescat os tuum: est
18 enim in illa verbum peccati.* Memento pa-
tris, & matris tuæ, in medio enim magnato-
19 rum consistis: * ne forte obliuiscatur te Deus
in conspectu illorum, & assiduitate tua infa-
tuatus, improperium patiaris, & maluisses
non nasci, & diem natiuitatis tuę maledicas.
20 * " Homo assuetus in verbis improperij, in "2. Reg. 16. b. 7.
C omnibus diebus suis non erudietur. * Duo
21 genera abundant in peccatis, & tertium ad-
22 ducit iram, & perditionem. * Anima calida
quasi ignis ardens nõ extinguetur donec ali-
23 quid glutiat: * & homo nequam in ore car-
nis suæ non desinet, donec incendat ignem.
24 * Homini fornicario omnis panis dulcis nõ
fatigabitur transgrediens vsque ad finem. "Isa. 29. c. 15.
25 * " Omnis homo, qui transgreditur lectum
 suum,

suum, contemnens in animam suam, & dicens: Quis me videt? * tenebræ circumdant 26
me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorũ meorum non memorabitur Altissimus.* Et non 27
intelligit quoniam omnia videt oculus illius quoniam expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: * & non cognouit quoniã ocu- 28
li Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominũ corda intuentes in absconditas partes. * Domi- 29
no enim Deo antequam crearentur, omnia D
sunt agnita: sic & post perfectũ respicit omnia. * Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & 30
quasi pullus equinus fugabitur: & vbi non
sperauit, apprehendetur. * Et erit dedecus 31
omnibus, eo quòd non intellexerit timorem
[a] Leu.20. b.10. Deut.22. c.28. Domini: * [a] Sic & mulier omnis relinquens 32
virum suum, & statuẽs hereditatem ex alieno matrimonio: * primò enim in lege Altis- 33
simi incredibilis fuit: secundò in virũ suum
deliquit: tertiò in adulterio fornicata est, &
ex alio viro filios statuit sibi. * Hæc in eccle- 34
siam adducetur, & in filios eius respicietur.
* Non tradent filii eius radices, & rami eius 35
non dabũt fructum, * derelinquet in male- 36
dictum memoriã eius, & dedecus illius non
delebitur. * Et agnoscent, qui derelicti sunt, 37
quoniam nihil melius est, quam timor Dei:
& nihil dulcius, quam respicere in mandatis
Domini. * Gloria magna est tequi Dominũ: 38
longitudo enim dierum assumetur ab eo.

CAP. XXIV.

SApientia laudabit animam suam, & in 1
Deo honorabitur, & in medio populi sui A
gloriabitur, & * in ecclesijs Altissimi aperiet 2
os suum, & in cõspectu virtutis illius gloriabitur; * & in medio populi sui exaltabitur, & 3
in plenitudine sanctæ admirabitur, * & in 4
multitudine electorum habebit laudem, &
inter benedictos benedicetur, dicens: * Ego 5
ex ore Altissimi prodiui primogenita ante
omnem creaturam: * Ego feci in cælis, vt ori- 6
etur lumen indeficiens, & sicut nebula texi
omnem terram: * Ego in altissimis habita- 7
ui, & thronus meus in columna nubis. * Gy- 8
rum cæli circuiui sola, & profundum abyssi
penetraui, in fluctibus maris ambulaui, * & 9
in omni terra steti: & in omni populo, * & 10
in omni gente primatum habui: * & omniũ 11
excellẽtium, & humilium corda virtute calcaui: & in his omnibus requieui quæsiui, &
in hereditate Domini morabor * Tunc præ- 12
cepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui
creauit me, requieuit in tabernaculo meo,
* & dixit mihi: in Iacob inhabita, & in Israel 13
hereditare, &c. in electis meis mitte radi-
[a] Prou.8. c.12. ces. * [a] Ab initio, & ante sæcula creata sum, 14
& vsque ad futurum sæculum nõ desinam, B
& in habitatione sancta coram ipso ministraui. * Et sic in Sion firmata sum, & in ci- 15
uitate sanctificata similiter requieui, & in Ie-
16 rusalẽ potestas mea * Et radicaui in populo
honorificato, & in parte Dei mei hereditas
illius, & in plenitudine sanctorum detentio
17 mea. * Quasi cedr9 exaltata sum in Libano,
18 & quasi cypressus in monte Siõ: * quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio
19 rosæ in Iericho: * Quasi oliua speciosa in cãpis, & quasi platanus exaltata sum iuxta
20 aquam in plateis. * Sicut cinnamomum, &
balsamum aromatizans odorem dedi: quasi
21 myrrha electa dedi suauitatem odoris: * & quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, &c. quasi balsamum non
22 mixtum odor meus. * Ego quasi terebinth9 extendi ramos meos, & rami mei honoris
23 & gratiæ. * Ego quasi vitis fructificani suaui-
C tatem odoris: & flores mei fructus honoris
24 & honestatis. * Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei,
25 * In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me
26 omnis spes vitæ & virtutis. * Trãsite ad me
omnes, qui concupiscitis me, & à generatio-
27 nibus meis impleminì: * Spiritus enim meus
super mel dulcis, & hereditas mea sup mel,
28 & fauum: * Memoria mea in generationes
29 sæculorum. * Qui edunt me adhuc esuriẽt:
30 & qui bibunt me, adhuc sitient. * Qui audit
me, non confundetur: & qui operantur in
31 me, non peccabunt. * Qui elucidant me, vi-
32 tam æternam habebunt: * Hæc omnia liber
vitæ, & testamentũ Altissimi, & agnitio ve-
33 ritatis. * Legem mandauit Moyses in præcepti iustitiarum, & hereditatem domui Ia-
34 cob, & Israel promissiones. * Posuit Dauid
puero suo excitare regẽ ex ipso fortissimũ,
& in throno honoris sedentem in sempiter-
35 num. * [a] Qui impler quasi Phison sapientiã, [a] Gen.2. b.11.
36 & sicut Tigris in diebus nouorum * Qui ad-
impletquasi Euphrates sensum: [a] qui multi- [a] Ioe. 3. d.15.
37 plicat quasi Iordanis in tempore messis.
* Qui mittit disciplinam sicut lucem, & as-
38 sistens quasi Gehon in die vindemiæ. * Qui
perficit primus scire ipsam, & in firmior non
39 inuestigabit eam. * A mari enim abundauit
D cogitatio eius, & consilium illius ab abysso
40 magna. * Ego sapiẽtia effudi flumina. * Ego
41 quasi trames aquæ immensæ de fluuio, ego
quasi fluuij dyorix, & sicut aquæ ductus exi-
42 ui de paradiso. * dixi: Rigabo hortum meũ
plantationũ, & inebriabo prati mei fructum.
43 * Et ecce factus est mihi trames abundans,
& fluuius meus appropinquauit ad mare:
44 * quoniam doctrinam quasi antelucanũ il-
lumino omnibus, & enarrabo illam vsq. ad
45 longinquum. * Penetrabo omnes inferiores
partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Do-
46 mino: * Adhuc doctrinam quasi prophetiã
effundam, & relinquam illam quærentibus
sapientiam, & non desinam in progenies il-
47 lorum vsque in æuum sanctum. [a] * Videte [a] Inf. 33.
quoniam non soli mihi laboraui, sed omni- c.18.
bus, exquirentibus veritatem.

CAP.

CAP. XXV.

IN tribus placitum est spiritui meo, quæ 1
sunt probata coram Deo, & hominibus. A
* Cõcordia fratrum, & amor proximorum, 2
& vir, &c. mulier bene sibi consentientes.
* Tres species odiuit anima mea, & aggra- 3
uor valde animę illorum: * Pauperem superbum: diuitem mendacem: senem fatuum, &
insensatum. * Quæ in iuuentute tua non cõ- 5
gregasti, quomodo ĩ senectute tua inuenies?
* Quam speciosum cantici iudicium, & pres- 6
byteris cognoscere consilium? * Quam spe- 7
ciosa veteranis sapientia, & gloriosis intelectus, & consilium. * Corona senum multa 8
peritia, & gloria illorum timor Dei. * Nouẽ 9
insuspicabilia cordis magnificaui, & deci- B
mum dicam in lingua hominibus. * Homo, 10
qui iucundatur in filijs, viuẽs, & videns subuersionem inimicorum suorum. * [a] Beatus, 11
qui habitat cum muliere sensata, [a] & qui lingua sua non est lapsus, & qui nõ seruiuit indignis se. * Beatus, qui inuenit amicum ve- 12
rum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. * Quam magnus, qui inuenit sapien- 13
tiam, & scientiam? sed * non est super timentem Dominum: * timor Dei super omnia 14
se superposuit: * beatus homo, cui dona- 15
tum est habere timorem Dei: qui tenet il-
lum, cui assimilabitur? * Timor Dei ini- 16
tium dilectionis eius: fidei autem initium
agglutinandum est ei, * omnis plaga tristi- 17
tia cordis est: & omnis malitia, nequitia mu- C
lieris. * Et omnem plagam, & non plagam 18
videbit cordis; * & omnem nequitiam, & 19
non nequitiam mulieris: * & omnem obdu- 20
ctum, & non obductum odientium: * & 21
omnem vindictam, & non vindictam inimicorum. * Non est caput nequius super ca- 22
put colubri: * & non est ira super iram 23
[a] Pro.21. c.19. mulieris. * [a] Commorari leoni, & draconi
placebit, quã habitare cum muliere nequam.
* Nequitia mulieris immutat faciem eius: & 24
obcæcat vultum suum tamquam vrsus, &
quasi saccum offendit in medio proximorum eius. * ingemuit vir eius, & audiens 25
suspirauit modicum. * Breuis omnis mali- 26
tia super malitiam mulieris sors peccatorum
cadat super illam. * Sicut ascensus areno- 27
sus in pedibus veterani, sic mulier linguata D
[a] Inf. 42. b.2. homini quieto. * [a] Ne respicias in mulieris 28
speciem, & non concupiscas mulierem in
specie. * Mulieris ira, & irreuerentia, & con- 29
fusio magna. * Mulier si primatum habeat, 30
contraria est viro suo. * Cor humile, & fa- 31
cies tristis, & plaga cordis, mulier nequam,
* Manus debiles, & genua dissoluta, mu- 32
[a] Gen.3. b.6. lier quæ non beatificat virum suum. * [a] A 33
mutiere initium factum est peccati, & per
illam omnes morimur. * Non des aquæ 34
tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri ne-
quam veniam prodeundi. * Si non ambula- 35
uerit ad manum tuam, confunder te in con-
spectu inimicorũ. * A carnibus tuis abscin- 36
de illam, ne semper te abutatur.

CAP. XXVI.

MVlieris bonæ beatus vir: numerus é- 1
nim annorum illius duplex. * Mu- 2
A lier fortis oblectat virum suum, & annos vi-
tæ illius in pace implebit. * Pars bona, mu- 3
lier bona, in parte timentiũ Deum dabitur
viro pro factis bonis: * diuitis autem, & pau- 4
peris cor bonum, in omni tempore vultus il- 5
lorum hilaris. * A tribus timuit cor meum 6
& in quarto facies mea metuit: * Delatiuram
ciuitatis: & collectionem populi: * calum- 7
niam mendacem, super mortem, omnia 8
grauia: * dolor cordis, & luctus, mulier ze-
lotypa. * In muliere zelotypa flagellum lin- 9
gua, omnibus communicans. * Sicut boum 10
B iugum, quod mouetur, ita & mulier ne-
quam: qui tenet illam, quasi qui apprehen- 11
dit scorpionem. * Mulier ebriosa ira magna:
& contumelia, & turpitudo illius non rege- 12
tur. * Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. 13
* [a] In filia non auertente se, firma custodiãt 14 [a] Inf. 42. b.11.
ne inuenta occasione vtatur se. * Ab omni
irreuerentia oculorum eius caue, & ne mire- 15
ris si te neglexerit, * sicut viator sitiens, ad
fontem os aperiet, & ab omni aqua proxi-
ma bibet, & contra omnem palum sedebit,
& contra omnem sagittam aperiet pharetra 16
donec deficiat. * Gratia mulieris sedulæ de- C
lectabit virum suum, & visa illius impin- 17
guabit * Disciplina illius datum Dei est. 18
* Mulier sensata, & tacita, non est immuta- 19
tio eruditæ animæ. * Gratia super gratiam 20
mulier sancta, & pudorata. * Omnis autem
ponderatio non est digna continentis ani- 21
mæ. * Sicut Sol ortens mundo in altissimis
Dei, sic mulieris bonæ species in ornamen- 22
tum domus eius: * lucerna splendens super
candelabrum sanctum, & species faciei su- 23
per ætatem stabilem. * Columnæ aureæ su-
D per bases argẽteas, & pedes firmi super plã- 24
tas stabilis mulieris. * Fundamenta æterna
supra petrã solidam, & mandata Dei in cor- 25
de mulieris sanctæ. * In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracũdia mihi 26
aduenit: * Vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus: * & qui 27
transgreditur à iustitia ad peccatum Deus
28 parauit eum ad romphæam. * Duæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt, difficile exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

CAP. XXVII.

1 PRopter inopiam multi deliquerunt: & 2
A qui quærit locupletari, auertit oculum
suum. * Sicut in medio compaginis lapi-
dum palus figitur, sic & inter medium ven-
ditionis, & emptionis angustiabitur pec- 3
catum. * Conteretur cum delinquente de- 4
lictum. * Si non in timore Domini te-
nueris te instanter, citò subuertetur domus
tua.

tua.* Sicut in percussura cribri remanebit pul- 5
uis, sic aporia hominis i cogitatu illius.* Va- 6
sa figuli probat fornax, & homines iustos tē-
tatio tribulationis.* Sicut rusticatio de ligno 7
ostēdit fructū illius, sic verbum ex cogitatu
cordis hominis.* Ante sermonē non laudes 8
virum: hæc enim tentatio est hominum.* Si 9
sequaris iustitiam, apprehendes illam: & in-
dues quasi poderem honoris, & inhabitabis
cum ea, & proteget te in sempiternum, & in
die agnitionis inuenies firmamentum.* Vo- 10
latilia ad sibi similia conueniunt: & veri-
tas ad eos, qui operantur illam, reuertetur. B
* Leo venationi insidiatur semper, sic pec- 11
cata operantibus iniquitates. * Homo san- 12
ctus in sapientia manet sicut Sol: nam stul-
tus sicut Luna mutatur.* In medio insensa- 13
torum serua verbū tempori: in medio autē
cogitantiū assiduus esto.* Narratio peccan- 14
tium odiosa, & risus illorum in delicijs pec-
cati:* Loquela multum iurans, horripilatio- 15
nem capiti statuet: & irreuerentia ipsius ob-
turatio auriū.* Effusio sanguinis in rixa su- 16
perborū: & maledictio illorum auditus gra-
uis.* Qui denudat arcana amici, fidem per- 17
dit, & non inueniet amicum ad animū suū. C
* Dilige proximum, & cōiungere fide cum 18
illo. * Quòd si denudaueris absconsa illius, 19
non persequeris post eum.* Sicut enim ho- 20
mo, qui perdit amicum suum; sic & qui per-
dit amicitiam proximi sui.* Et sicut qui di- 21
mittit auē de manu sua, sic dereliquisti pro-
ximum tuum, & non eū capies.* non illum 22
sequaris, quoniam longè abest: effugit enim
quasi caprea de laqueo: quoniam vulnerata
est anima eius. * vltra eū non poteris colli- 23
gare, & maledicti est concordatio.* denuda- 24
re autem amici mysteria, desperatio est ani-
mæ infelicis.* Annuens oculo fabricat ini- 25
qua, & nemo eum abijciet:* in conspectu o- 26
culorum tuorum conculcabit os suū, & su- D
per sermones tuos admirabitur: nouissimè
autem peruertet os suum, & in verbis tuis
dabit scandalum.* Multa odiui, & non coæ- 27
quaui ei, & Dominus odiet illum. * Qui in 28
altum mittit lapidē, super caput eius cadet:
& plaga dolosa dolosi diuidet vulnera.* Et 29
qui foueā fodit, incidet in eā: & qui statuit la-
pidē proximo offendet in eo: & qui laqueū
alij ponit, peribit in illo. * Facienti nequissi- 30
mum consilium, super ipsum deuoluetur, &
non agnoscet vnde adueniat illi.* Illusio & 31
improperium superborum, & vindicta sicut
leo insidiabitur illi. * Laqueo peribunt qui 32
oblectantur casu iustorū: dolor autem con-
sumet illos antequam moriantur.* Ira & fu- 33
ror, vtraque execrabilia sunt, & vir peccator
consumens erit illorum.

Deu. 32. c. 35. Matt. 6. d. 14. Mar. 11. c. 25. Ro. 12. d. 19.

CAP. XXVIII.

QVi vindicari vult, a Domino inueniet 1
vindictam, & peccata illius seruās ser- A
uabit.* Relinque proximo tuo nocenti te: & 2
tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Ho- 3
mo homini reseruat iram, & à Deo quærit
4 medelam? * In hominem similem sibi non
habet misericordiam, & de peccatis suis de-
5 precatur? * Ipse cum caro sit, reseruat iram,
& propitiationem petijt à Deo? quis exora-
6 bit pro delictis illius?* Memento nouissimo-
7 rum, & desine inimicari,* tabitudo enim, &
8 mors imminent in mandatis eius.* Memo-
rare timorem Dei, & non irascaris proximo.
9 * Memorare testamentum Altissimi, & de-
10 spice ignorantiam proximi * Abstine te à li-
11 te, & minues peccata:* homo enim iracun-
B dus incendit litem, & vir peccator turbabit
amicos, & in medio pacem habentium im-
12 mittet inimicitiam. * Secundum enim li-
gna siluæ sic ignis exardescit: & secundum
virtutem hominis, sic iracundia illius erit, &
secundum substātiam suam exaltabit iram
13 suam * Certamen festinatim incendit ignē:
& lis festinans effundit sanguinem: & lin-
14 gua testificās adducit mortē.* Si sufflaueris
in scintillā, quasi ignis exardebit: & si expue-
ris super illā, extinguetur: vtraq; ex ore pro-
15 ficiscūtur.* Susurro, & bilinguis maledict9:
16 multos enim turbabit pacē habentes * Lin-
C gua tertia multos commouit, & dispersit il-
17 los de gente in gentē * ciuitates muratas di-
uitum destruxit, & domos magnatorū effo-
18 dit.* Virtutes populorum concidit, & gētes
19 fortes dissoluit.* Lingua tertia mulieres vi-
20 ratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. * q
respicit illā, non habebit requiem, nec habe-
21 bit amicum, in quo requiescat.* Flagelli pla-
ga liuorem facit: plaga autem linguæ com-
22 minuet ossa. * Multi ceciderunt in ore gla-
dij, sed non sic quasi qui interierunt per lin-
23 guam suam.* Beatus qui tectus est à lingua
nequam, qui in iracundiā illius non transi-
uit, & qui non attraxit iugū illius, & in vin-
24 culis eius non est ligatus:* iugū enim illius,
iugum ferreum est, & vinculum illius, vincu-
25 lum æreum est.* Mors illius, mors nequissi-
26 ma: & vtilis potius infernus quam illa.* Per-
D seuerantia illius non permanebit, sed obtine-
bit vias iniustorum: & in flamma sua non
27 comburet iustos. * Qui relinquunt Deum,
incident in illam, & exardebit in illis, & non
extinguetur, & immittetur in illos quasi leo,
28 & quasi pardus lædet illos.* Sepi aures tuas
spinis, linguam nequam noli audire, & ori
29 tuo facito ostia, & seras.* Aurum tuum, &
argentum tuum confla, & verbis tuis faci-
30 to stateram, & frenos ori tuo rectos: * & at-
tende ne fortè labaris in lingua, & cadas in
conspectu inimicorum insidiantium tibi, &
sit casus tuus insanabilis in mortem.

CAP. XXIX.

1 QVi facit misericordiam, fœneratur pro-
A ximo suo: & qui præualet manu, man-
2 data seruat * Fœnerare proximo tuo in
tempore necessitatis illius, & iterum red-
de

de proximo in tempore suo.* Confirma ver- 3
bum, & fideliter age cum illo: & in omni tē-
pore inuenies quod tibi necessariū est.* Mul- 4
ti quasi inuentionem æstimauerunt fœnus,
& præstiterunt molestiam his, qui se adiu-
uerunt.* Donec accipiant, osculantur manus 5
dantis, & in promissionibus humiliant vo-
cem suam: * & in tēpore redditionis postu- 6
labit tēpus, & loquetur verba tædij, & mur-
murationum, & tempus causabitur: * si autē 7
docuerit reddere, aduersabitur, solidi vix red-
det dimidium, & computabit illud quasi in-
uentionem:* sin autem fraudabit illum pe- B
cunia sua, & possidebit illum inimicum gra- 8
tis:* & cōuitia, & maledicta reddet illi, & p 9
honore, & beneficio reddet illi contumeliā.
* Multi non causa nequitiæ non fœnerati sūt 10
sed fraudari gratis timuerunt. * Verumta- 11
men super humilem animo fortior esto, &
pro eleemosyna non trahas illum.* Propter 12
mādatum assume pauperem: & propter in-
opiam eius ne dimittas eum vacuum.* Per- 13
de pecuniam propter fratrem, & amicum
tuum: & non abscondas illam sub lapide in
perditionem.* " Pone thesaurum tuum in 14
præceptis Altissimi, & proderit tibi magis
quam aurum.* " Conclude eleemosynam in 15
corde pauperis, & hæc p te exorabit ab om-
ni malo. * Super scutum potentis, & super 16
lanceam aduersus inimicum tuum pugna-
bit. * Vir bonus fidē facit pro proximo suo 17
* & qui perdiderit cōfusionem, derelinquet 18
sibi.* Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: 19
dedit enim pro te animam suam. * Repro- C
missionem fugit peccator, & immundus. 20
* Bona repromissoris sibi ascribit peccator: 21
* & ingratus sensu derelinquet liberantē se. 22
* Vir repromittit de pximo suo, & cum p- 23
diderit reuerentiam, derelinquetur ab eo.
* Repromissio nequissima multos perdidit 24
dirigentes, & commouit illos quasi fluctus
maris.* Viros potentes gyrans migrare fecit 25
& vagati sunt in gentibus alienis.* Peccator 26
transgrediens mandatum Domini, incidet
in promissionem nequam, & qui conatur
multa agere, incidet in iudicium.* Recupe- 27
ra proximum secundum virtutem tuam, &
attende tibi ne incidas.* " Initium vitæ ho- 28
minis aqua, & panis, & vestimentum, & do- D
mus protegens turpitudinē.* Melior est vi- 29
ctus pauperis sub tegmine asserū, quā epu-
læ splendidæ in peregre sine domicilio.* Mi- 30
nimum pro magno placeat tibi, & imprope-
rium peregrinationis non audies.* Vita ne- 31
quam hospitandi de domo in domum: & v-
bi hospitabitur, non fiducialiter aget, neca-
periet os.* Hospitabitur, & pascet, & pota- 32
bit ingratos, & ad hæc amara audiet.* Trā- 33
si hospes, & orna mensam: & quæ in manu
habes, ciba ceteros.* Exi à facie honoris ami- 34
corum meorum: necessitudine domus meæ
hospitio mihi factus est frater.* Grauia hæc 35
homini habenti sensum: Correptio domus,
& improperium fœneratoris.

" Tob. 4. b. 10. " Sup. 17. c. 18. " Inf. 39. c. 31.

CAP. XXX.

1 QVi diligit filium suum, assiduat illi fla-
A gella, vt lætetur in nouissimo suo,
& non palpet proximorum ostia.
2 * Qui docet filium suum, laudabitur in illo
& in medio domesticorum in illo gloriabi-
3 tur.* " Qui docet filium suum, in zelū mit-
tit inimicum, & in medio amicorum glo-
4 riabitur in illo. * Mortuus est pater eius, &
quasi non est mortuus: similem enim reli-
5 quit sibi post se.* In vita sua vidit, & lætat9
est in illo: in obitu suo non est contristatus,
6 nec confusus est coram inimicis. * Reliquit
enim defensorem domus contra inimicos,
7 & amicis reddentem gratiam.* Pro anima-
bus filiorum colligabit vulnera sua, & super
omnem vocem turbabuntur viscera eius.
8 * Equus indomitus euadit durus, & filius re
B missus euadet præceps.* Lacta filium, & pa
9 uentem te faciet: lude cum eo, & cōtristabit
10 te. * Non corrideas illi ne doleas, & in no-
11 uissimo obstupescent dentes tui * Non des
illi potestatem in iuuentute, & ne despicias
12 cogitatus illius.* " Curua ceruicem eius in
iuuentute, & tunde latera eius dum infans
est, ne forte induret, & nō credat tibi, & erit
13 tibi dolor animæ. * Doce filium tuum, &
operare in illo, ne in turpitudinem illius of-
14 fendas. * Melior est pauper sanus, & fortis
viribus, quam diues imbecillis, & flagellatus
15 malitia. * Salus animæ in sanctitate iustitiæ
C melior est omni auro, & argento, & corpus
16 validum census immensus: * Non est cēsus
super censum salutis corporis: & non est ob-
17 lectamentum super cordis gaudium.* Me-
lior est mors, quam vita amara: & requies
18 æterna, quam languor perseuerans. * Bona
abscondita in ore clauso, quasi appositiones
19 epularum circumpositæ sepulchro.* " Quid
prodest libatio idolo? nec enim manduca-
20 bit, nec odorabit: * sic qui effugatur à Dño
21 portans mercedes iniquitatis: * videns ocu-
lis, & ingemiscens, sicut spado complectens
22 virginem, & suspirans.* " Tristitiā non des
D animæ tuæ, & non affligas temetipsum in
23 consilio tuo.* Iucunditas cordis hæc est vi-
ta hominis, & thesaurus sine defectione san-
24 ctitatis: & exultatio viri est lōgæuitas.* Mi-
serere animæ tuæ placens Deo, & contine:
congrega cor tuum in sanctitate eius, & tri-
25 stitiam longè repelle à te.* " Multos enim
26 occidit tristitia, & nō est vtilitas in illa * Ze-
lus, & iracundia minuunt dies, & ante tem-
27 pus senectam adducet cogitatus. * Splendi-
dum cor, & bonum in epulis est: epulę enim
illius diligenter fiunt.

" Pro. 25. d. 24. & 23. b. 13. " Deut. 6. a. 7. " Sup. 7. c. 25. " Dan. 14 a. 6. " Pro. 12. d. 25. & 15. b. 13. & 17. d. 22. " 2. Cor. 7. c. 10.

CAP. XXXI.

1 VIgilia honestatis tabefaciet carnes, &
A cogitatus illius auferet somnum. * Co-
2 gitatus præscientiæ auertit sensum, & infir-
3 mitas grauis sobriam facit animam. * Labo-
rauit

rauit diues in congregatione ſubſtantiæ, &
in requie ſua replebitur bonis ſuis.* Labora- 4
uit pauper in diminutione victus,& in fine
inops fit.* Qui aurum diligit non iuſtifica- 5
[" Sup. 8. a.3.] bitur: & qui inſequitur conſumptionem,re-
plebitur ex ea.* " Multi dati ſunt in auri ca- 6
ſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illo-
rum:* Lignum offenſionis eſt aurum ſacri- 7
ficantium: væ illis, qui ſectãtur illud,& om-
nis imprudens deperiet in illo:* Beatus di- 8
ues,qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt
aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia,&
theſauris.* Quis eſt hic, & laudabimus eum 9
fecit enim mirabilia in vita ſua.* Qui proba- 10
tus eſt in illo,& perfectus eſt, erit illi gloria
æterna:qui potuit tranſgredi,& non eſt trãſ
greſſus,facere mala,& non fecit: * Ideo ſta- 11
bilita ſunt bona illiꝰ in Domino,& eleemo- B
ſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ſan-
ctorum. * Supra menſam magnam ſediſti? 12
non aperias ſuper illam faucem tuam prior
* Non dicas ſic: Multa ſunt,quæ ſuper illam 13
ſunt:* memento quoniam malus eſt oculus 14
nequam.* Nequius oculo quid creatum eſt? 15
ideo ab omni facie ſua lacrymabitur , cum
viderit.* ne extendas manum tuam prior, 16
& inuidia contaminatus erubeſcas.* Ne cõ- 17
primaris in conuiuio. * Intellige quæ ſunt 18
ꝓximi tui ex teipſo:* vtere quaſi homo fru- 19
gi his,quæ tibi apponuntur:ne,cùm mandu-
cas multum odio habearis.* Ceſſa prior cau- 20
ſa diſciplinæ:& noli nimius eſſe,ne fortè of-
fendas. * Et ſi in medio multorum ſediſti, 21
prior illis ne extendas manum tuã,nec prior C
poſcas bibere. * Quàm ſufficiens eſt homini 22
erudito vinum exiguum , & in dormiendo
non laborabis ab illo,& non ſenties dolorem
* Vigilia,cholera, & tortura viro infrunito: 23
* ſomnus ſanitatis ĩ homine parco,dormiet 24
vſque mane , & anima illius cum ipſo dele-
ctabitur * Et ſi coactus fueris in edẽdo mul- 25
tum , ſurge è medio, euome: & refrigerabit
te , & non adduces corpori tuo infirmitatẽ.
* Audi me filij,& ne ſpernas me:& in nouiſ- 26
ſimo inuenies verba mea.* In omnibus ope- 27
ribus tuis eſto velox,& omnis infirmitas nõ
occurret tibi.* Splẽdidum in panibus bene- 28
dicent labia multorum, & teſtimonium ve-
ritatis illius fidele. * Nequiſſimo in pane 29
murmurabit ciuitas, & teſtimonium nequi-
[" Iudit.3] tiæ illius verum eſt.* Diligentes in vino no- 30
li prouocare: " multos enim exterminauit D
vinum.* Ignis probat ferrum durum: ſic vi- 31
num corda ſuperborum arguet in ebrietate
potatum.* Æqua vita hominibus vinum in 32
ſobrietate : ſi bibas illud moderatè, eris ſo-
brius.* Quæ vita eſt ei,qui minuitur vino? 33
[" Pſ.103. b.15.] *Quid defraudat vitã? Mors. * " Vinum in 34
iucunditatem creatum eſt,& non in ebrieta- 35
[Pro.31. a.4.] tem,ab initio. * Exultatio animæ,& cordis 36
vinum moderatè potatum.* Sanitas eſt ani- 37
mæ,& corpori ſobrius potus.* Vinum mul- 38
tum potatum irritationem , & iram,& rui-
nas multas facit. * Amaritudo animæ vinũ 39
multum potatũ.* Ebrietatis animoſitas,im- 40
prudentis offenſio , minorans virtutem , &
41 faciens vulnera.* In conuiuio vini non ar-
guas proximum : & non deſpicias eũ in iu-
42 cunditate illius:* verba improperij nõ dicas
illi:& non premas illum in repetendo.

CAP. XXXII.

1 REctorem te poſuerunt? noli extolli: eſto
A in illis quaſi vnus ex ipſis.* Curã illorũ
2 habe,& ſic conſide, & omni cura tua explici-
3 ta recumbe:* vt læteris propter illos,& orna-
mentum gratiæ accipias coronam, & digna-
4 tionem conſequaris corrogationis.* Loque-
5 re maior natu:decet enim te * primũ verbũ
diligenti ſcientia,& non impedias muſicam
6 * Vbi auditus non eſt, non effundas ſermo-
nem , & importunè noli extolli in ſapientia
7 tua. * Gemmula carbunculi in ornamento
auri , & comparatio muſicorum in conuiuio
8 vini. * Sicut in fabricatione auri ſignum eſt
B ſmaragdi , ſic numerus muſicorũ in iucun-
9 do,& moderato vino.* Audi tacẽs,& pro re-
10 uerẽtia accedet tibi bona gratia.* Adoleſcẽs
11 loquere in tua cauſa vix. * Si bis interroga-
tus fueris , habeat caput reſponſum tuum.
12 * In multis eſto quaſi inſcius,& audi tacens
13 ſimul,& quærens.* In medio magnatorum
non præſumas: & vbi ſunt ſenes. non mul-
14 tũ loquaris.* Ante grandinem præibit coru-
ſcatio, & ante verecundiã præibit gratia, &
15 pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Et
C hora ſurgendi non te trices: præcurre autem
prior in domũ tuam , & illic auocare,& illic
16 lude* & age conceptiones tuas,& non in de-
17 lictis,& verbo ſuperbo.* Et ſuper his omni-
bus benedicito Dñm, qui fecit te,& inebriã-
18 tem te ab omnib. bonis ſuis.* Qui timet Do-
minum,excipiet doctrinam eius:& qui vigi-
lauerint ad illum,inuenient benedictionem
19 * Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui
20 inſidioſè agit,ſcandalizabitur in ea.* Qui ti-
ment Dñm,inuenient iudiciũ iuſtũ, & iuſti-
21 tias quaſi lumen accendent. * Peccator ho-
D mo vitabit correptionẽ , & ſecundũ volun-
22 tatẽ ſuã inueniet cõparationẽ. * Vir conſilij
non diſperdet intelligentiã,alienus,& ſuper-
23 bus non pertimeſcet timorem: * et poſtquã
fecit cũ eo ſine conſilio , & ſuis inſectationi-
24 bus arguetur.* Fili ſine conſilio nihil facias,
25 & poſt factum non pœnitebis.* In via ruinæ
non eas, & non offendes in lapides: nec cre-
das te viæ laborioſæ ne ponas animæ tuæ
26 ſcandalũ:* & à filijs tuis caue,& à domeſti-
27 cis tuis attẽde.* In omni opere tuo crede ex
fide animæ tuæ : hoc eſt enim conſeruatio
28 mandatorũ.* Qui credit Deo,attendit mã-
datis:& qui cõfidit in illo,non minorabitur.

CAP. XXXIII.

1 TImenti Dominũ non occurrent mala,
A ſed in tentatione Deus illũ conſerua-
2 bit, & liberabit à malis. * Sapiens non odit
manda-
mãdata,& iuſtitias , & non illidetur quaſi in
procella nauis. * Homo ſenſatus credit legi 3
Dei, & lex illi fidelis. * Qui interrogatio- 4
nem manifeſtat, parabit verbũ , & ſic depre-
catus exaudietur , & conſeruabit diſciplinã ,
& tunc reſpondebit.* " Præcordia fatui qua- 5
[" Sup.21. d.17.] ſi rota carri : & quaſi axis verſatilis cogitatus
illius. * Equus emiſſarius, ſic, & amicus ſub- 6
ſannator , ſub omni ſupraſedente hinnit.
* Quare dies diem ſuperat,& iterum lux lu- 7
cem , & annus annum à Sole ? * A Domini 8
ſcientia ſeparati ſunt, facto Sole,& præceptũ
cuſtodiente. * Et immutauit tempora, & 9
dies feſtos ipſorum,& in illis dies feſtos cele- B
brauerunt ad horam.* Ex ipſis exaltauit, & 10
magnificauit Deus , & ex ipſis poſuit in nu-
merum dierũ . Et omnes homines de ſolo ,
[" Gen. 2.] " & ex terra, vnde creatus eſt Adã.* In mul- 11
titudine diſciplinæ Dominus ſeparauit eos ,
& immutauit vias eorum.* Ex ipſis benedi- 12
xit,& exaltauit:& ex ipſis ſanctificauit , & ad
ſe applicauit : & ex ipſis maledixit, & humi-
liauit,& cõuertit illos à ſeparatione ipſorum.
* " Quaſi lutum figuli in manu ipſius , plaſ- 13
[" Ro. 9. c.21.] mare illud,& diſponere . * Omnes viæ eius 14
ſecundum diſpoſitionem eius : ſic homo in
manu illius, qui ſe fecit , & reddet illi ſecun-
dum iudicium ſuum. * Contra malũ bonũ 15
eſt,& contra mortem vita: ſic, & contra virũ
iuſtum peccator. Et ſic intuere in omnia ope
ra Altiſſimi . Duo,& duo , & vnum contra
vnum.* Et ego nouiſſimus euigilaui,& qua- 16
ſi qui colligit acinos poſt vindemiatores. * In 17
benedictione Dei , & ipſe ſperaui : & quaſi C
qui vindemiat,repleuit torcular . * " Reſpi- 18
[" Sup.24. d.47.] cite quoniam non mihi ſoli laboraui,ſed om
nibus exquirentibus diſciplinam . * Audite 19
me magnates , & omnes populi , & rectores
Eccleſiæ auribus percipite. * Filio,& mulie- 20
ri,fratri, & amico non des poteſtatem ſuper
te in vita tua : & non dederis alij poſſeſſio-
nem tuam:ne fortè pœniteat te , & deprece-
ris pro illis.* Dum adhuc ſuperes,& aſpiras, 21
non immutabit te omnis caro . * Melius eſt 22
enim vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere
in manus filiorum tuorum . * In omnibus 23
operibus tuis præcellens eſto . * Ne dederis 24
maculam in gloria tua. In die conſumma-
tionis dierum vitæ tuæ,& in tempore exitus
tui diſtribue hereditatem tuam.* Cibaria,& 25
virga , & onus aſino panis , & diſciplina , &
opus ſeruo,* Operatur in diſciplina,& quæ- 26
rit requieſcere : laxa manus illi , & quærit li- D
bertatẽ:* Iugũ , & lorum curuant collũ du- 27
rum , & ſeruum inclinant operationes aſſi-
duæ . * Seruo maleuolo tortura,& cõpedes 28
mitte illum in operationem,ne vacet:* mul- 29
tam enim malitiam docuit otioſitas. * In 30
opera conſtitue eum: ſic enim condecet illũ .
Quod ſi non obaudierit,curua illum compe-
dibus , & non amplifices ſuper omnem car-
nem : verum ſine iudicio nihil facias graue.
[" Sup. 7. c.23.] * " Si eſt tibi ſeruus fidelis , ſit tibi quaſi ani- 31
ma tua:quaſi fratrem ſic eum tracta ,quoniã
in ſanguine animæ comparaſti illum . * Si 32
læſeris eum iniuſtè , in fugam conuertetur :
33 * & ſi extollens diſceſſerit:quem quæras, &
in qua via quæras illum,neſcis.

CAP. XXXIV.

1 VAna ſpes , & mendacium viro inſenſa-
A to: & ſomnia extollunt imprudentes.
2 * Quaſi qui apprehendit vmbram:& perſe-
quitur ventum: ſic & qui attẽdit ad viſa mẽ-
3 dacia,* hoc ſecundum hoc viſio ſomniorũ :
ante faciem hominis ſimilitudo hominis.
4 * Ab immundo quid mundabitur,& à men-
5 dace quid verum dicetur? * Diuinatio erro-
ris, & auguria mendacia , & ſomnia malefa-
6 cientium, vanitas eſt. * Et ſicut parturientis,
cor tuum phantaſias patitur , niſi ab Altiſſi-
mo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis
7 cor tuum:* multos enim errare fecerunt ſom
8 nia, & exciderunt ſperantes in illis . * Sine
mendacio conſummabitur verbum legis,
& ſapientia in ore fidelis complanabitur.
9 * Qui non eſt tentatus, quid ſcit ? Vir in
B multis expertus,cogitabit multa: & qui mul-
10 ta didicit,enarrabit intellectum . * Qui non
eſt expertus , pauca recognoſcit : qui autem
in multis factus eſt,multiplicat malitiam.
11 * Qui tentatus non eſt , qualia ſcit ? qui im-
12 planatus eſt,abundabit nequitia.* Multa vi-
di errando , & plurimas verborum cõſuetu-
13 dines . * Aliquoties vſque ad mortem peri-
clitatus ſum horum cauſa , & liberatus ſum
14 gratia Dei.* Spiritus timentium Deum quæ
15 ritur,& in reſpectu illius benedicetur.* Spes
enim illorum in ſaluantem illos , & oculi
16 Dei in diligentes ſe . * Qui timet Dominum
C nihil trepidabit , & non pauebit ; quoniam
17 ipſe eſt ſpes eius * Timentis Dominum bea
18 ta eſt anima eius. * Ad quem reſpicit , &
19 quis eſt fortitudo eius.* " Oculi Domini ſu- [" Pſ.33. d.18.]
per timentes eum, Protector potentiæ, firma
mentum virtutis, tegmen ardoris, & vm-
20 braculum meridiani , * deprecatio offenſio-
nis,& adiutorium caſus,exaltans animam,&
illuminans oculos dans ſanitatem , & vitam
21 & benedictionem * " Immolantis ex iniquo [" Pro.21. d.27.]
oblatio eſt maculata , & non ſunt benè placi-
22 tæ ſubſannationes iniuſtorum. * Dominus
ſolus ſuſtinẽtibus ſe in via veritatis, & iuſti-
23 tiæ. * " Dona iniquorum non probat Altiſ- [" Pro.15. b.8.]
ſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum ,
nec in multitudine ſacrificiorum eorũ pro-
24 pitiabitur peccatis. * Qui offert ſacrificium
D ex ſubſtantia pauperum , quaſi qui victimat
25 filium in conſpectu patris ſui. * Panis egen-
tium vita pauperum eſt: qui defraudat illũ ,
26 homo ſanguinis eſt . * Qui aufert in ſudore
panem , quaſi qui occidit proximum ſuum.
27 * Qui effundit ſanguinẽ , " & qui fraudẽ fa- [" Deu.24. c.14 Sup. 7.c.22.]
28 cit mercenario,fratres ſunt.* Vnus ædificãs
& vnus deſtruens : quid prodeſt illis niſi la-
29 bor?* Vnus orans,& vnus maledicens,cuius
30 vocẽ exaudiet Deus?* Qui baptizatur à mor [" 2. Pet. 2.d.22.]
tuo , & iterum tangit eum , quid proficit la-
31 uatio illius ? * " Sic homo,qui ieiunat in pec-
catis

catis suis: & iterum eadem faciens, quid pro-
ficit humiliando se? orationem illius quis e-
xaudiet?

CAP. XXXV.

QVi conseruat legem, multiplicat obla- 1
tionem. * " Sacrificium salutare est at- 2
" Ier.7. tendere mandatis, & discedere ab omni ini- A
a.3. quitate. * Et propitiationem litare sacrificij 3
super iniustitias, & deprecatio pro peccatis,
recedere ab iniustitia. * Retribuet gratiam 4
qui offert similaginem: & qui facit miseri-
cordiam, offert sacrificium. * Beneplacitum 5
est Domino recedere ab iniquitate: & de-
precatio pro peccatis recedere ab iniustitia.
* " non apparebis ante conspectum Domi- 6
" Exo.23 ni vacuus. * Hæc enim omnia propter man- 7
b. 15. & datum Dei fiunt. * Oblatio iusti impinguat 8
34. c.22. altare, & odor suauitatis est in conspectu Al-
Deut. 16 tissimi. * Sacrificium iusti acceptum est, & 9
d.16. memoriam eius non obliuiscetur Dominus. B
* Bono animo gloriam redde Deo: & non 10
minuas primitias manuum tuarum. * " In 11
" 2.Cor. omni dato hilarem fac vultum tuum, & in
9.b 7. exultatione sanctifica decimas tuas. * " Da 12
Tob.4.b Altissimo secundum datum eius, & in bono
9. oculo ad inuentionem facito manuum tua-
" Leuit. rum: * quoniam Dominus retribuens est, & 13
22. c. 28. septies tantum reddet tibi * " Noli offerre 14
Deut.15. munera praua, non enim suscipiet illa. * Et 15
d.41. noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam
" Deut. Dominus iudex est, & " non est apud illum
10.d.17. gloria personæ. * Non accipiet Dominus 16
2.Par.19 personam in pauperem, & deprecationem C
c.7. Iob. læsi exaudiet. * Non despiciet preces pupil- 17
34.h. 19. li nec viduam, si effundat loquelam gemi-
Sap. 6.c. tus. * Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam 18
8. descendunt, & exclamatio eius super dedu-
Rom. 2. centem eas? * A maxilla enim ascendunt 19
b.11. vsque ad cælum, & Dominus exauditor non
" Gal. 2. delectabitur in illis. * Qui adorat Deum in 20
b.6. Col. oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius
3.d.25. vsque ad nubes propinquabit. * Oratio hu- 21
Act. 10. miliantis se, nubes penetrabit: & donec pro-
c.34. pinquet non consolabitur: & non discedet
1. Pet.1. donec Altissimus aspiciat. * Et Dominus 22
e.17. non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet D
iudicium: & Fortissimus non habebit in il-
lis patientiam, vt contribulet dorsum ipso-
rum: * & Gentibus reddet vindictam do- 23
nec tollat plenitudinem superborum: & sce-
ptra iniquorum contribulet * donec reddat 24
hominibus secundum actus suos, & secun-
dum opera Adæ, & secundum præsumptio-
nem illius, * donec iudicet iudicium plebis 25
suæ, & oblectabit iustos misericordia sua.
* Speciosa misericordia Dei, in tempore tri- 26
bulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore
siccitatis.

CAP. XXXVI.

MIserere nostri Deus omnium: & respi- 1
ce nos, & ostende nobis lucem mise- A
2 rationum tuarum: * & immitte timorem
tuum super Gentes, quæ non exquisierunt te,
vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, &
3 enarrent magnalia tua. * Alleua manum
tuam super Gentes alienas, vt videant poten
4 tiam tuam. * Sicut enim in conspectu eorum
sanctificatus es in nobis, sic in conspectu no-
5 stro magnificaberis in eis, * vt cognoscant
te, sicut & nos cognouimus quoniam nõ est
6 Deus præter te Domine. * Innoua signa, &
7 immuta mirabilia. * Glorifica manum, &
8 brachium dextrũ. * Excita furorẽ, & effun-
9 de iram. * Tolle aduersarium, & afflige ini-
10 micum. * Festina tempus, & memento fi-
11 nis, vt enarrent mirabilia tua. * In ira flam-
B mæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant
12 plebem tuam, inueniant perditionem. * Cõ-
tere caput principum inimicorum, dicen-
13 tium: Non est alius præter nos. * Congre-
ga omnes tribus Iacob: vt cognoscant quia
non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia
14 tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. * Mi-
serere plebi tuæ, super quàm inuocatum est " Exo.4.
nomen tuum, & Israel, " quem coæquasti f.22.
15 primogenito tuo. * Miserere ciuitatis san-
ctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei
16 tuæ. * Reple Sion inenarrabilibus verbis
17 tuis, & gloria tua populum tuum. * Da te-
C stimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ
sunt, & suscita prædicationes, quas locuti
18 sunt in nomine tuo prophetæ priores. * Da
mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui
fideles inueniantur: & exaudi orationes ser- " Nu.6.
19 uorum tuorũ * " secundum benedictionem d.24.
Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam
iustitiæ, & sciant omnes qui habitant terram,
quia tu es Deus conspector sæculorum.
20 * Omnem escam manducabit venter, & est
21 cibus cibo melior. * Fauces contingunt ci-
bum feræ, & cor sensatum verba mendacia.
22 * Cor prauum dabit tristitiam, & homo pe-
23 ritus resistet illi. * Omnem masculum exci-
D piet mulier: & est filia melior filia. * Spe-
24 cies mulieris exhilarat faciem viri sui, & su-
per omnem concupiscentiam hominis su-
25 perducit desiderium. * Si est lingua curatio-
nis, est, & mitigationis, & misericordiæ: non
est vir illius secundum filios hominum.
26 * Qui possidet mulierem bonam, inchoat
possessionem: adiutorium secundum illum
27 est, & columna vt requies. * Vbi non est se-
pes, diripietur possessio: & vbi non est mu-
28 lier, ingemiscit egens. * Quis credit ei, qui
non habet nidum, & deflectens vbicumque
obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens
de ciuitate in ciuitatem?

CAP. XXXVII.

1 OMnis amicus dicet: Et ego amicitiam
A copulaui, sed est amicus solo nomine
amicus. Nonne tristitia inest vsque ad mor-
2 tem: * Sodalis autem, & amicus ad inimici-
3 tiam conuertentur. * O præsumptio nequis-
sima, vnde creata es cooperire aridam mali-
tia,

tia, & dolositate illius? * Sodalis amico con- 4
iucundatur in oblectationibus, & in tempo-
re tribulationis aduersarius erit. * Sodalis a- 5
mico condolet causa ventris, & contra hostẽ
accipiet scutum. * Non obliuiscaris amici tui 6
in animo tuo, & non immemor sis illius in
opibus tuis. * Noli consiliari cum eo, qui ti- 7
bi insidiatur, & à zelantibus te absconde cõ-
silium. * Omnis consiliarius prodit consilium, 8
sed est consiliarius in semetipso. * At consi- 9
liario serua animam tuam: prius scito, quæ B
sit illius necessitas, & ipse enim animo suo co-
gitabit: * ne fortè mittat sudem in terram, & 10
dicat tibi: * Bona est via tua, & stet ècõtrario 11
videre, quid tibi eueniat. * Cum viro irreli- 12
gioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de
iustitia, & cum muliere de ea, quæ æmula-
tur: cum timido de bello: cum negociatore
de traiectione, cum emptore de venditione,
cum viro liuido de gratijs agendis, * cum im- 13
pio de pietate, cum inhonesto de honesta-
te, cum operario agrario, de omni opere, * 14
cũ operario annuali de consummatione an-
ni, cum seruo pigro de multa operatione, nõ
attendas his in omni consilio. * Sed cum vi- 15
ro sancto assiduus esto, quemcumque cogno-
ueris obseruantem timorem Dei, * cuius ani- 16
ma est secundum animam tuam: & qui cum
titubaueris in tenebris, condolebit tibi. * Cor C
boni consilij statue tecum: non est enim tibi 17
aliud pluris illo. * Anima viri sancti enũciat 18
aliquando vera, quam septem circumspecto-
res sedentes in excelso ad speculandum. * Et 19
in his omnibus deprecare Altissimum, vt di-
rigat in veritate viam tuam. * Ante omnia o- 20
pera verbum verax præcedat te, & ante om-
nem actum consilium stabile. * Verbum ne- 21
quam immutabit cor: ex quo partes quatuor
oriuntur, bonum, & malum, vita, & mors: &
dominatrix illorum est assidua lingua. Est
vir astutus multorum eruditor, & animæ
suæ inutilis est. * Vir peritus multos erudi- 22
uit, & animæ suæ suauis est. * Qui sophisti- 23
cè loquitur, odibilis est: in omni re defrauda-
bitur, * nõ est illi data à Domino gratia: om- 24
ni enim sapientia defraudatus est. * Est sa- 25
piens animæ suæ sapiens: & fructus sensus D
illius laudabilis. * Vir sapiens plebem suam 26
erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. * 27
Vir sapiens implebitur benedictionibus, &
videntes illum laudabunt. * Vita viri in nu- 28
mero dierum: dies autem Israel innumera-
biles sunt. * Sapiens in populo hæreditabit 29
honorem, & nomen illius erit viuens in æter-
num. * Filij in vita tua, tenta animam tuam, 30
& si fuerit nequam, non des illi potestatem:
* non enim omnia omnibus expediunt: & 31
non omni animæ, omne genus placet. * Noli 32
auidus esse in omni epulatione, & non te ef-
fundas super omnem escam: * in multis enĩ 33
escis erit infirmitas, & auiditas appropinqua-
bit, vsque ad choleram. * Propter crapulam 34
multi obierunt: qui autem abstinens est, adij-
ciet vitam.

CAP. XXXVIII.

1 HOnora medicum propter necessitatẽ:
A etenim illum creauit Altissimus. * A
2 Deo est enim omnis medela, & à rege acci-
3 piet donationem. * Disciplina medici exalta-
bit caput illius, & in conspectu magnatorum
4 collaudabitur. * Altissimus creauit de terra
medicamenta, & vir prudens non abhorre- " Exo.15
5 bit illa. * " Nonne à ligno indulcata est aqua d.25.
6 amara? * Ad agnitionem hominum vir-
tus illorum, & dedit hominibus scientiam
7 Altissimus, honorari in mirabilibus suis. * In
his curans mitigabit dolorem, & vnguenta-
rius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones
conficiet sanitatis, & non consummabuntur
8 opera eius. * Pax enim Dei super faciem ter-
9 ræ. * " Fili in tua infirmitate ne despicias te ip- " Isa.38.
sum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. a.3.
10 * Auerte à delicto, & dirige manus, & omni
11 delicto munda cor tuum. * Da suauitatem,
memoriam similaginis, & impingua oblatio-
12 nem, & da locum medico: * etenim illum Do
B minus creauit: & non discedat a te, quia ope-
13 ra eius sunt necessaria. * Est enim tempus,
14 quando in manus illorum incurras: * ipsi ve-
rò Dominum deprecabuntur, vt dirigat re-
quiem eorum, & sanitatem, propter conuer-
15 sationem illorum. * Qui delinquit in cõspe-
ctu eius, qui fecit eum, incidet in manus me-
16 dici. * Fili in mortuum produc lachrimas, &
quasi dira passus incipe plorare, & secũdum
iudicium contege corpus illius, & non despi-
17 cias sepulturam illius. * Propter delaturam
autem amarè fer luctum illius vno die, &
18 consolare propter tristitiam, * & fac luctum
secundum meritum eius vno die, vel duobus
19 propter detractionem. * " A tristitia enim fe- " Pro.15.
stinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia b.13. &
20 cordis flectit ceruicem. * In abductione per- 17.d.22.
manet tristitia, & substantia inopis secũdum
21 cor eius. * Ne dederis in tristitia cor tuum,
sed repelle eam à te: & memento nouissimo-
22 rum, * noli obliuisci: neque .n. est conuersio,
& huic nihil proderis, & te ipsum pessimabis.
23 * Memor esto iudicij mei: sic enim erit, &
24 tuum: mihi heri, & tibi hodie. * " In requie " 2. Reg.
C mortui requiescere fac memoriam eius, & 12.c.23.
25 consolare illum in exitu spiritus sui. * Sa-
pientia scribæ in tempore vacuitatis: & qui
minoratur actu, sapientiam percipiet: qua sa-
26 pientia replebitur, * qui tenet aratrum, & qui
gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, &
conuersatur in operibus eorum, & enarratio
27 eius in filijs taurorum. * Cor suum dabit ad
versãdos sulcos, & vigilia eius in sagina va-
28 carum. * Sic omnis faber, & architectus, qui
noctem tamquam diem transigit, qui sculpit
signacula sculptilia, & assiduitas eius variat
picturam: cor suum dabit in similitudinem
29 picturæ, & vigilia sua perficiet opus. * Sic fa-
ber ferrarius sedens iuxta incudẽ, & conside-
rans opus ferri. Vapor ignis vret carnes eius,
30 & in calore fornacis concertatur: * Vox
mal-

mallei innouat autem eius, & contra simili-
tudinem vasis oculus eius. * Cor suum da- 31
bit in consummationem operum, & vigilia
sua ornabit in perfectionem. * Sic figulus se- 32
dens ad opus suum, conuertens pedibus suis
rotam, qui in solicitudine positus est semper
propter opus suum, & in numero est omnis
operatio eius. * In brachio suo formabit lu- 33
tum, & ante pedes suos curuabit virtutem
suam. * Cor suum dabit, vt consummet lini- 34
tionem, & vigilia sua mundabit fornacem.
* Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & 35
vnusquisque, in arte sua sapiens est, * sine 36
his omnibus non ædificatur ciuitas. * Et nõ 37
inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccle-
siam non transibunt. * Super sellam iudicis 38
non sedebunt, & testamentum iudicij non
intelligent, neque palam facient disciplinam,
& iudicium, & in parabolis non inuenientur: * sed creaturam æui confirmabunt, & 39
deprecatio illorum in operatione artis, ac-
commodantes animam suam, & conquiren-
tes in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

SApientiam omnium antiquorum exqui- 1
ret sapiens, & in prophetis vacabit. A
* Narrationem virorum nominatorum cõ- 2
seruabit, & in versutias parabolarum simul
introibit * Occulta prouerbiorum exquiret, 3
& in absconditis parabolarum conuersabi-
tur. * In medio magnatorum ministrabit, 4
& in conspectu præsidis apparebit. * In ter- 5
ram alienigenarum gentium pertransibit:
bona enim, & mala in hominibus tentabit.
* Cor suum tradet ad vigilandum diluculo 6
ad Dominum, qui fecit illum, & in conspe-
ctu Altissimi deprecabitur. * Aperiet os suũ 7
in oratione, & pro delictis suis deprecabi-
tur. * Si enim Dns magnus voluerit, spiri- 8
tu intelligentiæ replebit illum: * & ipse tan- 9
quam imbres mittet eloquia sapientiæ tuæ,
& in oratione confitebitur Domino: * & ip 10
se diriget consilium eius, & disciplinam, & B
in absconditis suis cõsiliabitur. * Ipse palam 11
faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege
testamenti Domini gloriabitur. * Collauda- 12
bunt multi sapientiam eius, & vsque in sæ-
culum non delebitur. * Non recedet memo- 13
ria eius, & nomẽ eius requiretur à generatio-
ne in generationem * Sapientiam eius enar- 14
rabunt gentes, & laudem eius enunciabit ec-
clesia. * Si permanserit, nomen derelinquet 15
plus quam mille: & si requieuerit, prederit
illi. * Adhuc cõsiliabor, vt enarrem: vt furo- 16
re enim repletus sum. * In voce dicit: Obau- 17
dite me diuini fructus, & quasi rosa planta-
ta super riuos aquarum fructificate. * Quasi 18
Libanus odorem suauitatis habete. * Florete- 19
te flores, quasi lilium, & date odorem, & frõ-
dete in gratiam, & collaudate canticum, &
benedicite Dominũ in operibus suis. * Da- 20
te nomini eius magnificentiam, & confite-
mini illi in voce labiorum vestrorum, & in
canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in
21 confessione: * " Opera Domini vniuersa bo- " Gen.1.
22 na valde. * ' In verbo eius stetit aqua, sicut d.31.
C congeries: & in sermone oris illius sicut ex- " Mat.7.
23 ceptoria aquarum: * quoniam in præcepto ip- d.37.
sius placet sit, & non est minoratio in salute Ge
24 ipsius. * Opera omnis carnis coram illo, & non e.8.
25 est quidquam absconditum ab oculis eius. * a.2.
A sæculo, vsque in sæculũ respicit, & nihil est
26 mirabile in conspectu eius. * Non est dicere:
Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim
27 in tempore suo, quærentur. * Benedictio il- " Gen.7.
28 lius, quasi fluuius inundauit, * " quomodo ca- d.27.
clysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gẽ- " Ex.14.
tes, quæ non exquisierunt eum, hereditabit. d.28.
29 * " Quomodo conuertit aquas in siccitatem,
& siccata est terra: & viæ illius, vijs illorum
directæ sunt: sic peccatoribus offensiones
30 ira eius. * Bona bonis creata sunt ab initio, sic
31 nequissimis bona, & mala. * " Initium neces- " Sup.29.
sariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & fer- d.28.
32 rum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, &
33 botrus vuæ, & oleum, & vestimentũ. * Hæc
D omnia sanctis in bona, ita & impijs, & pecca-
34 toribus in mala conuertuntur. * Sunt spiri-
tus, qui ad vindictam creati sunt, & in furo-
35 re suo confirmauerunt tormenta sua: * in
tempore consummationis effundent virtu-
tem: & furorem eius, qui fecit illos, placabũt.
36 * Ignis, grando, fames & mors, omnia hæc
37 ad vindictam creata sunt: * bestiarum den-
tes, & scorpij, & serpentes, & romphæa vin-
38 dicans in exterminium impios. * In manda-
tis eius epulabuntur, & super terram in ne-
cessitatem præparabuntur, & in temporibus
39 non præterient verbum. * Propterea ab ini-
tio confirmatus sum, & consiliatus sum, &
40 cogitaui, & scripta dimisi. * " Omnia opera " Gen.1.
Domini bona, & omne opus hora sua sub- d.31.
41 ministrabit. * Non est dicere: Hoc illo nequi-
ius est: omnia enim in tempore suo compro-
babuntur * Et nunc in omni corde, & ore
collaudate, & benedicite nomen Domini.

CAP. XL.

1 AOccupatio magna creata est omnibus ho-
minibus, & iugum graue super filios
Adam, à die exitus de ventre matris eorum,
vsque in diem sepulturæ, in matrem om-
2 nium. * Cogitationes eorum, & timores cor-
dis, ad inuentio expectationis, & dies finitio-
3 nis: * à sedente super sedem gloriosam,
4 vsque ad humiliatum in terra & cinere: * ab
eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronam,
vsque ad eum, qui operitur lino crudo: fu-
5 ror, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mor-
tis, iracundia perseuerans, & contentio, * &
in tempore retectionis in cubili somnus no-
6 ctis immutat scientiam eius. * Modicum tã-
quam nihil in requie, & ab eo in somnis,
7 quasi in die respectus. * Conturbatus est in
B visu cordis sui, tamquam, qui euaserit in die
belli, In tempore salutis suæ exurrexit, &
ad-

admirans ad nullum timorem: * cum om- 8
ni carne, ab homine vsque ad pecus, & super
Sup. 39. peccatores septuplum. * " Ad hæc mors, san- 9
d. 34. guis, contentio, & romphæa, oppressiones,
fames, & contritio, & flagella: * super ini- 10
Gen. 7. quos creata sunt hæc omnia, " & propter il-
b.10. los factus est cataclysmus. * Omnia, quæ de 11
Eccl. 1. terra sunt, in terram conuertentur, " & om-
b.7. nes aquæ in mare reuertentur. * Omne mu- 12
nus, & iniquitas delebitur, & fides in sæcu-
lũ stabit. * Substantiæ iniustorum sicut flu- 13
uius siccabuntur, & sicut tonitruum magnũ
in pluuia personabũt. * In aperiẽdo manus 14
suas lætabitur: sic præuaricatores in consum-
matione tabescent. * Nepotes impiorum 15
non multiplicabunt ramos, & radices im- C
mundæ super cacumen petræ sonant. * Su- 16
per omnem aquam viriditas, & ad oram flu-
minis ante omne fœnum euelletur. * Gra- 17
tia sicut paradisus in benedictionibus, & mi-
sericordia in sæculum permanet. * Vita sibi 18
sufficientis operarij conculcabitur, & in
inuenies thesaurum. * Filij, & ædificatio ci- 19
uitatis confirmabit nomen, & super hæc mu-
lier immaculata computabitur. * Vinum & 20
musica lætificant cor, & super vtraque dile-
ctio sapientiæ. * Tibiæ, & psalterium sua 21
uem faciunt melodiam, & super vtraque lin-
gua suaui. * Gratiam, & speciem desidera- 22
bit oculus tuus, & super hæc virides natio-
nes. * Amicus, & sodalis in tempore conue- 23
nientes, & super vtrosque mulier cum viro. D
* Fratres in adiutorium in tẽpore tribula- 24
tionis, & super eos misericordia liberabit. * 25
Aurum, & argentum est cõstitutio pedum:
& super vtrumque consilium beneplacitum.
* Facultates, & virtutes exaltãt cor, & super 26
hæc timor Domini. * Non est in timore Do- 27
mini minoratio, & non est in eo inquirere a-
diutorium. * Timor Domini sicut paradisus 28
benedictionis, & super omnem gloriam op-
ruerunt illum. * Fili in tempore vitæ tuæ ne 29
indigeas: melius est enim mori, quam indi-
gere. * Vir respiciens in mensam alienam, nõ 30
est vita eius in cogitatione victus, alit enim ia-
nimam suam cibis alienis. * Vir autem disci- 31
plinatus, & eruditus custodiet se. * In ore im 32
prudentis conculcabitur inopia, & in ventre
eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

O Mors quã amara est memoria tua ho- 1
mini pacem habenti in substãtijs suis: A
* viro quieto: & cuius viæ directæ sunt in 2
omnibus, & adhuc valenti accipere cibum.
* O mors, bonum est iudicium tuum homini 3
indigẽti, & qui minoratur viribus, * defecto 4
ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibi-
li, qui perdit patientiam. * Noli metuere 5
iudicium mortis. Memento quæ ante te
fuerunt, & quæ superuenturæ sunt tibi: hoc 6
iudicium à Domino omni carni: * & quid
superuenit tibi in beneplacito Altissimi?
siue decem, siue centum, siue mille anni,
7 * Non est enim in inferno accusatio vitæ. 8
* Filij abominationum fiunt filij peccato- B
rum, & qui conuersantur secus domos im- 9
piorum. * Filiorum peccatorum periet here-
ditas, & cum semine illorum assiduitas op- 10
probrij. * De patre impio queruntur filij, 11
quoniam propter illum sunt in opprobrio.
* Væ vobis viri impij, qui dereliquistis le- 12
gem Domini Altissimi. * Et si nati fueritis,
in maledictione nascemini: & si mortui fue- 13
ritis, in maledictione erit pars vestra. * " Om- " Sup.45.
nia, quæ de terra sunt, in terram conuerten- b.11.
tur: sic impij à maledicto in perditionem.
14 * Luctus hominum in corpore ipsorũ, no- 15
men autem impiorum delebitur, * Curam C
habe de bono nomine: hoc enim magis per-
manebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, 16
& magni. * Bonæ vitæ numerus dierum:
bonum autem nomen permanebit in æuum. 17
* Disciplinam in pace conseruare filij, " sa- " Sup.21.
pientia enim abscondita, & thesaurus inui- d.32.
18 sus, quæ vtilitas in vtrisque? * Melior est ho
mo, qui abscondit stultitiam suam, quam ho
19 mo, qui abscondit sapientiam suam. * Ve-
rumtamẽ reuerentemini in his, quæ procedũt
20 de ore meo. * Non est enim bonum om-
nem reuerentiam obseruare: & non omnia
21 omnibus beneplacent in fide. * Erubescite
à parte, & à matre de fornicatione: & à præ-
22 sidente, & à potente de mendacio: * à princi- D
pe, & à iudice de delicto: à synagoga, & ple-
23 be de iniquitate: * à socio, & amico de iniu-
24 stitia: & de loco, in quo habitas, * de furto,
de veritate Dei, & testamento: de discubitu
in panibus, & ab obfuscatione dati, & acce-
25 pti: * à salutantibus de silentio: à respectu
mulieris fornicatiæ: & ab auersione vultus
26 cognati. * Ne auertas faciem à proximo tuo,
& ab auferendo partem, & non reflituendo.
27 * " Ne respicias mulierem alieni viri, & ne " Mat. 5.
seruteris ancillam eius, neque steteris ad le- c. 28.
28 ctum eius. * Ab amicis de sermonibus im-
properij: & cum dederis, ne improperes.

CAP. XLII.

1 ANon duplices sermonem auditus de re-
uelatione sermonis absconditi, & eris
verè sine confusione. & inuenies gratiam in
cõspectu omnium hominum: ne pro his om
nibus confundaris, " & ne accipias personam " Leu.19
2 vt delinquas. * De lege Altissimi, & testamẽ- c. 15.
3 to, & de iudicio iustificare impium. * de verbo Deut. 1.
sociorum, & viatorum, & de datione he- c.17.& 16
4 reditatis amicorum, * de æqualitate stateræ d. 19.
& ponderum, de acquisitione multorum, & Pro. 24.
5 paucorũ: * de corruptione emptionis, & ne- c. 23.
gotiatorũ, & de multa disciplina filiorũ, & Iac.2.a.2
6 seruo pessimo latus sanguinare. * Super mu-
7 lierem nequam bonum est signum. * Vbi ma
nus multæ sunt, claude, & quodcumque tra-
des, numera, & appende: datum verò, & ac-
8 ceptum omne describe. * De disciplina in-
B sensati, & fatui, & de senioribus, qui judican-

tur ad adoleſcẽtibus : & eris eruditus in om-
nibus, & probabilis in cõſpectu omnium vi-
uorum. * Filia patris abſcondita eſt, vigilia, 9
& ſollicitudo eius aufert omnium, ne fortè
in adoleſcentia ſua adulta efficiatur, & cum
viro commorata odibilis fiat : * ne quando 10
polluatur in virginitate ſua, & in paternis
ſuis grauida inueniatur : ne fortè cum viro
commorata tranſgrediatur, aut certè ſterilis
efficiatur. * Super filiã luxurioſam confir- 11
ma cuſtodiam: ne quando faciat te in oppro- C
brium venire inimicis, à detractione in ciui-
tate & obiectione plebis, & confundat te in
multitudine populi. * Omni homini noli 12
intendere in ſpecie, & in medio mulierum
noli commorari: * de veſtimentis enim pro 13
cedit tinea, & à muliere iniquitas viri. * Me- 14
lior eſt enim iniquitas viri, quam mulier be-
nefaciens, & mulier confundens in oppro-
brium. * Memor ero igitur operum Domi- 15
ni, & quæ vidi annunciabo. In ſermonibus
Domini opera eius. * Sol illuminãs per om- 16
nia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt o-
pus eius. * Nonne Dominus fecit ſanctos 17
enarrare omnia mirabilia ſua, quæ confir-
mauit Dominus omnipotens ſtabiliri in glo-
ria ſua? * Abyſſum, & cor hominum inue- 18
ſtigauit : & in aſtutia eorum excogitauit. D
* Cognouit enim Dominus omnem ſcien- 19
tiam, & inſpexit in ſignum æui, annuncians
quæ præterierũt, & quæ ſuperuentura ſunt,
reuelans veſtigia occultorum. * Nõ præterit 20
illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab
eo vllus ſermo. * Magnalia ſapiẽtiæ ſuæ de- 21
corauit: qui eſt ante ſæculum, & vſq. in ſæ-
culum, neque adiectum eſt, * neque minui- 22
tur, & non egit alicuius conſilio * Quam de- 23
ſiderabilia omnia opera eius, & tanquam
ſcintilla, quæ eſt conſiderare. * Omnia hæc 24
viuunt, & manent in ſæculum, & in omni
neceſſitate omnia obaudiunt ei. * Omnia du 25
plicia, vnum contra vnum, & non fecit quid-
quã deeſſe. * Vniuſcuiuſque cõfirmauit bo- 26
na. Et quis ſatiabitur videns gloriam eius?

CAP. XLIII.

ALtitudinis firmamentum pulchritudo 1
eius eſt, ſpecies cæli in viſione gloriæ. A
* Sol in aſpectu annuncians in exitu, vas ad 2
mirabile opus excelſi. * in meridiano exurit 3
terram, & in conſpectu ardoris eius quis po-
terit ſuſtinere? Fornacẽ cuſtodiẽs in operibus
ardoris. * tripliciter Sol exurens montes, ra- 4
dios igneos exufflans, & refulgens radijs ſuis
obcæcat oculos. * Magnus Dominus, qui fe- 5
cit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit
iter. * Et Luna in omnibus in tempore ſuo, 6
oſtenſio temporis, & ſignum æui. * A Luna 7
ſignum diei feſti, luminare quod minuitur
in conſummatione. * Menſis ſecundum no- 8
men eius eſt, creſcens mirabiliter in conſum-
matione. * Vas caſtrorum in excelſis, in fir- 9
mamento cæli reſplendens glorioſè. * Spe- 10
cies cæli gloria ſtellarum, mundum illumi- B
11 nans in excelſis Dominus. * In verbis ſan-
ctis ſtabunt ad iudicium, & non deficient in
12 vigilijs ſuis. * Vide arcum, & benedic eum,
" qui fecit illum: valdè ſpecioſus eſt in ſplen- " Gen. 9.
13 dore ſuo. * Gyrauit cælũ in circuitu gloriæ b. 18.
14 ſuæ, manus Excelſi aperuerunt illũ * Impe-
rio ſuo accelerauit niuem, & accelerat coru-
15 ſcationes emittere iudicij ſui. * Propterea
aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nebulæ
16 ſicut aues. * In magnitudine ſua poſuit nu-
17 bes, & confracti ſunt lapides grandinis. * In
conſpectu eius commouebuntur montes, &
18 in voluntate eius aſpirabit Notus. * Vox to
nitrui eius verberabit terram, tẽpeſtas Aqui-
19 lonis, & congregatio ſpiritus, * & ſicut auis
deponens ad ſedendum, aſpergit niuem, &
20 ſicut locuſta demergẽs deſcenſus eius. * Pul-
C chritudinem cãdoris eius admirabitur ocu-
lus, & ſuper imbrem eius expaueſcet cor.
21 * Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terrã : &
dum gelauerit, fiet tamquam cacumina tri-
22 buli. * Frigidus ventus Aquilo flauit, & gela
uit cryſtallus ab aqua, ſuper omnem cõgre-
gationem aquarum requieſcet, & ſicut lori-
23 ca induet ſe aquis. * Et deuorabit mõtes, &
exuret deſertum, & extinguet viride, ſicut
24 igne. * Medicina omnium in feſtinatione
nebulæ: & ros obuians ab arbore venienti hu
25 milem efficiet eum. * In ſermone eius ſi-
luit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſ-
ſum, & plantauit in illa Dominus inſulas.
26 * Qui nauigant mare, enarrent pericula e-
ius: & audientes auribus noſtris admirabi-
27 mur. * Illic præclara opera, & mirabilia: va-
ria beſtiarum genera, & omnium pecorum,
28 & creatura belluarum. * Propter ipſum cõ-
D firmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius
29 compoſita ſunt omnia. * Multa dicemus,
& deficiemus in verbis, cõſummatio autem
30 ſermonum, ipſe eſt in omnibus. * Glorian-
tes ad quid valebimus? ipſe enim omnipo-
31 tens ſuper omnia opera ſua. * Terribilis Do
minus, & magnus vehementer. & mirabilis
32 potentia ipſius. * Glorificantes Dominum
quantũcũque potueritis, ſuperualebit enim
adhuc, & admirabilis magnificentia eius.
33 * Benedicentes Dominum : exaltate illum
quantum poteſtis: maior enim eſt omni lau-
34 de. * Exaltantes eum replemini virtute ne " Pſ. 105.
35 laboretis non enim comprehendetis. *" Quis a. 2.
videbit eum, & enarrabit? & quis magnifica
36 bit eum ſicut eſt ab initio? * Multa abſcondi
ta ſunt maiora his: pauca enim vidimus o-
37 perum eius. * Omnia autem Dominus fe-
cit, & pie agentibus dedit ſapientiam.

CAP. XLIV.

1 LAudemus viros glorioſos, & parentes
2 noſtros in generatione ſua. * Multã glo-
A riam fecit Dominus magnificentia ſua a ſæ-
3 culo. * Dominantes in poteſtatibus ſuis. ho-
mines magni virtute, & prudẽtia ſua prædi-
ti, nunciantes in prophetis dignitatem pro-
4 phetarum, * & imperãtes in præſenti popu-

lo,

lo, & virtute prudentiæ populis ſanctiſſima
verba. * In peritia ſua requirentes modos 5
muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum.
* Homines diuites in virtute, pulchritudinis 6
ſtudium habentes: pacificantes in domibus
ſuis. * Omnes iſti in generationibus gentis 7
ſuæ gloriã adepti ſunt, & in diebus ſuis ha-
bentur in laudibus. * Qui de illis nati ſunt, 8
reliquerunt nomen narrandi laudes eorum:
* & ſunt quorum non eſt memoria: perie- 9
runt quaſi qui non fuerint: & nati ſunt, qua B
ſi non nati, & filij ipſorum cum ipſis. * Sed 10
illi viri miſericordiæ ſunt quorum pietates
non defuerunt: * cum ſemine eorum per- 11
manent bona, * hereditas ſancta nepotes eo 12
rum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum:
* & filij eorum propter illos vſque in æter- 13
num manent: ſemen eorum, & gloria eorum
non derelinquetur. * Corpora ipſorum in 14
pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in
generationem, & generationem. * Sapientiã 15
ipſorum narrent populi, & laudem eorum
" Gen. 5. nunciet eccleſia. * " Henoch placuit Deo, & 16
c. 22. tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus C
Heb. 11. pœnitentiam * Noe inuentus eſt perfectus, 17
b. 5. iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt re-
" Gen. 6. conciliatio. * Ideo dimiſſum eſt reliquum 18
b. 9 & 7. terræ, cum factum eſt diluuium. * " Teſta- 19
a. 1. menta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne de-
Heb. 11. leri poſſit diluuio omnis caro. * " Abraham 20
b. 7. magnus pater multitudinis gentium, & non
" Gen. 9. eſt inuentus ſimilis illi in gloria: qui con-
b. 9. ſeruauit legem Excelſi, & fuit in teſtamento
" Gen. 12. cum illo. * " In carne eius ſtare fecit teſta- 21
a. & 15. mentum, & in tentatione inuentus eſt fide- D
b. 5. lis. * Ideo iureiurando dedit illi gloriam in 22
Gen. 17. gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cumu-
c. 19. lum, * & vt ſtellas exaltare ſemen eius, & he 23
Gen. 22. reditare illos à mari vſque ad mare, & à flu-
a. 1. mine vſque ad terminos terræ. * Et in Iſaac 24
" Gal. 3. eodem modo fecit propter Abraham patrẽ
b. 6. eius. * Benedictionem omnium Gentium 25
dedit illi Dominus, & teſtamentum confir-
mauit ſuper caput Iacob * Agnouit eum in 26
benedictionibus ſuis, & dedit illi hereditatẽ,
& dimiſit illi partem in tribubus duodecim.
* Et cõſeruauit illi homines miſericordiæ, 27
inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

CAP. XLV.

Exo. 11. DIlectus Deo, & hominibus Moyſes cu- 1
a. 3. ius memoria in benedictione eſt. * Simi A
lem illũ fecit in gloria ſanctorũ, & magni- 2
ficauit eum in timore inimicorũ, & in ver-
" Exo. 6. bis ſuis monſtra placauit. * " Glorificauit 3
a. 3. illum in cõſpectu regum, & iuſſit illi coram
populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam.
* In fide, & lenitate ipſius ſanctum fecit il- 4
lum, & elegit eum ex omni carne. * Audiuit 5
enim eum, & vocem ipſius, & induxit illum
in nubem. * Et dedit illi coram præcepta, & 6
" Nu. 12. legem vitæ, & diſciplinæ, docere Iacob teſta-
a. 7. mentum ſuum, & iudicia ſua Iſrael. * " Ex- 7
celſum fecit Aaron fratrem eius, & ſimilem
8 ſibi de tribu Leui, * ſtatuit ei teſtamentum
æternum, & dedit illi ſacerdotium gentis: &
9 beatificauit illum in gloria, * & circumcin-
xit eum zona gloriæ, & induit eum ſtolam
gloriæ, & coronauit eum in vaſis virtutis.
10 * " Circumpedes, & femoralia, & humerale " Exo. 28.
B poſuit ei, & cinxit illum tintinnabulis au- f. 35.
11 reis plurimis in gyro, * dare ſonitum in in-
ceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in tẽplo
12 in memoriam in filijs gentis ſuæ. * Stolam sã
ctam, auro, & hyacintho, & purpura, opus
textile, viri ſapientis, iudicio, & veritate præ-
13 diti: * torto cocco opus artificis, & gemmis
pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere la
pidaris ſculptis in memoriam ſecundum nu-
14 merum tribuum Iſrael. * Corona aurea ſu-
per mitram eius expreſſa ſigno ſanctitatis, &
gloria honoris: opus virtutis, & deſideria o-
15 culorum ornata. * Sic pulchra ante ipſum
16 non fuerunt talia vſque ad originem. * Nõ
eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantum
filij ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tem
17 pus: * Sacrificia ipſius conſumpta ſunt igne
C quotidie. * " Compleuit Moyſes manus eius, " Leu. 8.
18 & vnxit illum oleo ſancto. * Factum eſt illi b. 12.
19 in teſtamentum æternum, & termini eius ſi-
cut dies cæli, fungi ſacerdotio, & habere lau-
dem, & glorificare populum ſuum in nomi-
20 ne eius. * Ipſum elegit ab omni viuente; of-
ferre ſacrificium Deo, incenſum, & bonum
odorem, in memoriam placare pro populo
21 ſuo: * & dedit illi in præceptis ſuis poteſta-
tem, in teſtamentis iudiciorum, & docere Ia
cob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſ-
22 rael. *" Quia contra illum ſteterunt alieni, " Nu. 16.
& propter inuidiam circumdederunt illum a. 1.
homines in deſerto, qui erant cum Dathan,
& Abiron, & congregatio Core in iracundia.
23 * Vidit Dominus Deus, & non placuit illi,
& conſumpti ſunt in impetu iracundiæ.
24 * Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in
25 flamma ignis. * Et addidit Aaron gloriam,
& dedit illi hæreditatem, & primitias fru-
26 gum terræ diuiſit illi. * Panem ipſis in pri-
D mis parauit in ſatietatem: nam, & ſacrificia
Domini edent, quæ dedit illi, & ſemini eius.
27 * Ceterum in terra gentes non hereditabit,
& pars non eſt illi in gente: ipſe eſt enim
28 pars eius, & hereditas. *" Phinees filius Elea " Nu. 25.
zari tertius in gloria eſt, imitando enim in ti- b. 7.
29 more Domini: * ſtare in reuerentia gentis: 1. Mac. 2.
in bonitate, & alacritate animæ ſuæ placuit f. 54.
30 Deo pro Iſrael. * Ideo ſtatuit illi teſtamen-
tum pacis, principem ſanctorum, & gentis
ſuæ, vt ſit illi, & ſemini eius ſacerdotij digni
31 tas in æternum: * teſtamentum Dauid regi
filio Ieſſe de tribu Iuda, hereditas ipſi, & ſe-
mini eius, vt daret ſapientiam in cor noſtrũ
iudicare gentem ſuam in iuſtitia, ne aboleren
tur bona ipſorum, & gloriam ipſorum in gen
tem eorum æternam fecit.

CAP. XLVI.

FOrtis in bello Iesus Naue successor Moy- 1
si in prophetis, qui fuit magnus secundũ A
nomen suum, * maximus in salutem electo- 2
rum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt
consequeretur hereditatem Israel. * Quam 3
gloriam adeptus est in tollendo manus suas,
& iactando contra ciuitates romphæas? * 4
Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse
Ios.10. c.14.
Dominus perduxit. * An non in iracundia 5
eius impeditus est Sol, & vna dies facta est,
quasi duo? * Inuocauit Altissimum potentẽ 6
in oppugnando inimicos vndique, & audiuit
illum magnus, & sanctus Deus in saxis gran-
dinis virtutis valde fortis. * Impetũ fecit cõ- 7
tra gentem hostilem, & in descensu perdidit
contrarios, * vt cognoscant Gentes potentiã 8
eius, quia contra Deum pugnare non est faci- B
Nu.14. a.6.
le. Et secutus est à tergo potentis; * & in die- 9
bus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb
filius Iephone stare contra hostem, & prohi-
bere gentem à peccatis, & perfringere mur-
mur malitiæ. * Et ipsi duo constituti, à peri- 10
culo liberati sunt a numero sexcentorũ mil-
lium peditum, inducere illos in hereditatẽ,
in terram, quæ manat lac, & mel. * Et dedit 11
Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsque
in senectutem permansit illi virtus, vt ascen-
deret in excelsum terræ locum, & semen ip-
sius obtinuit hereditatem: * vt viderent om- 12
nes filij Israel, quia bonum est obsequi san-
cto Deo. * Et iudices singuli suo nomini, quo 13
rum non est corruptum cor: qui non auersi C
sunt à Domino, * vt sit memoria illorum in 14
benedictione, & ossa eorũ pullulent de lo-
co suo, * & nomen eorũ permaneat in æter- 15
num, permanens ad filios illorum, sanctorũ
virorum gloria. * Dilectus à Domino Deo 16
suo Samuel propheta Domini, renouauit im-
perium, & vnxit principes in gente sua. * In 17
lege Domini congregationem iudicauit, & vi-
dit Deus Iacob, & in fide sua probatus est
propheta. * Et cognitus est in verbis suis fi- 18
delis, quia vidit Deum lucis: * & inuocauit 19
Dominum omnipotentem, in oppugnando D
hostes circumstantes vndique in oblatione
agni inuiolati. * Et intonuit de cælo Domi- 20
nus, & in sonitu magno auditam fecit vocem
suam, * & contriuit principes Tyriorum, & 21
omnes duces Philisthijm: * & ante tempus fi- 22
nis vitæ suæ, & sæculi, testimonium præbuit
in conspectu Domini, & Christi pecunias, &
vsque ad calceamenta ab omni carne nõ ac-
cepit, & non accusauit illum homo. * Et post 23
hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit
illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem suam
de terra in prophetia delere impietatem gen-
tis.

CAP. XLVII.

2. Re.12 a.1.
POst hæc surrexit Nathã propheta in die- 1
bus Dauid. * Et quasi adeps separatus a 2
A carne, sic Dauid à filijs Israel. * Cum leo-
3 nibus lusit, quasi cum agnis: & in vrsis simi-
liter fecit sicut in agnis ouium in iuuentute
1. Reg. 17.d.34.
4 sua. * Numquid non occidit gigantem, &
5 abstulit opprobrium de gente? * In tollendo
1. Reg. 17.f.49.
manum, saxo fundæ deiecit exultationem
6 Goliæ: * nam inuocauit Dominum omnipo-
tentem, & dedit in dextera eius tollere ho-
minem fortem in bello, & exaltare cornu gẽ-
7 tis suæ. * Sic in decem millibus glorifica-
1. Reg. 18.b.7.
uit eum, & laudauit eum in benedictioni-
bus Domini in offerendo illi coronam glo-
8 riæ: * contriuit enim inimicos vndique, &
extirpauit Philisthijm contrarios, vsque in
hodiernum diem: contriuit cornu ipsorum
9 vsque in æternum. * In omni opere dedit cõ-
B fessionem Sancto, & Excelso in verbo glo-
10 riæ. * De omni corde suo laudauit Domi-
num, & dilexit Deum, qui fecit illum: & de-
11 dit illi contra inimicos potentiam: * & stare
fecit cantores contra altare, & in sono eorum
12 dulces fecit modos. * Et dedit in celebratio-
nibus decus, & ornauit tempora vsq. ad con-
summationem vitæ, vt laudarent nomẽ san-
ctum Domini, & amplificarent mane Dei
13 sanctitatem. * Dominus purgauit peccata
2. Reg. 12.d.13.
ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius:
& dedit illi testamentum regni, & sedem
14 gloriæ in Israel. * Post ipsum surrexit filius
sensatus, & propter illum deiecit omnem po
3. Reg. 3.a.1.
15 tentiam inimicorum. * Salomon impera-
uit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes
hostes, vt conderet domum in nomine suo,
& pararet sanctitatem in sempiternum: quẽ-
16 admodum eruditus es in iuuentute tua, *
3. Reg. 4.d.31.
& impletus es, quasi flumen, sapientia, & ter-
17 ram retexit anima tua. * Et replesti in com-
C parationibus ænigmata: ad insulas longe
diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es
18 in pace tua. * In cantilenis, & prouerbijs, &
comparationibus, & interpretationibus mi-
19 ratæ sunt terræ, * & in nomine Domini Dei,
3. Reg. 10.c.27.
20 cui est cognomen Deus Israel. * Collegisti
quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum
21 complesti argentum, * & inclinasti femora
tua mulieribus: potestatem habuisti in cor-
22 pore tuo, * dedisti maculam in gloria tua, &
profanasti semen tuum inducere iracundiã
ad liberos tuos, & incitari stultitiam tuam,
3. Reg. 12.c.16.
23 * vt faceres imperium bipartitum, & ex E-
24 phraim imperare imperium durum. * Deus
D autem non derelinquet misericordiã suam
& non corrumpet, nec delebit opera sua,
neque perdet a stirpe nepotes electi sui: &
semen eius, qui diligit Dominum, non cor-
25 rumpet. * Dedit autem reliquum Iacob, &
26 Dauid de ipsa stirpe. * Et finem habuit Salo-
27 mon cum patribus suis. * Et dereliquit post
3. Reg. 12.d.
28 se de semine suo, gentis stultitiam, * & im-
minutum a prudentia, Roboam, qui auer-
29 tit gentem consilio suo: * & Ieroboam
filium Nabat, qui peccare fecit Israel, &
dedit viam peccandi Ephraim, & plurima
30 redundauerunt peccata ipsorum. * Valde
31 auerterunt illos a terra sua. * Et quæsiuit
omnes nequitias, vsq. dum perueniret ad il-
los defensio, & ab omnibus peccatis liberauit
eos.

CAP. XLVIII.

3. Re.17. a.1.
ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & 1
verbum ipsius, quasi facula ardebat. * Qui A
induxit in illos famem, & irritantes illum in- 2
3. Reg. 18. 4. Regum 1.
uidia sua pauci facti sunt, non enim poterant
sustinere præcepta Domini. * Verbo Domi- 3
ni continuit cælum, & deiecit de cęlo ignem
ter. * sic amplificatus est Elias in mirabilibus 4
suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? * 5
3. Reg. 17.c.22.
Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte
mortis in verbo Domini Dei. * Qui deiecisti 6
reges ad perniciem, & confregisti facilè potẽ-
tiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo. * Qui 7
audis in Sina iudiciũ: & in Horeb iudicia de-
fensionis. * Qui vngis reges ad pęnitentiam, 8
& prophetas facis successores post te. * Qui 9
receptus es in turbine ignis, in curru equorũ
4. Reg. 2.b.11. Mal.4.a.6.
igneorum. * Qui scriptus es in iudicijs tem- 10
porum lenire iracundiam Dñi: conciliare cor B
patris ad filium, & restituere tribus Iacob, * 11
Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua
decorati sunt, * nam nos vita viuimus tantũ, 12
post mortem autem non erit tale nomen no-
4. Reg. 2.c.12.
strum. * Elias quidem in turbine tectus est, 13
& in Eliseo completus est spiritus eius, in die-
bus suis non pertimuit principem, & potentia
nemo vicit illum, * nec superauit illum ver- 14
4. Reg. 13.d.21.
bum aliquod & mortuum prophetabit cor-
pus eius, * in vita sua fecit mõstra, & in mor- 15
te mirabilia operatus est. * In omnibus istis 16
non pœnituit populus, & non recesserunt à
peccatis suis, vsque dum eiecti sunt de terra C
sua, & dispersi sunt in omnem terram: * & 17
relicta est gens perpauca, & princeps in domo
Dauid. * Quidam ipsorum fecerunt, quod 18
placeret Deo: alij autem multa commiserunt
peccata. * Ezechias muniuit ciuitatem suam, 19
& induxit in medium ipsius aquam, & fodit
ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteũ.
* In diebus ipsius ascẽdit Senacherib, & mi- 20
4. Reg. 18.d.13.
sit Rabsacen, & sustulit manum suam con-
tra illos, & extulit manum suam in Sion, &
superbus factus est potentia sua. * Tunc mo- 21
ta sunt corda, & manus ipsorum: & doluerũt,
quasi parturientes mulieres. * Et inuocaue- 22
runt Dominum misericordem, & expanden- D
tes manus suas, extulerunt ad cælum: & san-
ctus Dominus Deus audiuit citò vocem ipso-
rum. * Non est commemoratus peccatorum 23
illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed
4. Reg. 19.g.35. Tob.1.d.21. Is.37.g.36. 1.Mac.7 f.41.
purgauit eos in manu Isaiæ sancti prophetę.
* Deiecit castra Assyriorum, & contriuit il- 24
los Angelus Domini, * nam fecit Ezechias, 25
quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Da-
uid patris sui, quam mandauit illi Isaias pro-
pheta magnus, & fidelis in conspectu Dei. * 26
In diebus ipsius retro redijt Sol, & addidit
regi vitam. * Spiritu magno vidit vltima, & 27
consolatus est lugentes in Sion, vsque in sem-
28 piternum, * ostendit futura, & abscondita
2. Mac.8 c.19.
antequam venirent.

4. Reg. 22.a.1. Is.38.a.1.

CAP. XLIX.

1 MEmoria Iosiæ in compositionem odo-
A ris facta opus pigmentarij. * In omni o-
2 re, quasi mel indulcabitur eius memoria, &
4. Reg. 21.a.1.
3 vt musica in conuiuio vini. * Ipse est dire-
ctus diuinitus in pœnitentiam gentis, & tu-
4 lit abominationes impietatis. * Et guberna-
uit ad Dñm cor ipsius, & in diebus peccato-
5 rum corroborauit pietatem. * Præter Dauid,
& Ezechiam, & Iosiam omnes peccatum cõ-
6 miserunt: * nã reliquerunt legẽ Altissimi re-
7 ges Iuda, & contempserunt timorem Dei. *
B Dederunt enim regnum suum alijs, & glo-
4. Reg. 25.b.9.
8 riam suam alienigenæ genti. * Incenderunt
electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fe-
9 cerunt vias ipsius in manu Ieremiæ. * Nam
malè tractauerunt illum, qui à ventre matris
consecratus est propheta, euertere, & eruere,
& perdere, & iterum ædificare, & renouare.
10 * Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ,
11 quam ostendit illi in curru Cherubim. * Nã
Ezec.1. a.4.
C commemoratus est inimicorum in imbre,
benefacere illis, qui ostenderunt rectas vias.
12 * Et duodecim prophetarum ossa pullulẽt
de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, &
13 redemerunt se in fide virtutis. * Quomodo
1. Esd. 3.a.2. Agg. 1. & 2. Zach.2. a.1.
amplificemus Zorobabel? nam & ipse, quasi
14 signum in dextera manu, * sic & Iesum fi-
lium Iosedec? qui in diebus suis ædificaue-
runt domum, & exaltauerunt templum san-
ctum Domino, paratum in gloriam sempi-
15 ternam. * Et Nehemias in memoria multi
D temporis, qui erexit nobis muros euersos, &
stare fecit portas, & seras, qui erexit domos
16 nostras. * Nemo natus est in terra qualis He-
Gen.41 f.40. 42 a.3. 45.a. 5. 50.d. 20.
17 noch: nam & ipse receptus est à terra. * Neq.
vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fra-
trum, firmamentum gentis, rector fratrum,
18 stabilimentum populi: * & ossa ipsius visita-
19 ta sunt, & post mortem prophetauerunt. *
Gen.4. Gen.5.d.32.
Seth, & Sem apud homines, gloriam adepti
sunt: & super omnem animam in origine A-
dam.

1. Mach. 11.a.2. 2. Mach. 3. & 4.

CAP. L.

1 SImon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui
A in vita sua suffulsit domum, & in diebus
2 suis corroborauit templum. * Templi etiam
altitudo ab ipso fundata est, duplex ædifica-
3 tio, & excelsi parietes templi. * In diebus ip-
sius emanauerunt putei aquarum, & quasi
4 mare adimpleti sunt supra modum. * Qui
curauit gentem suam, & liberauit eam à per-
5 ditione. * Qui præualuit amplificare ciuita-
tem, qui adeptus est gloriam in conuersatio-
ne gentis: & ingressum domus, & atrij am-
6 plificauit. * Quasi stella matutina in medio
nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis
7 lucet. * Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsit
8 in tẽplo Dei. * Quasi arcus refulgens, inter ne-

aulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus
vernis, & quasi lilia, quæ sunt in transitu aquę,
& quasi thus redolens in diebus æstatis. * 9
Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne.
* Quasi vas auri solidum, ornatum omni la- 10
pide pretioso. * Quasi oliua pullulans, & cy- B
pressus in altitudinem se extollens, in accipiē- 11
do ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in cō-
summationem virtutis. * In ascensu alta- 12
ris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum.
* In accipiēdo autem partes de manu sacer- 13
dotum, & ipse stans iuxta aram. Et circa illū
corona fratrum: quasi plantatio cedri in mō-
te Libano, * sic circa illum steterunt, quasi 14
rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria
sua. * Oblatio autem Domini in manibus ip- 15
sorum, coram omni synagoga Israel, & con-
summatione fugiens in ara, amplificare obla-
tionem excelsi regis, * porrexit manum suā 16
in libatione, & libauit de sanguine vuæ. * Ef 17
fudit in fundamento altaris odorem diuinū
excelso principi * Tunc exclamauerunt filij 18
Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & C
auditam fecerunt vocem magnam in memo-
riam coram Deo. * Tunc omnis populus si- 19
mul properauerunt, & ceciderunt in faciem
super terram, adorare Dñm Deum suum, &
dare preces omnipotenti Deo excelso. * Et 20
amplificauerunt psallentes in vocibus suis, &
in magna domo auctus est sonus suauitatis
plenus, * Et rogauit populus Dominum ex- 21
celsum in prece, vsque dum perfectus est ho-
nor Dñi, & munus suum perfecerunt. * Tūc 22
descendens, manus tua extulit in oēm con-
gregationem filiorum Israel dare gloriam
Deo a labijs suis, & in nomine ipsius gloriari:
* & iterauit orationem suam, volens ostēde- 23
re virtutem Dei. * Et nunc orate Deum om- 24
nium, qui magna fecit in omni terra, qui au- D
xit dies nostros a ventre matris nostræ, & fe-
cit nobiscum secundum suam misericordiā:
* det nobis iucunditatem cordis, & fieri pa- 25
cem in diebus nostris in Israel per dies sem-
piternos: * credere Israel nobiscum esse Dei 26
misericordiam, vt liberet nos in diebus suis.
* Duas gentes odit anima mea: tertia autem 27
non est gens, quam oderim: * qui sedent in 28
monte Seir, & Philisthijm, & stultus populus,
qui habitat in Sichimis. * Doctrinam sapien- 29
tiæ, & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus
filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sa-
pientiam de corde suo. * Beatus, qui in istis 30
versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sa-
piens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad om-
nia valebit: quia lux Dei, vestigium eius est.

CAP. LI.

ORatio Iesu filij Sirach: Confitebor tibi 1
Domine rex, & collaudabo te Deū sal- A
uatorem meum. * Confitebor nomini tuo: 2
quoniam adiutor, & protector factus es mi-
hi, * & liberasti corpus meum a perditione, a 3
laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium
mendacium, & in conspectu astantium fa-
4 ctus es mihi adiutor. * Et liberasti me secun-
dum multitudinem misericordiæ nominis
5 tui a rugientibus, præparatis ad escam, * de
manibus quærentium animam meam, & de
portis tribulationum, quæ circumdederunt
6 me: * à pressura flammæ, quæ circumdedit
7 me, & in medio ignis non sum æstuatus: * &
altitudine ventris inferi, & à lingua coinqui-
nata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, &
8 à lingua iniusta: * laudabit, vsque ad mortem
9 anima mea Dñm, * & vita mea appropinquās
10 erat in inferno deorsum. * Circumdederūt
B me vndiq. & non erat, qui adiuuaret. Respi-
ciens eram ad adiutorium hominum, & non
11 erat. * Memoratus sū misericordię tuę Dñe,
12 & operationis tuæ, quæ à sæculo sunt, * quo-
niam eruis sustinentes te Dñe, & liberas eos
13 de manibus gentium. * Exaltasti super terrā
habitationem meam, & pro morte defluente
14 deprecatus sum. * Inuocaui Dominum pa-
trem Dñi mei, vt non derelinquat me in die
tribulationis meæ, & in tempore superborū,
15 sine adiutorio. * Laudabo nomen tuum assi-
due, & collaudabo illud in cōfessione, & exau
16 dita est oratio mea. * Et liberasti me de per-
17 ditione, & eripuisti me de tempore iniquo. *
Propterea confitebor, & laudem dicam tibi,
18 benedicā nomini Dñi. * Cum adhuc iunior
C essem priusquam oberrarem, quæsiui sapien
19 tiam palam in oratione mea. * Ante tēpium
postulabam pro illa, & vsque in nouissimis
inquiram eam. Et efflorúit tamquam præcox
20 vua, * lætatum est cor meum in ea. Ambula-
uit pes meus iter rectum, à iuuentute mea
21 inuestigabam eam. * Inclinaui modice aurem
22 meam, & excepi illam. * Multam inueni in
meipso sapientiam, & multum profeci in ea.
23 * Danti mihi sapientiam, dabo gloriā. * Cō-
24 siliatus sum enim, vt facerem illam: zelatus
25 sum bonum, & non confundar * Colluctata
est anima mea in illa, & in faciēdo eam cōfir-
26 matus sum. * Manus meas extēdi in altum,
27 & insipientiam eius luxi * Animam meam
direxi ad illam, & in agnitione inueni eam.
28 * Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc
29 non derelinquar. * Vēter meus conturbatus
D est quærendo illam: propterea bonā posside-
30 bo possessionem. * Dedit mihi Dñs linguam
31 mercedem meam: & in ipsa laudabo eum. *
Appropiate ad me indocti, & cōgregate vos
32 in domum disciplinæ, * quid adhuc retarda-
tis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiūt
33 vehementer. * Aperui os meum, & locutus
34 sum: Comparate vobis sine argento, * & col-
lum vestrum subijcite iugo, & suscipiat ani-
ma vestra disciplinam: in proximo est .n. in-
35 uenire eam. * Videte oculis vestris, quia mo-
dicum laboraui, & inueni mihi multam re-
36 quiem. * Assumite disciplinam in multo nu-
mero argenti, & copiosum aurum possidete
37 in ea. * Lætetur anima vestra in misericordia
38 eius, & non confundemini in laude ipsius. *
Operamini opus vestrum ante tēpus, & da-
bit vobis mercedem vestram in tēpore suo.

PRO-

PROPHETIA ISAIÆ.



CAPVT PRIMVM.

VISIO Isaiæ filij Amos, quam 1
vidit super Iudam, & Ierusa- A
lem in diebus Oziæ, Ioathan,
Achaz, & Ezechiæ regum
Iuda. * Auditæ cœli, & auri- 2
bus percipe terra, quoniam Dominus lo-
cutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi
autem spreuerunt me. * Cognouit bos pos- 3
sessorem suum, & asinus præsepe Domini
sui: Israel autem me non cognouit, & popu-
lus meus non intellexit. * Væ genti pecca- 4
trici, populo graui iniquitate, semini ne- B
quam, filijs sceleratis: dereliquerunt Domi-
num, blasphemauerunt sanctum Israel, ab
alienati sunt retrorsum. * Super quo percu- 5
tiam vos vltra, addentes præuaricationem?
omne caput languidum, & omne cor mœ-
rens. * A planta pedis vsque ad verticem nō 6
est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tu-
mens, non est circumligata, nec curata medi-
ª Inf. 5. camine, neque fota oleo. * ª Terra vestra de- 7
b.6. serta, ciuitates vestræ succensæ igni: regio-
nem vestram coram vobis alieni deuorant,
& desolabitur sicut in vastitate hostili * Et 8
derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in C
vinea, & sicut tugurium in cucumerario, &
ᵇ Ro. 9. sicut ciuitas, quæ vastatur. * ᵇ Nisi dominus 9
f.29. exercituum reliquisset nobis semen, ᶜ quasi
ᶜ Ge. 19. Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha si-
e.24. miles essemus. * Audite verbum Domini 10
principes Sodomorum, percipite auribus le-
gem Dei nostri populus Gomorrhæ. * Quo 11
mihi multitudinem victimarum vestrarū, ᵈ Iere. 6.
dicit Dominus? plenus sum. holocausta e.29
arietum, & adipem pinguium, & sanguinem Amos 5.
vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, f.22.
12 * Cum veniretis ante conspectum meum,
quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt
13 ambularetis in atrijs meis? * ne offeratis vl-
D tra sacrificium frustra: incensum abomina-
tio est mihi. Neomeniam, & sabbatum, &
festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœ-
14 tus vestri: * calendas vestras, & solemnita-
tes vestras odiuit anima mea: facta sunt mi-
15 hi molesta, laboraui sustinens. * Et cum ex-
tenderitis manus vestras, auertam oculos
meos a vobis: & cum multiplicaueritis ora-
tionem, non exaudiam: ᵉ manus enim ve- ᵉ Inf. 59.
16 stræ sanguine plenæ sunt. * ᶠ Lauamini, a.1.
mundi estote, auferte malum cogitationum ᶠ 1. Pet.
vestrarum ab oculis meis: quiescite agere 3.d.11.
17 peruersè, * discite benefacere: quærite iudi-
E cium, subuenite oppresso, iudicate pupil-
18 lo, defendite viduam. * Et venite, & arguite
me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra,
vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si
fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana
19 alba erūt. * Si volueritis, & audieritis me, bo
20 na terræ comedetis. * Quod si nolueritis, &
me ad iracundiam prouocaueritis: gladius
deuorabit vos, quia os Domini locutus est.
21 * Quomodo facta est meretrix ciuitas fide-
lis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc
22 aūt homicidæ. * Argentum tuum versum

est in scoriam: vinum tuũ mixtum est aqua. F
* Principes tui infideles, socij furum: omnes 23
diligunt munera, sequuntur retributiones.
Ier.5.g. " Pupillo non iudicant: & causa viduæ non
28. ingreditur ad illos. * Propter hoc ait Domi- 24
nus Deus exercituum fortis Israel: Heu, con-
solabor super hostibus meis, & vindicabor
de inimicis meis. * Et conuertam manum 25
meam ad te, & excoquam ad purum scoriã
tuam, & auferam omne stannũ tuum. * Et 26
restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & G
cõsiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vo-
caberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. * Sion in iu- 27
dicio redimetur, & reducent eam in iustitia:
* & conteret scelestos, & peccatores simul: & 28
qui dereliquerunt Dominum, consumentur.
* Confundentur enim ab idolis, quibus sa- 29
crificauerunt: & erubescetis super hortis,
quos elegeratis, * cum fueritis velut quercus 30
defluentibus folijs, & velut hortus absque a-
qua. * Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stup- 31
pæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succẽ-
detur vtrũq. simul, & nõ erit, qui extinguat.

CAP. II.

Mic.4. 6.1. VErbum, quod vidit Isaias, filius, Amos: 1
uissimis diebus præparatus mons domus A
Domini in vertice montium, & eleuabitur
super colles, & fluent ad eum omnes gentes.
* Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & 3
ascendamus ad montem Domini, & ad do-
mum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, &
ambulabimus in semitis eius: quia de Sion
exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.
* Et iudicabit Gẽtes, & arguet populos mul- 4
tos: & conflabunt gladios suos in vomeres,
& lanceas suas in falces: non leuabit gens cõ-
tra gentem gladium, nec exercebuntur vltra
ad prelium. * Domus Iacob venite, & ambu- 5
lemus in lumine Domini. * Proiecisti enim 6
populum tuum, domum Iacob: quia repleti B
sunt, vt olim, & augures habuerunt, vt Phi
listhijm, & pueris alienis adhæserunt. * Re- 7
pleta est terra argento, & auro: & non est fi-
nis thesaurorum eius: * & repleta est terra 8
eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius.
Et repleta est terra eius idolis: opus manuũ
suarum adorauerũt, quod fecerũt digiti eo-
rum. * Et incuruauit se homo, & humiliatus 9
est vir: ne ergo dimittas eis. * Ingredere in 10
petram, & abscondere in fossa humo à facie C
timoris Domini, & à gloria maiestatis eius.
* Oculi sublimes hominis humiliati sũt, & 11
incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur
autẽ Dominus solus in die illa * Quia dies 12
Domini exercituum super omnem superbũ,
& excelsum, & super omnem arrogantem:
& humiliabitur. * Et super omnes cedros Li 13
bani sublimes, & erectas, & super oẽs quer-
cus Basan. * Et super omnes mõtes excelsos, 14
& super omnes colles eleuatos. * Et super 15
omnem turrim excelsam, & super omnem
murum munitum, * & super omnes naues 16
D Tharsis, & super omne, quod visu pulchrũ
17 est. * Et incuruabitur sublimitas hominũ, &
humiliabitur altitudo virorũ, & eleuabitur
18 Dominus solus in die illa, * & idola penitus
19 conterentur: * " & introibunt in spelũcas pe- " Osee,
trarum, & in voragines terræ à facie formi- 10. b.&
dinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cũ Luc. 23,
20 surrexerit percutere terrã. * In die illa proij- d.30.
ciet homo idola argenti sui, & simulachra Apoc. 9,
auri sui, quæ fecerat sibi, vt adoraret, talpas d.17.
21 & vespertiliones, * Et ingredietur scissuras
petrarum, & in cauernas saxorũ à facie for-
midinis Domini, & à gloria maiestatis eius,
22 cũ surrexerit percutere terram. * Quiescite
ergo ab homine, cuius spiritus in nãribus
eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. III.

1. A ECce enim dominator Dominus exerci-
tuum auferet à Ierusalem, & à Iuda va-
lidum, & fortem, omne robur panis, & om-
2 ne robur aquæ: * fortem, & virum bellatorẽ,
iudicem, & prophetam, & ariolum, & senẽ:
3 * Principem super quinquaginta, & honora-
bilem vultu, & consiliarium, & sapientem de
architectis, & prudentem eloquij mystici.
4 * Et dabo pueros principes eorum, & effemi
5 nati dominabuntur eis. * Et irruet populus,
vir ad virum, & vnusquisque ad proximum
suum: tumultuabitur puer contra senem, &
6 ignobilis contra nobilem. * Apprehendet
B enim vir fratrem suũ domesticũ patris sui:
Vestimentum tibi est, princeps esto noster,
7 ruina autem hæc sub manu tua. * Respõdebit
in die illa, dicens: Non sum medicus, &
in domo mea non est panis, neque vestimẽ-
tum, nolite constituere me principem popu-
8 li. * Ruit enim Ierusalem: & Iudas concidit:
quia lingua eorum, & adinuentiones eorum
contra Dominũ, vt prouocarent oculos ma-
iestatis eius. * Agnitio vultus eorum respon-
dit eis: & peccatũ suum quasi Sodoma præ-
dicauerunt, nec absconderunt: vẽ animæ eo-
10 rum, quoniam reddita sunt eis mala. * Dicite
iusto quoniam bene, quoniam fructum ad-
11 inuentionem suarum comedet: * Væ im-
pio in malum: retributio enim manuum
12 eius fiet ei. * populum meum exactores sui
C spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis
Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te
13 decipiunt, & viam gressuum tuorum dis-
14 sipant. * Stat ad iudicandum Dominus, &
stat ad iudicandos populos. * Dominus
ad iudicium veniet cum senibus populi sui,
& principibus eius: vos enim depasti estis
vineam, & rapina pauperis in domo vestra.
15 * Quare atteritis populum meum, & facies
pauperum commolitis, dicit Dominus Deus
16 exercituũ? * Et dixit Dominus: Pro eo quod
eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt ex-
tẽto collo, & nutibus oculorũ ibant, & plau-
debant, ambulabant pedibus suis, & cõpesci-
17 to gradu incedebant: * Decalualit Domi-
D nus verticem filiarum Sion, & Dominus cri-
nem

nem earum nudabit. * In die illa auferet Do- 18
minus ornamentum calceamentorum, & lu-
nulas, * & torques, & monilia, & armillas, & 19
mitras, * & discriminalia, & periscelidas, & 20
murenulas, & olfactoriola, & inaures, * & a- 21
nulos, & gemmas in fronte pendentes, * & 22
mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus
* & specula, & sindones, & vittas, & theri- 23
stra. * Et erit pro suaui odore fœtor, & pro 24
zona funiculus, & pro crispanti crine calui-
tium, & pro fascia pectorali cilicium. * Pul- 25
cherrimi quoque viri tui gladio cadent, &
fortes tui in prælio. * Et mœrebunt at- 26
que lugebunt portæ eius, & desolata in terra
sedebit.

CAP. IV.

ET apprehendent septem mulieres virũ 1
vnum in die illa, dicentes. Panem no- A
strum comedemus, & vestimentis nostris
operiemur: tantummodo inuocetur nomen
tuum super nos, aufer opprobrium nostrũ.
* In die illa erit germen Domini in magni- 2
ficentia, & gloria, & fructus terræ sublimis,
& exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.
* Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, 3
& residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur,
omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem.
* Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, 4
& sanguinem Ierusalem lauerit de medio
eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. * Et 5
creabit Dominus super omnem locum Mõ-
tis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diẽ,
& fumum, & splendorem ignis flammantis
in nocte: super omnem enim gloriam pro- 6
tectio. * Et tabernaculum erit in vmbracu-
lum diei ab æstu, & in securitatẽ, & abscon-
sionem à turbine, & à pluuia.

CAP. V.

Ier. 2.d. 21. Mat. 21. d.33. CAntabo dilecto meo canticum patrue- 1
lis mei vineæ suæ. Vinea facta est dile- A
cto meo in cornu filio olei. * Et sepiuit eam, 2
& lapides elegit ex illa, & plantauit eam ele-
ctam, & ædificauit turrim in medio eius, &
torcular extruxit in ea: & expectauit, vt face-
ret vuas, & fecit labruscas. * Nunc ergo habi- 3
tatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter
me, & vineam meam. * Quid est quod debui 4
vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? an B
quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit la-
bruscas? * Et nunc ostendam vobis quid ego 5
faciam vineæ meæ, auferam sepem eius, &
erit in direptionem: diruam maceriam eius
& erit in conculcationem. * Et ponam eam 6
desertam: non putabitur, & non fodietur: &
ascendent vepres, & spinæ: & nubibus man-
dabo ne pluant super eam imbrem. * Vinea 7
enim Domini exercituum domus Israel est:
& vir Iuda germen eius delectabile: & expe-
ctauit, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas:
& iustitiam, & ecce clamor. * Væ qui coniun- 8
gitis domum ad domum, & agrum agro co-
pulatis vsque ad terminum loci: numquid
9 habitabitis vos soli in medio terræ? * In au-
C ribus meis sunt hæc, dicit Dñs exercituum.
Nisi domus multæ deserte fuerint grandes,
10 & pulchræ absq. habitatore. * Decem enim
iugera vinearum facient lagunculam vnam,
& triginta modij sementis facient modios
11 tres. * Væ qui consurgitis mane ad ebrietatẽ
sectandam, & potandum vsq. ad vesperam,
12 vt vino æstuetis. * Cithara, & lyra, & tympa-
num, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris:
& opus Domini nõ respicitis, nec opera ma-
13 nuum eius consideratis. * Propterea capti-
uus ductus est populus meus, quia non ha-
buit scientiam, & nobiles eius interierunt fa-
14 me, & multitudo eius siti exaruit: * Propte-
D rea dilatauit infernus animam suam, & ape-
ruit os suum absque vllo termino, & descẽ-
dẽt fortes eius, & populus eius, & sublimes,
15 gloriosique eius ad eum. * Et incuruabitur
homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimũ
16 deprimentur. * Et exaltabitur Dñs exerci-
tuum in iudicio, & Deus sanctus sanctifica-
17 bitur in iustitia. * Et pascentur agni iuxta
ordinem suum, & deserta in vbertatẽ versa
18 aduenæ comedant. * Væ qui trahitis iniqui-
tatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ
19 plaustri peccatum. * Qui dicitis: Festinet, &
E citò veniat opus eius, vt videamus: & appro-
piet, & veniat consilium sancti Israel, & scie-
20 mus illud. * Væ qui dicitis malum bonum,
& bonũ malum: ponentes tenebras lucem,
& lucem tenebras: ponentes amarum in dulce,
21 & dulce in amarum. * " Væ qui sapiẽtes estis " Prou.3.
in oculis vestris, & coram vobismetipsis pru- a.7.
22 dentes. * Væ qui potentes estis ad bibẽdum Rom.12.
vinum, & viri fortes ad miscendam ebrieta- d.16.
23 tem. * Qui iustificatis impium pro mune-
24 ribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo. * Pro-
F pter hoc, sicut deuorat stipulã lingua ignis,
& calor flammæ exurit: ita radix eorũ quasi
fauilla erit, & germen eorũ, vt pulus ascẽ-
det. Abiecerunt enim legem Domini exerci-
tuum, & eloquium sancti Israel blasphema-
25 uerunt. * Ideo iratus est furor Domini in po
pulum suum, & extendit manum suam super
eum, & percussit eum, & conturbati sunt
montes, & facta sunt morticina eorum quasi
stercus in medio platearum. In his omnibus
non est auersus furor eius, sed adhuc manus
26 eius extẽta. * Et eleuabit signum in nationi-
bus procul, & sibilabit ad eũ de finibus ter-
27 ræ: & ecce festinus velociter veniet. * Non
G est deficiens, neque laborans in eo: non dor-
mitabit, neque dormiet, neque soluetur cin-
gu um renum eius, nec rumperur corrigia
28 calceamenti eius. * Sagittæ eius acutæ, & oẽs
arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius, vt
silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis.
29 * Rugitus eius, vt leonis, rugiet, vt catuli leo-
num: & frender, & tenebit prædam: & am-
30 plexabitur, & nõ erit, qui eruat. * Et sonabit
super eũ in die illa sicut sonitus maris: aspi-
ciemus in terram, & ecce tenebræ tribulatio-
nis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAP.

CAP. VI.

IN anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi 1
Dominum sedentem super solium excel- A
sum, & eleuatum: & ea, quæ sub ipso erant,
replebant templum: * Seraphim stabant su- 2
per illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duab.
velabant faciem eius, & duabus velabant pe-
des eius, & duabus volabant. * Et clamabant 3
″ Apo. 4. b. 8.
alter ad alterum, & dicebant: ″ Sanctus san- B
ctus, sanctus, Dominus Deus exercituum,
plena est omnis terra gloria eius. * Et com- 4
mota sunt superliminaria cardinum à voce
clamãtis, & domus repleta est fumo * Et di- 5
xi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus la-
biis ego sum, & in medio populi polluta la-
bia habentis ego habito, & regem Dominũ
exercituum vidi oculis meis. * Et volauit ad 6
me vnus de Seraphim, & in manus eius cal- C
culus, quem forcipe tulerat de altari. * Et te- 7
tigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia
tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum
tuum mundabitur. * Et audiui vocẽ Domi- 8
ni dicentis: Quem mittam? & quis ibit no-
bis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. * Et dixit: 9
″ Mat. 13 b. 14. Marc. 4. b. 12. Luc. 8. b. 10. Ioan. 12. f. 40. Act. 28. f. 26. Rom. 11 b. 8.
Vade, & dices populo huic: ″ Audite audien-
tes, & nolite intelligere: & videte visionẽ, &
nolite cognoscere * Exceca cor populi huius, 10
& aures eius aggraua: & oculos eius claude: D
ne fortè videat oculis suis, & auribus suis au-
diat, & corde suo intelligat, & conuertatur,
& sanem eum. * Et dixi: Vsquequo Domine? 11
Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque
habitatore, & domus sine homine, & terra
relinquetur deserta. * Et longe faciet Domi- 12
nus homines, & multiplicabitur quæ dereli-
cta fuerat in medio terræ. * Et adhuc in ea 13
decimatio, & conuertetur, & erit in offensio-
nem sicut terebinthus, & sicut quærcus, quæ
expandit ramos suos: semen sanctũ erit id,
quod steterit in ea.

CAP. VII.

4. Reg. 16 a. 5.
ET factum est in diebus Achaz filij Ioa- 1
than, filij Oziæ regis Iuda, ascendit Ra- A
sin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex
Israel, in Ierusalem, ad præliandum contra
eam: & non potuerunt debellare eam, * Et 2
nunciauerunt domui Dauid, dicentes: Re-
quieuit Syria super Ephraim, & commotũ
est cor eius, & cor populi eius, sicut mouen-
tur ligna siluarũ a facie venti. * Et dixit Do- 3
minus ad Isaiam: Egredere in occursum A-
chaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus,
ad extremum aquæ ductus piscinæ superio-
ris in via Agri fullonis. * Et dices ad eũ: Vi- 4
de vt sileas: noli timere, & cor tuum ne for-
midet à duab. caudis titionum fumigantiũ
istorum in ira furoris Rasin regis Syriæ, &
filij Romeliæ: * eo quòd consilium inierit 5
contra te Syria in malum Ephraim, & filius B
Romeliæ, dicentes: * Ascendamus ad Iudã, 6
& suscitemus eum, & auellamus eũ ad nos,
& ponamus regem in medio eius filiũ Ta-
7 beel. * Hæc dicit Dominus Deus: non sta-
8 bit, & non erit illud: * sed caput Syriæ Da-
mascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc
sexaginta, & quinq. anni, & desinet Ephraim
9 esse populus: * & caput Ephraim Samaria: &
caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credi-
10 deritis, non permanebitis. * Et adiecit Domi
11 nus loqui ad Achaz, dicens. * Pete tibi signũ
à Domino Deo tuo in profundum inferni,
12 siue in excelsum supra. * Et dixit Achaz: Nõ
13 petam, & non tentabo Dominum. * Et dixit:
Audite ergo domus Dauid: Numquid parũ
vobis est, molestos esse hominibus, quia mo-
14 lesti estis, & Deo meo? * Propter hoc dabit
″ Mat. 1. d. 23. Luc. 1. c. 31.
C Dominus ipse vobis signũ. ″ Ecce virgo con-
cipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen
15 eius Emmanuel. * Butyrũ, & mel comedet
vt sciat reprobare malum, & eligere bonum
16 * Quia antequam sciat puer reprobare ma-
lum, & eligere bonum, derelinquetur terra,
quam tu detestaris à facie duorũ regum suo
17 rum. * Adducet Dominus super te, & super
populum tuum, & super domum patris tui
dies, qui nõ venerunt a diebus separationis
18 Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. * Et
erit in die illa: Sibilabit Dominus muscæ,
quæ est in extremo fluminum Ægypti, &
19 api, quæ est in terra Assur, * & venient, &
requiescent omnes in torrentibus valliũ, &
in cauernis petrarũ, & in omnibus frutetis,
20 & in vniuersis foraminibus. * In die illa ra-
D det Dominus in nouacula conducta in his
qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum,
caput, & pilos pedum, & barbã vniuersam.
21 * Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam
22 boum, & duas oues, * & præ vbertate lactis
comedet butyrum: butyrum enim, & mel
mãducabit omnis qui relictus fuerit in me-
23 dio terræ, * Et erit in die illa: Omnis locus
vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in
24 spinas, & in vepres erunt. * Cum sagittis, &
arcu ingredientur illuc: vepres enim, & spi-
25 næ erunt in vniuersa terra. * Et omnes
montes, qui in sarculo sarrientur, non ve-
niet illuc terror spinarum, & vepruim, &
erit in pascua bouis, & in conculcationem
pecoris.

CAP. VIII.

1 ET dixit Dominus ad me: Sume tibi li-
A brum grãdem & scribe in eo stylo hoĩs:
2 Velociter spolia detrahe, cito prædare. * Et
adhibui mihi testes fideles. Vriam sacerdo-
3 tem, & Zachariam filium Barachiæ: * & ac-
cessi ad prophetissam, & concepit, & peperit
filium. Et dixit Dominus ad me: Voca no-
men eius, Accelera spolia detrahere: festina
4 prædari. * Quia antequam sciat puer vocare
patrem suum, & matrẽ suam, auferetur for-
titudo Damasci, & spolia Samariæ corã re-
5 ge Assyriorum. * Et adiecit Dominus loqui
6 ad me adhuc, dicens: * Pro eo quod abiecit
B populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cũ si-
lentio, & assumpsit magis Rasin, & filium
Ro-

Romeliæ: * propter hoc ecce Dominus ad- 7
ducet sup eos aquas fluminis fortes, & mul-
tas, regem Assyriorũ, & omnẽ gloriam eius:
& ascendet super omnes riuos eius, & fluet
super vniuersas ripas eius, * & ibit per Iudã, 8
inundans, & transiens vsq ad collum veniet
Et erit extensio alarum eius, implens latitu-
dinem terræ tuæ, o Emmanuel. * Congrega- 9
mini populi, & vincimini, & audite vniuer-
sæ procul terræ: confortamini, & vincimini,
accingite vos, & vincimini: * inite consilium, 10
& dissipabitur: loquimini verbum, & non
fiet: quia nobiscũ Deus. * Hæc enim ait Do 11
minus ad me: Sicut in manu forti erudiuit
me, ne irem in via populi huius, dicẽs: * Nõ C
dicatis, coniuratio: omnia enim quæ loqui- 12
tur populus iste, coniuratio est, & timorem
eius ne timeatis, neq paueatis. * Dñm exer- 13
cituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester
& ipse terror vester. * Et erit vobis in sancti- 14
ficationem. ″ In lapidem autem offensionis,
″ Luc. 2. e. 34. Rom. 9. g. 33. 2. Pet 2. b. 6.
& in petrã scandali duabus domibus Israel,
in laqueum: & in ruinam habitantibus Ieru-
salem. * Et offendent ex eis plurimi, & cadẽt 15
& conterentur, & irretientur, & capientur.
* Liga testimonium, signa legem in discipu- 16
lis meis. * Et expectabo Dominum, qui ab- 17
scondit faciem suam a domo Iacob, & præ- D
stolabor eum. * Ecce ego, & pueri mei, quos 18
dedit mihi Dominus in signum, & in portẽ-
tum Israel a Domino exercituum, qui habi-
tat in monte Sion. * Et cum dixerint ad vos: 19
Quærite à pythonibus, & à diuinis, qui stri-
dent in incantationibus suis: Numquid non
populus à Deo suo requiret pro viuis à mor-
tuis? * Ad legem magis, & ad testimonium. 20
Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, nõ
erit eis matutina lux. * Et transibit per eam, 21
corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascetur
& maledicet regi suo, & Deo suo, & suspi-
ciet sursum. * Et ad terram intuebitur, & ec- 22
ce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, & an-
gustia, & caligo persequens, & non poterit
auolare de angustia sua.

CAP. IX.

PRimo tempore alleuiata est Terra Za- 1
bulon, & Terra Nephthali: & nouissi- A
mo aggrauata est via maris trans Iordanem
Galilææ Gentiũ * Populus, qui ambulabat in 2
tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus
in regione vmbræ mortis, lux orta est eis,
* Multiplicasti Gentem, & non magnificasti 3
lætitiã. Lætabuntur coram te, sicut qui lætã-
tur in messe, sicut exultant victores capta
præda, quando diuidunt spolia. * Iugum 4
enim oneris eius, & virgam humeri eius, &
sceptrum exactoris eius superasti ″ sicut in
″ Iud. 7. g. 22.
die Madian. * Quia omnis violenta præda- 5
tio cum tumultu, & vestimentum mixtum
sanguine, erit in cõbustionem, & cibus ignis.
* PARVVLVS enim NATVS est nobis, 6
& filius datus est nobis, & factus est princi- B
patus super humerum eius; & vocabitur no-
men eius, Admirabilis, consiliarius, Deus,
fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.
7 * Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis non
erit finis: super solium Dauid, & super re-
gnum eius sedebit: vt confirmet illud, & cor-
roboret in iudicio, & iustitia, amodo, & vsq.
in sempiternum: zelus Domini exercituum
8 faciet hoc. * Verbum misit Dominus in Ia-
9 cob, & cecidit in Israel. * Et sciet omnis po-
pulus Ephraim, & habitantes Samariam in
superbia, & magnitudine cordis: dicentes.
10 * Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus
ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed
11 cedros immutabimus * Et eleuabit Domi-
nus hostes Rasin super eum, & inimicos e-
12 ius in tumultum vertet: * Syriam ab oriente,
C & Philisthijm ab Occidente: & deuorabunt
Israel toto ore: In omnibus his non est auer
sus furor eius, sed adhuc manus eius exten-
13 ta: * & populus non est reuersus ad percu-
tiẽtem se, & Dominum exercituum non in-
14 quisierũt. * Et disperdet Dominus ab Israel
caput, & caudam, incuruantem, & refrenan-
15 tem die vna. * Longæuus, & honorabilis, ip-
se est caput: & propheta docens mendaciũ,
16 ipse est cauda. * Et erunt, qui beatificant po-
pulum istum, seducentes: & qui beatifican-
17 tur, præcipitati. * Propter hoc super adolescẽ
tulis eius non lætabitur Dominus: & pupil-
D lorum eius, & viduarum non miserebitur:
quia omnis hypocrita est, & nequam, & vni-
uersum os locutum est stultitiam. In omni-
bus his non est auersus furor eius, sed ad-
18 huc manus eius extenta. * Succensa est enim
quasi ignis impietas, veprem, & spinam vo-
rabit: & succendetur in densitate saltus, &
19 conuoluetur superbia fumi. * In ira Domi-
ni exercituum conturbata est terra, & erit
populus quasi esca ignis: vir fratri suo non
20 parcet. * Et declinabit ad dexteram, & esu-
riet: & comedet ad sinistram, & non satura-
bitur: vnusquisq carnem brachij sui vorabit.
Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen.
21 simul ipsi contra Iudam. * In omnibus his
non est auersus furor eius, sed adhuc manus
eius extenta.

CAP. X.

1 VÆ qui condunt leges iniquas: & scribẽ-
A tes, iniustitiam scripserunt: * vt oppri-
2 merent in iudicio pauperes, & vim facerent
causæ humiliũ populi mei: vt essent viduæ
3 præda eorum, & pupillos diriperent. * Quid
facietis in die visitationis, & calamitatis de
longe venientis? ad cuius confugietis auxi-
lium? & vbi derelinquetis gloriam vestram
4 * ne incuruemini sub vinculo, & cum inter-
fectis cadatis? Super omnibus his non est
auersus furor eius, sed adhuc manus eius ex
5 tenta. * Væ Assur, virga furoris mei, & bacu-
lus ipse est, in manu eorum indignatio mea
6 * Ad gentẽ fallacem mittam eum, & contra
B populum furoris mei mandabo illi, vt au-
ferat spolia, & diripiat prædam, & ponat il-
lum

ſum in conculcationem quaſi lutum platea
rum.* Ipſe autem non ſic arbitrabitur,& cor 7
eius non ita exiſtimabit: ſed ad conterendũ
erit cor eius, & ad internecionem gentium
non paucarum.*Dicet enim:* Numquid nõ 8
principes mei ſimul reges ſunt? nũquid non 9
vt Charcamis, ſic Calano: & vt Arphad, ſic
Emath? numquid non vt Damaſcus,ſic Sa-
maria?* Quomodo inuenit manus mea re- 10
gna idoli,ſic& ſimulachra eorum de Ieruſa-
lem,& de Samaria.* Numquid non ſicut fe- 11
ci Samariæ, & idolis eius, ſic faciam Ieruſa- C
lem,& ſimulachris eius?* Et erit: cũ imple- 12
uerit Dominus cuncta opera ſua in monte
[4. Reg. 19. g. 35. Infr. 37. g. 36.] Sion,& in Ieruſalem, viſitabo ſuper fructũ
magnifici cordis regis "Aſſur,& ſuper gloriã
altitudinis oculorum eius. * Dixit enim: in 13
fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia
mea intellexi: & abſtuli terminos populorũ
& principes eorum deprædatus ſum,& de-
traxi quaſi potens in ſublimi reſidentes.* Et 14
inuenit quaſi nidum manus mea fortitudi-
nem populorum: & ſicut colliguntur oua,
quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terrã ego
cõgregaui: & non fuit qui moueret pennam D
& aperiret os,& ganniret. * Nũquid gloria- 15
bitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut
exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur?
quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantẽ
ſe,& exaltetur baculus, qui vtique lignũ eſt.
* Propter hoc mittet dominator Dominus 16
exercituum in pinguibus eius tenuitatem,&
ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit quaſi
combuſtio ignis.* Et erit lumẽ Iſrael in igne 17
& Sanctus eius in flamma: & ſuccendetur,
& deuorabitur ſpina eius,& vepres in die v-
na.* Et gloria ſaltus eius, & carmeli eius ab 18
anima vſque ad carnem conſumetur,& erit E
terrore profugus.* Et reliquiæ ligni ſaltus e- 19
ius præ paucitate numerabũtur,& puer ſcri-
bet eos.* Et erit in die illa: non adijciet reſi- 20
duum Iſrael,& hi,qui fugerint de domo Ia-
cob, inniti ſuper eo, qui percutit eos: ſed
innitetur ſuper Dominum ſanctum, I-
[Rom. 9. f. 27. Inf. 11. c. 11.] ſrael in veritate.* Reliquiæ conuertentur, re- 21
liquiæ,inquam, Iacob ad Deum fortem: * "Si 22
enim fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena
maris,reliquiæ conuertentur ex eo,conſum-
matio abbreuiata inundabit iuſtitiam.* Cõ- 23
ſummationem enim, & abbreuiationẽ Do- F
minus Deus exercituũ faciet in medio om-
nis terræ.* Propter hoc,hæc dicit Dominus 24
Deus exercituũ: Noli timere populus meus
habitator Sion,ab Aſſur: in virga percutiet
te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in via
Ægypti.* Adhuc enim paululũ modicum- 25
[Inf. 37. g. 36. Iud. 7. g. 25.] que, & conſummabitur indignatio,& furor
meus ſuper ſcelus eorum. * " Et ſuſcitabit 26
ſuper eum Dominus exercituum flagellum
"iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & vir
gam ſuam ſuper mare,& leuabit eam in via
Ægypti.* Et erit in die illa: Auferetur onus 27
eius de humero tuo, & iugum eius de collo G
tuo,& cõputreſcet iugum à facie olei. * Ve- 28
niet in Aiath,tranſibit in Magron: apud Ma-
29 chmas commendabit vaſa ſua.* Tranſierũt
curſim Gaba ſedes noſtra: obſtupuit Rama,
30 Gabaath Saulis fugit.* Hinni voce tua filia
Gallim, attẽde Laiſa, paupercula Anathoth.
31 * Migrauit Medemena: habitatores Gabim
32 confortamini.* Adhuc dies eſt, vt in Nobe
ſtetur: agitabit manum ſuam ſuper mon-
33 tem filiæ Sion,collem Ieruſalem.* Ecce do-
minator Dominus exercituum confringet
lagunculam in terrore,& excelſi ſtatura ſuc-
34 cidentur, & ſublimes humiliabuntur. * Et
ſubuertentur condenſa ſaltus ferro:& Liba-
nus cum excelſis cadet.

CAP. XI.

1 Et egredietur virga de radice Ieſſe, & [Act. 13. d. 23.]
2 flos de radice eius aſcendet. * Et requi-
A eſcet ſuper eũ ſpiritus Domini: ſpiritus ſapiẽ-
tiæ,& intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitu-
3 dinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis,* & reple-
bit eum ſpiritus timoris Domini: non ſecũ-
dum viſionem oculorum iudicabit, neq. ſe-
4 cundum auditum aurium arguet:* ſed iudi
cabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate [1. The. 2. c. 8.]
pro mãſuetis terræ: "& percutiet terram vir-
ga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum in-
5 terficiet impium. * Et erit iuſtitia cingu-
lum lumborum eius:& fides cinctorium re-
6 num eius * "habitabit lupus cum agno:& [Inf. 65. d. 25.]
B pardus cum hœdo accubabit: vitulus,& leo
& ouis ſimul morabuntur,& puer paruulus
7 minabit eos.* Vitulus,& vrſus paſcentur: ſi-
mul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi
8 bos comedet paleas.* Et delectabitur infans
ab vbere ſuper foramine aſpidis:& in cauer-
na reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuã
9 mittet. * Non nocebunt,& non occident in
vniuerſo mõte ſancto meo: quia repleta eſt
terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris ope- [Ro. 15. c. 12.]
10 rientes.* "In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſi-
C gnum populorum, ipſum gentes deprecabũ
11 tur,& erit ſepulchrum eius glorioſum. * Et
erit in die illa: Adijciet Dominus ſecundo
manum ſuam ad poſſidendum reſiduũ po
puli ſui,quod relinquetur ab Aſſyrijs, & ab
Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, &
ab Ælam,& à Senaar,& ab Emath, & ab in-
12 ſulis maris. * Et leuabit ſignum in nationes
& congregabit profugos Iſrael, & diſperſos
13 Iuda colliget à quatuor plagis terræ.* Et au-
D feretur zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peri-
bunt: Ephraim non æmulabitur Iudam,&
14 Iudas non pugnabit contra Ephraim. * Et
volabunt in humeros Philiſthijm per mare
ſimul prædabuntur filios Orientis: Idu-
mæa,& Moab præceptum manus eorum,&
15 filij Ammon obedientes erunt. * Et deſola-
bit Dominus linguam maris Ægypti, & le-
uabit manum ſuam ſuper flumen in forti-
tudine ſpiritus ſui:& percutiet eum in ſeptẽ
16 riuis,ita vt tranſeant per eum calceati. * Et
erit via reſiduo populo meo, qui relinque-
tur ab Aſſyrijs: ſicut fuit Iſraeli in die illa,
qua aſcendit de terra Ægypti.

CAP.

CAP. XII.

Et dices in die illa: Confitebor tibi Domi 1
ne, quoniam iratus es mihi: conuerſus A
eſt furor tuus, & conſolatus es me. * Ecce 2
Deus ſaluator meus, fiducialiter agã, & non
[Ex. 15. a. 2. Pſ. 117. c. 14.] timebo: "quia fortitudo mea, & laus mea
Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. * 3
Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſal- B
uatoris, * & dicetis in die illa: Confitemini 4
Domino,& inuocate nomen eius: notas faci-
te in populis adinuentiones eius: memento-
te quoniam excelſum eſt nomen eius.* Can- 5
tate Domino quoniam magnificè fecit: an-
nunciate hoc in vniuerſa terra. * Exulta,& 6
lauda habitatio Sion, quia magnus in medio
tui ſanctus Iſrael.

CAP. XIII.

Onus Babylonis, quod vidit Iſaias filius 1
Amos. * Super montem caliginoſum 2
leuate ſignum,exaltate vocem, leuate manũ A
& ingrediantur portas duces.* Ego mandaui 3
ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in
ira mea,exultantes in gloria mea.* Vox mul 4
titudinis in montibus, quaſi populorum fre-
quentium: vox ſonitus regum,gentium con-
gregatarum: Dominus exercituum præcepit
militiæ belli, * venientibus de terra procul, 5
à ſummitate cæli, Dominus, & vaſa furoris
eius, vt diſperdat omnem terram:* Vlulate, 6
quia prope eſt dies Domini: quaſi vaſtitas à
Domino veniet. * Propter hoc,omnes ma- 7
nus diſſoluẽtur, & omne cor hominis cõta-
beſcet,& cõteretur.* Torſiones,& dolores te 8
nebunt,quaſi parturiẽs,dolebunt: vnuſquiſ- B
que ad proximum ſuum ſtupebit, facies cõ-
buſtæ vultus eorum. * Ecce dies Domini ve- 9
niet,crudelis, & indignationis plenus, & iræ.
[Exo. 32. b. 7.] furoriſq. ad ponendã terrã in ſolitudinem,
& peccatores eius cõterendos de ea. * "Quo 10
[Ioel. 3. c. 15. Mat. 24. c. 25. Mar. 13. c. 24. Luc. 21. c. 25.] niam ſtellæ cæli, & ſplendor earũ non expã-
dent lumen ſuũ: obtenebratus eſt Sol in or-
tu ſuo,& luna nõ ſplendebit in lumine ſuo.
* Et viſitabo ſuper orbis mala,& contra im- 11
pios iniquitatem eorum, & quieſcere faciam
ſuperbiam infidelium, & arrogantiam for-
tium humiliabo.* Pretioſior erit vir auro,& 12
homo mũdo obrizo *Super hoc cælum tur- 13
babo:& mouebitur terra de loco ſuo propter C
indignationem Domini exercituum, & pro-
pter diem iræ furoris eius. * Et erit quaſi da 14
mula fugiens, & quaſi ouis: & non erit qui
congreget: vnuſquiſque ad populum ſuum
conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fu-
gient.* Omnis,qui inuẽtus fuerit,occidetur: 15
& omnis,qui ſuperuenerit, cadet in gladio.
[Pſ. 136. b. 9.] * "Infantes eorum allidentur in oculis eorũ: 16
diripientur domus eorum,& vxores eorum
violabuntur. * Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos 17
Medos,qui argentum non quærant, nec au-
rum velint: * ſed ſagittis paruulos interficiẽt, 18
& lactantibus vteris non miſerebuntur,& ſu D
per filios non parcet oculus eorum. * Et erit 19
Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta ſuper-
bia Chaldæorum: "ſicut ſubuertit Dominus
20 Sodomam,& Gomorrham. * Non habita- [Gen. 19. c. 24.]
bitur vſque in finem, & non fundabitur vſ-
que ad generationem, & generationem, nec
ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requie-
21 ſcent ibi. * Sed requieſcent ibi beſtiæ,& re-
plebuntur domus eorum draconibus, & ha-
bitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt
22 ibi: * & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus
eius,& ſirenes in delubris voluptatis.

CAP. XIV.

1 Prope eſt vt veniat tempus eius,& dies e-
A ius non elõgabuntur. Miſerebitur enim
Dominus Iacob,& eliget adhuc de Iſrael, &
requieſcere eos faciet ſuper humum ſuã: ad
iungetur aduena ad eos,& adhærebit domui
2 Iacob.* Et tenebunt eos populi, & adducent
eos in locum ſuum:& poſſidebit eos domus
Iſrael ſuper terrã Domini in ſeruos, & ancil-
las: & erunt capientes eos, qui ſe ceperant,
3 & ſubijcient exactores ſuos.* Et erit in die il
la: cum requiem dederit tibi Deus à labore
tuo,& à concuſſione tua, & à ſeruitute dura,
4 qua ante ſeruiſti: * ſumes parabolam iſtam
contra Regem Babylonis,& dices: Quomo-
5 do ceſſauit exactor, quieuit tributum?* Con
triuit Dominus baculum impiorum, vir-
6 gam dominantiũ,* cædentem populos in in-
B dignatione, plaga inſanabili, ſubijcientem
in furore gentes, perſequentem crudeliter.
7 * Conquieuit,& ſiluit omnis terra, gauiſa eſt
8 & exultauit: * abietes quoque lætatæ ſunt
ſuper te, & cedri Libani: ex quo dormiſti,
9 non aſcendet qui ſuccidat nos. * Infernus
ſubter cõturbatus eſt in occurſum aduentus
tui, ſuſcitauit tibi gigantes. Omnes princi-
pes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis, omnes
10 principes nationum: * Vniuerſi reſponde-
bunt,& dicent tibi. Et tu vulneratus es ſicut
11 & nos,noſtri ſimilis effectus es. * Detracta
C eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer
tuum, ſubter te ſternetur tinea,& operimen-
12 tum tuum erunt vermes. * Quomodo ceci-
diſti de cælo lucifer, qui mane oriebaris?
corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes?
13 * qui dicebas in corde tuo: In cælum con-
ſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium
meum,ſedebo in monte teſtamenti, in late-
14 ribus Aquilonis. * Aſcendã ſuper altitudinẽ
15 nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* Verũtamen
ad infernum detraheris in profundum laci
16 * qui te viderint,ad te inclinabũtur,teq. pro
D ſpicient? Numquid iſte eſt vir,qui conturba-
17 uit terrã, qui concuſſit regna,* qui poſuit or-
bem deſertũ,& vrbes eius deſtruxit: vinctis
18 eius non aperuit carcerem? * Omnes reges
gentium vniuerſi dormierunt in gloria, vir
19 in domo ſua.* Tu autem proiectus es de ſe-
pulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus,
& obuolutus cum his,qui interfecti ſunt gla-
dio,& deſcenderunt ad fundamẽta laci, qua-
20 ſi cadauer putridum. * Non habebis conſor-
tium,

tium, neque cũ eis in sepultura: tu enim ter- E
ram tuam disperdidisti, tu populũ tuum oc-
cidisti: non vocabitur in æternum semen
pessimorum. * Præparate filios eius occisio- 21
ni in iniquitate patrum suorum: non con-
surgẽt, nec hereditabunt terram, neque im-
plebunt faciem orbis ciuitatum. * Et consur- 22
gam super eos, dicit Dominus exercituum:
& perdam Babylonis nomen, & reliquias,
& germen, & progeniem, dicit Dominus,
* Et ponam eam in possessionem ericij, & 23
in paludes aquarum, & scopabo eam in sco- F
pa terens, dicit Dominus exercituum. * Iura- 24
uit Dominus exercituum, dicens: Si non, vt
putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui,
* sic eueniet. Vt conteram Assyrium in ter- 25
ra mea, & in montibus meis conculcẽ eum:
& auferetur ab eis iugum eius, & onus illius
ab humero eorum tolletur. * Hoc consi- 26
lium, quod cogitaui super omnem terram,
& hæc est manus extenta super vniuersas
gentes. * Dominus enim exercituum de- 27
creuit: & quis poterit infirmare? & manus
eius extenta: & quis auertet eam? * In anno, 28
quo mortuus est rex Achaz, factum est o-
nus istud: * ne læteris Philisthæa omnis tu, 29
quoniam comminuta est virga percussoris C
tui: de radice enim colubri egredietur regu-
lus, & semen eius absorbens volucrem, * Et 30
pascentur primogeniti pauperum, & paupe-
res fiducialiter requiescent: & interire faciã
in fame radicem tuam, & reliquias tuas in-
terficiam. * Vlula porta, clama ciuitas pro- 31
strata est Philisthæa omnis: ab Aquilone
enim fumus veniet, & non est, qui effugiet
agmen eius. * Et quid respondebitur nun- 32
cijs gentis? quia Dominus fundauit Sion, &
in ipso sperabunt pauperes populi eius.

CAP. XV.

ONus Moab. Quia nocte vastata est Ar, 1
Moab, cõticuit: quia nocte vastatus est A
murus Moab, conticuit. * Ascendit domus, 2
& Dibon ad excelsa in planctum super Na-
"Ier. 48. bo, & super Medaba, Moab vlulauit: "in
f 37. cunctis capitibus eius caluitium, & omnis
Ezec. 7. barba radetur. * In triuijs eius accincti sunt 3
e.18. sacco: super tecta eius, & in plateis eius om- B
nis vlulatus descendit in fletum: * Clamabit 4
Hesebon, & Eleale, vsque Iasa audita est
vox eorum, super hoc expediti Moab vlula-
bunt, anima eius vlulabit sibi. * Cor meum 5
ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Se- C
gor vitulam conternantem: per ascensum e-
nim Luith flens ascẽdet, & in via Oronaim
clamorem contritionis leuabunt. * Aquæ 6
enim Nemrim desertę erunt, quia aruit her-
ba, defecit germen, viror omnis interijt. * Se- 7
cundum magnitudinem operis, & visitatio D
eorum: ad torrentem salicum ducent eos.
* Quoniã circuiuit clamor terminũ Moab: 8
vsq; ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad pu-
teum Elim clamor eius. * Quia aquæ Dibon 9
repletæ sunt sanguine; ponam enim super
Dibon additamenta: his, qui fugerint de
Moab leonem, & reliquijs terræ.

CAP. XVI.

1 A EMitte agnum Domine dominatorem
terræ, de Petra deserti ad montem filiæ
2 Sion. * Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de
nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in tran-
3 scensu Arnon. * Ini consilium, coge conci-
lium: pone quasi noctem vmbram tuam in
meridie abscõde fugientes, & vagos ne pro-
4 das. * Habitabũt apud te profugi mei: Moab
esto latibulum eorum à facie vastatoris: fini-
tus est enim puluis, consummatus est miser
5 defecit, qui cõculcabat terram. * Et præpara-
B bitur in misericordia solium, & sedebit su-
per illud in veritate in tabernaculo Dauid,
iudicans, & quærens iudicium, & velociter
6 reddens, quod iustum est. * "Audiuimus su- " Ier. 48. e. 29.
perbiã Moab, superbus est: valde superbia e-
ius, & arrogãtia eius, & indignatio eius plus-
7 quã fortitudo eius. * Idcirco vlulabit Moab
ad Moab, vniuersus vlulabit: his, qui lætãtur
super muros cocti lateris, loquimini plagas
8 suas * Quoniam suburbana Hesebon deser-
C ta sunt, & vineam Sabama domini Gentiũ
exciderunt: flagella eius vsque ad Iazer per-
uenerunt: errauerunt in deserto, propagines
9 eius relictæ sunt, transierunt mare. * Super
hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama:
inebriabo te lacrima mea Hesebon, & Elea-
le, quoniam super vindemiam tuam, & su-
10 per messem tuam vox calcãtium irruit. * Et
auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo, &
vineis non exultabit, neque iubilabit, vinum
in torculari non calcabit, qui calcare consue-
11 uerat: vocem calcantium abstuli. * Super hoc
D venter meus ad Moab quasi cithara sonabit,
12 & viscera mea ad murum cocti lateris. * Et
erit: cum apparuerit, quod laborauit Moab
super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua,
13 vt obsecret, & non valebit. * Hoc verbum,
quod locutus est Dominus ad Moab ex tũc:
14 * & nunc locutus est Dominus, dicens: In
tribus annis quasi anni mercenarij aufere-
tur gloria Moab super omni populo multo,
& relinquetur paruus, & modicus, nequa-
quam multus.

CAP. XVII.

1 A ONus Damasci. Ecce Damascus desinet
esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapi-
2 dum in ruina. * Derelictæ ciuitates Aroer
gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit
3 qui exterreat * Et cessabit adiutorium ab E-
phraim, & regnum à Damasco: & reliquiæ
Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt: dicit
4 Dominus exercituum. * Et erit in die illa: at
tenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis
5 eius marcescet. * Et erit sicut congregans in
B messe, quod restiterit, & brachiũ eius spicas
leget: & erit sicut quærens spicas in valle Ra-
6 phaim. * Et relinquetur in eo sicut racemus,
&

& sicut excussio oleæ duarũ vel triũ oliua-
rum in summitate rami, siue quatuor aut
quinque in cacuminibꝰ eius fructus eius: di-
cit Dominus Deus Israel. * In die illa incli- 7
nabitur homo ad Factorem suum, & oculi
eius ad sanctum Israel respicient: * & non 8
inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus
eius: & quæ operati sunt digiti eius non re-
spiciet lucos, & delubra * In die illa erunt 9
ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut a- C
ratra, & segetes quæ derelictæ sunt à facie fi-
liorum Israel, & eris deserta. * Quia oblita 10
es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui nõ
es recordata: propterea plantabis plantatio-
nem fidelem, & germen alienum semina-
bis. * In die plantationis tuæ labrusca, & ma- 11
ne semen tuum florebit: ablata est messis in
die hereditatis, & dolebit grauiter. * Væ 12
multitudini populorum multorum, vt mul- D
titudo maris sonantis: & tumultus turba-
rum, sicut sonitus aquarum multarum. * So- 13
nabunt populi sicut sonitus aquarum inun-
dantium, & increpabit eum, & fugiet pro-
cul: & rapietur sicut puluis montium à facie
venti, & sicut turbo coram tempestate. * In 14
tempore vespere, & ecce turbatio: in matuti-
no, & non subsistet, hæc est pars eorum, qui
vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

VÆ terræ cymbalo alarum, quæ est trans 1
flumina Æthiopiæ, * qui mittit in ma- 2
re legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite A
angeli veloces ad gentem conuulsam, & di-
laceratam: ad populum terribilem, post quẽ
non est alius: ad gentẽ expectantem: & con-
culcatam, cuius diripuerunt flumina terram
eius: * omnes habitatores orbis, qui mora- 3
mini in terra, cum eleuatum fuerit signum B
in montibus videbitis, & clangorem tubæ au
dietis: * quia hæc dicit Dominus ad me: 4
Quiescam, & considerabo in loco meo sicut
meridiana lux clara est, & sicut nubes roris C
in die messis. * Ante messem enim totus 5
effloruit, & immatura perfectio germinabit,
& præcidentur ramusculi eius falcibus: &
quæ derelicta fuerint, abscindentur, & excu-
tientur. * Et relinquentur simul auibus mon 6
tium, & bestijs terræ, & æstate perpetua erũt
super eum volucres, & omnes bestiæ terræ
super illum hiemabunt. * In tempore illo de- 7
feretur munus Domino exercituum à popu- D
lo diuulso, & dilacerato: à populo terribili,
post quem non fuit alius, à gente expectante,
expectante, & conculcata, cuius diripuerunt
flumina terram eius, ad locum nominis Do-
mini exercituum montem Sion.

CAP. XIX.

ONus Aegypti. Ecce Dominus ascendet 1
super nubem leuem, & ingredietur A
Aegyptum, & commouebuntur simulachra
Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet
2 in medio eius. * Et concurrere faciam Aegy-
ptios aduersus Aegyptios: & pugnabit vir
contra fratrem suum, & vir contra amicum
suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnũ ad-
3 uersus regnum. * Et dirumpetur spiritus
Aegypti in visceribus eius, & consilium eius
præcipitabo, & interrogabunt simulachra
sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos.
4 * Et tradam Aegyptum in manu domino-
rum crudelium, & rex fortis dominabitur
5 eorum, ait Dominus Deus exercituum. * Et
arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur
6 atque siccabitur. * Et deficient flumina:
B attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerũ.
7 Calamus & iuncus marcescet: * nudabitur
alueus riui à fonte suo, & omnis sementis
8 irrigua siccabitur, arescet, & non erit. * Et
mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes
mittentes in flumen hamum, & expanden-
tes rete super faciem aquarum emarcescent.
9 * Confundentur qui operabantur linum, pe
10 ctentes, & texentes subtilia. * Et erunt irri-
gua eius flaccentia: omnes qui faciebant la-
11 cunas ad capiendos pisces. * Stulti princi-
pes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis
dederunt consilium insipiens: quomodo di-
cetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius
12 regum antiquorum? * Vbi nunc sunt sapiẽ-
tes tui? annuncient tibi, & indicent quid co-
gitauerit Dominus exercituum super Aegy-
13 ptum. * Stulti facti sunt principes Taneos,
emarcuerunt principes Mempheos, decepe-
runt Aegyptum, angulum populorum e-
14 ius. * Dominus miscuit in medio eius spiri-
C tum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptũ
in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vo-
15 mens. * Et non erit Aegypto opus, quod fa-
ciat caput, & caudam incuruantem, & refre-
16 nantem. * In die illa erit Aegyptus quasi mu
lieres, & stupebunt, & timebunt à facie com-
motionis manus Domini exercituum, quam
17 ipse mouebit super eam. * Et erit terra Iuda
Aegypto in pauorem: omnis, qui illius fue-
rit recordatus, pauebit à facie consilij Do-
mini exercituum, quod ipse cogitauit super
18 eum. * In die illa erunt quinque ciuitates in
Terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan,
& iurantes per Dominum exercituum: Ci-
19 uitas Solis vocabitur vna. * In die illa erit al-
tare Domini in medio Terræ Aegypti, & ti-
20 tulus Domini iuxta terminum eius * erit
in signũ, & in testimonium Domino exerci-
D tuum in terra Aegypti Clamabunt enim ad
Dominũ à facie tribulantis, & mittet eis sal-
uatorem, & propugnatorem, qui liberet eos.
21 * Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, &
cognoscent Aegyptij Dominum in die illa,
& colent eum in hostijs, & in muneribus, &
22 vota vouebunt Domino, & soluẽt. * Et per-
cutiet Dominus Aegyptum plaga, & sana-
bit eam, & reuertentur ad Dominum, & pla-
23 cabitur eis, & sanabit eos. * In die illa erit
via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assy-
rius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, &
24 seruient Aegyptij Assur. * In die illa erit
Israel

Israel tertius Ægyptio, & Assyrio: benedi-
ctio in medio terræ, * cui benedixit Domi- 25
nus exercituum dicens: Benedictus populus
meus Ægypti, & opus manuum mearum
Assyrio: hereditas autem mea Israel.

CAP. XX.

IN anno, quo ingressus est Tharthan in A- 1
zotum, cum misisset eum Sargon rex Af- A
syriorum, & pugnasset cõtra Azotum, & ce-
pisset eam: * in tempore illo locutus est Do- 2
minus in manu Isaiæ filij Amos, dicens: Va-
de, & solue saccum de lumbis tuis, & calcea-
menta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic
vadens nudus, & discalceatus. * Et dixit Do- 3
minus: Sicut ambulauit seruus meus Isaias
nudus, & discalceatus, trium annorum si-
gnum, & portentum erit super Ægyptum, B
& super Æthiopiam, * sic minabit rex Assy- 4
riorum captiuitatem Ægypti, & transmi-
grationem Æthiopiæ, iuuenum, & senum,
nudam, & discalceatam, discoopertis natibus
ad ignominiam Ægypti. * Et timebunt, & 5
confundentur ab Æthiopia spe sua, & ab
Ægypto gloria sua. * Et dicet habitator in- 6
sulæ huius in die illa: Ecce hæc erat spes no-
stra, ad quos confugimus in auxilium, vt li-
berarent nos à facie regis Assyriorum: &
quo modo effugere poterimus nos?

CAP. XXI.

ONus deserti maris. Sicut turbines ab A- 1
phrico veniunt de deserto venit de ter- A
ra horribili. * Visio dura nunciata est mihi: 2
qui incredulus est, infideliter agit: & qui de-
populator est, vastat. Ascende Ælam, obside
Mede: omnem gemitum eius cessare feci:
* Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, 3
angustia possedit me sicut angustia partu-
rientis: corrui cum audirem, conturbatus
sum cum viderem. * Emarcuit cor meum, 4
tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta B
mea posita est mihi in miraculum. * Pone 5
mensam, contemplare in specula comeden-
tes, & bibentes: surgite principes, arripite cly-
peum. * Hæc enim dixit mihi Dominus: 6
Vade, & pone speculatorem: & quodcum-
que viderit, annunciet. * Et vidit currum 7
duorum equitum, ascensorem asini, & ascen-
sorem cameli: & contemplatus est diligen-
ter multo intuitu * Et clamauit leo: Super 8
speculam Domini ego sum, stans iugiter per
diem: & "super custodiam meam ego sum,
stans totis noctibus. * Ecce iste venit ascen- 9
sor vir bigæ equitum, & respondit, & dixit. C
"Hab. 2. a. 1. " Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculpti-
lia deorum eius contrita sunt in terrã. * Tri- 10
tura mea, & filij areæ meæ, quę audiui à Do-
"Ier. 51. a. 1. mino exercituũ Deo Israel: annunciaui vo-
bis. * Onus Duma ad me clamat ex Seir: Cu- 11
Apoc. 14. b. 8. stos quid de nocte? custos quid de nocte? * 12
Dixit custos: Venit mane & nox: si quæritis,
quærite; conuertimini, venite. * Onus in 13
Arabia. In saltu ad vesperam dormietis. In
14 semitis Dedanim * Occurrentes sitienti fer-
te aquam, qui habitatis terram Austri, cum
15 panibus occurrite fugienti. * A facie enim
D gladiorum fugerunt, à facie gladij imminen
16 tis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij: *
quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc
in vno anno, quasi in anno mercenarij, & au-
17 feretur omnis gloria Cedar. * Et reliquiæ nu
meri sagittariorum fortium de filijs Cedar
imminuentur: Dominus enim Deus Israel
locutus est.

CAP. XXII.

1 A ONus vallis visionis. Quidnam quoq. tibi
est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta?
2 * clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exul-
tans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec
3 mortui in bello. * Cuncti principes tui fuge-
runt simul, durę q. ligati sunt oẽs, qui inuenti
4 sunt, vincti sunt pariter procul, fugerunt. *
B Propterea dixi: Recedite à me, amarè flebo:
nolite incumbere, vt consolemini me, super
5 vastitate filiæ populi mei. * Dies .n. interfe-
ctionis, & conculcationis, & fletuũ Dño Deo
exercituum, in valle visionis scrutans murũ,
6 & magnificus super montem. * Et Ælam sũ-
psit pharetram, currum hominis equitis, &
7 parietem nudauit clypeus. * Et erunt electæ
valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites po
8 nent sedes suas in porta. * Et reuelabitur ope-
rimentum Iudæ, & videbis in die illa arma-
9 mentarium domus saltus. * Et scissuras ciui-
C tatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sũt:
10 & congregastis aquas piscinæ inferioris, * &
domos Ierusalem numerastis, & destruxistis
11 domos ad muniendum murum. * Et lacum
fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ
veteris: & non suspexistis ad eum, qui fecerat
eam, & operatorem eius de longe non vidi-
12 stis. * Et vocabit Dñs Deus exercituum in
die illa ad fletum, & ad planctum, ad calui-
13 tium, & ad cingulum sacci: * & ecce gaudium
D & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arie-
tes, comedere carnes, & bibere vinum. " Co-
medamus, & bibamus: cras enim moriemur. "Sap. 2. b. 6.
14 * Et reuelata est in auribus meis, vox Domi-
ni exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc 1. Cor. 15. d. 32.
vobis donec moriamini, dicit Dominus
15 Deus exercituum. * Hæc dicit Dominus
Deus exercituum: Vade, ingredere ad eum,
qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præ-
16 positum templi, & dices ad eum: * Quid tu
E hic, aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic
sepulchrum, excidisti in excelso memoriale
17 diligenter, in petra tabernaculum tibi. * Ecce
Dominus asportari te faciet, sicut asportatur
gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sub-
18 leuabit te. * Coronans coronabit te tribula-
tione, quasi pilam mittet te in terram latam,
& spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus
gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui.
19 * Et expellam te de statione tua, & de mini-
20 sterio tuo deponam te. * Et erit in die illa:
Vo-

Vocabo seruum meum Eliacim filium Hel- F
ciæ, * & induam illum tunica tua, & cingulo 21
tuo confortabo eum, & potestatem tuam da-
bo in manu eius: & erit quasi pater habitan-
"Apo 3. b. 7. Iob. 12. b. 14. tibus Ierusalem, & domui Iuda. * " Et dabo 22
clauem domus Dauid super humerum eius:
& aperiet, & nõ erit, qui claudat: & claudet,
& non erit, qui aperiat. * Et figam illum pa- 23
xillum in loco fideli, & erit in soliũ gloriæ do
mui patri eius. * Et suspendent super eum 24
omnem gloriam domus patris eius, vasorũ G
diuersa genera, omne vas paruulum à vasis
craticarum vsque ad omne vas musicorum.
* In die illa dicit Dominus exercituum: Au- 25
feretur paxillus, qui fixus fuerat in loco fide-
li: & frangetur, & cadet, & peribit quod pe-
penderat in eo, quia Dominus locutus est.

CAP. XXIII.

ONus Tyri. Vlulate naues maris: quia va 1
stata est domus, vnde venire consueue A
rant: de Terra Cethim reuelatum est eis.
* Tacete, qui habitatis in insula: negociatores 2
Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te.
* In aquis multis semen Nili, messis flumi- 3
nis fruges eius, & facta est negociatio gen-
tium. * Erubesce Sidon: ait enim mare: for- 4
titudo maris dicens: Non parturiui, & non
peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad in-
crementum perduxi virgines. * Cum audi- 5
tum fuerit in Ægypto, dolebunt cum audie
rint de Tyro. * Transite maria, vlulate qui ha 6
bitatis in insula: * Numquid non vestra hęc 7
est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in anti B
quitate sua? ducent eã pedes sui lõgè ad pe-
regrinandum. * Quis cogitauit hoc super Ty 8
rũ quõdam coronatam, cuius negociatores
principes, institores eius incliti terræ? * Dñs 9
exercituũ cogitauit hoc vt detraheret super-
biam omnis gloriæ, & ad ignominiam dedu
ceret vniuersos inclytos terræ. * Transi ter- 10
rã tuã quasi flumen filia maris, nõ est cingu-
lũ vltra tibi. * Manũ suã extendit super ma- 11
re, conturbauit regna: Dominus mandauit C
aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius,
* & dixit: Non adijcies vltra vt glorieris, ca- 12
lumniam sustinẽs virgo filia Sidonis: in Ce-
thim consurgens transfreta, ibi quoque non
erit requies tibi. * Ecce terra Chaldæorum ta 13
lis populus non fuit, Assur fundauit eã: in ca-
ptiuitatẽ traduxerunt robustos eius suffode
runt domos eius, posuerunt eam in ruinã.
* Vlulate naues maris, quia deuastata est for 14
titudo vestra. * Et erit in die illa: In obliuio- 15
ne eris, o Tyre, septuaginta annis, sicut dies
regis vnius: post septuaginta autem annos
erit Tyro quasi canticũ meretricis * Sume ci 16
tharã, circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tra- D
dita bene cane, frequenta canticũ, vt memo-
ria tui sit. * Et erit post septuaginta annos: 17
Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam
ad mercedes suas: & rursũ fornicabitur cum
vniuersis regnis terræ super faciẽ terræ. * Et 18
erũt negociationes eius, & mercedes eius sã-
ctificatæ Domino, non condentur, neque re-
ponentur: quia his, qui habitauerint coram
Domino, erit negociatio eius, vt manducent
in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetu-
statem.

CAP. XXIV.

1 A ECce Dominus dissipabit terram, & nu-
dabit eam, & affliget faciem eius, & di- "Osee 4. b. 8.
2 sperget habitatores eius. * " Et erit sicut po-
pulus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dñs e-
ius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens,
sic ille qui vendit: sicut fenerator, sic is qui
mutuũ accipit: sicut qui repetit, sic qui debet,
3 * Dissipatione dissipabitur terra, & direptio
ne prædabitur. Dominus enim locutus est
4 verbum hoc. * Luxit, & defluxit terra, & in-
firmata est defluxit orbis, infirmata est alti-
5 tudo populi terræ. * Et terra infecta est ab
habitatoribus suis: quia transgressi sunt le-
ges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus
6 sempiternum. * Propter hoc maledictio vo-
B rabit terram, & peccabunt habitatores eius:
ideoque insanient cultores eius, & relinquen-
7 tur homines pauci. * Luxit vindemia, infir-
mata est vitis, ingemuerunt omnes, qui læta-
8 bãtur corde. * Cessauit gaudiũ tympanorũ,
quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo
9 citharæ. * Cum cantico non bibent vinum:
10 amara erit potio bibentibus illam. * Attrita
est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus
11 nullo introeunte. * Clamor erit super vino
in plateis: deserta est omnis lætitia: translatũ
12 est gaudiũ terræ. * Relicta est in vrbe solitu-
13 do, & calamitas opprimet portas. * Quia
hæc erũt in medio terræ, in medio populo-
rum: quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanse-
rũt, excutiãtur ex olea: & racemi, cũ fuerit fi-
14 nita vindemia. * Hi leuabunt vocem suam,
C atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Do-
15 minus, hinnient de mari. * Propter hoc in
doctrinis glorificate Dominũ: in insulis ma-
16 ris nomen Domini Dei Israel. * A finibus ter-
ræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et dixi:
Secretum meum mihi, secretum meum mi-
hi vę mihi: præuaricantes pręuaricati sunt &
præuaricatione transgressorum præuaricati
17 sunt: * Formido, & fouea, & laqueus super "Ier. 48. g. 44.
18 te, qui habitator es terrę. * Et erit; "Qui fuge-
rit à voce formidinis, cadet in foueã: & qui
se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo:
quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cõ-
19 cutientur fundamenta terræ. * Cõfractione
D confringetur terra, contritione conteretur ter
20 ra, commotione commouebitur terra, * agi-
tatione agitabitur terra sicut ebrius, & aufe-
retur quasi tabernaculũ vnius noctis: & gra-
uabit eã iniquitas sua, & corruet, & non adij-
21 ciet vt resurgat. * Et erit: In die illa visitabit
Dominus super militiam cæli in excelso, &
22 super reges terræ, qui sunt super terram. * Et
congregabuntur in congregatione vnius fa-
scis in lacum, & claudentur ibi in carcere: &
23 post multos dies visitabuntur. * Et erube-

scet Luna,& cõfundetur Sol,cum regnauerit
Dominus exercituum in monte Sion,& in Ie
rusalem, & in conspectum senum suorum
fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, 1
& confitebor nomini tuo:quoniam fe- A
cisti mirabilia,cogitationes antiquas fideles a-
men.* Quia posuisti ciuitatem in tumulum, 2
vrbem fortem in ruinam,domum alienorũ:
vt non sit ciuitas, & in sempiternum non
ædificetur. * Super hoc laudabit te populus 3
fortis,ciuitas gentium robustarũ timebit te.
* Quia factus es fortitudo pauperi,fortitudo 4
egeno in tribulatione sua:spes à turbine,vm-
braculum ab æstu spiritus enim robustorum
quasi turbo impellens parietem.* Sicut æstus 5
in siti tumultum alienorum humiliabis: & B
quasi calore sub nube torrente propaginem
fortium marcescere facies. * Et faciet Domi- 6
nus exercituum omnibus populis in monte
hoc conuiuium pinguium,conuiuium vinde
miæ,pinguium medullatorũ, vindemiæ de-
fæcatæ.* Et præcipitabit in monte isto faciem 7
vinculi colligati super omnes populos, & te- C
lam quam orditus est super omnes nationes.
* Præcipitabit mortem in sempiternum: " & 8
auferet Dominus Deus lacrymam ab omni fa
cie,& opprobrium populi sui auferet de vni-
uersa terra:quia Dominus locutus est.* Et di 9
cet in die illa:Ecce Deus noster iste, expecta-
uimus eum,& saluabit nos:iste Dominus,su
stinuimus eum, exultabimus, & lætabimur
in salutari eius.* Quia requiescet manus Do 10
mini in monte isto: & triturabitur Moab D
sub eo,sicuti teruntur paleæ in plaustro.* Et 11
extendet manus suas sub eo, sicut extendit
natans ad natandum, & humiliabit gloriam
eius cum allisione manuum eius.* Et muni 12
menta sublimium murorum tuorum conci-
dent,& humiliabuntur,& detrahẽtur in ter-
ram vsque ad puluerem.

" Apo.7. d.27. & 21.b.4.

CAP. XXVI.

IN die illa cantabitur canticum istud in ter 1
ra Iuda. A
Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator,
ponetur in ea murus,& antemurale.
* Aperite portas,& ingrediatur gens iusta, 2
custodiens veritatem.
* Vetus error abijt:seruabis pacem: pacẽ, 3
quia in te sperauimus.
* Sperastis in Domino in sæculis æternis, 4
in Domino Deo forti in perpetuum.
* Quia incuruabit habitantes in excelso, ci 5
ciuitatem sublimem humiliabit.
Humiliabit eam vsque ad terram, detra-
het eam vsque ad puluerem.
* Conculcabit eam pes, pedes pauperis, 6
gressus egenorum.
* Semita iusti recta est, rectus callis iusti 7
ad ambulandum. B

8 * Et in semita iudiciorum tuorum Domi-
ne sustinuimus te:nomen tuum, & memo-
riale tuum in desiderio animæ.
9 * Anima mea desiderauit te in nocte: sed
& spiritu meo in præcordijs meis de mane
vigilabo ad te.
Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam
discent habitatores orbis.
10 * Misereamur impio, & non discet iusti-
tiam,in terra sanctorum iniqua gessit,& non
videbit gloriam Domini.
11 * Domine exaltetur manus tua, & non vi-
deant. videant,& confundantur zelantes po
puli:& ignis hostes tuos deuoret.
12 * Domine dabis pacẽ nobis: omnia enim
C opera nostra operatus es nobis.
13 * Domine Deus noster, possederunt nos
domini absque te, tantum in te recordemur
nominis tui.
14 * Morientes non viuant, gigantes non re-
surgant: propterea visitasti,& cõtriuisti eos,
& perdidisti omnem memoriam eorum.
15 * Indulsisti genti Domine,indulsisti genti:
numquid glorificatus es? elongasti omnes
terminos terræ.
16 * Domine in angustia requisierunt te, in
tribulatione murmuris doctrina tua eis.
17 * Sicut quæ concipit,cum appropinquaue-
rit ad partum, dolens clamat in doloribus
suis:sic facti sumus à facie tua Domine.
18 * Concepimus, & quasi parturiuimus, &
D peperimus spiritum: salutes non fecimus
in terra, ideo non ceciderunt habitatores
terræ.
19 * Viuent mortui tui, interfecti mei resur-
gent:expergiscimini,& laudate, qui habitatis
in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram
gigantum detrahes in ruinam.
20 * Vade populus meus, intra in cubicula
tua,claude ostia tua super te, abscondere mo
dicum ad momentum, donec pertranseat
indignatio.
21 *" Ecce enim Dominus egredietur de loco
suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ
contra eum:& reuelabit terra sanguinẽ suum
& non operiet vltra interfectos suos.

" Mich. a.3.

CAP. XXVII.

1 IN die illa visitabit Dñs in gladio suo du-
A ro,& grandi,& forti,super Leuiatham ser
pẽtem vectem, & super Leuiathan serpentẽ
tortuosum,& occidet cetum,qui in mari est.
2 * In die illa vinea meri cantabit ei. * Ego
3 Dominus,qui seruo eam, repente propinabo
ei:ne fortè visitetur contra eam, nocte & die
4 seruo eam. * Indignatio nõ est mihi:quis da
B bit me spinã, & veprẽ in prælio: gradiar su-
5 per eam,succendam eam pariter?* An potius
tenebit fortitudinem meam,faciet pacem mi
6 hi, pacem faciet mihi?* Qui ingrediuntur im
petu ad Iacob, florebit & germinabit Israel,
7 & implebunt faciem orbis semine. * Num-
quid iuxta plagam percutientis se percussit
eum? aut sicut occidit interfectos eius,sic oc-
cisus

cisus est?* In mensura contra mensurã, cum 8
abiecta fuerit, iudicabis eam: meditatus est
in spiritu suo duro per diem æstus.* Idcircò 9
super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: C
& iste omnis fructus,vt auferatur peccatum
eius, cum posuerit omnes lapides altaris, si-
cut lapides cineris allisos, non stabunt luci,&
delubra. * Ciuitas enim munita desolata 10
erit,speciosa relinquetur, & dimittetur quasi
desertũ:ibi pascetur vitulus,& ibi accubabit,
& consumet summitates eius. * In siccitate 11
messes illius conterentur, mulieres venien-
tes,& docentes eam: non est enim populus D
sapiens, propterea non miserebitur eius, qui
fecit eum:& qui formauit eum,non parcet ei.
* Et erit. In die illa percutiet Dominus ab al- 12
ueo fluminis vsque ad torrentem Ægypti,
& vos congregabimini vnus,& vnus filij Is-
rael. * Et erit: In die illa clangetur in tuba 13
magna,& venient qui perditi fuerant de ter-
ra Assyriorum, & qui eiecti erant in Terra
Ægypti, & adorabunt Dominum in monte
sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

VÆ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim. 1
& flori decidenti, gloriæ exultationis A
eius,qui erant in vertice vallis pinguissimæ,
errantes à vino. * Ecce validus,& fortis Dñs 2
sicut impetus grandinis:turbo confringens,
sicut impetus aquarum multarum inundan-
tium,& emissarum super terram spatiosam.
* pedibus conculcabitur corona superbiæ e- 3
briorum Ephraim, * Et erit flos decidens 4
gloriæ exultationis eius,qui est super verticẽ B
vallis pinguium, quasi temporaneum ante
maturitatem autumni: quod cum aspexerit
videns,statim vt manu tenuerit,deuorabit il
lud. * In die illa erit Dominus exercituum 5
corona gloriæ,& sertũ exultationis residuo
populi sui: * spiritus iudicij sedenti super 6
iudicium,& fortitudo reuertẽtibus de bello
ad portam. * Verum hi quoque præ vino ne 7
scierunt, & præ ebrietate errauerunt: sacer-
dos, & propheta nescierunt præ ebrietate,ab
sorpti sunt à vino, errauerũt in ebrietate,ne
scierunt videntem,ignorauerunt iudicium.
* Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu 8
sordiumque, ita vt non esset vltra locus.
* Quem docebit scientiam? & quem intelli- 9
gere faciet auditum? ablactatos à lacte,auul C
sos ab vberibus. * Quia manda remanda, 10
manda remanda,expecta reexpecta, expecta
reexpecta, modicum ibi,modicum ibi * " in 11
loquela enim labij, & lingua altera loquetur
ad populum istum. * Cui dixit: Hæc est re- 12
quies mea,reficite lassum, & hoc est meum
refrigerium:& noluerunt audire: * Et erit 13
eis verbum Domini: Manda,remanda man-
da remãda,expecta reexpecta,expecta reex-
pecta modicum ibi,modicum ibi: vt vadant,
& cadant retrorsum, & conterantur, & illa-
queentur,& capiantur.* Propter hoc audite 14

" 1. Cor. 14.d.21.

D verbum Domini viri illusores, qui domina-
mini super populum meum,qui est in Ieru-
15 salem. * Dixistis enim: Percussimus fœ-
dus cum morte, & cum inferno fecimus pa-
ctum. Flagellũ inundans cum transierit,nõ
veniet super nos: quia posuimus mendaciũ
spem nostram,& mendacio protecti sumus.
16 * Idcircò hæc dixit Dominus Deus: " Ecce
ego mittam in fundamentis Sion lapidẽ, la-
pidem probatum, angularem, pretiosum in
fundamẽto fundatũ,qui crediderit,nõ festi-
17 net.* Et ponam in pondere iudiciũ,& iusti-
tiam in mensura: & subuertet grando spem
mendacij:& protectionẽ aquæ inundabunt,
18 * Et delebitur fœdus vestrum cum morte,&
E pactum vestrum cum inferno non stabit:fla
gellum inundans cum transierit,eritis ei in
19 conculcationem. * Quandocumque pertrã-
sierit,tollet vos:quoniam mane diluculo per
transibit in die, & in nocte, & tantummodo
20 sola vexatio intellectum dabit auditui.* Co-
angustatum est enim stratum,ita vt alter de-
cidat:& palliũ breue vtrumque operire non
21 potest. * " Sicut enim in monte diuisionum
F stabit Dominus: " sicut in valle, quæ est in
Gabaon,irascetur: vt faciat opus suum,alie-
num opus eius. vt operetur opus suum,pere
22 grinum est opus eius ab eo. * Et nunc no-
lite illudere, ne fortè constringantur vincu-
la vestra,consummationem enim, & abbre-
uiationem audiui à Domino Deo exercituũ
23 super vniuersam terram. * Auribus perci-
pite,& audite vocem meam,attendite,& au-
24 dite eloquium meum. * Numquid tota die
arabit arans vt serat,proscindet, & sarriet hu
25 mum suam?* Nonne cum adæquauerit fa-
ciem eius,seret gith,& cyminum sparget, &
ponet triticum per ordinem, & hordeum,&
26 milium,& viciam in finibus suis? * Et eru-
diet illum in iudicio Deus suus docebit illũ.
27 * Nõ enim in serris triturabitur gith,nec ro
G ta plaustri super cyminum circuibit: sed in
virga excutietur gith,& cyminum in baculo.
28 * Panis autem comminuetur: verum non in
perpetuum triturans triturabit illum, neque
vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis
29 comminuet eum. * Et hoc à Domino Deo
exercituum exiuit, vt mirabile faceret consi-
lium,& magnificaret iustitiam.

" Psal.117. d.22. Mat.21. d.42. Act.4.b. 11. 1.Pet.2. a.6. Ro.9.g. 33.

" 2. Reg. 5. d.20. 1.Par.14. a.11. " Ios.10. c.10.

CAP. XXIX.

1 VÆ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugna-
A uit Dauid: additus est annus ad annũ:
2 solemnitates euolutæ sunt. * Et circumual-
labo Ariel, & erit tristis, & mœrens, & erit
3 mihi quasi Ariel. * Et circundabo quasi sphę
ram in circuitu tuo,& iaciam contra te agge-
rem,& munimẽta ponam in obsidionẽ tuã.
4 * Humiliaberis, de terra loqueris, & de hu-
mo audietur eloquiũ tuũ,& erit quasi pytho
nis de terra vox tua,& de humo eloquiũ tuũ
5 mussitabit * Et erit sicut puluis tenuis mul-
B titudo ventilantiũ te: & sicut fauilla pertrã-
siens multitudo eorum,qui contra te præua-

fuerant:* eritque repente confeſtim. A Do- 6
mino exercituum viſitabitur in tonitruo, &
commotione terræ, & voce magna turbinis,
& tempeſtatis, & flammæ ignis deuorantis.
*Et erit ſicut ſomnũ viſionis nocturnæ mul- 7
titudo omnium Gentium, quæ dimicauerũt
contra Ariel, & omnes qui militauerunt, &
obſederunt, & præualuerunt aduerſus eam.
* Et ſicut ſomniat eſuriens, & comedit, cum 8
autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima C
eius, & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſt-
quam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit,
& anima eius vacua eſt: ſic erit multitudo
omnium Gentium, quæ dimicauerunt con-
tra montem Sion.* Obſtupeſcite, & admira- 9
mini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & nõ
à vino, mouemini, & nõ ab ebrietate.* Quo- 10
niã miſcuit vobis Dñs ſpiritum ſoporis clau- D
det oculos veſtros, prophetas, & principes ve-
ſtros, qui vident viſiones, operiet. * Et erit 11
vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſigna-
ti, quem cum dederint ſcienti literas, dicent:
Lege iſtum, & reſpondebit: Non poſſum, ſi-
gnatus eſt enim.* Et dabitur liber neſcienti 12
literas, diceturq. ei: Lege, & reſpondebit: Ne-
[a] Mat 15 a.8. Mar. 7. b.6. ſcio literas.* Et dixit Dñs: [a] Eò quod appro- 13
pinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glo-
rificat me, cor autem eius longe eſt à me, &
timuerunt me mandato hominum, & do-
ctrinis:* Ideò ecce ego addam, vt admiratio- 14
nem faciam populo huic miraculo grandi, &
ſtupendo: [b] peribit enim ſapientia à ſapienti- E
bus eius, & intellectus prudentium eius ab-
[b] 1. Cor. 1.c.19. [c] Abd.1. c.8. ſcondetur.* [c] Væ, qui profundi eſtis corde, vt 15
à Dño abſcondatis conſilium: quorum ſunt
in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos,
& quis nouit nos?* Peruerſa eſt, hæc veſtra 16
cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogi-
tet, & dicat opus factori ſuo: Non feciſti me:
& figmentum dicat fictori ſuo: Non intelli-
gis * Nonne adhuc in modico, & in breui cõ- 17
uertitur Libanus in charmel, & charmel in ſal F
tum reputabitur?* Et audient in die illa ſur- 18
di verba libri, & de tenebris, & caligine oculi
cæcorum videbunt.* Et addẽt mites in Dño 19
lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael
exultabunt, *quoniã defecit qui præualebat, 20
conſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt om-
nes, qui vigilabant ſuper iniquitatem: * qui 21
peccare faciebãt homines in verbo, & arguẽ- G
tem in porta ſupplantabant, & declinauerũt
fruſtra à iuſto.* Propter hoc, hæc dicit Dñs 22
ad domũ Iacob, qui redemit Abraham: Non
modò confundetur Iacob, nec modò vultus
eius erubeſcet: *ſed cum viderit filios ſuos, 23
opera manuum mearum in medio ſui ſan-
ctificantes nomen meum, & ſanctificabunt
ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt,
*& ſcient errantes ſpiritu intellectũ, & muſ- 24
ſitatores diſcent legem.

CAP. XXX.

VÆ filij deſertores, dicit Dominus, vt fa- 1
ceretis conſilium, & non ex me, & ordi- A
remni telam, & non per ſpiritum meum, vt
2 adderetis peccatum ſuper peccatum: * qui
ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os
meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium
in fortitudine Pharaonis, & habentes fidu-
3 ciam in vmbra Ægypti. * Et erit vobis forti-
tudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia
4 vmbræ Aegypti in ignominiam. * Erant.n.
in Tani principes tui, & nuncij tui, vſque ad
5 Hanes peruenerunt. * Omnes confuſi ſunt
ſuper populo, qui eis prodeſſe non potuit:
non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtili-
6 tatem, ſed in cõfuſionem, & in opprobriũ.*
B Onus iumentorum auſtri. In terra tribula-
tionis, & anguſtiæ leæna, & leo ex eis, vipera
& regulus volans portantes ſuper humeros
iumentorum diuitias ſuas, & ſuper gibbum
camelorum theſauros ſuos ad populum, qui
7 eis prodeſſe non poterit. * Ægyptus in fru-
ſtra, & vanè auxiliabitur: ideò clamaui ſuper
8 hoc. Superbia tantum eſt quieſce. * Nunc er-
go ingreſſus ſcribe ei, ſuper buxum, & in li-
bro diligenter exara illud, & erit in die nouiſ
9 ſimo in teſtimonium vſq. in æternum,* po-
pulus.n. ad iracundiam prouocans eſt, & fi-
lij mendaces, filij nolentes audire legem Dei.
10 * Qui dicunt videntibus: Nolite videre: &
aſpicientibus: Nolite aſpicere nobis ea, quæ
recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte
11 nobis errores.* Auferte à me viam declina-
C te à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra ſãctus
12 Iſrael. * Propterea hæc dicit ſanctus Iſrael.
Pro eo quod reprobaſtis verbum hoc, &
ſperaſtis in calũnia, & in tumultu, & in nixi
13 eſtis ſuper eo: * propterea erit vobis iniqui-
tas hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita
in muro excelſo, qm̃ ſubitò, dum non ſpera-
14 tur, veniet contritio eius.* Et comminuetur
ſicut conteritur lagena figuli cõtritione per-
ualida: & non inuenietur de fragmentis eius
teſta, in qua portetur igniculus de incendio,
15 aut hauriatur parum aquæ de fouea.* Quia
hæc dicit Dñs Deus Sanctus Iſrael: Si reuer-
tamini, & quieſcatis, ſalui eritis in ſilentio, &
16 in ſpe erit fortitudo veſtra. Et noluiſtis: * &
D dixiſtis: Nequaquã, ſed ad equos fugiemus:
ideò fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus:
17 ideo velociores erunt, qui perſequẽtur vos.*
Mille homines à facie terroris vnius: & à fa-
cie terroris quinque fugietis, donec relinqua-
mini, quaſi malus nauis in vertice montis, &
18 quaſi ſignum ſuper collem. * Propterea ex-
pectat Dñs, vt miſereatur veſtri: & ideò exal
tabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dñs:
19 beati omnes, qui expectant eum. * Populus
enim Sion habitabit in Ieruſalẽ: plorans ne-
quaquãm plorabis, miſerans miſerebitur tui:
ad vocem clamoris tui ſtatim, vt audierit, re-
20 ſpondebit tibi. * Et dabit vobis Dñs panem
E arctum: & aquam breuem: & non faciet auo-
lare à te, vltra doctorem tuum: & erũt oculi
21 tui videntes præceptorem tuum. * Et aures
tuæ audient verbum poſt tergum monẽtis:
Hæc eſt via, ambulate in ea: & non declinetis
22 neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Et
con-

contaminabis laminas ſculptilium argẽti tui,
& veſtimentum conflatilis auri tui, & diſper-
ges ea, ſicut immunditiam menſtruatæ. Egre-
dere, dices ei:* Et dabitur pluuia ſemini tuo, 23
vbicumque ſeminaueris in terra: & panis fru-
gum terræ erit vberrimus, & pinguis paſce-
tur in poſſeſſione tua in die illo, agnus ſpa-
tioſè: * & tauri tui, & pulli aſinorum, qui o- 24
perantur terram: commixtum migma come-
dent ſicut in area ventilatum eſt.* Et erunt 25
ſuper omnem montem excelſum, & ſuper
omnem collem eleuatum riui currentium a- F
quarum in die interfectionis multorum cũ
ceciderint turres,* Et erit lux Lunæ ſicut lux 26
Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux
ſeptem dierum in die, qua alligauerit Domi-
nus vulnus populi tui, & percuſſuram pla-
gæ eius ſanauerit.* Ecce nomen Domini ve- 27
nit de longinquo, ardens furor eius, & grauis
ad portandum: labia eius repleta ſunt indi-
gnatione, & lingua eius, quaſi ignis deuorans.
*Spiritus eius velut torrens inundans vſq. 28
ad medium colli ad perdendas gentes in ni-
hilum, & frenum erroris, quod erat in maxil-
lis populorum. * Canticum erit vobis ſicut 29
nox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cor- G
dis, ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in mõ-
tem Dñi ad fortem Iſrael. * Et auditam fa- 30
ciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem
brachij ſui oſtendet in comminatione furo-
ris, & flamma ignis deuorantis: allidet in tur
bine, & lapide grandinis.* A voce enim Do- 31
mini pauebit Aſſur virga percuſſus.* Et erit 32
tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere
faciet Dominus ſuper eum in tympanis, &
citharis, & in bellis præcipuis expugnauit eos.
*Præparata eſt enim ab heri Topheth, à re- 32
ge præparata, profunda, & dilatata. Nutri-
menta eius, ignis, & ligna multa flatus Do-
mini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eã.

CAP. XXXI.

VÆ, qui deſcendunt in Ægyptum ad au- 1
xilium, in equis ſperantes, & habentes A
fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt:
& ſuper equitibus, quia præualidi nimis, &
non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, &
Dñm non requiſierunt.* Ipſe autem ſapiens 2
adduxit malum, & verba ſua non abſtulit: & B
conſurget contra domum peſſimorum, & cõ-
tra auxilium operantium iniquitatem. * Æ- 3
gyptus, homo, & non Deus, & equi eorum,
caro, & non ſpiritus: & Dñs inclinabit manũ
ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præ-
ſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumẽ-
tur.* Quia hæc dicit Dñs ad me: Quomodo 4
ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam C
ſuam, & cum occurrerit ei multitudo paſto-
rum, à voce eorum non formidabit, & à mul-
titudine eorum non pauebit: ſic deſcendet
Dominus exercituum, vt prelietur ſuper mõ
tem Sion, & ſuper collem eius. * Sicut aues 5
volantes, ſic proteget Dominus exercituum
Ieruſalem protegens, & liberans; tranſiens,
6 & ſaluans *Conuertimini ſicut in profundũ
7 receſſeratis filij Iſrael.* In die enim illa abij-
D ciet vir idola argenti ſui, & idola auri ſui,
quæ fecerunt vobis manus veſtræ in pecca-
8 tum. * Et cadet Aſſur in gladio non viri, &
gladius non hominis vorabit eum, & fugiet
non à facie gladij: & iuuenes eius vectigales
9 erunt:* & fortitudo eius à terrore tranſibit:
& pauebunt fugientes principes eius: dixit
Dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus
eius in Ieruſalem.

CAP. XXXII.

1 ECce in iuſtitia regnabit rex, & principes
A in iudicio præerunt. * Et erit vir ſicut
2 qui abſconditur à vento, & celat ſe à tẽpeſta-
te, ſicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ
3 prominentis in terra deſerta. * Non caliga-
bunt oculi videntium, & aures audientium
4 diligenter auſcultabunt.* Et cor ſtultorũ in-
telliget ſcientiam, & lingua balborum veloci-
5 ter loquetur, & plane. * Non vocabitur vltra
is, qui inſipiens eſt, princeps: neque fraudu-
6 lẽtus appellabitur maior:* ſtultus enim fatua
loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt per-
B ficiat ſimulationem, & loquatur ad Domi-
num fraudulenter, & vacuam faciat animã
7 eſurientis, & potum ſitienti auferat * Frau-
dulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogita-
tiones concinnauit ad perdendos mites in
ſermone mendaci, cũ loqueretur pauper iu-
8 dicium. * Princeps verò ea, quæ digna ſunt
9 principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit.*
Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vocem
meam: filiæ confidentes percipite auribus, e-
10 eloquium meum.* Poſt dies enim, & annũ
C vos conturbamini confidentes: conſumma-
ta eſt enim vindemia, collectio vltra nõ ve-
11 niet.* Obſtupeſcite opulẽtæ, conturbamini
confidentes: exuite vos, & confundimini, ac-
12 cingite lumbos veſtros. * Super vbera plan-
gite, ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea
13 fertili.* Super humum populi mei ſpinæ, &
vepres aſcendent: quanto magis ſuper om-
14 nes domos gaudij ciuitatis exultantis?* Do-
mus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis reli-
cta eſt, tenebræ & palpatio factæ ſunt, ſuper
ſpeluncas vſque in æternum. Gaudium ona-
15 grorum paſcua gregum,* donec effundatur
D ſuper nos ſpiritus de excelſo: & erit deſertũ
in charmel, & charmel in ſaltum reputabitur.
16 * Et habitabit in ſolitudine iudicium, & iu-
17 ſtitia in charmel ſedebit.* Et erit opus iuſti-
tiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuri-
18 tas vſque in ſempiternum. * Et ſedebit po-
pulus meus in pulchritudine pacis, & in ta-
bernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.
19 * Grando autem in deſcenſione ſaltus, & hu-
20 militate humiliabitur ciuitas.* Beati, qui ſe-
minatis ſuper omnes aquas, immittentes pe-
dem bouis, & aſini.

CAP. XXXIII.

VÆ, qui prædaris, nonne & ipse præda- 1
beris?& qui spernis,nonne & ipse sper- A
neris?cum consummaueris deprædationem,
deprædaberis? cum fatigatus desieris contem-
nere,contemneris. * Domine miserere no- 2
stri: te enim expectauimus: esto brachium
nostrum in mane,& salus nostra in tempore
tribulationis. * A voce angeli fugerunt popu- 3
li,& ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.
* Et congregabuntur spolia vestra sicut colli- 4
gitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fue-
rint de eo. * Magnificatus est Dominus,quo- 5
niam habitabuit in excelso impleuit Sion iu-
dicio,& iustitia. * Et erit fides in temporibus 6
tuis:diuitiæ salutis sapientia,& sciẽtia:timor
Domini ipse est thesaurus eius. * Ecce viden- 7
tes clamabunt foris, angeli pacis amarè fle- B
bunt. * Dissipatæ sunt viæ,cessauit transiens 8
per semitam, irritum factum est pactũ,pro-
iecit ciuitates,non reputauit homines. * Lu- 9
xit,& elanguit terra:confusus est Libanus,&
obsorduit, & factus est Saron sicut desertũ:
& concussa est Basan,& Carmelus. * Nunc 10
consurgam, dicit Dominus: nunc exaltabor,
nunc subleuabor. * Concipietis ardorem,pa- 11
rietis stipulam:spiritus vester, vt ignis vora-
bit vos. * Et erunt populi,quasi de incendio 12
cinis,spinæ congregatæ igni comburentur. * 13
Audite,qui longè estis,quæ fecerim,& cogno-
scite vicini fortitudinem meam. * Conterriti 14
sunt in Sion peccatores,possedit tremor hy-
pocritas, quis poterit habitare de vobis cum
a Psa.14. a.2.
igne deuorante?quis habitabit ex vobis cum
ardoribus sempiternis? * a Qui ambulat in iu- 15
stitijs,& loquitur veritatem,qui proijcit aua-
ritiam ex calumnia,& excutit manus suas ab C
omni munere, qui obturat aures suas ne au-
diat sanguinem,& claudit oculos suos ne vi-
deat malum. * Iste in excelsis habitabit,mu- 16
nimenta saxorum sublimitas eius: panis ei
datus est,aquæ eius fideles sunt. * Regem in 17
decore suo videbunt oculi eius, cernent ter-
ram de lõge. * Cor tuum meditabitur timo- 18
b 1. Cor. 1.c.20.
rem: b vbi est literatus? vbi legis verba ponde-
rans? vbi doctor paruulorum? * Populum 19
impudentem non videbis populum alti ser-
monis:ita vt non possis intelligere disertitu-
dinem linguæ eius,in quo nulla est sapiẽtia.
* Respice Sion ciuitatem solemnitatis no- 20
stræ: oculi tui videbunt Ierusalem habita- D
tionem opulentam, tabernaculum,quod ne-
quaquã transferri poterit:nec auferentur claui
eius in sempiternum, & omnes funiculi eius
non rumpentur: * quia solummodo ibi ma- 21
gnificus est Dominus noster: locus fluuiorũ
riui latissimi, & patentes: non transibit per
eum nauis remigum, neque trieris magna
transgredietur eum. * Dñs enim iudex no- 22
ster:ipse saluabit nos. * Laxati sunt funiculi 23
tui,& non præualebunt; sic erit malus tuus,
vt dilatare signum non queas. Tunc diuidẽ-
tur spolia prædarum multarum:claudi diri-
24 pient rapinã. * Nec dicet vicinus: Elangui:
populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo
iniquitas.

CAP. XXXIIII.

1 A ACcedite Gentes, & audite,& populi at-
tendite audiat terra, & plenitudo eius,
2 orbis,& omne germen eius. * Quia indigna-
tio Dñi super omnes Gentes, & furor super
vniuersam militiam eorum:interfecit eos,&
3 dedit eos in occisionem. * Interfecti eorum
proijcientur,& de cadaueribus eorum ascen
det fœtor:tabescent montes à sanguine eorũ.
4 * Et tabescet omnis militia cælorum,& com-
plicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia
eorum defluet sicut defluit folium de vinea,
5 & de ficu. * Quoniam inebriatus est in cælo
gladius meus: ecce super Idumæam descen-
det,& super populum interfectionis meæ ad
6 iudiciũ. * Gladius Dñi repletus est sãguine in-
crassatus est adipe,de sanguine agnorum, &
hircorum, de sanguine medullatorum arie-
tum: victima enim Domini in Bosra, & in-
7 terfectio magna in terra Edom. * Et descen-
dent vnicornes cum eis, & tauri cum potẽti-
bus:inebriabitur terra eorum sanguine,&
8 humus eorum adipe pinguium: * quia dies
vltionis Dñi,annus retributionũ iudicij Siõ.
9 * Et conuertentur torrentes eius in picem,&
humus eius in sulphur: & erit terra eius in
10 picem ardentem. * Nocte & die non extin-
C guetur,in sempiternum ascẽdet fumus eius:
à generatione in generationem desolabitur,
in sæcula sæculorum non erit transiens per
11 eam * Et possidebunt illam onocrotalus, &
ericius:ibis,& coruus habitabunt in ea:& ex-
tendetur super eam mensura, vt redigatur
ad nihilum,& perpendiculum in desolatio-
12 nem. * Nobiles eius non erunt ibi: regẽ po-
tius inuocabũt,& omnes principes eius erũt
13 in nihilum. * Et orientur in domibus eius
spinæ,& vrticæ,& paliurus in munitionibus
eius:& erit cubile draconum, & pascua stru-
14 thionum. * Et occurrent dæmonia onocen-
D tauris, & pilosus clamabit alter ad alterum:
15 ibi cubauit lamia,& inuenit sibi requiẽ. * Ibi
habuit foueam ericius, & enutriuit catulos,
& circumfodit, & fouit in vmbra eius: illuc
16 cõgregati sunt milui,alter ad alterum. * Re-
quirite diligenter in libro Domini, & legite:
vnum ex eis non defuit, alter alterum non
quæsiuit:quia quod ex ore meo procedit,ille
mandauit, & spiritus eius ipse congregauit
17 ea. Et ipse misit eis sortem,& manus eius
diuisit eam illis in mensuram: vsque in æter-
num possidebunt eam,in generationem, &
generationem habitabunt in ea.

CAP. XXXV.

1 A LÆtabitur deserta, & inuia, & exultabit
solitudo, & florebit quasi lilium. * Ger-
minans

minans germinabit, & exultabit lætabunda, 2
& laudans: gloria Libani data est ei: decor
Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam B
Domini, & decorem Dei nostri * Conforta- 3
te manus dissolutas, & genua debilia robo-
rate. * Dicite pusillanimis: Confortamini,& 4
nolite timere:ecce Deus vester vltionem ad-
ducet retributionis: Deus ipse veniet, & sal-
uabit vos. * Tunc aperientur oculi cæcorum, 5
& aures surdorum patebunt. * Tunc saliet 6
sicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mu- C
torum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, &
torrentes in solitudine. * Et quæ erat arida, 7
erit in stagnum, & sitiẽs in fontes aquarum.
In cubilibus, in quibus prius dracones habi-
tabant,orietur viror calami,& iunci. * Et erit 8
ibi semita, & via, & via sancta vocabitur:
non transibit per eam pollutus, & hæc erit
vobis directa via, ita vt stulti non errent per
eam. * Non erit ibi leo, & mala bestia non 9
ascendet per eam,nec inuenietur ibi: & am- D
bulabunt,qui liberati fuerint. * Et redempti 10
à Domino conuertentur, & venient in Sion
cum laude:& lætitia sempiterna super caput
eorum:gaudium, & lætitiam obtinebunt, &
fugiet dolor,& gemitus.

CAP. XXXVI.

4.Re.18. c.13. 2.Paral. 32.a.1.
ET factum est in quartodecimo anno re- 1
gis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex A
Assyriorum super omnes ciuitates Iuda mu
nitas,& cepit eas. * Et misit rex Assyriorum 2
Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem
Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæ-
ductu piscinæ superioris in via Agri fullo-
nis. * Et egressus est ad eũ Eliacim filius Hel 3
ciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba,
& Ioahe filius Asaph à commentarijs. * Et 4
dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ: Hæc
dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est
ista fiducia:qua confidis? * aut quo consilio, 5
vel fortitudine rebellare disponis?super quẽ
habes fiduciam,quia recessisti à me? * Ecce 6
confidis super baculum arundineum cõfra- B
ctum istum,super Ægyptum: cui si innixus
fuerit homo, intrabit in manum eius,& per-
forabit eam: sic Pharao rex Ægypti omni-
bus,qui confidunt in eo. * Quòd si respõde- 7
ris mihi: In Dño Deo nostro confidimus:
nonne ipse est, cuius abstulit Ezechias excel-
sa,& altaria,& dixit Iudæ,& Ierusalem: Co-
ram altari isto adorabitis? * Et nunc trade te 8
Domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi
duo millia equorum, nec poteris ex te præ-
bere ascensores eorum. * Et quomodo susti- 9
nebis faciem iudicis vnius loci ex seruis Do-
mini mei minoribus? Quod si cõfidis in Æ-
gypto,in quadrigis,& in equitibus: * & nunc 10
numquid sine Domino ascendi ad terram
istam,vt disperderem eã? Dominus dixit ad
me:Ascende super terram istam,& disperde C
eã. * Et dixit Eliacim,& Sobna, & Ioahe ad 11
Rabsacen; Loquere ad seruos tuos Syra lin-
gua; intelligimus enim; ne loquaris ad nos
Iudaicè in auribus populi, qui est super mu-
12 rum. * Et dixit ad eos Rabsaces: Nũquid ad
dominum tuũ, & ad te misit me Dominus
meus, vt loquerer omnia verba ista, & non
potius ad viros, qui sedẽt in muro,vt come-
dant stercora sua, & bibant vrinam pedum
13 suorũ vobiscum? * Et stetit Rabsaces,& cla-
mauit voce magna Iudaicè,& dixit: Audite
14 verba regis magni,regis Assyriorum. * Hæc
dicit rex: Non seducat vos Ezechias,quia nõ
15 poterit eruere vos. * Et non vobis tribuat
fiduciam Ezechias super Domino, dicens:
Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur
16 ciuitas ista in manu regis Assyriorum. * No-
D lite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex
Assyriorum:Facite mecum benedictionem,
& egredimini ad me, & comedite vnusquis-
que vineã suam, & vnusquisque ficũ suam;
& bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ,
17 * donec veniam,& tollam vos nõ terrã,quæ
est, vt terra vestra, terram frumenti, & vini,
18 terram panũ,& vinearũ. * Nec cõturbet vos
Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos.
Numquid liberauerunt dij gentiũ vnusquis-
que terrã suam de manu regis Assyriorum?
19 * Vbi est Deus Emath, & Arphad? vbi est
Deus Sepharuaim? nũquid liberauerunt Sa-
20 mariã de manu mea? * Quis est ex omnibus
dijs terrarum istarum, qui eruerit terrã suã
de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalem
21 de manu mea? * Et siluerunt,& nõ respon-
derunt ei verbum. Mandauerat enim rex,
22 dicens: Ne respondeatis ei. * Et ingressus est
Eliacim filius Helciæ, qui erat super domũ,
& Sobna scriba,& Ioahe filius Asaph à com-
mentarijs ad Ezechiam scissis vestibus, &
nunciauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XXXVII.

1 A ET factum est, cũ audisset rex Ezechias, 4.Re.19. a.1.
scidit vestimenta sua, & obuolutus est
2 sacco, & intrauit in domum Domini. * Et
misit Eliacim, qui erat super domũ, & Sob-
nam scribam, & seniores de sacerdotibus
opertos saccis ad Isaiam filiũ Amos prophe-
3 tam, * & dixerunt ad eum: Hæc dicit Eze-
chias: Dies tribulationis, & correptionis,
& blasphemiæ dies hæc: quia venerunt fi-
lij vsque ad partum,& virtus non est parien-
4 di. * Si quomodo audiat Dominus Deus
tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assy-
riorum Dominus suus ad blasphemandum
Deum viuentem, & exprobrandum sermo-
nibus, quos audiuit Dominus Deus tuus: le-
B ua ergo orationem pro reliquijs, quæ reper-
5 tæ sunt. * Et venerunt serui regis Ezechiæ ad
6 Isaiam: * & dixit ad eos Isaias: Hæc dicetis
Domino vestro:Hæc dicit Dominus: Ne ti-
meas à facie verborum, quæ audisti, quibus
blasphemauerunt pueri regis Assyriorum
7 me. * Ecce ego dabo ei spiritum,& audiet
nuncium, & reuertetur ad terram suam, &
8 corruere eũ faciam gladio in terra sua. * Re-
uersus est autem Rabsaces,& inuenit regem

Assyriorum prælianteṁ aduersus Lobnam.
Audierat enim, quia profectus esset de La-
chis,* & audiuit de Tharaca rege Æthiopię, 9
dicentes: Egressus est, vt pugnet contra te.
Quod cum audisset, misit nuncios ad Eze-
chiam, dicens:* Hæc dicetis Ezechiæ regi Iu- 10
dæ, loquentes: Non te decipiat Deus tuus in
quo tu confidis, dicens: Non dabitur Ierusa-
lem in manu regis Assyriorum.* Ecce tu au- 11
disti omnia, quæ fecerunt reges Assyriorum C
omnibus terris, quas subuerterũt, & tu pote-
ris liberari?* Nũquid eruerunt eos dij Gen- 12
tium, quos subuerterunt patres mei Gozam,
& Haram, & Reseph, & filios Eden, qui erãt
in Thalassar:* Vbi est rex Emath, & rex Ar- 13
phad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana, & Aua?
* Et tulit Ezechias libros de manu nuncio- 14
rum, & legit eos, & ascendit in domum Do-
mini, & expandit eos Ezechias coram Do-
mino. * Et orauit Ezechias ad Dominum, 15
dicens: * Domine exercituum Deus Israel, 16
qui sedes super cherubim: tu es Deus solus
omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum,
& terram. * Inclina Domine aurem tuam, 17
& audi: aperi Domine oculos tuos, & vide,
& audi omnia verba Sennacherib, quæ misit D
ad blasphemandum Deũ viuentem.* Verè 18
enim Domine desertas fecerunt reges Assy-
riorum terras, & regiones earum.* Et dede- 19
runt Deos earum igni: non enim erant dij,
sed opera manuum hominum, lignũ, & la-
pis: & comminuerunt eos. * Et nunc Domi- 20
ne Deus noster salua nos de manu eius: &
cognoscãt omnia regna terræ: quia tu es Do-
minus solus.* Et misit Isaias filius Amos ad 21
Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus
Israel: Pro quibus rogasti me de Sẽnacherib
rege Assyriorum:* hoc est verbum, quod lo- 22
cutus est Dominus super eum: Despexit te,
& subsannauit te virgo filia Sion: post te ca-
put mouit filia Ierusalẽ. * Cui exprobrasti, 23
& quem blasphemasti, & super quem exalta-
sti vocem, & leuasti altitudinem oculorum
tuorum? Ad sanctũ Israel * In manu seruo- 24
rum tuorum exprobrasti Domino: & dixi-
sti: In multitudine quadrigarum mearum E
ego ascendi altitudinem montium, iuga Li-
bani: & succidam excelsa cedrorum eius, &
electas abietes illius, & introibo altitudinem
summitatis eius, saltum Carmeli eius.* Ego 25
fodi, & bibi aquam, & exicaui vestigio pe-
dis mei omnes riuos aggerum. * Numquid 26
non audisti, quæ olim fecerim ei? ex diebus
antiquis ego plasmauiillud: & nunc adduxi,
& factum est in eradicationem collium cõ-
pugnantiũ, & ciuitatum munitarum. * Ha- 27
bitatores earum breuiata manu contremue-
runt, & confusi sunt facti sunt sicut fœnum
agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum,
quæ exaruit antequam maturesceret. * Ha- 28
bitationem tuã, & egressum tuum, & introi- F
tum tuum cognoui, & insaniam tuam con-
tra me.* Cum furores aduersum me, super- 29
bia tua ascendit in aures meas: ponam ergo
circulum in naribus tuis, & frenum in labijs
tuis, & reducam te in viam, per quam veni-
30 sti. * Tibi autem hoc erit signum: Comede
hoc anno, quæ sponte nascuntur, & in anno
secundo pomis vescere: in anno autem ter-
tio seminate, & metite, & plantate vineas,
31 & comedite fructum earum. * Et mittet
id, quod saluatum fuerit de domo Iuda, &
quod reliquum est, radicem deorsum, & fa-
32 ciet fructum sursum: * quia de Ierusalem
exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Sion:
33 zelus Domini exercituum faciet istud.* Pro-
G pterea hæc dicit Dominus de rege Assyrio-
rum: non intrabit ciuitatem hanc, & non ia-
ciet ibi sagittam, & non occupabit eam clу-
peus, & non mittet in circuitu eius aggerem.
34 * in via, qua venit, per eam reuertetur, & ci-
uitatem hanc non ingredietur, dicit Domi-
35 nus: * & protegam ciuitatem istam, vt saluẽ
eam propter me, & propter Dauid seruum
36 meum: * " Egressus est autem Angelus Do- "4 Re.19
mini, & percussit in castris Assyriorum cen- g.35.
tum octoginta quinque millia. Et surrexe- Tob.1.
runt mane, & ecce omnes, cadauera mortuo- d.21.
37 rum.* Et egressus est, & abijt, & reuersus est Eccl.48.
Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in d.24.
38 Ninue.* Et factum est, cum adoratet in tẽ- 1.Mach.
plo Nesroch Deum suum, Adramelech, & 7.f.41.
Sarasar filij eius percusserunt eum gladio: 2. Mach.
fugeruntque in Terram Ararat, & regnauit 8.c.19.
Asarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XXXVIII.

1 A IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque
ad mortem; & introiuit ad eum Isaias fi-
lius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit
Dominus: Dispone domui tuæ, quia morie-
2 ris tu, & non viues. * Et conuertit Ezechias
faciem suam ad parietem, & orauit ad Do-
3 minum,* & dixit: Obsecro Domine, memẽ-
to quæso quomodo ambulauerim coram te
in veritate, & in corde perfecto, & quod bo-
num est in oculis tuis fecerim. Et fleuit
4 Ezechias fletu magno. * Et factum est ver-
bum Domini ad Isaiam, dicens: * Vade, &
dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Da-
uid patris tui. Audiui orationem tuam, &
vidi lacrymas tuas: ecce ego adijciam su-
6 per dies tuos quindecim annos: * & de ma-
nu regis Assyriorum eruam te, & ciuita-
7 tem istam, & protegam eam. * Hoc au-
B tem tibi erit signum à Domino, quia faciet
Dominus verbum hoc, quod locutus est:
8 * Ecce ego reuerti faciam vmbram linea-
rum, per quas descenderat in horologio
Achaz in Sole, retrorsum decem lineis. Et
reuersus est Sol decem lineis per gradus,
9 quos descenderat. * Scriptura Ezechiæ regis
Iuda cum ægrotasset, & conualuisset de in-
firmitate sua.
10 * Ego dixi: In dimidio dierum meorum
vadam ad portas inferi.
11 Quæsiui residuum annorum meorum. *
dixi: Non videbo Dominum Deum in terra
viuentium.

Non

Non aspiciam hominem vltra, & habita-
torem quietis.
* Generatio mea ablata est: & conuoluta 12
est à me, quasi tabernaculum pastorum: C
Præcisa est velut à texente, vita mea: dum
adhuc ordirer, succidit me: de mane vsq; ad
vesperam finies me.
* Sperabam vsque ad mane, quasi leo sic 13
contriuit omnia ossa mea:
De mane, vsque ad vesperam finies me:
* sicut pullus hirundinis sic clamabo, medi- 14
tabor, vt columba:
Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in
excelsum:
Domine vim patior, responde pro me.
* Quid dicam, aut quid respõdebit mihi, 15
cum ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos in a-
maritudine animæ meæ.
* Domine si sic viuitur, & in talibus vita 16
spiritus mei, corripies me, & viuificabis me. D
* Ecce ĩ pace amaritudo mea amarissima. 17
Tu autem eruisti animam meam, vt non
periret, proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea.
* Quia non infernus cõfitebitur tibi, neq. 18
mors laudabit te, non expectabunt, qui de-
scendunt in lacum, veritatem tuam.
* Viuens viuens ipse cõfitebitur tibi, sicut 19
& ego hodie: pater filijs notam faciet verita-
tem tuam.
* Domine saluum me fac, & psalmos no- 20
stros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ
in domo Domini.
* Et iussit Isaias, vt tollerent massam de 21
ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sa-
naretur.
* Et dixit Ezechias: Quod erit signũ quia 22
ascendam in domum Domini?

CAP. XXXIX.

4.Re.20. c.12. IN tempore illo misit Merodach Baladã 1
filius Baladã rex Babylonis, libros, & mu-A
nera ad Ezechiã: audierat enim quod ægro-
tasset, & conualuisset.* Lætatus est autẽ su- 2
per eis Ezechias, & ostẽdit eis cellam aroma-
tum, & argenti, & auri, & odoramentorum,
& vnguenti optimi, & omnes apothecas su- B
pellectilis suæ, & vniuersa, quæ inuenta sunt
in thesauris eius Nõ fuit verbum, quod non
offenderet eis Ezechias in domo sua, & in
omni potestate sua. * Introiuit autem Isaias 3
Propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei:
Quid dixerũt viri isti, & vnde venerunt ad
te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua 4
venerunt ad me, de Babylone.* Et dixit: Quid
viderũt in domo tua? Et dixit Ezechias. Om-
nia, quæ in domo mea sunt: viderunt: non
fuit res, quam non ostenderim eis in thesau-
ris meis.* Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi 5
verbum Domini exercituum.* Ecce dies ve- 6
nient, & auferẽtur omnia, quæ in domo tua
sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsq;
ad diem hanc, in Babylonem; non relinque- C
7 tur quidquam, dicit Dominus. * Et de filijs
tuis, qui exibunt de te, quos genueris tollent,
& erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.
8 * Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum ver-
bum Domini, quod locutus est. Et dixit: Fiat
tantum pax, & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

1 CONsolamini, consolamini populę meus
2 dicit Deus vester. * Loquimini ad cor
A Ierusalem, & adiuocate eam: quoniam com-
pleta est malitia eius, dimissa est iniquitas il-
lius: suscepit de manu Domini duplicia pro
3 omnibus peccatis suis. * " Vox clamantis in "Matt.3.
deserto: Parate viam Domini rectas facite in a.3.
4 solitudine semitas Dei nostri.* Omnis vallis Mat.1.
exaltabitur, & omnis mons, & collis humi- a.3.
B liabitur, & erunt praua in directa, & aspera Luc.3.
5 in vias planas.* Et reuelabitur gloria Domi- a.4.
ni, & videbit omnis caro pariter, quod os Do Ioan.1.
6 mini locutum est.* Vox dicentis: Clama. Et c.25
dixi: Quid clamabo? " Omnis caro fenum, "Eccl.14.
7 & omnis gloria eius quasi flos agri. * Exicca- c.18.
tum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Iac.1.b.
Domini sufflauit in eo. Verè fenum est po- 10.
8 pulus.* exicatum est fœnum, & cecidit flos: 1. Pet.1.
Verbum autem Domini nostri manet in æ- d.24.
9 ternum. * Super montem excelsum ascende
tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudi-
ne vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem:
exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda: Ec-
10 ce Deus vester:* ecce Dominus Deus in for-
C titudine veniet, & brachium eius dominabi-
tur: ecce merces eius cum eo, & opus illius
11 coram illo * " Sicut pastor gregem suum pa- " Ioa. 10.
scet: in brachio suo congregabit agnos, & in b.11.
12 sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. * Quis Ezec.34.
mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo pũ- f.23. &
derauit? quis appendit tribus digitis molem 37.f.24.
terræ, & librauit in pondere mõtes, & colles
13 in statera? * " Quis adiuuit spiritum Domi- " Ro. 11.
ni? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit d.34.
14 illi? * Cum quo inijt consilium, & instruxit 1. Cor.2.
eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & eru- d.16.
15 diuit eum scientiam, & viã prudẽtiæ osten- Sap. 9.c.
D dit illi?* Ecce Gẽtes quasi stilla situlę, & qua- 13.
si momentũ statera reputatæ sunt: ecce insu-
16 læ quasi puluis exiguus.* Et Libanus nõ suf-
ficiet ad succendendum, & animalia eius non
17 sufficient ad holocaustum. * Omnes gentes
quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi ni- " Act.17.
18 hilum, & inane reputatæ sunt ei.* " Cui ergo f.29.
E similem fecisti Deum, aut quam imaginem
19 ponetis ei? * Numquid sculptile conflauit
faber? aut aurifex auro figuratiuit illud, & la-
20 minis argenteis argentarius? * Forte lignũ,
& imputribile elegit: artifex sapiens quærit?
quomodo statuat simulacrũ, quod nõ mo-
21 ueatur.* Numquid non scitis? numquid non
audistis? numquid nõ annuntiatum est vo-
bis ab initio? numquid non intellexistis fun-
22 damenta terræ? * Qui sedet super gyrũ terræ, & habitatores eius sunt quasi locusteæ: qui extendit velut nihilum cœlos, & expãdit eos

sicut

ſicut tabernaculum ad inhabitandum. *Qui 23
dat ſecretorum ſcrutatores quaſi nõ ſint, iu-
dices terræ velut inane fecit: * & quidẽ neq. 24
plantatus, neque ſatus, neque radicatus in ter- F
ra truncus eorũ repente flauit in eos, & arue-
runt, & turbo quaſi ſtipulã auferet eos. * Et 25
cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, dicit ſan-
ctus? * Leuate in excelſum oculos veſtros, & 26
videte quis creauit hæc: qui educit in nume-
ro militiam eorum, & omnes ex nomine
vocat: præ multitudine fortitudinis, & robo-
ris, virtutiſque eius, neque vnum reliquum
fuit. * Quare dicis Iacob, & loqueris Iſrael: 27
Abſcondita eſt via mea à Domino, & à G
Deo meo iudicium meum trãſiuit? * Num- 28
quid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempi-
ternus Dominus, qui creauit terminos terræ;
non deficiet, neque laborabit? nec eſt inue-
ſtigatio ſapientiæ eius. * Qui dat laſſo vir- 29
tutem: & his, qui non ſunt, fortitudinem
& robur multiplicat. * Deficient pueri, & la- 30
borabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.
* Qui autem ſperant in Domino, mutabunt 31
fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ,
current, & non laborabunt, ambulabunt, &
non deficient.

CAP. XLI.

TAceant ad me inſulæ, & Gentes, mu- 1
tent fortitudinem: accedant: & tunc A
loquantur, ſimul ad iudiciũ propinquemus
* Quis ſuſcitauit ab Oriente iuſtum, voca- 2
uit eum vt ſequeretur ſe? dabit in conſpectu
eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quaſi
puluerem gladio eius, ſicut ſtipulam ven-
to rapiam arcui eius. * Perſequetur eos, tran- 3
ſibit in pace, ſemita in pedibus eius non ap-
parebit. * Quis hæc operatus eſt, & fecit, 4
vocans generationes ab exordio? Ego Do-
minus, ″ primus, & nouiſſimus ego ſum.
* Viderunt inſulæ, & timuerunt, extrema 5
terræ obſtupuerunt, appropinquauerunt, & B
acceſſerunt. * Vnuſquiſque proximo ſuo 6
auxiliabitur, & fratri ſuo dicet: Confortare.
* Confortauit faber ærarius percutiens mal- 7
leo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens:
Glutino bonum eſt: & confortauit eum cla-
uis, vt non moueretur. * Et tu Iſrael ſerue 8
meus, Iacob quem elegi, ſemen Abraham a-
mici mei. * In quo apprehẽdi te ab extremis 9
terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi
tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci
te. * Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne 10
declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, C
& auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera
iuſti mei. * Ecce confundentur, & erube- 11
ſcent omnes, qui pugnant aduerſum te: erũt
quaſi non ſint, & peribunt viri, qui con-
tradicunt tibi. * Quæres eos, & non inue- 12
nies, viros rebelles tuos, erunt quaſi non
ſint: & veluti conſumptio homines bellan-
tes aduerſum te. * Quia ego Dominus Deus 13
tuus apprehendens manum tuam, dicenſq.
tibi: Ne timeas, ego adiuui te. * Noli timere 14

″ Inf. 44. a. 6. & 48. b. 12. Apoc. 1. d. 18. & 22. c. 13.

D vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael: ego
auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus: & re-
15 demptor tuus ſanctus Iſrael * Ego poſui te
quaſi plauſtrum triturans nouũ, habens ro-
ſtra ſerrantia: triturabis montes, & commi-
16 nues: & colles quaſi puluerẽ pones. * Ven-
tilabis eos, & ventus tollet, & turbo diſper-
det eos: & tu exultabis in Domino, in ſancto
17 Iſrael lætaberis. * Egeni, & pauperes quærũt
aquas, & non ſunt: lingua eorum ſiti aruit.
Ego Dominus exaudiã eos, Deus Iſrael non
18 derelinquam eos. * Aperiam in ſupinis col-
libus flumina, & in medio camporum fon-
tes: ponam deſertum in ſtagna aquarum,
E & terram inuiam in riuos aquarum. * Dabo
19 in ſolitudinem cedrum, & ſpinam, & myr-
tum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto a-
20 bietem, vlmũ, & buxum ſimul. * Vt videãt,
& ſciant, & recogitent, & intelligant pariter
quia manus Dñi fecit hoc, & ſanctus Iſrael
21 creauit illud. * Prope facite iudiciũ veſtrũ,
dicit Dominus: afferte, ſi quid forte habetis,
22 dixit rex Iacob. * Accedam, & nuncient no-
F bis quæcumq. ventura ſunt: priora quæ fue-
runt nũciate: & ponemus cor noſtrũ, & ſcie-
mus nouiſſima eorum, & quæ ventura ſunt
23 indicate nobis. * Annunciate quæ ventura
ſunt in futurũ, & ſciemus quia dij eſtis vos,
bene quoque aut malè, ſi poteſtis, facite: & lo
24 quamur, & videamus ſimul. * Ecce, vos eſtis
ex nihilo, & opus veſtrum ex eo, quod non
25 eſt: abominatio eſt qui elegit vos. * Suſcitaui
ab Aquilone, & veniet ab Ortu Solis, vocabit
nomen meum, & adducet magiſtratus quaſi
lutum, & velut plaſtes conculcans humum.
26 * Quis annunciauit ab exordio vt ſciamus:
G & à principio vt dicamus: Iuſtus es? non eſt
neque annuncians, neque prædicens, neque
27 audiens ſermones veſtros. * Primus ad Sion
dicet: Ecce adſunt, & Ieruſalẽ euangeliſtam
28 dabo. * Et vidi, & non erat neq. ex iſtis quiſ-
quam, qui iniret conſilium, & interrogatus
29 reſponderet verbum. * Ecce omnes iniuſti,
& vana opera eorum: ventus, & inane ſimu-
lachra eorum.

CAP. XLII.

1 A ECce ſeruus meus, ſuſcipiã eum: electus
meus, cõplacuit ſibi in illo anima mea:
dedi ſpiritum meũ ſuper eum, iudiciũ Gẽ-
2 tibus proferet. * Non clamabit, neq accipiet
3 perſonam, nec audietur vox eius foris. * Ca-
lamum quaſſatum non conteret, & linũ fu-
migans non extinguet: in veritate educet iu-
4 dicium. * Non erit triſtis, neque turbulentus,
donec ponat in terra iudicium: & legem
5 eius inſulæ expectabunt: * Hæc dicit Domi-
nus Deus creans cælos, & extendens eos: fir-
mans terram: & quæ germinant ex ea: dans
flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiri-
6 tum calcantibus eam. * Ego Dominus voca-
B ui te in iuſtitia, & apprehẽdi manum tuam,
& ſeruaui te. ″ Et dedi te in fœdus popu-
7 li, in lucem Gentium; * Vt aperires oculos
cæco-

Mat. 12. b. 18.

″ Inf. 49. b. 6.

cæcorum, & educeres de concluſione vin-
ctum, de domo carceris ſedentes in tenebris
*″ Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: glo- 8
riam meam alteri non dabo, & laudem meã
ſculptilibus. * Quæ prima fuerunt, ecce ve- 9
nerunt: noua quoque ego annuncio: an e-
quam oriantur, audita vobis faciam. * Can- 10
tate Domino canticum nouum, laus eius ab
extremis terræ: qui deſcenditis in mare, &
plenitudo eius, inſulæ, & habitatores earum
* Subleuetur deſertum, & ciuitates eius: in 11
domibus habitabit Cedar: laudate habitato-
res Petræ, de vertice montium clamabunt.
* Ponent Domino gloriam, & laudem eius 12
in inſulis nunciabunt. * Dominus ſicut for- 13
tis egredietur, ſicut vir præliator ſuſcitabit
zelum vociferabitur, & clamabit: ſuper ini-
micos ſuos confortabitur. * Tacui ſemper, 14
ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, diſ- C
ſipabo, & abſorbebo ſimul. * Deſertos faciã 15
montes, & colles, & omne gramen eorum
exiccabo: & ponã flumina in inſulas, & ſta-
gna arefaciam. * Et ducam cæcos in viam, 16
quam neſciunt, & in ſemitis, quas ignoraue-
runt, ambulare eos faciam: ponam tenebras
coram eis in lucem, & praua in recta: hæc
verba feci eis, & non dereliqui eos. * Cõuer- 17
ſi ſunt retrorſum: confundantur confuſione
qui confidunt in ſculptili, qui dicunt confla-
tili: Vos dij noſtri. * Surdi audite, & cæci in- 18
tuemini ad videndum. * Quis cæcus, niſi 19
ſeruus meus? & ſurdus, niſi ad quem nun-
cios meos miſi? quis cæcus, niſi qui venunda-
tus eſt? & quis cæcus, niſi ſeruus Domini?
* Qui vides multa, nonne cuſtodies? qui a- 20
pertas habes aures, nonne audies? * Et Do- 21
minus voluit vt ſanctificaret eum, & ma-
gnificaret legem, & extolleret. * Ipſe autem 22
populus direptus, & vaſtatus: laqueus iuue- D
num omnes, & in domibus carcerum ab-
ſconditi ſunt: facti ſunt in rapinam, nec eſt
qui eruat: in direptionem, nec eſt qui dicat:
Redde. * Quis eſt in vobis qui audiat hoc, 23
attendat, & auſcultet futura: * Quis dedit in 24
direptionem Iacob, & Iſrael vaſtantibus: nõ-
ne Dominus ipſe, cui peccauimus? Et nolue-
runt in vijs eius ambulare, & non audierũt
legem eius. * Et effudit ſuper eum indigna- 25
tionem furoris ſui, & forte bellum, & com-
buſſit eum in circuitu, & non cognouit: &
ſuccendit eum, & non intellexit.

″ Inf. 48. b. 11.

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit Dominus creans te Ia- 1
cob, & formans te Iſrael: Noli timere, A
quia redemi te, & vocaui te nomine tuo:
meus es tu. * Cum tranſieris per aquas, tecũ 2
ero, & flumina non operient te: cum ambu-
laueris in igne, non combureris, & flamma
non ardebit in te. * Quia ego Dominus Deus 3
tuus ſanctus Iſrael ſaluator tuus, dedi propi-
tiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, &
Saba pro te. * Ex quo honorabilis factus es 4
in oculis meis, & glorioſus; ego dilexi te, &

dabo homines pro te, & populos pro anima
5 tua * Noli timere, quia ego tecum ſum ab
Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occi-
6 dente congregabo te. * Dicã Aquiloni: Da; &
Auſtro: Noli prohibere: affer filios meos de
longinquo, & filias meas ab extremis terræ.
7 * Et omnem, qui inuocat nomen meum, in
gloriam meam creaui eum, formaui eum,
8 & feci eum. * Educ foras populum cæcum,
& oculos habentem: ſurdum, & aures ei
9 ſunt. * Omnes gentes congregatæ ſunt ſimul
B & collectæ ſunt tribus: quis in vobis annun-
ciet iſtud, & quæ prima ſunt audire nos fa-
ciet? dent teſtes eorum, iuſtificentur, & au-
10 diant, & dicant: Verè. * Vos teſtes mei, dicit
Dominus, & ſeruus meus, quem elegi: vt
ſciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia
ego ipſe ſum. Ante me non eſt formatus
11 Deus, & poſt me non erit. * ″ Ego ſum, ego
ſum Dominus, & non eſt abſque me ſalua-
12 tor * Ego annunciaui, & ſaluaui, auditum fe
ci, & nõ fuit in vobis alienus: vos teſtes mei,
13 dicit Dominus, & ego De⁹. * Et ab initio ego
ipſe, & non eſt qui de manu mea eruat, ope-
14 rabor, & quis auertet illud? * Hæc dicit Do-
minus redemptor veſter, ſanctus Iſrael: Pro-
pter vos miſi in Babylonem, & detraxi ve-
ctes vniuerſos, & Chaldæos in nauibus ſuis
15 gloriantes. * Ego Dominus ſanctus veſter,
16 creans Iſrael rex veſter. * Hæc dicit Domi-
C nus, qui dedit in mari viam, & in aquis tor-
17 rentibus ſemitam. * Qui eduxit quadrigam
& equum: agmen, & robuſtum, ſimul ob-
dormierunt, nec reſurgent: contriti ſunt qua-
18 ſi lignum, & extincti ſunt. * Ne memineritis
19 priorum, & antiqua ne intueamini. * ″ Ecce
ego facio noua, & nunc orientur, vtique co-
gnoſcetis ea: ponam in deſerto viã, & in in-
20 uio flumina * Glorificabit me beſtia agri,
dracones, & ſtruthiones, quia dedi in deſer-
to aquas, flumina in inuio, vt darem potum
21 populo meo, electo meo. * Populum iſtum
22 formaui mihi, laudem meã narrabit. * Non
me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me I-
23 ſrael. * Non obtuliſti mihi arietem holocau-
D ſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me:
non te ſeruire feci in oblatione, nec laborem
24 tibi præbui in thure. * Non emiſti mihi ar-
gento calamum, & adipe victimarum tua-
rum non inebriaſti me. Verumtamen ſerui-
re me feciſti in peccatis ſuis, præbuiſti mihi
25 laborem in iniquitatibus tuis. * Ego ſum,
ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas pro-
pter me, & peccatorum tuorum non recor-
26 dabor. * Reduc me in memoriam, & iudice-
mur ſimul: narra ſi quid habes, vt iuſtifice-
27 ris. * Pater tuus primus peccauit, & inter-
28 pretes tui præuaricati ſunt in me. * Et con-
taminaui principes ſanctos, dedi, ad interne
cionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiam.

″ Oſe. 13. b. 4.

″ 2. Cor. 5. d. 17. Apo. 21. b. 5.

CAP. XLII.

1 A ET nunc audi Iacob ſerue meus, & Iſrael,
quem elegi. * Hæc dicit Dominus fa-
2 ciem, & formãs te, ab vtero auxiliator tuus:
noli

Ier. 3[illegible]. 10. & 4[illegible]. g. 27.

noli timere serue meus Iacob, & rectissime,
quem elegi * Effundam enim aquas super 3
sitientem, & fluctu super aridam: effundam
spiritum meum super semen tuum, & bene-
dictionē meam super stirpem tuā * Et ger- 4
minabunt inter herbas quasi salices iuxta
præterfluentes aquas. * Iste dicet: Domini 5
ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, &
hic scribet manu sua: Domino: & in nomi-
ne Israel assimilabitur. * " Hæc dicit Domi- 6
nus rex Israel, & redemptor eius Dominus
exercituum: Ego primus, & ego nouissimus
& absque me non est Deus. * Quis similis 7
mei? vocet, & annuncietur: & ordinem expo-
nat mihi, ex quo constituì populum anti-
quum: ventura, & quæ futura sunt annun-
cient eis * Nolite timere, neque conturbemi-
ni: ex tunc audire te feci, & annunciaui, vos
estis testes mei, numquid est Deus absq. me,
& formator, quem ego non nouerim? * Pla- 9
stæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima B
eorum non proderunt eis: ipsi sunt testes eo-
rum, quia non vident, neque intelligunt, vt
confundantur. * Quis formauit Deum, & 10
sculptile conflauit ad nihil vtile? * Ecce om- 11
nes participes eius confundentur: fabri enim
sunt ex hominibus: conuenient omnes sta-
bunt, & pauebunt, & confundentur simul.
* " Faber ferrarius lima operatus est in pru 12
nis, & in malleis formauit illud, & operatus
est in brachio fortitudinis suæ: esuriet, &
deficiet, non bibet aquam, & lassescet. * Arti- 13
fex lignarius extendit normam, formauit il-
lud in runcina: fecit illud in angularibus,
& in circino tornauit illud: & fecit imaginē
viri quasi speciosum hominem habitantem
in domo. * Succidit cedros, tulit ilicem, & 14
quercum, quæ steterat inter ligna saltus:
plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. * Et 15
facta est hominibus in focum: sumpsit ex C
eis, & calefactus est: & succendit, & coxit pa-
nes: de reliquo autem operatus est Deum, &
adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante
illud. * Medium eius combussit igni, & de 16
medio eius carnes comedit: coxit pulmen-
tum, & saturatus est, & calefactus, & di-
xit: Vah, calefactus sum, vidi focum. * Reli- 17
quum autem eius Deum fecit, & sculptile si-
bi: curuatur ante illud, & adorat illud, & ob-
secrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es
tu. * Nesciunt, neque intellexerunt: obliti 18
enim sunt ne videant oculi eorum, & ne in-
telligant corde suo. * Non recogitant in mē- 19
te sua, neq cognoscunt, neque sentiunt, vt di-
cant: Medietatem eius combussi igni, & co-
xi super carbones eius panes: coxi carnes, &
comedi, & de reliquo eius idolum faciam?
ante truncum ligni procidam? * Pars eius ci- 20
nis est, cor insipiens adorauit illud, & non li-
berabit animam suam, neq. dicet: Forte mē- D
dacium est in dextera mea * Memento ho- 21
rum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus
es tu. formauit te, seruus meus es tu Israel, ne
obliuiscaris mei. * Deleui vt nubem iniqui- 22
tates tuas, & quasi nebulam peccata tua: re-

"Sup. 41. b. 4. Inf. 48. b 12. Apo 1. d 18. & 22 c. 13.

" Sap. 13. c. 11.

23 uertere ad me, quoniam redemi te. * Lauda
te cæli, quoniam misericordiam fecit Domi-
nus, iubilate extrema terræ, resonate mōtes
laudationem, saltus, & omne lignum eius:
quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel
24 gloriabitur. * Hæc dicit Dominus redēptor
tuus, & formator tuus ex vtero: Ego sum Do-
minus, faciens omnia, extendens cælos so-
25 lus, stabiliens terram, & nullus mecum. * Fo-
rita faciens signa diuinorū, &ariolos in fu-
rorem vertens. Conuertens sapientes retro
26 sum: & scientiā eorum stultam faciens. * Sus-
citans verbum serui sui, & consilium nun-
ciorum suorum complens. Qui dico Ieruſa-
lem, Habitaberis: & ciuitatibus Iuda: Ædifi-
27 cabimini, & deserta eius suscitabo. * Qui di-
co profundo: Desolare, & flumina tua arefi-
28 ciam. * Qui dico Cyro: Pastor meus es, &
omnem voluntatem meam complebis. Qui
dico Ierusalem, Ædificaberis: & templo,
Fundaberis.

CAP. XLV.

1 A Hæc dicit Dominus Christo meo Cy-
ro, cuius apprehendi dexteram, vt su-
biciam ante faciem eius Gentes, & dorsa re-
gum vertam, & aperiam coram eo ianuas,
2 & portæ non claudentur. * Ego ante te ibo:
& gloriosos terræ humiliabo: portas æreas
3 conteram, & vectes ferreos confringam. * Et
dabo tibi thesauros absconditos, & arcana
secreto tū: vt scias quia ego Dominus, qui vo
4 co nomen tuum, Deus Israel. * Propter ser-
uum meum Iacob, & Israel electum meum,
& vocaui te nomine tuo: assimilaui te, &
5 non cognouisti me. * Ego Dominus, & non
est amplius: extra me non est Deus: accinxi
6 te, & non cognouisti me: * Vt sciant hi, qui
ab ortu Solis, & qui ab occidente, quoniam
absque me non est. Ego Dominus, & non est
7 alter, * formans lucem, & creans tenebras, fa-
ciens pacem, & creans malum: ego Domi-
8 nus faciens omnia hæc. * Rorate cæli desu-
B per, & nubes pluant iustum, aperiatur terra
& germinet saluatorem, & iustitia oriatur
9 simul: ego Dns creaui eum. * Væ qui con-
tradicit fictori suo, testa de samijs terræ nū-
quid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & 10
opus tuum absque manibus est? * Vę qui di-
cit patri: Quid generas? & mulieri: Quid
11 parturis? * Hæc dicit Dominus sanctus Is-
rael plastes eius: Ventura interrogate me, su-
per filios meos, & super opus manuū mea-
12 rum mandate mihi. * Ego feci terram, & ho-
minem super eam creaui ego: manus meæ
tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum
13 mandaui. * Ego suscitaui eum ad iustitiam,
C & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit
ciuitatem meam, & captiuitatem meam di-
mittet, non in pretio, neque in muneribus,
14 dicit Dominus Deus exercituū. * Hæc dicit
Dominus: Labor Ægypti, & negociatio, Æ-
thiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te tran-
sibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt, vin-
cti

" Ro. 9. d 10. Ier. 18. 6.

cti manicis pergent: & te adorabunt, teque
deprecabuntur: Tantum in te est Deus, &
nō est absque te Deus * Verè tu es Deus ab- 15
sconditus, Deus Israel saluator. * Confusi 16
sunt, & rubuerunt omnes: simul abierunt in
confusionem fabricatores errorum. * Israel 17
saluatus est in Domino salute æterna: non
confundemini, & non erubescetis vsque in
sæculum sæculi. * Quia hæc dicit Dominus 18
creans cælos, ipse Deus formans terram, &
faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum
creauit eam, vt habitaretur formauit eam:
ego Dominus, & non est alius. * Non in ab- 19
scondito locutus sum in loco terræ tenebro-
so: non dixi semini Iacob: Frustra quærite
me: ego Dominus loquens iustitiam, annun-
cians recta. * Congregamini, & venite & ac- 20
cedite simul qui saluati estis ex Gentibus: ne-
scierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, &
rogant Deum non saluantem. * Annuncia- 21
te & venite, & consiliamini simul: quis audi-
tum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit il-
lud? numquid non ego Dominus, & non est
vltra Deus absque me? Deus iustus, & sa-
uans non est præter me. * Conuertimini ad 22
me, & salui eritis omnes fines terræ: quia
ego Deus, & non est alius. * In memetipso 23
iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ ver-
bum, & nō reuertetur: * " quia mihi curua- 24
bitur omne genu, & iurabit omnis lingua.
* Ergo in Domino dicet, meæ sunt iustitiæ, 25
& imperium: ad eum venient, & confundē-
tur omnes, qui repugnant ei. * In Domino 26
iustificabitur, & laudabitur omne semen
Israel.

" Ro. 14. b. 11. Phil. 2. b. 10.

CAP. XLVI.

C Onfractus est Bel, contritus est Nabo: 1
facta sunt simulachra eorum bestijs, & A
iumentis, onera vestra graui pondere vsque
ad lassitudinem. * Contabuerunt, & contri- 2
ta sunt simul: non potuerunt saluare portā-
tem, & anima eorum in captiuitatem ibit.
* Audite me domus Iacob, & omne residu 3
domus Israel, qui portamini à meo vtero, B
qui gestamini à mea vulua. * Vsque ad sene- 4
ctam ego ipse: & vsque ad canos ego porta-
bo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & sa-
uabo. * Cui assimilastis me, & adequastis, & 5
comparastis me, & fecistis similem? * Qui 6
confertis aurum de sacculo, & argentum sta-
tera pondetatis: conducentes aurificem, vt
faciat deum: & procidunt, & adorant.
* " Portant illum in humeris gestantes, & 7
ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo C
non mouebitur, sed & cum clamauerint ad
eum, non audiet: de tribulatione non salua-
bit eos. * Memento te istud, & confundami- 8
ni: redite præuaricatores ad cor. * Recorda- 9
mini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus,
& non est vltra Deus, nec est similis mei:
* Annuncians ab exordio nouissimum, & 10
ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: D
Consilium meum stabit, & omnis voluntas
mea fiet: * vocans ab oriente auem, & de 11
terra longinqua virum voluntatis meæ, &
locutus sum, & adducam illud: creaui, & fa-
12 ciam illud. * Audite me duro corde, qui
13 longè estis à iustitia. * Prope feci iustitiam
meam, non elongabitur, & salus mea non
morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Is-
rael gloriam meam.

" Bar. 6. 6. 2. 5.

CAP. XLVII.

1 A DEscende, sede in puluere virgo filia Ba
bylone, sede in terra: non est solium fi-
liæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis
2 mollis & tenera. * Tolle molam, & mole fa-
rinam: denuda turpitudinem tuam, discoo-
peri humerum, retuela crura, transi flumina.
3 * " Retuelabitur ignominia tua, & videbitur
opprobrium tuum: vlcionem capiam, &
4 non resistet mihi homo. * Redemptor no-
ster, Dominus exercituum nomen illius, san
5 ctus Israel. * Sede tacens, & intra in tenebras
filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltra
6 domina regnorum. * Iratus sum super po-
B pulum meum, contaminaui hereditatem
meam, & dedi eos in manu tua: non posui-
sti eis misericordias: super senem aggraua-
7 sti iugum tuum valde. * Et dixisti: In sem-
piternum ero domina: non posuisti hæc su-
per cor tuum, neque recordata es nouissimi
8 tui. * Et nunc audi hæc delicata, & habitans
confidenter, quæ dicis in corde tuo. " Ego
C sum, & non est præter me amplius: non se-
9 debo vidua, & ignorabo filiorum. * Ve-
nient tibi duo hæc subito in die vna, sterili-
tas & viduitas: vt iuuersa venerunt super te,
propter multitudinem maleficiorum, tuo-
rum, & propter diuitiam incantatorum tuo-
10 rum vehementem. * Et fiduciam habuisti
in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat
me, & sapientia tua & scientia tua hæc decep-
it te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, &
11 præter me non est altera. * Veniet super te
D malum, & nesciès ortum eius: & irruet super
te calamitas, quam non poteris expiare: ve-
niet super te repente miseria, quam nesciès.
12 * Sta cum incantatoribus tuis, & cum multi-
tudine maleficiorum tuorum, in quibus la-
borasti ab adolescentia tua, si forte quid pro-
13 fit tibi, aut si possis fieri fortior. * Defecisti
in multitudine consiliorum tuorum: stent,
& saluent te augures cæli, qui contempla-
bantur sidera, & supputabant menses, vt ex
14 eis annunciarent ventura tibi. * Ecce facti
sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non
liberabunt animam suam de manu flam-
mæ: non sunt prunæ, quibus calefiant, nec
15 focus, vt sedeant ad eum. * Sic facta sunt ti-
bi in quibuscumque laborauerat: negociato-
res tui ab adolescentia tua, vnusquisque in
via tua errauerunt: non est qui saluet te.

" Nah. 3. b 5.

" Apoc. 18. b. 7.

" Inf. 51. f. 19.

CAP. XLVIII.

1 A AVdite hæc domus Iacob, qui vocami-
ni nomine Israel, & de aquis Iuda exi-
stis

ſtis,qui iuratis in nomine Domini,& Dei Iſ-
rael recordamini non in veritate, neque in
iuſtitia. * De ciuitate enim ſancta vocati 2
ſunt, & ſuper Deum Iſrael conſtabiliti ſunt:
Dominus exercituum nomen eius. * Priora 3
ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt,
& audita feci ea: repente operatus ſum, &
venerunt. * Sciui enim quia durus es tu, & 4
neruus ferreus ceruix tua,& frons tua ærea.
* Prædixi tibi ex tunc: antequam venirent 5
indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola mea fe-
cerunt hæc, & ſculptilia mea, & conflatilia
mandauerunt iſta. * Quæ audiſti, vide om- 6
nia: vos autem non annunciaſtis? Audita B
feci tibi noua ex tunc, & conſeruata ſunt
quæ neſcis: * nunc creata ſunt, & non ex 7
tunc: & ante diem,& non audiſti ea, ne for-
te dicas: Ecce ego cognoui ea. * Neque au- 8
diſti, neque cognouiſti, neque ex tunc aper-
ta eſt auris tua: ſcio enim quia præuaricans
præuaricaberis, & tranſgreſſorem ex vtero
vocaui te. * Propter nomen meum longe 9
faciam furorem meum: & laude mea in-
frænabo te,ne intereas. * Ecce excoxi te,ſed 10
non quaſi argentum, elegi te in camino pau-
pertatis. * Propter me, propter me faciam, 11
vt non blaſphemer: " & gloriam meam al-
" Sup.42 b.8. teri non dabo. * Audi me Iacob, & Iſrael 12
" Sup.41 b.4.& 44.a.6. quem ego voco: " ego ipſe, ego primus, &
ego nouiſſimus. * Manus quoque mea fun- 13
dauit terram, & dextera mea menſa eſt cæ- C
los: ego vocabo eos,& ſtabunt ſimul. * Con- 14
gregamini omnes vos, & audite: quis de eis
annunciauit hæc? Dominus dilexit eum,
faciet voluntatem ſuam in Babylone, & bra
chium ſuũ in Chaldæis. * Ego ego locutus 15
ſum, & vocaui eum: adduxi eum,& directa
eſt via eius. * Accedite ad me,& audite hoc: 16
non à principio in abſcondito locutus ſum:
ex tempore antequam fieret, ibi eram: &
nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus
eius. * Hæc dicit Dominus redemptor tuus 17
ſanctus Iſrael. Ego Dominus Deus tuus do-
cens te vtilia,gubernans te in via,qua ambu-
las. * Vtinam attendiſſes mandata mea, fa- 18
cta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia D
tua ſicut gurgites maris, * & fuiſſet quaſi are 19
na ſemen tuum, & ſtirps vteri tui, vt lapilli
eius: non interijſſet, & non fuiſſet attritum
" Jer.32. a.6. nomen eius à facie mea. * " Egredimini de 20
Babylone,fugite à Chaldæis,in voce exulta-
" Ex.17. b.6. tionis annunciate: auditum facite hoc, &
efferte illud vſque ad extrema terræ. Dici-
Nu.20. b.12. te: " Redemit Dominus ſeruum ſuum Ia-
cob * Non ſitierunt in deſerto, cum educe- 21
" Inf.57. d.21. ret eos: " aquam de petra produxit eis, & ſci-
dit petram,& fluxerunt aquę. * Non eſt pax 22
impijs, dicit Dominus.

CAP. XLIX.

AVdite inſulę, & attendite populi de lon- 1
gè: Dominus ab vtero vocauit me, de A
Inf.51. 16. ventre matris meæ recordatus eſt nominis
mei. * " Et poſuit os meum quaſi gladium 2
acutum: in vmbra manus ſuæ protexit me,
& poſuit me, ſicut ſagittam electam: in pha-
3 retra ſua abſcondit me. * Et dixit mihi: Ser-
uus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor.
4 * Et ego dixi: In vacuum laboraui,ſine cau-
ſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi:
ergo iudicium meum cum Domino,& opus
5 meum cum Deo meo. * Et nunc dicit Domi
nus,formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt re-
ducam Iacob ad eum, & Iſrael non congre-
gabitur: & glorificatus ſum in oculis Domi-
B ni, & Deus meus factus eſt fortitudo mea.
6 * Et dixit: Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad
ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael con-
uertendas. " Ecce dedi te in lucem Gentium, " Sup.42
vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. b.6.
7 * Hæc dicit Dominus redemptor Iſrael,ſan- Act.13.
ctus eius, ad contemplabilem animam, ad g.47.
abominatam gentem, ad ſeruum domino-
rum: Reges videbunt, & conſurgent princi-
pes,& adorabunt propter Dominum,quia fi
8 delis eſt, & ſanctum Iſrael qui elegit te. * " " 2. Cor.
C Hæc dicit Dominus: In tempore placito 6.a.2.
exaudiuit te, & in die ſalutis auxiliatus ſum
tui: & ſeruaui te, & dedi te in fœdus popu-
li, vt ſuſcitares terram, & poſſideres heredi-
9 tates diſſipatas: * vt diceres his,qui vincti ſũt:
Exite, & his, qui in tenebris: Reuelamini,
ſuper vias paſcentur, & in omnibus planis " Apo.7.
10 paſcua eorum. * " Non eſurient, neque ſi- d.16.
tient, & non percutiet eos æſtus & Sol: quia
miſerator eorũ reget eos, & ad fontes aqua-
11 rum potabit eos. * Et ponam omnes mon-
tes meos in viam, & ſemitæ meę exaltabun-
12 tur. * Ecce iſti de longè venient, & ecce illi
D ab Aquilone, & mari, & iſti de terra Auſtra-
13 li. * Laudate cęli,& exulta terra,iubilate mõ
tes laudem: quia conſolatus eſt Dominus
populum ſuum, & pauperum ſuorum miſe
14 rebitur. * Et dixit Sion: Dereliquit me Do-
15 minus,& Dominus oblitus eſt mei. * Num-
quid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuũ,
vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa o-
blita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.
16 * Ecce in manib. meis deſcripſi te: muri tui
17 coram oculis meis ſemper. * Venerunt ſtru
ctores tui: deſtruentes te, & diſſipantes à te
18 exibunt. * " Leua in circuitu oculos tuos, & " Inf.60.
vide,omnes iſti congregati ſunt, venerũt ti- a.4.
E bi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus
his velut ornamento veſtieris, & circumda-
19 bis tibi eos quaſi ſponſa. * Quia deſerta tua,
& ſolitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc
anguſta erunt præ habitatoribus,& longè fu
20 gabuntur qui abſorbebant te. * Adhuc dicẽt
in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ: angu-
ſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi, vt ha-
21 bitem. * Et dices in corde tuo: Quis genuit
F mihi iſtos: ego ſterilis,& non pariens, tranſ-
migrata, & captiua: & iſtos quis enutriuit?
22 ego deſtituta & ſola,& iſti vbi erant? * Hæc
dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gen-
tes manum meam, & ad populos exaltabo
ſignum meum. Et afferent filios tuos in vl-
nis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.
* Et

* Et erunt reges nutritij tui,& reginæ nutri- 23
ces tuæ: vultu in terram demiſſo adorabunt
te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et G
ſcies quia ego Dominus,ſuper quo non con-
fundentur qui expectant eum. * Numquid 24
tolletur à forti præda? aut quod captum fue-
rit à robuſto,ſaluũ eſſe poterit? * Quia hæc 25
dicit dominus: Equidem,& captiuitas à for-
ti tolletur: & quod ablatum fuerit à robuſto,
ſaluabitur. Eos verò, qui iudicauerunt te,
ego iudicabo,& filios tuos ego ſaluabo. * Et 26
cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis: & quaſi
muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur: & ſciet
omnis caro, quia ego Dominus ſaluans te, &
redemptor tuus fortis Iacob.

CAP. L.

HÆc dicit Dominus: Quis eſt hic liber 1
repudij matris veſtrę,quo dimiſi eam? A
aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos?
ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, &
in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtrã.
* Quia veni, & non erat vir, vocaui, & non 2
" Inf.59. a.1. erat qui audiret, " numquid abbreuiata, &
paruula facta eſt manus mea, vt non poſſim
redimere? aut non eſt in me virtus ad libe- B
randum? Ecce in increpatione mea deſer-
tum faciam mare, ponam flumina in ſiccũ:
computreſcent piſces ſine aqua, & morietur
in ſiti. * Induam cælos tenebris, & ſaccum 3
ponam operimentum eorum. * Dominus 4
dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſu-
ſtentare eum,qui laſſus eſt verbo: erigit ma-
ne,mane erigit mihi aurem, vt audiam qua-
ſi magiſtrum. * Dominus Deus aperuit mi- 5
hi aurem,ego autem non contradico: retror-
" Mat.26 g.67. ſum non abijt: * " Corpus meum dedi per- 6
cutientibus, & genas meas vellentibus: fa- C
ciem meam non auerti ab increpantibus, &
conſpuentibus in me. * Dominus Deus auxi- 7
liator meus, ideo non ſum confuſus? ideo
poſui faciem meam, vt petram duriſſimam,
" Ro.8. f.33. & ſcio quoniam non confundar. * " Iuxta 8
eſt qui iuſtificat me, quis contradicet mihi?
ſtemus ſimul,quis eſt aduerſarius meus? ac-
cedat ad me. * Ecce Dominus Deus auxilia- 9
tor meus: quis eſt qui condemnet me? Ecce
omnes quaſi veſtimentum conterentur, ti-
nea comedet eos. * Quis ex vobis timens 10
Dominum, audiens vocem ſerui ſui? qui D
ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei,
ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper
Deum ſuum. * Ecce vos omnes accendentes 11
ignem accincti flammis,ambulate in lumine
ignis veſtri,& in flammis,quas ſuccendiſtis:
de manu mea factum eſt hoc vobis, in dolo-
ribus dormietis.

CAP. LI.

AVdite me qui ſequimini, quod iuſtum 1
eſt,& quæritis Dominum: attendite ad A
petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam la-
ci, de qua præciſi eſtis. * Attendite ad Abra- 2
ham patrem veſtrum, & ad Saram,quę pepe
rit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi
3 ei, & multiplicaui eum. * Conſolabitur er-
go Dominus Sion,& cõſolabitur omnes rui-
nas eius: & ponet deſertum eius quaſi deli-
B cias,& ſolitudinem eius quaſi hortum Domi
ni. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gra-
4 tiarum actio, & vox laudis. * Attendite ad
me popule meus, & tribus mea me audite:
quia lex à me exiet,& iudicium meum in lu-
5 cem populorum requieſcet. * Prope eſt iu-
ſtus meus,egreſſus eſt ſaluator meus,& bra-
chia mea populos iudicabunt: me inſulæ ex-
pectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.
6 * Leuate in cælum oculos veſtros, & videte
ſub terra deorſum, quia cæli ſicut fumus li-
queſcent, & terra ſicut veſtimentum attere-
tur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt:
C " Salus autem mea in ſempiternum erit, & " Pſ.36.
7 iuſtitia mea non deficiet. * Audite me qui e.39.
ſcitis iuſtum, populus meus lex mea in cor-
de eorum: nolite timere opprobrium homi-
num, & blaſphemias eorum ne metuatis.
8 * Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos
vermis, & ſicut lanam, ſic deuorabit eos ti-
nea: Salus autem mea in ſempiternum erit,
& iuſtitia mea in generatione generationũ.
9 * Conſurge,conſurge, induere fortitudi-
nem brachium Domini: conſurge ſicut in
diebus antiquis, in generationibus ſæculo-
rum. Numquid non tu percuſſiſti ſuperbũ,
vulneraſti draconem?
10 * " Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam " Exo.14
D abyſſi vehementis: qui poſuiſti profundum c.21.
maris viam, vt tranſirent liberati?
11 * Et nunc qui redempti ſunt à Domino,
reuertentur,& venient in Sion laudantes, &
lætitia ſempiterna ſuper capita eorum gau-
dium, & lætitiam tenebunt, fugiet dolor, &
12 gemitus. * Ego, ego ipſe conſolabor vos:
quis tu vt timeres ab homine mortali,& à fi
13 lio hominis, qui quaſi fenũ ita areſcet? * Et
E oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit
cælos, & fundauit terram: & formidaſti iu-
giter tota die à facie furoris eius,qui te tribu
labat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc
14 eſt furor tribulantis? * Cito veniet gradiens
ad aperiendum, & non interficiet vſque ad
15 internecionem,nec deficiet panis eius. * Ego
autem ſum dominus Deus tuus, qui contur-
bo mare, & intumeſcunt fluctus eius Domi-
16 nus exercituum nomen meum. * " Poſui " Sup.49
F verba mea in ore tuo, & in vmbra manus a.2.
meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes
terram: & dicas ad Sion: Populus meus es
17 tu * Eleuare,eleuare,cõſurge Ieruſalẽ, quæ
bibiſti de manu Domini calicem iræ eius: vſ-
que ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & po-
18 taſti vſque ad fæces. * Non eſt qui ſuſten-
tet eam ex omnibus filijs, quos genuit, &
non eſt qui apprehẽdat manum eius ex om- " Sup.47
19 nibus filijs,quos enutriuit. * " Duo ſunt quæ b.9.
occurrerunt tibi: quis contriſtabitur ſuper
te? vaſtitas,& contritio, & fames,& gladius,
20 quis cõſolabitur te? * Filij tui proiecti ſunt,
dor-

dormierunt in capite omnium viarum, ſi- G
cut oryx illaqueatus: pleni indignatione Do-
mini, increpatione Dei tui. * Idcirco audi 21
hoc paupercula, & ebria non à vino. * Hæc 22
dicit dominator tuus Dominus, & Deus
tuus, qui pugnabit pro populo ſuo: Ecce tu-
li de manu tua calicem ſoporis, fundum ca-
licis indignationis meæ, non adijcies, vt bi-
bas illum vltra. * Et ponam illum in manu 23
eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt
animæ tuæ: Incuruare, vt tranſeamus: &
poſuiſti, vt terram corpus tuum, & quaſi
viam tranſeuntibus.

CAP. LII.

Conſurge, conſurge, induere fortitudine 1
tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ A
Ieruſalem ciuitas ſancti: quia nõ adijciet vl-
tra, vt pertrãſeat per te incircumciſus, & im-
mundus * Excutere de puluere, conſurge, 2
ſede Ieruſalem: ſolue vincula colli tui capti-
ua filia Sion. * Quia hæc dicit Dominus: 3
Gratis venundati eſtis, & ſine argento redi-
memini. * Quia hæc dicit Dominus Deus: 4
[Gen.46. a.6.] " In Ægyptum deſcendit populus meus in B
principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſ-
que vlla cauſa calumniatus eſt eum. * Et 5
numquid mihi eſt hic, dicit Dominus quo-
niam ablatus eſt populus meus gratis? Do-
minatores eius iniquè agunt, dicit Domi-
[Rom.2. d.24.] nus, " & iugiter tota die nomen meum bla-
ſphematur. * Propter hoc ſciet populus meus 6
[Iere.36. d.20.] nomen meum in die illa: quia ego ipſe, qui
loquebar, ecce adſum. * " Quam pulchri ſu- 7
[Ro.10. c.15. Nath.1. d.15.] per montes pedes annunciantis, & prædicã-
tis pacem: annunciantis bonum, prædican-
tis ſalutem, dicentis Sion: Regnabit Deus
tuus. * Vox ſpeculatorum tuorum: leuaue- 8
runt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo
ad oculum videbunt cum conuerterit Do- C
minus Sion. * Gaudete, & laudate ſimul de- 9
ſerta Ieruſalem: quia conſolatus eſt Domi-
nus populum ſuum, redemit Ieruſalẽ. * Pa- 10
rauit Dominus brachium ſanctum, ſuum
in oculis omnium Gentium: " & videbunt
[Pſ.97. a.3.] omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. * Re- 11
cedite, recedite, exite inde, " pollutum noli-
[2. Cor. 6.d.17.] te tangere: exite de medio eius, mundami-
ni, qui fertis vaſa Domini. * Quoniam non 12
in tumultu exibitis, nec in fuga properabi- D
tis: præcedit enim vos Dominus, & congre-
gabit vos Deus Iſrael. * Ecce intelliget ſer- 13
uus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſub-
limis erit valde. * Sicut obſtupuerunt ſuper 14
te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpe-
ctus eius, & forma eius inter filios homi-
num. * Iſte aſperget gentes multas, ſuper ip- 15
[Ro.15. e.21.] ſum continebunt reges os ſuum: " quia qui-
bus non eſt narratum de eo, viderunt: & qui
non audierunt, contemplati ſunt.

CAP. LIII.

[Io.12. f.38.] Qvis credidit auditui noſtro? & brachiũ 1
Domini cui reuelatum eſt? * Et aſcen- 2
A det ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix
de terra ſitienti: nõ eſt ſpecies ei, neq. decor:
& vidimus eum, & non erat aſpectus, & de- [Ro 16. d.16.]
3 ſiderauimus eum: * " Deſpectum, & nouiſſi-
ſimum virorum, virum dolorum, & ſcien- [Mar.9. b.12.]
tem infirmitatem: & quaſi abſconditus vul-
tus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus [Mat.8. c.17.]
4 eum. * " Verè languores noſtros, ipſe tulit, &
B dolores noſtros ipſe portauit: & nos putaui-
mus eum, quaſi leproſum, & " percuſſum à
5 Deo, & humiliatum. * " Ipſe autem vulnera- [1. Cor. 15.a.3.]
tus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt
propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ
6 ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. * Om-
nes nos, quaſi oues errauimus, vnuſquiſque
in viam ſuam declinauit: & poſuit Dominus
7 in eo iniquitatẽ omnium noſtrum. * Obla-
C tus eſt, quia ipſe voluit: & nõ aperuit os ſuũ,
ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi a-
gnus coram tondente ſe obmuteſcet, " & nõ [Mat.26. f.63.]
8 aperiet os ſuum. * De anguſtia, & de iudicio
ſublatus eſt: generationem eius, quis enarra- [Act.8. f.32.]
bit? quia abſciſſus eſt de terra viuentiũ: pro-
9 pter ſcelus populi mei percuſſi eum. * Et da-
bit impios pro ſepultura, & " diuitem pro [1. Pet. 2.d.22.]
morte ſua: " eò quod iniquitatem non fecerit, [1. Io. 3. a.5.]
10 neq. dolus fuerit in ore eius * Et Dominus
voluit conterere eum in infirmitate: ſi po-
ſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſe-
men longæuum, & voluntas Domini in ma-
11 nus eius dirigetur. * Pro eo, quod laborauit
D anima eius, videbit, & ſaturabitur: in ſcientia
ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus mul-
12 tos, & iniquitates eorum ipſe portabit. * Ideò
diſpertiam ei plurimos: & fortium diuidet
ſpolia, pro eo, quod tradidit in mortem ani- [Mat.15. c.28.]
mam ſuam, " & cum ſceleratis reputatus eſt: [Luc.22. d.37.]
& ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſ-
greſſoribus rogauit.

CAP. LIV.

1 A Lauda ſterilis, quæ non paris: decãta lau- [Luc.23. d.29.]
dem, & hinni, quæ non pariebas: quo- [Gal.4.d. 27.]
niam multi filij deſertæ magis, quam eius,
2 quæ habet virum, dicit Dominus * Dilata lo-
cum tentorij tui, & pelles tabernaculorum
tuorum extende, ne parcas: longos fac fu-
3 niculos tuos, & clauos tuos conſolida. * Ad
B dexteram enim, & ad læuam penetrabis: &
ſemen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates
4 deſertas inhabitabit. * Noli timere, quia non
confunderis, neque erubeſces: non enim te
pudebit, quia confuſionis, adoleſcentiæ tuæ
obliuiſceris, & opprobrij viduitatis tuæ non
5 recordaberis amplius. * Quia dominabitur
C tui, qui fecit te, " Dominus exercituum no- [Luc.1. e.31.]
men eius: & redemptor tuus ſanctus Iſrael,
6 Deus omnis terræ vocabitur. * Quia vt mu-
lierem derelictam, & mœrentem ſpiritu vo-
cauit te Dominus, & vxorem ab adoleſcen-
7 tia abiectam, dixit Deus tuus. * Ad punctum
in modico dereliqui te, & in miſerationibus
8 magnis congregabo te. * In momento indi-
gna-

gnationi, abſcondi faciem meam parumper D
à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus
[Gen.9. b.15.] ſum tui: dixit redemptor tuus Dñs. * " Sicut 9
in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne
inducerem aquas Noe vltra ſupra terram:
ſic iuraui vt non iraſcar tibi, & non increpẽ
te. * Montes enim commouebuntur, & 10
colles contremiſcent: miſericordia autẽ mea E
non recedet à te, & fœdus pacis meæ non
mouebitur: dixit miſerator tuus Dominus.
* Paupercula tempeſtate conuulſa, abſque 11
vlla conſolatione. Ecce ego ſternam per or-
dinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphi-
ris, * & ponam iaſpidem propugnacula tua: 12
& portas tuas in lapides ſculptos, & omnes F
[Io.6.e. 45.] terminos tuos in lapides deſiderabiles: * " 13
Vniuerſos filios, tuos doctos à Domino: &
multitudinem pacis filijs tuis. * Et in iuſtitia 14
fundaberis: recede procul à calumnia, quia
non timebis, & à pauore, quia non appropin-
quabit tibi. * Ecce accola veniet, qui non e- 15
rat mecum, aduena quondam tuus adiun-
getur tibi. * Ecce ego creaui fabrum ſufflan- 16
tem in igne prunas, & proferentem vas in G
opus ſuum, & ego creaui interfectorem ad
diſperdendum. * Omne vas, quod fictũ eſt 17
eſt contra te, non dirigetur: & omnem linguã
reſiſtentem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc eſt
hereditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eo-
rum apud me, dicit Dominus.

CAP. LV.

[Eccl.51. d.33.] Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui 1
non habetis argentum, properate, emi- A
te, & comedite: venite, emite abſque argento
& abſque vlla commutatione vinum, & lac.
* Quare appenditis argentum non in pani- 2
bus, & laborem veſtrum non in ſaturitate?
Audite audientes me, & comedite bonum,
& delectabitur in craſſitudine anima veſtra.
* Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: 3
[Act.13. e.34.] audite, & viuet anima veſtra, & feriam vo- B
biſcum pactum ſempiternum, " miſericor-
dias Dauid fideles. * Ecce teſtem populis de- 4
di eum, ducem ac præceptorem Gentibus.
* Ecce gentem, quam neſciebas, vocabis: & 5
Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te cur-
rent propter Dominum Deum tuũ, & ſan-
ctum Iſrael, quia glorificauit te. * Quærite 6
Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate
eum, dum propè eſt. * Derelinquat impius 7
viã ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas,
& reuertatur ad Dominum, & miſerebitur C
eius, & ad Deum noſtrum, quoniam mul-
tus eſt ad ignoſcendũ. * Non enim cogitatio- 8
nes meæ, cogitationes veſtræ: neque viæ ve-
ſtræ, viæ meæ, dicit Dominus. * Quia ſicut 9
exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ
meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à co-
gitationibus veſtris. * Et quomodo deſcen- 10
dit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non re
uertetur, ſed inebriat terram, & infundit D
eam, & germinare eam facit, & dat ſemen
ſerenti, & panem comedenti; * Sic erit ver- 11
bum meum, quod egredietur de ore meo:
non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet
quæcumq; volui, & proſperabitur in his, ad
12 quæ miſi illud. * Quia in lætitia egredimi-
ni, & in pace deducemini: montes & colles
cantabunt coram vobis laudem, & omnia li-
13 gna regionis plaudent manu. * Pro ſaliunca
aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus:
& erit Dominus nominatus in ſignum æter-
num, quod non auferetur.

CAP. LVI.

1 A Hæc dicit Dominus: Cuſtodite iudiciũ [Sap.1.a.1.]
& facite iuſtitiam: quia iuxta eſt ſalus
mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur.
2 * Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis,
qui apprehendet iſtud: cuſtodiens ſabbatũ
ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas, ne
3 faciat omne malum. * Et non dicat filius ad-
B uenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separa-
tione diuidet me Dominus à populo ſuo.
Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum
4 aridum. * Quia hæc dicit Dominus Eunu-
chis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & ele-
gerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus
5 meum: * Dabo eis in domo mea, & in mu-
ris meis locum, & nomen melius à filijs, &
filiabus: nomen ſempiternum dabo eis,
6 quod non peribit. * Et filios aduenæ, qui
C adhærent Domino, vt colant eum, & diligãt
nomen eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cu-
ſtodientem ſabbatum ne polluat illud, &
7 tenentem fœdus meum. * Adducam eos in
montem ſanctum meum, & lætificabo eos
in domo orationis meæ: holocauſta eorum,
& victimæ eorum placebunt mihi ſuper al-
tari meo, " quia domus mea domus oratio- [Mat.21. b.13.]
8 nis vocabitur cunctis populis. * Ait Domi- [Mar.11. c.17.]
nus Deus, qui congregat diſperſos Iſrael: Ad-
9 huc congregabo ad eum congregatos eius. *
Omnes beſtiæ agri venite ad deuorãdũ, vni- [Luc.19. g.46.]
10 uerſæ beſtiæ ſaltus. * Speculatores eius cæci
D omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non
valentes latrare, videntes vana, dormientes,
11 & amantes ſomnia. * Et canes impudentiſ-
ſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores i-
gnorauerunt intelligentiam: omnes in viam
ſuã declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiã
12 ſuam à ſummo vſq. ad nouiſſimum. * Veni-
te, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate,
& erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo am-
plius.

CAP. LVII.

1 A Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in cor-
de ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur.
quia non eſt qui intelligat, à facie enim ma-
2 litiæ collectus eſt iuſtus. * Veniat pax, requie-
ſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directio-
3 ne ſua. * Vos aũt accedite huc filij augura-
4 tricis, ſemen adulteri, & fornicariæ. * Super
quem luſiſtis? ſuper quẽ dilataſti os, & ejeci-

ſtis linguam?numquid non vos filij ſceleſti,
ſemen mendax?*qui conſolamini in dijs ſub 5
ter omnem lignum frondoſum,immolantes
paruulos in torrentibus, ſubter eminẽtes pe-
tras?* in partibus torrentis pars tua, hæc eſt 6
ſors tua, & ipſis effudiſti libamen, obtuliſti
ſacrificium,numquid ſuper his non indigna
bor?*Super montem excelſum,& ſublimem 7
poſuiſti cubile tuũ, & illuc aſcendiſti vt im- B
molares hoſtias.* Et poſt oſtium, & retro 8
poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia iux-
ta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterũ:
dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœ
dus:dilexiſti ſtratum eorum manu aperta.
* Et ornaſti te regi vnguento, & multipli- 9
caſti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos pro-
cul, & humiliata es vſque ad inferos.* In 10
multitudine viæ tuæ laboraſti: non dixiſti:
Quieſcam:vitam manus tuæ inueniſti. pro-
pterea non rogaſti.* Pro quo ſolicita timui- 11
ſti,quia mentita es, & mei non es recordata, C
neque cogitaſti in corde tuo?quia ego tacens,
& quaſi non videns, & mei oblita es.* Ego 12
annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua nõ
proderunt tibi.* Cum clamaueris, liberent 13
te congregati tui, & omnes eos auferet ven-
tus,tollet aura: Qui autem fiduciam habet
mei: hereditabit terram, & poſſidebit mon-
‖ Inf. 62. d.10. tem ſanctum meum.* Et dicam: ‖ Viam fa- 14
cite,præbete iter,declinate de ſemita,auferte
offendicula de via populi mei.* Quia hæc 15
dicit Excelſus, & ſublimis habitans æterni-
tem:& ſanctum nomen eius in excelſo, & in
ſancto habitans, & cum contrito, & humi-
li ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium, D
& viuificet cor contritorum.* Non enim in 16
ſempiternum litigabo, neque vſq; ad finem
iraſcar,quia ſpiritus à facie mea egredietur,
& flatus ego faciam.* Propter iniquitatem 17
auaritiæ eius iratus ſum,& percuſſi eum: ab
ſcondi à te faciem meã, & indignatus ſum:
& abijt vagus in via cordis ſui.* Vias eius 18
vidi, vidi,& ſanaui eum, & reduxi eum, &
reddidi cõſolationes ipſi,& lugentibus eius.
* Creaui fructum labiorum pacem, pacem 19
ei,qui longè eſt,& qui propè,dixit Dominus,
& ſanaui eum.* Impij autem quaſi mare fer 20
uens,quod quieſcere non poteſt,& redundãt
fluctus eius in conculcationem, & lutum.* 21
‖ Sup.48. d.22. ‖ Non eſt pax impijs, dicit Dominus Deus.

CAP. LVIII.

Clama,ne ceſſes,quaſi tuba exalta vocem 1
tuam, & annuncia populo meo ſcelera A
eorum,& domui Iacob peccata eorum.* Me 2
etenim de die in diem quærunt,& ſcire vias
meas volunt:quaſi gens, quæ iuſtitiam fece-
rit,& iudicium Dei ſui non dereliquerit: ro-
gant me iudicia iuſtitiæ: appropinquare Deo
volunt.* Quare ieiunauimus, & non aſpexi 3
ſti:humiliauimus animas noſtras,& neſciſti?
Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas
veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis.
* Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & 4
B percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſi-
cut vſque ad hanc diem,vt audiatur in ex-
5 celſo clamor veſter.* ‖ Numquid tale eſt ‖ Zac. 7. b.5.
ieiunium quod elegi, per diem affligere ho-
minem animam ſuam? numquid cõtorque-
re quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, &
cinerem ſternere? numquid iſtud vocabis
ieiunium,& diem acceptabilem Domino?
6 * Nonne hoc eſt magis ieiunium, quod ele-
gi? diſſolue colligationes impietatis, ſolue
faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui cõ-
fracti ſunt,liberos, & omne opus dirumpe. ‖ Eze.18. b.16. Mat. 25. c.35.
7 * ‖ Frange eſurienti panem tuum,& egenos,
C vagoſque induc in domum tuam: cum vi-
deris nudum, operi eum, & carnem tuam
8 ne deſpexeris.* Tunc erumpet quaſi mane
lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, &
anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria
9 Domini colliget te.* Tunc inuocabis,& Do
minus exaudiet:clamabis,& dicet: Ecce ad-
ſum: ſi abſtuleris de medio tui catenam, &
deſieris extendere digitum, & loqui quod
10 non prodeſt.* Cum effuderis eſurienti ani-
mam tuam, & animam afflictam repleue-
ris,orietur in tenebris lux tua, & tenebræ
11 tuæ erunt ſicut meridies.* Et requiem tibi
D dabit Dominus ſemper,& implebit ſplendo
ribus animam tuam,& oſſa tua liberabit, &
erit quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aqua- ‖ Inf.61. a.4.
12 rum,cuius non deficient aquæ.* ‖ Et ædifi-
cabuntur in te deſerta ſæculorum: funda-
menta generationis, & generationis ſuſcita-
bis:& vocabis ædificator ſepium auertens ſe
13 mitas in quietem.*Si auerteris a ſabbato pe-
dem tuum, facere voluntatem tuam in die
ſancto meo,& vocaueris ſabbatum delicatũ,
& ſanctum Dñi glorioſum, & glorificaueris
eum,dum non facis vias tuas,& non inueni-
14 tur voluntas tua, vt loquaris ſermonem:*
Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtol-
lam te ſuper altitudines terræ,& cibabo te he
reditate Iacob patris tui,os enim Domini lo-
cutum eſt.

CAP. LIX.

1 Ecce non eſt abbreuiata manus Domini Nu.11.c.23.
A vt ſaluare nequeat,neque aggrauata eſt
2 auris eius vt non exaudiat:* Sed iniquitates Sup. 50. a.2.
veſtræ diuiſerũt inter vos,& Deum veſtrũ,
& peccata veſtra abſconderunt faciẽ eius à ‖ Sup.1. d.15.
3 vobis ne exaudiret.* ‖ Manus enim veſtræ
pollutæ ſunt ſanguine,& digiti veſtri iniqui-
tate:labia veſtra locuta ſunt mendacium, &
4 lingua veſtra iniquitatẽ fatur.* Non eſt qui
inuocet iuſtitiam,neque eſt qui iudicet verè:
ſed confident in nihilo, & loquuntur vani- ‖ Iob.15. d.35.
tates: ‖ conceperunt laborem, & pepererunt
5 iniquitatẽ.* Oua aſpidum ruperunt, & telas
araneæ texuerunt:qui comederit de ouis eo-
rũ,morietur, & quod confotum eſt, erum- ‖ Pro. 1. b.16. Rom. 3. c.15.
6 pet in regulũ.* Telæ eorum non erunt in ve
B ſtimentũ, neque operientur operibus ſuis:
opera eorũ opera inutilia, & opus iniquita-
7 tis in manibus eorum.* ‖ Pedes eorum ad
ma-

malum currunt,& feſtinant vt effundant ſã
guinem innocentem:cogitationes eorum co-
gitationes inutiles:vaſtitas,& contritio in vijs
eorum.* Viam pacis neſcierunt, & non eſt 8
iudicium in greſſibus eorum,ſemitæ eorum
incuruatæ ſunt eis: omnis qui calcat in eis,
ignorat pacem.* Propter hoc elongatum eſt 9
iudicium à nobis,& non apprehendet nos iu
ſtitia:expectauimus lucem, & ecce tenebræ:
ſplendorem, & in tenebris ambulauimus.
* Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi 10
abſque oculis attrectauimus: impegimus me
ridie quaſi in tenebris,in caliginoſis quaſi mor
tui.* Rugiemus quaſi vrſi omnes,& quaſi 11
columbæ meditantes gememus, expectaui- C
mus iudicium, & non eſt: ſalutem, & elon-
gata eſt à nobis.* Multiplicatæ ſunt enim ini 12
quitates noſtræ coram te,& peccata noſtra re
ſponderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobi-
ſcum, & iniquitates noſtras cognouimus,* 13
peccare, & mentiri contra Dominum: & a-
uerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei no-
ſtri,vt loqueremur calumniam,& tranſgreſ-
ſionem: concepimus,& locuti ſumus de cor-
de verba mendacij.* Et conuerſum eſt re- 14
trorſum iudicium,& iuſtitia lõgè ſtetit: quia
corruit in platea veritas, & æquitas non po-
tuit ingredi.* Et facta eſt veritas in obliuio- 15
nem:& qui receſſit à malo,prædæ patuit: &
vidit Dñs,& malum apparuit in oculis eius,
quia nõ eſt iudicium.* & vidit quia non eſt 16
vir:& aporiatus eſt, quia non eſt, qui occur- D
rat,& ſaluauit ſibi brachium ſuum, & iuſti-
‖ Eph.6. c.17. 1.The.5. b.8. tia eius ipſa cõfirmauit eum.* ‖ Indutus eſt 17
iuſtitia vt lorica,& galea ſalutis in capite eius
indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus
eſt quaſi pallio zeli.* Sicut ad vindictã quaſi 18
ad retributionẽ indignationis hoſtibus ſuis,
& viciſſitudinem inimicis ſuis:inſulis vicem
reddet.* Et timebunt,qui ab Occidente,no- 19
men Domini,& qui ab ortu ſolis,gloriã eius:
cum venerit quaſi fluuius violentus, quem
‖ Ro. 11. d.26. ſpiritus Domini cogit:* ‖ & venerit Sion redẽ 20
ptor,& eis,qui redeũt ab iniquitate in Iacob,
dicit Dominus.* Hoc fœdus meum cum eis,21
dicit Dominus:Spiritus meus,qui eſt in te, &
verba mea,quæ poſui in ore tuo,non recedẽt
de ore tuo,& de ore ſeminis tui,& de ore ſe-
minis,ſeminis tui,dicit Dominus, amodò, &
vſque in ſempiternum.

CAP. LX.

Surge illuminare Ieruſalem:quia venit lu- 1
men tuum,& gloria Domini ſuper te or- A
ta eſt.*Quia ecce tenebræ operient terram,& 2
caligo populos: ſuper te autem orietur domi
nus,& gloria eius in te videbitur.* Et ambu- 3
labunt Gentes in lumine tuo,& reges in ſplẽ
‖ Sup.49. d.18. dore ortus tui.* ‖ Leua in circuitu oculos tuos, 4
& vide:omnes iſti congregati ſunt,venerunt
tibi:filij tui de longè venient,& filiæ tuæ de la
tere ſurgent.* Tunc videbis,& afflues, mira- 5
bitur,& dilatabitur cor tuum quando con-
uerſa fuerit ad te multitudo maris,fortitudo
6 Gentium venerit tibi:* Inundatio camelorũ
operiet te,dromedarij Madian,& Epha:om
nes de Saba venient,aurum,& thus deferen-
7 tes,& laudem Domino annunciantes.* Om-
ne pecus Cedar cõgregabitur tibi,arietes Na
B baioth miniſtrabunt tibi:offerẽtur ſuper pla
cabili altari meo,& domum maieſtatis meæ
8 glorificabo.* Qui ſunt iſti, qui vt nubes vo-
9 lant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?*
Me enim inſulæ expectãt,& naues maris in
principio vt adducam filios tuos de longè:ar
gentum eorum,& aurum eorum cum eis no
mini Domini Dei tui, & ſancto Iſrael, quia
10 glorificauit te.* Et ædificabunt filij peregri-
norum muros tuos,& reges eorum miniſtra
bunt tibi:in indignatione enim mea percuſ-
ſi, & in reconciliatione mea miſertus
11 ſum tui.* ‖ Et aperientur portæ tuæ iugiter, ‖ Ap.21. g.25.
die ac nocte non claudentur,vt afferatur ad
te fortitudo Gentium,& reges earum addu-
12 cantur.* Gens enim,& regnum,quod nõ ſer
uierit tibi,peribit:& Gentes ſolitudine vaſta-
13 buntur.* Gloria Libani ad te veniet,abies &
C buxus,& pinus ſimul ad ornandum locum
ſanctificationis meæ,& locum pedum meo-
14 rum glorificabo.* Et venient ad te curui filij
eorum,qui humiliauerunt te, & adorabunt
veſtigia pedum tuorum omnes,qui detrahe
bant tibi,& vocabunt te Ciuitatem Domini,
15 Sion ſancti Iſrael.* Pro eo quod fuiſti dere-
licta,& odio habita,& non erat,qui per te trã
ſiret,ponam te in ſuperbiam ſæculorum,gau
dium in generationem,& generationem: &
16 * ſuges lac gentium,& mammilla regum la-
ctaberis: & ſcies quia ego Dominus ſaluans
17 te,& redemptor tuus fortis Iacob.* Pro ære
D afferam aurum,& pro ferro afferam argen-
tum:& pro lignis æs,& pro lapidibus ferrũ:
& ponam viſitationem tuam pacem,& præ-
18 poſitos tuos iuſtitiam.* Non audietur vltra
iniquitas in terra tua,vaſtitas,& contritio in
terminis tuis,& occupabit ſalus muros tuos,
19 & portas tuas laudatio.* ‖ Non erit tibi am- ‖ Ap.21. g.23. & 22. a.5.
plius Sol ad lucendum per diem, nec ſplen-
dor lunæ illuminabit te:ſed erit tibi Domi-
nus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in
20 gloriam tuam.* Nõ occidet vltra Sol tuus,&
Luna tua non minuetur:quia erit tibi Domi-
nus in lucem ſempiternam,& complebuntur
21 dies luctus tui.* Populus autem tuus omnes
iuſti,in perpetuum hereditabunt terram,ger
men plantationis meæ,opus manus meæ ad
22 glorificandum.* Minimus erit in mille, &
paruulus in gentem fortiſſimam:ego Domi-
nus in tempore eius ſubito faciam iſtud.

CAP. LXI.

1 Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxe-
A rit Dominus me:ad annunciandum man Luc.4.c.18.
ſuetis miſit me,vt mederer contritis corde,
& prædicarem captiuis indulgentiam,& clau
2 ſis apertionem:* Vt prædicarem annum pla
cabilem domino, & diem vltionis Deo no- ‖ Mat.5. a.3.
3 ſtro,* vt conſolarer omnes lugentes.*vt po-

nerem lugentibus Sion: & dare eis coronam
pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium
laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in
ea fortes iustitiæ, plantatio domini ad glori-
ficandum.* " Et ædificabunt deserta à sæcu- B
Sup. 58. d. 12. lo, & ruinas antiquas erigent, & instaura- 4
bunt ciuitates desertas, dissipatas in gene-
rationem, & generationem.* Et stabunt alieni, 5
& pascent pecora vestra: & filij peregrinorũ
agricolæ, & vinitores vestri erunt.* Vos au- 6
tem Sacerdotes domini vocabimini: Mini-
stri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem
Gentium comedetis, & in gloria earum su-
perbietis:* Pro confusione vestra duplici: & 7
rubore laudabunt partem suam: propter hoc C
in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sẽ-
piterna erit eis.* Quia ego dñs diligens iudi- 8
cium, & odio habens rapinam in holocau-
sto, & dabo opus eorum in veritate, & fœdus
perpetuum feriam eis. * Et scient in Genti- 9
bus semen eorum, & germen eorum in me-
dio populorum: omnes, qui videtint eos, co-
gnoscent illos, quia isti sunt semen, cui bene-
dixit Dñs.* Gaudens gaudebo in Dño, & e- 10
xultabit anima mea in Deo meo: quia induit D
me vestimentis salutis: & indumento iusti-
tiæ circumdedit me, quasi sponsum decora-
tum corona, & quasi sponsam ornatam mo-
nilibus suis.* Sicut enim terra profert germẽ 11
suum, & sicut hortus semen suum germinat,
sic dominus Deus germinabit iustitiam, &
laudem coram vniuersis Gentibus.

CAP. LXII.

PRopter Sion non tacebo, & propter Ieru- 1
salem non quiescam, donec egrediatur, vt A
splendor iustus eius, & saluator eius, vt lam-
pas accendatur. * Et videbunt Gentes iustũ 2
tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vo-
cabitur tibi nomen nouum, quod os domini
nominabit * Et eris corona gloriæ in manu 3
domini, & diadema regni in manu Dei tui.
* Non vocaberis vltra Derelicta: & terra tua 4
non vocabitur amplius Desolata: sed vocabe-
ris Voluntas mea in ea, & terra tua inhabita-
ta, quia complacuit domino in te: & terra tua B
inhabitabitur.* Habitabit enim iuuenis cum 5
virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaude-
bit sponsus super sponsam, & gaudebit super
te Deus tuus. * Super muros tuos Ierusalem 6
constitui custodes, tota die, & tota nocte in C
perpetuum non tacebunt: Qui reminiscimi-
ni Domini, ne taceatis,* & ne detis silentiũ ei, 7
donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem lau-
dem in terra. * Iurauit dominus in dextera 8
sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero
triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: & si
Sup. 57. d. 15. biberint filij alieni vinum tuum, in quo labo-
rasti.* Quia qui congregant illud, comedent, 9
" Mat. 21. 2. 5. & laudabunt dominum: & qui comportant
Zach. 9. 9. illud, bibent in atrijs sanctis meis.* Transite 10
transite per portas, " præparate viam populo,
planum facite iter, eligite lapides, & eleuate D
signum ad Populos.* " Ecce dominus audi- 11
tum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion:
Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius
12 cum eo, & opus eius, coram illo. * Et voca-
bunt eos, Populus sanctus, redempti à Do-
mino. Tu autem vocaberis: Quæsita ciuitas,
& non Derelicta.

CAP. LXIII.

1 A QVis est iste, qui venit de Edom, tinctis
vestibus de Bosra? iste formosus in sto
la sua, gradiens in multitudine fortitudinis
suæ. Ego, qui loquor iustitiam, & propugna-
2 tor sum ad saluandum. * " Quare ergo ru- " Ap. 19. c. 13.
brum est indumentum tuum, & vestimen-
ta tua, sicut calcantium in torculari? * Torcu-
lar calcaui solus, & de Gentibus non est vir
mecum: calcaui eos in furore meo, & conci-
cauieos in ira mea: & aspersus est sanguis eo-
rum super vestimenta mea, & omnia indu-
4 menta mea inquinaui. * Dies enim vltionis
in corde meo annus redemptionis meæ ve-
5 nit. * Circumspexi, & non erat auxiliator:
quæsiui, & nõ fuit, qui adiuuaret: & saluauit
mihi brachium meum, & indignatio mea ip-
6 sa auxiliata est mihi * Et conculcaui populos
B in furore meo, & inebriaui eos in indignatio-
ne mea, & detraxi in terram virtutem eo-
7 rum. * Miserationum Domini recordabor,
laudem domini super omnibus, quæ redde-
dit nobis dominus, & super multitudinem
bonorum domui Israel, quæ largitus est eis
secundum indulgentiam suam, & secũdum
8 multitudinem misericordiarum suarum. *
Et dixit: Verumtamen populus meus est, filij
non negantes: & factus est ei saluator. * In
omni tribulatione eorum non est tribulatus,
C & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectio-
ne sua, & in indulgentia tua ipse redemit
eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis
10 diebus sæculi.* Ipsi autem ad iracundiã pro-
uocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti
eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse
11 debellauit eos.* Et recordatus est dierũ sæ-
culi Moysi, & populi sui:" Vbi est, qui eduxit " Ex. 14. c. 29.
eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi
est, qui posuit in medio eius spiritum sancti
12 sui?* Qui eduxit ad dexteram Moysen bra-
chio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos,
13 vt faceret sibi nomen sempiternum:* Qui e-
duxit eos per abyssos, quasi equum in deser-
14 to non impingentem. * Quasi animal in cã-
po descendens, spiritus Domini ductor eius
fuit: sic adduxisti populum tuum, vt faceres
15 tibi nomen gloriæ:* " Attende de cælo, & vi- " Deu. 26. d. 15.
D de de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ: Baru. 2. d. 16.
vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitu-
do viscerum tuorum, & miserationum tua-
16 rum? super me continuerunt se.* Tu enim
pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Is-
rael ignorauit nos: tu Domine pater noster,
17 redemptor noster, a sæculo nomen tuum. *
Quare errare nos fecisti Dñe de vijs tuis: in-
durasti cor nostrum ne timeremus te? con-
uer-

uertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuæ.* Quasi nihilum possederunt popu- 18
lum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam. * Facti fu- 19
mus, quasi in principio, cum non dominaremur nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

CAP. LXIIII.

VTinam disrumperes cælos, & descende- 1
res: à facie tua montes defluerent.* Sicut A
exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, 2
vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à
facie tua gentes turbarentur. * Cum feceris 3
mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à
facie tua montes defluxerunt. * " A sæculo 4
Cor. a. b. 9. non audierũt, neque auribus perceperunt o-
culus non vidit, Deus absq. te, quæ præparas-
ti expectantibus te.* Occurristi lætanti: & fa-
cienti iustitiam: in vijs tuis recordabũtur tui:
ecce tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fui-
mus semper, & saluabimur.* Et facti sumus 6
vt immundus omnes nos, & quasi pan-
nus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostrę:
& cecidimus, quasi folium vniuersi, & iniqui-
tates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos. * C
Non est, qui inuocet nomen tuum: qui con- 7
surgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam
a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis no-
stræ: * Et nunc Domine, pater noster es tu, 8
nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera
" Ps. 78. b. 9. manuum tuarum omnes nos. * " Ne irasca- 9
ris Domine satis, & ne vltra memineris ini-
quitatis nostræ: ecce respice, populus tuus oẽs
nos.* Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion 10
deserta facta est, Ierusalẽ desolata est.* Do- D
mus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostrę, 11
vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in
exustionem ignis, & omnia desiderabilia no-
stra versa sunt in ruinas. * Numquid super 12
his continebis te Domine, tacebis, & affliges
nos vehementer.

CAP. LXV.

QVæsierunt me, qui ante non interroga- 1
bant, inuenerunt qui non quæsierunt A
me, dixi: Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ
non inuocabat nomen meum.* Expãdi ma- 2
nus meas tota die ad populum incredulum,
qui graditur in via non bona post cogitatio-
nes suas. * Populus, qui ad iracundiam pro- 3
uocat me ante faciem meam semper: qui im-
molant in hortis, & sacrificant super lateres:
* qui habitãt in sepulchris, & in delubris ido- 4
lorum dormiunt: qui comedunt carnem suil-
lam, & ius profanum in vasis eorum. * Qui 5
dicunt: Recede à me, non appropinques mi-
hi, quia immundus es: isti fumus erunt in fu-
rore meo, ignis ardens tota die * Ecce scriptũ 6
est coram me: non tacebo, sed reddam, & re-
tribuam in sinu eorum * iniquitates vestras, 7
& iniquitates patrum vestrorum simul, dicit
Dominus, qui sacrificauerunt super montes:
& super colles exprobrauerunt mihi, & re-
8 metiar opus eorum primũ in sinu eorum. *
B Hæc dicit Dñs: Quomodo si inueniatur gra-
num in botro, & dicatur: Ne dissipes illud,
quoniam benedictio est: sic faciam propter
9 seruos meos, vt non disperdam totum. * Et
educam de Iacob semen, & de Iuda possi-
dentem montes meos, & hereditabunt eam
10 electi mei, & serui mei habitabunt ibi: * Et
erũt campestria in calas gregum, & vallis A-
chor in cubile armentorum populo meo, qui
11 requisierunt me. * Et vos, qui dereliquistis
Dñm, qui obliti estis montem sanctũ meum,
qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super
12 eam.* Numerabo vos in gladio, & oẽs in cę- " Pro. 1. c. 24.
de corruetis: " pro eo quod vocaui, & nõ re- Ier. 7. c.
spondistis: locutus sum, & non audistis, & fa- 23. Inf. 66.
ciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, b. 4.
13 elegistis.* Propter hoc hæc dicit Dñs Deus:*
14 Ecce serui mei comedẽt, & vos esurietis: ecce
C serui mei bibẽt, & vos sitietis: Ecce serui mei,
lætabuntur, & vos confundemini: Ecce serui
mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos
vos clamabitis præ dolore cordis, & prę con-
15 tritione spiritus vlulabitis.* Et dimittetis no-
men vestrum in iuramentum electis meis:
& interficiet te Dñs Deus, & seruos suos voca-
16 bit nomine alio.* In quo qui benedictus est
super terram, benedicetur in Deo amẽ: & q
iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obli-
uioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia
17 absconditæ sunt ab oculis meis.* " Ecce enim " Inf. 66.
ego creo cęlos nouos, & terram nouam: & nõ g. 22.
erunt in memoria, priora, & non ascendent, Apoc. 21
18 super cor.* Sed gaudebitis, & exultabitis, vs- a. 1.
que in sempiternũ in his, quæ ego creo, quia
ecce ego creo Ierusalem exultationem, & po-
19 pulũ eius gaudium. * Et exultabo in Ierusa-
D lem, & gaudebo in populo meo, & non au-
dietur in eo, vltra vox fletus, & vox clamo-
20 ris.* Non erit ibi amplius infans dierum, &
senex, qui non impleat dies suos, quoniam
puer centum annorum morietur, & peccator
21 centum annorum maledictus erit: * Et
ædificabunt domos, & habitabunt: & planta-
22 bunt vineas, & comedent fructus earum. *
Non ædificabunt, & alius habitabit: non pla-
cabunt, & alius comedet: secundum n. dies
ligni erunt dies populi mei, & opera manuũ
23 eorum inuetterabunt:* Electi mei nõ labora- " Psal. 51
bunt frustra, neque generabunt in contuba- b. 5.
tione: quia semen benedictorum Dñi est, & Sup. 11.
24 nepotes eorum cũ eis,* " Eritq. antequã cla- a. 6.
mẽt, ego exaudiã: adhucillis loquẽtibus, ego
25 audiam.* Lupus & agnus pascentur simul,
leo, & bos comedent paleas: & serpenti pul-
uis panis eius, non nocebunt, neque occident
in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

CAP. LXVI.

1 HÆc dicit Dominus: Cęlum sedes mea,
A terra autem scabellũ pedũm meorum:
quæ est ista Domus, quam ædificabitis mihi Act. 7. b.
2 & quis est iste locus quietis meæ? * Omnia 49.

hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa
ista, dicit Dominus, ad quem autem respiciã,
nisi ad pauperculum, & contritum spiritu,
& trementem sermones meos? * Qui immo- 3
lat bouem, quasi qui interficiat virum: qui
mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui
offert oblationem, quasi qui sanguinem suil- B
lum offerat, qui recordatur thuris, quasi qui
benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in vijs
suis, & in abominationibus suis anima eorũ 4
delectata est. * Vnde, & ego eligam illusiones
[u] eorum, & quæ timebant, adducam eis, [u] quia
vocaui, & non erat, qui responderet, locutus
sum, & non audierunt, feceruntq. malum in
oculis meis, & quæ nolui elegerunt. * Audite 5
verbum Domini, qui tremitis ad verbum
eius, dixerunt fratres vestri odientes vos, &
abijcientes propter nomen meum glorifice-
tur Dominus, & videbimus in lætitia vestra,
ipsi autem confundentur. * Vox populi de 6
ciuitate, vox de templo, vox Domini reddẽ- C
tis retributionem inimicis suis. * Antequam 7
parturiet, peperit: antequam veniret partus
eius, peperit masculum. * Quis audiuit vm- 8
quam tale? & quis vidit huic simile? num-
quid parturiet terra in die vna? aut parie-
tur gens simul, quia parturiuit, & peperit Siõ
filios suos? * Numquid ego, qui alios parere 9
facio, ipse non pariam, dicit Dominus? si ego,
qui generationem ceteris tribuo sterilis ero,
ait Dominus Deus tuus? * Lætamini cum 10
Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui di-
ligitis eam: gaudete cũ ea gaudio vniuersi: q
lugetis super eam, * vt sugatis, & repleamini 11
ab vbere consolationis eius: vt mulgeatis, & D
delicijs afluatis ab omnimoda gloria eius. * 12
Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declina-
bo super eam, quasi fluuium pacis, & quasi
torrentem inundantem gloriam Gentium,
quam sugetis, ab vbera portabimini, & super
genua blandientur vobis. * Quomodo si cui 13
mater blandiatur, ita ego consolabor vos, &
14 in Ierusalem consolabimini. * Videbitis, 5
& gaudebit cor vestrum, & ossa vestra, quasi
herba germinabunt, & cognoscetur manus
Domini seruis eius, & indignabitur inimicis
15 suis. * Quia ecce Dominus in igne veniet, &
E quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indi-
gnatione furorem suum, & increpationem
16 suam in flamma ignis, * quia in igne Domi-
nus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem
carnem, & multiplicabuntur interfecti à Do-
17 mino, * qui sanctificabantur, & mundos se
putabant in hortis post ianuam intrinsecus,
qui comedebant carnem suillam, & abomi-
nationem & murem: simul consumẽtur, di-
18 cit Dominus. * Ego autem opera eorum, &
F cogitationes eorum, venio [c] vt congregem
cum omnibus gentibus, & linguis, & veniẽt,
19 videbunt gloriam meam. * Et ponam in eis
signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint
ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam,
tendentes sagittam, in Italiam & Græciam,
ad insulas longè, ad eos, qui non audierunt
de me, & non viderunt gloriam meam. Et
20 annunciabunt gloriam meam Gentibus, * & 8
adducent omnes fratres vestros, de cunctis
Gentibus donum Domino in equis, & [c] in
quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in car-
rucis, ad montem sanctum meum Ierusalẽ,
dicit Dominus, quomodo si inferant filij Is-
G rael munus in vase mundo in domum Do-
21 mini. * Et assumam ex eis in sacerdotes, & [u] Apoc.
22 leuitas, dicit Dominus. * [u] Quia sicut cęli no- 21.a.1.
ui, & terra noua, quæ ego facio stare coram
me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum,
23 & nomen vestrum. * Et erit mensis ex men-
se, & sabbatum ex sabbato veniet, omnis ca-
ro, vt adoret coram facie mea, dicit Domi-
24 nus. * Et egredientur, & videbunt cadau-
era virorũ, qui præuaricati sunt me, [u] vermis [u] Marc.
eorum non morietur, & ignis eorum nõ ex- g.44.
tinguetur: & erunt vsque ad satietatem vi-
sionis omni carni.

[u] Pro.1.c.24.e. Ier.7.e.13. Sup.65.b.22.

PRO-

PROPHETIA IEREMIÆ.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Ieremiæ filij Helciæ, 1
de sacerdotibus, qui fuerunt in A
Anathoth, in Terra Beniamin.
* Quod factum est verbum Do- 2
mini ad eum in diebus Iosiæ fi-
lij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno
regni eius. * Et factum est in diebus Ioakim 3
filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad cõsummatio-
nem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis
Iuda, vsque ad trãsmigrationẽ Ierusalem, in
mense quinto. * Et factum est verbũ Dñi ad 4
me, dicens: * Priusquam te formarem in vte- 5
ro, noui te, & antequam exires de vulua, san- B
ctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi
te. * Et dixi, A a a, Domine Deus: ecce nescio 6
loqui, quia puer ego sum. * Et dixit Dominus 7
ad me: Noli dicere: Puer sum: quoniam ad
omnia, quæ mittam te ibis: & vniuersa, quæ-
cumque mandauero tibi, loqueris. * Ne ti- 8
meas à facie eorum: quia tecum ego sum, vt
eruam te, dicit Dominus. * Et misit Domin 9
manum suam, & tetigit os meum: & dixit
Dominus ad me: Ecce dedi verba mea i ore
tuo, * ecce constitui te hodie super Gẽtes, & 10
super regna, [u] vt euellas, & destruas, & disper- C
das, & dissipes, & ædifices, & plantes. * Et fa- 11
ctum est verbum Domini ad me, dicens:
Quid tu vides Ieremia? Et dixi Virgã vigi-
lãtem ego video. * Et dixit Dominus ad me: 12
Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo
13 meo, vt faciã illud. * Et factum est verbum
Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vi-
des? Et dixi: Ollam succensam ego video, &
14 faciem eius à facie Aquilonis. * Et dixit Do-
minus ad me: [u] Ab Aquilone pandetur ma- [u] Inf.4.
15 lum super omnes habitatores terræ: * quia b.6.
ecce ego conuocabo omnes cognationes re-
gnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient
& ponent vnusquisque solium suum in in-
troitu portarum Ierusalem, & super omnes
D muros eius in circuitu, & super vniuersas vr
16 bes Iuda. * Et loquar iudicia mea cum eis su
per omnem malitiam eorum, qui dereliquer-
unt me, & libauerunt dijs alienis, & adora-
17 uerunt opus manuum suarũ. * Tu ergo ac-
cinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad eos
omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne formides à
facie eorum: nec enim timere te faciam vul-
18 tum eorum. * [u] Ego quippe dedi te hodie in [u] Inf. 6.
ciuitatem munitã, & in columnam ferream, g 27.
& in murum æreum, super omnem terram,
regibus Iuda, principibus eius, & sacerdoti-
19 bus, & populo terræ. * Et bellabunt aduer-
sum te, & non præualebunt: quia ego tecum
sum, ait Dominus, vt liberem te.

[u] Inf.18. 27.

CAP. II.

1 ET factum est verbum Domini ad me,
2 dicens: * Vade, & clama in aurib. Ieru-
A lem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recorda-
tus sum tui, miserans adolescentiam tuam,

&charitatem desponsationis tuæ, quando
secuta es me in deserto, in terra, quæ non se-
minatur. * Sanctus Israel Domino, primitiæ 3
frugum eius: omnes, qui deuorant eum, de-
linquunt: mala venient super eos, dicit Do-
minus. * Audite verbum Domini domus Ia- 4
cob, & omnes cognationes domus Israel:
" Mich. 6. a. 3. * hæc dicit Dominus. " Quid inuenerunt pa- 5
tres vestri in me iniquitatis, quia elongaue-
runt à me, & ambulauerunt post vanitatem,
& vani facti sunt? * Et non dixerunt: Vbi est 6
Dominus, qui ascendere nos fecit de Terra B
Ægypti: qui traduxit nos per desertum, per
terram inhabitabilem, & inuiam, per terram
sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua
non ambulauit vir, neque habitauit homo?
* Et induxi vos in terram Carmeli, vt come- 7
deretis fructum eius, & optima illius: & in-
gressi contaminastis terram meam, & here-
ditatem meam posuistis in abominationem.
* Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Domi- 8
nus? & tenentes legem nescierunt me, & pa-
stores præuaricati sunt in me: & prophetæ
prophetauerũt in Baal, & idola secuti sunt.
* Propterea adhuc iudicio cõtendam vobis- 9
cum, ait Dominus, & cum filijs vestris disce-
ptabo. * Transite ad insulas Cethim, & vide- 10
te: & in Cedar mittite, & considerate vehe- C
menter: & videte si factũ est huiuscemodi.
* Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi nõ 11
sunt dij: populus verò meus mutauit gloriã
suam in idolum. * Obstupescite cæli super 12
hoc, & portæ eius desolamini vehementer,
dicit Dominus. * Duo enim mala fecit popu- 13
lus meus: Me dereliquerũt fontem aquæ vi-
uæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissi-
patas, quæ continere non valent aquas. * Nũ- 14
quid seruus est Israel, aut vernaculus? quare
ergo factus est in prædam? * Super eum ru- 15
gierunt leones, & dederunt vocem suam, po
suerũt terram eius in solitudinem: ciuitates
eius exustæ sunt, & nõ est, qui habitet in eis.
* Filij quoque Mempheos, & Taphnes con- 16
stuprauerunt te vsque ad verticem. * Num- D
quid non istud factum est tibi, quia dereli- 17
quisti Dominum Deum tuum eo tempore,
quo ducebat te per viam? * Et nũc quid tibi 18
vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidã?
& quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas
aquam fluminis? * Arguet te malitia tua, & 19
auersio tua increpabit te. Scito, & vide quia
malũ, & amarum est reliquisse te Dominũ
Deum tuum, & non esse timorem mei apud
te, dicit Dominus Deus exercituum. * A sęcu 20
lo confregisti iugum meum, rupisti vincula
" Inf. 3. b. 6. mea, & dixisti: Nõ seruiam: " In omni enim
colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu
" Mat. 21 d. 33. prosternebaris meretrix. * Ego autem plan- 21
taui te vineam electam, omne semen verũ: E
quomodo ergo conuersa es mihi in prauum
vinea aliena? * Si laueris te nitro, & multipli- 22
caueris tibi herbam borith, maculata es in
iniquitate tua coram me, dicit Dñs Deus.
* Quomodo dicis: Non sum polluta, post 23
Baalim non ambulaui? vide vias tuas in cõ-
ualle, scito quid feceris: cursor leuis explicãs
24 vias suas. * Onager assuetus in solitudine, in
desiderio animæ suæ attraxit ventũ amoris
sui: nullus auertet eam: omnes, qui quærunt
eam, non deficient, in menstruis eius inue-
25 niẽt eam. * Prohibe pedem tuum à nudita-
te: & guttur tuum à siti. Et dixisti: Despera-
ui, nequaquam faciam: adamaui quippe alie-
26 nos, & post eos ambulo. * Quomodo cõfun-
F ditur fur quando deprehenditur, sic confusi
sunt domus Israel, ipsi & reges eorum prin-
27 cipes, & sacerdotes, & prophetæ eorũ, * di-
centes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu
me genuisti, " verterunt ad me tergũ, & non " Inf. 32. f. 33.
faciem, & in tempore afflictionis suæ dicẽt:
28 Surge, & libera nos. * Vbi sunt dij tui, quos
fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore
afflictionis tuæ: " secundum numerũ quip- " Inf. 11. c. 13.
pe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda.
29 * Quid vultis mecum iudicio contendere?
30 omnes, dereliquistis me, dicit Dñs. * Fru-
stra percussi filios vestros, disciplinam non
receperũt: deuorauit gladius vester prophe-
31 tas vestros, quasi leo vastator * generatio ve-
stra. Videte verbũ Domini: Numquid soli-
tudo factus sum Israeli, aut terra serotina? *
quare ergo dixit populus meus: Recessimus,
32 non veniemus vltra ad te: * Nũquid obliui-
C scetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ
pectoralis suæ? populus verò meus oblitus
33 est mei diebus innumeris. * Quid niteris bo-
nam ostendere viam tuam ad quærendã di-
lectionem, quæ insuper, & malitias tuas do-
34 cuisti vias tuas, * & in alis tuis inuentus est
sanguis animarum pauperum, & innocen-
tum, non in fossis inueni eos, sed in omni-
35 bus, quæ supra memoraui. * Et dixisti: Absq.
peccato, & innocens ego sum: & propterea
auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio
contendã tecum, eo quod dixeris: Non pec-
36 caui. * Quam vilis facta es nimis, iterans vias
tuas! & ab Ægypto confunderis, sicut con-
37 fusa es ab Assur. * Nam & ab ista egredie-
ris, & manus tuæ erunt super caput tuum,
quoniam obtriuit Dominus confidentiam
tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

CAP. III.

1 VVlgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem
suam, & recedens ab eo, duxerit virum
A alterum: numquid reuertetur ad eum vltra?
numquid non polluta, & contaminata erit
mulier illa? tu autem fornicata es cum ama-
toribus multis: tamen reuertere ad me, dicit
2 Dominus, & ego suscipiam te. * Leua oculos
tuos in directum, & vide vbi non prostrata
sis, in vijs sedebas, expectans eos quasi latro
in solitudine: & polluisti terram in fornica-
3 tionibus tuis, & in malitijs tuis. * Quam ob
rem prohibitę sunt stillæ pluuiarum, & sero-
tinus imber non fuit: frons mulieris meretri-
4 cis facta est tibi, noluisti erubescere: * Ergo
saltẽ amodo voca me: Pater meus, dux vir-
5 ginitatis meus tu es: * Numquid irasceris in
B perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce
locuta

locuta es, & fecisti mala, & potuisti. * Et di- 6
xit Dominus ad me in diebus Iosiæ regis:
" Sup. 2. d. 20. " Numquid vidisti, quæ fecerit auersatrix Is-
rael? abijt sibimet super omnem mõtem ex-
celsum, & sub omni ligno frõdoso, & forni-
cata est ibi. * Et dixi, cum fecisset hæc om- 7
nia: Ad me reuertere: & non est reuersa. Et
vidit præuaricatrix soror eius Iuda, * quia 8
pro eo, quòd mœchata esset auersatrix Isra-
el, dimisissem eam, & dedissem ei libellũ re-
pudij: & non timuit præuaricatrix Iuda so- C
ror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa.
* Et facilitate fornicationis suæ contamina- 9
uit terram, & mœchata est cum lapide, & li-
gno. * Et in omnibus his non est reuersa ad 10
me præuaricatrix soror eius Iuda in toto cor-
de suo, sed in mendacio, ait Dñs. * Et dixit 11
Dominus ad me: Iustificauit animam suam
auersatrix Israel, comparatione præuarica-
tricis Iudæ. * Vade, & clama sermones istos 12
contra Aquilonem, & dices: Reuertere auer- D
satrix Israel, ait Dominus, & non auertam
faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum,
dicit Dominus, & nõ irascar in perpetuum.
* Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia 13
in Dominum Deum tuum præuaricata es.
& dispersisti vias tuas alienis sub omni li-
gno frondoso, & vocem meam non audisti,
ait Dominus. * Conuertimini filij reuerten- 14
tes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & as-
sumam vos vnum de ciuitate, & duos de co-
gnatione, & introducam vos in Sion. * Et da- 15
bo vobis pastores iuxta cor meum, & pascẽt
vos scientia, & doctrina. * Cumq. multipli- 16
cati fueritis, & creueritis in terra in diebus il- E
lis, ait Dñs: non dicent vltra: Arca testamen-
ti Domini: neque ascendet super cor, neque
recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet
vltra. * In tempore illo vocabunt Ierusalem 17
Solium Domini: & congregabuntur ad eam
omnes Gentes in nomine Domini in Ieru-
salem, & non ambulabunt post prauitatem
cordis sui pessimi. * In diebus illis ibit do- 18
mus Iuda ad domum Israel, & veniẽt simul
de terra Aquilonis ad terram, quã dedi pa-
tribus vestris. * Ego autem dixi: Quomodo 19
ponam te in filios, & tribuam tibi terram
desiderabilem, hereditatem præclarã exer-
cituum Gentium? Et dixi: Patrem vocabis F
me, & post me ingredi non cessabis. * Sed 20
quomodo, si contemnat mulier amatorem
suum, sic contempsit me domus Israel, dicit
Dominus. * Vox in vijs audita est, ploratus, 21
& vlulatus filiorum Israel: quoniã iniquam
fecerunt viam suã, obliti sunt Domini Dei
sui. * Conuertimini filij reuertentes, & sana- 22
bo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad
te: tu enim es Dominus Deus noster. * Verè 23
mendaces erant colles, & multitudo mon- G
tium: verè in Domino Deo nostro salus Is-
rael. * Confusio comedit laborem patrũ no- 24
strorum ab adolescentia nostra, greges eorũ,
& armenta eorum, filios eorum, & filias eo-
rum. * Dormiemus in confusione nostra, & 25
operiet nos ignominia nostra; quoniam Do-
mino Deo nostro peccauimus nos, & patres
nostri ab adolescentia nostra vsque ad diem
hanc: & non audiuimus vocem Domini
Dei nostri.

CAP. IV.

1 SI reuerteris Israel, ait Dominus, ad me
A conuertere: si abstuleris offendicula tua
2 à facie mea, nõ commoueberis. * Et iurabis:
Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, &
in iustitia: & benedicẽt eum Gentes, ipsum-
3 que laudabunt. * Hæc enim dicit Dominus
viro Iuda, & Ierusalem: " Nouate vobis no- " Osee 10. d. 12.
4 uale, & nolite serere super spinas: * circum-
cidimini Domino, & auferte præputia cor-
dium vestrorũ viri Iuda, & habitatores Ie-
rusalẽ: ne fortè egrediatur, vt ignis indigna-
tio mea, & succendatur, & non sit, qui extin-
guat, propter malitiam cogitationũ vestra-
5 rum. * Annunciate in Iuda, & in Ierusalem
B auditum facite: loquimini, & canite tuba in
terra: clamate fortiter, & dicite: congregami-
6 ni, & ingrediamur ciuitates munitas, * leua-
te signum in Sion. Confortamini, nolite sta-
re, " quia malum ego adduco ab Aquilone, " Sup. 1. c. 14.
7 & contritionem magnam. * Ascendit leo de
cubili suo, & prædo Gentiũ se leuauit: egres-
sus est de loco suo, vt ponat terram tuam in
solitudinẽ: ciuitates tuæ vastabuntur, rema-
8 nentes absque habitatore. * Super hoc ac-
C cingite vos cilicijs, plangite, & vlulate: quia
non est auersa ira furoris Domini à nobis.
9 * Et erit in die illa, dicit Dñs: Peribit cor re-
gis, & cor principum: & obstupescent sacer-
10 dotes, & prophetæ cõsternabuntur. * Et di-
xi, Heu, heu, heu Domine Deus, ergo ne de-
cepisti populum istum, & Ierusalem, dicens:
Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vsq.
11 ad animam? * In tempore illo dicitur popu-
lo huic, & Ierusalem: Ventus vrens in vijs,
quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei nõ
12 ad ventilandum, & ad purgandum. * Spiri-
tus plenus ex his veniet mihi: & nũc ego lo-
13 quar iudicia mea cum eis. * Ecce quasi nubes
ascendet, & quasi tempestas currus eius: ve-
D lociores Aquilis equi illius: væ nobis, qñ va-
14 stati sumus. * Laua à malitia cor tuum Ieru-
salem, vt salua fias: vsquequo morabuntur
15 in te cogitationes noxiæ? * Vox enim annun
ciantis à Dan, & notum facientis idolum de
16 monte Ephraim. * Dicite gentibus: Ecce au-
ditum est in Ierusalẽ custodes venire de ter
ra lõginqua, & dare super ciuitates Iuda vo-
17 cẽ suã. * Quasi custodes agrorũ facti sunt su-
per eã in gyro: quia me ad iracundiã prouo-
18 cauit, dicit Dominus. * " Viæ tuæ, & cogita- " Sap. 1. a. 3. b. 5.
tiones tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua,
19 quia amara, quia tetigit cor tuum: * Vẽtrem
E meum, Vẽtrem meum doleo, sensus cordis
mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam
vocem buccinæ: audiuit anima mea, clamo-
20 rem prælij. * Contritio super contritionem
vocata est, & vastata est omnis terra: repen-
te vastata sũt tabernacula mea, subito pelles
meæ,

meæ.* Vsquequo videbo fugientem, audiã 21
vocẽ buccinę?* Quia stultus populus meus 22
me non cognouit: filij insipientes sunt, &
vecordes: sapientes sunt vt faciant mala, bene
autem facere nesciunt.* Aspexi terrã, 23
& ecce vacua erat, & nihil: & cælos, & non
erat lux in eis.* Vidi montes, & ecce moue- 24
bantur, & omnes colles cõturbati sunt.* In- 25
tuitus sum, & non erat homo: & omne vola- F
tile cæli recessit.* Aspexi, & ecce Carmelus 26
desertus: & omnes vrbes eius destructę sunt
à facie Domini, & à facie iræ furoris eius.
* Hęc enim dicit Dominus: Deserta erit om- 27
nis terra, sed tamen consummationem non
faciam.* Lugebit terra, & mœrebunt cæli 28
desuper: eo quod locutus sum, cogitaui, &
non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.
* A voce equitis, & mittentis sagittam fugit 29
omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascen- G
derunt rupes: vniuersę vrbes deliclę sunt,
& non habitat in eis homo.* Tu autem 30
vastata quid facies? cum vestieris te coccino,
cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris
stibio oculos tuos, frustra componeris; con-
tempserunt te amatores tui, animam tuam
quærent.* Vocem enim quasi parturientis 31
audiui, angustias vt puerperæ: Vox filiæ
Sion intermorientis, expandentisq. manus
suas: væ mihi, quia defecit anima mea pro-
pter interfectos.

CAP. V.

CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & cõ- 1
siderate, & quærite in plateis eius, an A
inueniatis virum facientem iudiciũ, & quæ-
rentem fidem: & propitius ero ei.* Quod si 2
etiam viuit Dñs, dixerint: & hoc falso iura-
bunt* Domine oculi tui respiciunt fidẽ: per- 3
cussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos,
& renuerũt accipere disciplinã: indurauerũt
facies suas supra petram, & noluerũt reuer-
ti.* Ego aũt dixi: Forsitan pauperes sunt, & 4
stulti, ignorantes viam Domini, iudiciũ Dei
sui.* Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: 5
ipsi enim cognouerunt viam Dñi, iudicium B
Dei sui, & ecce magis hi simul confregerunt
iugum, ruperunt vincula.* Idcirco percussit 6
eos leo de silua, lupus ad vesperam vastauit
eos, pardus vigilans sup ciuitates eorũ: oĩs,
qui egressus fuerit ex eis, capietur: qa multi-
plicatæ sunt præuaricationes eorum, confor-
tatę sunt auersiones eorum.* Super quo pro- 7
pitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt
me, & iurant in his, qui nõ sunt dij: saturaui
eos, & męchati sunt, & in domo meretricis
luxuriabantur.* Equi amatores, & emissa- 8
rij facti sunt: " Vnuiquisq. ad vxorem pro-
ximi sui hinniebat.* Numquid super his nõ 9
visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non C
vlciscetur anima mea?* Ascendite muros 10
eius, & diffipate, consummationem autem
nolite facere: auferte propagines eius, quia
non sunt Domini.* Præuaricatione enim p- 11
uaricata est in me domus Israel, & domus
Iuda, ait Dominus.* Negauerunt Domini- 12
& dixerunt: Non est ipse: neque veniet su-
per nos malum: gladium, & famem non vi-
debimus.* Prophetæ fuerunt in ventũ lo- 13
cuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo
euenient illis.* Hæc dicit Dominus Deus 14
exercituum. Quia locuti estis verbum istud:
ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem,
& populum istum in ligna, & vorabit eos.
* Ecce ego adducam super vos gentem de 15
D longinquo domus Israel, ait Dominus: gen-
tem robustam, gentem antiquam, gentẽ, cu-
ius ignorabis linguam, nec intelliges quid
loquatur.* Pharetra eius quasi sepulchrum 16
patens, vniuersi fortes.* Et comedet segetes 17
tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos,
& filias tuas: comedet gregem tuum, & ar-
menta tua: comedet vineam tuam, & ficum
tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in
18 quibus tu habes fiduciam, gladio.* Verũta-
men in diebus illis, ait Dominus, non faciam
19 vos in consummationem.*" Quod si dixe- " Inf. 15.
E ritis: Quare fecit nobis Dominus Deus no- b.10.
ster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereli-
quistis me, & seruistis Deo alieno in terra ve-
stra, sic seruietis alienis in terra non vestra.
20 * Annunciate hoc domui Iacob, & auditum
21 facite in Iuda, dicentes:* Audi populę stul-
te, qui non habes cor: qui habentes oculos nõ
22 videtis: & aures, & non auditis.* Me ergo
non timebitis, ait Dominus: & à facie mea
nõ dolebitis? Qui posui arenam terminum
mari, præceptum sempiternum, quod non
præteribit: & commouebuntur, & non po-
terunt: & intumescent fluctus eius, & non
23 transibunt illud:* populo autem huic fa-
F ctum est cor incredulum, & exasperans, re-
24 cesserunt, & abierunt.* Et non dixerunt in
corde suo: Metuamus Dominum Deum no-
strũ, qui dat nobis pluuiam temporaneã, &
serotinam in tempore suo, plenitudinẽ an-
25 nuæ messis custodiẽtem nobis.* Iniquitates
vestræ declinauerunt hæc, & peccata vestra
26 prohibuerunt bonum à vobis.* Quia inuẽ-
ti sunt in populo meo impij insidiates quasi
aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad ca-
27 piẽdos viros.* Sicut decipula plena auibus,
sic domus eorũ plenæ dolo, ideo magnifica-
28 ti sunt, & ditati.* Incrassati sũt, & impingua
G ti, & præterierunt sermones meos pessimè
"Causam viduę nõ iudicauerũt, causam pu- " Isa.1.f.
pilli nõ direxerunt, & iudicium pauperum 23.
29 nõ iudicauerũt.* Nũquid super his nõ visi- Zach.7.
tabo, dicit Dñs? aut super gẽtem huiusce mo- 10.
30 di nõ vlciscetur anima mea?* Stupor, & mi-
31 rabilia facta sunt in terra,* prophetæ pphe-
tabant mendacium, & sacerdotes applaude-
bant manibus suis, & populus meus dilexit
talia, quid igitur fiet nouissimo eius?

CAP. VI.

1 COnfortamini filij Beniamin in medio
A Ierusalẽ, & in Thecua clangite buccina,
& super Bethacarem leuate vexillum, quia
malũ visum est ab Aquilone, & cõtritio ma- 2
gna.* Speciosæ, & delicatæ assimilaui filiam 3
Sion.* Ad eam venient pastores, & greges eo-
rum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pa-
scet vnusquisq. eos, qui sub manu sua sunt.
* Sanctificate super eam bellum: consurgite, 4
& ascẽdamus in meridie: væ nobis, quia de-
clinauit dies, quia longiores factæ sunt vm-
bræ vesperi.* Surgite, & ascẽdamus in nocte 5
& dissipemus domos eius,* Quia hæc dicit 6
Dominus exercituum: Cædite lignum eius, B
& fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est
ciuitas visitationis, omnis calumnia in me-
dio eius.* Sicut frigidam fecit cisterna aquã 7
suam, sic frigidam fecit malitiã suam: iniqui-
tas, & vastitas audietur in ea, corã me sem-
per in firmitas, & plaga.* Erudite Ierusalem, 8
ne fortè recedat anima mea à te, ne forte po-
nam te desertam terrã inhabitabilem* Hæc 9
dicit Dominus exercituum: Vsque ad race-
mum colligent quasi in vinea reliquias Is-
rael: cõuerte manum tuam quasi vindemia-
tor ad cartallum.* Cui loquar? & quem cõ- 10
testabor vt audiat? ecce incircumcisæ aures
eorum, audire non possunt: ecce verbum
Domini factum est eis in opprobrium: & C
non suscipient illud.* Idcirco furore Do- 11
mini plenus sum, laboraui sustinens: effun-
de super paruulum foris, & super cõsilium
iuuenum simul: vir enim cũ muliere capie-
tur, senex cum pleno dierum.* Et trãsibunt 12
domus eorum ad alteros, agri, & vxores pa-
riter: quia extendã manum meam super ha-
bitantes terram, dicit Dominus.* " A mi- 13
" Isa. 56. d.11. Inf. 8.d. 10.
nore quippe vsque ad maiorem omnes aua-
ritiæ student: & à propheta vsque ad sacer-
dotem cuncti faciunt dolum.* Et curabant 14
contritionem filiæ populi mei cum ignomi-D
nia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax.
* Confusi sunt, quia abominationem fece- 15
runt: quin potius confusione non sunt cõfu-
si, & erubescere nesciũt, quam ob rem ca-
dent inter ruentes: in tempore visitationis
suæ corruet, dicit Dominus.* Hæc dicit Do- 16
minus: State super vias, & videte, & interro-
gate de semitis antiquis, quæ sit via bona, &
ambulate in ea: " & inuenietis refrigerium
animabus vestris. Et dixerunt: Non ambu- 17
" Mat.11 d.29.
labimus.* Et constitui super vos speculato-
res. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non
audiemus.* Ideo audite Gentes, & cognoscę 18
congregatio, quanta ego faciam eis.* Audi 19
terra: Ecce ego adducam mala super popu- E
lum istum, fructum cogitationum eius: quia
verba mea non audierunt, & legem meam
proiecerũt.*" Vt quid mihi thus de Saba af- 20
" Isa.1.d. 11.
fertis, & calamũ suaue olentem de terra lon-
ginqua? holocaustomata vestra non sunt ac-
cepta, & victimæ vestræ non placuerunt mi-
hi.* Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego 21
dabo in populum istum ruinas, & ruent in F
eis patres, & filij simul, vicinus, & proximus
peribunt.* Hæc dicit Dominus: Ecce popu- 22
lus venit de terra Aquilonis, & gens magna
consurget à finibus terræ,* Sagittam, & scu- 23
tum arripiet: crudelis est, & non miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super e-
quos ascendent, præparati quasi vir ad præ-
24 lium, aduersum te filia Sion.* Audiuimus
fama eius, dissolutæ sunt manus nostræ,
tribulatio apprehendit nos, dolores vt par-
25 turientem,* Nolite exire ad agros, & in via
ne ambuletis: quoniã gladius inimici panor
26 in circuitu.* Filia populi mei accingere cili-
G cio, & conspergere cinere, luctum vnigeni-
ti fac tibi, planctum amarum, quia repente
27 venier vastator super nos.* Probatorem de-
di te in populo meo robustum, & cognies, &
28 probabis viam eorum.* Omnes isti princi-
pes declinantes, ambulantes fraudulenter,
29 æs & ferrum, vniuersi corrupti sunt.* Defe-
cit sufflatorium, in igne consumptum est
plumbum, frustra conflauit conflator, mali-
30 tiæ enim eorum non sunt consumptæ.* Ar-
gentum reprobum vocate eos, quia Domi-
nus proiecit illos.

CAP. VII.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam
2 à Domino, dicens.* Sta in porta do-
A mus Domini, & prædica ibi verbum istud,
& dic. Audite verbum Dñi omnis Iuda, qui
ingredimini per portas has, vt adoretis Do-
3 minum.* Hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel." Bonas facite vias vestras, & stu- " Inf. 26
dia vestra: & habitabo vobiscũ in loco isto. d.19.
4 * Nolite confidere in verbis mendacij, dicen-
5 tes. Templum Domini, templum Domini,
templum Domini est.* Quoniam si bene di-
rexeritis vias vestras, & studia vestra: si fece-
ritis iudicium inter virum, & proximũ eius
6 * aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis
B calumniam, nec sanguinem innocentem
effuderitis in loco hoc, & post deos alienos
non ambulaueritis in malum vobismetipsis
7 * habitabo vobiscum in loco isto: in terra,
quam dedi patribus vestris à sæculo, & vsq.
8 in sæculũ.* Ecce vos confiditis vobis in ser-
monibus mendacij, qui non proderunt vo-
9 bis: * furari, occidere, adulterari, iurare
mẽdaciter, libare Baalim, & ire post deos
10 alienos, quos ignoratis.* Et venistis, & steti-
stis coram me in domo hac, in qua inuocatũ
est nomen meum, & dixistis: Liberati su-
mus eo quod fecerimus omnes abomina-
11 tiones istas.* " Numquid ergo spelunca la- " Mat.12
tronũ facta est domus ista, in qua inuocatũ b.13.
est nomen meum in oculis vestris? ego, ego Mar.11.
12 sum, ego vidi, dicit Dñs.* Ite ad locũ meũ c.17.
in Silo, vbi habitauit nomen meum a princi- Luc.13.
pio: & videte quæ fecerim ei propter mali- g.46.
13 tiam populi mei Israel.* & nunc, quia feci- " Prou.1.
C stis omnia opera hæc, dicit Dominus, & lo- c.24.
cutus sum ad vos mane consurgens, & lo- Isa.65.b.
quens, & non audistis;" & vocaui vos, & 11.
14 non respondistis.*" Faciam domui huic, in " 1. Reg.
qua inuocatum est nomen meum, & in qua 2. a. 2.b.
vos habetis fiduciam, & loco, quem dedi vo 10.
15 bis, & patribus vestris, sicut feci Silo.* Et
proij-

proijciam vos à facie mea, sicut proiecì omnes fratres vestros, vniuersũ semen Ephra-
[a] Inf. 14. b.1. im.* [a] Tu ergo noli orare pro populo hoc, 16
nec assumas pro eis laudem. & orationem,
& non obsistas mihi: quia non exaudiam te.
* Nonne vides quid isti faciunt in ciuitati- 17
bus Iuda, & in plateis Ierusalem?* Filij col- D
ligunt ligna, & patres succendunt ignem, & 18
mulieres conspergũt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent dijs alienis, &
me ad iracundiam prouocent.* Numquid 19
me ad iracundiam prouocant, dicit Domi-
nus? nonne semetipsos in confusionem vul-
tus sui?* Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ec- 20
ce furor meus, & indignatio mea conflatur
super locum istum, super viros, & super iu-
menta, & super lignũ regionis, & super fru-
ges terræ, & succedetur, & non extinguetur.
* Hæc dicit Dominus exercituum Deus Is- 21
rael: Holocauftomata vestra addite victi- E
mis vestris, & comedite carnes.* Quia non 22
ſum locutus cum patribus vestris, & nõ præ-
cepi eis in die, qua eduxi eos de Terra Ægyp-
ti, de verbo holocauftomatum, & victima-
rum.* Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: 23
Audite vocem meam, & ero vobis Deus, &
eritis mihi populus: & ambulate in omni
via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis.
* Et non audierunt, nec inclinauerunt aurẽ 24
suam: sed abierunt in volũtatibus, & in prau-
itate cordis sui mali: factiq. sunt retrorsũ,
& non in ante, * à die qua egressi sunt patres 25
eorũ de terra Ægypti, vsque ad diem hanc F
Et misi ad vos omnes seruos meos prophe-
tas per diem, consurgens diluculo, & mittẽs.
* Et non audierũt me, nec inclinauerunt au- 26
rem suam, sed indurauerunt ceruicem sua:
[a] Inf. 16. c.12. & peius operati sunt, quam patres eorum.
* Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & nõ 27
audient te: & vocabis eos, & non responde-
bunt tibi.* Et dices ad eos: Hæc est gẽs, quæ 28
non audiuit vocem Domini Dei sui, nec re-
cepit disciplinam: periit fides, & ablata est
de ore eorum.* Tonde capillũ tuum, & pro- 29
ijce, & sume in directum plãctum: quia pro-
iecit Dominus, & reliquit generationem fu-
roris sui, * quia fecerunt filij Iuda malum 30
in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt of-
fendicula sua in domo, in qua inuocatũ est
nomen meum, vt pollũerent eam:* & ædifi- 31
cauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle G
filij Ennom: vt incenderent filios suos, & fi-
lias suas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui
in corde meo.* Ideo ecce dies venient, dicit 32
Dominus, & non dicetur amplius Topheth
& Vallis filij Ennom: sed Vallis interfectio-
nis: & sepelient in Topheth, eo quod non sit
locus.* Et erit morticinum populi huius in 33
[a] Eze. 26. c.15. cibos volucribus cæli, & bestijs terræ, & non
erit qui abigat.* [a] Et quiescere faciam de vr- 34
bibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocem
gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, &
vocem sponsæ: in desolationem enim erit
terra.

CAP. VIII.

1 A IN illo tempore, ait Dominus: Eijciẽt ossa
regum Iuda, & ossa principum eius, & os-
sa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa
oculorum, qui habitauerunt Ierusalem, de se-
2 pulchris suis:* & expandent ea ad Solem, &
lunam, & omnem militiam cæli, quæ dile-
xerunt, & quibus seruierũt, & post q̃ ambu-
lauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerũt:
non colligentur, & non sepelientur: in ster-
3 quilinium super faciem terræ erunt.* Et eli-
gent magis morte quam vitam oẽs qui resi-
dui fuerint de cognatione hac pessima ĩ vni-
uersis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ eieci
4 eos, dicit Dominus exercituum.* Et dices ad
B eos: Hæc dicit Dominus: Numquid qui ca-
dit, non resurget? & qui auersus est, non re-
5 uertetur:* Quare ergo auersus est populus
iste in Ierusalem auersione contentiosa? Ap-
prehenderunt mendacium, & noluerunt re-
6 uerti.* Attendi, & auscultaui: nemo quod bo-
num est loquitur, nullus est qui agat pœnitẽ-
tiam super peccato suo, dicens: Quid feci?
C Omnes conuersi sunt ad cursum suũ, quasi
7 equus impetu vadens ad prælium.* Miluus
in cælo cognouit tempus suum: turtur, & hi-
rundo, & ciconia custodierunt tẽpus aduen-
tus sui: populus autem meus non cognouit
8 iudicium Dñi.* Quõ dicitis: Sapientes nos
sumus, & lex Dñi nobiscum est? verè mẽda-
cium operatus est stylus mendax Scribarũ.
9 * Cõfusi sunt sapiẽtes, perterriti, & capti sũt
verbum enim Dñi proiecerunt, & sapientia
10 nulla est in eis.* [b] Propterea dabo mulieres [b] Isa. 56.
D eorum exteris, agros eorum hæredibus: ga d.11.
à minimo vsq. ad maximum omnes auari- Sup. 6.
11 tiam sequuntur: à propheta vsq. ad sacerdo- 13.
tem cuncti faciunt mendacium.* Et sana-
bant contritionem filiæ populi mei ad igno-
miniam, dicentes: Pax, pax: cũ non esset pax.
12 * Confusi sunt quia abominationem fece-
runt, quia imo confusione non sunt confusi,
& erubescere nescierunt: idcirco cadent in-
ter corruentes, in tempore visitationis suæ
13 corruent, dicit Dñs.* Congregans congrega-
E bo eos, ait Dominus: non est vua in vitibus
& non sunt ficus in ficulnea, foliũ defluxit:
14 & dedi eis quæ prætergressa sunt.* Quare
sedemus? conuenite, & ingrediamur ciuita-
tem munitã, & sileamus ibi: quia Dominus
Deus noster silere nos fecit, & potum dedit
nobis aquam fellis: peccauimus enim Do-
15 mino.* [b] Expectauimus pacem, & non erat [b] Inf. 14.
bonum: tempus medelæ, & ecce formido. d.19.
16 * A Dan auditus est fremitus equorum e-
F ius, à voce hinnituum pugnatorum eius cõ-
mota est omnis terra, & venerunt, & deuo-
rauerunt terram, & plenitudinem eius: vr-
17 bem, & habitatores eius.* Quia ecce ego
mittam vobis serpentes regulos, quibus non
est incantatio: & mordebunt vos, ait Domi-
18 nus.* dolor meus super dolorem, in me cor
19 meum mœrens.* Ecce vox clamoris filiæ
popu-

populi mei de terra longinqua? Numquid G
Dominus non est in Sion, aut rex eius non
est in ea? Quare ergo me ad iracundiam cõ-
citauerunt in sculptilibus suis, & in vanitati-
bus alienis?* Transijt messis, finita est æstas, 20
& nos saluati non sumus.* super contritio- 21
ne filiæ populi mei contritus sum, & contri-
status, stupor obtinuit me.* Numquid resi- 22
na non est in Galaad? aut medicus non est
ibi? quare igitur non est obducta cicatrix fi-
liæ populi mei?

CAP. IX.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis 1
meis fontem lacrymarum, & plorabo A
die ac nocte interfectos filiæ populi mei.
* Quis dabit me in solitudine diuersorium 2
viatorum, & derelinquam populum meum,
& recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt
cœtus præuaricatorum.* Et extenderunt 3
linguam suam quasi arcum mendacij, & non
veritatis: cõfortati sunt in terra, quia de ma-
lo ad malum egressi sunt, & me non cogno-
uerunt, dicit Dominus.* Vnusquisque se à 4
proximo suo custodiat, & in omni fratre
suo non habeat fiduciam: quia omnis frater B
supplantans supplantabit, & omnis amicus
fraudulẽter incedet.* Et vir fratrem suũ de- 5
ridebit, & veritatem non loquentur: docue-
runt enim linguam suam loqui mendaciũ:
vt inique agerent, laborauerunt.* Habitatio 6
tua in medio doli: in dolo renuerunt scire
me, dicit Dominus.* Propterea hæc dicit Do 7
minus exercituum: Ecce ego conflabo, &
probabo eos: quid enim aliud faciam à fa-
cie filiæ populi mei?* [a] Sagitta vulnerãs lin- 8
[a] Ps. 27. a.3. gua eorum, dolum locuta est: in ore suo pa- C
cem cum amico suo loquitur, & occulte po-
nit ei insidias.* Numquid super his non vi-
sitabo, dicit Dominus? aut in gente huiusmo-
di non vlciscetur anima mea?* Super mon- 9
tes assumam fletum ac lamentum, & super
speciosa deserti planctum: quoniam incensa
sunt, eo quod non sit vir pertransiens, & non
audierunt vocem possidentis: à volucre cæli
vsque ad pecora transmigrauerunt, & reces-
serunt.* Et dabo Ierusalem in aceruos are- 11
næ, & cubilia draconũ: & ciuitates Iuda da-
bo in desolationem, eo quod non sit habita-
tor.* Quis est vir sapiẽs, qui intelligat hoc, & 12
ad quem verbum oris Domini fiat, vt annũ D
ciet istud, quare perierit terra, & exusta sit
quasi desertum, eo quod non sit qui per tran
seat?* Et dixit Dominus: Quia dereliquerũt 13
legem meam, quam dedi eis, & nõ audierũt
vocem meam, & non ambulauerunt in ea:
* & abierunt post prauitatem cordis sui, & 14
post Baalim: quod didicerunt à patribus
suis.* Idcirco hæc dicit Dominus exerci- 15
[a] Inf. 23. c.15. tuum Deus Israel. [a] Ecce ego cibabo populũ
istum absinthio, & potum dabo eis aquã fel-
lis.* Et dispergam eos in Gẽtibus, quas non 16
nouerunt ipsi, & patres eorum: & mittam
post eos gladium, donec cõsumantur.* Hæc 17
dicit Dominus exercituum Deus Israel: Cõ-
templamini, & vocate lamentatrices, & ve-
niant: & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite,
18 & properent:* festinent, & assumant super
nos lamentum: deducant oculi nostri lacry-
19 mas, & palpebræ nostræ defluãt aquis.* Quia
vox lamẽtationis audita est de Siõ: Quomo-
do vastati sumus, & confusi vehemẽter quia
F dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt
20 tabernacula nostra.* Audite ergo mulieres
verbum Domini: & assumant aures vestræ
sermonem oris eius; & docete filias vestras
lamentum, & vnaquæque proximam suam
21 planctum, * quia ascendit mors per fene-
stras nostras ingressa est domos nostras, di-
sperdere paruulos deforis, iuuenes de pla-
22 teis.* Loquere, Hæc dicit Dominus. Et ca-
det morticinium hominis quasi stercus su-
per faciem regionis, & quasi fœnum post ter
23 gum metentis, & non est qui colligat.* Hæc
G dicit Dominus.* [a] Non glorietur sapiens in [a] 1. Cor.
sapientia sua, & non glorietur fortis in forti- 1.d.31.
tudine sua, & non glorietur diues in diui- 2. Co.10.
24 tijs suis,* sed in hoc glorietur, qui gloriatur, d.17.
scire & nosse me, quia ego sum Dominus
qui facio misericordiam, & iudicium, & iusti-
tiam in terra, hæc enim placent mihi, ait Do-
25 minus.* Ecce dies veniũt, dicit Dominus, &
visitabo super omnem, qui circumcisum ha-
26 bet præputium,* super Ægyptum, & super
Iuda, & super Edom, & super filios Ammõ,
& super Moab, & super omnes qui attonsi
sunt in comã, habitãtes in deserto, quia om-
nes gentes habent præputium, omnis autem
domus Israel incircumcisi sunt corde.

CAP. X.

1 A AVdite verbum, quod locutus est Domi-
nus super vos domus Israel.* Hæc di-
2 cit Dominus. Iuxta vias Gentium nolite di-
scere, & à signis cæli nolite metuere, quæ ti-
3 ment Gentes,* quia leges populorum vanæ
sunt, quia lignũ de saltu præcidit opus ma-
4 nus artificis in ascia.* [a] Argento, & auro de- [a] Sup. 13.
corauit illud, clauis & malleis compegit, vt c.11. &
5 non diffoluatur.* In similitudinẽ palmæ fa 14. a.8.
bricata sunt, & non loquẽtur, portata tollen-
tur, quia incedere non valent, nolite ergo ti-
mere ea, quia nec male possũt facere, nec be-
6 ne.* [b] Non est similis tui Domine, magnus [b] Mic.7.
es tu, & magnũ nomẽ tuum in fortitudine. d.18.
7 * [c] Quis nõ timebit te ò rex Gentium? tuum [c] Apoc.
est enim decus, inter cunctos sapientes Gen- 15.b.4.
tium, & in vniuersis regnis eorum nullus est
8 similis tui.* Pariter insipientes, & fatui pro-
babuntur, doctrina vanitatis, eorum lignum
9 est.* Argentum inuolutum de Tharsis af-
B fertur, & aurum de Ophaz, opus artificis, &
manus ærarij, hyacinthus & purpura indu-
mẽtum eorũ, opus artificum vniuersã hæc.
10 * Dominus autem Deus verus est, ipse Deus
viuens, & rex sempiternus, ab indignatione
eius cõmouebitur terra, & non sustinebunt
11 Gentes comminationẽ eius.* Sic ergo dice-
tis

proijciam vos à facie mea, sicut proieci om-
nes fratres vestros, vniuersū semen Ephra-
im.* " Tu ergo noli orare pro populo hoc, 16 " Inf. 14. b.11.
nec assumas pro eis laudem, & orationem,
& non obsistas mihi: quia non exaudiam te.
* Nonne vides quid isti faciunt in ciuitati- 17
bus Iuda,& in plateis Ierusalem?* Filij col- D
ligunt ligna,& patres succendunt ignem,& 18
mulieres conspergūt adipem, vt faciant pla-
centas reginæ cœli, & libent dijs alienis, &
me ad iracundiam prouocent.* Numquid 19
me ad iracundiam prouocant, dicit Domi-
nus? nonne semetipsos in confusionem vul-
tus sui?* Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ec- 20
ce furor meus, & indignatio mea conflatur
super locum istum, super viros,& super iu-
menta,& super lignū regionis, & super fru-
ges terræ, & succēdetur,& non extinguetur.
* Hæc dicit Dominus exercituum Deus If- 21
rael: Holocaustomata vestra addite victi- E
mis vestris,& comedite carnes.* Quia non 22
sum locutus cum patribus vestris,& nō præ-
cepi eis in die, qua eduxi eos de Terra Ægy-
pti, de verbo holocaustomatum,& victima-
rum.* Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: 23
Audite vocem meam, & ero vobis Deus,&
eritis mihi populus: & ambulate in omni
via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis.
* Et non audierunt, nec inclinauerunt aurē 24
suam: sed abierunt in volūtatibus, & in pra-
uitate cordis sui mali: factiq. sunt retrorsū,
& non in ante,* à die qua egressi sunt patres 25
eorū de terra Ægypti, vsque ad diem hanc F
Et misi ad vos omnes seruos meos prophe-
tas per diem, consurgens diluculo,& mittēs.
* Et non audierūt me, nec inclinauerunt au- 26
rem suam, sed indurauerunt ceruicem suā:
"& peius operati sunt, quam patres eorum. " Inf. 16. c.12.
* Et loqueris ad eos omnia verba hæc,& nō 27
audient te: & vocabis eos, & non responde-
bunt tibi.* Et dices ad eos: Hæc est gēs, quæ 28
non audiuit vocem Domini Dei sui, nec re-
cepit disciplinam: perijt fides, & ablata est
de ore eorum.* Tonde capillū tuum,& pro- 29
ijce,& sume in directum plāctum: quia pro-
iecit Dominus, & reliquit generationem fu-
roris sui, * quia fecerunt filij Iuda malum 30
in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt of-
fendicula sua in domo, in qua inuocatū est
nomen meum, vt polluerent eam:* & ædifi- 31
cauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle G
filij Ennom: vt incenderent filios suos,& fi-
lias suas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui
in corde meo.* Ideo ecce dies venient, dicit 32
Dominus, & non dicetur amplius Topheth
& Vallis filij Ennom: sed Vallis interfectio-
nis:& sepelient in Topheth, eo quod non sit
locus.* Et erit morticinum populi huius in 33
cibos volucribus cœli, & bestijs terræ,& non " Eze.26. c.15.
erit qui abigat.*" Et quiescere faciam de vr- 34
bibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocem
gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, &
vocem sponsæ: in desolationem enim erit
terra.

CAP. VIII.

1 A IN illo tempore, ait Dominus: Eijciēt ossa
regum Iuda,& ossa principum eius,& os-
sa sacerdotum, & ossa prophetarum,& ossa
eorum, qui habitauerunt Ierusalem, de se-
2 pulchris suis:* & expandent ea ad Solem,&
lunam, & omnem militiam cœli, quæ dile-
xerunt,& quibus seruierūt, & post q̄ ambu-
lauerunt,& quæ quæsierunt,& adorauerūt:
non colligentur, & non sepelientur: in ster-
3 quilinium super faciem terræ erunt.* Et eli-
gent magis mortē quam vitam oēs qui resi-
dui fuerint de cognatione hac pessima ī vni
uersis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ eieci
4 eos, dicit Dominus exercituum.* Et dices ad
B eos: Hæc dicit Dominus: Numquid qui ca-
dit, non resurget? & qui auersus est, non re-
5 uertetur:* Quare ergo auersus est populus
iste in Ierusalem auersione contentiosa? Ap-
prehenderunt mendacium,& noluerunt re-
6 uerti.* Attendi,& auscultaui: nemo quod bo
num est loquitur, nullus est qui agat pœnitē-
tiam super peccato suo, dicens: Quid feci?
C Omnes conuersi sunt ad cursum suū, quasi
7 equus impetu vadens ad prælium.* Miluus
in cœlo cognouit tempus suum: turtur,& hi
rundo, & ciconia custodierunt tēpus aduen
tus sui: populus autem meus non cognouit
8 iudicium Dn̄i.* Quō dicitis: Sapientes nos
sumus,& lex Dn̄i nobiscum est? verè mēda-
cium operatus est stylus mendax Scribarū.
9 * Cōfusi sunt sapiētes, perterriti,& capti sūt
verbum enim Dn̄i proiecerunt, & sapientia
10 nulla est in eis.* " Propterea dabo mulieres " Isa. 56. d.11.
D eorum exteris, agros eorum hæredibus: qa Sup. 6.c.
à minimo vsq. ad maximum omnes auari- 13.
tiam sequuntur: à propheta vsq. ad sacerdo-
11 tem cuncti faciunt mendacium.* Et sana-
bant contritionem filiæ populi mei ad igno-
miniam, dicentes: Pax, pax: cū non esset pax.
12 * Confusi sunt quia abominationem fece-
runt: quinimo confusione non sunt confusi,
& erubescere nescierunt: idcirco cadent in-
ter corruentes, in tempore visitationis suæ
13 corruent, dicit Dn̄s.* Congregans congrega-
E bo eos, ait Dominus: non est vua in vitibus
& non sunt ficus in ficulnea, foliū defluxit:
14 & dedi eis quæ prætergressa sunt.* Quare
sedemus? conuenite, & ingrediamur ciuita-
tem munitā, & sileamus ibi: quia Dominus
Deus noster silere nos fecit, & potum dedit
nobis aquam fellis: peccauimus enim Do-
15 mino.* " Expectauimus pacem,& non erat " Inf. 14. d.19.
bonum: tempus medelæ, & ecce formido.
16 * A Dan auditus est fremitus equorum e-
F ius, à voce hinnituum pugnatorum eius cō-
mota est omnis terra, & venerunt, & deuo-
rauerunt terram, & plenitudinem eius: vr-
17 bem, & habitatores eius. * Quia ecce ego
mittam vobis serpentes regulos, quibus non
est incantatio:& mordebunt vos, ait Domi-
18 nus,* dolor meus super dolorem, in me cor
19 meum mœrens. * Ecce vox clamoris filiæ
popu-

populi mei de terra longinqua? Numquid G
Dominus non est in Sion, aut rex eius non
est in ea? Quare ergo me ad iracundiam cō-
citauerunt in sculptilibus suis, & in vanitati-
bus alienis?* Transijt messis, finita est æstas, 20
& nos saluati non sumus. * Super contritio- 21
ne filiæ populi mei contritus sum, & contri-
status, stupor obtinuit me.* Numquid resi- 22
na non est in Galaad? aut medicus non est
ibi? quare igitur non est obducta cicatrix fi-
liæ populi mei?

CAP. IX.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis 1
meis fontem lacrymarum, & plorabo A
die ac nocte interfectos filiæ populi mei.
* Quis dabit me in solitudine diuersorium 2
viatorum,& derelinquam populum meum,
& recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt
cœtus præuaricatorum.* Et extenderunt 3
linguam suam quasi arcum mendacij,& non
veritatis: cōfortati sunt in terra, quia de ma-
lo ad malum egressi sunt, & me non cogno-
uerunt, dicit Dominus.* Vnusquisque se à 4
proximo suo custodiat, & in omni fratre
suo non habeat fiduciam: quia omnis frater B
supplantans supplantabit, & omnis amicus
fraudulēter incedet.* Et vir fratrem suū de- 5
ridebit,& veritatem non loquentur: docue-
runt enim linguam suam loqui mendaciū:
vt inique agerent, laborauerunt.* Habitatio 6
tua in medio doli: in dolo renuerunt scire
me, dicit Dominus.* Propterea hęc dicit Do 7
minus exercituum: Ecce ego conflabo, &
probabo eos: quid enim aliud faciam à fa-
" Ps.27. a.3. cie filiæ populi mei? * " Sagitta vulnerās lin- 8
gua eorum, dolum locuta est: in ore suo pa- C
cem cum amico suo loquitur, & occulte po-
nit ei insidias. * Numquid super his non vi- 9
sitabo, dicit Dominus? aut in gente huiusmo-
di non vlciscetur anima mea?* Super mon- 10
tes assumam fletum ac lamentum, & super
speciosa deserti planctum: quoniam incensa
sunt, eo quod non sit vir pertransiens,& non
audierunt vocem possidentis: à volucre cœli
vsque ad pecora transmigrauerunt, & reces-
serunt. * Et dabo Ierusalem in aceruos are- 11
næ, & cubilia draconū: & ciuitates Iuda da-
bo in desolationem, eo quod non sit habita-
tor.* Quis est vir sapiēs, qui intelligat hoc,& 12
ad quem verbum oris Domini fiat, vt annū- D
ciet istud, quare perierit terra, & exusta sit
quasi desertum, eo quod non sit qui per tran
seat?* Et dixit Dominus: Quia dereliquerūt 13
legem meam, quam dedi eis, & nō audierūt
vocem meam, & non ambulauerunt in ea:
* & abierunt post prauitatem cordis sui, & 14
post Baalim: quod didicerunt à patribus
suis. * Idcirco hæc dicit Dominus exerci- 15
" Inf.23. c.15. tuum Deus Israel. " Ecce ego cibabo populū
istum absinthio,& potum dabo eis aquā fel-
lis.* Et dispergam eos in Gētibus, quas non 16
nouerunt ipsi, & patres eorum: & mittam
post eos gladium, donec cōsumantur.* Hęc 17
dicit Dominus exercituum Deus Israel: Cō-
templamini, & vocate lamentatrices, & ve-
niant: & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite,
18 & properent:* festinent, & assumant super
nos lamentum: deducant oculi nostri lacry-
19 mas,& palpebræ nostræ defluāt aquis.* Quia
vox lamētationis audita est de Siō: Quomo-
do vastati sumus,& confusi vehemēter quia
F dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt
20 tabernacula nostra. * Audite ergo mulieres
verbum Domini: & assumant aures vestræ
sermonem oris eius; & docete filias vestras
lamentum, & vnaquæque proximam suam
21 planctum, * quia ascendit mors per fene-
stras nostras ingressa est domos nostras, di-
sperdere paruulos deforis, iuuenes de pla-
22 teis.* Loquere, Hæc dicit Dominus. Et ca-
det morticinium hominis quasi stercus su-
per faciem regionis, & quasi fœnum post ter
23 gum metentis,& non est qui colligat.* Hæc
G dicit Dominus. " Non glorietur sapiens in
sapientia sua, & non glorietur fortis in forti- " 1. Cor. 1.d.31.
tudine sua, & non glorietur diues in diui- 2. Co.10. d.17.
24 tijs suis,* sed in hoc glorietur, qui gloriatur,
scire & nosse me, quia ego sum Dominus
qui facio misericordiam,& iudicium,& iusti
tiam in terra, hæc enim placent mihi, ait Do-
25 minus.* Ecce dies veniūt, dicit Dominus,&
visitabo super omnem, qui circumcisum ha-
26 bet præputium,* super Ægyptum,& super
Iuda,& super Edom,& super filios Ammō,
& super Moab, & super omnes qui attonsi
sunt in comā, habitātes in deserto, quia om-
nes gentes habent præputium, omnis autem
domus Israel incircumcisi sunt corde.

CAP. X.

1 A AVdite verbum, quod locutus est Domi-
nus super vos domus Israel.* Hæc di-
2 cit Dominus. Iuxta vias Gentium nolite di-
scere, & à signis cœli nolite metuere, quæ ti-
3 ment Gentes, * quia leges populorum vanæ
sunt, quia lignū de saltu præcidit opus ma-
4 nus artificis in ascia. * " Argento,& auro de- " Sup.13. c.11. & 14. a.8.
corauit illud, clauis & malleis compegit, vt
5 non dissoluatur. * In similitudinē palmæ fa
bricata sunt,& non loquētur, portata tollen-
tur, quia incedere non valent, nolite ergo ti-
mere ea, quia nec male possūt facere, nec be-
6 ne. * " Non est similis tui Domine, magnus " Mic.7. d.18.
es tu,& magnū nomē tuum in fortitudine.
7 * " Quis nō timebit te ò rex Gentium? tuum " Apoc. 15.b.4.
est enim decus, inter cunctos sapientes Gen-
tium,& in vniuersis regnis eorum nullus est
8 similis tui.* Pariter insipientes, & fatui pro-
babuntur, doctrina vanitatis, eorum lignum
9 est. * Argentum inuolutum de Tharsis af-
B fertur, & aurum de Ophaz, opus artificis,&
manus ærarij, hyacinthus & purpura indu-
mētum eorū, opus artificum vniuersa hæc.
10 * Dominus autem Deus verus est, ipse Deus
viuens, & rex sempiternus, ab indignatione
eius cōmouebitur terra, & non sustinebunt
11 Gentes comminationē eius. * Sic ergo dice-
tis

tis eis : Dij qui cælos,& terram non fecerunt,
pereant de terra,& de his,quę sub cælo sunt.
" Gen.1. a.1. Inf 51.d 15. * " Qui facit terram in fortitudine sua, præ- 12
parat orbem in sapientia sua , & prudentia
sua extendit cælos . * Ad vocem suam dat 13
multitudinem aquarum in cælo , & eleuat
" Ps.134 b.7. Inf.51.b 16. nebulas ab extremitatibus terræ: " fulgura in
pluuiam facit, & educit ventum de thesauris
suis.* Stultus factus est omnis homo à scien 14
tia , confusus est artifex omnis in sculptili : C
quoniam falsum est, quod conflauit , & non
est spiritus in eis . * Vana sunt, & opus risu 15
dignum : in tempore visitationis suæ peri-
bunt . * Non est his similis pars Iacob : qui 16
enim formauit omnia, ipse est : & Israel vir-
ga hereditatis eius : Dominus exercituum
nomen illi . * Congrega de terra confusio- 17
nem tuam,quæ habitas in obsidione, * quia 18
hæc dicit Dominus . Ecce ego longè proij-
ciam habitatores terræ in hac vice : & tribu-
labo eos ita vt inueniantur.* Væ mihi super 19
contritione mea , pessima plaga mea . Ego
autem dixi : Plane hæc infirmitas mea est ,
& portabo illam. * Tabernaculum meũ va- 20
statum est,omnes funiculi mei dirupti sunt , D
filij mei exierunt à me , & non subsistunt :
non est qui extendat vltra tentorium meũ ,
& erigat pelles meas . * Quia stultè egerunt 21
pastores,& Dominum non quæsierunt: pro-
pterea non intellexerunt , & omnis grex eo-
rum dispersus est.* Vox auditionis ecce ve- 22
nit, & commotio magna de terra Aquilonis:
vt ponat ciuitates Iuda solitudinem , & ha-
bitaculum draconum . * Scio Domine quia 23
non est hominis via eius: nec viri est, vt am-
" Ps.6.a.1 bulet,& dirigat gressus suos.* " Corripe me 24
Domine, verumtamen in iudicio : & non in
" Ps.78. b.6. furore tuo , ne fortè ad nihilum redigas me.
* " Effunde indignationẽ tuam super Gen- 25
tes , quæ non cognouerunt te , & super pro-
uincias , quæ nomen tuum non inuocaue-
runt : quia comederunt Iacob : & deuoraue-
runt eum,& consumpserunt illum, & decus
eius dissipauerunt .

CAP. XI.

VErbum , quod factum est à Domino ad 1
Ieremiam , dicens : * Audite verba pa- 2
cti huius,& loquimini ad viros Iuda , & ha- A
bitatores Ierusalem , * & dices ad eos : Hæc 3
dicit Dominus Deus Israel. Maledictus vir ,
qui non audierit verba pacti huius : * quod 4
pręcepi patribus vestris in die,qua eduxi eos
de Terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens:
Audite vocem meam , & facite omnia , quæ
præcipio vobis, & eritis mihi in populum,&
ego ero vobis in Deum : * Vt suscitem iura- 5
mentum, quod iuraui patribus vestris datu-
rum me eis terram fluentem lacte , & melle
sicut est dies hæc. Et respondi,& dixi: Amen
Domine . * Et dixit Dominus ad me: Voci- 6
ferate omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda ,
& foris Ierusalem,dicens : Audite verba pa-
cti huius, & facite illa: * quia contestans con- 7
testatus sum patres vestros in die,qua eduxi
B eos de terra Ægypti vsque ad diem hãc:ma-
ne consurgens contestatus sum, & dixi : Au-
8 dite vocem meam : * & non audierunt , nec
inclinauerunt aurem suam : sed abierunt v-
nusquisque in prauitate cordis sui mali , &
induxi super eos omnia verba pacti huius .
quod præcepi , vt facerent, & non fecerunt .
9 * Et dixit Dominus ad me: Inuenta est cõ-
iuratio in viris Iuda , & habitatoribus Ieru-
10 salem.* Reuersi sunt ad iniquitates patrum
suorum priores,qui noluerunt audire verba
mea : & hi ergo abierunt post deos alienos ,
vt seruirent eis : irritum fecerunt domus Is-
rael,& domus Iuda pactum meum,quod pe
11 pigi cum patribus eorum . * Quam ob rem
hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super
eos mala,de quibus exire non poterunt : &
clamabunt ad me , & non exaudiam eos .
12 * Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ie-
rusalẽ, & clamabunt ad deos,quibus libant ,
& non saluabunt eos in tempore afflictionis
13 eorum.* " Secundum numerum enim ciui- " Sup.2. f.28.
C tatum tuarum erant dij tui Iuda : & secun-
dum numerum viarum Ierusalem posuisti
aras confusionis , aras ad libandum Baalim .
14 * " Tu ergo noli orare pro populo hoc,& ne " Sup.7. c.16. Inf.14.b 11.
assumas pro eis laudem, & orationem : quia
nõ exaudiam in tempore clamoris eorũ ad
15 me, in tempore afflictionis eorum . * Quid
est , quod dilectus meus in domo mea fecit
scelera multa? numquid carnes sanctæ aufe-
rent à te malitias tuas, in quibus gloriata es ?
16 * Oliuam vberem , pulchram,fructiferam ,
speciosam vocauit Dominus nomen tuum
ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in
17 ea,& combusta sunt frutecta eius.* Et Domi
nus exercituum qui plantauit te , locutus est
super te malum : pro malis domus Israel, &
domus Iuda, quæ fecerunt tibi ad irritandũ
18 me, libantes Baalim . * Tu autem Domine
D demonstrasti mihi , & cognoui : tunc osten-
19 disti mihi studia eorum . * Et ego quasi a-
gnus mansuetus,qui portatur ad victimam:
& non cognoui, quia cogitauerunt super me
consilia,dicentes: Mittamus lignum in panẽ
eius, & eradamus eum de terra viuentium ,
& nomen eius non memoretur amplius .
20 * " Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas " Inf.17. b.10. & 20.c.12.
iuste, & probas renes,& corda, videam vltio
nem tuam ex eis : tibi enim reuelaui causam
21 meam. * Propterea hæc dicit Dominus ad
viros Anathoth,qui quęrunt animam tuam,
& dicunt : Non prophetabis in nomine Do-
mini , & non morieris in manibus nostris .
22 * Propterea hæc dicit Dominus exercituũ .
Ecce ego visitabo super eos:iuuenes morien-
tur in gladio filij eorum, & filiæ eorum mo-
23 rientur in fame.* Et reliquiæ non erunt ex
eis, inducam enim malum super viros Ana-
thoth, annum visitationis eorum .

CAP. XII.

1 A IVstus quidem tu es Domine, si disputem
tecum : verumtamen iusta loquar ad te :
Quare

Job 21. a.7. Heb.1.a 13. " Quare via impiorum prosperatur: bene est
omnibus,qui præuaricãtur, & iniquè agunt?
* Plantasti eos,& radicem miserunt : profi- 2
ciunt,& faciunt fructum: prope es tu ori eo-
rum, & longè à renibus eorum: * Et tu Do- 3
mine nosti me , vidisti me , & probasti cor
meum tecum: congrega eos quasi gregem ad
victimam, & sanctifica eos in die occisionis .
* Vsquequo lugebit terra,& herba omnis re- 4
gionis siccabitur propter malitiam habitan-
tium in ea:consumptum est animal,& volu-
cre,quoniam dixerunt: Non videbit nouissi-
ma nostra . * Si cum peditibus currens labo- 5
rasti : quomodo contendere poteris cum e-
quis ? cum autem in terra pacis securus fue-
ris,quid facies in superbia Iordanis ? * Nam 6
& fratres tui , & domus patris tui, etiam ipsi B
pugnauerunt aduersum te , & clamauerunt
post te plena voce : ne credas eis cum locuti
fuerint tibi bona . * Reliqui domum meam, 7
dimisi hereditatem meam:dedi dilectã ani-
mam meã in manu inimicorum eius . * Fa- 8
cta est mihi hereditas mea quasi leo in silua :
dedit contra me vocem , ideo odiui eam .
* Numquid auis discolor hereditas mea mi- 9
hi?numquid auis tincta per totũ? venite,con
gregamini oẽs bestiæ terræ,properate ad de-
uorandũ. * Pastores multi demoliti sunt vi 10
neam meã , conculcauerunt partem meam , C
dederunt portionẽ meam desiderabilem in
desertum solitudinis.* Posuerunt eã in dis- 11
sipationẽ,luxitq. super me:desolatione deso-
lata est omnis terra: quia nullus est,qui reco-
gitet corde.* Super omnes vias deserti vene 12
runt vastatores , quia gladius Domini deuo-
rabit ab extremo terræ vsque ad extremum
eius:non est pax vniuersæ carni . * Semina- 13
uerunt triticum,& spinas messuerunt: here-
ditatem acceperunt,& non eis proderit:con-
fundemini à fructibus vestris, propter iram D
furoris Domini . * Hæc dicit Dominus ad- 14
uersum omnes vicinos meos pessimos , qui
tangunt hereditatẽ , quam distribui populo
meo Israel: Ecce ego euellã eos de terra sua,
& domum Iuda euellam de medio eorum .
* Et cum euulsero eos,conuertar,& misere- 15
bor eorũ: & reducam eos, virum ad heredi-
tatem suam,& virum in terram suam. * Et 16
erit: si eruditi didicerunt vias populi mei,vt
iurent in nomine meo . Viuit Dominus, si-
cut docuerunt populum meum iurare in
Baal : ædificabuntur in medio populi mei .
* Quod si non audierint, euellã gentem illã 17
euulsione,& perditione,ait Dominus .

CAP. XIII.

HÆc dicit Dominus ad me: Vade,& pos 1
side tibi lumbare lineum , & pones il- A
lud super lumbos tuos, & in aquam non in-
feres illud. * Et possedit lumbare iuxta ver- 2
bum Domini , & posui circa lumbos meos .
* Et factus est sermo Domini ad me secun- 3
do,dicens.* Tolle lumbare,quod possedisti, 4
quod est circa lumbos tuos, & surgens vade
ad Euphraten, & absconde ibi illud in fora-
5 mine petræ . * Et abij , & abscondi illud in
6 Euphrate, sicut pręceperat mihi Dñs.* Et fa-
ctum est post dies plurimos dixit Dominus
ad me:Surge,vade ad Euphratẽ: & tolle in-
de lumbare, quod præcepi tibi, vt abscondę-
7 res illud ibi. * Et abij ad Euphraten,& fodi,
& tuli lumbare de loco, vbi absconderam il-
lud:& ecce computruerat lumbare , ita vt
8 nulli vsui aptum esset.* Et factum est verbũ
9 Domini ad me, dicẽs:* Hæc dicit Dominus:
B Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & su-
10 perbiam Ierusalem multam.* Populum
istum pessimum , qui nolunt audire verba
mea, & ambulant in prauitate cordis sui:
abieruntque post deos alienos, vt seruirent
eis,& adorarent eos: & erunt sicut lumbare
11 istud,quod nulli vsui aptum est. * Sicut enĩ
adhæret lumbare ad lumbos viri , sic agglu-
tinaui mihi omnem domum Israel , & om-
nem domum Iuda,dicit Dominus, vt essent
mihi in populum, & in nomen, & in laudẽ ,
12 & in gloriam:& non audierunt. * Dices ergo
ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus
Deus Israel : Omnis laguncula implebitur
vino. Et dicent ad te: Numquid ignoramus,
13 quia omnis laguncula implebitur vino ? *
Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce e-
go implebo omnes habitatores terræ huius,
& reges , qui sedent de stirpe Dauid , super
thronum eius,& sacerdotes, & prophetas,&
14 omnes habitatores Ierusalem,ebrietate:* &
C dispergam eos virum à fratre suo,& patres ,
& filios pariter,ait Dominus:non parcam,&
non concedam:neque miserebor, vt non di-
15 sperdam eos.* Audite,& auribus percipite .
Nolite eleuari , quia Dominus locutus est .
16 * Date Domino Deo vestro gloriam ante-
quam contenebrescat, & antequã offendant
pedes vestri ad montes caliginosos: expecta-
bitis lucem , & ponet eam in vmbram mor-
17 tis,& in caliginem.* Quod si hoc non audie-
ritis, in abscondito plorabit anima mea à fa-
cie superbiæ," plorans plorabit,& deducet o-
culus meus lacrymam , quia captus est grex " Thre.1 a.2.
18 Domini.* Dic regi,& dominatrici: Humilia-
mini , sedete : quoniam descendit , de capi-
19 te vestro corona gloriæ vestræ. * Ciuitates
Austri clausæ sunt,& non est qui aperiat ,
translata est omnis Iuda transmigratione
20 perfecta.* Leuate oculos vestros,& videte ,
qui venitis ab Aquilone, vbi est grex, qui
21 datus est tibi,pecus inclytum tuum?* Quid
D dices cum visitauerit te?tu enim docuisti eos
aduersum te,& erudisti in caput tuum , nũ-
quid nõ dolores apprehendent te,quasi mu-
22 lierem parturientem? * Quod si dixeris in
corde tuo:Quare venerunt mihi hæc. " Pro- " Inf.30. c.14.
pter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata
sunt verecundiora tua , pollutæ sunt plan-
23 tæ tuæ . * Si mutare potest æthiops pellem
suam , aut pardus varietates suas , & vos
poteritis benefacere , cum didiceritis ma-
24 lum.* Et disseminabo eos,quasi stipulam,
25 quæ vento raptatur in deserto. * Hæc sors
tua ,

tua, parſque menſuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confuſa es in men-
dacio * vnde, & ego nudaui femora tua con- 26
tra faciem tuam, & apparuit ignominia tua,
* adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus for- 27
nicationis tuæ: ſuper colles in agro vidi abo-
minationes tuas. Væ tibi Ieruſalem, non
mundaberis poſt me: vſquequo adhuc?

CAP. XIV.

QVod factum eſt verbũ Domini ad Ie- 1
remiam de ſermonibus ſiccitatis.* Lu- A
xit Iudæa, & portæ eius corruerũt, & obſcu- 2
ratæ ſunt in terra, & clamor Ieruſalẽ aſcen-
dit. * Maiores miſerunt minores ſuos ad a- 3
quam: venerunt ad hauriendum, non inue-
nerunt aquã, reportauerunt vaſa ſua vacua
confuſi ſunt, & afflicti, & operuerunt capita
ſua,* propter terræ vaſtitatem, quia nõ venit 4
pluuia in terram, confuſi ſunt agricolæ, ope-
ruerunt capita ſua. * Nam, & cerua in agro 5
peperit, & reliquit: quia non erat herba. * Et 6
onagri ſteterũt in rupibus, traxerunt vẽtum
quaſi dracones, defecerunt oculi eorum, quia
non erat herba.* Si iniquitates noſtræ reſpõ- 7
derint nobis: Domine fac propter nomen
tuum, quoniam multæ ſunt auerſiones no-
ſtræ, tibi peccauimus.* Expectatio Iſrael ſal- 8
uator eius in tẽpore tribulationis: quare qua- B
ſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator
declinans ad manendum?* Quare futurus 9
es velut vir vagus, vt fortis, qui nõ poteſt ſal
uare? tu autẽ in nobis es Domine, & nomen
tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelin-
quas nos.* Hęc dicit Dominus populo huic 10
qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quie-
uit, & Domino non placuit. Nunc recorda-
bitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata
eorũ:* Et dixit Dominus ad me:" Noli ora- 11
[" Sup. 7. c. 16.]
re pro populo iſto in bonũ.* Cum ieiunaue- 12
rint, non exaudiam preces eorum: & ſi obtu-
lerint holocauſtomata, & victimas, non ſu-
ſcipiam ea: quoniam gladio, & fame, & pe-
ſte conſumam eos.* Et dixi, A a a, Domine 13
[" Inf 23. d. 17.]
Deus: Prophetæ dicunt eis: " Non videbitis
gladium, & fames non erit in vobis, ſed pla-
cem veram dabit vobis in loco iſto. * Et di- 14
xit Dominus ad me: Falsò prophetæ vatici- C
nantur in nomine meo: non miſi eos, & non
præcepi eis, neque locutus ſum ad eos: viſio-
nem mendacem, & diuinationem, & fraũ-
dulentiam, & ſeductionem cordis ſui pro-
phetant vobis. * Idcirco hæc dicit Dominus 15
de prophetis, qui prophetant in nomine
meo, quos ego non miſi, dicentes: Gladius, &
fames non erit in terra hac: In gladio, & fa-
me conſumentur prophetæ illi.* Et populi, 16
quibus prophetant, erunt proiecti in vijs Ie-
ruſalem præ fame, & gladio, & non erit, qui
ſepeliat eos, ipſi, & vxores eorum, filij, & fi-
liæ eorum: & effundam ſuper eos malum
[" Thre. 2 f. 16 & 2 f. 28.]
ſuum.* Et dices ad eos verbum iſtud:" De- 17
ducant oculi mei lacrymam per nõctem, &
diem, & non taceant, quoniam contritione
magna contrita eſt virgo filia populi mei,
18 plaga peſſima vehementer.* Si egreſſus fue
D ro ad agros, ecce occiſi gladio: & ſi introiero
in ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta
quoque, & ſacerdos abierunt in terrã, quam
19 ignorabant. * Numquid proijciens abieciſti
iudam? aut Sion abominata eſt anima tua?
quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſa-
nitas?" expectauimus pacem, & non eſt bo- [" Sup. 8. c. 15.]
num, & tempus curationis, & ecce turba-
20 tio. * Cognouimus Domine impietates no-
ſtras, iniquitates patrum noſtrorũ, quia pec-
21 cauimus tibi. * Ne des nos in opprobrium
propter nomen tuum, neque facias nobis
contumeliã ſolij gloriæ tuæ: recordare, ne ir-
22 ritum facias fœdus tuum nobiſcum.* Nũ-
quid ſunt in ſculptilibus Gentiũ qui pluãt?
aut cæli poſſunt dare imbres? nonne tu es
Dominus Deus noſter, quẽ expectauimus?
tu enim feciſti omnia hæc.

CAP. XV.

1 ET dixit Dominus ad me: Si ſteterit
A Moyſes, & Samuel coram me, non eſt
anima mea ad populum iſtum: eijce illos à
2 facie mea, & egrediantur. * Quod ſi dixe-
rint ad te: Quo egrediemur? dices ad eos:
Hæc dicit Dominus: " Qui ad mortem, ad [" Zac. 11. b. 9.]
mortem: & qui ad gladium, ad gladium: &
qui ad famem, ad famem: & qui ad captiui-
3 tatem, ad captiuitatẽ:* Et viſitabo ſuper eos
quatuor ſpecies. dicit Dominus: Gladium
ad occiſionem, & canes ad lacerandũ, & vo-
latilia cæli, & beſtias terræ ad deuorandum
4 & diſſipandum.* & dabo eos in feruorẽ v-
niuerſis regnis terræ" propter Manaſſem fi- [" 4. Reg. 21. a. 11.]
lium Ezechiæ regis Iuda, ſuper omnibus,
5 quæ fecit In Ieruſalem. * Quis n. miſerebi-
tur tui Ieruſalẽ? aut quis contriſtabitur pro
te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?
6 * Tu dereliquiſti me, dicit Dominus, retror-
ſum abiiſti: & extendam manum meam ſuper
te, & interficiam te: laboraui rogans.
7 * Et diſpergam eos ventilabro in portis ter-
B ræ: interfeci, & diſperdi populum meum, &
8 tamen à vijs ſuis nõ ſunt reuerſi.* Multipli-
catæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenã
maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcẽtis va-
ſtatorem meridie: miſi ſuper ciuitates repẽ-
9 te terrorem.*" Infirmata eſt quæ peperit ſe- [" 1. Re. 2. b. 5.]
ptem, defecit anima eius:" occidit ei Sol, cum [" Amos 8. c. 9.]
adhuc eſſet dies: confuſa eſt, & erubuit: &
reſiduos eius in gladium, dabo in conſpe-
10 ctu inimicorum eorum, ait Dominus.* Væ
mihi mater mea: quare genuiſti me virum
rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? nõ
C fœneraui, nec fœneratus ſum mihi quiſquam:
11 omnes maledicunt mihi.* Dicit Dominus:
Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occur-
ri tibi in tempore afflictionis, & in tempo-
12 re tribulationis aduerſus inimicum. * Nũ-
quid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilo-
13 ne, & æs?* Diuitias tuas, & theſauros tuos
in direptionem dabo gratis in omnibus pec-
catis

catis tuis, & in omnibus terminis tuis. * Et 14
ad ducam inimicos tuos de terra, quam ne-
ſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo
ſuper vos ardebit. * Tu ſcis Domine, recor- 15
dare mei, & viſita me, & tuere me ab his, qui
perſequuntur me, noli in patientia tua ſuſci-
pere me: ſcito quoniam ſuſtinui propter te
opprobrium: * Inuenti ſunt ſermones 16
tui, & comedi eos, & factum eſt mihi D
verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cor
dis mei quoniam inuocatum eſt nomen tuũ
[" Pſ. 1. a. 1 & 25. a. 4.]
ſuper me Domine Deus exercituũ. * " Non 17
ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum
à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam
[" 1. Infr. 10. c. 15.]
comminatione repleſti me. *" Quare factus 18
eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea de-
ſperabilis renuit curari? facta eſt mihi quaſi
mendacium aquarum infidelium,* Propter 19
hoc hæc dicit Dominus: Si conuertens, con-
uertam te, & ante faciem meam ſtabis: & ſi
ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum
eris: conuertentur ipſi ad te, & tu non conuer-
teris ad eos.* Et dabo te populo huic in mu- 20
rum æreum, fortem: & bellabunt aduerſum
te & non præualebunt: quia ego tecum ſum
vt ſaluem te, & eruam te dicit Dominus.
* Et liberabo te de manu peſſimorum, & 21
redimam te de manu fortium.

CAP. XVI.

ET factum eſt verbum Domini ad me, 1
dicens:* Non accipies vxorem, & none- 2
rũt tibi filij, & filiæ in loco iſto. * Quia hæc A
dicit Dominus ſuper filios, & filias, qui gene-
rantur in loco iſto; & ſuper patres eorum, 3
quæ generunt eos: & ſuper patres eorum,
de quorũ ſtirpe ſunt nati in terra hac.* Mor- 4
tibus ægrotationum morientur: non plangen-
tur, & non ſepeliẽtur, in ſterquilinium ſuper
faciem terræ erunt, & gladio, & fame conſu-
mentur, & erit cadauer eorum in eſcam vo-
tilibus cæli, & beſtijs terræ. * Hæc enim dicit 5
Dominus]: Ne ingrediaris domum conuiuij
neque vadas ad plangendum, neque conſole
ris eos, quia abſtuli pacem meam à populo
iſto, dicit Dominus, miſericordiam, & mi-
ſerationes * Et morientur grandes, & parui in 6
terra iſta: non ſepelientur neque plangentur,
& non ſe incident, neque calumium fiet pro
eis. * Et non frangent inter eos lugenti pa- 7
nem ad conſolandum ſuper mortuo, & B
non dabunt eis potum calicis ad conſolan-
dum ſuper patre ſuo, & matre.* Et domum 8
conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis,
& comedas, & bibas: * quia hæc dicit Domi- 9
nus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego aufe-
ram de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus
veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vo-
cem ſponſi, & vocem ſponſæ. * Et cum an- 10
nunciaueris populo huic omnia verba hæc,
[" Supr. 7. f. 28.]
& dixerunt tibi:" Quare locutus eſt Dominus
ſuper nos omne malum grande iſtud? quæ
iniquitas noſtra? & quod peccatum noſtrum,
quod peccauimus Domino Deo noſtro?* Di 11
ces ad eos: Quia dereliquerunt me patres ve-
ſtri, ait Dominus, & abierunt poſt deos alie-
nos, & ſeruierunt eis, & adorauerunt eos: &
C me dereliquerunt, & legem meam nõ cuſto-
12 dierunt. * Sed & vos peius operati eſtis,
quã patres veſtri: ecce enim ambulat vnuſ-
quiſque poſt prauitatem cordis ſui mali, vt
13 me non audiat. * Et eijciam vos de terra hac
in terram, quam ignoratis vos, & patres ve-
ſtri: & ſeruietis ibi dijs alienis die ac nocte,
14 qui non dabunt vobis requiem: * Propterea
ecce dies veniunt dicit Dominus, & non di-
cetur vltra: viuit Dominus, qui eduxit filios
15 Iſrael de Terra Ægypti, * ſed, Viuit Domi-
nus, qui eduxit filios Iſrael de Terra Aquilo-
nis, & de vniuerſis terris, ad quas eieci eos:
& reducam eos in terram ſuam, quam dedi
16 patribus eorum. * Ecce ego mittam piſcato-
D res multos dicit Dominus, & piſcabũtur eos
& poſt hæc mittam eis multos venatores, &
venabuntur eos de omni monte, & de omni
17 colle, & de cauernis petrarum. * Quia ocu-
li mei ſuper omnes vias eorum: non ſũt ab-
ſconditæ à facie mea, & nõ fuit occultata ini-
18 quitas eorum ab oculis meis. * Et reddã pri-
mum duplices iniquitates, & peccata eorum:
quia contaminauerunt terram meã in mor-
ticinis idolorum ſuorum, & abominationib.
19 ſuis impleuerunt hæreditatem meam.* Do-
mine fortitudo mea, & robur meum, & refu-
gium meum in die tribulationis: ad te Gen-
tes venient ab extremis terræ, & dicent, Verẽ
mendacium poſſederunt patres noſtri, vani-
20 tatem, quæ eis non profuit.* Nunquid facit
21 ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dij? * Idcirco
ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, oſten-
dam eis manum meam, & virtutem meam:
& ſcient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

1 A PEccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo
in vngue adamãtino, exaratũ ſuper la-
titudinem cordis eorum, & in cornibus ara-
2 rum eorum.* Cum recordati fuerint filij eo-
rum ararum ſuarum, & lucorum ſuorũ, li-
gnorumque frondentium in montibus ex-
3 celſis, * ſacrificãtes in agro: fortitudinem tuã,
& omnes theſauros tuos in direptionẽ dabo,
exceſſa tua propter peccata in vniuerſis fini-
4 bus tuis. * Et relinqueris ſola ab hereditate
tua, quam dedi tibi: ſeruire te faciã inimicis
tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignem
ſuccendiſti in furore meo, vſque in æternum [" Iſa. 30. a. 2.]
ardebit. * Hæc dicit Dõs:" Maledictus ho- [" Iſa. 31. a. 1.]
5 mo, qui cõfidit in homine, & ponit carnẽ bra-
6 chiũ ſuũ, & à Dño recedit cor eius. * " Erit
.n. quaſi myricæ in deſerto, & nõ videbit cũ
venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in
deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili.
7 * Benedictus vir, qui confidit in Domino, &
8 erit Dominus fiducia eius.* " Et erit quaſi li- [" Pſ. 1. a. 3.]
B gnum, quod trãſplantatur ſuper aquas, quod
ad humorẽ mittit radices ſuas: & non time-
bit cum venerit æſtus. Et erit foliũ eius viri-
Mm de,

ue, & in tempore ſiccitatis nõ erit ſolicitum ,
nec aliquando deſinet facere fructum.* Pra- 9
uum eſt cor omnium , & inſcrutabile: quis
cognoſcet illud ? * Ego Dominus ſcrutans 10
cor,& probans renes:qui do vnicuique iuxta
viam ſuam , & iuxtà fructum adinuentionũ
″ [illegible] 2. ſuarum . * ″ Perdix fouit quæ non peperit: 11
f. 25. fecit diuitias , & non in iudicio : in dimidio
Pſal.7.c. dierum ſuorum derelinquet eas,& in nouiſ-
10. ſimo ſuo erit inſipiens.* Solium gloriæ altitu- 12
2.Re.16. dinis à principio , locus ſanctificationis no-
b.7. ſtræ.* Expectatio Iſrael Domine:omnes,qui 13
te derelinquunt, confundentur:recedentes à
te , in terra ſcribentur : quoniam derelique-
runt venam aquarum viuentium Dominũ
* Sana me Domine,& ſanabor : ſaluum me 14
fac , & ſaluus ero : quoniam laus mea tu es. C
* Ecce ipſi dicunt ad me : Vbi eſt verbum 15
Domini ? veniat.* Et ego non ſum turbatus, 16
te paſtorem ſequens : & diem hominis non
deſideraui,tu ſcis.* Quod egreſſum eſt de la-
bijs meis,rectũ in conſpectu tuo fuerit * Nõ 17
ſis tu mihi formidini , ſpes mea tu in die af-
flictionis . * Cõfundantur qui me perſequũ- 18
tur , & non confundar ego , paueant illi , &
non paueam ego:induc ſuper eos diem affli-
ctionis , & duplici contritione contere eos .
* Hæc dicit Dñs ad me: Vade,& ſta in por- 19
ta filiorum populi,per quam ingrediũtur re-
ges Iuda,& egrediuntur,& in cunctis portis
Ieruſalem : * & dices ad eos : Audite ver- 20
bum Domini reges Iuda,& omnis, Iuda,cũ-
ctiq. habitatores Ieruſalem, qui ingredimini
per portas iſtas * Hæc dicit Dominus: Cuſto- 21
dite animas veſtras,& nolite portare ponde-
ra in die ſabbati:nec inferatis per portas Ieru-
ſalem.* Et nolite eijcere onera de domib. ve- 22
ſtris in die ſabbati , & omne opus non facie- D
tis,ſanctificate diem ſabbati,ſicut precepi pa-
tribus veſtris . * Et non audierunt,nec incli- 23
nauerunt aurem ſuam:ſed indurauerunt cer-
uicem ſuam ne audirent me,& ne acciperent
diſciplinam. * Et erit: Si audieritis me, dicit 24
Dominus , vt non inferatis onera per portas
ciuitatis huius in die ſabbati : & ſi ſanctifica-
ueritis in diem ſabbati,ne faciatis in eo om-
ne opus : * Ingredientur per portas ciuitatis 25
huius reges,& principes , ſedentes ſuper ſo-
lium Dauid, & aſcendentes in curribus,& e-
quis,ipſi & principes eorum,viri Iuda,& ha-
bitatores Ieruſalem : & habitabitur ciuitas
hæc in ſempiternum * Et venient de ciuita- 26
tibus Iuda,& de circuitu Ieruſalem,& de ter-
ra Beniamin,& de campeſtribus,& de mon-
tuoſis & ab Auſtro,portantes holocauſtum,
& victimam,& ſacrificium,& thus,& inferẽt
oblationem in domum Domini . * Si autem 27
non audieritis me,vt ſanctificetis diem ſab-
bati , & ne portetis onus , & ne inferatis per
portas Ieruſalem in die ſabbati : ſuccendam
ignem in portis eius,& deuorabit domos Ie-
ruſalem,& non extinguetur.

CAP. XVIII.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam
2 à Domino,dicens:* Surge,& deſcende
A in domum figuli,& ibi audies verba mea .
3 * Et deſcendi in domum figuli , & ecce ipſe
4 faciebat opus ſuper rotam . * Et diſſipatum
eſt vas,quod ipſe faciebat è luto manib. ſuis
conuerſusque fecit illud vas alterum , ſicut
5 placuerat in oculis eius vt faceret. * Et factũ
6 eſt verbum Domini ad me,dicens:* ″ Num- ″ Iſ. 45.
quid ſicut figulus iſte,non potero vobis face- b.9.
re,domus Iſrael , ait Dominus ? ecce ſicut lu- Rom.9.
tũ in manu figuli, ſic vos in manu mea , do- d.20.
7 mus Iſrael. * Repente loquar aduerſũ gen-
tem,& aduerſus regnũ, ″ vt eradicem,& de- ″ Sup. 1.
8 ſtruam, & diſperdam illud. * Si pœnitentiã b.10.
egerit gẽs illa à malo ſuo,quòd locutus ſũ ad-
uerſus eam,agam & ego pœnitentiam ſuper
9 malo,quod cogitaui vt facerem ei, * Et ſubi-
tò loquar de gente,& de regno, vt ædificem
10 & plantem illud. * Si fecerit malum in ocu-
B lis mei,vt non audiat vocem meam : pœni-
tentiam agam ſuper bono,quod locutus ſum
11 vt facerem ei. * Nunc ergo dic viro Iuda,&
habitatoribus Ieruſalem , dicens : Hæc dicit
Dominus:″ Ecce ego fingo contra vos malũ , ″ Inf. 25.
& cogito contra vos cogitationem: ″ reuerta- b.5.& 35
tur vnuſquiſq. à via ſua mala,& dirigite vias c. 11.
12 veſtras,& ſtudia veſtra. * Qui dixerunt: De- ″ Ioan.3.
ſperauimus : poſt cogitationes enim noſtras d.8.
ibimus , & vnuſquiſque prauitatem cordis
13 ſui mali faciemus . * Ideo hæc dicit Domi-
nus : interrogate Gentes : Quis audiuit talia
14 horribilia,quæ fecit nimis virgo Iſrael?* Nũ-
C quid deficiet de petra agri nix Libani ? aut
euelli poſſunt aquæ erumpentes frigidæ, &
15 defluentes ? * Quia oblitus eſt mei populus
meus fruſtra libantes , & impingentes in vijs
ſuis,in ſemitis ſæculi,vt ambularent per eas
16 in itinere non trito: * ″ vt fieret terra eorum ″ Inf. 19.
in deſolationem,& in ſibilum ſempiternũ, c.8.& 49.
omnis qui præterierit per eam obſtupeſcet, c.13.&
17 & mouebit caput ſuum. * Sicut ventus vrẽs 50.c.13.
diſpergam eos coram inimico , dorſum , &
non faciem oſtendam eis in die perditionis
18 eorum.* Et dixerunt : Venite,& cogitemus
contra Ieremiam cogitationes, non enim pe-
ribit lex à ſacerdote, neque conſiliũ à ſapien-
te,nec ſermo à propheta, venite, & percutia-
mus eum lingua,& non attendamus ad vni-
19 uerſos ſermones eius.* Attende Domine ad
me,& audi vocem aduerſariorum meorum.
20 * Numquid redditur pro bono malũ , quia
D foderunt foueam animæ meæ ? Recordare
quod ſteterim in conſpectu tuo , vt loquerer
pro eis bonum,& auerterem indignationem
21 tuam ab eis . * Propterea da filios eorum in
famem, & deduc eos in manus gladij, fiant
vxores eorum abſq. liberis, & viduæ, & viri
earum interficiantur morte, iuuenes eorum
22 confodiantur gladio in prælio . * Audiatur
clamor de domibus eorũ , adduces enim ſu-
per eos latronem repente , quia foderunt fo-
ueam,vt caperent me , & laqueos abſconde-
runt

runt pedibus meis.* Tu autem Domine ſcis 23
omne conſilium eorũ aduerſum me in mor-
tem:ne propitieris iniquitati eorum,& pecca-
tum eorum à facie tua non deleatur : fiant
corruentes in conſpectu tuo, in tempore fu-
roris tui abutere eis.

CAP. XIX.

HAec dicit Dominus : Vade,& accipe la- 1
gunculam figuli teſteam à ſenioribus A
populi,& à ſenioribus ſacerdotum.* Et egre- 2
dere ad vallẽ filij Ennõ,quæ eſt iuxta introi-
tum portæ fictilis : & prædicabis ibi verba ,
quæ ego loquar ad te.* Et dices:Audite ver- 3
bum Domini reges Iuda,& habitatores Ieru-
ſalem , hæc dicit Dominus exercituum Deus
Iſrael: Ecce ego inducam afflictionem ſuper
locum iſtum,ita vt omnis,qui audierit illam,
tinniãt aures eius.* Eo quod dereliquerint 4
me,& alienum fecerint locum iſtum:& liba-
uerunt in eo dijs alienis , quos neſcierunt ip-
ſi,& patres eorum,& reges Iuda: & repleue-
runt locum iſtum ſanguine innocentiũ: * Et 5
ædificauerunt excelſa Baalim ad comburen- B
dos filios ſuos igni in holocauſtum Baalim,
quæ non præcepi,nec locutus ſum,nec aſcen-
derunt in cor meum * Propterea ecce dies ve- 6
niunt,dicit Dominus, & non vocabitur am-
plius locus iſte Topheth , & Vallis filij En-
nom : ſed Vallis occiſionis. * Et diſſipabo cõ- 7
ſilium Iuda,& Ieruſalem in loco iſto:& ſub-
uertam eos gladio in conſpectu inimicorum
ſuorum,& in manu quærentium animas eo-
rum:& dabo cadauera eorum eſcam volati-
″ Sup.18. libus cæli,& beſtijs terræ. * ″ Et ponam ciui- 8
c.16. taté hanc in ſtuporem, & in ſibilum : omnis,
Inf.49.c. qui præterierit per eam,obſtupeſcet , & ſibi-
13.& 50 labit ſuper vniuerſa plaga eius . * Et ciba- 9
c.13. bo eos carnibus filiorum ſuorum , & carni- C
bus filiarum ſuarũ : & vnuſquiſque carnem
amici ſui comedet in obſidione , & in angu-
ſtia , in qua concludent eos inimici eorum ,
& qui quærunt animas eorum.* Et conteres 10
lagunculam in oculis virorum,qui ibunt te-
cum. * Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus 11
exercituum : Sic conteram populum iſtum
& ciuitatem iſtam,ſicut conteritur vas figu-
li,quod non poteſt vltra inſtaurari: & in To-
pheth ſepelientur, eo quod non ſit alius lo-
cus ad ſepeliendum. * Sic faciam loco huic , 12
ait Dominus , & habitatoribus eius : & ponã
ciuitatem iſtam ſicut Topheth . * Et erunt 13
domus Ieruſalem , & domus regum Iuda D
ſicut locus Topheth,immundæ : omnes do-
mus , in quarum domatibus ſacrificauerunt
omni militiæ cæli , & libauerunt libamina
dijs alienis. * Venit autem Ieremias de To- 14
pheth , quò miſerat eum Dominus ad pro-
phetandum , & ſtetit in atrio domus Domi-
ni, & dixit ad omnem populum.* Hæc di- 15
cit Dominus exercituum Deus Iſrael : Ecce
ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper
omnes vrbes eius vniuerſa mala , quæ locu-
tus ſum aduerſus eum : quoniam indurave-
runt ceruicem ſuam vt non audirent ſer-
mones meos.

CAP. XX.

1 ET audiuit Phaſſur filius Emmer ſacer-
A dos,qui conſtitutus erat princeps in do-
mo Domini , Ieremiam prophetantem ſer-
2 mones iſtos. * Et percuſſit Phaſſur Ieremiã
prophetam, & miſit eum in neruum , quod
erat in porta Beniamin ſuperiori , in domo
3 Domini. * Cumque illuxiſſet in craſtinum,
eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo, & dixit
ad eum Ieremias : Non Phaſſur vocauit Do-
minus nomẽ tuum, ſed pauorem vndique .
4 * Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo
te in pauorem , te & omnes amicos tuos : &
corruent gladio inimicorum ſuorũ , & ocu-
li tui videbunt : & omnem Iudam dabo in
manum regis Babylonis : & traducet eos in
5 Babylonem,& percutiet eos gladio. * Et da-
B bo vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius ,
& omnem laborem eius,omneque pretium,
& cunctos theſauros regũ Iuda dabo in ma-
nu inimicorum eorum ; & diripient eos , &
6 tollent,& ducent in Babylonem. * Tu autẽ
Phaſſur , & omnes habitatores domus tuæ
ibitis in captiuitatem : & in Babylonem ve-
nies , & ibi morieris , ibique ſepelieris tu , &
omnes amici tui , quibus propheraſti mẽda-
7 cium. * Seduxiſti me Domine , & ſeductus
ſum : fortior me fuiſti , & inualuiſti , factus
ſum in deriſum tota die , omnes ſubſannãt
8 me. * Quia iam olim loquor, vociferans ini-
quitatem , & vaſtitatem clamito:& factus eſt
mihi ſermo Domini in opprobrium , & in
9 deriſum tota die.* Et dixi: Non recordabor
eius,neque loquar vltra in nomine illius , &
factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuãs
clauſusq. in oſſibus meis , & defeci , ferre nõ
10 ſuſtinens . * Audiui enim contumelias mul-
C torum,& terrorẽ in circuitu : Perſequimini ,
& perſequamur eum: ab omnibus viris , qui
erant pacifici mei,& cuſtodientes latus meũ:
ſi quo modo decipiatur, & præualeamus ad-
uerſus eum,& cõſequamur vltionem ex eo .
11 * Dominus autem mecum eſt quaſi bellator
fortis:idcirco qui perſequuntur me cadent ,
& infirmi erunt: confundentur vehemẽter , ″ Inf. 23.
″ quia non intellexerunt opprobrium ſem- g. 40.
12 piternum,quod numquam delabitur.* Et tu ″ Sup.11.
Domine exercituum ″ probator iuſti, qui vi- d. 20. &
des renes, & cor : videam quæſo vltionẽ tuã 17.b.10.
ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam .
13 * Cantate Domino,laudate Dominum:quia
liberauit animam pauperis de manu malo- ″ Iob. 3.
14 rum . * ″ Maledicta dies,in qua natus ſum : a.2.
D dies,in qua peperit me mater mea,nõ ſit be-
15 nedicta. * Maledictus vir , qui annunciauit
patri meo,dicens: Natus eſt tibi puer maſcu-
16 lus:& quaſi gaudio lætificauit eum.* Sit ho-
mo ille vt ſunt ciuitates, quaſi ſubuertit Do-
minus,& non pœnituit eum:audiat clamorẽ
mane,& vlulatum in tempore meridiano :
17 * qui nõ me interfecit à vulua,vt fieret mihi

mater mea sepulchrum,& vulua eius conce-
ptus æternus * Quare de vulua egressus sũ, 18
vt viderem laborem , & dolorem, & consu-
merentur in confusione dies mei.

CAP. XXI.

VErbum, quod factum est ad Ieremiam 1
à Domino,quando misit ad eum rex Se- A
decias Phassur filium Melchiæ,& Sophoniã
filium Maasiæ sacerdotem,dicens:* Interro- 2
ga pro nobis Dñm , quia Nabuchodonosor
rex Babylonis preliatur aduersum nos:si for-
tè faciat Dominus nobiscum secundum om-
nia mirabilia sua,& recedat à nobis.* Et dixit 3
Ieremias ad eos:Sic dicetis Sedeciæ:* Hæc di- 4
cit Dominus Deus Israel: Ecce ego conuertã
vasa belli, quæ in manibus vestris sunt,&
quibus vos pugnatis aduersum regem Baby-
lonis,& Chaldæos,qui obsident vos in circui-
tu murorum : & congregabo ea in medio ci-
uitatis huius.* Et debellabo ego vos in manu 5
extenta,& in brachio forti,& in furore, & in B
indignatione,& in ira grandi.* Et percutiam 6
habitatores ciuitatis huius,& homines,&
bestiæ pestilentia magna morientur.* Et post 7
hæc ait Dñs : dabo Sedeciam regem Iuda,&
seruos eius. & populum eius,& qui derelicti
sunt in ciuitate hac à peste , & à gladio,& fa-
me , in manu Nabuchodonosor regis Baby-
lonis , & in manu inimicorum eorum , & in
manu quærentium animam eorum , & per-
cutiet eos in ore gladij,& non flectetur,neq.
" Inf.38. a.2. parcet,nec miserebitur.* Et ad populum hũc 8
dices:hæc dicit Dñs: Ecce ego do coram vo- C
bis viam vitæ,& viam mortis.* "Qui habita- 9
uerit in vrbe hac morietur gladio , & fame ,
& peste:qui autem egressus fuerit,& transfu-
gerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet ,
& erit ei anima sua, quasi spolium.* Posuit 10
enim faciem meam super ciuitatem hanc in
malum,& non in bonum,ait Dominus,in
manu regis Babylonis dabitur,& exuret eam
igni * Et domui regis Iuda: Audite verbum 11
Domini,* domus Dauid,hæc dicit Dominus: 12
" Inf. 22. a.3. " Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppres- D
sum de manu calumniantis:ne fortè egredia-
tur,vt ignis indignatio mea,& succendatur,
& non sit qui extinguat propter malitiã stu-
diorum vestrorum.* Ecce ego ad te habita- 13
tricem vallis solidæ atque campestris,ait Dñs:
qui dicitis:Quis percutiet nos ? & quis ingre-
dietur domos nostras? * Et visitabo super 14
vos iuxta fructum studiorum vestrorum ,
dicit Dominus:& succendam ignem in saltu
eius:& deuorabit omnia in circuitu eius.

CAP. XXII.

HÆc dicit Dominus : Descende in do- 1
mum regis Iuda, & loqueris ibi verbũ A
hoc,* & dices: Audi verbum Dñi rex Iuda, 2
qui sedes super solium Dauid:tu & serui tui,
& populus tuus , qui ingredimini per portas
3 istas.* Hæc dicit Dominus."Facite iudicium, " Sup.21. d.12.
& iustitiam,& liberate vi oppressum de ma-
nu calumniatoris: & aduenam,& pupillum,
& viduam nolite contristare , neq. opprima-
tis iniquè : & sanguinem innocentem ne ef-
4 fundatis in loco isto.* Si enim facientes fece-
B ritis verbum istud : ingredientur per portas
domus huius reges sedentes de genere Da-
uid super thronum eius,& ascendentes cur-
rus,& equos,& ipsi & serui,& populus eorũ.
5 * Quod si non audieritis verba hæc, in me-
metipso iuraui , dicit Dominus, quia in soli-
6 tudinem erit domus hæc. * Quia hæc dicit
Dominus super domum regis Iuda: Galaad
tu mihi caput Libani : si non posuero te soli-
7 tudinem,vrbes inhabitabiles.* Et sanctifica-
bo super te interficientem virum , & arma
eius: & succident electas cedros tuas,& præ-
8 cipitabunt in ignem.* Et pertransibunt gen-
C tes multæ per ciuitatem hanc,& dicet vnus- " Deu.29. d.24. 3. Reg.9. b.8.
quisque proximo suo."Quare fecit Dominus
9 sic ciuitati huic grandi ? * Et respondebunt :
Eò quod dereliquerint pactum Domini Dei
sui,& adorauerint deos alienos, & seruierint
10 eis.* Nolite flere mortuum , neque lugeatis
super eum fletu,& plangite eum,qui egredi-
tur,quia nõ reuertetur vltra,nec videbit ter-
11 ram natiuitatis suæ.* Quia hæc dicit Domi-
nus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui
regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est
12 de loco isto . Non reuertetur huc amplius:*
sed in loco, ad quem transtuli eum , ibi mo-
rietur,& terram istam non videbit amplius:
13 * Væ, qui ædificat domum suam in iniusti-
D tia,& cœnacula sua non in iudicio : amicum
suum opprimet frustra , & mercedem eius
14 non reddet ei. * Qui dicit: Ædificabo mihi
domum latam,& cœnacula spatiosa: qui ape-
rit sibi fenestras,& facit laquearia cedrina,
15 pingitque sinopide . * Numquid regnabis
quoniam confers te cedro ? pater tuus num-
quid non comedit,& bibit,& fecit iudicium,
16 & iustitiam,tunc cum benè erat ei?* Indica-
uit causam pauperis , & egeni in bonum
suum:numquid non ideò:quia cognouit me,
17 dicit Dominus?* Tui verò oculi,& cor ad a-
uaritiam,& ad sanguinem innocentem fun-
dendum,& ad calumniam, & ad cursum
18 mali operis.* Propterea hæc dicit Dominus
E ad Ioa Kin filium Iosiæ regem Iuda : Non
plangent eum : Væ frater , & væ soror : non
concrepabunt ei. Væ Domine,& væ inclyte.
19 * Sepultura asini sepelietur, putrefactus, &
20 proiectus extra portas Ierusalem. * Ascen-
de Libanum, & clama : & in Basan da vo-
cem tuam,& clama ad transeuntes , quia
21 contriti sunt omnes amatores tui.* Locutus
sum ad te abundantia tua , & dixisti : Non
audiam : hæc est via tua ab adolescentia tua
22 quia non audisti vocem meam : * Omnes
F pastores tuos pascet ventus , & amatores
tui in captiuitatem ibunt: & tunc confunde-
23 ris,& erubesces ab omni malitia tua. * Quæ
sedes in Libano , & nidificas in cedris, quo-
modo congemuisti cum venissent tibi dolo-
res

res, quasi dolores parturientis ? * Viuo ego 24
dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius
Ioa Kim regis Iuda , anulus in manu dex-
tera mea,inde euellam eum.* Et dabo te in 25
manu quærentium animam tuam,& in ma-
nu quorum tu formidas faciem, & in manu
Nabuchodonosor regis Babylonis,& in ma-
nu Chaldæorum.* Et mittam te,& matrem 26
tuam , quæ genuit te,in terram alienam , in G
qua nati non estis, ibique moriemini: * & in 27
terram , ad quam ipsi leuant animam suam
vt reuertantur illuc:non reuertentur.* Nũ- 28
quid vas fictile,atque contritum vir iste Ie-
chonias?numquid vas,absque omni volupta-
te ? quare abiecti sunt ipse & semen eius , &
proiecti in terram, quam ignorauerunt ? * 29
Terra,terra,terra,audi sermonem Domini.* 30
Hæc dicit Dominus:Scribe virum istum ste-
rilem virum , qui in diebus suis non prospe-
rabitur,nec enim erit de semine eius vir,qui
sedeat super solium Dauid , & potestatem
habeat vltra in Iuda.

CAP. XXIII.

Ezec.13. 13.& 34 a.2. VÆ pastoribus, qui disperdunt, & dila- 1
cerant gregem pascuæ meæ, dicit Do- A
minus.* Ideò hæc dicit Dominus Deus Israel 2
ad pastores, qui pascunt populum meum :
Vos dispersistis gregem meum , & eiecistis
eos,& non visitastis eos:ecce ego visitabo su-
per vos malitiam studiorum vestrorum, ait
Dominus.* Et ego congregabo reliquias gre- 3
gis mei de omnibus terris , ad quas eiecero
eos illuc:& conuertam eos ad rura sua:& cre-
scent.& multiplicabuntur. * Et suscitabo su- 4
per eos pastores:& pascent eos non formida-
bunt vltra, & non pauebunt: & nullus quæ-
" Inf.33. c.14. retur ex numero dicit Dominus,*" Ecce dies 5
veniunt,dicit Dominus : & suscitabo Dauid
Isa. 4.b. 2. & 40. c.11. 45. b.8. germen iustũ.& regnabit rex,& sequens erit,
& faciet iudicium & iustitiam in terra . * In 6
diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habita-
bit confidenter: & hoc est nomen,quod vo-
Ezec.34. b.11. cabunt eum, Dominus iustus noster. * Pro- 7
pter hoc ecce dies veniunt dicit Dominus,&
Dan.9.g 24. non dicent vltra: Viuit Dominus,qui eduxit B
filios Israel de Terra Ægypti: * Sed:" Viuit 8
Ioan.1. c.45. Dominus,qui eduxit, & adduxit semen do-
mus Israel de Terra Aquilonis,& de cunctis
" Sup.11. c.14. terris , ad quas eieceram eos illuc : & habita-
bunt in terra sua.* Ad prophetas:Contritum 9
Deut 33 d.28. est cor meum in medio mei,contremuerunt
omnia ossa mea:factus sum quasi vir ebrius,
& quasi homo madidus à vino à facie Do-
mini,& à facie verborum sanctorum eius. * 10
Quia adulteris repleta est terra , quia à facie
maledictionis luxit terra,arefacta sunt arua
deserti:factus est cursus eorum malus,& for-
titudo eorum dissimilis.* Propheta namque 11
& sacerdos polluti sunt: & in domo mea in- C
ueni malum eorum,ait Dominus. * Idcirco 12
via eorum erit , quasi lubricum in tenebris :
impellentur enim,& corruent in ea: afferam
enim super eos mala, annum visitationis eo-
13 rum,ait Dominus. * Et in prophetis Sama-
riæ vidi fatuitatem:prophetabant in Baal,&
14 decipiebant populum meum Israel. * Et in
prophetis Ierusalem vidi similitudinem a-
dulterantium,& iter mendacij : & conforta-
uerunt manus pessimorum , vt non conuer-
teretur vnusquisque à malitia sua: facti sunt
mihi omnes,vt Sodoma,& habitatores eius,
15 quasi Gomorrha.* Propterea hæc dicit Dñs
D exercituum ad prophetas." Ecce ego cibabo " Sup.9. c.15.
eos absinthio,& potabo eos felle à prophetis
enim Ierusalem egressa est pollutio super
16 omnem terram.* Hæc dicit Dominus exer-
cituum:" Nolite audire verba prophetarum: " Inf.27. b. 9. & 29.b.8.
qui prophetant vobis,& decipiunt vos:visio-
nem cordis sui loquuntur,non de ore Domi-
17 ni. * Dicunt his,qui blasphemant me: Locu- " Sup.5. c.12. & 14.b.13.
tus est Dñs."Pax erit vobis,& omni,qui am-
bulat in prauitate cordis sui, dixerunt. Non
18 veniet super vos malum.* Quis enim affuit
in consilio Domini , & vidit ,& audiuit ser-
monem eius ? quis considerauit verbum il- " Inf.30. c.14.
19 lius,& audiuit?* " Ecce turbo Dominicæ in-
dignationis egredietur , & tempestas erum-
20 pens,super caput impiorum veniet. * Non
E reuertetur furor Dñi,vsq. dum faciat,& vs-
que dum compleat cogitationem cordis sui ,
in nouissimis diebus intelligitis consiliũ eius.
21 * Non mittebam prophetas,& ipsi currebãt,
22 non loquebar ad eos,& ipsi prophetabant. *
Si stetissent in consilio meo , & non fecissent
verba mea populo meo,auertissem vtiq. eos
à via sua mala , & à cogitationibus suis pessi-
23 mis.* Putas ne Deus è vicino ego sum, dicit
24 Dominus?& non Deus de longe? * Si occul-
tabitur vir in absconditis: & ego non videbo
eum,dicit Dominus ? numquid non cælum ,
25 & terram ego impleo,dicit Dominus?* Au-
diui, quæ dixerunt prophetæ, prophetantes
in nomine meo mendacium,atque dicentes.
26 Somniaui,somniaui.* Vsquequo istud est in
F corde prophetarum vaticinantium menda-
cium , & prophetantium seductiones cordis
27 sui? * Qui volunt facere vt obliuiscatur po-
pulus meus nominis mei propter somnia
eorum,quę narrat vnusquisq. ad proximum
suum : sicut obliti sunt patres eorũ nominis
28 mei propter Baal : * Propheta,qui hẽt som-
nium, narret somnium,& qui habet sermo-
nem meum,loquatur sermonem meum ve-
29 rè,quid paleis ad triticum,dicit Dominus?*
Numquid non verba mea sunt , quasi ignis ,
dicit Dominus , & quasi malleus conterens
30 petram?* Propterea ecce ego ad prophetas ,
ait Dominus, qui furantur verba mea vnus-
31 quisque à proximo suo.* Ecce ego ad prophe
tas,ait Dominus,qui assumunt linguas suas,
32 & aiunt:Dicit Dominus. * Ecce ego ad pro-
phetas somniantes mendacium, ait Dñs:qui
narrauerunt ea , & seduxerunt populũ meũ
in mendacio suo , & in miraculis suis , cum
ego nõ misissem eos,nec mandassem eis,qui
nihil profuerunt populo huic , dicit Domi-

mus. * Si igitur interrogauerit te populus iste, 33
vel propheta, aut sacerdos, dicens: Quod est G
onus Domini? dices ad eos: Vos estis onus,
proijciam quippe vos, dicit Dominus. * Et 34
propheta, & sacerdos, & populus, qui dicit:
Onus Domini: visitabo super virum illum,
& super domũ eius. * Hæc dicetis vnusquiſ- 35
que ad proximum, & ad fratrem suũ: Quid
respondit Dominus? & quid locutus est Do-
minus? * Et onus Domini vltra non memo 36
rabitur: quia onus erit vnicuiq. sermo suus:
& peruertistis verba Dei viuentis, Domini e-
xercituum Dei nostri. * Hæc dices ad pro- 37
phetam: Quid respondit tibi Dominus? &
quid locutus est Dñs? * Si autem onus Do- 38
mini dixeritis: propter hoc hæc dicit Domi-
nus. Quia dixistis sermonem istum Onus
Domini: & misi ad vos dicens: Nolite dicere:
Onus Domini: * Propterea ecce ego tollam 39
vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatẽ,
quam dedi vobis, & patribus vestris à facie
" Sup. 20 c. 11.
mea. * " Et dabo vos in opprobrium sempi- 40
ternum, & [illegible] in ignominiam æternam, quæ
nunquam obliuione delebitur.

CAP. XXIIII.

O Stendit mihi Dominus: & ecce duo ca- 1
lathi pleni ficis, positi ante templum A
Domini, postquam transtulit Nabuchodono-
sor rex Babylonis Iechoniam filium Ioa-
Kim regem Iuda, & principes eius, & fabrũ,
& inclusorem de Ierusalem, & adduxit eos
in Babylonem. * Calathus vnus ficus bonas 2
habebat nimis, vt solent ficus esse primi tem-
poris, & calathus vnus ficus habebat malas
nimis, quę comedi non poterant, eo quòd eſ-
sẽt malæ. * Et dixit Dominus ad me: Quid tu 3
vides Ieremia? Et dixi: Ficus, ficus bonas, bo- B
nas valdè, & malas, malas valde, quæ come-
di nõ possunt, eo quod sint malæ. * Et factũ 4
est verbum Domini ad me dicens: * Hæc di- 5
cit Dominus Deus Israel: Sicut ficus hæ bonę:
sic cognoscam transmigrationem Iuda, quã
emisi de loco isto in Terram Chaldæorum,
in bonum. * Et ponam oculos meos super eos 6
ad placandum, & reducam eos in terram C
hanc: & ædificabo eos, & non destruam, &
plantabo eos, & non euellam. * Et dabo eis 7
" Sup. 21. d. 33.
cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus " &
erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deũ:
quia reuertentur ad me in toto corde suo.
" Inf 29. d. 17.
* " Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non 8
possunt eo quòd sint malæ: hæc dicit Domi- D
nus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, & princi-
pes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remã-
serunt in vrbe hac, & qui habitant in Terra
Aegypti. * Et dabo eos in vexationem, affli- 9
ctionemque omnibus regnis terræ: in oppro-
brium, & in parabolam, & in prouerbium, &
in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ 10
eieci eos. * Et mittam in eis gladium, & fa-
mem, & pestem: donec cosummantur de ter-
ra, quam dedi eis, & patribus eorum.

CAP. XXV.

1 A V Erbum, quod factum est ad Ieremiam
de omni populo Iuda in anno quarto
Ioa Kim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus
primus Nabuchodonosor regis Babylonis.)
2 * Quod locutus est Ieremias Propheta ad
omnem populum Iuda, & ad vniuersos ha-
3 bitatores Ierusalem, dicens: * A tertiodecimo
anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda, vsq. ad
diem hanc: iste tertius, & vigesimus annus, fa
ctum est verbum Domini ad me, & locutus
sum ad vos de nocte consurgens, & loquens:
4 & non audistis. * Et misit Dñs ad vos omnes
seruos suos prophetas, consurgens diluculo,
mittensque, & non audistis, neque inclina-
5 stis aures vestras: vt audieritis * cũ diceret: Re
" 4. Reg. 17. d. 13. Sup. 18. b. 11. Inf. 35. 16.
uertimini, vnusquisque à via sua mala, & à
pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis
in terra, quã dedit Dñs vobis, & patribus ve-
6 stris a sæculo, & vsq. in sæculum. * Et nolite
B ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adore-
tisq. eos: neq. me ad iracundiam prouocetis
in operibus manuum vestrarum, & non af-
7 fligam vos. * Et non audistis me dicit Dñs, vt
me ad iracundiam prouocaretis in operibus
8 manuum vestrarum in malum vestrũ. * Pro-
pterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro
9 eo quòd non audistis verba mea, * ecce ego
mittam, & assumam vniuersas cognationes
Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodono-
sor regem Babylonis seruum meum: & ad-
ducam eos super terram istam, & super ha-
bitores eius, & super omnes nationes, quæ in
circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponã
eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudi-
10 nes sempiternas. * Perdamque ex eis vocem
C gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, &
vocem sponsę, vocem molæ, & lumen lucer-
11 næ: * " Et erit vniuersa terra hæc in solitudi-
" Dan. 9. a. 2. Inf. 26. b. 6. 2. Par. 36. d. 21. 2. Esd. 1. a. 1.
nem, & in stuporẽ: & seruient omnes gentes
12 istę regi Babylonis septuaginta annis. * Cũ-
que impleti fuerint septuaginta anni, visitabo
super regem Babylonis, & super gentẽ illam
dicit Dñs, iniquitatem eorum, & super terrã
Chaldæorum, & ponam illam in solitudines
13 sempiternas. * Et adducam super terram il-
lam omnia verba mea, quæ locutus sum cõ-
tra eam, omne quod scriptum est in libro isto
quæcumque prophetauit Ieremias aduersũ
14 omnes gentes. * Quia seruierunt eis cum eſ-
sent gentes multę, & reges magni, & reddam
eis secundum opera eorum, & secundum fa
15 cta manuum suarum. * Quia sic dicit Domi-
D nus exercituum Deus Israel: Sume calicem
vino furoris huius de manu mea: & propi-
nabis de illo cunctis gẽtibus, ad quas ego mit
16 tam te. * Et bibent, & turbabuntur, & insa-
nient à facie gladij, quem ego mittã inter eos.
17 * Et accepi calicem de manu Dñi, & propina-
ui cunctis gentibus, ad quas misit me Dñs:
18 * Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus
eius, & principibus eius; vt darem eos in so-
litu-

litudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in
maledictionem, sicut est dies ista: * Pharaoni 19
regi Ægypti, & seruis eius, & principib. eius,
& omni populo eius, * & vniuersis generali- 20
ter: cũctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis
regibus terræ Philisthijm, & Ascaloni, & Ga-
zæ, & Accaron, & reliquis Azoti, * & Idu- 21
mææ, & Moab, & filijs Ammon: * Et cũctis 22
regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidonis: &
regibus terræ insularum, qui sunt trãs mare.
* Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis 23
qui attonsi sunt in comam. * Et cunctis regi- 24
bus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis,
qui habitant in deserto. * Et cunctis regibus 25
Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis E
regibus Medorum: * cunctis quoq. regibus 26
Aquilonis de prope, & de longe, vnicuique
contra fratrem suum: & omnibus regnis ter-
ræ, quæ super faciem eius sunt: & rex Selach
bibet post eos, * & dices ad eos: Hæc dicit 27
Dominus exercituum Deus Israel: Bibite, &
inebriamini, & vomite: & cadite, neque sur-
gatis à facie gladij, quem ego mittam inter
vos. * Cumque noluerint accipere calicem 28
de manu tua, vt bibant, dices ad eos: Hæc di- F
cit Dominus exercituum: Bibentes bibetis:
" 1. Pet. 4. d. 17.
* " quia ecce in ciuitate, in qua inuocatũ est 29
nomẽ meum, ego incipiam affligere, & vos
quasi innocentes, & immunes eritis? non eri-
tis immunes: gladium enim ego voco super
omnes habitatores terræ, dicit Dominus
exercituum. * Et tu prophetabis ad eos om- 30
" Ioel 3. d. 16. Amos 1. a. 2.
nia verba hæc, & dices ad illos: " Dominus
de excelso rugiet, & de habitaculo sancto
suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super
decorem suum: celeuma quasi calcantium
concinetur aduersus omnes habitatores ter-
ræ. * Peruenit sonitus vsque ad extrema ter- 31
ræ: quia iudicium Domino cum gentibus:
iudicatur ipse cum omni carne, impios tra-
didi gladio, dicit Dominus. * Hæc dicit Do- 32
minus exercituum: Ecce afflictio egredietur
de gente in gentem: & turbo magnus egre-
dietur à summitatibus terræ. * Et erunt in- 33
terfecti Domini in die illa à summo terræ
vsque ad summum eius: non plangentur, & G
non colligẽtur, neque sepelientur: in sterqui-
linium super faciem terræ iacebunt. * Vlula- 34
te pastores, & clamate: & aspergite vos cine-
re optimates gregis: quia completi sunt dies
vestri, vt interficiamini: & dissipationes ve-
stræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. * Et peri- 35
bit fuga à pastoribus, & saluatio ab optima-
tibus gregis. * Vox clamoris pastorũ, & vlu- 36
latus optimatum gregis: quia vastauit Do-
minus pascua eorũ. * Et conticuerunt arua 37
pacis à facie iræ furoris Domini. * Dereliquit 38
quasi leo vmbraculum suum, quia facta est
terra eorum in desolationem à facie iræ co-
lumbæ, & à facie iræ furoris Domini.

CAP. XXVI.

I N principio regni Ioachim filij Iosiæ re- 1
gis Iuda, factum est verbum istud à Dño, A
2 dicens: * Hæc dicit Dominus: Sta in atrio
domus Domini, & loqueris ad omnes ciui-
tates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in
domo Domini, vniuersos sermones, quos
ego mandaui tibi, vt loquaris ad eos: noli
3 subtrahere verbũ, * si fortè audiant, & cõuer
tantur vnusquisque à via sua mala: & peni-
teat me mali, quod cogito facere eis propter
4 malitiam studiorum eorum. * Et dices ad
B eos: Hæc dicit Dñs: Si non audieritis me, vt
5 ambuletis in lege mea, quam dedi vobis, * vt
audiatis sermones seruorum meorum Pro-
phetarũ, quos ego misi ad vos de nocte con-
6 surgens, & dirigens, & non audistis: * " Da-
" 1. Reg. 4. a. 2. b. 10.
bo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc
dabo in maledictionem cunctis gẽtibus ter-
7 ræ. * Et audierunt Sacerdotes, & prophetæ,
& omnis populus Ieremiam loquẽtem ver-
8 ba hæc in domo Domini. * Cumq. compleſ-
set Ieremias loquens omnia, quæ præceperat
ei Dominus, vt loqueretur ad vniuersum po
pulum, apprehenderunt eum sacerdotes, &
prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte
9 moriatur. * Quare prophetauit in nomine
C Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc:
& vrbs ista desolabitur, eo quod non sit ha-
bitator? & congregatus est omnis populus
10 aduersus Ieremiam in domo Domini. * Et
audierunt principes Iuda verba hęc: & ascẽ-
derunt de domo regis in domũ Domini, &
sederunt in introitu portæ domus Domini
11 nouæ. * Et locuti sunt sacerdotes, & prophe-
tæ ad principes, & ad omnem populũ, dicẽ-
tes: Iudicium mortis est viro huic: quia pro-
phetauit aduersus ciuitatem istam, sicut au-
12 distis auribus vestris. * Et ait Ieremias ad
D omnes principes, & ad vniuersum populũ,
dicens: " Dominus misit me, vt prophetarem
" Sup. 25. c. 13.
ad domum istam, & ad ciuitatem hanc om-
13 nia verba, quæ audistis * " Nunc ergo bonas
" Sup. 7. a. 3.
facite vias vestras, & studia vestra, & audite
vocẽ Dñi Dei vestri: & pęnitebit Dñm ma-
14 li, quod locutus est aduersum vos. * Ego au-
tem ecce in manibus vestris sum, facite mi-
hi, quod bonum, & rectum est in oculis ve-
15 stris: * Verumtamen scitote, & cognoscite,
quod si occideritis me, sanguinem innocen-
tem tradetis contra vosmeipsos, & contra
E ciuitatem istam, & habitatores eius, in veri-
tate enim misit me Dominus ad vos, vt lo-
querer in auribus vestris omnia verba hæc.
16 * Et dixerunt principes, & omnis populus
ad sacerdotes, & ad prophetas: Non est viro
huic iudiciũ mortis: quia in nomine Domi-
17 ni Dei nostri locutus est ad nos. * Surrexe-
runt ergo viri de senioribus terræ: & dixe-
runt ad omnem cœtum populi, loquentes:
18 * Micheas de Morasthi fuit propheta in die
F bus Ezechię regis Iuda, & ait ad omnẽ popu
lum Iuda, dicẽs: Hæc dicit Dominus exerci-
tuum: " Sion quasi ager arabitur: & Ierusa-
" Mich. 3. d. 18.
lem in aceruum lapidum erit: & mons do-
19 mus in excelsa siluarum. * Numquid morte
cõdemnauit eum Ezechias rex Iuda, & om-
nis Iuda? numquid non timuerunt Domi-

num, & deprecati sunt faciem Dñi: & pœnituit Dñm mali, quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostra. * Fuit quoq; vir pro- 20
phetans in nomine Domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc
iuxta omnia verba Ieremię.* Et audiuit rex 21
Ioakim: & omnes potentes, & principes eius
verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. G
Et audiuit Vrias, & timuit, fugitq; & ingres-
sus est Ægyptũ.* Et misit rex Ioakim virros 22
in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, &
virros cum eo in Ægyptum. * Et eduxerunt 23
Vriã de Ægypto: & adduxerunt eum ad re-
gem Ioakim, & percussit eũ gladio, & proie-
cit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobi-
lis. * Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit 24
cum Ieremia, vt non traderetur in manus
populi, & interficerent eum:

CAP. XXVII.

IN principio regni Ioakim filij Iosię regis 1
Iuda, factum est verbum istud ad Iere- A
miam à Domino dicens: * Hæc dicit Domi- 2
nus ad me: Fac tibi vincula, & catenas, & po-
nes eas in collo tuo.* Et mittas eas ad regem 3
Edom, & ad regem Moab, & ad regem filio-
rum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regẽ
Sidonis: in manu nunciorum, qui venerunt
Ierusalem ad Sedeciam regẽ Iuda.* Et præ- 4
cipies eis, vt ad Dominos suos loquantur:
Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel:
Hæc dicetis ad dominos vestros: * Ego feci 5
terram, & homines, & iumenta, quæ sunt su-
per faciem terræ, in fortitudine mea magna,
& in brachio meo extento: & dedi eam ei,
qui placuit in oculis meis. * Et nunc itaque 6
ego dedi oẽs terras istas in manu Nabucho- B
donosor regis Babylonis serui mei: insuper,
& bestias agri dedi ei, vt seruiant illi.* Et ser- 7
uient ei oẽs gentes, & filio eius, & filio filij
eius: donec veniat tẽpus terræ eius, & ipsius:
& seruient ei gentes multæ, & reges magni.
* Gens autem, & regnum, quod nõ seruierit 8
Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicũ-
que non curuauerit collum suum sub iugo
regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in
peste visitabo super gentem illam, ait Dñs:
[a]Sup.23. d.16. Intr.29. b.8. donec consumam eos in manu eius. * [a] Vos 9
ergo nolite audire propheras vestros, & di-
uinos, & somniatores, & augures, & malefi-
cos, qui dicũt vobis: Nõ seruietis regi Baby-
lonis. * Quia mendacium prophetant vobis: 10
vt longè vos faciãt de terra vestra, & eijciant
vos, & pereatis. * Porrò gens, quæ subiecerit 11
ceruicẽ suã sub iugo regis Babylonis, & ser-
uierit ei: dimittã eam in terra sua, dicit Dñs:
& colet eam, & habitabit in ea. * Et ad Sede- 12
ciam regem Iuda, locutus sum secundũ oĩa
verba hæc, dicens: Subijcite colla vestra sub C
iugo regis Babylonis, & seruite ei, & popu-
lo eius, & viuetis * Quare moriemini tu, & 13
populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut
locutus est Dominus ad gentem, quæ seruĩ-
14 re noluerit regi Babylonis? * Nolite audire
verba prophetarum dicentium vobis: Non
seruietis regi Babylonis: quia mẽdacium ip-
15 si loquuntur vobis. * [a] Quia non misi eos, [a]Sup.14. c.14. & 24.d.21. Inf.29. b.9.
ait Dominus: & ipsi prophetant in nomine
meo mendaciter: vt eijciant vos, & pereatis
tam vos, quam prophetæ, qui vaticinantur
16 vobis. * Et ad sacerdotes, & ad populũ istũ
locutus sum, dicens: Hæc dicit Dominus:
Nolite audire verba prophetarũ vestrorũ,
qui prophetãt vobis, dicentes: Ecce vasa Do-
mini reuertentur de Babylone nunc cito,
17 mendaciũ enim prophetant vobis. * Nolite
ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis,
vt viuatis, quare datur hæc ciuitas in solitu-
18 dinem? * Et si prophetæ sunt, & est ver-
D bum Domini in eis: occurrãt Domino exer-
cituum, vt non veniant vasa, quæ derelicta
fuerant in domo Domini, & in domo regis
19 Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem. * Quia
hæc dicit Dominus exercituum [a] ad colum-
nas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua va- [a] 4. Reg. 25. c. 23.
20 sorũ, quæ remanserunt in ciuitate hac: * quæ
non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis:
cum transferret Iechoniam filium Ioakim
regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, &
21 omnes optimates Iuda, & Ierusalem. * Quia
hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel
ad vasa, quæ derelicta sunt in domo Domi-
22 ni, & in domo regis Iuda, & Ierusalem: * In
Babylonem transferentur, & ibi erũt vsque
ad diem visitationis suæ, dicit Dominus, &
afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII.

1 ET factum est in anno illo, in principio
A regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quar-
to, in mense quinto, dixit ad me Hananias
filius Azur propheta de Gabaon, in domo
Domini coram sacerdotibus, & omni popu-
2 lo, dicens: * Hæc dicit Dñs exercituum Deus
Israel: Contriui iugum regis Babylonis.
3 * Adhuc duo anni dierum, & ego referri fa-
ciam ad locum istum omnia vasa domus
Dñi, quæ tulit Nabuchodonosor rex Baby-
lonis de loco isto, & transtulit ea in Babylo-
4 nem. * Et Iechoniã filiũ Ioakim regẽ Iuda,
& omnem transmigrationem Iuda, qui in-
gressi sunt in Babylonẽ, ego conuertã ad lo-
5 cum istum, ait Dñs: conteram enim iugum
regis Babylonis.* Et dixit Ieremias prophe-
B ta ad Hananiam prophetam in oculis sacer-
dotum, & in oculis omnis populi, qui stabat
6 in domo Domini: * & ait Ieremias prophe-
ta: Amen, sic faciat Dominus: suscitet Domi-
nus verba tua, quę prophetasti: vt referantur
vasa in domum Domini, & omnis transmi-
7 gratio de Babylone ad locum istũ. * Verum-
tamen audi verbum hoc, quod ego loquor
in auribus tuis, & in auribus vniuersi popu-
8 li. * Prophetæ, qui fuerunt ante me, & ante te
ab initio, & prophetauerũt super terras mul-
tas, & super regna magna de pręlio, & de af-
flictio-

flictione, & de fame. * Propheta, qui vatici- 9
natus est pacem: cum venerit verbum eius,
scietur propheta, quem misit Dominus in C
veritate. * Et tulit Hananias propheta cate- 10
nam de collo Ieremiæ prophetæ, & confre-
git eam. * Et ait Hananias in conspectu om- 11
nis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic
confringam iugum Nabuchodonosor regis
Babylonis post duos annos dierum de collo
omnium gentium. * Et abijt Ieremias pro- 12
pheta in viam suam. Et factũ est verbũ Do-
mini ad Ieremiam, postquam confregit Ha-
nanias propheta catenã de collo Ieremiæ pro-
phetæ, dicẽs: * Vade, & dices Hananiæ: Hęc 13
dicit Dominus: Catenas ligneas contriuisti:
& facies pro eis catenas ferreas. * Quia hæc 14
dicit Dominus exercituum Deus Israel: Iu-
gum ferreum posui super collum cũctarum
Gẽtium istarum, vt seruiãt Nabuchodono-
sor regi Babylonis, & seruient ei, insuper, &
bestias terræ dedi ei. * Et dixit Ieremias pro- 15
pheta ad Hananiam prophetam: Audi Ha- D
nania, non misit te Dominus: & tu confide-
re fecisti populũ istum in mendacio. * Idcir- 16
co hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à
facie terræ: hoc anno morieris: aduersum
enim Dñm locutus es. * Et mortuus est Ha- 17
nanias propheta in anno illo, mẽse septimo.

CAP. XXIX.

ET hæc sunt verba libri, quem misit Iere- 1
mias propheta de Ierusalem ad reli- A
quias seniorũ transmigrationis, & ad sacer-
dotes, & ad prophetas, & ad omnẽ populũ,
quem traduxerat Nabuchodonosor de Ie-
rusalem in Babylonem, * postquam egressus 2
est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, &
principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & in-
clusor de Ierusalem: * in manu Elasa filij 3
Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit
Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor re-
gem Babylonis in Babylonem, dicens: * Hæc 4
dicit Dominus exercituum Deus Israel om-
ni transmigrationi, quã trãstulisti de Ierusa-
lem in Babylonem: * Ædificate domos, & 5
habitate, & plantate hortos, & comedite fru-
ctum eorũ. * Accipite vxores, & generate fi- 6
lios, & filias, & date filijs vestris vxores, & fi- B
lias vestras date viris, & pariant filios, & fi-
lias, & multiplicabimini ibi, & nolite esse
pauci numero. * Et quærite pacem ciuitatis, 7
ad quam transmigrare vos feci, & orate pro
ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax
[a]Sup.14. c.13. & 23.d.16. [a]Sup.25. c.12. vobis. * Hæc enim dicit Dominus exercituũ 8
Deus Israel: [a] Non vos seducant prophetæ
vestri, qui sunt in medio vestrum, & diui-
ni vestri: & ne attendatis ad somnia vestra,
quæ vos somniatis: quia falsò ipsi prophe- 9
2. Para. 36.d.21. 1. Esd.1. 2.1. Dan. 9. 3.2. tant vobis in nomine meo: & non misi eos,
dicit Dominus. * [a] Quia hæc dicit Domi- 10
nus: Cum cœperint impleri in Babylone C
septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo
vos ad locũ istũ. * Ego enim scio cogitatio- 11
nes, quas ego cogito super vos, ait Dominus
cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem
12 vobis finem, & patientiam. * Et inuocabitis
me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam
13 vos? * Quæretis me, & inuenietis: cũ quæ-
14 sieritis me in toto corde vestro. * Et inueniar
à vobis, ait Dominus: & reducam captiuita-
D tem vestram, & cõgregabo vos de vniuersis
gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli
vos, dicit Dominus, & reuerti vos faciam de
15 loco, ad quem transmigrare vos feci. * Quia
dixistis: Suscitauit nobis Dominus Prophe-
16 tas in Babylone. * Quia hæc dicit Dominus
ad regẽ, qui sedet super solium Dauid, & ad
omnem populum habitatorem vrbis huius,
ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobi-
17 scum in transmigrationem: * Hæc dicit
Dominus exercituum: [a] Ecce mittam in eos [a] Iu. 24. c.10.
gladium, & famem, & pestem: & ponam
eos quasi ficus malas, quæ comedi non pos-
18 sunt, eo quod pessimæ sint. * Et psequar eos
in gladio, & in fame, & in pestilentia: & da-
bo eos in vexationem vniuersis regnis terræ:
in maledictionem, & in stuporem, & in si-
E bilum, & in opprobrium cunctis Gentibus,
19 ad quas ego eieci eos: * eo quod non audie-
rint verba mea, dicit Dominus: quæ misi
ad eos per seruos meos prophetas de nocte
consurgens, & mittens: & non audistis dicit
20 Dominus. * Vos ergo audite verbum Domi
ni omnis transmigratio, quam emisit de Ie-
21 rusalẽ in Babylonem. * Hæc dicit Dominus
exercituum Deus Israel ad Achab filium
Coliæ, & ad Sedeciam filium Maasiæ, qui
prophetant vobis in nomine meo mendaci-
ter: Ecce ego tradã eos in manus Nabucho-
donosor regis Babylonis, & percutiet eos in
22 oculis vestris. * Et assumet ex eis maledictio
omni transmigrationi Iuda, quę est in Baby-
lone, dicentium: Ponat te Dominus sicut Se-
deciam, & sicut Achab, quos frixit rex Baby-
23 lonis in igne: * pro eo, quod fecerint stulti-
F tiam in Israel, & mœchati sunt in vxores a-
micorum suorũ, & locuti sunt verbũ in no-
mine meo mendaciter, quod non manda-
24 ui eis: ego sum iudex, & testis, dicit Dñs. * Et
25 ad Semeiam Nehelamiten dices: * Hæc di-
cit Dominus exercituum, Deus Israel: Pro
eo quod misisti in nomine tuo libros ad om-
nem populum, qui est in Ierusalem, & ad
26 Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, &
ad vniuersos sacerdotes, dicens. * Dominus
dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote, vt
sis dux in Domo Domini super omnem vi-
rum arreptitium, & prophetantem, vt mit-
27 tas eum in neruum, & in carcerem. * Et
nunc quare non increpasti Ieremiam Ana-
28 thothitẽ, qui prophetat vobis? * Quia super
G hoc misit in Babylonem ad nos dicens: Lon-
gum est: ædificate domos, & habitate, & plã-
29 tate hortos, & comedite fructus eorũ. * Le-
git ergo Sophonias sacerdos librum istum
30 in auribus Ieremiæ prophetæ. * Et factum
est verbum Domini ad Ieremiam, dicens:
31 * Mitte ad omnem transmigrationem, di-
cens:

cens: Hæc dicit Dominus ad Semeian Ne-
helamiten: Pro eo quod prophetauit vobis
Semeias, & ego non misi eum : & fecit vos
confidere in mendacio: * idcirco hæc dicit 32
Dominus: Ecce ego visitabo super Semeian
Nehelamiten,& super semē eius:non erit ei
vir sedens in medio populi huius,& nō vi-
debit bonum, quod ego faciā populo meo,
ait Dominus:quia præuaricationem locutus
est aduersus Dominum.

CAP. XXX.

HOc verbum,quod factum est ad Iere- 1
miam à Domino,dicens:* Hæc dicit A
Dominus Deus Israel,dicens. Scribe tibi om- 2
nia verba, quæ locutus sum ad te, in libro.
* Ecce enim dies veniunt,dicit Dominus: & 3
conuertam conuersionem populi mei Israel
& Iuda, ait Dominus : & conuertam eos
ad terram, quam dedi patribus eorum : &
possidebunt eā.* Et hæc verba,quæ locutus 4
est Dominus ad Israel,& ad Iudam. * Quo- 5
niam hæc dicit Dominus : Vocem terroris
audiuimus:formido,& non est pax.* Inter- 6
rogate, & videte si generat masculus: quare
ergo vidi omnis viri manum super lumbū
suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt
" Ioel 2. a.2.e.11. Amos 5. e.18. Soph. 1. d.15.
vniuersæ facies in auruginem.* " Væ,quia 7
magna dies illa nec est similis eius:tempusq.
tribulationis est Iacob , & ex ipso saluabi-
tur. * Et erit in die illa, ait Dominus exer- 8
cituum:conteram iugū eius de collo tuo, & B
vincula eius dirumpā, & non dominabun-
tur ei amplius alieni: * sed seruient Domi- 9
no Deo suo , & Dauid regi suo , quem su-
" Is.43.a.1.& 44.a.2. Luc.1.g.70.
scitabo eis. * " Tu ergo ne timeas serue 10
meus Iacob , ait Dominus , neque paueas
Israel: quia ecce ego saluabo te de terra lon-
ginqua: & semen tuum de terra captiuita-
tis eorum:& reuertetur Iacob, & quiescet,&
cunctis affluet bonis, & non erit quem for-
midet:* quoniam tecum ego sum,ait Domi- 11
nus, vt saluem te: faciam enim consumma-
tionem in cunctis Gentibus , in quibus di-
spersi te: te autē non faciam in consumma-
tionem:sed castigabo te in iudicio, vt nō vi-
dearis tibi innoxius.* Quia hæc dicit Domi- 12
nus: Insanabilis fractura tua,pessima plaga
tua.* Non est qui iudicet iudiciū tuum ad 13
alligandum: curationum vtilitas non est ti- C
bi.* Omnes amatores tui obliti sunt tui,teq. 14
" Sup.23.d.19.
non quærent: " plaga enim inimici percussi
te castigatione crudeli: propter multitudinē
iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua.
* Quid clamas super contritione tua? insana- 15
bilis est dolor tuus: propter multitudinem
iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua
feci hæc tibi.* Propterea oēs,qui comedunt 16
te,deuorabuntur:& vniuersi hostes tui in ca
ptiuitatem ducentur: & qui te vastāt, vasta-
buntur, cunctosq. prædatores tuos dabo in
prædam.* Obducam enim cicatricē tibi,& 17
a vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus,
Quia eiectam vocauerunt te Sion: Hæc est,
18 quæ non habebat requirentem.* Hæc dicit
D Dominus: Ecce ego conuertam conuersio-
nem tabernaculorū Iacob, & tectis eius mi-
serebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo
& templū iuxta ordinem suū fundabitur.
19 * Et egredietur de eis laus, voxq. ludentiū:
& multiplicabo eos , & non minuentur,&
20 glorificabo eos,& non attenuabuntur.* Et
erunt filij eius sicut à principio , & cœtus
eius coram me permanebit: & visitabo ad-
21 uersum omnes qui tribulant eum. * Et erit
dux eius ex eo, & princeps de medio eius
producetur: & applicabo eum, & accedet
ad me , quis enim iste est, qui applicet cor
suum vt appropinquet mihi, ait Dominus?
22 * Et eritis mihi in populum, & ego ero vo-
23 bis in Deum. * Ecce turbo Domini, furor
egrediens, procella ruens, in capite impio-
24 rum conquiescet.* Non auertet iram indi-
gnationis Dominus, donec faciat , & com-
pleat cogitationem cordis sui: in nouissimo
dierum intelligetis ea.

CAP. XXXI.

1 IN tempore illo,dicit Dominus, Ero Deus
A vniuersis cognationibus Israel , & ipsi e-
2 runt mihi in populum. * Hæc dicit Domi-
nus: Inuenit gratiam in deserto populus,qui
remāserat à gladio: vadet ad requiem suam,
3 Israel * Longe Dominus apparuit mihi. Et
in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi
4 te,miserans:* Rursumq ædificabo te,& ædi-
ficaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tym-
panis tuis , & egredieris in choro luden-
5 tium * Adhuc plantabis vineas in montibus
Samariæ : plantabunt plantantes, & donec
6 tempus veniat,non vindemiabūt:* quia erit
dies , in qua clamabunt custodes in monte
" Isa. 2. a.3. Mich.4. a.2.
Ephraim: " Surgite,& ascendamus in Sion
7 ad Dñm Deum nostrum. * Quia hæc dicit
Dominus: Exultate in lætitia Iacob,& hin-
nite contra caput Gentium: personate,& ca-
nite, & dicite: Salua Domine populum tuū
8 reliquias Israel.* Ecce ego adducā eos de ter
B ra Aquilonis,& congregabo eos ab extremis
terræ: inter quos erunt cæcus, & claudus,
prægnans , & pariens simul, cœtus magnus
9 reuertentium huc. * In fletu venient: & in
misericordiam reducam eos : & adducam
eos per torrentes aquarum in via recta,&
non impingent in ea : quia factus sum Is-
raeli pater , & Ephraim primogenitus meus
10 est.* Audite verbum Domini gentes,& an-
nunciate in insulis, quæ procul sunt, & dici-
te. Qui dispersit Israel,congregabit eum:&
custodiet eum sicut pastor gregem suum.
11 * Redemit enim Dominus Iacob, & libera-
12 uit eū de manu potētioris.* Et veniēt,& lau
dabunt in monte Sion: & cōfluent ad bona
Domini super frumento , & vino, & oleo,
& fętu pecorum,& armentorum: eritque a-
nima eorum quasi hortus irriguus, & vltra
13 non esuriēt.* Tunc lætabitur virgo in cho-
C ro,iuuenes,& senes simul; & conuertam lu-
ctum
ctum eorum in gaudium, & consolabor eos
& lætificabo à dolore suo. * Et inebriabo 14
animā sacerdotum pinguedine: & populus
meus bonis meis adimplebit ait Dominus.
" Mat.2. d.18.
* Hæc dicit Dominus: " Vox in excelso audi- 15
ta est lamentationis luctus, & fletus Rachel
plorantis filios suos, & nolentis cōsolari su-
per eis,quia non sunt.* Hæc dicit Dominus 16
Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à la-
crymis:quia est merces operi tuo,ait Dñs,&
reuertentur de terra inimici * Et est spes no- 17
uissimis tuis ait Dñs: & reuertentur filij ad
terminos suos.* Audiens audiui Ephraim 18
transmigrantem: Castigasti me,& eruditus
sum,quasi iuuenculus indomitus: conuerte
me,& conuertar : quia tu Dñs Deus meus.
* Postquam enim conuertisti me, egi pœ- 19
nitentiam:& postquam ostendisti mihi,per- D
cussi femur meum . Confusus sum,& eru-
bui , quoniam sustinui opprobrium adole-
scentiæ meæ.* Si filius honorabilis mihi E- 20
phraim,si puer delicatus: quia ex quo locu-
tus sum de eo, adhuc recordabor eius, Idcir-
co conturbata sunt viscera mea super eum
miserans miserebor eius,ait Dominus.* Sta- 21
tue tibi speculā, pone tibi amaritudines: di-
rige cor tuum in viam rectam,in qua ambu
lasti: reuertere virgo Israel,reuertere ad ciui
tates tuas istas.* Vsquequo delicijs dissolue- 22
ris filia vaga? quia creauit Dominus nouum
super terrā: FEMINA CIRCVMDABIT
VIRVM.* Hæc dicit Dominus exercituum 23
Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in
terra Iuda,& in vrbibus eius,cum conuerte-
ro captiuitatem eorum: Benedicat tibi Do- E
minus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus:
*& habitabunt in eo Iudas,& omnes ciuita- 24
tes eius simul: agricolæ,& minantes greges.
* Quia inebriaui animam lassam,& omnē 25
animam esurientem saturaui. * Ideo quasi 26
de somno suscitatus sum:& vidi,& somnus
meus dulcis mihi. * Ecce dies veniunt,dicit 27
Dominus,& seminabo domum Israel,& do
mum Iuda semine hominum,& semine iu-
mentorum.* Et sicut vigilaui super eos vt 28
euellerem,& demolirer,& dissiparem,& di-
sperderem, & affligerem: sic vigilabo super
eos vt ædificem,& plantē,ait Dominus.* In 29
" Ezech. 18.a.2.
diebus illis non dicent vltra: " Patres come-
derunt vuam acerbam, & dentes filiorū ob
stupuerūt.* Sed vnusquisq. in iniquitate sua 30
morietur:omnis homo, qui comederit vuā F
" Heb. 8. c.8.
acerbam,obstupescent dentes eius.* " Ecce 31
dies venient,dicit Dominus,& feriam domui
Israel,& domui Iuda fœdus nouum:* non 32
secundum pactum , quod pepigi cum patri-
bus eorum in die, qua apprehendi manum
eorum,vt educerem eos de Terra Ægypti:
pactū,quod irritū fecerunt, & ego domina-
tus sum eorum,dicit Dominus.* Sed hoc e- 33
rit pactum , quod feriam cum domo Israel:
post dies illos dicit Dominus. " Dabo legem
" Heb.10 c.16.
meam in visceribus eorum, & in corde eo-
rum scribam eam: & ero eis in Deum, & ip-
si erunt mihi in populum.* Et non docebit 34
vltra vir proximum suum, & vir fratrē suū
dicens: Cognosce Dñm: omnes enim cogno-
scent me à minimo eorū vsq. ad maximum
" Act.10. g.43.
ait Dñs. " quia propitiabor iniquitati eorum
& peccati eorum non memorabor amplius.
35 * Hæc dicit Dñs,qui dat solē in lumine diei
G ordinē lunæ,& stellarū in lumine noctis: q
turbat mare,& sonāt fluctus eius, Dominus
36 exercituum nomen illi.* Si defecerint leges
istæ corā me,dicit Dñs: tunc & semen Israel
deficient,vt non sit gens corā me cūctis die-
37 bus. * Hæc dicit Dñs: Si mensurari potue-
rint cæli sursum, & inuestigari fundamenta
terræ deorsum:& ego abijciam vniuersū se-
men Israel propter omnia,quæ fecerunt,di-
38 cit Dominus.* Ecce dies veniunt,dicit Dñs:
& ædificabitur ciuitas Domino à turre Ha-
39 naneel vsq. ad portam anguli.* Et exibit vl-
tra norma mensuræ in conspectu eius super
40 collem Gareb:& circuibit Goatha, * & om-
nem vallem cadauerū, & cineris, & vniuer-
sam regionem mortis,vsq. ad torrentem Ce
dron, & vsque ad angulum portæ equorum
Orientalis, Sanctum Domini: non euelletur,
& non destruetur vltra in perpetuum.

CAP. XXXII.

1 VErbū,quod factū est ad Ieremiā à Dño
A in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ip
se est annus decimus octauus Nabuchodo-
2 nosor.* Tunc exercitus regis Babylonis obsi
debat Ierusalem: & Ieremias propheta erat
clausus in atrio carceris, q erat in domo re-
3 gis Iuda.* Clauserat enim eū Sedecias rex Iu
da, dicens: Quare vaticinaris dicens: Hæc di-
cit Dñs: Ecce ego dabo ciuitatē istā in manus
4 regis Babylonis,& capiet eam?* Et Sedecias
rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorū:
sed tradetur in manus regis Babylonis, & lo
quetur os eius cū ore illius,& oculi eius ocu-
5 los illius videbunt.* Et in Babylonem ducet
Sedeciā:& ibi erit donēc visitē eū,ait Dñs, si
aūt dimicaueritis aduersum Chaldæos, ni-
6 hil prosperum habebitis.* Et dixit Ieremias:
7 Factū est verbum Dñi ad me,dicens.* Ecce
B Hanameel filius Sellū patruelis tuus veniet
ad te,dicens: Eme tibi agrū meū,qui est in
Anathoth:tibi.n.competit ex propinquitate
8 vt emas. * Et venit ad me Hanameel filius
patrui mei secundū verbū Dñi ad vestibu-
lū carceris,& ait ad me: Possíde agrū meū,
qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia
tibi competit hæreditas,& tu propinquus es
vt possideas. Intellexi aūt q verbum Dñi es-
9 set. * Et emi agrū ab Hanameel filio patrui
mei,qui est in Anathoth:& appendi ei argē-
10 tū septem stateres,& decem argenteos.* Et
scripsi in libro , & signaui,& adhibui testes,
11 & appendi argentū in statera.* Et accepi li-
brum possessionis signatū , & stipulationes,
12 & rata,& signa forinsecus. * Et dedi librum
possessionis Baruch filio Neri, filij Maasiæ
in oculis Hanameel patruelis mei , in oculis
testium, qui scripti erant in libro emptionis,
& in

& in oculis omniũ Iudæorũ, qui sedebant
in atrio carceris.* Et præcepi Baruch coram 13
eis dicens:* Hæc dicit dñs exercituum Deus 14
Israel: Sume libros istos, librum emptionis C
hunc signatum,& librum hunc, qui apertus
est: & pone illos in vase fictili, vt permane-
re possint diebus multis. * Hæc enim dicit 15
Dominus exercituũ Deus Israel: Adhuc pos-
sidebunt domus,& agri,& vineæ in terra
ista.* Et oraui ad Dñm, postquam tradidi li- 16
brũ possessionis Baruch filio Neri, dicens* 17
Heu, heu, heu Dñe Deus: ecce tu fecisti cælũ
& terrã in fortitudine ista magna, & in bra-
chio tuo extento: non erit tibi difficile omne
Exo.34 a.7.
verbum:* Qui facis misericordiã in millib. 18
& reddis iniquitatẽ patrum in sinũ filiorum
eorum post eos: Fortissimè, magne,& potẽs,
Dñs exercituũ nomen tibi.* Magnus consi- 19
lio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius o-
culi aperti sunt super omnes vias filiorum
Adam, vt reddas vnicuique secundum vias
suas,& secundum fructum adinuentionum
eius.* Qui posuisti signa,& portenta in ter- 20
ra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel,
& in hominibus, & fecisti tibi nomen sicut
est dies hæc. * Et eduxisti populũ tuum Is- 21
rael de Terra Ægypti, in signis,& in portẽ- D
tis,& in manu robusta, & in brachio exten-
to,& in terrore magno.* Et dedisti eis terrã 22
hanc, quam iurasti patribus eorum vt dares
eis terram fluentẽ lacte,& melle.* Et ingres- 23
si sunt,& possederunt eam:& nõ obedierũt
voci tuæ,& in lege, tua non ambulauerunt:
omnia quæ mandasti eis vt facerent non fe-
cerũt,& euenerũt eis omnia mala hæc.* Ec- 24
ce munitiones extructæ sunt aduersum ciui
tatem vt capiatur: & vrbs data est in manus
Chaldæorum, qui præliantur aduersus eam
à facie gladij,& famis, & pestilentiæ:& quæ-
cumque locutus es acciderunt, vt tu ipse cer
nis.* Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme 25
agrum argento,& adhibe testes : cum vrbs
data sit in manus Chaldæorũ?* Et factũ est 26
verbum Domini ad Ieremiã, dicens: * Ecce 27
ego Dominus Deus vniuersæ carnis: num- E
quid mihi difficile erit omne verbũ? * Pro- 28
pterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam
ciuitatem istam in manus Chaldæorum, &
in manus regis Babylonis,& capient eã.* Et 29
venient Chaldæi præliantes aduersum vr-
bem hanc, & succendent eam igni,& cõbu-
rent eam, & domos, in quarum domatibus
sacrificabant Baal, & libabant dijs alienis
libamina ad irritandum me.* Erãt enim fi- 30
lij Israel, & filij Iuda iugiter faciẽtes malum
in oculis meis ab adolescẽtia sua: filij Israel
qui vsque nunc exacerbant me in opere ma-
nuum suarũ, dicit Dñs.* Quia in furore,& 31
in indignatione mea facta est mihi ciuitas
hæc, à die qua ædificauerunt eam, vsque ad
diem istam, qua auferetur de cõspectu meo.
* Propter malitiam filiorum Israel, & filio- 32
rum Iuda, quam fecerunt ad iracundiã me
prouocantes, ipsi & reges eorum, principes
eorum,& sacerdotes eorum,& prophetę eo- F
33 rum, viri Iuda,& habitatores Ierusalẽ.* Et
verterunt ad me terga, & non facies, cũ do-
cerem eos diluculo, & erudirem, & nollent
34 audire vt acciperent disciplinã.* Et posue- 4.Reg.
runt idola sua in domo, in qua inuocatũ est 21.a.4.
35 nomen meum, vt pollueręnt eam.* Et ędifi
cauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij
Ennom vt initiarent filios suos,& filias suas
Moloch: quod non mandaui eis, nec ascen-
dit cor meum vt facerent abominationem
36 hanc,& in peccatũ deducerent Iudam. * Et
nunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus
Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis
quod tradetur in manus regis Babylonis in
37 gladio,& in fame,& in peste * Ecce ego con
gregabo eos de vniuersis terris, ad quas eieci
eos in furore meo, & in ira mea, & in indi-
gnatione grandi: & reducam eos ad locum
istum, & habitare eos faciam confidenter.
38 * Et erunt mihi in populum, & ego ero eis
39 in Deum. * Et dabo eis cor vnum,& viam
G vnam, vt timeant me vniuersis diebus,& be
40 ne sit eis,& filijs eorum post eos * Et feriam
eis pactum sempiternum, & non desinã eis
benefacere: & timorẽ meum dabo in corde
41 eorum vt non recedant à me.* Et lætabor
super eis, cũ bene eis fecero:& plantabo eos
in terra ista in veritate in toto corde meo,&
42 in tota anima mea.* Quia hæc dicit Domi-
nus: Sicut adduxi super populum istũ om-
ne malum hoc grande: sic adducam super
43 eos omne bonum, qđ ego loquor ad eos.* Et
possidebuntur agri in terra ista: de qua vos
dicitis quod deserta sit, eo quod nõ remanse
rit homo,& iumentum,& data sit in manus
44 Chaldæorum.* Agri emẽtur pecunia,& scri
bentur in libro,& imprimetur signum,& te-
stis adhibebitur: in terra Beniamin, & in cir-
cuitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, & in ci-
uitatibus montanis,& in ciuitatibus campe-
stribus, & in ciuitatibus, quæ ad Austrum
sunt: quia conuertam captiuitatem eorum,
ait Dominus.

CAP. XXXIII.

1 ET factum est verbum Domini ad Iere-
A miam secundò, cum adhuc clausus es-
2 set in Atrio carceris, dicens: * Hæc dicit Do-
minus qui facturus est, & formaturus illud,
3 & paraturus, Dñs nomen eius.* Clama ad
me,& exaudiam te, & annunciabo tibi gran-
4 dia,& firma quæ nescis.* Quia hæc dicit Do-
minus Deus Israel ad domos vrbis huius,&
ad domos regis Iuda, quæ destructæ sunt,&
5 ad munitiones,& ad gladium.* venientium
vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas
cadaueribus hominum, quos percussi in fu-
rore meo, & in indignatione mea, abscon-
dens faciem meã à ciuitate hac propter oẽm
6 malitiã eorum.* Ecce ego obducam eis cica-
tricem,& sanitatem,& curabo eos:& reuela-
7 bo illis deprecationem pacis,& veritatis.* Et
conuertam conuersionem Iuda, & cõuersio
nem Ierusalem:& ædificabo eos sicut à prin
8 cipio.* Et emundabo illos ab omni iniquita-
te sua, in qua peccauerunt mihi,& propitius
ero

ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus
deliquerunt mihi, & spreuerunt me. * Et 9
erit mihi nomen,& in gaudium,& in laudẽ, B
& in exultationem cunctis gentibus terræ,
quæ audierint omnia bona, quę ego facturus
sum eis: & pauebunt,& turbabuntur in vni-
uersis bonis,& in omni pace, quam ego faciã
eis.* Hęc dicit Dominus: Adhuc audietur in 10
loco isto (quem vos dicitis esse desertum, eo
quod non sit homo nec iumentum: in ciuita
tibus Iuda, & foris Ierusalem, quæ desolatæ
sunt absque homine, & absq; habitatore, &
absque pecore) * vox gaudij,& vox lætitiæ, 11
vox sponsi, & vox sponsæ, vox dicentium:
Confitemini Domino exercituum, quoniam
bonus Dominus, quoniam in æternum mi-
sericordia eius:& portantium vota in domũ
Domini: reducam enim conuersionem terrę
sicut à principio, dicit Dominus.* Hæc dicit 12
Dominus exercituũ: Adhuc erit in loco isto
deserto absque homine, & absque iumento,
& in cunctis ciuitatibus eius habitaculum pa
storum accubantium gregum. * In ciuitati- 13
bus montuosis, & in ciuitatibus campestri- C
bus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt:
& in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalẽ,
& in ciuitatibus Iuda adhuc transibunt gre-
ges ad manũ numerantis: ait Dominus.* Ec- 14
ce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo
verbum bonum, quod locutus sum ad do-
mum Israel,& ad domum Iuda.* In diebus 15
illis, & in tempore illo germinare faciam Da
uid germen iustitiæ:& faciet iudicium,& iu-
stitiã in terra. * In diebus illis saluabitur Iu- 16
da,& Ierusalem habitabitur confidenter: &
hoc est nomen, quod vocabunt eum, Domi-
nus iustus noster.* Quia hęc dicit Dominus. 17
Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super
thronum domus Israel. * Et de Sacerdoti- 18
bus, & Leuitis non interibit vir à facie mea,
qui offerat holocaustomata, & incendat sa-
crificiũ, & cedat victimas omnibus diebus.
* Et factũ est verbum Domini ad Ieremiã, 19
dicens:* Hæc dicit Dominus: Si irritum po- 20
test fieri pactum meum cum die, & pactum
meum cum nocte, vt non sit dies: & nox in
tempore suo: * Et pactum meũ irritum es- 21
se poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit
ex eo filius, qui regnet in throno eius,& Le- D
uitę & Sacerdotes ministri mei.* Sicut enu- 22
merari non possunt stellæ cæli,& metiri are-
na maris: sic multiplicabo semen Dauid ser-
ui mei, & Leuitas ministros meos.* Et fa- 23
ctum est verbum Domini ad Ieremiam, di-
cens: * Numquid non vidisti quid populus 24
hic locutus sit, dicens: Duæ cognitiones, quas
elegerat Dominus, abiecta sunt: & populum
meum despexerunt, eo quod non sit vltra
gens coram eis:* Hæc dicit Dominus: Si pa- 25
ctum meum inter diem,& noctem, & leges
cælo,& terræ non posui: * equidem & semẽ 26
Iacob, & Dauid serui mei proijciam, vt non
assũmam de semine eius principes seminis
Abraham, Isaac,& Iacob: reducam enim cõ-
uersionem eorum,& miserebor eis.

CAP. XXXIIII.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiã à
A Domino, quãdo Nabuchodonosor rex
Babylonis,& omnis exercitus eius, vniuersa-
que regna terrę, quę erant sub potestate ma-
nus eius, & omnes populi bellabant contra
Ierusalem & cõtra omnes vrbes eius, dicens:
2 * Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vade, &
loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices
ad eum: Hæc dicit Dominus. Ecce ego tra-
dam ciuitatem hanc in manus regis Babylo-
3 nis, & succendet eam igni.* Et tu non effu-
gies de manu eius: sed comprehensione ca-
pieris, & in manu eius traderis: & oculi tui
oculos regis Babylonis videbunt, & os eius
cum ore tuo loquetur,& Babylonem introi-
4 bis:* Attamẽ audi verbum Dñi Sedecia rex
Iuda: Hæc dicit Dñs ad te: Non morieris in
5 gladio, * sed in pace morieris, & secundum
combustiones patrum tuorum regum prio-
rum, qui fuerunt ante te, sic comburent te: &
væ Domine, plangent te: quia verbum ego
6 locutus sum, dicit Dominus.* Et locutus est
B Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda
7 vniuersa verba hæc in Ierusalem. * Et exer-
citus regis Babylonis pugnabat contra Ieru-
salem, & contra omnes ciuitates Iuda, quæ
reliquæ erant contra Lachis, & contra Aze-
cha: hæ enim supererant de ciuitatibus Iu-
8 da, vrbes munitæ. * Verbum, quod factum
est ad Ieremiã à Domino, postquam percus-
sit rex Sedecias fœdus cum omni populo in
9 Ierusalem, prædicans:* Vt dimitteret vnus-
quisque seruum suum,& vnusquisque ancil-
lam suam, Hebræum, & Hebræã liberos: &
nequaquam dominarentur eis, id est, in Iu-
10 dæo,& fratre suo.* Audierunt ergo omnes
principes,& vniuersus populus, qui inierant
pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum
suum, & vnusquisque ancillam suã liberos,
& vltra non dominarentur eis, audierũt igi-
11 tur,& dimiserunt. * Et conuersi sunt dein-
C ceps: & retraxerunt seruos, & ancillas suas,
quos dimiserant liberos, & subiugauerũt in
12 famulos,& famulas.* Et factum est verbum
Domini ad Ieremiam à Domino, dicens:
13 * Hęc dicit Dñs Deus Israel: Ego percussi fę-
dus cũ patribus vestris in die, qua eduxi eos
de Terra Ægypti de domo seruitutis, dicẽs: Exo.21 a.2.
14 * Cum completi fuerint septem anni, di- Deu.15. c.12.
mittat vnusquisque fratrẽ suum Hebræum,
qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis:
& dimittes eum à te liberum: & non audie-
runt patres vestri me: nec inclinauerũt aurẽ
15 suam. * Et conuersi estis vos hodie, & feci-
stis quod rectũ est in oculis meis, vt prędica-
retis libertatẽ vnusquisque ad amicũ suum:
& in istis pactum in cõspectu meo in domo
in qua inuocatum est nomen meum super
16 eam.* Et reuersi estis,& commaculastis no-
men meum: & reduxistis vnusquisque ser-
uum suum, & vnusquisque ancillam suam,
quod dimiseratis, vt essẽt liberi,& suæ pote-
statis

fiatis:& subiugastis eos, vt sint vobis serui,&
ancillæ. * Propterea hæc dicit Dominus: 17
Vos non audistis me, vt prædicaretis liberta- D
tem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque
amico suo: ecce ego prædico vobis liberta-
tem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, &
ad famem: & dabo vos in commotionem
cunctis regnis terræ.* Et dabo viros, qui præ- 18
uaricantur fœdus meum, & non obseruaue-
runt verba fœderis, quibus assensi sunt in cõ
spectu meo, vitulum quem conciderunt in
duas partes, & transierunt inter diuisiones
eius: * Principes Iuda, & principes Ierusalẽ, 19
eunuchi, & sacerdotes, & omnis populus ter
ræ, qui transierunt inter diuisiones vituli.
* Et dabo eos in manus inimicorum suorũ, 20
& in manus quærentium animam eorum: &
erit morticinum eorum in escam volatilibus
cæli, & bestijs terræ.* Et Sedeciam regem Iu- 21
da, & principes eius dabo in manus inimico-
rum suorum, & in manus quærentium ani-
mas eorum, & in manus exercituum regis
Babylonis, qui recesserunt à vobis. * Ecce 22
ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos
in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus
eam, & capient eam, & incendent igni: & ci-
uitates Iuda dabo in solitudinem, eo quod
non sit habitator.

CAP. XXXV.

VErbum, quod factum est ad Ieremiam, 1
à Domino in diebus Ioa Kim filij Iosiæ A
regis Iuda, dicens: * Vade ad domum Re- 2
chabitarum: & loquere eis, & introduces
eos in domum Domini in vnam exedram
thesaurorum, & dabis eis bibere vinum.
* Et assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filij 3
Habsaniæ, & fratres ei9, & omnes filios eius,
& vniuersam domum Rechabitarum: * Et 4
introduxi eos in domum Domini ad gazo-
phylacium filiorum Hanan, filij Iegedeliæ
hominis Dei, quod erat iuxta, gazophyla-
cium principum, super thesaurum Maasiæ
filij Sellum, qui erat custos vestibuli.* Et 5
posui coram filijs domus Rechabitarum sy-
phos plenos vino, & calices: & dixi ad eos:
Bibite vinum. * Qui responderunt: Non bi- 6
bemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, B
pater noster, præcepit nobis, dicens: Non bi-
betis vinum vos, & filij vestri vsque in sem-
piternum: * Et domum non ædificabitis, & 7
sementem non seretis, & vineas non planta-
bitis: nec habebitis: sed in tabernaculis habi-
tabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis die-
bus multis super faciem terræ, in qua vos pe-
regrinamini. * Obediuimus ergo voci Iona- 8
dab filij Rechab, patris nostri, in omnibus,
quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus
vinum cunctis diebus nostris nos, & mulie-
res nostræ, filij, & filiæ nostræ:* & non ædi- 9
ficaremus domos ad habitandum: & vi-
neam, & agrum, & sementem non habui-
mus: * sed habitauimus in tabernaculis, & 10
obedientes fuimus iuxta omnia, quæ præce-
11 pit nobis Ionadab pater noster: * Cum au-
tem ascendisset Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis ad terram nostram, diximus: Veni-
te, & ingrediamur Ierusalem à facie exerci-
tus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ:
12 & mansimus in Ierusalem.* Et factum est
13 verbum Domini ad Ieremiã, dicens: * Hæc
C dicit Dominus exercituum Deus Israel: Va-
de, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusa-
lem: Numquid non recipietis disciplinam,
vt obediatis verbis meis, dicit Dominus?
14 * Præualuerunt sermones Ionadab filij Re-
chab, quos præcepit filijs suis, vt nõ biberent
vinum: & non biberunt vsque ad diẽ hanc,
quia obedierunt præcepto patris sui: ego au-
tem locutus sum ad vos, de mane cõsurgẽs,
15 & loquens, & non obedistis mihi. * Misique
ad vos omnes seruos meos prophetas, con-
surgens diluculo, mittensque & dicens: " " Sup. 18 b 11. & 25. b. 5.
Conuertimini vnusquisque à via sua pessi-
ma, & bona facite studia vestra: & nolite se-
qui deos alienos, neque colatis eos: & habita-
bitis in terra, quã dedi vobis, & patribus ve-
stris: & non inclinastis aurem vestram, ne-
16 que audistis me. * Firmauerunt igitur filij
Ionadab filij Rechab præceptum patris sui,
D quod præceperat eis: populus autem iste non
17 obediuit mihi. * Idcirco hoc dicit Domi-
nus exercituum, Deus Israel: Ecce ego ad-
ducam super Iuda, & super omnes habita-
tores Ierusalem vniuersam afflictionem,
quam locutus sum aduersum illos, eo quod
locutus sum ad illos, & non audierunt: vo-
18 caui illos, & non responderunt mihi.* Do-
mui autem Rechabitarum dixit Ieremias:
Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel:
Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab pa-
tris vestri, & custodisti omnia mandata eius,
19 & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis. *
Propterea hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Iona-
dab filij Rechab, stans in conspectu meo cun
ctis diebus.

CAP. XXXVI.

1 ET factum est in anno quarto Ioa Kim fi-
A lij Iosiæ regis Iuda: factum est verbum
2 hoc ad Ieremiam à Domino, dicens: * Tolle
volumen libri, & scribes in eo omnia verba,
quæ locutus sum tibi aduersum Israel, & Iu-
dam, & aduersum omnes gentes: à die, qua
locutus sum ad te ex diebus Iosiæ vsque ad
3 diem hanc: * Si fortè audiente domo Iuda
vniuersa mala, quæ ego cogito facere eis, re-
uertatur vnusquisque à via sua pessima: &
propitius ero iniquitati, & peccato eorum.
4 * Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Ne-
riæ: & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes
sermones Domini, quos locutus est ad eum
5 in volumine libri: * & præcepit Ieremias
Baruch, dicens: Ego clausus sum, nec valeo
6 ingredi domum Domini. * Ingredere ergo
tu, & lege de volumine, in quo scripsisti ex
ore meo verba Domini audiente populo in
domo

domo Domini, in die ieiunij: insuper, & au-
diente vniuerso Iuda, qui veniunt de ciuita- B
tibus suis, leges eis.* Si fortè cadat oratio eo- 7
rum in conspectu Domini, & reuertatur v-
nusquisque à via sua pessima: quoniam ma-
gnus furor, & indignatio est, quam locutus
est Dominus aduersum populum hunc.* Et 8
fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia, quæ
præceperat ei Ieremias propheta, legens ex
volumine sermones Domini in domo Do-
mini. * Factum est autem in anno quinto 9
Ioa Kim filij Iosiæ regis Iuda, in mense no-
no: prædicauerunt ieiunium in conspectu
Domini omni populo in Ierusalem, & vni-
uersæ multitudini, quæ confluxerat de ciui-
tatibus Iuda in Ierusalem.* Legitq. Baruch 10
ex volumine sermones Ieremiæ in domo
Dñi in gazophylacio Gamariæ filij Saphan C
Scribæ, in vestibulo superiori in introitu por-
tæ nouæ domus Domini, audiente omni po-
pulo. * Cumq. audisset Michæas filius Ga- 11
mariæ filij Saphan omnes sermones Dñi ex
libro:* descendit in domum regis ad gazo- 12
phylaciũ scribæ: & ecce ibi omnes principes
sedebant: Elisama scriba, & Dalaias filius Se-
meiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gama-
rias filius Saphan, & Sedecias filius Hana-
niæ, & vniuersi principes.* Et nunciauit eis 13
Michæa omnia verba, quæ audiuit legente
Baruch ex volumine in auribus populi.* Mi 14
seruntq. omnes principes ad Baruch, Iu-
di filiũ Nathaniæ filij Selemiæ, filij Chusi,
dicentes: Volumen, ex quo legisti audiente
populo, sume in manu tua, & veni. Tulit er-
go Baruch filius Neriæ volumen in manu
sua, & venit ad eos. * Et dixerunt ad eum: 15
Sede, & lege hæc in auribus nostris. Et legit D
Baruch in auribus eorum. * Igitur cum au- 16
dissent omnia verba, obstupuerũt vnusquis-
que ad proximum suum, & dixerunt ad Ba-
ruch: Nunciare debemus regi omnes ser-
mones istos.* Et interrogauerunt eum, dicẽ 17
tes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes
sermones istos ex ore eius.* Dixit autem eis 18
Baruch: Ex ore suo loquebatur quasi legens
ad me omnes sermones istos: & ego scribe-
bam in volumine atramento. * Et dixerunt 19
principes ad Baruch: Vade, & abscondere tu
& Ieremias, & nemo sciat vbi sitis. * Et in- 20
gressi sunt ad regem in atrium: porro volu-
men commendauerunt in gazophylacio.
Elisamæ scribæ: & nunciauerunt audiente
rege omnes sermones.* Misitq. rex Iudi vt 21
sumeret volumen; qui tollens illud de gazo- E
phylacio Elisamæ scribæ, legit audiente re-
ge, & vniuersis principibus qui stabant circa
regem. * Rex autem sedebat in domo hie- 22
mali in mense nono: & posita erat arula co-
ram eo plena prunis. * Cumq. legisset Iudi 23
tres pagellas, vel quatuor, scidit illud scalpel-
lo scribæ, & proiecit in ignem, qui erat super
arulam, donec consumeretur omne volu-
men igni, qui erat in arula. * Et non timue- 24
runt, neque sciderunt vestimenta sua rex, &
omnes serui eius, qui audierunt vniuersos
25 sermones istos. * Verumtamen Elnathã, &
Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne
26 combureret librum: & nõ audiuit eos. * Et
F præcepit rex Ieremiel filio Amelech, & Sara-
iæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt
comprehenderent et Baruch scribã, & Iere-
miam prophetam: abscondit autem eos Do-
27 minus. * Et factum est verbum Domini ad
Ieremiam prophetam, postquam cõbusserat
rex volumen, & sermones, quos scripserat
28 Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: * Rursum
tolle volumen aliud: & scribe in eo omnes
sermones priores, qui erant in primo volu-
mine, quod combussit Ioa Kim rex Iuda.
29 * Et ad Ioa Kim regem Iuda, dices: Hæc di-
cit Dñs: Tu cõbussisti volumẽ illud, dicens:
Quare scripsisti in eo annuncians: Festinus
veniet rex Babylonis, & vastabit terrã hanc,
& cessare faciet ex illa hominem, & iumen-
30 tum? * Propterea hæc dicit Dominus con-
G tra Ioa Kim regem Iuda: Non erit ex eo qui
sedeat super solium Dauid: & cadauer eius
proijcietur ad æstum per diẽ, & ad gelu per
31 noctem. * Et visitabo contra eum, & contra
semen eius, & contra seruos eius iniquitates
suas, & adducam super eos, & super habita-
tores Ierusalem, & super viros Iuda omne
malum, quod locutus sum ad eos, & non au-
32 dierunt. * Ieremias autem tulit volumen
aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scri-
bæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes
sermones libri, quem combusserat Ioa Kim
rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermo-
nes multo plures, quam antea fuerant.

CAP. XXXVII.

1 ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ pro
A Iechonia filio Ioa Kim: quem constituit
regem Nabuchodonosor rex Babylonis in
2 terra Iuda. * Et non obediuit ipse, & serui
eius, & populus terræ verbis Domini, quæ
3 locutus est in manu Ieremiæ prophetæ.* Et
misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, &
Sophoniam filium Maasiæ sacerdotẽ ad Ie-
remiam prophetam, dicens: Ora pro nobis
4 Dominum Deum nostrum. * Ieremias autẽ
liberè ambulabat in medio populi: nõ enim
miserant eum in custodiam carceris. Igitur
exercitus Pharaonis egressus est de Ægy-
pto, & audientes Chaldæi, qui obsidebãt Ie-
rusalem, huiuscemodi nuncium, recesserunt
5 ab Ierusalem. * Et factum est verbum Do-
6 mini ad Ieremiam prophetam, dicẽs: * Hæc
B dicit Dominus Deus Israel: Sic dicetis regi
Iuda, qui misit vos ad me interrogandum:
Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vo
bis in auxilium, reuertetur in terram suam
7 in Ægyptum, * & redient Chaldæi, & bella-
bunt contra ciuitatem hanc: & capient eam,
8 & succendent eam igni. * Hæc dicit Domi-
nus: Nolite decipere animas vestras, dicẽtes:
Euntes abibunt, & recedent à nobis Chal-
9 dæi, quia non abibunt. * Sed & si percusse-
ritis omnem exercitum Chaldæorum,
qui

qui præliantur aduersum vos, & derelicti
fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de ten-
torio suo consurgent, & incendẽt ciuitatem
hanc igni. * Ergo cum recessisset exercitus 10
Chaldeorũ ab Ierusalem propter exercitum
Pharaonis, * egressus est Ieremias de Ierusa- 11
lem, vt iret in Terram Beniamin, & diuide-
ret ibi possessionem in conspectu ciuium.
* Cumq. peruenisset ad portam Beniamin, 12
erat ibi custos portæ per vices, nomine Ie-C
rias, filius Selemiæ filij Hananiæ, & appre-
hendit Ieremiam prophetam, dicens: Ad
Chaldæos profugis. * Et respondit Ieremias: 13
Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Et non
audiuit eum: sed comprehendit Ierias Ie-
remiam, & adduxit eum ad principes. * Quã 14
ob rem irati principes contra Ieremiam, cæ-
sum eum miserunt in carcerem, qui erat in
domo Ionathan scribæ: ipse enim præpoſi-
tus erat super carcerem. * Itaq. ingressus est 15
Ieremias in domum laci, & in ergastulum:
& sedit ibi Ieremias diebus multis. * Mit- 16
tens autem Sedecias rex tulit eum: & inter-
rogauit eum in domo sua absconditè, & di-
xit: Putasne est sermo à Domino? Et dixit Ie-D
remias: Est. Et ait: In manus regis Baby-
lonis traderis. * Et dixi Ieremias ad regem 17
Sedeciam: Quid peccaui tibi, & seruis tuis,
& populo tuo, quia misisti me in domum
carceris? * Vbi sunt prophetæ vestri, qui pro- 18
phetabant vobis, & dicebant: Non veniet
rex Babylonis super vos, & super terram
hanc? * Nunc ergo audi obsecro domine mi 19
rex: Valeat deprecatio mea in cõspectu tuo:
& ne me remittas in domum Ionathan scri-
bæ, ne moriar ibi. * Præcepit ergo rex Sede- 20
cias, vt traderetur Ieremias in vestibulo car-
ceris: & daretur ei torta panis quotidie, ex-
cepto pulmento, donec consumerentur om-
nes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in
vestibulo carceris.

CAP. XXXVIII.

A Vdiuit autem Saphatias filius Mathan, 1
& Gedelias filius Phassur, & Iuchal fi-A
lius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ, ser-
mones, quos Ieremias loquebatur ad omnem
populum, dicens: * Hæc dicit Dominus: 2
"Quicumque manserit in ciuitate hac mo-
rietur gladio, & fame, & peste: qui autẽ pro-
fugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima ei⁹
sospes, & viuens. * Hæc dicit Dominus: Tra- 3
dendo tradetur ciuitas hæc in manu exerci-
tus regis Babylonis, & capiet eam. * Et dixe- 4
runt principes regi: Rogamus, vt occidatur
homo iste: de industria enim dissoluit ma-
nus virorum bellantium, qui remanserunt B
in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, lo-
quens ad eos iuxta verba hæc, siquidem ho-
mo iste non quærit pacem populo huic, sed
malum. * Et dixit rex Sedecias: Ecce ipse in 5
manibus vestris est: nec enim fas est regem
vobis quidquam negare. * Tulerunt ergo 6
Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum

"Sup.21. 2.9.

Melchiæ filij Amelech, qui erat in vestibulo
carceris: & submiserunt Ieremiam funibus
in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum:
7 descendit itaque Ieremias in cœnum. * Au-
diuit autẽ Abdemelech Æthiops vir eunu-
chus, qui erat in domo regis quod misissent
Ieremiam in lacũ: porro rex sedebat in por-
8 ta Beniamin. * Et egressus est Abdemelech
de domo regis, & locutus est ad regem, di-
9 cens: * Domine mi rex, malè fecerunt viri
C isti omnia quæcumque perpetrarunt contra
Ieremiam prophetam, mittentes eum in la-
cum, vt moriatur ibi fame, non sunt enim
10 panes vltra in ciuitate. * Præcepit itaque
rex Abdemelech Æthiopi, dicẽs: Tolle tecũ
hinc triginta viros, & leua Ieremiã prophe-
11 tam de lacu antequã moriatur. * Assumptis
ergo Abdemelech secum viris, ingressus est
domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit
inde veteres pannos, & antiqua, quæ compu
truerãt, & submisit ea ad Ieremiam, in lacũ
12 per funiculos. * Dixitque Abdemelech Æ-
thiops ad Ieremiam: pone veteres pannos,
& hæc scissa, & putrida sub cubito manuũ
tuarum, & super funes. fecit ergo Ieremias
13 sic. * Et extraxerunt Ieremiam funibus, &
D eduxerunt eum de lacu: mansit autem Iere-
14 mias in vestibulo carceris. * Et misit rex Se-
decias, & tulit ad se Ieremiam prophetam
ad ostium tertium, quod erat in domo Do-
mini, & dixit rex ad Ieremiam, interrogo
ego te sermonẽ, ne abscõdas à me aliquid.
15 * Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si an-
nunciauero tibi, numquid non interficies
me? & si consilium dedero tibi, non me au-
16 dies? * Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ
clam, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis
animam hanc, si occidero te, & si tradidero
te in manus virorum istorum, qui quærunt
17 animam tuam. * Et dixit Ieremias ad Sede-
ciam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus
Israel: Si profectus exieris ad principes re-
E gis Babylonis, viuet anima tua: & ciuitas
hæc non succendetur igni, & saluus eris tu,
18 & domus tua. * Si autem nõ exieris ad prin-
cipes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc
in manus Chaldeorũ, & succendẽt eã igni:
19 & tu non effugies de manu eorum. * Et di-
xit rex Sedecias ad Ieremiam. Solicitus sum
propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chal-
dæos: ne fortè tradar in manus eorum, & il-
20 ludant mihi. * Respondit autem Ieremias:
Non te tradẽt. audi quæso vocem Domini,
quã ego loquor ad te, & bene tibi erit, & vi-
21 uet anima tua. * Quod si nolueris egredi: i-
F ste est sermo, quẽ ostendit mihi Dominus:
22 * Ecce omnes mulieres, quæ remanserũt in
domo regis Iuda, educentur ad principes re-
gis Babylonis: & ipsæ dicent: Seduxerunt
te, & præualuerũt aduersum te viri pacifici
tui, demerserũt in cœno, & in lubrico pedes
23 tuos, & recesserunt à te. * Et omnes vxores
tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos, &
non effugies manus eorum, sed in manu re-
gis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc com-

comburet igni. * Dixit ergo Sedecias ad Iere- 24
miam: Nullus sciat verba hæc, & non mo-
rieris. * Si autem audierunt principes, quia 25
locutus sum tecũ, & venerint ad te, & dixe-
rint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum G
rege, ne celes nos, & non te interficiemus, &
quid locutus est tecum rex: * Dices ad eos: 26
Prostrauí ego preces meas corã rege, ne me
reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi
morerer. * Venerunt ergo omnes principes 27
ad Ieremiam, & interrogauerunt eum, & lo-
cutus est eis iuxta omnia verba, quæ præce-
perat ei rex, & cessauerunt ab eo: nihil enim
fuerat auditum. * Mansit verò Ieremias in 28
vestibulo carceris vsque ad diem, quo capta
est Ierusalem: & factum est vt caperetur Ie-
rusalem.

CAP. XXXIX.

4.Re.25. 2.1. Ier.52.a. 4.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mense 1
decimo, venit Nabuchodonosor rex Ba A
bylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalẽ,
& obsidebant eam. * Vndecimo autem anno 2
Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis aperta
est ciuitas. * Et ingressi sunt omnes principes 3
regis Babylonis, & sederunt in porta media:
Neregel, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim,
Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag, & om-
nes reliqui principes regis Babylonis. * Cum- 4
que vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes
viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte
de ciuitate per viam horti regis, & per por-
tam, quæ erat inter duos muros. egressi sunt
ad viam deserti. * Persecutus est autem eos 5
exercitus Chaldæorum: & comprehenderũt B
Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinę,
& captum adduxerunt ad Nabuchodonosor
regem Babylonis in Reblatha, quę est in Ter
ra Emath: & locutus est ad eum iudicia. * 6
Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Re
blatha, in oculis eius, & omnes nobiles Iuda
occidit rex Babylonis. * Oculos quoque Se- 7
deciæ eruit: & vinxit eum cõpedibus vt du-
ceretur in Babylonem. * Domum quoque 8
regis, & domum vulgi succenderunt Chal-
dęi igni, & murum Ierusalem subuerterunt.
* Et reliquias populi, qui remanserunt in ci- 9
uitate, & perfugas, qui transfugerant ad eũ, &
superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit
Nabuzardan magister militũ in Babylonẽ.
* Et de plebe pauperum, qui nihil penitus 10
habebant, dimisit Nabuzardan magister mi C
litum in Terra Iuda: & dedit eis vineas, & ci-
sternas in die illa. * Præceperat autem Nabu 11
chodonosor rex Babylonis de Ieremia Na-
buzardan magistro militum, dicens. * Tolle 12
illum, & pone super eum oculos tuos, nihil-
que ei mali facias: sed, vt voluerit, sic facias ei.
* Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ, 13
& Nabusezban, & Rabsares, & Neregel, &
Sereser, & Rebmag. & oẽs optimates regis
Babylonis, * miserũt, & tulerunt Ieremiã de 14
vestibulo carceris, & tradiderunt eũ Gode-

liæ filio Ahicam filij Saphan vt iniraret in
15 domum, & habitaret in populo: * Ad Iere-D
miam autem factus fuerat sermo Domini
cum clausus esset in vestibulo carceris, di-
16 cens: * Vade, & dic Abdemelech Æthiopi,
dicens: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus
Israel: Ecce ego inducam sermones meos su-
per ciuitatem hanc in malum, & non in bo-
17 num: & erunt in conspectu tuo in die illa. *
Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non
traderis in manus virorum: quos tu formi-
18 das: * Sed eruens liberabo te, & gladio nõ ca-
des: sed erit tibi anima tua in salutem, quia
in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

1 A SErmo, qui factus est ad Ieremiam à Do-
mino, postquã dimissus est à Nabuzardã
magistro militiæ de Rama, quando tulit eũ
vinctum catenis in medio omnium, qui mi-
grabant de Ierusalem, & Iuda, & duceban-
2 tur in Babylonem. * Tollens ergo princeps
militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus
Deus tuus locutus est malũ hoc super locum
3 istum, * & adduxit: & fecit Dominus sicut
locutus est, quia peccastis Domino, & non au-
distis vocem eius, & factus est vobis sermo
4 hic. * Nunc ergo ecce solui te hodie de ca-
tenis, quæ sunt in manibus tuis; si placet ti-
bi vt venias mecum in Babylonem, veni: &
ponam oculos meos super te: si autem di-
splicet tibi venire mecum in Babylonem,
reside: ecce omnis terra in conspectu tuo est,
quod elegeris, & quo placuerit tibi vt vadas,
5 illuc perge. * Et mecum noli venire: sed ha-
B bita apud Godoliam filium Ahicam filij Sa-
phan, quem præposuit rex Babylonis ciuitati
bus Iuda: habita ergo cum eo in medio po-
puli: vel quocumque placuerit tibi vt vadas,
vade. Dedit quoque ei magister militiæciba-
6 ria, & munuscula, & dimisit eũ. * Venit autẽ
Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in
Masphath, & habitauit cum eo in medio
7 populi, qui relictus fuerat in terra. * Cum-
que audissent omnes principes exercitus,
qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & so-
cij eorum, quod præfecisset rex Babylonis
Godoliam filium Ahicam terræ, & quod
commendasset ei viros, & mulieres, & pa-
uulos, & de pauperibus terræ, qui non fue-
8 rant translati in Babylonem. * Venerunt
ad Godoliam in Masphath: & Ismahel fi-
C lius Nathaniæ, & Iohanan, & Ionathan
filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, &
filij Ophi, qui erant de Netophathi, & Ie-
zonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum. 4. Reg. 25. f. 24.
9 * " Et iurauit eis Godolias filius Ahicam
filij Saphan, & comitibus eorum, dicens.
Nolite timere seruire Chaldæis, habitare in
terra, & seruire regi Babylonis, & bene
10 erit vobis. * Ecce ego habito in Masphath
vt respondeam præcepto Chaldæorum, qui
mittuntur ad nos: vos autem colligite vinde-
miam, & messem, & oleum, & condite in va-

sis vestris, & manere in vrbibus vestris, quas
tenetis. * Sed & omnes Iudæi, qui erant in 11
Moab, & in filijs Ammon, & in Idumæa, &
in vniuersis regionib⁹, audito quod dedisset
rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quod
præposuisset super eos Godoliam filiũ Ahi-
cam filij Saphan: * reuersi sunt, inquam, om- 12
nes Iudæi de vniuersis locis, ad quæ profuge D
rant, & venerunt in Terram Iuda ad God-
liam in Masphath: & collegerunt vinum, &
messem multam nimis. * Iohanan autem fi- 13
lius Caree, & omnes principes exercitus, qui
dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad
Godoliam in Masphath. * Et dixerũt ei: Sci- 14
tò quod Baalis rex filiorum Ammon misit
Ismahel filium Nathaniæ percutere animã
tuam. Et no crediditeis Godolias filius Ahi
cam. * Iohanan autem filius Caree dixit ad 15
Godoliam seorsum in Masphath, loquens:
Ibo, & percutiam Ismahel filium Nathaniæ
nullo sciente, ne interficiat animam tuam,
& dissipentur omnes Iudæi, qui congregati
sunt ad te, & petibunt reliquiæ Iuda. * Et ait 16
Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium
Caree: Noli facere verbũ hoc: falsum enim
tu loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

ET factum est in mense septimo, venit 1
Ismahel filius Nathaniæ, filij Elisama A
de semine regali, & optimates regis, & decẽ
viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in
Masphath. & comederunt ibi panes simul in
Masphath. * Surrexit autem Ismahel filius 2
Nathaniæ, & decem viri, qui cum eo erant,
& percusserunt Godoliam filium Ahicam
filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quẽ
præfecerat rex Babylonis terræ. * Omnes 3
quoque Iudæos, qui erant cum Godolia in
Masphath, & Chaldæos, qui reperti sunt ibi,
& viros bellatores percussit Ismael. * Secun- 4
do autem die postquam occiderit Godoliã,
nullo adhuc sciente, * venerunt viri de Si- 5
chem, & de Silo, & de Samaria octoginta vi-
ri rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes,
& munera, & thus habebant in manu, vt of-
ferent in domo Domini. * Egressus ergo Is- 6
mahel filius Nathaniæ in occursum eorum B
de Masphath, incedens, & plorans ibat: cum
autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad
Godoliam filium Ahicam. * Qui cum venis- 7
sent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ism
hel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse,
& viri, qui erant cum eo. * Decem autem vi- 8
ri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Is-
mahel: Noli occidere nos: quia habemus the
sauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, &
mellis. Et cessauit: & non interfecit eos cum
fratribus suis. * Lacus autem, in quem proi- 9
cerat Ismahel omnia cadauera virorũ, quos
percussit propter Godoliam, ipse est, quem
fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ip-
sum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occi-
sis. * Et captiuas duxit Ismahel omnes reli- 10
C quias populi, qui erant in Masphath: filias
regis, & vniuersum populum, qui remanse-
rat in Masphath: quos commendauerat Na-
buzardã princeps militiæ Godoliæ filio Ahi
cam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ,
11 & abijt vt transiret ad filios Ammon. * Audi
uit autem Iohanan filius Caree, & omnes
principes bellatorũ: qui erant cum eo, omne
malũ, quod fecerat Ismahel filius Natha
12 niæ, * Et assumptis vniuersis viris, profecti
sunt vt bellarent aduersum Ismahel filium
Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas mul
13 tas, quæ sunt in Gabaon. * Cumque vidisset
omnis populus, qui erat cum Ismahel, Ioha-
nan filium Caree, & vniuersos principes bel
14 latorum, qui erant cum eo, lætati sunt. * Et
D reuersus est omnis populus, quem ceperat Is-
mahel in Masphat: reuersus. abijt ad Ioha-
15 nan filiũ Caree. * Ismahel autem filius Na-
thaniæ fugit cum octo vitis à facie Iohanan,
16 & abijt ad filios Ammon. * Tulit ergo Ioha
nan filius Caree, & omnes principes bellato-
rum, qui erant cum eo, vniuersas reliquias
vulgi, quas reduxerat ab Ismahel filio Na-
thaniæ de Masphath, postquam percussit
Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad
prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos,
17 quos reduxerat de Gabaon. * Et abierunt, &
sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ
est iuxta Bethlehem, vt pergerent, & introi-
18 rent Ægyptum. * à facie Chaldæorum: time
bant enim eos, quia percusserat Ismahel fi-
lius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam,
quem præposuerat rex Babylonis in Terra
Iuda.

CAP. XLII.

1 ET accesserunt omnes principes bellato-
A rum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias
filius Osaiæ, & reliquum vulgus à paruo vs-
2 que ad magnum: * Dixeruntque ad Ieremiã
prophetam: Cadatoratio nostra in conspe-
ctu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deũ
tuum pro vniuersis reliquijs istis, quia dere-
licti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui
3 nos intuentur: * Et annunciet nobis Domi-
nus Deus tuus viam, per quam pergamus, &
4 verbum, quod faciamus. * Dixit autem ad
eos Ieremias propheta: Audiui: ecce ego oro
ad Dominum Deum vestrum secundũ ver-
ba vestra: omne verbum, quodcumq; respon
derit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos
5 quidquam. * Et illi dixerunt ad Ieremiam:
Sit Dominus inter nos testis veritatis, & fi-
dei, si non iuxta omne verbum, in quo misi-
6 rit te Dominus Deus tuus ad nos, sic facie-
mus. * Siue bonum est, siue malum, voci Do-
mini Dei nostri, ad quem mittimus te, obe-
diemus, vt bene sit nobis cũ audierimus vo-
7 cem Domini Dei nostri. * Cum autem com-
B pleti essent decem dies, factum est verbum
8 Dominiad Ieremiam. * Vocauitq; Iohanan
filium Caree, & omnes principes bellatorũ:
qui erant cum eo, & vniuersum populum à
9 minimo vsque ad magnũ. * Et dixit ad eos:
Hæc

Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem mi
sistis me, vt prosternerem preces vestras in
conspectu eius. * Si quiescentes manseritis in 10
terra hac, ædificabo vos & non destruam; plã
tabo, & nõ euellam, iam enim placatus sum
super malo quod feci vobis. * Nolite timere 11
à facie regis Babylonis, quem vos pauidi for-
midatis: nolite metuere eũ, dicit Dominus:
quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciã,
& eruam de manu eius. * Et dabo vobis mi- 12
sericordias, & miserebor vestri, & habitare
vos faciam in terra vestra. * Si autem dixe- 13
ritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec C
audiemus vocem Domini Dei nostri, dicẽ- 14
tes: Nequaquam, sed ad Terram Ægypti per
gemus: vbi non videbimus bellum, & clan-
gorem tubæ non audiemus, & famem non
sustinebimus, & ibi habitabimus. * Propter 15
hoc nunc audite verbũ domini reliquiæ Iu-
da: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus
Israel: Si posueritis faciem vestram vt ingre-
diamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi ha-
bitetis: * gladius, quem vos formidatis, ibi 16
comprehendet vos in terra Aegypti: & fa-
mes, pro qua estis soliciti, adherebit vobis in
Aegypto, & ibi moriemini. * Omnesque viri, 17
qui posuerunt faciem suam vt ingrediantur
Aegyptum, vt habitent ibi, morietur gladio,
& fame, & peste: nullus de eis remanebit,
nec effugiet à facie mali, quod ego afferam
super eos. * Quia hæc dicit dominus exerci- 18
tuum, Deus Israel: Sicut conflatus est furor
meus, & indignatio mea super habitatores D
Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea su
per vos, cum ingressi fueritis Aegyptum, &
eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in
maledictum, & in opprobrium: & nequaquã
vltra videbitis locum istum. * Verbum Do- 19
mini super vos reliquiæ Iuda: Nolite intra-
re Aegyptum: scientes scietis quia obtesta-
tus sum vos hodie, * quia decepistis animas 20
vestras: vos enim misistis me ad Dominum
Deum nostrum dicentes: Ora pro nobis ad
Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia
quæcumque dixerit tibi Dominus Deus nos-
ter, sic annuncia nobis, & faciemus. * Et an- 21
nunciaui vobis hodie, & non audistis vocem
Domini Dei vestri super vniuersis, pro qui-
bus misit me ad vos. * Nunc ergo scientes 22
scietis quia gladio, & fame, & peste moriemi
ni in loco, ad quem voluistis intrare vt ha-
bitaretis ibi.

CAP. XLIII.

FACTUM est autem, cum complesset Iere- 1
mias loquens ad populum vniuersos ser A
mones Domini Dei eorum, pro quibus misi-
rat eum Dominus Deus eorum ad illos, om-
nia verba hæc: & dixit Azarias filius Osaiæ, 2
& Iohanan filius Caree, & omnes viri super-
bi, dicentes ad Ieremiam. Mendacium tu lo
queris: non misit te Dominus Deus noster,
dicens: Ne ingrediamini Aegyptum vt habi-
tetis illic. * Sed Baruch filius Neriæ incitat 3
B te aduersũ nos, vt tradat nos in manus Chal
dæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat
4 in Babylonem. * Et non audiuit Iohanan
filius Caree, & omnes principes bellatorum,
& vniuersus populus vocem Domini vt ma-
5 nerent in Terra Iuda. * Sed tollens Iohanan
filius Caree, & vniuersi principes bellatorũ
vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fue-
rant de cunctis Gentibus, ad quas fuerant an
6 te dispersi, vt habitarent in Terra Iuda: * vi-
ros, & mulieres, & paruulos, & filias regis, &
omnem animam, quã reliquerat Nabuzar-
dan princeps militiæ cum Godolia filio Ahi-
cam, filij Saphan, & Ieremiam prophetam
7 & Baruch filium Neriæ. * Et ingressi sunt
C Terram Aegypti, quia non obedierunt voci
8 Domini: & venerunt vsque ad Taphnis. * Et
factus est sermo Domini ad Ieremiam in
9 Taphnis, dicens. * Sume lapides grandes in
manu tua, & abscondes eos in crypta, quę est
sub muro latericio in porta domus Phatao-
10 nis in Taphnis, cernentibus viris Iudæis. *
Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exerci-
tuum Deus Israel: Ecce ego mittam, & assu
mam Nabuchodonosor regem Babylonis
seruum meum: & ponam thronum eius su-
per lapides istos, quos abscondi, & statuet so-
11 lium suum super eos. * Veniensque percu-
tiet Terram Aegypti: quos in morte, in mor-
D tem: & quos in captiuitatem, in captiuitatẽ 2
12 & quos in gladium, in gladium. * Et succen-
det ignem in delubris deorum Aegypti, &
comburet ea, & captiuos ducet illos: & ami-
cietur Terra Aegypti, sicut amicitur pastor
13 pallio suo: & egredietur inde in pace. * Et cõ
teret statuas domus Solis, quæ sunt in Terra
Aegypti: & delubra deorum Aegypti com-
buret igni.

CAP. XLIV.

1 VERBUM, quod factum est per Ieremiam
A ad omnes Iudæos, qui habitabant in
Terra Aegypti, habitantes in Magdalo, & in
Taphnis, & in Memphis, & in Terra Phatu-
2 res, dicens. * Hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel: Vos vidistis omne malũ istud,
quod adduxi super Ierusalem, & super om-
nes vrbes Iuda: & ecce desertæ sunt hodie,
3 & non est in eis habitator: * Propter malitiã,
quam fecerunt vt me ad iracundiam prouo-
carent, & irent vt sacrificarent, & colerent
deos alienos quos nesciebant & illi, & vos, &
4 patres vestri. * Et misi ad vos omnes seruos
meos prophetas de nocte consurgens, mit-
tensque, & dicens: Nolite facere verbum abo
5 minationis huiuscemodi, quam odiui. * Et
non audierunt, nec inclinauerunt aurem suã
vt conuerterentur à malis suis, & non sacri-
6 ficarent dijs alienis. * Et conflata est indi-
B gnatio mea, & furor meus, & succensa est in
ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem: &
versæ sunt in solitudinem, & vastitatem se-
7 cundum diem hanc. * Et nunc hæc dicit
dominus exercituum Deus Israel: Quare vos

facitis malum grande hoc contra animas ve-
ſtras, vt intereat ex vobis vir, & mulier, par-
uulus, & lactens de medio Iudæ, nec relin-
quatur vobis quidquam reſiduum. * Prouo- 8
cantes me in operibus manuum veſtrarum,
ſacrificando dijs alienis in Terra Ægypti, in
quam ingreſſi eſtis, vt habiteris ibi: & diſpe-
reatis, & ſitis in maledictionem, & in oppro-
brium cunctis gentibus terræ? * Numquid 9
obliti eſtis mala patrum veſtrorum, & mala
regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala
veſtra, & mala vxorum veſtrarum, quæ fece-
runt in Terra Iuda, & in regionibus Ieruſa-
lem? * Non ſunt mundati, vſque ad diem 10
hanc: & non timuerunt, & non ambulauerũt
in lege Domini, & in præceptis meis, quæ
dedi coram vobis, & coram patribus veſtris.
* Amos. 9.b.4. * Ideò hæc dicit Dominus exercituum Deus 11
Iſrael: * Ecce ego ponam faciem meam in vo-C
bis in malum: & diſperdam omnem Iudam.
* Et aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt 12
facies ſuas, vt ingrederentur Terram Ægy-
pti, & habitarent ibi: & conſumentur omnes
in Terra Ægypti: cadent in gladio, & in fa-
me: & conſumentur à minimo, vſque ad ma-
ximum in gladio, & in fame morientur: &
erunt in iuſiurandum, & in miraculum, &
in maledictionem, & in opprobrium. * Et 13
viſitabo ſuper habitatores Terræ Ægypti, ſi-
cut viſitaui ſuper Ieruſalem in gladio, & fa-
me, & peſte. * Et non erit, qui effugiat, & ſit 14
reſiduus de reliquijs Iudæorum, qui vadunt
vt peregrinentur in Terra Ægypti: & reuer-D
tantur in Terram Iuda, ad quam ipſi eleuant
animas ſuas, vt reuertantur, & habitent ibi:
non reuertentur, niſi qui fugerint. * Reſpon- 15
derunt autem Ieremiæ omnes viri ſcientes,
quod ſacrificarent vxores eorum dijs alienis:
& vniuerſæ mulieres, quarum ſtabat multi-
tudo grandis; & omnis populus habitantium
in Terra Ægypti in Phatures, dicentes: * Ser- 16
monem, quem locutus es ad nos in nomine
Domini, non audiemus ex te: * ſed facientes 17
faciemus omne verbum, quod egredietur de
ore noſtro, vt ſacrificemus reginæ cæli, & li-
bemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & pa-
tres noſtri, reges noſtri, & principes noſtri in
vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & ſatu-
rati ſumus panibus, & benè nobis erat, ma-
lumque non vidimus. * Ex eo autem tẽpore, 18
quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli, & li-
bare ei libamina, indigemus omnibus, & gla-
dio, & fame, & conſumpti ſumus * Quod ſi 19
nos ſacrificamus reginæ cæli, & libamus ei li-E
bamina: numquid ſine viris noſtris fecimus
ei placentas ad colendum eam, & libandum
ei libamina? * Et dixit Ieremias ad omnem 20
populum aduerſum viros, & aduerſum
mulieres, & aduerſum vniuerſam plebem,
qui reſponderant ei verbum, dicens: * Num. 21
quid non ſacrificium, quod ſacrificaſtis in ci-
uitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem vos, &
patres veſtri, reges veſtri, & principes veſtri,
& populus terræ, horum recordatus eſt Dñs,
& aſcendit ſuper cor eius? * Et non poterat 22
Dominus vltra portare propter malitiã ſtu-
diorum veſtrorum, & propter abominatio-
nes, quas feciſtis, & factа eſt terra veſtra in
deſolationem, & in ſtuporem, & in maledi-
ctum, eò quod non ſit habitator, ſicut eſt dies
23 hæc. * Propterea quòd ſacrificaueritis ido-
lis, & peccaueritis Domino: & non audieritis
vocem Domini & in lege, & in præceptis, & F
in teſtimonijs eius non ambulaueritis: idcir-
co euenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies
24 hæc. * Dixit autem Ieremias ad omnem po-
pulum, & ad vniuerſas mulieres: Audite ver
bum Domini omnis Iuda, qui eſtis in Terra
25 Ægypti: * Hæc inquit Dominus exercituum
Deus Iſrael, dicens: Vos, & vxores veſtræ lo-
cuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris im-
pleſtis, dicentes: Faciamus vota noſtra, quæ
vouimus, vt ſacrificemus reginæ cæli, & li-
bemus ei libamina, impleſtis vota veſtra, &
26 opere perperaſtis ea. * Ideò aud te verbum
Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra
Ægypti: Ec e ego iurauí in nomine meo ma-
gno, ait Dominus: quia nequaquam vltra vo-
cabitur nomen meum ex ore omnis viri Iu-
dæi, dicentis: Viuit Dominus Deus in omni
27 Terra Aegypti. * Ecce ego vigilabo ſuper eos
in malum, & non bonum: & conſumentur G
omnes viri Iuda, qui ſunt in Terra Aegypti
gladio, & fame, donec penitus conſumantur.
28 * Et qui fugerint gladium, reuertentur de
Terra Aegypti in Terram Iuda viri pauci:
& ſcient omnes reliquiæ Iuda ingredientium
Terram Aegypti, vt habitent ibi, cuius ſer-
29 mo compleatur: meus, an illorum. * Et hoc
vobis ſignum, ait Dominus, quod viſitẽ ego
ſuper vos in loco iſto: vt ſciatis, quia vere cõ-
plebuntur ſermones mei, contra vos in ma-
30 lum. * Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam
Pharaonem Ephree regem Aegypti in ma-
nu inimicorum eius, & in manu quærentiũ
animam illius: ſicut tradidi Sedeciam re-
gem Iuda in manu Nabuchodonoſor regis
Babylonis inimici ſui, & quærentis animam
eius.

CAP. XLV.

1 A Verbum, quod locutus eſt Ieremias pro-
pheta ad Baruch filium Neriæ, cũ ſcri-
pſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, an-
no quarto Ioa Kim filij Ioſiæ regis Iuda, di-
2 cens: * Hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad te
3 * Baruch: * Dixiſti: Væ miſero mihi, quoniã
addidit Dominus dolorem dolori meo: labo
rauí in gemitu meo, & requiem non inueni.
4 * Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce
quos ædificaui, ego deſtruo: & quos planta-
B ui, ego euello, & vniuerſam terram hanc. *
5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia
ecce ego adducam malum ſuper omnẽ car-
nem, ait Dominus: & dabo tibi animã tuam
in ſalutem in omnibus locis, ad quemcum-
que perrexeris.

CAP.

CAP. XLVI.

1 Q Vod factum eſt verbum Domini ad Ie-
remiam prophetam contra Gentes * A
2 Aegyptum aduerſum exercitum Pharaonis
Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuiũ
Euphratem in Charcamis, quem percuſſit
Nabuchodonoſor rex Babylonis, in quarto
anno Ioa Kim filij Ioſiæ regis Iuda. * Præpa- 3
rate ſcutum, & clypeum, & procedite ad bel-
lum. * Iungite equos, & aſcendite equites: ſta- 4
te in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.
* Quid igitur? vidi ipſos pauidos, & terga, 5
vertentes, fortes eorum cæſos: fugerunt con-
citi, nec reſpexerunt: terror vndique ait Do-
minus. * Non fugiat velox, nec ſaluari ſe pu- 6
tet fortis: Ad Aquilonem iuxta flumen Eu-B
phratem victi ſunt, & ruerunt. * Quis eſt iſte, 7
qui quaſi flumen aſcendit: & veluti fluuiorũ,
intumeſcunt gurgites eius? * Aegyptus, flu- 8
minis inſtar, aſcendit, & velut flumina moue-
buntur fluctus eius, & dicet: Aſcendens ope-
riam terram: perdam ciuitatem, & habitato-
res eius. * Aſcendite equos, & exultate in cur- 9
ribus, & procedant fortes, Æthiopia, & Li-
byes tenentes ſcutum, & Lydij arripientes, &
iaciẽtes ſagittas. * Dies autem ille Dñi Dei e- 10
xercituum dies vltionis, vt ſumat vindictam
de inimicis ſuis, deuorabit gladius, & ſatura-C
bitur, & inebriabitur ſanguine eorum: victi-
ma enim Domini Dei exercituum, in Terra
Aquilonis iuxta flumen Euphratem. * Aſcẽ- 11
de in Galaad, & tolle reſinam virgo filia Æ-
gypti: frуſtra multiplicas medicamina, ſani-
tas non erit tibi. * Audierunt Gentes ignomi- 12
niam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram:
quia fortis impegit in fortem, & ambo pari-
ter conciderunt. * Verbum, quod locutus eſt 13
Dominus ad Ieremiam prophetam, ſuper eo
quod vẽturus eſt Nabuchodonoſor rex Ba-
bylonis, & percuſſurus Terram Aegypti: * 14
Annũciate Aegypto, & auditũ facite in Mag-D
dalo, & reſonet in Memphis, & in Taphnis,
dicite: Sta, & præpara te: quia deuorabit gla-
dius ea, quæ per circuitum tuum sũt. * Qua- 15
re compũtruit fortis tuus? non ſtetit: quoniã
Dominus ſubuertit eũ. * Multiplicauit ruẽ- 16
tes, ceciditque vir ad proximum ſuum, & di-
cent: Surge, & reuertamur ad populum no-
ſtrum: & ad terram natiuitatis noſtræ, à facie
gladij columbæ: * Vocate nomen Pharaonis 17
regis Aegypti, tumultum adduxit tempus. * 18
Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum
nomen eius,) quoniam ſicut Thabor in mon-E
tibus, & ſicut Carmelus in mari, veniet. * Va- 19
ſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Æ-
gypti: quia Memphis in ſolitudinem erit, &
deſeretur, & inhabitabilis erit. * Vitula elegãs 20
atq. formoſa Aegyptus, ſtimulator ab Aqui-
lone veniet ei. * Mercenarij quoque eius, qui 21
verſabantur in medio eius, quaſi vituli ſagi-
nati verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec ſtare
potuerunt: quia dies interfectionis eorum
venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.
22 * Vox eius quaſi æris ſonabit quoniam cum
F exercitu properabunt, & cum ſecuribus ve-
23 nient ei, quaſi cædentes ligna. * Succiderunt
ſaltum eius, ait Dominus, qui ſupputari non
poteſt: multiplicati ſunt ſuper locuſtas, &
24 non eſt eis numerus. * Confuſa eſt filia
Ægypti, & tradita in manus populi Aquilo-
25 nis. * Dixit Dominus exercituum Deus Iſ-
rael: Ecce ego viſitabo ſuper tumultum Ale-
xandriæ, & ſuper Pharaonem, & ſuper Æ-
gyptum, & ſuper deos eius, & ſuper reges
eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos, qui
26 cõfidunt in eo. * Et dabo eos in manus quę-
G rentium animam eorum, & in manu Nabu-
chodonoſor regis Babylonis, & in manus
ſeruorum eius: & poſt hæc habitabitur ſicut
27 diebus priſtinis ait Dominus. * " Et tu ne ti- " Iſa. 43.
meas ſerue meus Iacob, & ne paueas Iſrael: a. 1. & 44
quia ecce ego ſaluum te faciã de longinquo, a. 2.
& ſemen tuum de terra captiuitatis tuæ: &
reuertetur Iacob, & requieſcet, & proſpera-
28 bitur, & non erit, qui exterreat eum. * Et tu
noli timere ſerue meus Iacob, ait Dominus:
quia tecum ego ſum, quia ego conſummam
cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non
conſummam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec
quaſi innocenti parcam tibi.

CAP. XLVII.

1 A Q Vod factum eſt verbum Domini ad Ie
remiam Prophetam contra Palæſtinos,
2 antequam percuteret Pharao Gazam: * Hæc
dicit Dominus: Ecce aquæ aſcenduntab Aq-
uilone, & erunt quaſi torrens inundans, &
operient terram, & plenitudinem eius, vrbẽ,
& habitatores eius, clamabunt homines, & v-
3 lulabunt omnes habitatores terræ, * à ſtrepi-
B tu pompæ armorum, & bellatorum eius, à
commotione quadrigarum eius, & multitu-
dine rotarum illius. Non reſpexerunt patres
4 filios manibus diſſolutis: * pro aduentu diei,
C in quo vaſtabuntur omnes Philiſthijm, &
diſſipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus
reliquis auxilijs ſuis depopulatus eſt enim
Dominus Paleſtinos, & reliquias inſulæ Cap
5 padociæ. * Venit caluitium ſuper Gazam:
conticuit Aſcalon, & reliquiæ vallis earum,
6 vſquequo concideris? * O mucro Domini, vſ-
D quequo non quieſces? Ingredere in vaginam
7 tuam, refrigerare, & ſile. * Quomodo quieſcet
cum Dominus præceperit ei aduerſus Aſca-
lonem, & aduerſus maritimas eius regiones
ibique condixerit illi?

CAP. XLVIII.

1 A D Moab hæc dicit Dominus exercituũ
Deus Iſrael: Væ ſuper Nabo, quoniam
vaſtata eſt, & confuſa capta eſt Cariathaim:
2 confuſa eſt fortis, & tremuit. * Non eſt vltra
exultatio in Moab cõtra Heſebon: cogitaue-
rũt malum. Venite, & diſperdamus eam de
gente: ergo ſilens conticeſces, ſequeturque te
3 gladius. * Vox clamoris de Oronaim: vaſti-

tas,& contritio magna.* Contrita est Moab: 4
annunciate clamorem paruulis eius.* Per a- 5
scensum enim Luith plorans ascendet in fle-
tu,quoniam in descēsu Oronaim hostes vlu-
latum contritionis audierunt:* Fugite,salua- 6
"Sup.17. a.6. te animas vestras : & eritis quasi myricæ in
deserto.* "Pro eo enim,quod habuisti fidu- 7
ciam in munitionibus tuis, & in thesauris
tuis,tu quoq. capieris:& ibit Chamos in trāſ-
migrationē, sacerdotes eius, & principes eius
simul.* Et veniet prædo ad omnem vrbem, 8
& vrbs nulla saluabitur:& peribunt valles,& B
dissipabuntur campestria:quoniā dixit Dñs:
* Date florem Moab, quia florens egredie- 9
tur:& ciuitates eius desertę erunt,& inhabi-
tabiles: * Maledictus, qui facit opus Domini 10
fraudulenter, & maledictus : qui prohibet
gladium suum à sanguine. * Fertilis fuit 11
Moab ab adolescentia sua,& requieuit in fę-
cibus suis:nec transfusus est de vase in vas,
& in transmigrationem non abijt : idcirco
permansit gustus eius in eo, odor eius non
est immutatus.* Propterea ecce dies veniūt, 12
dicit Dominus:& mittam ei ordinatores, &
stratores laguncularum, & sternent eum, &
vasa eius exaurient,& lagunculas eorum col-
"4. Reg. 12. g.16. lident.* Et cōfundetur Moab à Chamos,"si- 13
cut confusa est domus Israel à Bethel,in qua
"Isa.16. b.6. habebat fiduciam.* Quomodo dicitis:"For- 14
tes sumus,& viri robusti ad præliandum? * C
Vastata est Moab, & ciuitates illius succi- 15
derunt : & electi iuuenes eius descenderunt
in occisionem:ait rex, Dominus exercituum
nomen eius.* Prope est interitus Moab vt 16
veniat : & malum eius velociter accurret ni-
mis. * Consolamini eum omnes,qui estis in 17
circuitu eius,& vniuersi,qui scitis nomen
eius,dicite:Quomodo confracta est virga for-
tis,& baculus gloriosus? * Descende de glo- 18
ria,& sede in siti habitatio filiæ Dibon: quo-
niam vastator Moab ascendet ad te,dissipa-
bit munitiones tuas.* In via sta,& prospice 19
habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei,
qui euasit,dic:Quid accidit? * Confusus est 20
Moab,quoniā victus est : vlulate,& clamate,
annunciate in Arnon, quoniam vastata est
Moab.* Et iudicium venit ad terram cam- 21
pestrē: super Helon, & super Iasa : & super
Mephaath,* & super Dibon,& super Nabo, 22
& super domum Deblathaim,* & super Ca- 23
riathaim,& super Bethgamul,& super Beth- D
maon, * & super Carioth,& super Bosra: & 24
super omnes ciuitates terræ Moab, quæ lon-
ge,& quæ prope sunt.* Abscissum est cornu 25
Moab, & brachium eius contritum est, ait
dominus.* Inebriate eam,quoniam contra 26
Dominum erectus est:& allidet manū Moab
in vomitu suo,& erit in derisum etiam ipse.
* Fuit enim in derisum tibi Israel:quasi inter 27
fures reperisset eum:propter verba ergo tua,
quæ aduersum illum locutus es,captiuus du-
ceris.* Relinquite ciuitates,& habitate in pe- 28
tra habitatores Moab:& estote quasi colum-
ba nidificans in summo ore foraminis.* Au- 29
diuimus superbiam Moab,superbus est val-
dè:sublimitatem eius,& arrogantiam,& su-
30 perbiam,& altitudinem cordis eius. * Ego
E scio,ait Dominus,iactātiam eius, & quod nō
sit iuxta eam virtus eius,nec iuxta quod po-
31 terat conata sit facere. * Ideò super Moab
eiulabo,& ad Moab vniuersam clamabo,ad
32 viros muri fictilis lamentantes.* De plāctu
Iazer plorabo tibi vinea Sabama:propagines
tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer
peruenerunt:super messem tuam,& vinde-
33 miam tuam prædo irruit.* "Ablata est læti- "Isa.16. c.10.
tia, & exultatio de Carmelo, & de Terra
Moab,& vinum de torcularibus sustuli: ne-
quaquam calcator vuæ solitum celeuma can-
34 tabit.* De clamore Hesebon,vsque Eleale,&
Iasa,dederunt vocem suam à Segor, vsq ad
35 Oronaim vitula conternante:aquæ quoque
F Nemrim pessimæ erunt. * Et auferam de
Moab,ait Dominus offerentem in excelsis,
36 & sacrificantem dijs eius. * Propterea cor
meum ad Moab,quasi tibiæ resonabit: &
cor meum ad viros muri fictilis dabit soni-
tum tibiarum:quia plus fecit, quam potuit,
37 idcirco perierunt.* " Omne enim caput cal- "Isa.15. a.2. Ezec.7.e 18.
uitium, & omnis barba rasa erit: in cunctis
manibus colligatio, & super omne dorsum
38 cilicium. * Super omnia tecta Moab, & in
plateis eius omnis planctus:quoniam contri-
39 ui Moab sicut vas inutile,ait Dñs.* Quomo-
do victa est,& vlulauerunt? quomodo deie-
cit ceruicē Moab,& confusus est? eritq. Moab
in derisum:& in exemplum omnibus in cir-
40 cuitu suo.* Hæc dicit Dñs: Ecce quasi aquila
41 volabit,& extendet alas suas ad Moab.* Ca-
G pta est Carioth,& munitiones comprehensę
sunt:& erit cor fortium Moab in die illa, si-
42 cut cor mulieris parturientis. * Et cessabit
Moab esse populus: quoniam contra Domi-
43 num gloriatus est. * Pauor, & fouea,& la-
queus super te, ô habitator Moab, dicit Do-
44 minus.* "Qui fugerit à facie pauoris,cadet "Isa.24. c.18.
in foueam: & qui conscenderit de fouea, ca-
pietur laqueo : adducam enim super Moab
45 annum visitationis eorum,ait Dominus.* In
vmbra Hesebon steterūt de laqueo fugien-
tes:quia ignis egressus est de Hesebon,& flā-
ma de medio Sion,& deuorabit partem Mo-
46 ab,& verticem filiorum tumultus:* Væ tibi
Moab,perijsti popule Chamos:quia compre
hensi sunt filij tui,& filiæ tuæ in captiuitatē.
47 * Et conuertam captiuitatem Moab in nouis-
simis diebus,ait Dominus. Hucusque iudicia
Moab.

CAP. XLIX.

1 AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus:
A Numquid non filij sunt Israel? aut he-
res non est ei? Cur igitur hereditate possedit
Melchom, Gad: & populus eius in vrbibus
2 eius habitauit?* Ideò ecce dies veniunt,dicit
Dominus : & auditū faciam super Rabbath
filiorum Ammon fremitum prælij,& erit in
tumulum dissipata, filiæque eius igni succē-
dentur,& possidebit Israel possessores suos,
ait

ait Dominus.* Vlula Hesebon,quoniam va- 3
stata est Hai, clamate filiæ Rabbath, accingi-
te vos cilicijs : plangite, & circuite per sepes:
quoniam Melchom in transmigrationē du-
cetur, sacerdotes eius, & principes ei⁹ simul.
* Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis 4
tua filia delicata, quæ confidebat in thesau-
ris tuis,& dicebas:Quis veniet ad me?* Ecce 5
ego inducam super te terrorē, ait Dominus B
Deus exercituum, ab omnibus, qui sunt in
circuitu tuo : & dispergemini singuli à con-
spectu vestro, nec erit, qui congreget fugien-
tes. * Et post hæc reuerti faciam captiuos fi- 6
liorum Ammon, ait Dominus. * Ad Idu- 7
mæam: Hæc dicit Dominus exercituum:
Numquid nō vltra est sapientia in Themā?
Perijt consilium à filijs, inutilis facta est sa-
pientia eorū.* Fugite,& terga vertite,descē- 8
dite in voraginem habitatores Dedan : quo-
niam perditionem Esau adduxi super eum,
tempus visitationis eius. * Si vindemiatores 9
venissent super te, nō reliquisset racemum:
si fures in nocte, rapuissent, quod sufficeret
sibi : * ego vero discooperui Esau, reuelaui 10
abscōdita eius,& celari non poterit : vastatū
est semen eius,& fratres eius : & vicini eius,
& non erit.* Relinquam pupillos tuos : ego 11
faciam eos viuere:& viduæ tuæ in me spera- C
bunt.* Quia hæc dicit Dominus: Ecce qui- 12
bus non erat iudicium, vt biberent calicem,
bibentes bibent, & tu quasi innocens relin-
queris? non eris innocens, sed bibens bibes.
* Quia per memetipsum iuraui,dicit Domi- 13
nus, quod in solitudinem, & in opprobriū,
& in desertum,& in maledictionem erit Bo
sra:& omnes ciuitates eius erunt in solitudi-
"Abd.1. a.1. nes sempiternas.* " Auditū audiui à Domi- 14
no, & legatus ad Gentes missus est: Congre-
gamini,& venite contra eam,& cōsurgamus
in prælium.* Ecce enim paruulum dedi te in 15
Gentibus contemptibilem inter hoīes.* Ar- 16
rogātia tua decepit te,& superbia cordis tui:
qui habitas in cauernis petræ, & apprehēde- D
"Abd.1. a.4. re niteris altitudinem collis: "cum exaltaue-
ris quasi aquila nidum tuum, inde detrahā
te,dicit Dominus.* Et erit Idumæa deserta: 17
omnis,qui transibit per eam,stupebit,& sibi-
"Gen.19 e.20. labit super oēs plagas eius.* "Sicut subuersa 18
est Sodoma,& Gomorrha,& vicinæ eius,ait
Dominus: non habitabit ibi vir, & non in-
colet eā filius hominis * Ecce quasi leo ascē- 19
det de superbia Iordanis ad pulchritudinē
robustam, quia subitò currere faciam eū ad
illam:& quis erit electus, quē præponam ei?
quis enim similis mei?& quis sustinebit me?
"Iob 41. a.1. "& quis est iste pastor,q resistat vultui meo?
* Propterea audite cōsilium Domini, quod 20
inijt de Edom,& cogitationes eius,quas cogi
tauit de habitatoribus Theman:Si non deie-
cerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint
cū eis habitaculū eorū.* A voce ruinæ eorū 21
cōmota est terra: clamor in Mari rubro au-
ditus est vocis eius. * Ecce quasi aquila ascē- 22
det,& auolabit: & expandet alas suas super E
Bosran; & erit cor fortium Idumææ in die
23 illa, quasi cor mulieris parturientis,* Ad
Damascum:Confusa est Emath,& Arphad:
quia auditū pessimū audierunt,turbati sunt
in mari:prę solicitudine,quiescere nō potuit.
24 * Dissoluta est Damascus, versa est in fugā,
tremor apprehēdit eam:angustia,& dolores
25 tenuerunt eā quasi parturientem.* Quomo-
do dereliquerunt ciuitatē laudabilem, vrbē
26 lætitiæ!* Ideo cadent iuuenes eius in plateis
eius : & omnes viri prælij conticescent in
27 die illa,ait Dominus exercituum.* Et succē-
dam ignem in muro Damasci, & deuora-
28 bit mœnia Benadad.* Ad Cedar,& ad regna
F Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex
Babylonis. Hæc dicit Dñs: Surgite,& ascen-
29 dite ad Cedar,& vastate filios Oriētis.* Ta-
bernacula eorum, & greges eorum capient:
pelles eorum, & omnia vasa eorū, & came-
los eorum tollent sibi: & vocabunt super eos
30 formidinem in circuitu.* Fugite,abite vehe-
menter, in voraginibus sedete, qui habitatis
Asor, ait Dominus : inijt enim contra vos
Nabuchodonosor rex Babylonis consilium
31 & cogitauit aduersū vos cogitationes:* Cō-
surgite, & ascendite ad gentem quietam, &
habitantem confidenter, ait Dominus, non
32 ostia,nec vectes eis:soli habitāt.* Et erūt ca-
meli eorum in direptionem, & multitudo
iumentorum in prædam : & dispergam eos
in omnem ventum, qui sunt attonsi in co-
mam, & ex omni confinio eorum adducam
33 interitum super eos, ait Dominus.* Et erit
Asor in habitaculum draconum, deserta vs-
que in æternum: non manebit ibi vir,nec in-
34 colet eam filius hominis.* Quod factum est
verbum Domini ad Ieremiam prophetam
G aduersus Ælā in principio regni Sedeciæ re-
35 gis Iuda,dicēs:* Hæc dicit Dominus exerci-
tuum : Ecce ego confringam arcum Ælam,
36 & sumam fortitudinem eorum. * Et indu-
cam super Ælam quatuor ventos à quatuor
plagis cæli : & ventilabo eos in omnes ven-
tos istos:& non erit gens, ad quam non per-
37 ueniant profugi Aelam. * Et pauere faciam
Aelam coram inimicis suis, & in conspectu
quærentium animam eorum : & adducam
super eos malum,iram furoris mei,dicit Do-
minus : & mittam post eos gladium,donec
38 consumam eos.* Et ponam solium meum
in Aelam, & perdam inde reges, & princi-
39 pes,ait Dominus *In nouissimis autem die-
bus reuerti faciam captiuos Aelam,dicit Do-
minus.

CAP. L.

1 VErbum, quod locutus est Dominus de
A Babylone, & de terra Chaldæorum in
2 manu Ieremiæ prophetæ.* Annunciate in
Gentibus,& auditum facite: leuate signum,
prædicate, & nolite celare:dicite: Capta est
Babylon, confusus est Bel, victus est Mero-
dach, confusa sunt sculptilia eius, superata
3 sunt idola eorum. * Quoniā ascendit contra
eam gens ab Aquilone, quæ ponet terrā eius
in solitudinem:& non erit, qui habitet in ea
ab homine vsque ad pecus : & moti sunt, &

abierunt. * In diebus illis, & in tempore illo, 4
ait Dñs: venient filij Israel, ipsi, & filij Iuda
simul: ambulantes, & flentes properabunt,
& Dominum Deum suum quærent. * In Siõ 5
interrogabunt viam, huc facies eorum. Ve-
nient, & apponentur ad Dominum fœdere
sempiterno, quod nulla obliuione delebi-
tur. * Grex perditus factus est populus meus: 6
pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque
vagari in montibus: de monte in collem
transierunt, obliti sunt cubilis sui. * Omnes 7
qui inuenerunt, comederunt eos: & hostes B
eorum dixerunt: Non peccauimus: pro eo
quod peccauerunt Domino decori iustitiæ,
& expectationi patrum eorum Dño. * Rece- 8
dite de medio Babylonis, & de terra Chal-
dæorum egredimini, & estote quasi hędi an-
te gregem. * Quoniam ecce ego suscito, & ad- 9
ducam in Babylonem cõgregationem Gen-
tium magnarum de terra Aquilonis: & præ-
parabuntur aduersus eam, & inde capietur:
sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, nõ
reuertetur vacua. * Et erit Chaldæa in præ- 10
dam, omnes vastantes eam replebuntur, ait
Dominus. * Quoniã exultatis, & magna lo- 11
quimini, diripientes hereditatẽ meam: quo-
niam effusi estis sicut vituli super herbam:
& mugistis sicut tauri. * Confusa est mater 12
vestra nimis, & adęquata pulueri, quę genuit
vos: ecce nouissima erit in Gentibus, deser-
ta, inuia, & arens. * Ab ira Domini non ha- 13
bitabitur, sed redigetur tota in solitudinem:
omnis, qui transibit per Babylonem, stupe-
bit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.
* Præparamini contra Babylonẽ per circui- 14
tum omnes, qui tenditis arcum: debellate eã, C
non parcatis iaculis: quia Domino peccauit.
* Clamate aduersus eam, vbique dedit ma- 15
num, ceciderunt fundamenta eius, destructi
sunt muri eius, quoniam vltio Domini est:
vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei.
* Disperdite satorem de Babylone, & tenẽ- 16
tem falcem in tempore messis, à facie gladij
columbæ vnusquisq. ad populum suum cõ-
uertetur, & singuli ad terram suam fugient.
* Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eũ: 17
primus comedit eum rex Assur: iste nouissi-
mus exossauit eũ Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis. * Propterea hęc dicit Dominus exer- 18
cituum Deus Israel: Ecce ego visitabo re- D
gem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui
regem Assur: * & reducã Israel ad habitacu- 19
lum suum: & pascetur Carmelum, & Basan,
& in monte Ephraim, & Galaad saturabitur
anima eius. * In diebus illis, & in tempore il- 20
lo, ait Dominus: quæretur iniquitas Israel,
& non erit, & peccatum Iuda, & non inue-
nietur, quoniam propitius ero eis, quos reli-
quero. * Super terram dominantiũ ascende, 21
& super habitatores eius visita, dissipa, & in-
terfice, quæ post eos sunt, ait Dominus, &
fac iuxta omnia, quæ præcepi tibi. * Vox bel- 22
li in terra, & contritio magna. * Quomodo 23
confractus est, & contritus malleus vniuer-
sæ terræ? quomodo versa est in desertũ Ba-
24 bylon in Gentibus? * Illaqueaui te, & capta
es Babylon, & nesciebas: inuenta es, & ap-
prehensa: quoniam Dominum prouocasti.
25 * Aperuit Dominus thesaurum suum, &
protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Do-
mino Deo exercituum in terra Chaldęorũ.
26 * Venite ad eam ab extremis finibus, aperi-
E te, vt exeant, qui cõculcent eam: tollite de via
lapides, & redigite in aceruos, & interficite
27 eam: nec sit quidquam reliquum. * Dissipate
vniuersos fortes eius, descendant in occisio-
nem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus
28 visitationis eorum. * Vox fugientium, & eo-
rum, qui euaserũt de terra Babylonis, vt an-
nuncient in Sion vltionem Domini Dei no-
29 stri, vltionem templi eius. * Annunciate in
Babylonem plurimis omnibus, qui tendunt
arcum: consistite aduersus eam per gyrum,
& nullus euadat: reddite ei secundum opus
suum: iuxta omnia, quæ fecit, facite illi: quia
contra Dominum erecta est, aduersum san-
30 ctum Israel. * Idcirco cadent iuuenes eius
in plateis eius: & omnes viri bellatores eius
31 conticescent in die illa, ait Dominus. * Ecce
ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exer-
cituum: quia venit dies tuus, tempus visita-
32 tionis tuæ. * Et cadet superbus, & corruet, &
non erit, qui suscitet eum: & succendam
ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia
33 in circuitu eius. * Hęc dicit Dominus exerci-
F tuum: Calumniam sustinent filij Israel, &
filij Iuda simul: omnes, qui ceperunt eos, te-
34 nẽt, nolunt dimittere eos. * Redemptor eo-
rum fortis, Dominus exercituum nomen
eius, iudicio defendet causam eorum, vt ex-
terreat terram, & commoueat habitatores
35 Babylonis. * Gladius ad Chaldæos, ait Do-
minus, & ad habitatores Babylonis, & ad
36 principes, & ad sapientes eius. * Gladius
ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad
37 fortes illius, qui timebunt. * Gladius ad e-
quos eius, & ad currus eius, & ad omne vul-
gus, quod est in medio eius: & erunt quasi
mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diri-
38 pientur. * Siccitas super aquas eius erit, &
arescent: quia terra sculptilium est, & in por-
39 tentis gloriantur. * propterea habitabunt
dracones cum faunis ficarijs: & habitabunt
in ea struthiones: & non inhabitabitur vl-
tra vsque in sempiternum, nec extruetur vs-
que ad generationem, & generationem.
40 * [a] Sicut subuertit Dominus Sodomam, & [a] Ge. 19. c. 24.
Gomorrham, & vicinas eius, ait Dominus:
non habitabit ibi vir, & non incolet eam fi-
41 lius hominis. * Ecce populus venit ab A-
G quilone, & gens magna, & reges multi
42 consurgent à finibus terræ. * Arcum, & scu-
tum apprehendent: crudeles sunt, & miseri-
cordes: vox eorum quasi mare sonabit, & su-
per equos ascendẽt: sicut vir paratus ad præ-
43 lium contra te filia Babylon. * Audiuit rex
Babylonis famam eorum, & dissolutæ sunt
manus eius: angustia apprehendit eũ, dolor
44 quasi parturientem. * Ecce quasi leo ascẽdet
de superbia Iordanis ad pulchritudinem ro-
bustam;

bustam: quia subitò currere faciam eum ad
illam: & quis erit electus quem præponam
ei? quis est enim similis mei? & quis susti-
nebit me? [a] & quis est iste pastor, qui resistat [a] Iob 41. a. 1.
vultui meo? * Propterea audite consilium 45
Domini, quod mente concepit aduersum
Babylonem: & cogitationes eius, quas cogi-
tauit super terram Chaldęorum: Nisi detra-
xerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum
fuerit cum ipsis habitaculũ eorum. * A vo- 46
ce captiuitatis Babylonis commota est terra,
& clamor inter Gentes auditus est.

CAP. LI.

HÆc dicit Dominus: Ecce ego suscita- 1
bo super Babylonem, & super habita- A
tores eius, qui cor suum leuauerunt contra
me, quasi ventum pestilentem. * Et mittam 2
in Babylonem ventilatores, & ventilabunt
eam, & demolientur terram eius: quoniam
venerũt super eam vndique in die afflictio-
nis eius. * Non tendat, qui tendit arcum suũ, 3
& non ascendat loricatus, nolite parcere iu-
uenibus eius, interficite omnem malitiam
eius. * Et cadent interfecti in terra Chal- 4
dæorum, & vulnerati in regionibus eius.
* Quoniam non fuit viduatus Israel, & Iu- 5
da à Deo suo Domino exercituum: terra au-
tem eorum repleta est delicto à sancto Isra-
el. * Fugite de medio Babylonis, & saluet 6
vnusquisque animã suam: nolite tacere su-
per iniquitatem eius: quoniam tempus vl-
tionis est à Domino, vicissitudinem ipse re-
tribuet ei. * Calix aureus Babylon in manu 7
Domini, inebrians omnem terram: de vino
eius biberunt Gentes, & ideo cõmotæ sunt.
* [a] Subito cecidit Babylon, & contrita est: 8 [a] Isa. 21. c. 9. Apo. 14. b. 8.
vlulate super eam, tollite resinam ad dolorẽ
eius, si fortè sanetur. * Curauimus Baby- 9
lonem, & non est sanata: derelinquamus
eam, & eamus vnusquisque in terrã suam:
quoniam peruenit vsque ad cęlos iudicium
eius, & eleuatum est vsque ad nubes. * Pro- 10
tulit Dominus iustitias nostras: venite, &
narremus in Sion opus Domini Dei nostri B
* Acuite sagittas, implete pharetras: suscita- 11
uit Dominus spiritum regum Medorum: &
contra Babylonem mens eius est, vt perdat
eam, quoniam vltio Domini est, vltio tem-
pli sui. * Super muros Babylonis leuate si- 12
gnum, augete custodiam: leuate custodes,
præparate insidias: quia cogitauit Dominus,
& fecit quæcumque locutus est contra habi-
tatores Babylonis. * Quæ habitas sup aquas 13
multas, locuples in thesauris: venit finis tuus
pedalis præcisionis tuæ. * [b] Iurauit Domi- 14 [b] Amos. 6. c. 7.
nus exercituum per animam suam: Quo-
niam replebo te hominibus quasi brucho,
& super te celeuma cantabitur. * [b] Qui fe- 15 [b] Gen. 1. a. 1.
cit terram in fortitudine sua, præparauit or-
bem in sapientia sua, & prudentia sua, extẽ-
dit cælos. * Dante eo vocem, multiplicantur 16
aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extremo
terræ fulgura in pluuiam fecit: & produxit
17 ventum de thesauris suis. * Stultus factus
est omnis homo à scientia: confusus est om-
nis conflator in sculptili: quia mendax est
conflatio eorum, nec est spiritus in eis.
18 * Vana sunt opera, & risu digna, in tempo-
19 re visitationis suæ peribunt. * Non sicut
hæc pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse
C est, & Israel sceptrum hereditatis eius: Do-
20 minus exercituum nomen eius. * Collidis
tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gen-
21 tes, & disperdam in te regna: * et collidam
in te equum, et equitem eius: et collidam
22 in te currum, et ascensorem eius: * et col-
lidam in te virum, et mulierem: et colli-
dam in te senem, et puerum: et collidam
23 in te iuuenem, et virginem: * et collidam
in te pastorem, et gregem eius: et collidam
in te agricolam, et iugales eius: et collidam
24 in te duces, et magistratus. * Et reddam Ba-
byloni, et cunctis habitatoribus Chaldææ
omne malum suum, quod fecerunt in Sion,
25 in oculis vestris, ait Dominus. * Ecce ego
ad te mons pestifer, ait Dominus, qui cor-
rumpis vniuersam terram: et extendã ma-
num meam super te, et euoluã te de petris,
26 et dabo te in montem combustionis. * Et
non tollent de te lapidem in angulum, & la-
pidem in fundamenta, sed perditus in æter-
27 num eris, ait Dominus. * Leuate signum in
terra: clangite buccina in Gentibus, sanctifi-
cate super eam Gentes: annunciate contra
illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez:
numerate contra eam Taphsar, adducite e-
28 quum quasi bruchum aculeatum. * Sanctifi-
cate contra eam Gentes, reges Mediæ, du-
ces eius, & vniuersos magistratus eius, cun-
29 ctamque terram potestatis eius. * Et cõmo-
D uebitur terra, & conturbabitur: quia euigila-
uit contra Babylonem cogitatio Domini, vt
ponat Terrã Babylonis desertã, & inhabita-
30 bilem. * Cessauerunt fortes Babylonis à
prælio, habitauerunt in præsidijs: deuoratũ
est robur eorũ, & facti sunt, quasi mulieres:
incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt
31 vectes eius. * Currens obuiam currenti ve-
niet: & nuncius obuius nuncianti: vt annun-
ciet regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius
32 a summo vsque ad summum: * & vada
præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt
33 igni, & viri bellatores cõturbati sunt * Quia
hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel:
filia Babylonis quasi area, tẽpus trituræ eius:
adhuc modicum, & veniet tempus messio-
34 nis eius. * Comedit me, deuorauit me Nabu
chodonosor rex Babylonis: reddidit me qua
si vas inane, absorbuit me quasi draco, reple-
uit ventrẽ suum teneritudine mea, & eiecit
35 me. * Iniqtas aduersum me, & caro mea su-
per Babylonem, dicit habitatio Sion: & san-
guis meus super habitatores Chaldææ, dicit
36 Ierusalem. * Propterea hæc dicit Dominus.
Ecce ego iudicabo causam tuã, & vlciscar vl-
tionem tuam, & desertum faciam mare eius
37 & siccabo venam eius. * Et erit Babylon in
tumulos, habitatio draconũ, stupor, & sibi-
lus,

ius,eo quòd nõ sit habitator.* Simul vt leo- 38
nes rugient , excutient comas veluti catuli
leonum. * In calore eorum ponam potus 39
eorum , & inebriabo eos , vt sopiantur, &
dormiant somnum sempiternum , & non
consurgant,dicit Dominus * Deducam eos 40
quasi agnos ad victimam,& quasi arietes cũ E
hœdis. * Quomodo capta est Sesach , & 41
comprehẽsa est inclyta vniuersæ terræ?quo-
modo facta est in stuporem Babylon inter
Gentes?* Ascendit super Babylonem ma- 42
re , multitudine fluctuum eius operta est.
* Factæ sunt ciuitates eius in stuporem,ter- 43
ra inhabitabilis, & deserta, terra in qua nul-
lus habitet, nectrãseat per eam filius homi-
nis. * Et visitabo super Bel in Babylone,& 44
eijciam quod absorbuerat de ore eius, & nõ
confluent ad eum vltra Gentes,siquidem &
murus Babylonis corruet.* Egredimini de 45
medio eius populus meus : vt saluet vnuf-
quisque animam suam ab ira furoris Domi-
ni.* Et ne fortè mollescat cor vestrum,& ti- 46
meatis auditum,qui audietur in terra:& ve-
niet in anno auditio,& post hunc annũ au-
ditio : & iniquitas in terra, & dominator su-
per dominatorem.* Propterea ecce dies ve- 47
niũt , & visitabo super sculptilia Babylonis:
& omnis terra eius confundetur,& vniuersi
interfecti eius cadẽt in medio eius.* Et lau- 48
dabunt super Babylonẽ cæli,& terra,& om-
nia quę in eis sunt : quia ab Aquilone veniẽt
ei prædones,ait Dominus. * Et quomodo 49
fecit Babylon vt caderent occisi in Israel : sic
de Babylone cadent occisi in vniuersa terra.
* Qui fugistis gladium,venite, nolite stare: 50
recordamini procul Domini , & Ierusalem F
ascendat super cor vestrũ. * Cõfusi sumus, 51
quoniam audiuimus opprobrium : operuit
ignominia facies nostras:quia venerunt alie-
ni super sanctificationem domus Domini.
* Propterea ecce dies veniunt,ait Dominus: 52
& visitabo super sculptilia eius , & in omni
terra eius mugiet vulneratus.*Si ascenderit 53
Babylon in cælum , & firmauerit in excelso
robur suum:à me veniẽt vastatores eius, ait
Dominus.* Vox clamoris de Babylone, & 54
contritio magna de Terra Chaldæorũ:*quo- 55
niam vastauit Dominus Babylonẽ,& perdi-
dit ex ea vocem magnam : & sonabunt flu-
ctus eorum quasi aquæ multæ : dedit soni-
tum vox eorum: * Quia venit super eam, 56
id est,super Babylonem prædo,& apprehẽ-
si sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum,
quia fortis vltor Dominus reddẽs retribuet.
* Et inebriabo principes eius , & sapientes 57
eius,& duces eius,& magistratus eius,& for-
tes eius : & dormient somnum sempiternũ,
& non expergiscentur , ait rex , Dominus
exercituum nomen eius.* Hæc dicit Domi- 58
nus exercituum: Muros Babylonis ille latis- G
simus suffossione suffodietur, & portæ eius
excelsæ igni comburentur, & labores popu-
lorum ad nihilum , & gentium in ignem
erunt,& disperibunt.* Verbum,quod præ- 59
cepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ
filij Maasiæ cum pergeret cum Sedecia rege
in Babylone , in anno quarto regni eius:
60 Saraias autem erat princeps prophetiæ * Et
scripsit Ieremias omne malum, quod ventu-
rum erat super Babylonem in libro vno:
omnia verba hæc , quæ scripta sunt contra
61 Babylonẽ * Et dixit Ieremias ad Saraiam:
Cum veneris in Babylonem , & videris, &
62 legeris omnia verba hæc, * dices: Domine
tu locutus es contra locum istum vt disper-
deres eum : ne sit qui in eo habitet ab homi-
ne vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitu-
63 do. * Cumque compleueris legere librum
istum,ligabis ad eum lapidem , & proijcies
64 illum in medium Euphraten:* & dices:Sic
submergetur Babylon , & non consurget à
facie afflictionis,quã ego adduco super eam,
& dissoluetur. Hucusque verba Ieremiæ.

CAP. LII.

1 A FIlius viginti, & vnius anni erat Sedecia:
cum regnare cœpisset : & vndecim an- 4.Re.24.
nis regnauit in Ierusalem , & nomen matris d.18.
2 eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna.* Et fe- 2. Pa.36.
cit malum in oculis Domini,iuxta omnia b.13.
3 quæ fecerat Ioakim. * Quoniam furor Do-
mini erat in Ierusalem,& in Iuda vsquequo
proijceret eos à facie sua: & recessit Sedecias
4 a rege Babylonis. * " Factum est autem in "Sup.39.
anno nono regni eius,in mense decimo, de- a.1.
cima mensis : Venit Nabuchodonosor rex 4.Re.25.
Babylonis , ipse & omnis exercitus eius ad- a.1.
uersus Ierusalem,& obsederunt eam,& edi-
ficauerunt contra eam munitiones in circui-
5 tu. * Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndeci-
6 mum annum regis Sedeciæ.* Mense autem
B quarto , nona mensis obtinuit fames ciuita-
tem : & non erant alimenta populo terræ,
7 * Et dirupta est ciuitas,& omnes viri bellato-
res eius fugerunt, exierunt q. de ciuitate no-
cte per viam portæ , quæ est inter duos mu-
ros,& ducit ad hortum regis (Chaldæis ob-
sidentibus vrbem in gyro) & abierunt per
8 viam,quæ ducit in eremum. * Persecutus est
autem Chaldæorum exercitus regem:& ap-
prehenderunt Sedeciam in deserto,quod est
iuxta Iericho : & omnis comitatus eius dis-
9 fugit ab eo.* Cumque comprehendissent re-
gem adduxerunt eum ad regem Babylonis
in Reblatha,quæ est in terra Emath:& locu-
10 tus est ad eum iudicia * Et iugulauit rex Ba-
bylonis filios Sedeciæ in oculis eius : sed &
omnes principes Iuda occidit in Reblatha.
11 * Et oculos Sedeciæ eruit,& vinxit eum cõ-
C pedibus , & adduxit eum rex Babylonis in
Babylonem , & posuit eũ in domo carceris
12 vsque ad diem mortis eius.* In mense autẽ
quinto , decima mensis , ipse est annus no-
nusdecimus Nabuchodonosor regis Baby-
lonis : venit Nabuzardan princeps : militiæ,
qui stabat coram rege Babylonis in Ierusa-
13 lem. * Et incendit domum Domini,& do-
mum regis , & omnes domos Ierusalem,&
omnem domum magnam igni combussit,
* Et

* Et totum murum Ierusalem per circuitũ 14
destruxit, cunctus exercitus Chaldæorum,
qui erat cum magistro militiæ.* De pauperi- 15
bus autem populi,& de reliquo vulgo,quos
remanserat in ciuitate , & de perfugis, qui
transfugerant ad regem Babylonis,& cæte-
ros de multitudine, transtulit Nabuzardan
princeps militię.* De pauperibus verò terræ 16
reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores,
& agricolas.* Columnas quoque æreas 17
quæ erant in domo Domini, & bases,& ma-
re æneum,quod erat in domo Domini,con-
fregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eo-
rum in Babylonem.* Et lebetes,& creagras,18
& psalteria,& phialas,& mortariola, & om-D
nia vasa ærea,quæ in ministerio fuerant,tu-
lerunt:* & hydrias,& thymia materia,& vr- 19
ceos,& pelues,& candelabra, & mortaria,&
cyathos, quotquot aurea,aurea: & quotquot
argentea , argentea tulit magister militiæ:
*& columnas duas,& mare vnum, & vitu- 20
los duodecim æreos , qui erant sub basibus,
quas fecerat rex Salomon in domo Domini:
non erat pondus æris omnium horum va-
sorum.* De columnis autem,decem & octo 21
cubiti altitudinis erant in columna vna , &
funiculus duodecim cubitorum circuibat
eam:porrò grossitudo eius quatuor digito-
rum,& intrinsecus caua erat. * Et capitella 22
super vtrãque ærea: altitudo capitelli vnius E
quinque cubitorum : & retiacula , & malo-
granata super coronam in circuitu , omnia
ærea. Similiter columnæ secundæ , & malo-
granata. * Et fuerunt malogranata nona- 23
ginta sex dependentia:& omnia malegrana-
ta centum,retiaculis circumdabantur.* Et 24
tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem
primum , & Sophoniam sacerdotem secun- 25
dum:& tres custodes vestibuli.* Et de ciui-
tate tulit eunuchum vnum, qui erat præpo-
situs super viros bellatores : & septem viros
de his, qui videbant faciem regis,qui inuen-
ti sunt in ciuitate: & scribam principem mi-
litum, qui probabat tyrones:& sexaginta vi-
F ros de populo terræ,qui inuenti sunt in me-
26 dio ciuitatis. * Tulit autem eos Nabuzar-
dan magister militiæ,& duxit eos ad regem
27 Babylonis in Reblatha. * Et percussit eos
rex Babylonis , & interfecit eos in Reblatha
in terra Emath:& translatus est Iuda de ter-
28 ra sua. * Iste est populus, quem transtulit
Nabuchodonosor: In anno septimo Iudæos
29 tria millia,& viginti tres :* In anno octauo
decimo Nabuchodonosor de Ierusalem ani-
30 mas octingentas triginta duas: * In anno
vigesimotertio Nabuchodonosor,transtulit
Nabuzardan magister militiæ animas Iu-
dæorum septingentas quadraginta quinque,
omnes ergo animæ , quatuor millia sexcen-
31 tæ.* Et factũ est in trigesimoseptimo anno
G transmigrationis Ioachin regis Iuda, duode-
cimo mense , vigesima quinta mensis,eleua-
uit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno
regni sui,caput Ioakin regis Iuda,& eduxit
32 eum de domo carceris.* Et locutus est cum
eo bona, & posuit thronum eius super thro-
nos regum , qui erant post se in Babylone,
33 * Et mutauit vestimenta carceris eius,& co-
medebat panem coram eo semper cunctis
34 diebus vitæ suæ: * & cibaria eius,cibaria p-
petua dabantur ei à rege Babylonis statuta
per singulos dies,vsque ad diem mortis suæ
cunctis diebus vitæ eius.

THRENI,
IDEST,
LAMENTATIONES
HIEREMIÆ PROPHETÆ.

Est factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans,& eiulans dixit:

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

1 VOMODO sedet sola ciui- 1
tas plena populo:facta est quasi A
vidua domina Gentium:prin-
ceps prouinciarum facta est
sub tributo.

BETH.

2 *"Plorans plorauit in nocte , & lacrymæ "Ier. 13.
eius in maxillis eius: non est qui consoletur a.1.
eam ex omnibus charis eius : omnes amici
eius spreuerunt eam,& facti sunt ei inimici.

GHIMEL.

3 * Migrauit Iudas propter afflictionem,& multitudinem seruitutis:habitauit inter gẽtes,nec inuenit requiem : omnes persecutores eius apprehenderunt eã inter angustias.

DALETH.

4 * Viæ Sion lugent , eo quod non sint qui
veniant ad solemnitatem : omnes portæ
eius

eius destructæ: sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

H E.

* Facti sunt hostes eius in capite, inimici 5
eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

V A V.

* Et egressus est à filia Sion omnis decor- 6
eius, facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

Z A I N.

* Recordata est Ierusalem dierum affli- 7
ctionis suæ, & præuaricationis omnium de-
C siderabilium suorum, quæ habuerat à dieb.
antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

H E T H.

* Peccatum peccauit Ierusalem, propte- 8
rea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.

T E T H.

* Sordes eius in pedibus eius, nec recorda- 9
ta est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine affli-
D ctionem meã, quoniam erectus est inimicus.

I O D.

* Manum suam misit hostis ad omnia de- 10
siderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

C A P H.

* Omnis populus eius gemens, & quærẽs 11
panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam: vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.

L A M E D.

* O vos omnes, qui transitis per viam, at- 12
tẽdite, & videte si est dolor sicut dolor meus quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

M E M.

* De excelso misit ignem in ossibus meis, 13
& erudiuit me: expandit rete pedibus meis, E
conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.

N V N.

* Vigilauit iugum iniquitatum mearũ: in 14
manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.

S A M E C H.

* Abstulit omnes magnificos meos Domi- 15
nus de medio mei: vocauit aduersum me tẽpus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

[n] Ier. 14. c. 17.

A I N.

* [n] Idcirco ego plorans, & oculus meus de- 16
F ducens aquas: quia longè factus est à me cõsolator, cõuertens animam meam, facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

P H E.

17 * Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem, quasi polluta menstruis inter eos.

S A D E.

18 * Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatẽ.

C O P H.

19 * Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt
G me: sacerdotes mei, & senes mei in vrbe cõsumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi vt refocillarent animam suam.

R E S.

20 * Vide Domine quoniam tribulor, cõturbatus est venter meus subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum, foris interficit gladius, & domi mors similis est.

S I N.

21 * Audierunt quia ingemisco ego, & nõ est qui cõsoletur me: oẽs inimici mei audierũt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

T H A V.

22 * Ingrediatur omne malum eorum corã te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

CAPVT SECVNDVM.

A L E P H.

1 Q Vomodo obtexit caligine ĩ furore suo
A Dñs filiã Sion: proiecit de cęlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

B E T H.

2 * Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram, polluit regnum, & principes eius.

G H I M E L.

3 * Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici, & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro.

D A L E T H.

4 * Tetendit arcum suum, quasi inimicus,
B firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion effudit quasi ignem indignationem suam.

H E.

5 * Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius: dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.

VAV.

V A V.

* Et dissipauit quasi hortum tẽtoriũ suũ, 6
demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Siõ festiuitatem, & sabbatum, & in opprobrium, & in indignationem furoris sui regem, & sacerdotem.

Z A I N.

* Repulit Dominus altare suum, maledi- 7
xit sanctificationi suæ: tradidit in manu ini-
C mici muros turriũ eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

H E T H.

* Cogitauit Dominus dissipare murum fi- 8
liæ Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione luxitq. antemurale, & murus pariter dissipatus est.

T E T H.

* Defixæ sunt in terra portæ eius: perdi- 9
dit, & contriuit vectes eius, regẽ eius, & principes eius in Gentibus non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionẽ à Domino.

I O D.

* Sederunt in terra, conticuerunt senes fi- 10
liæ Sion: conspersserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem.

C A P H.

* Defecerunt præ lachrimis oculi mei, cõ- 11
turbatæ sunt viscera mea: effusum est in ter-
D ram iecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus, & lactens in plateis oppidi.

L A M E D.

* Matribus suis dixerunt: Vbi est triticũ, 12
& vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

M E M.

* Cui comparabo te? vel cui assimilabo te 13
filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

N V N.

* Prophetę tui viderũt tibi falsa, & stulta, 14
nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad E
pœnitentiam prouocarent, viderunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones.

S A M E C H.

* Plauserunt super te manibus omnes 15
transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem: Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?

P H E.

* Aperuerũt super te os suum omnes ini- 16
mici tui: sibilauerunt, & fremuerũt dentibus, F
& dixerunt: Deuorabimus: en ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.

A I N.

[n] Le. 26. b. 16. Deu. 28. b. 15. Ier. 14. c. 17.

* [n] Fecit Dominus quæ cogitauit, comple- 17
uit sermonem suum, quẽ præceperat à diebus antiquis destruxit, & non pepercit, & lætificatur super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.

S A D E.

18 * Clamauit cor eorum ad Dominũ super [n] Sup. 1. f. 16.
muros filiæ Sion: [n] Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

C O P H.

19 * Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuũ ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorũ tuorũ, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorũ.

R E S.

20 * Vide Domine, & considera quem vinde-
G miaueris ita: ergone comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mẽsuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta?

S I N.

21 * Iacuerunt in terra foris puer, et senex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui percussisti, nec misertus es.

T H A V.

22 * Vocasti quasi ad diem solemnẽ, qui terrerent me de circuitu, et non fuit in die furoris Domini qui effugeret, et relinqueretur: quos educaui, et enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

C A P. III.

A L E P H.

1 E Go vir videns paupertatem meam in
A virga indignationis eius.

A L E P H.

2 * Me minauit, et adduxit in tenebras, et non in lucem.

A L E P H.

3 * Tantum in me vertit, et conuertit manum suam tota die.

B E T H.

4 * Vetustam fecit pellem meam, et carnem meam, contriuit ossa mea.

B E T H.

5 * Aedificauit in gyro meo, et circumdedit me felle, et labore.

B E T H.

6 * In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.

G H I M E L.

7 * Circumædificauit aduersum me, vt nõ egrediar: aggrauauit compedem meum.

G H I M E L.

8 * Sed et cum clamauero, et rogauero, exclusit orationem meam.

G H I M E L.

9 * Conclusit vias meas lapidibus quadris,
B semitas meas subuertit.

D A L E T H.

10 * Vrsus insidians factus est mihi: leo in absconditis.

D A L E T H.

11 * Semitas meas subuertit, et confregit me: posuit me desolatam.

D A L E T H.

12 * Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam.

H E.

HE.
* Misit in renib. meis filias pharetræ suę. 13
HE.
* Factus sum in derisum omni populo 14
meo, canticum eorum tota die.
HE.
* Repleuit me amaritudinibus, inebriauit 15
me absynthio.
VAV.
* Et fregit ad numerum dentes meos, ci- 16
bauit me cinere.
VAV.
* Et repulsa est à pace anima mea, oblitus 17
sum bonorum.
VAV.
* Et dixi: Perijt finis meus, & spes mea à 18
Domino.
ZAIN. C
* Recordare paupertatis, & transgressio- 19
nis meæ, absynthij, & fellis.
ZAIN.
* Memoria memor ero, & tabescet in me 20
anima mea.
ZAIN.
* Hęc recolẽs in corde meo, ideo sperabo. 21
HETH.
* Misericordiæ Domini, quia non sumus 22
consumpti, quia non defecerunt miseratio-
nes eius.
HETH.
* Noui diluculo, multa est fides tua. 23
HETH.
* Pars mea Dominus, dixit anima mea: 24
propterea expectabo eum.
TETH.
* Bonum est Dominus sperantibus in eũ, 25
animæ quærenti illum.
TETH.
* Bonum est prędstolari cum silentio salu- 26
tare Dei.
TETH.
* Bonum est viro, cum portauerit iugum 27
ab adolescentia sua. D
IOD.
* Sedebit solitarius, & tacebit: quia leua- 28
uit super se.
IOD.
* Ponet in puluere os suum, si fortè sit 29
spes.
IOD.
* Dabit percutienti se maxillam, saturabi- 30
tur opprobrijs.
CAPH.
* Quia non repellet in sempiternum Do- 31
minus.
CAPH.
* Quia si abiecit, & miserebitur secundũ 32
multitudinem misericordiarum suarum.
CAPH.
* Non enim humiliauit ex corde suo, & 33
abiecit filios hominum.
LAMED.
* Vt contereret sub pedibus suis omnes 34
vinctos terræ.

LAMED.
35 * Vt declinaret iudicium viri in conspectu
vultus Altissimi.
LAMED.
36 * Vt peruerteret hominem in iudicio suo
Dominus ignorauit.
MEM.
37 * ᵃ Quis est iste, qui dixit vt fieret Domi-
no non iubente?
MEM.
38 * Ex ore Altissimi non egredientur nec
mala nec bona?
MEM.
39 * Quid murmurauit homo viuens, vir ᵃ Amos
pro peccatis suis. 3. b. 6.
NVN.
40 * Scrutemur vias nostras, & quæramus, &
reuertamur ad Dominum.
NVN.
41 * Leuemus corda nostra cum manibus ad
Dominum in cælos.
NVN.
42 * Nos inique egimus, & ad iracundiã pro-
uocauimus idcircò tu inexorabilis es.
SAMECH.
43 * Operuisti in furore, & percussisti nos:
occidisti, nec pepercisti.
SAMECH.
44 * Opposuisti nubẽ tibi, nec trãseat oratio.
SAMECH.
45 * Eradicationem, & abiectionem posuisti
F me in medio populorum.
PHE.
46 * Aperuerunt super nos os suum omnes
inimici.
PHE.
47 * Formido, & laqueus facta est nobis vati-
cinatio, & contritio.
PHE.
48 * Diuisiones aquarũ deduxit oculus meus
in contritione filiæ populi mei.
AIN.
49 * Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo
quod non esset requies.
AIN.
50 * Donec respiceret, & videret Dominus
de cælis.
AIN.
51 * Oculus meus deprædatus est animam
meam in cunctis filiabus vrbis meæ.
SADE.
52 * Venatione ceperunt me quasi auem ini-
mici mei gratis.
SADE.
53 * Lapsa est in lacum vita mea: & posue-
runt lapidem super me.
SADE.
54 * Inundauerunt aquæ super caput meum
dixi: Perij.
COPH.
55 * Inuocaui nomen tuum Domine de lacu
nouissimo.
COPH.
56 * Vocem meam audisti: ne auertas aurem
G tuam à singultu meo, & clamoribus.
COPH.

COPH.
* Appropinquasti in die, quando inuoca- 57
ui te: Dixisti: Ne timeas.
RES.
* Iudicasti Domine causam animæ meæ, 58
redemptor vitæ meæ.
RES.
* Vidisti Domine iniquitatem illorum 59
aduersum me iudica iudicium meum.
RES.
* Vidisti omnem furorem, vniuersas co- 60
gitationes eorum aduersum me.
SIN.
* Audisti opprobrium eorum Domine, 61
omnes cogitationes eorum aduersum me.
SIN.
* Labia insurgentium mihi & meditatio- 62
nes eorum aduersum me tota die.
SIN.
* Sessionem eorum, & resurrectionẽ eo- 63
rum vide, ego sum psalmus eorum.
THAV.
* Reddes eis vicem Domine iuxta opera 64
manuum suarum.
THAV.
* Dabis eis scutum cordis laborem tuum. 65
THAV.
* Persequeris in furore, & cõteres eos sub 66
cælis Domine.

CAP. IIII.

ALEPH.
Quomodo obscuratum est aurum, mu- 1
tatus est color optimus, dispersi sunt la- A
pides, sanctuarij in capite omnium platea-
rum?
BETH.
* Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: 2
quomodo reputati sunt in vasa testea, opus
manuum figuli?
GHIMEL.
* Sed & lamiæ nudauerunt mammam, la- 3
ctauerunt catulos suos: filia populi mei cru-
delis, quasi struthio in deserto.
DALETH.
* Adhæsit lingua lactentis ad palatũ eius 4
in siti: paruuli petierunt panem, & non erat
qui frangeret eis.
HE.
* Qui vescebantur voluptuosè, interierunt 5
in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexa-
ti sunt stercora.
VAV.
* Et maior effecta est iniquitas filiæ popu 6
li mei peccato Sodomorum, ᵃ quæ subuersa
ᵃ Gen. 19 est in momento, & non ceperunt in ea ma-
c. 24. nus.
ZAIN.
* Candidiores Nazaræi eius niue, nitidio- 7
res lacte, rubicundiores ebore antiquo, sap- B
phiro pulchriores.
HETH.
* Denigrata est super carbones facies eo- 8

rum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit
cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi
lignum.
TETH.
9 * Melius fuit occisis gladio, quam interfe-
ctis fame: quoniam isti extabuerunt cõsum-
pti à sterilitate terræ.
IOD.
10 * Manus mulierum misericordium coxe-
runt filios suos: facti sunt cibus eaũ in con-
tritione filiæ populi mei.
CAPH.
11 * Compleuit dominus furorem suum, ef-
fudit iram indignationis suæ: & succendit
ignem in Sion, & deuorauit fundamenta
eius.
LAMED.
12 * Non crediderunt reges terræ, & vniuer-
si habitatores orbis, quoniam ingrederetũr
hostis, & inimicus per portas Ierusalem.
MEM.
13 * Propter peccata prophetarum eius, &
C iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt
in medio eius sanguinem iustorum.
NVN.
14 * Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt
in sanguine: cumq. non possent, tenuerunt
lacinias suas.
SAMECH.
15 * Recedite pollutí, clamauerũt eis: recedi-
te, abite, nolite tangere: iurgati quippè sunt,
& commoti dixerunt inter Gentes: Non ad-
det vltra, vt habitet in eis.
PHE.
16 * Facies Domini diuisit eos, non addet, vt
respiciat eos: facies sacerdotum non erubue-
runt, neque senum miserti sunt.
AIN.
17 * Cum adhuc subsisteremus: defecerunt
oculi nostri ad auxilium nostrum vanum,
cum respiceremus attenti ad gentem, quæ
saluare non poterat.
SADE.
18 * Lubricauerunt vestigia nostra in itinere
D platearum nostrarum, appropinquauit finis
noster: completi sunt dies nostri, quia venit
finis noster.
COPH.
19 * Velociores fuerunt persecutores nostri
aquilis cęli: super montes persecuti sunt nos,
in deserto insidiati sunt nobis.
RES.
20 * Spiritus oris nostri Christus Dominus
captus est in peccatis nostris: cui diximus:
in vmbra tua viuemus in Gentibus.
SIN.
21 * Gaude, & lætare filia Edom, quæ habi-
tas in Terra Hus: ad te quoque perueniet ca-
lix, inebriaberis, atque nudaberis.
THAV.
22 * Completa est iniquitas tua filia Sion,
non addet vltra, vt transmigret te: visitauit
iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit
peccata tua.

ORA-

IEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPVT QVINTVM.

RECordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobriũ nostrum. * Hereditas nostra verta est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. * Pupilli facti sumus, absque patre, matres nostræ quasi viduæ. * Aquam nostrã pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus. * Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. * Ægypto dedimus manũ, & Assyrijs vt saturaremur pane. * Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorũ portauimus. * Serui dominati sunt nostri: non fuit, qui redimeret de manu eorum. * In animabus nostris afferebamus panes nobis, à facie gladij in deserto. * Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatũ famis. * Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. * Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. * Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. * Senes defecerunt de portis: iuuenes, de choro psallentium. * Defecit gaudiũ cordis nostri: versus est in luctũ chorus noster. * Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. * Propterea mœstum factum est cor nostrũ, ideo contenebrati sunt oculi nostri. * Propter montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo. * Tu autẽ Dñe in æternũ permanebis, solium tuum in generationem & generationem. * Quare in perpetuũ obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudinem dierum? * Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio. * Sed proijciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

PROPHETIA BARVCH.

CAPVT PRIMVM.

ET hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Heliæ in Babylonia, * in anno quinto in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni: * Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum, * & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo, vsque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, & ad flumen Sodi. * Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini. * Et collegerunt pecuniam

secundum quod potuit vniuscuiusque manus, * & miserunt in Ierusalem ad Ioakim filium Heliæ filij Salom sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem: * cum accipere vasa templi Domini, quæ ablata fuerãt de templo, reuocare in Terram Iuda decima die mensis Siuan, vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Ioziæ rex Iuda, * posteaquam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem. * Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri: * & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis: & pro vita Balthasar filij eius vt sint dies eorum sicut dies cæli super terrã, * & vt det Dominus virtutẽ nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub Cumbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. * Et pro nobis pro sis orate ad dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsq. in hunc diẽ. * Et legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solemni, & in die opportuno: * " & dicetis: Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ: sicut est dies hæc omni Iuda, & habitantibus in Ierusalem. * Regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, patribus nostris. * " Peccauimus ante Dominum Deũ nostrum, & non credidimus, diffidentes in eum: * & nõ fuimus subiectibiles illi, & nõ audiuimus vocẽ Domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis. * A die, qua eduxit patres nostros de Terra Ægypti vsque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum: & dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius * " Et adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ cõstituit Dominus Moysi seruo, suo: qui eduxit patres nostros de Terra Ægypti, date nobis terram fluentẽ lac, & mel, sicut hodierna die. * Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos: * & abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operati dijs alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

PROpter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad Anos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt Israel, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omne Israel, & Iuda: * vt adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta sunt in Ierusalem, " secundum quæ scripta sunt in lege Moysi, * vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ. * Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt in circuito nostro in improperium, & in desolationẽ in omnibus populis, in quibus nos dispersit Dominus. * Et facti sumus subtus & non supra: quia peccauimus Domino Deo nostro, non obaudiendo voci ipsius. * " Domino Deo nostro iustitia: nobis autem, & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. * Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc, quæ venerunt super nos: * & non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrum, è vijs nostris pessimis. * Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandauit nobis: * & nõ audiuimus vocem ipsius vt iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram. * " Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de Terra Aegypti in manu valida, & in signis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste: * peccauimus, impiè egimus, iniquè gessimus Domine Deus noster, in omnib. iustitijs tuis. * Auertatur ira tua à nobis: quia dereliẽti sumus pauci inter gentes, vbi dispersisti nos. * Exaudi domine preces nostras, & orationes nostras & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiãm ante faciem eorum, qui nos abduxerunt: * vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius. * " Respice Domine de domo sanẽta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. * " Aperi oculos tuos, & vide, " quia nõ mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem, & iustificationẽ Domino: * sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam, & iustitiam domino. * Quia non secundum iustitias patrũ nostrorũ nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster: * sed quia misisti iram tuam, furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens: * Sic dicit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris. * Quod si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem vestrã faciam de ciuitatibus Iuda, & a foris Ierusalem, * & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocẽ sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. * Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua, quæ locutus es in manib. puerorum tuorũ prophetarum, vt transfer-

" Inf. 2. b. 6.
" Dan. 9. a. 5.
" De. 28. b. 15.
" De. 28. f. 53.
" Sup. 1. c. 15.
" Da. 9. d. 15.
" De. 26. d. 15. Isa. 63. d. 15.
" Isa. 64. c. 9.
" Ps. 113. d. 17.

rentur ossa regum nostrorum, & ossa patrũ
nostrorum de loco suo: * & ecce proiecta 25
sunt in calore Solis, & in gelu noctis: & mor-
tui sunt in doloribus pessimis, in fame, & in
gladio, & in emissione. * Et posuisti templũ 26
in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, F
sicut hæc dies, propter iniquitatem domus
Israel, & domus Iuda. * Et fecisti in nobis 27
Domine Deus noster secundum omnem bo-
nitatem tuam, & secundum omnem misera-
tionem tuam illam magnam: * sicut locutus 28
es in manu pueri tui Moysi in die, qua præ-
cepisti ei scribere legem tuam coram filijs Is-
a Le. 26. b. 14. Deu. 28. b. 15. rael, * dicens: a Si non audieritis vocem 29
meam, multitudo hæc magna conuertetur in
minimam inter Gentes, quo ego eos disper-
gam: * quia scio quod me non audiet popu- 30
lus, populus est enim dura ceruice: & conuer
tetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ:
* & scient quia ego sum Dominus Deus eo- 31
rum, & dabo eis cor, & intelligent: aures, & G
audient: * Et laudabũt me in terra captiuita- 32
tis suæ, & memores erunt nominis mei. * Et 33
auertent se à dorso suo duro, & à maligni-
tatibus suis: quia reminiscentur viam patrum
suorum, qui peccauerũt in me: * Et reuoca- 34
bo illos in terram, quam iurauj patribus eo-
rum Abrahã, Isaac, & Iacob, & dominabun-
tur eis: & multiplicabo eos, & non minora-
buntur. * Et statuam illis testamentum æte 35
rum sempiternum, vt sim illis in Deum, &
ipsi erunt mihi in populum: & non moue-
bo amplius populum meum, filios Israel à
terra, quam dedi illis.

CAP. III.

ET nunc Domine omnipotens, Deus Is- 1
rael, anima in angustijs, & spiritus an- A
xius clamat ad te: * audi Domine, & misere-
re, quia Deus es misericors, & miserere no- 2
stri: quia peccauimus ante te. * Quia tu sedes 3
in sempiternum, & nos peribimus in æuum?
* Domine omnipotẽs, Deus Israel, audi nunc 4
orationem mortuorum Israel, & filiorum ip-
sorum, qui peccauerunt ante te, & nõ audie-
runt vocem Domini Dei sui, & agglutinata
sunt nobis mala. * Noli meminisse iniquita- 5
tum patrum nostrorum, sed memento manus
tuæ, & nominis tui in tẽpore isto. * quia 6
tu es Dominus Deus noster, & laudabimus
te Domine: * quia propter hoc dedisti timo- 7
rem tuum in cordibus nostris, & vt inuoce-
mus nomen tuum, & laudemus te in captiui
tate nostra, quia conuertimur ab iniquitate
patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te.
* Et ecce nos in captiuitate nostra sumus, ho 8
die, qua nos dispersisti in improperium, & in
maledictum, & in peccatum, secundum om-
nes iniquitates patrum nostrorum, qui recess- B
erunt à te Domine Deus noster. * Audi Is- 9
rael mandata vitæ: auribus percipe, vt scias
prudentiã. * Quid est Israel quod in terra ini 10
micorũ es? * inueterasti in terra aliena, coin- 11
quinatus es cũ mortuis; deputatus es cũ de-
12 scendentibus in infernum. * Dereliquisti fon
13 tem sapientiæ, * nam si in via Dei ambulas-
14 ses, habitasses vtiq. in pace sempiterna. * Di-
sce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit in-
tellectus: vt scias simul vbi sit lõgitumitas vi
tæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax.
15 * Quis inuenit locum eius: & quis intrauit
16 in thesauros eius? * Vbi sunt principes Gen-
tium, & qui dominantur super bestias, quæ
17 sunt super terram? * qui in auibus cęli ludũt,
18 * qui argentum thesaurizant, & aurum, in
quo confidunt homines, & non est finis ac-
quisitionis eorum? qui argentum fabricant, &
solicti sunt, nec est inuentio operum illorũ?
19 * exterminati sunt, & ad inferos descende-
20 runt, & alij loco eorum surrexerunt. * Iuue-
C nes viderunt lumen, & habitauerunt super
terram: viam autem disciplinæ ignorauerũt,
21 * neque intellexerunt semitas eius, neque fili-
ij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum
22 longè facta est: * non est audita in Terra
23 Chanaan, neque visa est in Theman. * Filij
quoque Agar, qui exquirũt prudentiam, quę
de terra est: negociationes Merthę, & The-
man, & fabulatores, & exquisitores pruden-
tiæ, & intelligentiæ: viam autem sapientiæ
nescierunt, neque cõmemorati sunt semitas
24 eius. * O Israel quam magna est domus Dei,
25 & ingens locus possessionis eius. * Magnus
est, & non habet finem; excelsus, & immen-
26 sus. * Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui
ab initio fuerunt, statura magna, scientes bel-
27 lum. * Non hos elegit Dominus, neque viã
disciplinæ inuenerunt: propterea perierunt:
28 * Et quoniam non habuerunt sapientiam,
interierunt: propter suam insipientiam.
29 * Quis ascendit in cælum, & accepit eam, &
D eduxit eam de nubibus? * Quis transfretauit
30 mare, & inuenit illam: & attulit illum super
31 aurum electum? * Non est qui possit scire
vias eius, neque qui exquirat semitas eius:
32 * sed, qui scit vniuersa, nouit eam, & adinue
nit eam prudẽtia sua: qui præparauit terram
in æterno tempore, & repleuit eam pecudi-
33 bus, & quadrupedibus: * qui emittit lumen,
& vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tre-
34 more. * Stellæ autem dederunt lumẽ in cu-
35 stodijs suis, & lætatæ sunt: * vocatæ sunt, &
dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cũ iucun-
36 ditate, qui fecit illas. * Hic est Deus noster,
& non æstimabitur alius aduersus eum.
37 * Hic ad inuenit omnem viam disciplinæ,
& tradidit illam Iacob puero suo, & Israel
38 dilecto suo. * Post hæc in terris visus est, &
cum hominibus conuersatus est.

CAP. IV.

1 HIc liber mandatorum Dei, & lex, quæ
A est in æternum: omnes, qui tenent eã,
peruenient ad vitam: qui autem deselique-
2 runt eam, in mortem. * Conuertere Iacob, &
apprehende eam, ambula per viam ad splen-
3 dorem eius cõtra lumen eius. * Ne tradas al-
teri gloriam tuam, & dignitatem tuã genti
alie-

alienæ. * Beati sumus Israel: quia quæ Deo 4
placẽt, manifesta sunt nobis. * Animæquior 5
esto populus Dei, memorabilis Israel: * venũ 6
dari estis Gentibus non in perditionem: sed
propter quod in ira ad iracundiam prouoca-
stis Deum, traditi estis aduersarijs. * Exacer- 7
bastis enim eum, qui fecit vos, Deum æternũ, B
immolantes demonijs, & non Deo. * Obliti 8
enim estis Deum, qui nutriuit vos, & contri-
stastis nutricem vestram Ierusalem. * Vidit 9
enim iracundiam à Deo venientem vobis, &
dixit: Audite cõfines Sion, adduxit enim mi-
hi Deus luctum magnũ: * Vidi enim captiui- 10
tatem populi mei, filiorum meorum, & filia-
rum, quam superduxit illis æternus. * Nutri- 11
ui enim illos cum iucunditate: dimisi autem
illos cum fletu, & luctu * Nemo gaudeat su- 12
per me viduam, & desolatã: à multis derelic-
ta sum propter peccata filiorum meorum,
quia declinauerunt à lege Dei. * Iustitias autẽ 13
ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias
mandatorum Dei, neque per semitas verita- C
tis eius cum iustitia ingressi sunt. * Veniant 14
confines Sion, & memorentur captiuitatem
filiorum, & filiarum mearum, quam super-
duxit illis æternus. * Adduxit enim super il- 15
los gentem de longinquo, gentem improbã,
& alterius linguæ: * qui non sunt reueriti se- 16
nem, neque puerorum miserti sunt, & adu
xerunt dilectos viduę, & à filijs vnicam deso
lauerunt. * Ego autem quid possum adiu- 17
uare vos? * Qui enim adduxit super vos ma- 18
la, ipse vos eripiet de manibus inimicorum
vestrorum. * Ambulate filij, ambulate: ego 19
enim derelicta sum sola. * Exui me stola pa- 20
cis, induj autem me sacco obsecrationis, & D
clamabo ad Altissimum in dieb. meis. * Ani- 21
męquiores estote filij, clamate ad Dominũ, &
eripiet vos de manu principũ inimicorum.
* Ego enim speraui in æternum salutem ve- 22
stram: & venit mihi gaudium à sancto super
misericordia, quæ veniet vobis ab æterno sa-
lutari nostro. * Emisi enim vos cum luctu, 23
& ploratu: reducet autem vos mihi Domi-
nus cum gaudio, & iucunditate in sempiter-
num. * Sicut enim viderunt vicinæ Sion ca- 24
ptiuitatem vestram a Deo, sic videbunt, & in
celeritate salutẽ vestram à Deo, quæ super- E
uenier vobis cum honore magno, & splendo
re æterno. * Filij patienter sustinete iræ, quæ 25
superuenit vobis: persecutus est enim te ini-
micus tuus, sed citò videbis perditionem ip-
sius, & super ceruices ipsius ascendes. * Delica 26
ti mei ambulauerunt vias asperas, ducti sunt
enim vt grex direptus ab inimicis. * Animę- 27
quiores estote filij, & proclamate ad Domi-
nũ: erit enim memoria vestra ab eo, qui du-
cit vos. * Sicut enim fuit sensus vester vt erra 28
retis à Deo: decies tantum iterũ conuertentes
requireris eũ. * Qui enim induxit vobis ma- 29
la, ipse rursum adducet vobis sempiternã iu- F
cunditatem cũ salute vestra * Animæquior 30
esto Ierusalẽ, exhortatur enim te, qui te no-
minauit. * Nocentes peribunt, qui te vexaue- 31
runt: & qui gratulati sunt in tua ruina, puniẽ-
32 tur, * ciuitates, quibus seruierunt filij tui, pu-
33 nientur: & quæ accepit filios tuos. * Sicut e-
nim gauisa est in tua ruina, & lætata est in ca-
su tuo, sic contristabitur in sua desolatione.
34 * Et amputabitur exultatio multitudinis, e-
35 ius, & gaudimonium eius erit in luctũ. * I-
G gnis enim superueniet ei ab æterno in longi-
turnis diebus, & habitabitur à dæmonijs in
36 multitudine temporis. * Circumspice Ierusa-
lem ad Orientem, & vide iucunditatẽ à Deo
37 tibi venientem. * Ecce enim veniunt filij tui,
quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab
Oriente vsque ad Occidentem: in verbo san-
cti gaudentes in honorem Dei.

CAP. V.

1 EXue te Ierusalem stola luctus, & vexatio-
A nis tuæ: & indue te decore, & honore e-
2 ius, quæ à Deo tibi est sempiternæ gloriæ. *
Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & im
3 ponet mitrã capiti honoris æterni. * Deus. n.
ostendet splendorem suũ in te omni, qui sub
4 cælo est. * Nominabitur enim tibi nomẽ tuũ
B à Deo in sempiternum: Pax iustitię: & honor
5 pietatis. * Exurge Ierusalem, & sta in excelso:
a & circumspice ad Orientem, & vide colle- a Sup. 4. g. 36.
ctos filios tuos ab Oriente Sole vsque ad Oc-
cidentem, in verbo sancti gaudentes Dei me
6 moria. * Exierunt enim abs te pedibus ducti
C ab inimicis: adducet autẽ illos Dominus ad
7 te portatos in honore sicut filios regni. * Cõ-
stituit enim Deus humiliare omnem montẽ
excelsũ, & rupes perennes, & conuallęs replę-
re inęqualitatem terræ: vt ambulet Israel di-
8 ligenter in honorem Dei. * Obumbrauerunt
D autẽ, & silua, & omne lignũ suauitatis Israel
9 ex mãdato Dei. * Adducet enim Deus Israel
cum iucunditate in lumine maiestatis suæ,
cum misericordia, & iustitia, quę est ex ipso.

CAP. VI.

A EXemplar epistolæ, quã misit Ieremias ad
abducẽdos captiuos in Babyloniam a re-
ge Babyloniorũ, vt annunciaret illis secun-
1 dũ quod præceptum est illi à Deo. * a PRO- a Ier. 29. b. 9.
PTER peccata, quæ peccastis ante Deum,
abducemini in Babyloniam captiui à Nabu-
2 chodonosor rege Babyloniorum. * Ingressi
itaque in Babylonem, eritis ibi annis pluri-
mis, & tẽporibus longis vsque ad generatio-
nes septem: post hoc autem educam vos
3 inde cum pace. * a Nunc autem videbitis in a Isa. 44. b. 10.
Babylonia deos aureos, & argenteos, & la-
pideos, & ligneos in humeris portari, osten-
4 tantes metum Gentibus. * Videte ergo ne,
& vos similes efficiamini factis alienis, &
5 metuatis, & metus vos capiat in ipsis. * Visa
itaque turba de retro, & ab ante, adorantes,
dicite in cordibus vestris: Te oportet adora-
6 ri Dñe. * Angelus enim meus vobiscũ: est: ip
7 se autem exquiram animas vestras. * Nam
lingua ipsorum polita à fabro, ipsa etiam in-
aurata, & inargentata falsa sunt, & non pos-

ſunt loqui.* Et ſicut virgini amanti ornamẽ- 8
ta:ita accepto auro fabricat ſunt. * Coronas 9
certè aureas habent, ſuper capita ſua dij illo-
rum: vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis au-
rum,& argentum, & erogant illud in ſemet-
ipſos.* Dant autem, & ex ipſo proſtitutis,& 10
meretrices ornant, & iterum cum receperint
illud à meretricibus,ornant deos ſuos . * Hi 11
autem non liberantur ab ærugine,& tinea.* 12
Opertis autem illis veſte purpurea, extergũt B
faciem ipſorum propter puluerem domus,
qui eſt plurimus inter eos. * Sceptrum autẽ 13
habet vt homo,ſicut iudex regionis,qui in ſe
peccantem non interficit. * Habet etiam in 14
manu gladium,& ſecurim, ſe autem de bel-
lo,& à latronibus non liberat. Vnde vobis
notum ſit,quia non ſunt dij.* Non ergo ti- 15
mueritis eos. Sicut enim vas hominis confra-
ctum inutile efficitur,tales ſunt,& dij illorũ:
* Conſtitutis illis in domo,oculi eorum ple- 16
ni ſunt puluere à pedibus introeuntium.* Et 17
ſicut alicui,qui regem offendit, circumſeptæ
ſunt ianuæ : aut ſicut ad ſepulchrum addu-
ctum mortuum,ita tutantur ſacerdotes oſtia
clauſuris , & ſetis , ne à latronibus expolien-
tur. * Lucernas accendunt illis , & quidem 18
multas , ex quibus nullam videre poſſunt :
ſunt autem ſicut trabes in domo.* Corda ve- 19
rò eorum dicunt eligere ſerpentes,qui de
terra ſunt,dum comedunt eos, & veſtimen-
tum ipſorum,& non ſentiunt.* Nigræ fiunt 20
facies eorum à fumo,qui in domo ſit. * Su- 21
pra corpus eorum,& ſupra caput eorum vo-
lant noctuæ, & hirundines,& aues etiam ſi-
militer,& cauæ. * Vnde ſciatis,quia nõ ſunt 22
dij. Ne ergo timueritis eos.* Aurum etiam , C
quod habent,ad ſpeciem eſt. Niſi aliquis ex- 23
terſerit æruginem , non fulgebunt : neque e-
nim dum cõflarentur,ſentiebant.* [a]Ex om- 24
ni pretio empta ſunt , in quibus ſpiritus non
ineſt ipſis.* Sine pedibus in humeri portã- 25
tur,oſtentantes ignobilitatem ſuam homini-
bus . Confundantur etiam,qui colunt ea.* 26
Proptera ſi ceciderint in terram,à ſemetipſis
non conſurgunt: neque ſi quis eum ſtatuerit
rectum,per ſemetipſum ſtabit,ſed ſicut mor-
tuis munera eorum illis apponentur. * Ho- 27
ſtias illorum vendunt Sacerdotes ipſorum,&
abutũtur:ſimiliter,& mulieres eorum decer-
pentes,neque infirmo,neque mendicanti ali-
quid impertiunt,* de ſacrificijs eorum fœtæ, 28
& menſtruatæ contingunt. Scientes itaq. ex
his quia non ſunt dij,ne timeatis eos. * Vn- 29
de enim vocantur dij? Quia mulieres appo-
nunt dijs argenteis,& aureis, & ligneis: * & 30
in domibus eorum ſacerdotes ſedent,haben-
tes tunicas ſciſſas,& capita,& barbam raſam,
quorum capita nuda ſunt.* Rugiunt autem 31
clamantes contra deos ſuos, ſicut in cœna
mortui.* Veſtimenta eorum auferunt ſacer- 32
dotes,& veſtiunt vxores ſuas, & filios ſuos. D
* Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo,ne- 33
que ſi quid boni,poterunt retribuere : neque
regem conſtituere poſſunt, neque auferre.
* Similiter neque dare diuitias poſſunt, ne- 34
que malum retribuere . Si quis illis votũ vo-
uerit,& non reddiderit:neque hoc requirũt.
35 * Hominem à morte non liberant neque in-
36 firmum à potentiori eripiunt. * Hominem
cæcum ad viſum non reſtituunt, de neceſſi-
37 tate hominem non liberabunt. * Viduæ nõ
38 miſerebuntur,neque orphanis beneficiẽt.*
Lapidibus de monte ſimiles ſunt dij illorũ ,
lignei,& lapidei,& aurei,& argentei. Qui au-
39 tem colunt ea,confundentur. * Quomodo
ergo æſtimandum eſt,aut dicendum,illos eſ
40 ſe deos ? * Adhuc enim ipſis Chaldæis non
honorãtibus ea: qui cum audierunt mutum
non poſſe loqui,offerunt illud ad Bel,poſtu
41 lantes ab eo loqui: *quaſi poſſint ſentire,qui
nõ habent motum,& ipſi cum intellexerint,
relinquent ea:ſenſum enim non habent ipſi
42 dij illorum. * Mulieres autem circumdatæ
funibus in vijs ſedent,ſuccendentes oſſa oli-
43 uarum.* Cum autem aliqua ex ipſis attracta
E ab aliquo tranſeunte dormierit,cum eo,pro-
ximæ ſuæ exprobrat quod ea non ſit: digna
habita , ſicut ipſa , neque funis eius diruptus
44 ſit.* Omnia autem,quæ illis fiunt,falſa ſunt.
Quomodo æſtimandum,aut dicendum eſt,
45 illos eſſe deos?* A fabris autem,& ab aurifi-
cibus facta ſunt. Nihil aliud erunt,niſi id,q
46 volũt eſſe ſacerdotes.* Artifices etiam ipſi,
qui ea faciunt,non ſunt multi temporis. Nũ-
quid ergo poſſunt ea,quæ fabrificata ſunt ab
47 ipſis,eſſe dij ? * Reliquerunt autem falſa, &
48 opprobrium poſtea futuris.* Nam cum ſu-
peruenerit illis prælium,& mala cogitant ſa-
cerdotes apud ſe , vbi ſe abſcondant cũ illis .
49 * Quomodo ergo ſentiri debeant quoniam
dij ſunt, qui nec de bello ſe liberant, neq. de
50 malis ſe eripiunt?* Nam cum ſint lignea,in-
aurata,& inargentata,ſcietur poſtea quia fal-
ſa ſunt ab vniuerſis Gentibus, & regibus :
quæ manifeſta ſunt,quia non ſunt dij,ſed o-
51 pera manuum hominum , & nullum Dei o-
pus cum illis * Vnde ergo notum eſt , quia
non ſunt dij,ſed opera manuum hominum,
52 & nullum Dei opus in ipſis eſt:* Regem re-
gioni non ſuſcitant, neque pluuiam homini-
53 bus dabunt.* Iudicium quoque non diſcer-
F nent , neque regiones liberabunt ab iniuria :
quia nihil poſſunt, ſicut corniculæ inter me-
54 dium cæli,& terræ.* Etenim cum inciderit
ignis in domum deorum ligneorum,argen-
teorum,& aureorum,ſacerdotes quidem ip-
ſorum fugient, & liberabuntur : ipſi verò ſi-
55 cut trabes in medio cõmburentur.* Regi au
tem,& bello non reſiſtent. Quomodo ergo
æſtimandum eſt, aut recipiendum , quia dij
56 ſunt?* Non à furibus,neque à latronibus ſe
liberabunt dij lignei , & lapidei , & inaurati
& inargentati, quibus hi, qui fortiores ſunt,
57 * aurum,& argentum,& veſtimentum,quo
operti ſunt,auferent illis, & abibunt, nec ſibi
58 auxilium ferent. * Itaque melius eſt eſſe re-
gem oſtentantẽ virtutẽ ſuã: aut vas in domo
vtile,in quo gloriabitur , qui poſſidet illud :
vel oſtiũ in domo,quod cuſtodit,quæ in ipſa
59 ſunt,quàm falſi dij.* Sol quidem,& Luna,ac

[a] Iſa.46. b.6.

ſidera cum ſit ſplendida, & emiſſa ad vtili-
tates , obaudiunt. * Similiter & fulgur cum 60
apparuerit,perſpicuum eſt : id ipſum autem
& ſpiritus in omni regione ſpirat. * Et nubes 61
quibus cum imperatum fuerit à Deo peram-
bulare vniuerſum orbem , perficiunt quod
imperatum eſt eis. * Ignis etiam miſſus deſu 62
per vt conſumat montes,& ſiluas, facit quod
præceptum eſt ei . Hæc autem neque ſpecie- G
bus, neq. virtutibus vni eorum ſimilia ſunt.
* Vnde neq. exiſtimandum eſt,neque dicen- 63
dum, illos eſſe deos, quãdo non poſſunt ne-
que iudicium iudicare, neque quidquam fa-
cere hominibus. * Scientes itaque quia non 64
ſunt dij,ne ergo timueritis eos. * Neque e- 65
nim regibus maledicent, neque benedicent.
* Signa etiam in cælo Gentibus non oſten- 66
dunt,neq. vt Sol lucebunt,neq illuminabunt
67 vt luna.* Beſtiæ meliores ſunt illis, quæ poſ-
68 ſunt fugere ſub tectũ,ac prodeſſe ſibi.* Nul
lo itaque modo nobis eſt manifeſtum , quia
69 ſunt dij: propter quod ne timeatis eos * Nã
ſicut in cucumerario formido nihil cuſtodit:
ita ſunt dij illorum lignei , & argentei, & in-
70 aurati. * Eodem modo & in horto ſpina al-
ba,ſupra quam omnis auis ſedet. Similiter
& mortuo proiecto in tenebris ſimiles ſunt
dij illorum lignei,& inaurati, & inargentati.
71 * A purpura quoque & murice, quæ ſupra
illos tineant,ſcietis itaque quia non ſunt dij.
Ipſi etiam poſtremò comeduntur, & erunt
72 opprobrium in regione. * Melior eſt homo
iuſtus , qui non habet ſimulachra : nam erit
longe ab opprobrijs .

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPVT PRIMVM.

ET factum eſt in trigeſimo 1
anno , in quarto , in quin- A
ta menſis,cum eſſem in
medio captiuorum [a] iuxta
fluuium Chobar , aperti
ſunt cæli , & vidi viſiones
Dei.* In quinta menſis,ip- 2
ſe eſt annus quintus tranſ-
migrationis regis Ioachin,* factum eſt verbũ 3
Domini ad Ezechielẽ filium Buzi ſacerdo-
tem in terra Chaldæorum, ſecus flumen
Chobar : & facta eſt ſuper eum ibi manus
Domini.* Et vidi,& ecce ventus turbinis ve- 4
B niebat ab Aquilone:& nubes magna, & ignis
inuoluens,& ſplendor in circuitu eius: & de
medio eius,quaſi ſpecies electri,id eſt,de me-
5 dio ignis : * & in medio eius ſimilitudo
quatuor animalium : & hic aſpectus eo-
6 rum , ſimilitudo hominis in eis . * Qua-
7 tuor facies vni , & quatuor pennæ vni * Pe-
des eorum pedes recti , & planta pedis eo-
rum , quaſi planta pedis vituli , & ſcintillæ
8 quaſi aſpectus æris candentis . * Et manus
hominis ſub pennis eorum in quatuor par-
tibus , & facies , & pennas , per quatuor
9 partes habebant . * Iunctæque erant pennæ

[a] Inf.3.f. 23.12.d. 20.

eorum alterius ad alterum non reuertebantur cum incederent: sed vnũquodq. ante faciem suam gradiebatur.* Similitudo autem 10
vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies Aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Facies eorũ, 11
& pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebãt corpora eorum: * & vnumquodque eorum 12
coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.* Et similitudo animaliũ, 13
aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardẽtium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.* 14
Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* Cumq. aspi- 15
cerem animalia apparuit rota, vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies,* 16
& aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum, & opera, quasi sit rota in medio rotæ.* Per quatuor partes earum eun- 17
tes ibant: & non reuertebantur cum ambularent.* Statura quoque erat rotis, & altitudo, 18
[a] Inf. 10. c. 12. & horribilis aspectus: & [a] totum corpus oculis E plenum in circuitu ipsarum quatuor.* Cum- 19
que ambularent animalia, ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul, & rotæ.* 20
Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Cum eun- 21
tibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur, & rotæ, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis.* 22
Et similitudo super capita animalium firmamẽti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper.* Sub fir- 23
mamento autem pennæ earum rectæ alterius ad alterum: vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.* Et audiebam sonum alarum, quasi 24
sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum, cumq. starent, demittebantur pennæ eorum.* Nã 25
cum fieret vox super firmamentum, quod G erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas.* Et super firmamentum, 26
quod erat imminẽs capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper.* Et vidi quasi spe- 27
ciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum: à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendẽtis in circuitu:* 28
Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum.

CAP. II.

1 A HÆc visio similitudinis gloriæ Dñi, & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me Fili ho-
2 mini, sta super pedes tuos, & loquar tecum.* Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos
3 & audiui loquentem ad me,* & dicentẽ: Fili B hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad Gẽtes apostatrices, quæ recesserunt à me: ipsi & patres eorum præuaricati sunt pactum
4 meum, vsque ad diem hanc.* Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus
5 Deus:* Si fortè, vel ipsi audiãt, & si fortè quiescant, quoniã domus exasperans est: & scient
6 quia propheta fuerit in medio eorum.* Tu C ergo fili hominis ne timeas eos, neq sermones eorum metuas: quoniam increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, vel ba eorum ne timeas. & vultus eorum ne formides, quia domus exasperãs est.
7 * Loqueris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quiescant: quoniã irritatores sunt.
8 * Tu autem fili hominis audi, quæcumq. lo- D quor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum, & come
9 de quæcumq. ego do tibi.* Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum corã me, [a] qui erat scriptus intus, & foris: & scriptæ erant in eo, lamentationes, & carmen, & væ.

CAP. III.

1 A ET dixit ad me: Fili hominis, quodcumq. inueneris comede: comede volumen
2 istud, & vadens loquere ad filios Israel.* Et aperui os meum, & cibauit me volumine il-
3 lo,* & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. [a] Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dul-
4 ce.* Et dixit ad me; Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos.*
Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Is-
6 rael,* neq. ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mitteres is, ipsi
7 audirent.* Domus aũt Israel nolunt audire B te, quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.
8 * Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem
9 frontibus eorum.* Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus ex-
10 asperans est.* Et dixit ad me, Fili hominis omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis
11 audi.* Et vade ingredere ad transmigratio- C nem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis, Hæc dicit Dominus Deus, si forte

tè audiant, & quiescant.* Et assumpsit me 12
spiritus, & audiui post me vocem cõmotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo,* & vocem alarum animalium per- 13
cutiẽtium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.* Spiritus quoque leuauit 14
me, & assumpsit me: & abij amarus in indi- D gnatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortans me.* Et veni ad 15
transmigrationem, ad aceruũ nouarũ frugũ, ad eos, qui habitabant iuxta flumẽ Chobar, & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.* Cum 16
autem perrãsissent septem dies, factum est
[a] Inf. 33. b. 7. verbum Dñi ad me, dicens:* [a] Fili hominis 17
speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis
ex me.* Si dicente me ad impiũ: Morte mo- 18
rieris: non annunciaueris ei, neq. locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: E
ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.
* Si aũt tu annunciaueris impio, & ille non 19
fuerit cõuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Sed 20
& si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculũ coram eo, ipse morietur, quia non annunciasti
ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit: sanguinem
verò eius de manu tua requiram.* Si autem 21
tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, F & ille non peccauerit: viuens viuet, quia annunciasti ei, & tu animam tuã liberasti.* Et 22
facta est super me manus Domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi
loquar tecum.* Et surgens egressus sum in 23
[a] Sup. 1. a. 3. campum: & ecce ibi gloria Domini stabat quasi gloria, quam vidi [a] iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam.* Et ingres- 24
sus est in me spiritus, & statuit me super pe- G des meos: & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domũ tuę.
* Et tu fili hominis, ecce data sunt super te 25
vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio eorum.* Et linguam tuam ad- 26
hærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans
est.* Cum autem locutus fuero tibi, ape- 27
riam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

CAP. IV.

ET tu fili hominis sume tibi laterem, & 1
pones eum coram te: & describes in eo A ciuitatem Ierusalem.* Et ordinabis aduer- 2
sus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra
eam castra, & pones arietes in gyro.* Et 3
tu sume tibi tartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ci-
uitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eã, & erit in obsidionem, & circumdabis eam:
4 signum est domui Israel.* Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum,
quibus dormies super illud, & assumes ini-
5 quitatem eorum.* Ego autem dedi tibi an- B nos iniquitatis eorum numero dierum trecentos, & nonaginta dies: & portabis iniqui-
6 tatem domus Israel.* Et cum compleueris hæc, dormies super latus tuum dexterũ secũdò, [a] & assumes iniquitatem domus Iuda [a] Nu. 14. f. 34.
quadraginta diebus, diem pro anno, diem,
7 inquam, pro anno dedi tibi.* Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophe-
8 tabis aduersus eam.* Ecce circumdedi te vinculis: & non te conuertes à latere tuo in latus aliud donec compleas dies obsidionis
9 tuæ.* Et tu sume tibi frumẽtum, & hordeũ, & fabam, & lentem, & millium, & viciam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super la-
tus tuum: trecentis, & nonaginta diebus co-
10 medes illud.* Cibus autem tuus, quo vesce- C ris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus comedes illud.
11 * Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsque ad tempus bibes
12 illud.* Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.
13 * Et dixit Dominus: Sic comedent filij Israel [a] Osee 9. a. 3.
[a] panem suum pollutum inter Gentes, ad
14 quas eijciam eos.* Et dixi: A a a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinium, & laceratum à bestijs non co- D medi ab infantia mea vsque nunc, & non est ingressa in os meũ omnis caro immũda,
15 * Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimũ boum pro stercoribus humanis: & facies panem
16 tuum in eo.* Et dixit ad me: Fili hominis: [a] Ecce ego conteram baculum panis in Ieru- [a] Inf. 5. d. 16. & 14. d. 13.
salem: & comedent panem in pondere, & in
solicitudine: & aquam in mensura, & in an-
17 gustia bibent:* Vt deficientibus pane, & aqua corruat vnusquisque ad fratrem suum: & contabescant in iniquitatibus suis.

CAP. V.

1 A ET tu fili hominis sume tibi gladiũ acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam:
& assumes tibi stateram põderis, & diuides
2 eos.* Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam ve-
rò aliam disperges in ventum, & gladiũ nu-
3 dabo post eos.* Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos in summitate pallij
4 tui.* Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnẽ domum Israel.

* Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Ierusa- 5
lem, in medio Gentium posui eam, & in
circuitu eius terras. * Et contempsit iudicia 6
mea, vt plus esset impia, quam Gentes: &
præcepta mea vltra quam terræ, quæ in cir- B
cuitu eius sunt, iudicia enim mea proiece-
runt, & in præceptis meis non ambulaue-
runt. * Idcirco hæc dicit Dominus Deus: 7
Quia superastis Gentes, quæ in circuitu ve-
stro sunt, & in præceptis meis non ambula-
stis, & iudicia mea non fecistis, & iuxta iu
dicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt,
non estis operati: * Ideo hæc dicit Domi- 8
nus Deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam
in medio tui iudicia in oculis Gentium: * & 9
faciam in te, quod non feci, & quibus similia
vltra non faciam propter omnes abomina-
tiones tuas. * Ideo patres comedent filios in 10
medio tui, & filij comedent patres suos, &
faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas
reliquias tuas in omnem ventum. * Idcirco 11
viuo ego, dicit Dominus Deus: Nisi pro eo
quod sanctum meum violasti in omnibus C
offensionibus tuis, & in cunctis abomina-
tionibus tuis: ego quoque confringam, &
non parcet oculus meus, & non miserebor.
* Tertia pars tui peste morietur, & fame cõ- 12
sumetur in medio tui: & tertia pars tui in
gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò
partem tuam in omnem vẽtum dispergam,
& gladium euaginabo post eos. * Et com- 13
plebo furorem meum, & requiescere faciam
indignationem meam in eis, & consola-
bor: & sciẽt, quia ego Dominus locutus sum
in zelo meo, cum impleuero indignationem
meam in eis. * Et dabo te in desertum, & 14
in opprobrium Gentibus, quæ in circuitu D
tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis.
* Et eris opprobrium, & blasphemia, exem- 15
plum, & stupor in Gentibus, quæ in circui-
tu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in fu-
rore, & in indignatione, & in increpationi-
bus iræ. * Ego Dominus locutus sum: 16
Quando misero sagittas famis pessimas in
eos: quæ erunt mortiferæ, & quas mittam
vt disperdam vos: & famem congregabo su-
[a] Sup. 4. d.16. Inf. 14. d.13. per vos, & [a] conteram in vobis baculum
panis. * Et immittam in vos famem, & 17
bestias pessimas vsque ad internecionem:
& pestilentia, & sanguis transibunt per te,
& gladium inducam super te. ego Dominus
locutus sum.

CAP. VI.

ET factus est sermo Domini ad me, di 1
cens: * Fili hominis pone faciem tuã ad A
montes Israel, & prophetabis ad eos, * & di- 2
[a] Inf. 36. a.2. ces: [a] Montes Israel audite verbum Domini 3
Dei: Hæc dicit Dominus montibus,
& collibus, rupibus, & vallibus: Ecce ego in-
ducam super vos gladium, & disperdam ex-
celsa vestra, * & demoliar aras vestras, & 4
confringentur simulachra vestra: & deijciã
interfectos vestros ante idola vestra. * Et da- 5
bo cadauera filiorum Israel ante faciem si-
mulachrorum vestrorum: & dispergam os-
6 sa vestra circum aras vestras. * in omnibus
B habitationibus vestris. Vrbes desertæ erunt,
& excelsa demolientur, & dissipabuntur:
& interibunt aræ vestræ, & confringentur:
& cessabunt idola vestra, & conterentur
delubra vestra, & delebuntur opera vestra.
7 * Et cadet interfectus in medio vestri: & scie
8 tis, quia ego sum Dominus * Et relinquam
in vobis eos, qui fugerint gladium in Genti-
9 bus, cum dispersero vos in terris. * Et recor-
dabuntur mei liberati vestri in Gentibus,
C ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor
eorum fornicans, & recedens à me: & ocu-
los eorum fornicantes post idola sua: & di-
spli:ebunt sibimet super malis, quæ fecerunt
10 in vniuersis abominationib. suis. * Et scient,
quia ego Dominus non frustra locutus sum
11 vt facerem eis malum hoc. * Hæc dicit Do-
minus Deus: Percute manum tuam, & alli-
de pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes
abominationes malorum domus Israel, quia
12 gladio, fame, & peste ruituri sunt. * Qui lon-
gè est, peste morietur: qui autem prope, gla-
dio corruet: & qui relictus fuerit, & obses-
sus, fame morietur: & complebo indigna-
13 tionem meam in eis. * Et scietis, quia ego
D Dominus, cum fuerint interfecti vestri in
medio idolorum vestrorum in circuitu ara-
rum vestrarum, in omni colle excelso, &
in cunctis summitatibus montium, & sub-
tus omne lignum nemorosum, & subtus
vniuersam quercum frondosam, locum
vbi accenderunt thura redolentia vniuer-
14 sis idolis suis. * Et extendam manum
meam super eos: & faciam terram desola-
tam, & destitutam à deserto Deblatha in
omnibus habitationibus eorum: & scient,
quia ego Dominus.

CAP. VII.

1 ET factus est sermo Dñi ad me dicens:
2 * Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus
A Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis su-
3 per quatuor plagas terræ. * Nunc finis su-
per te, & immittam furorem meum in te: &
iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam con-
4 tra te omnes abominationes tuas. * Et non
parcet oculus meus super te, & non misere-
bor: sed vias tuas ponam super te, & abomi-
nationes tuæ in medio tui erunt: & scietis,
5 quia ego Dominus. * Hæc dicit Dominus
B Deus: afflictio vna, afflictio ecce venit. * fi-
6 nis venit, venit finis, euigilauit aduersum te:
7 ecce venit. * Venit contritio super te, qui ha-
bitas in terra: venit tempus, prope est dies
8 occisionis, & non gloriæ montium. * Nunc
de propinquo effundam iram meam super
te, & complebo furorem meum in te: & iu-
dicabo te iuxta vias tuas, & imponã tibi om-
9 nia scelera tua: * Et non parcet oculus meus,
C nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi,
&

& abominationes tuæ in medio tui erunt: &
scietis, quia ego sum Dominus percutiens.
* Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, 10
floruit virga, germinauit superbia: * Iniqui- 11
tas surrexit in virga impietatis: non ex eis, &
non ex populo, neque ex sonitu eorũ: & non
erit requies in eis. * Venit tempus, appropin- 12
quauit dies: qui emit, non lætetur: & qui ven-
dit, non lugeat: quia ira super omnem popu-
lum eius. * Quia qui vendit, ad id, quod vẽ- 13
didit, non reuertetur, & adhuc in viuẽtibus D
vita eorum, visio enim ad omnem multitu-
dinẽ eius non regredietur: & vir in iniquita-
te vitæ suæ nõ confortabitur. * Canite tuba, 14
præparentur omnes, & non est, qui vadat ad
prælium: ira enim mea super vniuersum po-
pulum eius. * Gladius foris: & pestis, & fa- 15
mes intrinsecus: qui in agro est, gladio mo-
rietur, & qui in ciuitate, pestilentia, & fame
deuorabuntur. * Et saluabũtur, qui fugerint 16
ex eis: & erunt in montibus quasi columbæ
conuallium omnes trepidi, vnusquisque in
iniquitate sua. * Omnes manus dissoluẽtur, 17
[a] Isa. 15. a.2. Ier. 48. f.37. & omnia genua fluent aquis. * [a] Et accinget 18
se cilicijs, & operiet eos formido, & in omni E
facie confusio, & in vniuersis capitibus eorũ
caluitium. * Argẽtum eorum foras proijcie- 19
Pro. 15. a.4. tur, & aurũ eorum in sterquilinium erit. Ar-
Soph. 1. d.18. gentum eorũ, & aurum eorũ non valebit li-
berare eos in die furoris Dom ni. Animam
suam non saturabunt, & ventres eorum nõ
Eccle. 5. c.10.13. implebuntur: quia scandalum iniquitatis eo-
rum factum est. * Et ornamentũ monilium 20
suorum in superbiam posuerunt, & imagi- F
nes abominationum suarum, & simulachro-
rum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis il-
lud in immunditiam: * & dabo illud in ma- 21
nus alienorum ad diripiendũ, & impijs terra
in prædam, & contaminabunt illud. * Et 22
auertam faciem meam ab eis, & violabunt
arcanum meum: & introibunt in illud emis-
sarij, & contaminabunt illud * Fac cõclusio- 23
nem: quoniam terra plena est iudicio sãgui-
num, & ciuitas plena iniquitate. * Et adducã 24
pessimos de Gẽtibus, & possidebunt domos G
eorum, & quiescere faciam superbiam potẽ-
tium, & possidebunt sanctuaria eorũ. * An- 25
gustia superueniente, requirent pacẽ, & non
erit. * Conturbatio super conturbationem 26
veniet, & auditus super auditum: & quærent
visionem de prophera, & lex peribit à sacer-
dote, & consilium à senioribus. * Rex luge- 27
bit, & princeps induetur mœrore, & manus
populi terræ conturbabuntur. Secundum
viam eorum faciam eis, & secundum iudi-
cia eorum iudicabo eos: & scient, quia ego
Dominus.

CAP. VIII.

ET factum est in anno sexto, in sexto 1
mense, in quinta mensis: ego sedebam A
in domo mea, & senes Iuda sedebant coram
me, & cecidit ibi super me manus Domini
Dei, * Et vidi, & ecce similitudo quasi aspe- 2
ctus ignis: ab aspectu lumborum eius, & de-
orsum, ignis: & à lumbis eius, & sursum
quasi aspectus splendoris, vt visio electri.
3 * [a] Et emissa similitudo manus apprehendit [a] Dan. 14
B me in cincinno capitis mei: & eleuauit me f.35.
Spiritus inter terram, & cælum: & adduxit
me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostiũ
interius, quod respiciebat ad Aquilonem,
vbi erat statutum idolum zeli ad prouocan-
4 dã æmulationem. * Et ecce ibi gloria Dei Is-
rael secundum visionem, quam videram in
5 campo. * Et dixit ad me: Fili hominis, leua
C oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui
oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab
Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso
6 introitu. * Et dixit ad me: Fili hominis, putas-
ne, vides tu quid isti faciunt, abominationes
magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul
recedã à sanctuario meo? & adhuc cõuersus
7 videbis abominationes maiores. * Et intro-
duxit me ad ostiũ atrij: & vidi, & ecce fora-
8 men vnũ in pariete. * Et dixit ad me. Fili ho
D minis fode parietẽ. Et cum fodissem parie-
9 tem, apparuit ostiũ vnum. * Et dixit ad me:
Ingredere, & vide abominationes pessimas,
10 quas isti faciunt hic. * Et ingressus vidi, &
ecce omnis similitudo reptilium, & anima-
lium, abominatio, & vniuersa idola domus
Israel depicta erant in pariete in circuitu per
11 totum. * Et septuaginta viri de senioribus do-
mus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat
E in medio eorum, stantium ante picturas: &
vnusquisque habebat thuribulum in manu
sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat.
12 * Et dixit ad me: Certe vides fili hominis,
quæ seniores domus Israel faciunt in tene-
bris, vnusquisque in abscondito cubiculi sui
dicunt enim: Non videt Dominus nos, de-
13 reliquit Dominus terram. * Et dixit ad me.
Adhuc cõuersus videbis abominationes ma-
14 iores, quas isti faciunt. * Et introduxit me
F per ostium portæ domus Domini, quod re-
spiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres
15 sedebãt plangẽtes Adonidem. * Et dixit ad
me: Certe vidisti fili hominis: adhuc cõuer-
16 sus videbis abominationes maiores his. * Et
introduxit me in atrium domus Domini in-
terius: & ecce in ostio templi Domini inter
vestibulum, & altare, quasi vigintiquinque
viri dorsa habentes contra templum Domi-
ni, & facies ad Orientem, & adorabant ad
17 ortum Solis. * Et dixit ad me: Certe vidisti
fili hominis: nũquid leue est hoc domui Iu-
G da, vt facerẽt abominationes istas, quas fece-
runt hic: quia replentes terrã iniquitate con-
uersi sunt ad irritandum me? & ecce appli-
18 cant tantum ad nares suas. * Ergo, & ego fa-
ciam in furore: non parcet oculus meus, nec
miserebor: & cum clamauerint ad aures
meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

1 ET clamauit in auribus meis voce ma-
A gna, dicens; Appropinquauerunt visita-
tiones

tiones vrbis,& vnusquisque vas interfectio-
nis habet in manu sua.* Et ecce sex viri ve- 2
niebant de via portæ superioris,quæ respicit
ad Aquilonē:& vnusquisq. vas interitus in
manu eius: vir quoque vnus in medio eorū
vestitus erat lineis, & atramentariū scripto-
ris ad renes eius:& ingressi sunt,& steterunt
iuxta altare æreū:* Et gloria Domini Israel 3
assumpta est de cherub, quæ erat super eū B
ad limen domus:& vocauit virum,qui indu
tus erat lineis, & atramentarium scriptoris
habebat in lumbis suis. * Et dixit Dominus 4
ad eum:trāsi per mediam ciuitatem, in me-
dio Ierusalem: [n] & signa thau super frontes
virorum gemētium,& dolentium super cū
ctis abominationibus, quæ fiunt in medio
eius.*Et illis dixit,audiente me: Trāsite per 5
ciuitatem sequentes eum,& percutite : non
parcat oculus vester,neq. misereamini.* Se- 6
nem,adolescentulum, & virginem,paruulū
& mulieres interficite vsque ad internecio-
nem:omnem autem , super quem videritis
thau, ne occidatis, & à sanctuario meo inci-
pite. Cæperunt ergo à viris senioribus, qui
erant ante faciem domus.* Et dixit ad eos: 7
Cōtaminate domum,& implete atria inter-
fectis:egredimini. Et egressi sunt, & percu-
tiebant eos, qui erant in ciuitate. * Et cæde 8
cōpleta,remansi ego: ruiq super faciē meā,
& clamās aio:Heu,heu,heu Domine Deus:
ergo ne disperdes omnes reliquias Israel,ef
fundens furorem tuum super Ierusalem?
* Et dixit ad me : Iniquitas domus Israel, 9
& Iuda, magna est nimis valde, & repleta D
est terra sanguinibus , & ciuitas repleta est
auersione: dixerunt enim : Dereliquit Dñs
terram,& Dominus non videt. * Igitur,& 10
meus non parcet oculus , neque miserebor:
viam eorū super caput eorū reddam.* Et 11
ecce vir, qui erat indutus lineis,qui habebat
atramentarium in dorso suo,respondit ver
bum,dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

n Exod. 12. e. 7. Apoc. 7. a. 3.

CAP. X.

ET vidi, & ecce ī firmamēto,quod erat 1
super caput cherubim , quasi lapis sap- A
phirus,quasi species similitudinis solij, ap-
paruit super ea.*Et dixit ad virū,qui indu- 2
tus erant lineis , & ait: Ingredere in medio
rotarum,quæ sunt subtus cherubim, & im-
ple manum tuam prunis ignis,quæ sunt in-
ter cherubim , & effunde super ciuitatem.
Ingressusque est in conspectu meo:*cheru- 3
bim autem stabāt à dextris domus cum in-
grederetur vir , & nubes impleuit atriū in-
terius.*Et eleuata est gloria Domini desup 4
cherub ad limē domus: & repleta est domū
nube,& atrium repletum est splendore glo
riæ Domini.* Et sonitus alarum cherubim 5
audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi
vox Dei omnipotētis loquentis. * Cūq. pre- 6
cepisset viro,q indutus erat lineis,dicēs:Su-
me ignem de medio rotarū, quæ sunt inter
cherubim; ingressus ille stetit iuxta rotam.
7 * Et extendit cherub manū de medio cherū
bim ad ignē, qui erat inter cherubim,& sum
psit,& dedit in manus eius,qui indutus erat
8 lineis:qui accipiēs egressus est.* Et apparuit
in cherubim similitudo manus hominis
9 subtus pēnas eorū. * & vidi,& ecce quatuor
rotæ iuxta cherubim:rota vna iuxta cherub
vnum,& rota alia iuxta cherub vnū species
autem rotarū erat quasi visio lapidis chryso
10 lithi.*& aspectus earū similitudo vna qua-
11 tuor:quasi sit rota in medio rotæ. * Cumq.
ambularent,in quatuor partes gradiebātur:
& non reuertebantur ambulantes:sed ad lo
cum , ad quē ire declinabat,quæ prima erat,
sequebantur,& ceteræ,nec conuertebantur.
12 * Et omne corpus earum , & colla, & ma-
C nus, & pennæ , & circuli plena erant oculis,
13 in circuitu quatuor rotarum. * Et rotas
14 ittas vocauit volubiles,audiente me.*Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna facies cherub,& facies secunda,facies hominis:& in tertio facies leonis : & in quarto fa-
15 cies aquilæ.* Et eleuata sunt cherubim:ipsum est animal, quod videram iuxta fluuiū
16 Chobar.* Cumque ambularent cherubim, ibant pariter,& rotæ iuxta ea:& cum eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ,sed & ipsæ iuxta
17 erant.*Stantibus illis,stabant,& cum eleuatis eleuabātur spiritus enim vitæ erat in eis.
18 * Et egressa est gloria Domini à limine tem D pli:& steterit super cherubim. * Et eleuantia
19 cherubim alas suas,exaltata sunt à terra coram me : & illis egredientibus rotæ quoque subsecutæ sunt:& stetit in introitu portæ domus Domini orientalis : & gloria Dei Israel
20 erat super ea.*Ipsum est animal,quod vidi subter Deum Israel [n] Iuxta fluuiū Chobar: [n] Sup. 1. a. 1. 3.
21 & intellexi, quia cherubim essent. * Quatuor vultus vni,& quatuor alæ vni:& simi-
22 litudo manus hominis sub alis eorum.* Et similitudo vultuū eorum, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi .

CAP. XI.

1 A ET eleuauit me spiritus , & introduxit
me ad portam domus Domini orien-
talem,quæ respicit ad Solis ortum:& ecce in
introitu portæ viginti quinq. viri: & vidi in
medio eorum Iezoniā filium Azur,& Phel-
2 tiam filium Banaiæ,principes populi.* Di-
xitq.ad me: Fili hominis,hi sunt viri,qui co-
gitant iniquitatē,& tractant consilium pessi
3 mum in vrbe ista,*dicentes: Nōne dudum
ædificatę sunt domus?hæc est lebes,nos aūt
4 carnes.* Idcirco vaticinare de eis,vaticinare
5 fili hominis . * Et irruit in me spiritus Domi
ni,& dixit ad me : Loquere: Hæc dicit Do-
minus : Sic locuti estis domus Israel, & co-
6 gitationes cordis vestri ego noui. * Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias
7 eius interfectis,* Propterea hæc dicit Domi-
nus

nus Deus:Interfecti vestri,quos posuistis in B
medio eius,hi sunt carnes, & hæc est lebes:
& educam vos de medio eius:* Gladiū me- 8
tuistis,& gladium inducā super vos,ait Do-
minusDeus.*Et eijciam vos de medio eius, 9
dabo que vos in manu hostium,& faciam in
vobis iudicia.* Gladio cadetis:in finibus Is- 10
rael iudicabo vos, & scietis quia ego Domi-
nus.* Hæc non erit vobis in lebetem,& vos 11
non eritis in medio eius in carnes:in finibus
Israel iudicabo vos.* Et scietis quia ego Do- 12
minus: quia in præceptis meis non ambula-
stis,& iudicia mea non fecistis, sed iuxta iu-
dicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt,
estis operati.* Et factum est,cum propheta- 13
rem,Pheltias filius Banaiæ mortuus est: &
cecidi in faciem meā clamans voce magna,
& dixi:Heu,heu,heu Domine Deus:cōsum
mationē tu facis reliquiarum Israel.* Et fa- 14
ctum est verbū Domini ad me,dicens:* Fi- 15
li hominis,fratres tui,fratres tui,viri propin C
qui tui,& omnis domus Israel,vniuersi,qui-
bus dixerunt habitatores Ierusalem: Longè
recedite à Domino , nobis data est terra in
possessionem.* Propterea hæc dicit Domi- 16
nus Deus,quia longe feci eos in Gentibus,&
quia dispersi eos in terris:ero eis in sanctifi-
cationem modicam in terris, ad quas vene-
runt. * Propterea loquere : Hæc dicit Dñs 17
Deus: Cōgregabo vos de populis,& adunabo de terra , in quibus dispersi estis, dabo q.
vobis humum Israel.* Et ingredietur illuc, 18
& auferent omnes offensiones , cunctasque
abominationes eius de illa.* [n] Et dabo eis 19
cor vnum , & spiritum nouum tribuam in
visceribus eorum:& auferam cor lapideum
de carne eorum,& dabo eis cor carneū:* Vt D
in præceptis meis ambulent,& iudicia mea 20
custodiant,faciantque ea:& sint mihi in po-
pulum, & ego sim eis in Deum.* Quorum 21
cor post offendicula, & abominationes suas
ambulat , horum viam in capite suo ponā,
dicit Dominus Deus.* Et eleuauerunt che- 22
rubim alas suas,& rotæ cum eis: & gloria
Dei Israel erat super ea.* Et ascendit gloria 23
Domini de medio ciuitatis , steritque super
montem,qui est ad Oriētem vrbis.* Et spi- 24
ritus leuauit me,adduxitque in Chaldæam
ad transmigrationem , in visione in spiritu
Dei:& sublata est à me visio , quam videra.
* Et locutus sum ad transmigrationem om- 25
nia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

Jer. 31. f. 33. Jer. 36. f. 26.

CAP. XII.

ET factus est sermo Domini ad me, di- 1
cēs:* Fili hominis in medio domus ex- 2
asperantis tu habitas : qui oculos habent ad A
videndū,& non vident : & aures ad audiē-
dum,& nō audiunt: quia domus exasperās
est.* Tu ergo fili hominis,fac tibi vasa trās- 3
migrationis , & transmigrabis per diem co-
ram eis: trāsmigrabis autem de loco tuo ad
locum alterum in conspectu eorum,si forte
4 aspiciant:quia domus exasperans est.* Et es
B feres foras vasa tua, quasi vasa transmigrā-
tis per diem in conspectu eorum: tu autem
egredietis vespere coram eis,sicut egreditur
5 migrans.* Ante oculos eorū perfode tibi pa
6 rietem:& egredietis per eum.* In conspectu
eorū in humeris portaberis,in caligine effe-
reris:faciem tuam velabis,& nō videbis ter-
ram: quia portentum dedi te domui Israel.
7 * Feci ergo sicut præceperat mihi dominus:
vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis
per diem:& vespere perfodi mihi parietem
C manu:& in caligine egressus sum,in hume-
8 ris portatus in conspectu eorum.* Et factus
9 est sermo Domini mane ad me,dicens:* Fili
hominis, numquid non dixerunt ad te do-
mus Israel,domus exsperans: Quid tu facis?
10 *Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem, & super omnem domū Israel,quę est in me
11 dio eorum.* Dic: Ego portentum vestrum: quomodo feci,sic fiet illis: in transmigratio-
12 nem,& in captiuitatem ibunt.* Et dux,qui est in medio eorum,in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient
D vt educant eum:facies eius operietur vt nō [n] Inf. 17. f. 20.
13 videat oculo terram.* [n] Et extendam rete meum super eū, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipsam non videbit,ibique
14 morietur.* Et omnes,qui circa eum sunt,p-
sidium eius,& agmina eius dispergā in omnē ventum, & gladium euaginabo post eos.
15 * Et scient quia ego Dominus,quando dispersero illos in Gentibus,& disseminauero
16 eos in terris:* Et relinquam ex eis viros pau cos à gladio,& fame, & pestilentia: vt enarrent omnia scelera eorum in Gentibus, ad
E quas ingredientur:& scient quia ego Domi
17 nus.* Et factus est sermo Dñi ad me,dicēs:
18 * Fili hominis,panem tuū in cōturbatione comede:sed & aquam tuam in festinatione,
19 & mœrore bibe.* Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos,qui habitant in Ierusalem in terra Israel: Panem tuum in solicitudine comedent , & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra à multitudine sua,propter iniquitatē om-
20 nium,qui habitant in ea.* Et ciuitates, quæ
F nunc habitantur,desolatæ erūt,terraq.deser
21 ta:& scietis qa ego Dominus.* Et factus est
22 sermo Domini ad me,dicens:* Fili hominis quod est prouerbium istud vobis in terra Israel ? dicentium: In longum differentur
23 dies,& peribit omis visio,* Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quiescere faciam prouerbiū istud , neque vulgō dicetur vltra in Israel : & loquere ad eos,quod appropin-
24 quauerit dies,&sermo omnis visionis.* Nō enim erit vltra omnis visio cassa,neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel.
25 * Quia ego Dñs loquar,& quodcumq. locu-
G tus fuero verbum,fiet,& nō prolongabitur amplius : sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud,dicit

cit Dominus Deus. * Et factus est sermo Do- 26
mini ad me, dicens: * Fili hominis, ecce do- 27
mus Israel dicẽtium: Visio, quam hic videt,
in dies multos: & in tempora longa iste pro-
phetat. * Propterea dic ad eos: Hæc dicit Do- 28
minus Deus: Non prolongabitur vltra omnis
sermo meus: verbum, quod locutus fuero,
complebitur, dicit Dominus Deus.

CAP. XIII.

ET factus est sermo Domini ad me, di- 1
cẽs: * Fili hominis vaticinare ad pphe- 2
tas Israel, qui prophetãt: & dices prophetã-
tibus de corde suo: Audite verbum Domini
* Hæc dicit Dominus Deus: [u] Væ prophetis 3
insipientibus, qui sequuntur spiritum suum
& nihil vident. * Quasi vulpes in desertis, p- 4
phetæ tui Israel erant * Non ascendistis ex 5
aduerso, neq; opposuistis murum pro domõ
Israel, vt staretis in plio in die Domini. * Vi- 6
dent vana, & diuinant mendacium, dicentes
Ait Dominus: cũ Dominus non miserit eos:
& perseuerauerunt confirmare sermonem.
* Numquid nõ visionem cassam vidistis, & 7
diuinationem mendacem locuti estis? & di-
citis, ait Dominus; cum ego non sim locutus
* Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia 8
locuti estis vana, & vidistis mendacium: iõ
ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus. * Et e- 9
rit manus mea super prophetas, qui vident
vana, & diuinant mendacium: in cõsilio po-
pulli mei non erunt, & in scriptura domus Is-
reel non scribentur, nec in terram Israel in-
grediẽtur: & scietis quia ego Dñs Deus. * Eo 10
quod deceperint populum meum dicentes.
Pax, & non est pax, & ipse ædificabat parie-
tem, illi autem liniebant eum luto absq. pa-
leis. * Dic ad eos, qui liniũt absq. temperatu- 11
ra, quod casurus sit: erit enim imber inun-
dans, & dabo lapides pregrãdes de super ir-
ruentes, & ventum procellæ diffipãtem. * Si 12
quidem ecce cecidit paries: numquid nõ di-
cetur vobis: Vbi est litura, quã liniſtis? * Pro- 13
pterea hæc dicit Dominus Deus: Et erũpe-
re faciam spiritum tempestatum in indigna-
tione mea, & imber inundans in furore meo
erit, & lapides grandes in ira in consumptio-
nem. * Et destruam parietem, quem liniſtis, 14
absq; temperamento, & adæquabo eum ter-
ræ, & reuelabitur fundamentum, & cadet,
& consumetur in medio eius, & scietis quia
ego sum Dominus, * Et complebo indigna- 15
tionem meam in pariete, & in his, qui liniũt
eum absq. temperamento dicamque vobis:
Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.
* Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusa- 16
lem, & vident ei visionem pacis, & non est
pax, ait Dominus Deus. * Et tu fili hominis, 17
pone faciem tuam contra filias populi tui,
quæ prophetant de corde suo, & vaticinare
super eas, * & dic: Hæc dicit Dominus Deus: 18
Væ quæ consuunt pulvillos sub omni cubi-
to manus, & faciunt ceruicalia sub capite v-
niuersæ ætatis ad capiendas animas, & cum
caperent animas populi mei, vivificabant
19 animas eorum. * Et violabant me ad popu-
lum meum propter pugillum hordei, & fra-
gmen panis, vt interficerent animas, quæ nõ
moriuntur, & vivificarent animas, quæ non
viuunt, mentiẽtes populo meo credenti mẽ-
20 dacijs. * Propter hoc hæc dicit Dñs Deus: Ec
D ce ego ad pulvillos vestros, quibus vos capi-
tis animas volantes, & dirumpã eos de bra-
chijs vestris, & dimittam animas, quas vos
21 capitis, animas ad volandum. * Et dirumpã
ceruicalia vestra, & liberabo populũ meum
de manu vestra, neque erunt vltra in mani-
bus vestris ad prædandũ, & scietis quia ego
22 Dominus * Pro eo quod merere fecistis cor
iusti mendaciter, quem ego non contristaui,
& confortastis manus impij, vt non reuerte-
23 retur à via sua mala, & viueret, * propterea
vana non videbitis, & diuinationes non di-
uinabitis amplius, & eruam populum meũ
de manu vestra, & scietis qa ego Dominus.

CAP. XIV.

ET venerunt ad me viri seniorum Israel, 1
2 & sederunt coram me. * Et factus est ser
D mo Domini ad me, dicens: * Fili hominis,
3 viri isti posuerunt immunditias suas in cor-
dibus suis, & scandalum iniquitatis suæ sta-
tuerunt contra faciem suam, numquid in-
4 terrogatus respondebo eis? * Propter hoc lo-
quere eis, & dices ad eos: Hęc dicit Dominus
Deus. Homo homo de domo Israel, qui po-
suerit immunditias suas in corde suo, & scã-
B dalum iniquitatis suæ statuerit contra faciẽ
suam, & venerit ad prophetam interrogans
per eum me, ego Dominus respondebo ei in
5 multitudine immunditiarum suarũ, * vt ca-
piatur domus Israel in corde suo, quo reces-
6 serunt a me in cunctis idolis suis. * Propte-
rea dic ad domum Israel: Hæc dicit Domi-
nus Deus: Conuertimini, & recedite ab ido-
lis vestris, & ab vniuersis contaminationi-
7 bus vestris auertite facies vestras. * Quia ho-
mo homo de domo Israel, & de proselytis
quicumque aduena fuerit in Israel, si aliena-
tus fuerit à me, & posuerit idola sua in cor-
de suo, & scandalum iniquitatis suæ statue-
rit contra faciem suam, & venerit ad pro-
phetam, vt interroget per eum me: ego Do-
8 minus respondebo ei per me. * Et ponam
faciem meam super hominem illum, & fa-
C ciam eum in exemplum, & in prouerbium,
& disperdam eum de medio populi mei,
9 & scietis quia ego Dominus * [u] Et prophe- [u] Sup. 13. a. 3.
ta cum errauerit, & locutus fuerit verbum,
ego Dominus decepi prophetam illum, &
extendam manum meam super illum, &
10 delebo eũ de medio populi mei Israel. * Et
portabunt iniquitatem suam, iuxta iniquita-
tem interrogantis, sic iniquitas prophetæ e-
11 rit; * vt non erret vltra domus Israel à me,
neque polluatur in vniuersis præuaricatio-
nibus suis, sed sint mihi in populum, & ego
sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.
* Et

* Et factus est sermo Domini ad me, dicens: 12
* Fili hominis, terra cũ peccauerit mihi, vt 13
præuaricetur præuaricans, extendam ma-
D num meam super eam, & [u] conteram vir- [u] Sup. 4. d. 16. & 5. d. 16.
gam panis eius: & immittam in eam famem,
& interficiam de ea hominem: & [illegible] iumen-
tum. * Et si fuerint tres viri isti in medio 14
eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua libe-
rabunt animas suas, ait Dominus exercituũ.
* Quod & si bestias pessimas induxero su- 15
per terram, vt vastem eam, & fuerit in via, E
eo quod non sit pertransiens propter bestias:
* Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, di- 16
cit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias
liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra
autem desolabitur. * Vel si gladium indu- 17
xero super terram illam, & dixero gladio:
Transi per terram: & interfecero de ea ho-
minem, & iumentum: * & tres viri isti fue- 18
rint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus
Deus, non liberabunt filios, neque filias: sed
ipsi soli liberabuntur. * Si autem, & pesti- 19
lentiam immisero super terram illam, & ef-
F fudero indignationem meam super eam in
sanguine, vt auferam ex ea hominem, & iu-
mentum: * Et Noe, & Daniel, & Iob fuerint 20
in medio eius: viuo ego, dicit Dominus
Deus, quia filium, & filiam non liberabunt:
sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.
* Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quod 21
& ii quatuor iudicia mea pessima, gladium,
& famem, ac bestias malas, & pestilentiam
immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea
hominem, & pecus: * tamen relinquetur in 22
ea saluatio educentium filios, & filias: ecce G
ipsi ingredientur ad vos: & videbitis viam
eorum, & adinuentiones eorum, & consola-
bimini super malo, quod induxi in Ierusalẽ
in omnibus, quæ importaui super eam. * Et 23
consolabuntur vos, cum videritis viam eo-
rum, & adinuentiones eorum: & cognoscetis
quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in
ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs: 1
* Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex 2
omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter li- A
gna siluarum? * Numquid tolletur de ea li- 3
gnum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea pa-
xillus, vt dependeat in eo quodcumque vas?
* Ecce igni datum est in escam: vtramque 4
partem eius consumpsit ignis, & medietas
eius redacta est in fauillam: numquid vtile
erit ad opus? * Etiam cum esset integrum, 5
non erat aptum ad opus: quanto magis cum B
illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil
ex eo fiet operis? * Propterea hæc dicit 6
Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter
ligna siluarum, quod dedi igni ad deuoran-
dum, sic tradam habitatores Ierusalem. * Et 7
ponam faciem meam in eos: de igne egre-
dientur, & ignis consumet eos: & scietis
quia ego Dominus, cum posuero faciem
8 meam in eos, * & dedero terram inuiam,
& desolatam: eo quod preuaricatores extite-
rint, dicit Dominus.

CAP. XVI.

ET factus est sermo Domini ad me, di- 1
2 cens: * Fili hominis notas fac Ierusalem
3 abominationes suas: * & dices: Hæc dicit
A Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & ge-
neratio tua de terra Chanaan: pater tuus A-
4 morrhæus, & mater tua Cethæa. * Et quan-
do nata es in die ortus tui, non est præcisus
vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salu-
5 tem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. * Nõ
pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum
de his, misertus tui: sed proiecta es super fa-
ciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die
6 qua nata es. * Transiens autem per te, vidi te
conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi cum
esses in sanguine tuo: Viue, dixi, inquam, ti-
7 bi: In sanguine tuo viue. * Multiplicatam
quasi germen agri dedi te: & multiplicata es,
& grãdis effecta, & ingressa es, & peruenisti
ad mundũ muliebrem: vbera tua intumue-
tunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda,
8 & confusione plena. * Et transiui per te, &
vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iurauì tibi, & ingressus sum pactum tecum: ait Domi-
9 nus Deus: & facta es mihi. * Et laui te aqua, & emũdaui sanguinem tuum ex te: & vnxi
10 te oleo. * Et vestiui te discoloribus, & calcea
ui te ianthino: & cinxi te byssio, & indui te
11 subtilib. * Et ornaui te ornamento, & dedi
B armillas in manibus tuis, & torquẽm circa
12 collum tuum. * Et dedi inaurem super os
tuum, & circulos auribus tuis, & coronam
13 decoris in capite tuo. * Et ornata es auro, & argẽto, & vestita es byssio, & polymito, & multi coloribus, similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, &
14 profecisti in regnum. * Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuã, quia perfecta eras in decore meo, quem po-
15 suerã super te, dicit Dominus Deus. * Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicatio-
16 nẽ tuam omni transeunti, vt eius fieres. * Et sumens de vestimentis tuis fecisti tibi excelsa hinc inde cõsuta, & fornicata es super eis,
17 sicut nõ est factum, neque futurum est. * Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atq. argento meo, quæ dedi tibi, & fecisti tibi ima-
18 gines masculinas, & fornicata es in eis. * Et sũpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas, & oleum meum, & thymiama
19 meum posuisti coram eis. * Et panẽ meum, quem dedi tibi, similam, & oleũ, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dñs
20 Deus. * Et tulisti filios tuos, & filias tuas, quas
C generasti mihi, & immolasti eis ad deuoran-
21 dũ. Nũquid parua est fornicatio tua? * Immola-

molasti filios meos,& dedisti, illos cõsecras,
eis. * Et post omnes abominationes tuas, & 22
fornicationes, non es recordata dierum ado-
lescentiæ tuæ, quando eras nuda,& cõfusio-
ne plena,conculcata in sanguine tuo.* Et ac- 23
cidit post omnem malitiam tuam (væ , væ
tibi,ait Dominus Deus ,) * & ædificasti tibi 24
lupanar,& fecisti tibi prostibulum in cunctis
plateis . * Ad omne caput viæ ædificasti si- 25
gnum prostitutionis tuæ : & abominabilem
fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes tuos
omni transeunti , & multiplicasti fornicatio-
nes tuas . * Et fornicata es cum filijs Ægy- 26
pti vicinis tuis magnarum carnium: & mul-
tiplicasti fornicationem tuam ad irritandum
me . * Ecce ego extendam manum meam 27
super te , & auferam iustificationem tuam :
& dabo te in animas odientium te filiarum
Palæstinarum , quæ erubescunt in via tua
scelerata.* Et fornicata es in filijs Assyriorũ, 28
eo quod necdum fuerisexpleta:& postquam
fornicata es, nec sic es satiata. * Et multipli- 29
casti fornicationem tuam in Terra Chanaan
cum Chaldæis : & nec sic satiata es. * In quo 30
mũ dabo cor tuum, ait Dominus Deus ,cum
facias omnia hæc opera mulieris meretricis ,
& procacis ? * Quia fabricasti lupanar tuum 31
in capite omnis viæ , & excelsum tuum feci- D
sti in omni platea : nec facta es quasi mere-
trix fastidio augens pretium,* sed quasi mu 32
lier adultera, quę super virum suum inducit
alienos . * Omnibus meretricibus dantur 33
mercedes : tu autem dedisti mercedes cun-
ctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt
intrarent ad te vndique ad fornicandum te-
cum.* Factumque est in te contra consuetu 34
dinem mulierum in fornicationibus tuis, &
post te non erit fornicatio : in eo enim quod
dedisti mercedes.& mercedes non accepisti,
factum est in te cõtrarium.* Propterea me- 35
retrix audi verbũ Domini. * Hæc dicit Do- 36
minus Deus : Quia effusum est æs tuum , &
reuelata est ignominia tua in fornicationi-
bus tuis super amatores tuos , & super idola
abominationum tuarum in sanguine filio-
rum tuorum,quos dedisti eis.* Ecce ego cõ- 37
gregabo omnes amatores tuos , quibus com-
mixta es, & omnes , quos dilexisti cum vni-
uersis, quos oderas: & congregabo eos super
te vndique , & nudabo ignominiam tuã co-
ram eis, & videbunt omnem turpitudinem
" Inf.23. b.10. tuam . * " Et iudicabo te iudicijs adultera- 38
rum,& effundẽtium sanguinem : & dabo te E
in sanguinem furoris,& zeli.* Et dabo te in 39
manus eorum , & destruent lupanar tuum :
& demolientur prostibulum tuum:& denu-
dabunt te vestimẽtis tuis,& auferẽt vasa de-
coris tui: & derelinquent te nudam,plenam-
que ignominia : * & adducent super te mul- 40
titudinem,& lapidabunt te lapidibus,& tru-
cidabunt te gladijs suis . * " Et comburent 41
domos tuas igni,& facient in te Iudicia in o-
culis mulierum plurimarum: & desines for-
nicari,& mercedes, vltra non dabis. * Et re- 42
quiescet indignatio mea in te : & auferetur
zelus meus à te,& quiescam , nec irascar am-
43 plius. * Eo quod non fueris recordata dierũ
adolescentiæ tuæ,& prouocasti me in omni-
bus his : quapropter, & ego vias tuas in capi-
te tuo dedi , ait Dominus Deus , & non feci
iuxta scelera tua in omnibus abominationi-
44 bus tuis * Ecce omnis , qui dicit vulgo pro-
uerbium , in te assumet illud , dicens : Sicut
45 mater , ita & filia eius . * Filia matris tuæ es
tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos ,
& sororem sororum tuarum es tu,quæ proiece-
runt viros suos , & filios suos : mater vestra
46 Cethæa, & pater vester Amorrhæus . * Et
soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius ,
quæ habitant ad sinistram tuam : soror au-
tem tua minor te,quæ habitat a dextris tuis,
47 Sodoma, & filiæ eius. * Sed nec in vijs earũ
Ambulasti,neque secundum scelera earum fe-
cisti pauxillum minus: penè sceleratiora feci-
48 sti illis in omnibus vijs tuis. * Viuo ego , di-
cit Dominus Deus , quia non fecit Sodoma
soror tua ipsa, & filiæ eius,sicut fecisti tu, & " Ge.19.
49 filiæ tuę:* " Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę c.14.
sororis tuæ superbia,saturitas panis,& abun-
dãtia,& otium ipsius,& filiarum eius:& ma-
num egeno , & pauperi non porrigebant.
50 * Et eleuatæ sunt,& fecerunt abominatio-
nes coram me , & abstuli eas sicut vidisti .
51 * Et Samaria dimidium peccatorum tuorũ
non peccauit : sed vicisti eas scelerib. tuis , &
iustificasti sorores tuas in omnibus abomi-
52 nationibus tuis,quas operata es.* Ergo & tu
porta confusionem tuam, quę vicisti sorores
tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis: iu-
stificatæ sunt enim à te : ergo & tu confun-
dere , & porta ignominiam tuam,quæ iusti-
53 ficasti sorores tuas. * Et conuertã restituens
eas conuersione Sodomorum cum filiabus
suis, & conuersiones Samariæ , & filiarum
eius: & cõuertam reuersionem tuam in me-
54 dio earum , * vt portes ignominiam tuam ,
& cõfundaris in omnibus, quæ fecisti conso-
55 lans eas. * Et soror tua Sodoma,& filiæ eius
G reuertentur ad antiquitatem suam: & Sama
ria,& filiæ eius reuertentur ad antiquitatem
suã:& tu,& filiæ tuę reuertemini ad antiqui
56 tatem vestram . * Non fuit autem Sodoma
soror tua audita in ore tuo , in die superbiæ
57 tuæ,* antequam reuelaretur malitia tua: sic
ut hoc tempore in opprobriũ filiarum Sy-
riæ , & cunctarum in circuitu tuo filiarum
Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum .
58 * scelus tuum,& ignominiam tuam tu por-
59 tasti , ait Dominus Deus . * Quia hæc dicit
dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexi-
sti iuramentum, vt irritum faceres pactum :
60 * & recordabor ego pacti mei tecum in die-
bus adolescentiæ tuæ : & suscitabo tibi pa-
61 ctum sempiternum . * Et recordaberis via-
rum tuarum, & confunderis : cum receperis
sorores tuas te maiores cum minoribus tuis:
& dabo eas tibi in filias , sed non ex pacto
62 tuo . * Et suscitabo ego pactum meum te-
63 cum : & scies quia ego Dominus, * vt recor-
deris , & confundaris , & non sit tibi vltra
ape-

aperire os præ confusione tua , cum placatus
tibi fuero in omnibus , quæ fecisti,ait Domi-
nus Deus .

CAP. XVII.

ET factum est verbum Domini ad me,di 1
cens:* Fili hominis propone ænigma,& 2
narra parabolam ad domum Israel, * & di- A
ces : Hæc dicit Dominus Deus: Aquila gran- 3
dis magnarum alarum , longo membrorum
ductu , plena plumis , & varietate , venit ad
Libanum, & tulit medullam cedri . * Sum- 4
mitatem frondium eius auulsit : & trans-
portauit eam in Terram Chanaan , in vrbe
negociatorum posuit illam . * Et tulit de se- 5
mine terræ,& posuit illud in terra pro semi-
ne,vt firmaret radicem super aquas multas:
in superficie posuit illud . * Cumque germi- 6
nasset,creuit in vineam latiorem humili sta-
tura respicientibus ramis eius ad eam,& ra-
dices eius sub illa erant, facta est ergo vinea,
& fructificauit in palmites , & emisit propa-
gines.* Et facta est aquila altera grandis ma- 7
gnis alis, multisque plumis:& ecce vinea ista
quasi mittens radices suas ad eam , palmites C
suos extendit ad illam , vt irrigaret eam de
areolis germinis sui . * In terra bona super 8
aquas multas plantata est : vt faciat frondes ,
& portet fructum, vt sit in vineam grandẽ .
*Dic: Hęc dicit Dominus Deus: Ergone pro- 9
sperabitur?nonne radices eius euellet,& fruc-
tus eius distringet,& siccabit omnes palmi-
tes germinis eius , & arescet : & non in bra-
chio grandi, neque in populo multo,vt euel-
leret eam radicitus?* Ecce plantata est:ergo- 10
ne prosperabitur ? nonne cum tetigerit eam
ventus vrens siccabitur , & in areis germinis
sui arescet ? * Et factum est verbum Domi- 11
ni ad me , dicens : * Dic ad domum exaspe- 12
rantem : Nescitis quid ista significent ? Dic : D
Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem : &
assumet regem, & principes eius, & adducet
eos ad semetipsum in Babylonem. * Et tol- 13
let de semine regni,feriętque cum eo fœdus:
& ab eo accipiet iusiurandum , sed & fortes
terræ tollet,* vt sit regnum humile,non ele- 14
uetur,sed custodiat pactum eius,& seruet il-
lud . * Qui recedens ab eo misit nuncios ad 15
Ægyptum, vt daret sibi equos , & populum
multum. Numquid prosperabitur, vel con-
sequetur salutem,qui fecit hæc? & qui disso-
luit pactum, numquid effugiet ? * Viuo ego 16
dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis , E
qui constituit eum regem,cuius fecit irritum
iuramentum, & soluit pactum , quod habe-
bat cum eo , in medio Babylonis morietur.
* Et non in exercitu grandi, neque in popu- 17
lo multo faciet contra eum Pharao prelium:
in iactu aggeris, & in extructione vallorum,
vt interficiat animas multas . * Spreuerat 18
enim iuramentum , vt solueret fœdus, & ec-
ce dedit manum suam : & cum omnia hæc
fecerit, non effugies . * Propterea hæc dicit 19
Dominus Deus: Viuo ego,quoniam iuramẽ- F
tum,quod spreuit, & fœdus, quòd præuari-
20 catus est,ponam in caput eius . * " Et expan- " Sup.12.
dam super eum rete meum , & comprehẽ- d.13.
detur in sagena mea : & adducam eum in Inf.32.a
Babylonem,& iudicabo eum ibi in præuari- 3.
21 catione,qua despexit me.* Et omnes profugi
eius cum vniuerso agmine suo , gladio ca-
dent : residui autem in omnem ventum di-
spergentur : & scietis quia ego Dominus lo-
22 cutus sum . * Hæc dicit Dominus Deus : Et
sumam ego de medulla cedri sublimis , &
ponam : de vertice ramorum eius tenerum
distringam,& plantabo super montem excel
23 sum, & eminentem. * In monte sublimi Is-
G rael plantabo illud , & erumpet in germen ,
& faciet fructum , & erit in cedrum magnã:
& habitabunt sub ea omnes volucres,& vni-
uersum volatile sub vmbra frondium eius
24 nidificabit.* Et scient omnia ligna regionis,
quia ego Dominus humiliaui lignum sub-
lime, & exaltaui lignum humile : & siccaui li-
gnum viride, & frondere feci lignum aridũ.
Ego Dominus locutus sum,& feci .

CAP. XVIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me , di-
2 cens: * Quid est quod inter vos parabo-
A lam vertitis in prouerbium istud in terra Is-
rael , dicentes : " Patres comederunt vuam " Ier. 31.
acerbam , & dentes filiorum obstupescunt ? c.39.
3 * Viuo ego,dicit Dominus Deus,si erit vltra
vobis parabola hæc in prouerbium in Israel.
4 * Ecce omnes animæ;meę sunt: vt anima pa
tris,ita & anima filij mea est: anima,quę pec-
5 cauerit, ipsa morietur . * Et vir si fuerit iu-
6 stus,& fecerit iudicium,& iustitiã, *in mon-
B tibus non comederit,& oculos suos non leua
uerit ad idola domus Israel: & vxorem pro-
ximi sui non violauerit , & ad mulierẽ men-
7 struatam non accesserit :* & hominem non
contristauerit : pignus debitori reddiderit,
per vim nihil rapuerit : " panem suum esu- " Isa.58.
rienti dederit,& nudum operuerit vestimẽ- b.7.
8 to: * ad vsuram non commodauerit,& am- Mat.25.
plius non acceperit: ab iniquitate auerterit c.35.
manum suam,& iudicium verum fecerit in-
9 ter virum,& virum:* in præceptis meis am-
bulauerit , & iudicia mea custodierit, vt fa-
ciat veritatem : hic iustus est , vita viuet , ait
10 Dominus Deus. * Quod si genuerit filiũ la-
C tronem effundentem sanguinem, & fecerit
11 vnum de istis : * & hæc quidem omnia non
facientem , sed in montibus comedentem ,
12 & vxorem proximi sui polluentem:* & ege
num,& paupe-em contristantem , rapiẽtem
rapinas, pignus non reddentem, & ad idola
leuantem oculos suos , abominationem fa-
13 cientem : * ad vsuram dantem , & amplius
accipientem : numquid viuet ? non viuet :
cum vniuersa hæc detestanda fecerit, morte
14 morietur, sanguis eius in ipso erit . * Quod
si genuerit filium , qui videns omnia peccata
patris sui, quæ fecit,timuerit,& nõ fecerit si-
15 mile eis ; * super montes non comederit, &
ocu-

oculos ſuos non leuauerit ad idola domus
Iſrael, & vxoré proximi ſui non violauerit:
* & virum non contriſtauerit pignus nõ re- 16
tinuerit, & rapinam non rapuerit, panem D
ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit
veſtiméto.* à pauperis iniuria auerterit ma- 17
num ſuam, vſuram, & ſuperabundantiam
non acceperit, iudicia mea fecerit, in præce-
ptis meis ambulauerit: hic non morietur
in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet: * Pa- 18
ter eius, quia calũniatus eſt, & vim fecit fra-
tri, & malum operatus eſt in medio populi
ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. * Et 19
dicitis: Quare nõ portauit filius iniquitatem
patris? videlicet, quia filius iudicium, & iu-
ſtitiã operatus eſt, omnia præcepta mea cu-
ſtodiuit, & fecit illa, viuet vita. * [a] Anima, 20
quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non
portabit iniquitatem patris, & pater nõ por- E
tabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eũ
erit, & impietas impij erit ſuper eum. * Si au- 21
tem impius egerit pœnitentiam ab omni-
bus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſto-
dierit omnia præcepta mea, & fecerit iudi-
cium, & iuſtitiam: vita viuet, & non morie-
tur. * Omnium iniquitatum eius, quas ope- 22
ratus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua,
quam operatus eſt, viuet. * [b] Numquid vo- 23
luntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus
Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & vi-
uat? * Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia 24
ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes F
abominationes, quas operari ſolet impius,
numquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fe-
cerat, non recordabuntur: in præuaricatio-
ne, quia præuaricatus eſt, & in peccato ſuo,
quod peccauit, in ipſis morietur. * Et dixiſtis. 25
Non eſt æqua via Domini. Audite ergo do-
mus Iſrael: Numquid via mea nõ eſt æqua,
& non magis viæ veſtræ prauæ ſunt? * Cum 26
enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fece-
rit iniquitatem, morietur in eis: in iniuſtitia,
quam operatus eſt, morietur. * Et cum auer- 27
tit ſe impius ab impietate ſua, quam opera-
tus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiam: ipſe
animam ſuam viuificabit. * Conſiderans 28
enim, & auertens ſe ab omnibus iniquitati-
bus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet, & non
morietur. * Et dicunt filij Iſrael: Non eſt æ- 29
qua via Domini. Numquid viæ meæ non G
ſunt æquæ, domus Iſrael, & non magis viæ
veſtræ prauæ? * Idcirco vnum quemque iux- 30
ta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait Do-
minus Deus. [c] Conuertimini, & agite pœni-
tentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris:
& non erit vobis in ruinã iniquitas. * Proij- 31
cite à vobis omnes præuaricationes veſtras,
in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis
cor nouum, & ſpiritum nouum: & quare
moriemini domus Iſrael? * [d] Quia nolo 32
mortem morientis, dicit Dominus Deus, re-
uertimini, & viuite.

[a] Deu. 24. c. 16. 4. Re. 14. b. 6. 2. Pa. 25. b. 4.
[b] Pſ. 29. a. 4. Infr. 33. c. 11.
[c] Matt. 3. a. 2.
[d] Sup. 23. Inf. 33. c. 11.

CAP. XIX.

ET tu aſſume planctum ſuper principes 1
Iſrael, * & dices: Quare mater tua leæna 2
A inter leones cubauit, in medio leunculorum
3 enutriuit catulos ſuos? * Et eduxit vnum de
leunculis ſuis, & leo factus eſt: & didicit ca-
4 pere prædam, hominemque comedere. * Et
audierunt de eo Gentes, & non abſque vul-
neribus ſuis ceperunt eum: & adduxerunt
5 eum in catenis in terram Ægypti. * Quæ
B cum vidiſſet quoniã infirmata eſt, & perijt
expectatio eius: tulit vnũ de leunculis ſuis,
6 leonem conſtituit eum. * Qui incedebat in-
ter leones, & factus eſt leo: & didicit prædã
7 capere, & homines deuorare: * Didicit vi-
duas facere, & ciuitates eorum in deſertum
adducere: & deſolata eſt terra, & plenitudo
8 eius à voce rugitus illius. * Et conuenerunt
aduerſus eum Gẽtes vndique de prouincijs,
& expanderũt ſuper eum rete ſuum, in vul-
9 neribus earum captus eſt. * Et miſerũt eum
C in caueam, in catenis adduxerunt eum ad
regẽ Babylonis: miſeruntque eum in carce-
rem, ne audiretur vox eius vltra ſuper mon
10 tes Iſrael. * Mater tua quaſi vinea in ſangui-
ne tuo ſuper aquã plantata eſt: fructus eius
& frondes eius creuerunt ex aquis multis.
11 * Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra do
minantium, & exaltata eſt ſtatura eius inter
D frondes: & vidit altitudinem ſuam in mul-
12 titudine palmitum ſuorum. * Et euulſa eſt
in ira, in terramque proiecta, [a] & ventus v-
rens ſiccauit fructum eius: marcuerunt, &
arefactæ ſunt virgæ roboris eius: ignis come
13 dit eam. * Et nunc tranſplantata eſt in deſer
14 tum, in terra inuia, & ſitienti. * Et egreſſus
eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructũ
eius comedit: & non fuit in ea virga fortis,
ſceptrum dominantium. Planctus eſt, &
erit in planctum.

[a] Oſee 13 d. 15.

CAP. XX.

1 ET factum eſt in anno ſeptimo, in quin-
A to, in decima mẽſis: venerunt viri de ſe
nioribus Iſrael vt interrogarent Dominum,
2 & ſederunt coram me. * Et factus eſt ſermo
3 Domini ad me dicens: * Fili hominis loque-
re ſenioribus Iſrael, & dices ad eos: Hæc di-
cit Dñs Deus: Numquid ad interrogan-
dum me vos veniſtis? viuo ego, quia non re-
4 ſpondebo vobis, ait Dominus Deus. * Si iu-
dicas eos, ſi iudicas fili hominis, abominatio-
5 nes patrum eorum oſtende eis. * Et dices ad
eos: Hæc dicit Dominus Deus, in die, quã
elegi Iſrael, & leuaui manum meã pro ſtir-
pe domus Iacob, & apparui eis in Terra Æ-
gypti, & leuaui manum meam pro eis, di-
6 cens: Ego Dominus Deus veſter, * in die il-
la leuaui manum meam pro eis, vt educerẽ
eos de Terra Ægypti, in Terram, quam pro-
uideram eis, fluẽtem lacte, & melle, quæ eſt
7 egregia inter omnes terras. * Et dixi ad eos,
vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum
abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui,
8 ego Dominus Deus veſter. * Et irritauerunt
B me, nolueruntque me audire, vnuſquiſque
abominationes oculorum ſuorum nõ pro-
iecit, nec idola Ægypti reliquerunt, & dixi
vt

vt effunderem indignationem meam ſuper
eos, & implerem iram meam in eis, in medio
Terræ Ægypti. * Et feci propter nomen 9
meum, vt non violaretur corã Gentibus, in
quarum medio erant, & inter quas apparui
eis, vt educerem eos de Terra Ægypti. * Ei- 10
eci ergo eos de Terra Ægypti, & eduxi eos in
deſertum. * [a] Et dedi eis præcepta mea, & 11
iudicia mea oſtendi eis, quæ faciens homo,
viuet in eis. * [b] Inſuper, & ſabbata mea dedi 12
eis, vt eſſent ſignum inter me, & eos: & ſcirẽt
quia ego Dominus ſanctificans eos. * Et ir- 13
ritauerunt me domus Iſrael in deſerto, in
præceptis meis non ambulauerunt, & iudi-
cia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet
in eis: & ſabbata mea violauerunt vehemen-
ter: dixi ergo vt effunderem furorem meum
ſuper eos in deſerto, & cõſumerem eos. * Et 14
feci propter nomen meum, ne violaretur co-
ram Gentibus, de quibus eieci eos in conſpe-
ctu earum. * Ego igitur leuaui manũ meã 15
ſuper eos in deſerto, ne inducerẽ eos in Ter- C
ram, quam dedi eis fluentem lacte, & melle,
præcipuam terrarum omnium: * Quia iudi- 16
cia mea proiecerunt, & in præceptis meis nõ
ambulauerunt: ſabbata mea violauerunt:
poſt idola enim cor eorum gradiebatur. * Et 17
pepercit oculus meus ſuper eos, vt non in-
terficerem eos: nec conſumpſi eos in deſerto.
* Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine. 18
In præceptis patrum veſtrorum nolite ince-
dere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in
idolis eorum polluamini: * Ego Dominus 19
Deus veſter: in præceptis meis ambulate, iu-
dicia mea cuſtodite, & facite ea: * Et ſabba- 20
ta mea ſanctificate, vt ſint ſignũ inter me, &
vos: & ſciatis quia ego ſum Dominus Deus
veſter. * Et exacerbauerunt me filij: in præ- 21
ceptis meis non ambulauerunt, & iudicia
mea non cuſtodierunt vt facerent ea: quæ cũ
fecerit homo, viuet in eis: & ſabbata mea vio D
lauerunt: & comminatus ſum vt effunderẽ
furorem meum ſuper eos, & implerem iram
meã in eis in deſerto. * Auerti autem manũ 22
meam, & feci propter nomen meum, vt non
violaretur coram Gentibus, de quibus eieci
eos in oculis earum. * Iterum leuaui manũ 23
meã in eos in ſolitudine, vt diſpergerem il-
los in nationes, & ventilarem in terra: * eo 24
quòd iudicia mea non feciſſent, & præcepta
mea reprobaſſent, & ſabbata mea violaſſent,
& poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi
eorum. * Ergo & ego dedi eis præcepta non 25
bona, & iudicia, in quibus non viuent. * Et 26
pollui eos in muneribus ſuis cum offerrent
omne, quod aperit vuluam, propter delicta
ſua: & ſcient quia ego Dominus. * Quam- 27
obrem loquere ad domum Iſrael, fili homi-
nis: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus De9:
Adhuc, & in hoc blaſphemauerũt me patres
veſtri, cum ſpreuiſſent me contemnentes:
* & induxiſſem eos in Terram, ſuper quam 28
leuaui manum meã, vt darem eis: viderunt
omnem collem excelſum, & omne lignum
nemoroſum, & immolauerunt ibi victimas

[a] Leu. 10. a. 5. Rom. 10 a. 5.
[b] Ex. 20. b. 8. & 31 c. 13. Deut. 5. b. 12.

ſuas, & dederunt ibi irritationem oblationis
E ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuę,
29 & libauerunt libationes ſuas. * Et dixi ad
eos: Quid eſt excelſum, ad quod vos ingredi
mini? & vocatum eſt nomen eius Excelſum
30 vſque ad hanc diem. * Propterea dic ad do-
mum Iſrael: Hæc dicit Dñs Deus: Certè in
via patrũ veſtrorũ vos polluimini, & poſt of
31 fendicula eorum vos fornicamini, * & in ob
latione donorum veſtrorum, cum traduci-
tis filios veſtros per ignem, vos polluimini in
omnibus idolis veſtris vſque hodie, & ego
reſpondebo vobis domus Iſrael? Viuo ego,
dicit Dominus Deus, quia non reſpondebo
32 vobis. * Neque cogitatio mentis veſtræ fiet,
dicentium: Erimus ſicut Gentes, & ſicut co-
gnationes terræ vt colamus ligna, & lapides
33 * Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam
in manu forti, & in brachio extento, & in fu-
34 rore effuſo regnabo ſuper vos: * Et educam
vos de populis, & congregabo vos de terris,
in quibus diſperſi eſtis, in manu valida, & in
brachio extento, & in furore effuſo regnabo
35 ſuper vos. * Et adducam vos in deſertũ po-
pulorum, & iudicabor vobiſcum ibi facie ad
36 faciem. * Sicut iudicio contendi aduerſum
F patres veſtros in deſerto Terræ Ægypti, ſic iu
37 dicabo vos, dicit Dominus Deus. * Et ſubij-
ciam vos ſceptro meo, & inducã vos in vin-
38 culis fœderis. * Et eligam de vobis traſgreſ-
ſores, & impios: & de terra incolatus eorum
educam eos, & in terram Iſrael non ingre-
39 dientur, & ſcietis quia ego Dominus. * Et vos
domus Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus: Sin-
guli poſt idola veſtra ambulate, et ſeruite eis.
Quod ſi & in hoc non audieritis me, & no-
men meum ſanctum pollueritis vltra in mu
40 neribus veſtris, & in idolis veſtris: * in mon-
te ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait Do
minus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis domus
Iſrael, omnes, inquam, in terra, in qua place-
bunt mihi, & ibi quæram primitias veſtras,
& initium decimarum veſtrarum in omni-
41 bus ſanctificationibus veſtris. * In odorem
ſuauitatis ſuſcipiam vos, cum eduxero vos
de populis, & congregauero vos de terris, in
quas diſperſi eſtis, & ſanctificabor in vobis
42 in oculis nationum. * Et ſcietis quia ego Do
G minus, cum induxero vos ad terram Iſrael,
in Terram, pro qua leuaui manum meã, vt
43 darem eam patribus veſtris. * Et recordabi-
mini ibi viarum veſtrarum, & omnium ſce-
lerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis:
& diſplicebitis vobis in cõſpectu veſtro in
44 omnibus malitijs veſtris, quas feciſtis. * Et
ſcietis quia ego Dominus, cum benefecero
vobis propter nomen meum, & non ſecun-
dũ vias veſtras malas, neque ſecundum ſce-
lera veſtra peſſima domus Iſrael, ait Domi-
45 nus Deus. * Et factus eſt ſermo Domini ad
46 me, dicens: * Fili hominis, pone faciem tuã
contra viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricum,
47 & propheta ad ſaltum agri meridiani * Et
dices ſaltui meridiano: Audi verbũ Domi-
ni: hæc dicit Dñs Deus: Ecce ego ſuccendam

in te ignem, & comburam in te omne lignũ
viride, & omne lignum aridum: non extin-
guetur flumina succensionis: & comburetur
in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aqui-
lonem. * Et videbit vniuersa caro quia ego 48
Dominus succendi eam, nec extinguetur.
* Et dixi: A a a, Domine Deus; ipsi dicunt 49
de me: Numquid non per parabolas loqui-
tur iste?

CAP. XXI.

ET factus est sermo Domini ad me, di- 1
cens. * Fili hominis pone faciem tuam 2
ab Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & pro-
phета contra humum Israel: * Et dices terræ 3
Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
ad te, & eijciam gladium meum de vagina
sua, & occidam in te iustum, & impium.
* Pro eo autem quod occidi in te iustum, & 4
impium, idcircò egredietur gladius meus de
vagina sua ad omnem carnem ab Austro vs-
que ad Aquilonem: * Vt sciat omnis caro 5
quia ego Dominus eduxi gladium meum de
vagina sua irreuocabilem. * Et tu fili homi- 6
nis ingemisce in contritione lumborum, &
in amaritudinibus ingemisce coram eis. * Cũ- 7
que dixerint ad te: Quare tu gemis? dices:
Pro auditu: quia venit, & tabescet omne cor,
& dissoluentur vniuersæ manus, & infirma-
bitur omnis spiritus, & per cuncta genua
fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Domi-
nus Deus. * Et factus est sermo Domini ad me, 8
dicens: * Fili hominis propheta, & dices; 9
Hæc dicit Dominus Deus: Loquere: Gla-
dius, gladius exacutus est, & limatus. * Vt cæ- 10
dat victimas, exacutus est: vt splendeat, lima-
tus est. qui moues sceptrum filij mei, succidi-
sti omne lignum. * Et dedi eum ad leuigan- 11
dum vt teneatur manu: iste exacutus est gla-
dius, & iste limatus est vt sit in manu inter-
ficientis. * Clama, & vlula fili hominis, quia 12
hic factus est in populo meo, hic in cunctis.
ducibus Israel, qui fugerant: gladio traditi
sunt cum populo meo, idcircò plaude super
femur, * quia probatus est: & hoc, cum sce- 13
ptrum subuerterit, & non erit, dicit Domi-
nus Deus. * Tu ergo fili hominis propheta, 14
& percute manu ad manum, & duplicetur
gladius, ac tripliçetur gladius interfectorum:
hic est gladius occisionis magnæ, qui obstu-
pescere eos facit: * & corde tabescere, & mul 15
tiplicat ruinas. In omnibus portis eorum de-
di conturbationem gladij acuti, & limati ad
fulgendum, amicti ad cædem. * Exacuere, 16
vade ad dexteram, siue ad sinistram, quocũ-
que facieijtur æ est appetitus. * Quin & ego 17
plaudam manu ad manum, & implebo in-
dignationem meam, ego Dominus locutus
sum. * Et factus est sermo Domini ad me, 18
dicens: * Et tu fili hominis pone tibi duas 19
vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de ter
ra vna egredientur ambæ: & manu capiet
coniecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet.
* Viam pones vt veniat gladius ad Rabbath 20
E filiorum Ammon, & ad Iudam in Ierusalem
21 munitissimam. * Stetit enim rex Babylonis
in biuio, in capite duarum viarum, diuina-
tionem quærens, commiscens sagittas: inter-
22 rogauit idola, exta consuluit. * Ad dexteram
eius facta est diuinatio super Ierusalem, vt
ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet
vocem in vlulatu, vt ponat arjetes cõtra por-
tas, vt comporret aggerem, vt ædificet muni-
23 tiones. * Erit que quasi consulens frustra ora-
culum in oculis eorum, & sabbatorum otiũ
imitans: ipse autem recordabitur iniquita-
24 tis ad capiendum. * Idcircò hæc dicit Domi-
F nus Deus: Pro eo quod recordati estis iniq-
uitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes
vestras, & apparuerunt peccata vestra in om
nibus cogitationibus vestris: pro eo, inquã,
25 quod recordati estis, manu capiemini. * Tu
autem profane, impie dux Israel, cuius venit
26 dies in tempore iniquitatis præfinita; * Hæc
dicit Dñs Deus: Aufer cidarim, tolle coro-
nam, nonne hæc est, quæ humilem sublena-
27 uit, & sublimem humiliauit? * Iniquitatem,
iniquitatem, iniquitatem ponam eam: &
hoc non factum est donec veniret, cuius est
28 iudicium, & tradam ei. * Et tu fili hominis
G propheta, & dic: Hæc dicit Dñs Deus ad fi-
lios Ammon, & ad opprobrium eorum, &
dices: Mucro, mucro euaginate ad occiden-
29 dum, limate vt interficias, & fulgeas, * cum
tibi viderentur vana, & diuinarentur mẽda
cia: vt daretis super colla vulneratorum im-
piorum, quorũ venit dies in tempore iniqui-
30 tatis præfinita. * Reuertere ad vaginã tuam
in loco, in quo creatus es, in terra natiuitatis
31 tuæ iudicabo te. * & effundam super te indi
gnationem meam: in igne furoris mei suffla-
bo in te, daboque te in manus hominum in-
32 sipientium, & fabricantium interitum. * Igni
eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ,
obliuioni traderis: quia ego Dominus locu-
tus sum.

CAP. XXII.

1 ET factum est verbũ Domini ad me, di-
2 cens: * Et tu fili hominis nonne iudicas,
A nonne iudicas ciuitatem sanguinum? * &
3 ostendes ei omnes abominationes suas, & di
ces. Hæc dicit Dominus Deus: Ciuitas effun-
dẽs sanguinem in medio sui, vt veniat tem-
pus eius: & quæ fecit idola contra semetipsã,
4 vt polluerentur. * In sanguine tuo, qui à te
effusus est, deliquisti: & in idolis tuis. quæ
fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti
dies tuos, & adduxisti tẽpus annorũ tuorũ:
propterea dedi te opprobrium Gentibus, &
5 irrisionem vniuersis terris. * Quę iuxta sunt,
& quæ procul à te, triumphabunt de te: for-
6 dida, nobilis, grandis interitu. * Ecce princi-
pes Israel singuli in brachio suo fuerũt in te
7 ad effundendum sanguinem, * Patrẽ, & ma-
B trem contumelijs affecerunt in te, aduenam
calumniati sunt in medio tui, pupillum & vi
8 duam contristauerunt apud te. * Sanctuaria
9 mea spreuisti, & sabbata mea polluisti. * Virũ
detra-

detractores fuerunt in te ad effundendũ san
guinem, & super montes comederunt in te,
scelus operati sunt in medio tui. * Verecun- 10
diora patris discooperuerunt in te, immun-
ditiam menstruatæ humiliauerunt in te.
* " Et vnusquisque in vxorem proximi sui 11
Iet. 5. 8. operatus est abominationem, & socer nurum
suam polluit nefariè, frater sororem suam fi-
liam patris sui oppressit in te. * Munera ac- 12
ceperunt apud te ad effundẽdum sanguinẽ:
vsuram, & superabundantiam accepisti, & C
quare proximos tuos calumniabaris: meique
oblita es ait Dominus Deus. * Ecce complo- 13
si manus meas super auaritiam tuam, quam
fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in
medio tui. * Numquid sustinebit cor tuũ, 14
aut præualebunt manus tuæ in diebus, quos
ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum,
& faciam. * Et dispergam te in nationes, & 15
ventilabo te in terras, & deficere faciam im-
mundiciam tuam à te. * Et possidebo te in 16
conspectu Gentium, & scies quia ego Domi-
nus. * Et factum est verbũ Domini ad me, 17
dicens. * Fili hominis, versa est mihi do- 18
mus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stan-
D num, & ferrum, & plumbum in medio for-
nacis: scoria argenti facti sunt: * Propterea 19
hæc dicit Dominus Deus: Eo quod versi
estis omnes in scoriam, propterea ecce ego
congregabo vos in medio Ierusalem, * con- 20
gregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri,
& plumbi in medio fornacis: vt succendam
in ea ignem ad conflandum sic congregabo
in furore meo, & in ira mea, & requiescam:
& conflabo vos. * Et congregabo vos, & suc 21
cendam vos in igne furoris mei, & conflabi-
E mini in medio eius. * vt conflatur argentum 22
in medio fornacis, sic eritis in medio eius:
& scietis quia ego Dominus, cum effuderim
indignationem meam super vos. * Et factũ 23
est verbum Domini ad me, dicens: * Fili ho- 24
minis, dicei: Tu es terra immunda, & non
compluta in die furoris. * Cõiuratio prophe 25
tarum in medio eius, sicut leo rugiens, ra-
piensque prædam, animas deuorauerunt,
opes, & pretium acceperunt, viduas eius mul
tiplicauerunt in medio illius. * Sacerdotes 26
eius contempserunt legem meam, & pollue-
F runt sanctuaria mea: inter sanctum, & profa
num non habebunt distantiam: & inter pol-
lutum, & mundum non intellexerunt: &
à sabbatis meis auerterunt oculos suos, &
Mic. 3. d. 11. coinquinabar in medio eorum. * " Princi- 27
Soph. 3. 3. pes eius in medio illius, quasi lupi rapientes
prædam ad effundendum sanguinem, & ad
perdendas animas, & auare ad sectanda lu-
cra. * Prophetæ autem eius liniebant eos absq- 28
que temperamento, videntes vana, & diuinã
G tes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Do-
minus Deus, cum Dominus non sit locutus.
* Populi terræ calumniabantur calumniam, 29
& rapiebant violenter: egenum, & pauperẽ
affligebant, & aduenam opprimebant calum
nia absque iudicio. * Et quæsui de eis virũ, 30
qui interponeret sepem, & staret oppositus
contra me pro terra, ne dissiparem eam: &
31 non inueni. * Et effudi super eos indignã-
tionem meam, in igne iræ meæ consumpsi
eos: viam eorum in caput eorum reddidi,
ait Dominus Deus.

CAP. XXIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs:
2 * Fili hominis, duæ mulieres filiæ ma-
3 tris vnius fuerunt, * & fornicatæ sunt in
A Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt:
ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt
4 mammæ pubertatis earum. * Nomina autẽ
earũ Oolla maior, & Ooliba soror eius mi-
nor: & habui eas, & peperterũt filios, & filias.
Porrò earum nomina Samaria Oolla, & le-
5 rusalem Ooliba. * Fornicata est igitur super
me Oolla: & insaniuit in amatores suos, in
6 Assyrios propinquantes, * vestitos hyacintho
principes, & magistratus, iuuenes cupidinis,
7 vniuersos equites, ascensores equorum. * Et
dedit fornicationes suas, super eos electos,
filios Assyriorum vniuersos: & in omnib⁹,
in quos insaniuit, immunditijs eorum pollu-
8 ta est. * Insuper & fornicationes suas, quas ha
Bbuerat in Ægypto, nõ reliquit: nam & illi dor
mierunt cum ea in adolescentia eius, & illi
confregerunt vbera pubertatis eius, & effun
9 derunt fornicationem suam super eã. * Pro-
terea tradidi eam in manus amatorũ suo-
rum, in manus filiorũ Assur, super quorum
10 insaniuit libidine, * " ipsi discooperuerunt " Sup. 16.
ignominiam eius, filios, & filias eius tulerũt, d. 38.
& ipsam occiderunt gladio: & facta sunt fa-
mosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in
11 ea. * Quod cũ vidisset soror eius Ooliba, plus
quã illa insaniuit libidine: & fornicationem
12 suam super fornicationem sororis suæ ad fi
lios Assyriorum præbuit impudenter, duci-
bus, & magistratibus ad se venientibus indu
tis veste varia, equitib⁹ qui vectabãtur equis,
13 & adolescentibus, forma cunctis egregia. * Et
14 vidi quod polluta esset via vna ambarum. *
C Et auxit fornicationes suas: cũque vidisset vi
ros depictos in pariete, imagines Chaldæorũ
15 expressas coloribus * & accinctos balteis re-
nes, & tiaras tinctas in capitibus eorũ, formã
ducũ omnium, similitudinem filiorum Ba-
bylonis, terræq. Chaldæorũ, in qua orti sunt,
16 * insaniuit super eos concupiscentia oculorũ
suorum, & misit nuncios ad eos in Chaldeã.
17 * Cumque venissent ad eam filij Babylonis
ad cubile mammarum, polluerunt eam stu-
pris suis, & polluta est ab eis, & saturata est
18 anima eius ab illis. * Denudauit quoque for
nicationes suas, & discooperuit ignominiam
suam, & recessit anima mea ab ea, sicut reces-
19 serat anima mea à sorore eius. * Multiplica-
uit enim fornicationes suas, recordans dies a-
dolescentiæ suæ, quib. fornicata est in Terra
20 Ægypti. * Et insaniuit libidine super cõcubi-
D tũ eorũ, quorum carnes sũt vt carnes asi no-
rum: sicut fluxus equorum fluxus eorum.
21 * Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quan-

do subacta sunt in Ægypto vbera tua, & cō-
fractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. * Pro- 22
pterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: Ec-
ce ego suscitabo omnes amatores tuos con-
tra te, de quibus satiata est anima tua, & con-
gregabo eos aduersum te in circuitu. * Filios 23
Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles,
tyrannosque, & principes, omnes filios Assy-
riorum, iuuenes forma egregia, duces, & ma-
gistratus vniuersus principes principum, &
nominatos ascensores equorum: * & venient 24
super te instructi curru, & rota, multitudo
populorum lorica, & clypeo, & galea armabū-
tur contra te vndique: & dabo coram eis iu-
dicium, & iudicabūt te iudicijs suis. * Et po- 25
nam zelum meum in te, quem exercent tecū
in furore: nasum tuum, & aures tuas præci-
dent: & quæ remanserint, gladio concident:
ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & nouis-
simum tuum deuorabitur igni. * Et denuda- 26
bunt te vestimentis tuis, & tollent vasa glo-
riæ tuæ. * Et requiescere faciam scelus tuum 27
de te, & fornicationem tuam de Terra Ægy- E
pti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Ægy-
pti non recordaberis amplius. * Quia hæc di- 28
cit Dominus Deus: Ecce ego tradam te in ma-
nus eorum, quos odisti, in manus, de quibus
satiata est anima tua. * Et agent tecum in o- 29
dio, & tollent omnes labores tuos, & dimit-
tēt te nudam, & ignominia plenam, & reue-
labitur ignominia fornicationum tuarum,
scelus tuum, & fornicationes tuæ * fecerunt 30
hæc tibi, quia fornicata es post Gentes, inter
quas polluta es in idolis earum. * In via soro- 31
ris tuæ ambulasti, & dabo calicē eius in ma-
nu tua. * Hæc dicit Dominus Deus: Calicem 32
sororis tuæ bibes profundum, & latum: eris
in derisum, & in subsannationem, quæ est ca-
pacissima. * Ebrietate, & dolore repleberis: 33
calice mœroris, & tristitiæ, calice sororis tuæ
Samariæ. * Et bibes illum: & epotabis vsque 34
ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbe-
ra tua lacerabis: quia ego locutus sū, ait Dñs
Deus. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: 35
Quia oblita es mei, & proiecisti me post cor-
pus tuum, tu quoque porta scelus tuum, &
fornicationes tuas * Et ait Dominus ad me, 36
dicens: Fili hominis numquid iudicas Ool- F
lam, & Oolibam, & annuncias eis scelera ea-
rum? * Quia adulteratæ sunt, & sanguis 37
in manibus earum, & cum idolis suis forni-
catæ sunt: insuper, & filios suos, quos genue-
runt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum.
* Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt san- 38
ctuarium meum in die illa, & sabbata mea
profanauerunt. * Cumq. immolarent filios 39
suos idolis suis, & ingrederentur sanctuariū
meum in die illa, vt polluerent illud: etiam
hæc fecerunt in medio domus meæ. * Mise- 40
runt ad viros, veniētes de longè, ad quos nū-
cium miserant: itaque ecce venerunt: quibus
te lauasti, & circumlinisti stibio oculos tuos,
& ornata es mundo muliebri. * Sedisti in le- 41
cto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te:
thymiama meum, & vnguentum meum po-
42 suisti super eam. * Et vox multitudinis exul-
tantis erat in ea: & in viris, qui de multitudi-
ne hominum adducebantur, & veniebant de
deserto, posuerunt armillas in manibus eo-
43 rum, & coronas speciosas in capitibus eorū. *
Et dixi ei, quæ attrita est in adulterijs nunc
G fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc. *
44 Et ingressi sunt ad eā, quasi ad mulierē me-
retricem: sic ingrediebantur ad Oollam, &
45 Oolibam mulieres nefarias. * Viri ergo iusti
sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum:
& iudicio effundentium sanguinem, quia a-
dulteræ sunt, & sanguis in manibus earum.
46 * Hæc enim dicit Dñs Deus: Adduc ad eas
multitudinem, & trade eas in tumultum, &
47 in rapinam. * Et lapidentur lapidibus po-
pulorum, & confodiantur gladijs eorum: fi-
lios, & filias earum interficient, & domos ea-
48 rum igne succendent. * Et auferam scelus
de terra, & discent omnes mulieres ne faciāt
49 secundum scelus earum. * Et dabunt scelus
vestrum super vos, & peccata idolorum ve-
strorum portabitis: & scietis, quia ego Domi-
nus Deus.

CAP. XXIV.

1 ET factum est verbum Dñi ad me in an-
A no nono, in mense decimo, decima die
2 mensis, dicens: * Fili hominis scribe tibi no-
mē diei huius, in qua confirmatus est rex Ba
3 bylonis aduersum Ierusalē hodie. * Et dices
per prouerbium ad domum irritatricem pa-
rabolā, loqueris ad eos. Hæc dicit Dñs Deus:
Pone ollam: Pone ollam: pone, inquam, &
4 mitte in eam aquam. * Congere frustra eius
in eam, omnem partem bonam, femur, & ar
5 mum, electa, & ossibus plena. * Pinguissi-
B mum pecus assume, compone quoque stru-
es ossium, sub ea: efferbuit coctio eius, &
6 discocta sunt ossa illius in medio eius. *
Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ ci-
uitati sanguinū, ollę, cuius rubigo in ea est, &
rubigo eius non exiuit de ea: per partes, &
per partes suas eijce eas, non cecidit super eā
7 sors. * Sanguis enim eius in medio eius est, su
per limpidissimam petram effudit illum: nō
effudit illum super terram, vt possit operiri
8 puluere. * Vt superinducerē indignationem
C meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinē
eius super petram limpidissimam ne operi-
9 retur. * Propterea hæc dicit Dominus Deus:
"Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem Nah. 3. a.1.
10 faciam pyram. * Congere ossa, quæ igne suc-
cēdam consumētur carnes, & coquetur vni- Hab. 2. c 12.
11 uersa compositio, & ossa tabescent. * Pone
quoq. eā super prunas vacuam, vt incalescat,
& liquefiat æs eius: & confletur in medio
eius inquinamentum eius, & cōsumatur ru-
12 bigo eius: * multo labore sudatum est, &
non exiuit de ea nimia rubigo eius: neque
13 per ignem. * Immunditia tua execrabilis:
D quia mundare te volui, & non es mundata à
sordibus tuis: sed nec mundaberis prius,
do-

donec quiescere faciam indignationem meā
in te. * Ego Dñs locutus sū: Veniet, & faciā: 14
non transeam, nec parcam, nec placabor: iux-
ta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iu-
dicabo te, dicit Dñs. * Et factum est verbum 15
Domini ad me dicens: * Fili hominis ecce e- 16
go tollo à te desiderabile oculorum tuorum
in plaga: & non planges, neque plorabis, neq.
fluent lacrymæ tuæ. * Ingemisce tacens, mor- 17
tuorum luctum non facies: corona tua cir-
cumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt
in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec E
cibos lugentium comedes. * Locutus sum er- 18
go ad populum mane, & mortua est vxor
mea vespere, fecique mane sicut præceperat
mihi. * Et dixit ad me populus: Quare non 19
indicas nobis, quid ista significent, quæ tu fa-
cis? * Et dixi ad eos: Sermo Domini factus est 20
ad me, dicens: * Loquere domui Israel. Hæc 21
dicit Dñs Deus: Ecce ego polluam sanctua- F
rium meū, superbiam imperij vestri, & desi-
derabile oculorum vestrorum, & super quo
pauet anima vestra, filij vestri, filiæ vestræ,
quas reliquistis gladio cadent. * Et facietis si- 22
cut feci: Ora amictu non velabitis, & cibos lu-
gentium non comedetis. * Coronas habebitis 23
in capitibus vestris, & calceamenta in pedi-
bus: non plangetis neque flebitis, sed tabesce-
tis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque ge-
met ad fratrem suum. * Eritq. Ezechiel vo- 24
bis in portētum: iuxta omnia, quæ fecit, facie-
tis cum venerit istud, & scietis quia ego Do- G
minus Deus. * Et tu fili hominis ecce in die, 25
qua tollam ab eis fortitudinem eorū, & gau-
dium dignitatis, & desiderium oculorū eo-
rum, super quo requiescunt animæ eorum,
filios, & filias eorū: * In die illa cum venerit 26
fugiens ad te, vt annūciet tibi: * In die, inquā, 27
illa aperietur os tuum cum eo, qui fugit: &
loqueris, & non silebis vltra: erisque eis in por-
tentum, & scietis, quia ego Dominus.

CAP. XXV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicēs: 1
* Fili hominis, pone faciem tuam contra 2
filios Ammon, & prophetabis de eis. * Et di- A
ces filijs Ammon: Audite verbum Dñi Dei. 3
Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod di-
xisti: Euge, euge super sanctuarium meum,
quia pollutū est: & super terram Israel, quo-
niam desolata est: & super domū Iuda, quo-
niam ducti sunt in captiuitatem * Idcirco ego 4
tradam te filijs orientalibus in hæreditatem,
& collocabunt caulas suas in te, & ponent in
tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas: & ip-
si bibent lac tuum. * Daboq. Rabbath in habi- 5
taculum camelorum, & filios Ammon in B
cubile pecorum: & scietis, quia ego Dominus.
* Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod 6
plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa
es, ex toto affectu super terram Israel: * Id- 7
circo ecce ego extendam manum meam su-
per te, & tradam te in direptionem Gentiū,
& interficiam te de populis, & perdam de
8 terris, & conteram, & scies quia ego Dñs: *
Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod di-
xerunt Moab, & Seir: Ecce sicut omnes Gen-
9 tes, domus Iuda: * idcirco ecce ego aperiam
humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatib.
C inquam eius, & de finibus eius inclitas terræ
Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim,
10 * filijs orientis cum filijs Ammon, & dabo
eam in hereditatem: vt non sit vltra me-
11 moria filiorum Ammon in Gentibus. * Et
in Moab faciam iudicia, & scient quia ego
12 Dominus. * Hæc dicit Dominus Deus.
Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt
se vindicaret de filijs Iuda peccauitq. delin-
13 quens, & vindictam expetiuit de eis: * Id-
circo hæc dicit Dñs Deus: Extendam manū
meam super Idumæā, & auferam de ea ho-
minem, & iumentum, & faciam eam deser-
tam ab Austro, & qui sunt in Dedan, gladio
14 cadent. * Et dabo vltionem meā super Idu-
mæam per manum populi mei Israel, & fa-
cient in Edom iuxta iram meam, & furorē
D meum, & scient vindictam meam, dicit Dñs
15 Deus. * Hæc dicit Dñs Deus: Pro eo, quod
fecerunt Palęstini vindictam, & vlti se sunt
toto animo, interficientes, & implentes ini-
16 micitias veteres. * Propterea hæc dicit Domi
nus Deus: Ecce ego extendam manum meā
super Palæstinos, & interficiam interfecto-
res, & perdam reliquias maritimæ regionis,
17 * faciamque in eis vltiones magnas arguens
in furore, & scient quia ego Dominus, cum
dedero vindictam meam super eos.

CAP. XXVI.

1 ET factum est in vndecimo anno, prima
A mensis, factus est sermo Domini ad me,
2 dicens: * Fili hominis, pro eo, quod dixit Ty-
rus de Ierusalem: Euge confractæ sunt por-
tæ populorum, conuersa est ad me: imple-
3 bor, deserta est. * Propterea hæc dicit Domi-
nus Deus: Ecce ego super te Tyre, & ascēde-
re faciam ad te gentes multas, sicut ascendit
4 mare fluctuans. * Et dissipabunt muros Ty-
ri, & destruent turres eius, & radam pulue-
rem eius de ea, & dabo eam in limpidissi-
5 mam petram. * Siccatio sagenarum erit in
medio maris, quia ego locutus sum ait Do-
minus Deus, & erit in direptionem Genti-
6 bus. * Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro,
gladio interficientur, & scient quia ego Do-
7 minus. * Quia hæc dicit Dominus Deus: Ec-
ce ego adducam ad Tyrum Nabuchodono-
sor regem Babylonis ab Aquilone regem re-
gum, cum equis, & curribus, & equitibus, &
8 cœtu, populoque magno. * Filias tuas, quæ
B sunt in agro, gladio interficiet, & circumda-
bit te munitionibus, & comportabit agge-
rem in gyro, & eleuabit contra te clypeum.
9 * Et vineas, & arietes temperabit in muros
tuos, & turres tuas destruet in armatura sua
10 * Inundatione equorum eius operiet te pul-
uis eorum: à sonitu equitum, & rotarum,

& curruum mouebuntur muri tui, cum in-
gressus fuerit portas tuas, quasi per introitum
vrbis diffipatæ.* Vngulis equorum suorum 11
conculcabit omnes plateas tuas: populum
tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in
terram corruent.* Vastabunt opes tuas, diri- 12
pient negociationes tuas, & destruent muros
tuos, & domos tuas præclaras subuertent, &
lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum
in medio aquarum ponent. * " Et quiescere 13
faciam multitudinem canticorum tuorum, C
& sonitus cithararum tuarum non audietur
amplius. * Et dabo te in limpidissimam pe- 14
tram, siccatio sagenarum eris, nec ædificabe-
ris vltra: quia ego locutus sum, ait Dominus
Deus.* Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Nũ- 15
quid non à sonitu ruinæ tuæ, & gemitu inter-
fectorum tuorum cum occisi fuerint, in me-
dio tui commouebuntur insulæ?* Et descẽ- 16
dent de sedibus suis omnes principes maris,
& auferent exuuias suas, & vestimenta sua
varia abijcient, & induentur stupore: in terra
sedebũt, & attoniti super repentino casu tuo
admirabuntur.* Et assumentes, super te la- 17
mentum, dicent tibi: Quomodo peristi,
quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti
fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos
formidabant vniuersi?* Nunc stupebunt na- 18
tues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ D
in mari, eo quod nullus egrediatur ex te. * 19
Quia hæc dicit Dñs Deus: Cũ dedero te vr-
bem desolatam sicut ciuitates, quæ non ha-
bitantur, & adduxero super te abyssum, &
operuerint te aquæ multæ.* Et deraxero te 20
cum his, qui descendunt in lacum ad popu-
lum sempiternum, & collocauero te in terra
nouissima sicut solitudines veteres cũ his,
qui deducuntur in lacũ, vt nõ habiteris: por-
rò cum dedero gloriam in terra viuentium,
*in nihilum redigam te, & non eris, & requi-
sita non inueneris vltra in sempiternum, di-
cit Dominus Deus.

*Iet. 7. g. 24.

CAP. XXVII.

ET factũ est verbum Domini ad me, di- 1
cens:* Tu ergo fili hominis assume su- 2
per Tyrum lamentum:* Et dices Tyro, quæ 3
habitat in introitu maris negociationi po- A
pulorum ad insulas multas: Hæc dicit Dñs
Deus: O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego
sum,* & in corde maris sita. Finitimi tui, qui 4
te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuũ:
*abiecibus de Sanir extruxerunt te, cum om- 5
nibus tabulatis maris: cedrum de Libano tu-
lerunt vt facerent tibi malum.* Quercus de 6
Basan dolauerunt in remos tuos: & transtra
tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & præto-
riola de insulis Italiæ.* Bysssus varia de Ægy- 7
pto texta est tibi in velum, vt poneretur in B
malo hyacinthus, & purpura de insulis Elisa
facta sunt operimẽtum tuum.* Habitatores 8
Sidonis, & Aradij fuerunt remiges tui: sapiẽ-
9 tes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui *Se-
nes Ciblij, & prudentes eius habuerunt nau-
tas ad ministerium variæ supellectilis tuæ
omnes naues maris, & nautæ earum fuerunt
10 in populo negociationes tuæ.* Persæ, & Ly-
dij, & Lybies erant in exercitu tuo viri bella-
tores tui: clypeum, & galeam suspenderunt
11 in te pro ornatu tuo.* Filij Aradij cũ exerci-
tu tuo erãt super muros tuos in circuitu: sed
& Pigmæi, qui erant in turribus tuis, phare-
tras suas suspenderunt in muris tuis per gy-
rum: ipsi compleuerũt pulchritudinẽ tuam.
12* Chartaginenses negociatores tui, à multitu-
C dine cunctarum diuitiarum, argento, fer-
ro, stanno, plumboque repleuerunt nũdinas
13 tuas. * Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ærea aduexerunt
14 populo tuo.* De domo Thogorma, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuũ.
15 * Filij Dedan negociatores tui: insulæ multæ negociatio manus tuæ, dentes eburneos, &
16 ebeninos commutauerunt in pretio tuo. * Syrus negociator tuus propter multitudinẽ operum tuorum gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericũ, & chodchod
17 proposuerunt in mercatu tuo.* Iuda, & ter-
D ra Israel ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam
18 proposuerunt in nundinis tuis. * Damascenus negociator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum,
19 in vino pingui, in lanis coloris optimi.* Dã, & Græcia, & Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacte, & cala-
20 mus in negociatione tua. * Dedan institores
21 tui in tapetibus ad sedendum. * Arabia, & vniuersi principes Cedar, ipsi negociatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis
22 venerunt ad te negociatores tui. * Venditores Saba, & Reema, ipsi negociatores tui: cum
vniuersis primis aromatib. & lapide pretio-
so, & auro, quod propsuerũt in mercatu tuo.
23 * Haran, & Chene, & Eden negociatores tui:
24 Saba, Assur, & Chelmad venditores tui, *ipsi negociatores tui multifariam inuolucris hya cinthi, & polymitorum, gazarumque pretiosarum, quæ obuolutæ, & astrictæ erant funibus, cedros quoq; habebãt in negociationib.
25 tuis.* Naues maris principes tui in negocia-
tione tua: & replera es, & glorificata nimis in
26 corde maris.* In aquis multis adduxerunt te
remiges tui, ventus auster contriuit te in cor-
27 de maris.* Diuitiæ tuę, & thesauri tui, & mul
F tiplex instrumentum tuum, nautæ tui, & gubernatores tui, qui tenebãt supellectilem tuã, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui, qui erant in te cum vniuersa multitudine tua, quæ est in medio tui: cadent in cor-
28 de maris in die ruinæ tuæ. * A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabun-
29 tur classes: * Et descendent de nauibus suis oẽs, qui tenebant remum: nautæ, & vniuersi
30 gubernatores maris in terra stabũt: *& eiulabunt super te voce magna, & clamabũt amarè, & superiacient puluerem capitib. suis, &

& cinere conspergentur.* Et radent super te 31
caluitium, & accingẽtur cilicijs: & plorabunt
te in amaritudine animæ ploratu amarissimo.* Et assument super te carmen lugubre, 32
& plangent te: Quæ est vt Tyrus, quæ obmu- G
tuit in medio maris?* Quæ in exitu negocia- 33
tionum tuarum de mari implesti populos
multos: in multitudine diuitiarum tuarum,
& populorum tuorum ditasti reges terræ.
* Nunc contrita es à mari, in profundis a- 34
quarum opes tuæ, & omnis multitudo tua,
quę erat in medio tui, ceciderunt.* Vniuersi 35
habitatores insularum obstupuerunt super
te, & reges earum omnes tempestate perculsi
mutauerunt vultus.* Negociatores populo- 36
rum sibilauerũt super te, ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, di- 1
cens: * Fili hominis, dic principi Tyri: 2
Hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd eleuatũ A
est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in
cathedra Dei sedi in corde maris: cum sis ho
mo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi
cor Dei.* Ecce sapientior es tu Daniele: om- 3
ne secretum non est absconditũ à te: * In sa- 4
pientia, & prudẽtia tua fecisti tibi fortitudi-
nem, & acquisisti aurum, & argẽtum in the-
sauris tuis.* In multitudine sapientiæ tuæ, & 5
in negociatione tua multiplicasti tibi fortitu- B
dinem: & eleuatum est cor tuum in robore
tuo.* Propterea hæc dicit Dominus Deus: 6
Eo quòd eleuatum est cor tuum quasi cor
Dei: * idcirco ecce ego adducã super te alie- 7
nos robustissimos Gentiũ, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ
tuæ, & polluent decorẽ tuum.* Interficient, 8
& detrahent te, & morieris in interitu occi-
sorum in corde maris.* Numquid dicens lo- 9
queris: Deus ego sum, coram interficientibus
te: cum sis homo, & non Deus, in manu oc-
cidentiũ te? * Morte incircumcisorum mo- 10
rieris in manu alienorum: quia ego locutus C
sum, ait Dominus Deus. * Et factus est ser- 11
mo Domini ad me, dicens: Fili hominis le-
na planctum super regem Tyri:* & dices ei: 12
Hęc dicit Dominus Deus: Tu signaculum si-
militudinis, plenus sapiẽtia, & perfectus de-
core, * in delicijs paradisi Dei fuisti: omnis 13
lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, D
topatius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, &
beryllus, sapphirus, & carbunculus, & sma-
ragdus: aurum opus decoris tui: & forami-
na tua in die, qua cõditus es, præparata sunt.
* Tu cherub extentus, & protegens, & posui 14
te in monte sancto Dei, in medio lapidum
ignitorum ambulasti.* Perfectus in vijs tuis 15
à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te.* In multitudine negociationis 16
tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, &
peccasti: & eieci te de monte Dei, & perdidi
te, ô cherub protegens, de medio lapidum
ignitorum. * Et eleuatũ est cor tuum in de- 17
E core tuo: perdidisti sapientiam tuam in de-
core tuo, in terram proieci te: ante faciem re-
18 gum dedi te, vt cernerent te.* In multitudi-
ne iniquitatum tuarum, & iniquitate nego-
ciationis tuæ polluisti sanctificationem tuã:
producã ergo ignem de medio tui, q̃ come-
dat te, & dabo te in cinerem super terram in
19 cõspectu omnium videntium te. * Omnes,
qui viderint te in Gentibus, obstupescent super te: nihil factus es, & nõ eris in perpetuũ.
20 * Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs:
21 * Fili hominis pone faciem tuam contra Si-
22 donem, & prophetabis de ea, *& dices: Hæc
F dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Sidon,
& glorificabor in medio tui: & scient, quia
ego Dominus, cum fecero in ea iudicia, &
23 sanctificatus fuero in ea. * Et immittam ei
pestilentiam, & sanguinem in plateis eius:
& corruent interfecti in medio eius gladio
per circuitum: & scient, quia ego Dominus.
24 * Et non erit vltra domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens
vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis: & scient, quia ego Dominus Deus.
25 * Hæc dicit Dominus Deus: Quando con-
G gregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt sanctificabor in eis coram
Gentibus, & habitabunt in terra sua, quã de-
26 di seruo meo Iacob. * Et habitabunt in ea
securi: & ædificabunt domos, & plantabunt
vineas, & habitabunt confidenter, cum fece-
ro iudicia in omnibus, qui aduersantur eis
per circuitum: & scient, quia ego Dominus
Deus eorum.

CAP. XXIX.

1 IN anno decimo, decimo mense, vndeci-
A ma die mensis, factum est verbũ Domini
2 ad me, dicens: * Fili hominis pone faciẽ tuã
contra Pharaonẽ regem Ægypti, & prophe-
3 tabis de eo, & de Ægypto vniuersa: * Loque-
re, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum,
& dicis: Meus est fluuius, & ego feci memet-
4 ipsum.* Et ponam frenum in maxillis tuis:
& agglutinabo pisces fluminũ tuorum squamis tuis: & extraham te de medio fluminũ
tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis
5 adhærebunt.* Et proijciam te in desertum,
B & omnes pisces fluminis tui: super faciem
terræ cades, non colligeris, neq. congregaberis: bestijs terræ, & volatilibus cęli dedi te ad
6 deuorandum:* Et scient omnes habitatores
Ægypti, quia ego Dominus: " pro eo, quod " Isa. 36.
7 fuisti bacul[9] arũdineus domui Israel.* Quã- a. 6.
do apprehenderunt te manu, & confractus
es, & laceraſti omnẽ humerum eorũ: & in-
nitentibus eis super te, cõminutus es, & dis-
8 soluisti omnes renes eorum.* Propterea hæc
dicit Dominus Deus: Ecce ego adducã super
te gladium: & interficiam de te hominem,
9 & iumentum.* Et erit Terra Ægypti in de-
sertum, & in solitudinem, & scient, quia ego

Dominus: pro eo, quod dixeris: Fluuius
meus est, & ego feci eum. * Idcirco ecce 10
ego ad te, & ad flumina tua: daboq. Terram
Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, à
turre Syenes, vsque ad terminos Æthiopiæ.
* Non pertransibit eam pes hominis, neque 11
pes iumenti gradietur in ea: & non habitabi- C
tur quadraginta annis. * Daboq. Terram Æ- 12
gypti: desertam in medio terrarũ desertarũ,
& ciuitates eius in medio vrbium subuersa-
rum, & erunt desolatæ quadraginta annis: &
dispergam Ægyptios in nationes, & ventila-
bo eos in terras. * Quia hæc dicit Dominus 13
Deus: Post finẽ quadraginta annorum con-
gregabo Ægyptum de populis, in quibus di-
spersi fuerant. * Et reducã captiuitatem Æ- 14
gypti, & collocabo eos in terrã Phathures, in
terra natiuitatis suæ: & erũt ibi in regnũ hu-
mile. * inter cetera regna erit humillima, & 15
nõ eleuabitur vltra super nationes, & immi-
nuam eos ne imperent Gẽtibus. * Neq; erunt 16
vltra domui Israel in cõfidentia, docẽtes ini-D
quitatem, vt fugiant, & sequãtur eos: & sciẽt,
quia ego Dñs Deus. * Et factum est in vigesi- 17
mo, & septimo anno, in primo, in vna men-
sis: factum est verbũ Domini ad me, dicens:
* Fili hominis Nabuchodonosor rex Baby- 18
lonis seruire fecit exercitũ suũ seruitute ma-
gna aduersus Tyrum: omne caput decalua-
tũ, & omnis humerus depilatus est: & mer-
ces nõ est reddita ei, neque exercitui eius de
Tyro pro seruitute, qua seruiuit mihi aduer-
sus eam. * Propterea hæc dicit Dominus 19
Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regẽ
Babylonis in Terra Ægypti: & accipiet mul-
titudinem eius, & deprædabitur manubias
eius. & deripiet spolia eius: & erit merces
exercitui illius, * & operi, quo seruiuit ad- 20
uersus eam: dedi ei Terram Aegypti, pro eo,
quòd laborauerit mihi, ait Dominus Deus.
* In die illo pullulabit cornu domui Israel, 21
& tibi dabo apertum os in medio eorum: &
scient, quia ego Dominus.

CAP. XXX.

ET factum est verbum Domini ad me, 1
dicens: * Fili hominis propheta, & dic: A
Hæc dicit Dominus Deus: Vlulatæ, væ, væ 2
diei: * quia iuxta est dies, & appropinquat
dies Domini: dies nubis, tempus Gentium
erit. * Et veniet gladius in Aegyptum: & 4
erit pauor in Aethiopia, cum ceciderint vul-
nerati in Aegypto, & ablata fuerit multitu-
do illius, & destructa fundamenta eius.
* Aethiopia, & Libya, & Lydi, & omne re- 5
liquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœde-
ris, cum eis gladio cadent. * Hæc dicit Domi- 6
nus Deus. Et corruent fulcientes Aegyptum,
& destruetur superbia imperij eius: a turre
Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus
Deus exercituum: * & dissipabuntur in me- 7
dio terrarum desolatarum, & vrbes eius in
medio ciuitatum desertarũ erunt. * Et scient 8
quia ego Dñs; cum dedero ignem in Aegy-
pto, & attriti fuerint omnes auxiliatores e-
ius. * In die illa egredientur nuncij a facie 9
mea in trieribus ad conterendam Aethio-
piæ confidentiam, & erit pauor in eis in
die Aegypti, quia absque dubio veniet,
10 * Hæc dicit Dominus Deus: cessare faciam
C multitudinem Aegypti in manu Nabucho-
11 donosor regis Babylonis. * Ipse & populus
eius cum eo fortissimi Gentium adducen-
tur ad disperdendam terram: & euaginabunt
gladios suos super Aegyptũ: & imple-
12 bunt terram interfectis. * Et faciam alueos
fluminum aridos, & tradam terrã in manus
pessimorum: & dissipabo terram, & plenitu-
dinem eius manu alienorum, ego Dominus
13 locutus sum. * " Hæc dicit Dominus Deus: " Zac. 13. a. 2.
D Et disperdã simulachra, & cessare faciã ido-
la de Memphis: & dux de Terra Ægypti nõ
erit amplius: & dabo terrorem in Terra Ae-
14 gypti. * Et disperdam terram Phathures, &
dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in
15 Alexandria. * Et effundam indignationem
meam super Pelusium robur Aegypti, & in-
16 terficiam multitudinem Alexãdriæ, * & da-
bo ignem in Aegypto quasi parturiens dole-
bit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, &
17 in Memphis angustię quotidianæ. * Iuuenes
E Heliopoleos, & Bubasti gladio cadẽt: & ip-
18 sæ captiuæ ducentur. * Et in Taphnis nigre-
scet dies, cum cõtriuero ibi sceptra Aegypti,
& defecerit in ea superbia potentiæ eius: ip-
sam nubes operiet, filiæ autem eius in capti-
19 uitatem ducẽtur. * Et iudicia faciã in Aegy-
20 pto: & scient, quia ego Dominus. * Et fa-
ctum est in vndecimo anno, in primo men-
se, in septima mensis, factum est verbum
21 Domini ad me, dicens: * Fili hominis bra-
F chium Pharaonis regis Aegypti confregi: &
ecce non est obuolutũ, vt restitueretur ei sa-
nitas, vt ligaretur pannis, & fasciaretur lin-
teolis, vt recepto robore posset tenere gladiũ
22 * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce
ego ad Pharaonẽ regem Aegypti, & commi-
nuam brachium eius forte, sed confractum:
23 & deijciam gladium de manu eius: * & di-
spergam Aegyptum in Gentibus, & ventila-
24 bo eos in terris. * Et cõfortabo brachia regis
G Babylonis, daboq. gladium meum in manu
eius: & confringam brachia Pharaonis, &
gement gemitibus interfecti corã facie eius.
25 * Et confortabo brachia regis Babylonis, &
brachia Pharaonis concident: & scient, quia
ego Dominus, cum dedero gladium meum
in manu regis Babylonis, & extenderit eum
26 super Terram Aegypti. * Et dispergam Ae-
gyptum in nationes, & ventilabo eos in ter-
ras, & scient, quia ego Dominus.

CAP. XXXI.

1 A ET factum est in anno vndecimo, tertio
mense, vna mensis, factum est verbum
2 Dñi ad me, dicens: * Fili hominis dic Pha-
raoni regi Aegypti, & populo eius: Cui simi-
3 lis factus es ĩ magnitudine tua? * Ecce Assur

quasi

quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, &
frõdibus nemorosus, excelsusq. altitudine, &
inter cõdensas frondes eleuatũ est cacumen
eius. * Aquæ nutrierunt illum, abyssus eral- 4
tauit illum flumina eius manabãt in circui-
tu radicum eius, & riuos suos emisit ad vni-
uersa ligna regionis. * Propterea eleuata est 5
altitudo eius super omnia ligna regionis: & B
multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt
rami eius præ aquis multis. * Cumq. exten- 6
disset vmbram suam, in ramis eius fecerunt
nidos omnia volatilia cæli, & sub frondibus
eius genuerũt omnes bestiæ saltuum, & sub
vmbraculo illius habitabat cętus Gentium
plurimarum. * Etatq. pulcherrimus in ma- 7
gnitudine sua, & in dilatatione arbustorum
suorum: erat.n. radix illius iuxta aquas mul-
tas. * Cedri nõ fuerũt altiores illo ĩ paradiso 8
Dei, abietes nõ adæquauerunt summitatem C
eius, & platani nõ fuerunt æquę frõdibus il-
lius: omne lignum paradisi Dei nõ est assimi-
latum illi, & pulchritudini eius. * Qm̃ specio- 9
sum feci eum, & multis, condensq. frondi-
bus: & æmulata sunt eum omnia ligna volu-
ptatis, quæ erant in paradiso Dei. * Propte- 10
rea hæc dicit Dñs Deus: Pro eo, quod subli-D
matus est in altitudine, & dedit summita-
tem suam virentem, atq. condensam, & ele-
uatum est cor eius in altitudine sua. * Tradi- 11
di eum in manu fortissimi Gentium, faciens
faciet ei: iuxta impietatem eius eieci eum.
* Et succident eum alieni, & crudelissimi na- 12
tionum, & proijcient eum super montes, &
in cunctis conuallibus corruent rami eius,
& confringentur arbusta eius in vniuersis
rupibus terræ: & recedent de vmbraculo
eius omnes populi terræ, & relinquent eum.
* In ruina eius habitauerunt omnia volati- 13
lia cæli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ E
bestiæ regionis. * Quam ob rem non eleua- 14
buntur in altitudine sua omnia ligna aqua-
rum, nec ponent sublimitatẽ suam inter ne-
morosa, atque frondosa, nec stabunt in su-
blimitate sua omnia, quæ irrigantur aquis:
quia omnes traditi sunt in mortem ad ter-
ram vltimam in medio filiorum hominum
ad eos, qui descendunt in lacum, * Hæc di- 15
cit Dominus Deus: In die quando descen- F
dit ad inferos, induxi luctum, operui eum
abysso: & prohibui flumina eius, & coercui
aquas multas: contristatus est super eum Li-
banus, & omnia ligna agri concussa sunt.
* A sonitu ruinæ eius commoui Gentes, cũ 16
deducerem eum ad infernum cum his, qui
descendebant in lacum: & consolata sunt in
terra infima oĩa ligna voluptatis egregia, at-
que præclara in Libano, vniuersa, quæ irri-
gabantur aquis. * Nam & ipsi cũ eo descen- 17
dent in infernum ad interfectos gladio: & G
brachiũ vniuscuiusque sedebit sub vmbra-
culo eius in medio nationũ. * Cui assimila- 18
tus es, ò inclyte, atque sublimis inter ligna
voluptatis? Ecce deductus es cum lignis vo-
luptatis ad terram vltimam: in medio incir-
cumcisorum dormies, cum eis, qui interfe-
cti sunt gladio, ipse est Pharao, & omnis
multitudo eius, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

1 A ET factum est, duodecimo anno, in men-
se duodecimo, in vna mensis, factum est
2 verbum Domini ad me, dicens: * Fili homi-
nis assume lamentum super Pharaonem re-
gem Aegypti, & dices ad eum: Leoni Gen-
tiũ assimilatus es, & draconi, qui est in ma-
ri: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, &
conturbabas aquas pedibus tuis, & concul-
3 cabas flumina earum. * Propterea hæc di- " Sup. 12.
cit Dominus Deus: " Expandam super te re- d. 13. &
te meum in multitudine populorum mul- 17. f. 20.
4 torum, & extraham te in sagena mea. * Et
proijciam te in terrã, super faciem agri abij-
ciam te: & habitare faciã super te omnia vo-
latilia cęli, & saturabo de te bestias vniuer-
5 sæ terræ. * Et dabo carnes tuas super mon-
6 tes, & implebo colles tuos sanie tua. * Et it-
B rigabo terram fœtore sanguinis tui super
7 montes, & valles implebuntur ex te. * " Et " Isa. 13.
operiam, cum extinctus fueris, cælum, & b. 10.
nigrescere faciam stellas eius: Solem nube Ioel 2. b.
8 tegam, & luna non dabit lumen suũ. * Om- 10. & 5.
nia luminaria cęli mœrere faciam super te: c. 15.
& dabo tenebras super terram tuam, dicit Mat. 24.
Dominus Deus, cum ceciderint vulnerati c. 29.
9 tui in medio terræ, ait Dominus Deus. * Et
irritabo cor populorum multorum cum in-
duxero cõtritionem tuam in Gẽtibus super
10 terras, quas nescis. * Et stupescere faciam su-
per te populos multos: & reges eorũ horro-
re nimio formidabunt super te, cum volare
cęperit gladius meus super facies eorum: &
obstupescent repente singuli pro anima sua
11 in die ruinæ tuæ. * Quia hæc dicit Dominus
Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi,
12 * in gladijs fortium deijciam multitudinem
C tuam: inexpugnabiles omnes Gentes hæ: &
vastabunt superbiã Aegypti, & dissipabitur
13 multitudo eius: * Et perdam omnia iumẽta
eius, quæ erant super aquas plurimas: & non
conturbabit eas pes hominis vltra, neque vn-
14 gula iumentorum turbabit eas. * Tunc pu-
rissimas reddam aquas eorum, & flumina
eorum quasi oleum adducam, ait Dñs Deus:
15 * Cum dedero Terram Aegypti desolatam:
deseretur autẽ terra à plenitudine sua, quan-
do percussero omnes habitatores eius: &
16 scient, quia ego Dominus. * Planctus est, &
D plangent eum: filij Gentium plangent eum:
super Aegyptum, & super multitudinẽ eius
17 plangent eum, ait Dominus Deus. * Et fa-
ctum est in duodecimo anno, in quintade-
cima mensis, factum est verbum Domini ad
18 me, dicens: * Fili hominis cane lugubre su-
per multitudinem Aegypti: & detrahe eam
ipsam, & filias Gentium robustarum ad ter-
ram vltimam cum his, qui descendunt in la-
19 cum. * Quo pulchrior es? descende, & dor-
20 mi cum incircumcisis. * In medio interfecto-
rum gladio cadẽt: gladius datus est, attraxe-

runt

runt eam,& oẽs populos eius.* Loquentur 21
ei potentissimi robustorum de medio infer-
ni, qui cũ auxiliatoribus eius descenderunt,
& dormierunt incircũcisi, interfecti gladio.
* Ibi Assur,& omnis multitudo eius:in cir- 22
cuitu illius sepulchra eius : omnes interfe- E
cti,& qui ceciderunt gladio.*Quorum data 23
sũt sepulchra in nouissimis laci: & facta est
multitudo eius per gyrũ sepulchri eius vni-
uersi interfecti, cadẽtesq. gladio,qui dederãt
quondam formidinem in terra viuentium.
* Ibi Ælam,& omnis multitudo eius ꝑ gy- 24
rum sepulchri sui omnes hi interfecti,ruen-
tesq. gladio : qui descenderunt incircumcisi
ad terram vltimam : qui posuerunt terrorẽ
suum in terra viuentium , & portauerunt
ignominiam suam cum his,qui descendunt
in lacum.* In medio interfectorum posue- 25
runt cubile eius in vniuersis populis eius:in
circuitu eius sepulchrũ illius : omnes hi in- F
circũcisi,interfectiq. gladio. dederunt enim
terrorẽ suum in terra viuentium, & porta-
uerunt ignominiam suam cum his , qui de-
scendunt in lacum : in medio interfecto-
rum positi sunt.* Ibi Mosoch,& Thubal,& 26
omnis multitudo eius:in circuitu eius sepul
chra illius , omnes hi incircumcisi , interfe-
ctiq.& cadentes gladio:quia dederũt formi-
dinem suã in terra viuentium.* Et nõ dor- 27
mient cum fortibus, cadẽtibusq. & incircũ-
cisis,qui descenderunt ad infernum cum ar-
mis suis , & posuerunt gladios suos sub ca-
pitibus suis,& fuerunt iniquitates eorum in
ossibus eorum : quia terror fortiũ facti sunt
in terra viuentium.* Et tu ergo in medio in 28
circumcisorum contereris, & dormies cum
interfectis gladio.*Ibi Idumęa,& reges eius 29
& omnes duces eius,qui dati sunt cum exer
citu suo cum interfecti gladio : & qui cum G
incircumcisis dormierunt , & cum his, qui
descendunt in lacum. * Ibi principes Aqui- 30
lonis omnes,& vniuersi venatores:qui dedu
cti sunt cum interfectis, pauentes, & in sua
fortitudine confusi : qui dormierunt incir-
cumcisi cum interfectis gladio , & portaue-
runt confusionem suam cũ his , qui descen-
dunt in lacũ.* Vidit eos Pharao,& consola- 31
tus est super vniuersa multitudine sua,quæ
interfecta est gladio, Pharao,& omnis exer-
citus eius,ait Dominus Deus:*quia dedi ter 32
rorem meum in terra viuentium,& dormi
uit in medio incircumcisorum cum inter-
fectis gladio : Pharao,& omnis multitudo
eius : ait Dominus Deus.

CAP. XXXIII.

ET factum est verbũ Domini ad me,di- 1
cens:* Fili hominis loquere ad filios po 2
puli tui,& dices ad eos: Terra cum induxe- A
ro super eam gladium,& tulerit populus ter
ræ virum vnũ de nouissimis suis,& consti-
tuerit eum super se speculatorem:*& ille vi 3
derit gladium venientem super terram , &
cecinerit buccina , & annunciauerit populo;
4 * Audiens autem, quisquis ille est,sonitum
buccinæ,& nõ se obseruauerit, veneritq. gla
dius,& tulerit eũ:sanguis ipsius super caput
5 eius erit. * Sonum buccinæ audiuit,& non
se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si au-
tem se custodierit , animam suam saluabit.
6 *Quòd si speculator viderit gladiũ venien-
B tem, & non insonuerit buccina: & populus
se non custodierit, veneritque gladius,& tu-
lerit de eis animam : ille quidem iniquitate
sua captus est,sanguinem autem eius de ma
7 nu speculatoris requiram.*″Et tu fili homi- ″Sup.3. d.17.
nis, speculatorem dedi te domui Israel: au-
diens ergo ex ore meo sermonem , annun-
8 ciabis eis ex me.*Si me dicente ad impium:
Impie,morte morieris : non fueris locutus
vt se custodiat impius à via sua:ipse impius
in iniquitate sua morietur , sanguinem aũt
9 eius de manu tua requiram.* Si aũt annun-
ciante te ad impium,vt à vijs suis conuerta-
tur, non fuerit conuersus à via sua : ipse in
iniquitate sua morietur : porrò tu animam
10 tuam liberasti.*Tu ergo fili hominis dic ad
C domum Israel : Sic locuti estis, dicentes:
Iniquitates nostræ , & peccata nostra super
nos sunt,& in ipsis nos tabescimus: quomo-
11 do ergo viuere poterimus: * ″ Dic ad eos: ″Sup.18. g.24.
Viuo ego,dicit Dominus Deus : nolo mor-
tem impij , sed vt conuertatur impius à via
sua, & viuat. Conuertimini,conuertimini à
vijs vestris pessimis : & quare moriemini
12 domus Israel?* Tu itaque fili hominis dic
ad filios populi tui : iustitia iusti non libera-
bit eum in quacunque die peccauerit:& im-
pietas impij non nocebit ei : in quacumque
die conuersus fuerit ab impietate sua:& iu-
stus non poterit viuere in iustitia sua,in qua
13 cumque die peccauerit.* Etiam si dixero iu
sto quod vita viuat,& cõfisus in iustitia sua
fecerit iniquitatem:omnes iustitiæ eius obli-
uioni tradentur , & in iniquitate sua,quam
14 operatus est,in ipsa morietur.* Si autem di
xero impio: Morte morieris: & egerit peni-
D tentiam à peccato suo , feceritque iudicium
15 & iustitiam, * & pignus restituerit ille im-
pius,rapinamq. reddiderit, in mandatis vi-
tæ ambulauerit , nec fecerit quidquam iniu-
16 stum:vita viuet,& non morietur.* Omnia
peccata eius , quæ peccauit,nec imputabun-
tur ei : iudicium, & iustitiam fecit, vita vi-
17 uet.* Et dixerunt filij populi tui : Non est
æqui ponderis via Domini, & ipsorum via
18 iniusta est. * Cum enim recesserit iustus à
iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur
19 in eis.* Et cum recesserit impius ab impie-
tate sua,feceritque iudicium,& iustitiam,vi- ″Sup.18. g.25.
20 uet in eis.*″ Et dicitis: Non est recta via
Domini, Vnumquemque iuxta vias suas iu-
21 dicabo de vobis,domus Israel.* Et factum
est in duodecimo anno , in decimo mense,
in quinta mensis transmigrationis nostræ,
venit ad me,qui fugerat de Ierusalẽ,dicens:
22 Vastata est ciuitas.*Manus autem Domini
E facta fuerat ad me vespere, antequam veni-
ret qui fugerat ; aperuitque os meum,donec
ve-
niret ad me mane,& aperto ore meo non
silui amplius.* Et factum est verbũ Domi- 23
ni ad me,dicens.* Fili hominis,qui habitant 24
in ruinosis his super humum Israel loquen-
tes aiunt. Vnus erat Abraham,& hereditate
possedit terrã nos autem multi sumus no-
bis data est terra in possessionem.* Idcirco 25
dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus. Qui F
in sanguine comeditis ,& oculos vestros le-
uatis ad immunditias vestras,& sanguinem
funditis, numquid terram hereditate possi-
debitis:* Stetistis in gladijs vestris,fecistis a- 26
bominationes,& vnusquisque vxorem pro-
ximi sui polluit, & terram hereditate possi-
debitis? * Hæc dices ad eos: Sic dicit Dñs 27
Deus. Viuo ego,quia qui in ruinosis habitãt
gladio cadẽt,& qui in agro est,bestijs trade-
tur ad deuorandum,qui autem in pręsidijs,
& speluncis sunt,peste morientur.* Et dabo 28
terrã in solitudinem, & in desertum,& de-
ficiet superba fortitudo eius , & desolabun-
tur montes Israel,eo quod nullus sit qui per
eos transeat.* Et scient quia ego Dominus, 29
cum dedero terram eorum desolatã, & de-
sertam propter vniuersas abominationes
suas,quas operati sũt.* Et tu fili hominis:fi- 30
lij populi tui , & qui loquuntur de te iuxta
muros , & in ostijs domorum , & dicunt v- G
nus ad alterum , vir ad proximum suũ lo-
quentes: Venite,& audiamus quis sit sermo
egrediens à Dño. * Et veniunt ad te, quasi 31
si ingrediatur populus , & sedent coram te
populus meus:& audiunt sermones tuos,&
non faciunt eos : quia in canticum oris sui
vertunt illos , & auaritiam suam sequitur
cor eorum. * Et es eis quasi carmen musi- 32
cum , quod suaui dulcique sono canitur : &
audiunt verba tua,& non faciunt ea. * Et 33
cum venerit quod prædictum est (ecce
enim venit)tunc scient quod prophetes fue-
rit inter eos.

CAP. XXXIV.

ET factum est verbum Dñi ad me , di- 1
cens: * Fili hominis propheta de pasto- A
ribus Israel,propheta , & dices pastoribus: 2
″Ier.23. a.1. Sup.13. a.3. Hæc dicit Dominus Deus,″ Væ pastoribus
Israel,qui pascebant semetipsos, nonne gre-
ges à pastoribus pascuntur? * Lac comede- 3
batis, & lanis operiebamini , & quod crassũ
erat occidebatis, gregem autem meum non
pascebatis * Quod infirmum fuit non con- 4
solidastis , & quod ægrotum non sanastis,
quod confractum est non alligastis,& quod
obiectum est,non reduxistis,& quod perie-
rat non quæsistis, sed cum austeritate impe-
rabatis eis , & cum potentia. * Et dispersæ 5
sunt oues meæ,eo quod non esset pastor, &
factæ sunt in deuorationem omniũ bestia-
rum agri,& dispersæ sunt.* Errauerunt gre- 6
ges mei in cunctis montibus , & in vniuer- B
so colle excelso,& super omnem faciem ter-
ræ dispersi sunt greges mei , & non erat qui
requireret,non erat,inquam, qui requireret.
7 * Propterea pastores audite verbum Domi-
8 ni: * Viuo ego,dicit Dominus Deus : quia
pro eo quod facti sunt greges mei in rapinã,
& oues meæ in deuorationem omnium be-
stiarum agri , eo quod non esset pastor, ne-
que enim quæsierunt pastores mei gregem
meum : sed pascebant pastores semetipsos,
9 & greges meos non pascebant : * Propterea
10 pastores audite verbum Domini *Hæc di-
C cit Dominus Deus : Ecce ego ipse super pa-
stores requiram gregem meum de manu
eorum,& cessare faciam eos vt vltra non pa
scant gregem , nec pascant amplius pastores
semetipsos : & liberabo gregem meum de
ore eorum : & non erit vltra eis in escam.
11 *Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego
ipse requiram oues meas , & visitabo eas.
12 * Sicut visitat pastor gregem suum in die,
quando fuerit in medio ouium suarum dis
sipatarum: sic visitabo oues meas, & libera-
bo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ
13 fuerant in die nubis,& caliginis.* Et educã
D eas de populis , & congregabo eas de terris,
& inducam eas in terram suam : & pascam
eas in montibus Israel,in riuis, & in cunctis
14 sedibus terræ: * In pascuis vberrimis pascã
eas, & in montibus excelsis Israel erunt pa-
scua earum : ibi requiescent in herbis viren-
tibus , & in pascuis pinguibus pascentur su-
15 per montes Israel.* Ego pascam oues meas:
& ego eas accubare faciam , dicit Dominus
16 Deus.* Quod perierat requiram,& qđ abie-
ctum erat reducam, & quod contractũ fue-
rat alligabo,& quod infirmum fuerat cõso-
lidabo, & quod pingue,& forte custodiã,&
17 pascã illas in iudicio.* Vos aũt greges mei,
hec dicit Dominus Deus: Ecce ego iudico in
18 ter pecus,& pecus,arietũ,& hircorũ.* Non-
E ne satis vobis erat pascua bona depasci ? in-
super,& reliquias pascuarum vestrarũ con-
culcastis pedibus vestris : & cum purissimã
aquam biberetis , reliquam pedibus vestris
19 turbabatis.* Et oues meæ his,quæ conculca
ta pedibus vestris fuerant, pascebantur, & q̃
20 pedes vestri turbauerant,hęc bibebãt.*Pro-
pterea hæc dicit Dominus Deus ad vos: Ec-
ce ego ipse iudico inter pecus pingue,& ma-
21 cilentum:*pro eo, quod lateribus,& hume
ris impingebatis,& cornibus vestris ventila-
batis omnia infirma pecora, donec disperge
22 rentur foras.*saluabo gregem meum,& nõ
erit vltra in rapinam , & iudicabo inter pe-
23 cus,& pecus*″ET SVSCITABO SVPER ″Ioan.1. g.45. & 10.b.11. Isa.40.c.18. Dan.9.g.24. Osee 3. b.5.
F EAS PASTOREM VNVM, qui pascat
eas,seruũ meũ Dauid:ipse pascet eas,& ipse
24 erit eis ĩ pastorẽ.* Ego aũt Dominus ero eis
in Deum:& seruus meus Dauid princeps in
25 medio eorũ: ego Dominus locutus sũ.* Et
faciam cum eis pactum pacis , & cessare fa-
ciam bestias pessimas de terra : & qui habi-
tant in deserto , securi dormient in saltibus.
26 * Et ponam eos in circuitu collis mei bene-
dictionem: & deducam imbrem in tempo-
27 re suo pluuiæ benedictionis erunt.* Et da-
G bit lignũ agri fructũ suũ,& terra dabit ger-
men

men suum.& erũt in terra sua absque timo-
re:& scient quia ego Dominus, cum contri-
uero catenas iugi eorũ,& eruero eos de ma-
nu imperantium sibi.* Et non erunt vltra 28
in rapinam in Gentibus, neque bestiæ terræ
deuorabunt eos: sed habitabunt cõfidenter
absque vllo errore.* Et suscitabo eis germẽ 29
nominatum: & non erunt vltra imminuti
fame in terra, neque portabunt vltra oppro-
brium Gentium.* Et scient quia ego Domi 30
nus Deus eorum cum eis, & ipsi populus
[a] Ioa.10. b.10. meus domus Israel: ait Dñs Deus.*[a] Vos au 31
tem greges mei, grege pascuæ meæ homi-
nes estis: & ego Dominus Deus vester dicit
Dominus Deus.

CAP. XXXV.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicens: 1
* Fili hominis pone faciem tuã aduer- A
sum montem Seir, & prophetabis de eo: & 2
dices illi: * Hæc dicit Dominus Deus: Ecce 3
ego ad te mons Seir, & extendam manum
meam super te, & dabo te desolatum, atque
desertũ. * Vrbes tuas demoliar, & tu deser- 4
tus eris: & scies quia ego Dominus. * Eo 5
quod fueris inimicus sempiternus, & con- B
cluseris filios Israel in manus gladij in tem-
pore afflictionis eorum, in tempore iniqui-
tatis extremæ. * Propterea viuo ego, dicit 6
Dñs Deus, qm̃ sanguini tradã te, & sanguis
te persequetur: & cum sanguinẽ oderis, san-
guis persequetur te.* Et dabo montem Seir 7
desolatum atque desertum: & auferã de eo
euntem, & redeuntem.* Et implebo mõtes 8
eius occisorum suorũ: in collibus tuis, & in
vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti
gladio cadent. * In solitudines sempiternas 9
tradam te, & ciuitates tuæ nõ habitabũtur: C
& scietis quia ego Dñs Deus.* Eo quod di- 10
xeris: Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt,
& hæreditate possidebo eas: cum Dominus
esset ibi:* Propterea viuo ego, dicit Domi- 11
nus Deus, quia faciam iuxta iram tuã, & se-
cundũ zelũ tuum, quem fecisti odio habẽs
eos: & notus efficiar per eos cum te iudica-
uero. * Et scies, quia ego Dominus audiui 12
vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de D
montibus Israel, dicẽs: Deserti, nobis ad de-
uorãdum dati sunt.* Et insurrexistis super 13
me ore vestro, & derogastis aduersum me
verba vestra: ego audiui.* Hæc dicit Domi- 14
nus Deus: Lætante vniuersa terra in solitu-
dinem te redigam.* Sicuti gauisus es super 15
hereditatẽ domus Israel, eo quod fuerit dis-
sipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons
Seir, & Idumæa omnis: & scient quia ego
Dominus.

CAP. XXXVI.

TV autem fili hominis propheta super 1
[a] Sup.6. a.3. montes Israel, & dices:[a] Montes Israel A
audite verbum Domini:* Hæc dicit Domi- 2
nus Deus: Eo quod dixerit inimicus de vo-
bis: Euge, altitudines sempiternę in hæredi-
3 tatem datæ sunt nobis: * propterea vatici-
nare, & dic: Hæc dicit Dñs Deus: Pro eo, q᷑
desolati estis, & conculcati per circuitum,
& facti in hereditatem reliquis Gentibus, &
ascendistis super labium linguæ, & oppro-
4 brium populi: * propterea montes Israel au-
dite verbum Domini Dei; Hæc dicit Domi-
nus Deus montibus, & collibus, torrentib.
vallibusq. & desertis, parietinis, & vrbibus
derelictis, quæ depopulatę sũt, & subsanna-
5 tæ à reliquis Gentibus per circuitum.* Pro-
B pterea hæc dicit Dominus Deus: Quoniam
in igne zeli mei locutus sum de reliquis Gẽ-
tibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederũt
terram meam sibi in hereditatem cum gau-
dio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt
6 eam vt vastarent:* idcirco vaticinare super
humum Israel, & dices montibus, & colli-
bus, iugis, & vallibus: Hæc dicit Dominus
Deus: Ecce ego ĩ zelo meo, & in furore meo
locutus sum, eo quod confusionem gẽtium
7 sustinueritis. * Idcirco hæc dicit Dominus
Deus: Ego leuaui manum meam vt Gẽtes,
quę in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionẽ
8 *suam portent.* Vos autem mõtes Israel ra
9 mos vestros germinetis, & fructum vestrũ
afferatis populo meo Israel: prope enim est
vt veniat:* Quia ecce ego ad vos, & conuer-
C tar ad vos, & arabimini, & accipietis semẽ-
10 tem. * Et multiplicabo in vobis homines,
omnemque domum Israel: & habitabũtur
11 ciuitates, & ruinosa instaurabũtur.* Et re-
plebo vos hominibus, & iumentis: & multi-
plicabuntur, & crescent: & habitare vos fa-
ciam sicut à principio, bonisq. donabo ma-
ioribus, quàm habuistis ab initio: & scietis
12 quia ego Dominus.* Et adducam super vos
homines populum meum Israel, & heredi-
tate possidebunt te: & eris eis in hereditatẽ,
13 & non addes vltra vt absq. eis sis.* Hæc di-
cit Dominus Deus: Pro eo quod dicunt de
vobis: Deuoratrix hominum es, & suffocãs
14 gentem tuam:* Propterea homines non co
medes amplius, & gentem tuam non neca-
15 bis vltra, ait Dominus Deus.* Nec auditam
D faciam in te amplius confusionẽ Gentiũ, &
opprobrium populorum nequaquam porta
bis, & gentem tuam non amittes amplius,
16 ait Dominus Deus.* Et factum est verbum
17 Domini ad me, dicens: * Fili hominis do-
mus Israel habitauerũt in humo sua, & pol-
luerunt eam in vijs suis, & in studijs suis
iuxta immunditiã menstruatæ facta est via
18 eorum coram me.* Et effudi indignationẽ
meam super eos pro sanguine, quem fude-
runt super terrã, & in idolis suis polluerunt
19 eam.* Et dispersi eos in Gentes, & ventila-
ti sunt in terras: iuxta vias eorum, & adin-
20 uẽtiones eorum iudicaui eos.*[a] Et ingressi [a] Isa.52. b.5.
sunt ad Gentes, ad quas introierunt, & Rom.2. d.24.
polluerunt nomen sanctum meum, cum
diceretur de eis: Populus Domini iste est, &
21 de terra eius egressi sunt.* Et peperci nomi
E ni sancto meo, quod polluerat domus Israel
in

in Gentibus, ad quas ingressi sunt.* Idcircò 22
dices domui Israel: Hæc dicit Dominus
Deus: Non propter vos ego faciam, domus
Israel: sed propter nomen sanctum meum,
quod polluistis in Gentibus, ad quas intra-
stis.* Et sanctificabo nomen meum magnũ, 23
quod pollutum est inter Gẽtes: quod pollui-
stis in medio earũ: vt sciant Gentes: quia ego
Dñs, ait Dominus exercituum, cum sancti-
catus fuero in vobis coram eis.* Tollã quip- 24
pè vos de Gentibus: & congregabo vos de v-
niuersis terris, & adducam vos in terram ve
stram. * Et effundam super vos aquã mun- 25
dam, & mundabimini ab omnibus inquina-
mentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris
[a] Sup.11. d.19. mundabo vos. *[a] Et dabo vobis cor nouũ, 26
& spiritum nouum ponam in medio vestri:
& auferam cor lapideum de carne vestra, &
dabo vobis cor carneum.* Et spiritum meũ 27
ponam in medio vestri: & faciam, vt in præ- F
ceptis meis ambuletis, & iudicia mea custo-
diatis, & operemini.* Et habitabitis in ter- 28
ra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi
in populum, & ego ero vobis in Deum. * Et 29
saluabo vos ex vniuersis inquinamentis ve-
stris: & vocabo frumentum, & multiplicabo
illud, & non imponam vobis famem. * Et 30
multiplicabo fructũ ligni, & genimina agri,
vt nõ portetis vltra opprobriũ famis in Gen
tibus.* Et recordabimini viarum vestrarum 31
pessimarum, studiorumq. non bonorum: &
displicebunt vobis iniquitates vestræ, & sce-
lera vestra. * Non propter vos ego faciã, ait 32
Dominus Deus, notum sit vobis, confundi-
mini & erubescite super vijs vestris, domus
Israel. * Hæc dicit Dominus Deus: In die, 33
qua mandauero vos ex omnibus iniquitati-
bus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & in- G
staurauero ruinosa, * & terra deserta fuerit 34
exculta, quæ quondã erat desolata in oculis
omnis viatoris, * dicẽt: Terra illa inculta, fa- 35
cta est, vt hortus voluptatis: & ciuitates de-
sertæ, & destitutæ atque suffossæ, munitę se-
derunt. * Et scient Gentes quæcumque de- 36
relictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego
Dñs ædificaui dissipata, plantauiq. inculta,
ego Dñs locutus sim, & fecerim.* Hæc dicit 37
Dñs Deus: Adhuc in hoc inuenient me do-
mus Israel, vt faciam eis: Multiplicabo eos si-
cut gregem hominum, * vt gregem sanctũ, 38
vt gregem Ierusalem in solemnitatibus eius:
Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus
hominum: & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

FActa est super me manus Domini, & e- 1
duxit me in spiritu Domini: & dimisit A
me in medio campi, qui erat plenus ossibus.
* Et circumduxit me per ea in gyro: erãt au- 2
tem multa valde super faciem campi, siccaq.
vehementer. * Et dixit ad me: Fili hominis 3
putasne viuent ossa ista? Et dixi: Domine
Deus, tu nosti. * Et dixit ad me: Vaticina- 4
re de ossibus istis; & dices eis; Ossa arida au-
5 dite verbum Domini.* Hæc dicit Dominus
Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in
6 vos spiritum, & viuetis. * Et dabo super vos
B neruos, & succrescere faciam super vos car-
nes, & superextendam in vobis cutem: & da-
bo vobis spiritum, & viuetis, & scietis quia
7 ego Dominus. * Et prophetaui sicut præce-
perat mihi: factus est autem sonitus, prophe-
tante me, & ecce commotio: & accesserunt
ossa ad ossa, vnũquodque ad iuncturã suã.
8 * Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes a-
scẽderunt: & extenta est in eis cutis desuper,
9 & spiritum non habebant. * Et dixit ad me:
C Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili homi-
nis, & dices ad spiritum. Hęc dicit Dominus
Deus: A quatuor ventis veni spiritus, &
insuffla super interfectos istos, & reuiui-
10 scant: * Et prophetaui sicut præceperat mi-
hi, & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt,
steteruntq. super pedes suos exercitus gran-
11 dis nimis valde.* Et dixit ad me: Fili homi-
nis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est: ipsi
dicunt Aruerũt ossa nostra, & perijt spes no
12 stra, & abscissi sumus. * Propterea vaticina-
re, & dices ad eos: Hęc dicit Dominus Deus.
Ecce ego aperiã tumulos vestros, & educam
D vos de sepulchris vestris populus meus: &
13 inducã vos in terram Israel.* Et scietis quia
ego Dominus, cũ aperuero sepulchra vestra,
& eduxero vos de tumulis vestris popule
14 meus. * Et dedero spiritũ meum in vobis,
& vixeritis, & requiescere vos faciam super
humum vestrã, & scietis quia ego Dominus
15 locutus sum, & feci, ait Dominus Deus.* Et
16 factus est sermo Domini ad me, dicens:* Et
tu fili hominis sume tibi lignum vnum: &
scribe super illud: Iudæ, & filiorum Israel
sociorum eius: & tolle lignum alterum, &
E scribe super illud: Ioseph ligno Ephraim,
& cunctæ domui Israel, sociorumque eius.
17 * Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in li
gnum vnum: & erunt in vnionem in manu
18 tua. * Cum autem dixerint ad te filij popu-
li tui loquentes: Nonne indicas nobis quid
19 in his tibi velis? * loqueris ad eos: Hic dicit
Dominus Deus: Ecce ego assumam lignum
Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tri-
bus Israel, quæ sunt ei adiunctæ, & dabo
eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas
in signum vnum, & erunt vnum in manu
20 eius.* Erunt autem ligna, super quæ scri-
21 pseris in manu tua, in oculis eorum.* Et di-
F ces ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce
ego assumã filios Israel de medio nationũ,
ad quas abierũt, & congregabo eos vndique,
22 & adducam eos ad humum suam.*[a] Et fa- [a] Io.10.
ciam eos in gentem vnam in terra in monti- b.16.
bus Israel, & rex vnus erit omnibus impe-
rans, & nõ erunt vltra duæ gentes, nec diui-
23 dentur amplius in duo regna. * Neque pol-
luentur vltra in idolis suis, & abominationi-
bus suis, & cunctis iniquitatibus suis, & sal-
uos eos faciã de vniuersis sedibus, in quibus
peccauerũt. & emundabo eos, & erunt mihi [a] Sup.32
24 populus, & ego ero eis Deus.*[a] Et seruus f.23.
meus

Ioan. 1. meus Dauid rex super eos, & pastor vnus e- G
g.45. rit omnium eorum in iudicijs meis ambula-
Isa.40.c. bunt,& mandata mea custodient, & facient
11. ea. * Et habitabunt super terram,quam de- 25
Ier.23. di seruo meo Iacob,in qua habitauerunt pa-
a.5. tres vestri : & habitabunt super eam ipsi, &
Dan.9. filij eorum,& filij filiorum eorum, vsque in
g.24. sempiternũ: & Dauid seruus meus princeps
" Io.12. eorum in perpetuum. *" Et percutiam illis 26
e.34. fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis:
Ps.109. & fundabo eos,& multiplicabo,& dabo san-
b.4.& ctificationem meam in medio eorũ in per-
106.a.2. petuum. * Et erit tabernaculum meum in 27
eis:& ero eis Deus, & ipsi erunt mihi popu-
lus * Et scient Gẽtes:quia ego Dominus san 28
ctificator Israel,cum fuerit sanctificatio mea
in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

Inf. 39. a.1. Apo.20. c.8.
ET factus est sermo Domini ad me,dicẽs 1
* Fili hominis pone faciem tuam contra 2
Gog,terram Magog, principem capitis Mo- A
soch,& Thubal:& vaticinare de eo,*& dices 3
ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
ad te Gog principẽ capitis Mosoch, & Thu-
bal, * & circumagam te, & ponam frenum 4
in maxillis tuis: & educam te, & omnem e-
xercitum tuum, equos & equites vestitos lo-
ricis vniuersos,multitudinem magnam, ha-
stam,& clypeum arripientium, & gladium.
* Persæ, Æthiopes,& Libyes cum eis,omnes 5
scutati,& galeati.* Gomer, & vniuersa ag- 6
mina eius, domus Thogorma, latera Aqui- B
lonis, & totum robur eius, populique multi
tecum. * Præpara, & instrue te, & omnem 7
multitudinem tuam, quæ coaceruata est ad
te:& esto eis in præceptum. * Post dies mul- 8
tos visitaberis: in nouissimo annorum ve-
nies ad terram, quæ reuersa est à gladio, &
congregata est de populis multis ad montes
Israel,qui fuerint deserti iugiter: hæc de po-
pulis educta est, & habitabunt in ea confi-
denter vniuersi. * Ascendens autem quasi 9
tempestas venies, & quasi nubes, vt operias C
terram tu, & omnia agmina tua, & populi
multi tecum. * Hæc dicit Dominus Deus: 10
In die illa ascendẽt sermones super cor tuũ,
& cogitabis cogitationem pessimam:* & di- 11
ces: Ascendam ad terram absque muro: ve-
niam ad quiescentes,habitantesque securè:
hi omnes habitant sine muro, vectes,& por-
tæ non sunt eis.* Vt diripias spolia,inuadas 12
prædam,vt inseras manum tuam super eos, D
qui deserti fuerant, & postea restituti, & su-
per populum, qui est congregatus ex Genti-
bus, qui possidere cœpit, & esse habitator
vmbilici terræ. * Saba,& Dedan,& negocia- 13
tores Tharsis,& omnes leones eius dicent ti-
bi: Numquid ad sumenda spolia tu venis?
ecce ad diripiendam prædam congregasti
multitudinem tuam, vt tollas argentum, &
aurum, & auferas supellectilem, atque sub-
stantiam, & diripias manubias infinitas.
* Propterea vaticinare fili hominis, & dices 14
E ad Gog : Hæc dicit Dominus Deus: Num-
quid non in die illo, cum habitauerit popu-
15 lus meus Israel confidenter,scies? * Et ve-
nies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu, &
populi multi tecum ascensores equorũ vni-
uersi cœtus magnus, & exercitus vehemens.
16 * Et ascendes super populum meum Is-
rael quasi nubes,vt operias terram. In nouis-
simis diebus eris, & adducam te super terrã
meam: vt sciant Gentes me,cum sanctifica-
17 tus fuero in te in oculis eorum,ô Gog.* Hęc
dicit Dominus Deus: Tu ergo ille es,de quo
F locutus sum in diebus antiquis in manu ser-
uorum meorum prophetarum Israel, quia
prophetauerunt in diebus illorum tempo-
18 rum,vt adducerem te super eos. * Et erit in
die illa, in die aduentus Gog super terram
Israel, ait Dominus Deus, ascendet indigna-
19 tio mea in furore meo. * Et in zelo meo in
igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa
erit commotio magna super terram Israel: " Matt. 24.c.29. Luc.21. c.26.
20 * & " commouebuntur à facie mea pisces
maris,& volucres cæli,& bestiæ agri, & om-
ne reptile,quod mouetur super humum cũ-
cti homines, qui sunt super faciem terræ, &
subuertentur montes, & cadent sepes,& om
21 nis murus corruat in terram. * Et conuoca-
G bo aduersus eum in cunctis montibus meis
gladium, ait Dominus Deus: gladius vnius-
22 cuiusque in fratrem suum dirigetur. * Et
iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre
vehementi,& lapidibus immensis: ignem,&
sulphur pluam super eum, & super exerci-
tum eius: & super populos multos, qui sunt
23 cum eo.* Et magnificabor,& sanctificabor:
& notus ero in oculis,multarum gentium,&
scient quia ego Dominus.

CAP. XXXIX.

1 A TV autem fili hominis vaticinare aduer-
sum Gog, & dices: Hæc dicit Dominus
Deus: Ecce ego super te Gog principem capi-
2 tis Mosoch, & Thubal: & circũagam te, * &
educam te, & ascendere te faciam de lateri-
bus Aquilonis, & adducam te super montes
3 Israel. * Et percutiam arcum tuum in manu
sinistra tua, & sagittas tuas de manu dexte-
4 ra tua deijciam. * Super montes Israel cades
tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui
sunt tecum, feris, auibus,omniq. volatili, &
5 bestijs terrę dedi te ad deuorandum.*Super
faciem agri cades: quia ego locutus sum, ait
6 Dominus Deus. * Et immittam ignem in
B Magog,& in his, qui habitant in insulis con-
7 fidenter: & scient quia ego Dominus.* Et
nomen sanctum meum notum faciam in
medio populi mei Israel, & non polluam no
men sanctum meum amplius: & scient Gen
8 tes, quia ego Dominus sanctus Israel. * Ecce
venit,& factum est, ait Dominus Deus: hæc
9 est dies, de qua locutus sum. * Et egredien-
tur habitatores de ciuitatibus Israel, & suc-
cendent, & comburent arma, clypeum, &
hastas,arcum,& sagittas, & baculos manuũ,
& con-

& contos: & succendent ea igni septem an-
nis. * Et non portabunt ligna de regionibus, 10
neque succident de saltibus: quoniam arma C
succendent igni, & deprædabuntur eos, qui-
bus prædæ fuerant, & diripient vastatores
suos,ait Dominus Deus. * Et erit in die illa: 11
dabo Gog locum nominatum sepulchrum
in Israel: vallem viatorum ad Orientẽ ma-
ris,quæ obstupescere faciet prætereuntes: &
sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem
eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.
* Et sepelient eos domus Israel, vt mundẽt 12
terram septem mensibus. * Sepeliet autem 13
eum omnis populus terræ, & erit eis nomi-
nata dies, in qua glorificatus sum,ait Domi-
nus Deus. * Et viros iugiter constituent lu- 14
strantes terram, qui sepeliant, & requirant D
eos, qui remanserant super faciem terræ, vt
emundent eam: post menses autem septem
quærere incipient.* Et circuibunt peragran- 15
tes terram: cumque viderunt os hominis,sta
tuent iuxta illud titulum, donec sepeliant il-
lud pollinctores in valle multitudinis Gog.
* Nomen autem ciuitatis Amona, & mun- 16
dabunt terram.* Tu ergo fili hominis, hæc 17
dicit Dominus Deus: Dic omni volucri, &
vniuersis auibus,cunctisque bestijs agri: Cõ- E
uenite,properate, concurrite vndique ad vi-
ctimam meam, quam ego immolo vobis,
victimam grandem super montes Israel: vt
comedatis carnem, & bibatis sanguinem.
* Carnes fortium comedetis, & sanguinem 18
principum terræ bibetis: arietum, & agno-
rum,& hircorum,taurorumque, & altilium
pinguium omnium.* Et comedetis adipem 19
in saturitatem, & bibetis sãguinem in ebrie-
tatem, de victima, quam ego immolabo vo-
bis: * & saturabimini super mensam meam 20
de equo, & equite forti, & de vniuersis viris
bellatoribus,ait Dominus Deus.* Et ponam 21
gloriam meam in Gentibus, & videbũt om-
nes gentes iudicium meum, quod fecerim,
& manum meam, quã posuerim super eos.
* Et scient domus Israel: quia ego Dominus 22
Deus eorum à die illa,& deinceps. * Et sciẽt 23
Gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit F
domus Israel, eo quod dereliquerint me, &
absconderim faciem meam ab eis, & tradi-
derim eos in manus hostium, & ceciderint
in gladio vniuersi. * Iuxta immunditiam 24
eorum, & scelus feci eis, & abscondi faciem
meam ab illis. * Propterea hæc dicit Domi- 25
nus Deus: Nunc reducam captiuitatem Ia-
cob,& miserebor omnis domus Israel: & as-
sumam zelũ pro nomine sancto meo. * Et 26
portabunt confusionem suam, & omnem G
præuaricationem, qua præuaricati sunt in
me,cum habitauerint in terra sua,confiden-
ter neminem formidãtes:* & reduxero eos 27
de populis,& congregauero de terris inimi-
corum suorum, & sanctificatus fuero in eis
Sup.36. e.23. in oculis gentium plurimarum. *" Et scient 28
quia ego Dominus Deus eorũ,eo quod tran-
stulerim eos in nationes, & congregauerim
eos super terram suam,& non dereliquerim
29 quemquam ex eis ibi. * Et non abscondam
vltra faciem meam ab eis, eo quod effude-
rim spiritum meum super omnem domum
Israel,ait Dominus Deus.

CAP. XL.

1 A IN vigesimo quinto anno transmigratio-
nis nostrę,in exordio anni,decima mensis
quartodecimo anno postquam percussa est
ciuitas:in ipsa hac die facta est super me ma-
2 nus Domini,& adduxit me illuc. * In visio-
nibus Dei adduxit me in terrã Israel, & di-
misit me super montem excelsum nimis,su-
per quem erat quasi ædificium ciuitatis ver-
3 gentis ad Austrum.* Et introduxit me illuc,
& ecce vir, cuius erat species quasi species
æris, & funiculus lineus in manu eius, & ca-
lamus mensuræ in manu eius: stabat autem
4 in porta.* Et locutus est ad me idem vir: Fi-
li hominis vide oculis tuis, & auribus tuis
audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ego
ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi ad-
ductus es huc: annuncia omnia, quæ tu vi-
5 des, domus Israel.* Et ecce murus forinsecus
in circuitu domus vndique, & in manu viri
calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo,
& mensus est latitudinem ædificij calamo
6 vno, altitudinem quoque calamo vno. * Et
venit ad portam,quæ respiciebat viam orien
talem:& ascendit per gradus eius:& mensus
B est limen portæ calamo vno latitudinem,
id est, limen vnum calamo vno in latitudi-
7 ne: * & thalamum vno calamo in longum,
& vno calamo in latum: & inter thalamos,
8 quinque cubitos: * & limen portæ iuxta ve-
stibulum portæ intrinsecus, calamo vno.
9 * Et mensus est vestibulum portæ octo cu-
bitorum:& frontem eius duobus cubitis: ve-
10 stibulũ autem portæ erat intrinsecus. * Por-
rò thalami portæ ad viam Orientalem, tres
hinc,& tres inde: mensura vna triũ, & men-
11 sura vna frõtium ex vtraque parte.* Et mẽ-
sus est latitudinem liminis portę, decem cu-
bitorum: & longitudinem portæ, tredecim
12 cubitorum. * Et marginem ante thalamos
cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinque:
thalami autem sex cubitorum erant hinc,
13 & inde.* Et mensus est portam à tecto tha-
lami, vsque ad erectum eius, latitudinem vi-
gintiquinque cubitorum: ostium contra o-
14 stium. * Et fecit frontes per sexaginta cubi-
tos: & ad frontem atrium portæ vndiq. per
15 circuitum. * Et ante faciem portæ, quæ per-
tingebat vsque ad faciem vestibuli portæ in-
16 terioris, quinquaginta cubitos.* Et fenestras
C obliquas in thalamis,& in frontibus eorum,
quæ erant intra portam vndique per circui-
tum: similiter autem erãt,& in vestibulis fe-
nestræ per gyrũ intrinsecus, & ante frontes
17 pictura palmarum. * Et eduxit me ad atriũ
exterius, & ecce gazophylacia, & pauimen-
tum stratum lapide in atrio per circuitũ: tri-
ginta gazophylacia in circuitu pauimenti.
18 * Et pauimentum in fronte portarum secũ-
dum

dum longitudinem portarum erat inferius.
* Et mensus est latitudinẽ à facie portæ in- 19
ferioris vsque ad frontem atrij interioris ex
trinsecus, centum cubitos ad Orientem, &
ad Aquilonem, * Portam quoque, quæ respi- 20
ciebat viam Aquilonis atrij exterioris, men
sus est tam in longitudine, quàm in latitudi
ne. * Et thalamos eius tres hinc, & tres inde: 21
& frontem eius, & vestibulum eius secundũ
mensuram portæ prioris, quinquaginta cubi
torum longitudinem eius, & latitudinem vi
gintiquinque cubitorum. * Fenestræ autem 22
eius, & vestibulum, & sculpturæ secundum
mensuram portæ, quæ respiciebat ad Orien- D
tem: & septem graduum erat ascensus eius,
& vestibulum ante eam. * Et porta atrij inte- 23
rioris contra portam Aquilonis, & Oriental
lem: & mensus est à porta vsque ad portam
centum cubitos. * Et eduxit me ad viam au- 24
stralem, & ecce porta, quę respiciebat ad Au
strum: & mẽsus est frontem eius, & vestibu
lum eius iuxta mensuras superiores. * Et fe- 25
nestras eius, & vestibula in circuitu, sicut fe
nestras ceteras: quinquaginta cubitorum lon
gitudine, & latitudine viginti quinque cubi
torum. * Et in gradibus septem ascendeba- 26
tur ad eam: & vestibulum ante fores eius, &
cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera in
de in fronte eius. * Et porta atrij interioris 27
in via australi: & mensus est à porta vsque
ad portam in via australi, centum cubitos.
* Et introduxit me in atrium interius ad 28
portam australem: & mẽsus est portam iux
ta mensuras superiores. * Thalamum eius, 29
& frontem eius, & vestibulum eius eisdem
mensuris, & fenestras eius, & vestibulum
eius in circuitu quinquaginta cubitos longi
tudinis, & latitudinis vigintiquinque cubi
tos. * Et vestibulum per gyrũ lõgitudine vi- 30
gintiquinque cubitorum: & latitudine quin- E
que cubitorum. * Et vestibulum eius ad 31
atrium exterius, & palmas eius in fronte: &
octo gradus erant, quibus ascendebatur per
eam. * Et introduxit me in atrium interius 32
per viam orientalem: & mensus est portam
secundum mensuras superiores. * Thala- 33
mum eius, & frontem eius, & vestibulum
eius sicut supra: & fenestras eius, & vestibula
eius in circuitu, longitudine quinquaginta
cubitorum, & latitudine vigintiquinque cu
bitorum. * Et vestibulũ eius, id est, atrij ex- 34
terioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc
& inde, & in octo gradibus ascensus eius.
* Et introduxit me ad portam, quæ respicie- 35
bat ad Aquilonem, & mensus est secundum
mensuras superiores. * Thalamum eius, & 36
frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras
eius per circuitum, longitudine quinquagin
ta cubitorum, & latitudine vigintiquinque
cubitorum. * Et vestibulum eius respiciebat 37
ad atrium exterius: & cælatura palmarum
in fronte eius hinc, & inde: & in octo gradi
bus ascensus eius. * Et per singula gazophy- 38
lacia ostium in frontibus, portarum: ibi laua- F
bant holocaustum. * Et in vestibulo portæ, 39
duæ mensæ hinc, & duæ mẽsæ inde: vt im-
moletur super eas holocaustum, & pro pec- 40
cato, & pro delicto. * Et ad latus exterius,
quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit
ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alte-
rum ante vestibulum portæ, duæ mensæ. 41
* Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ
inde: per latera portæ octo mensæ erant, su- 42
per quas immolabant. * Quatuor autem
mensæ ad holocaustum, de lapidibus qua-
dris extructæ: longitudine cubiti vnius, &
dimidij: & latitudine cubiti vnius, & dimi-
dij: & altitudine cubiti vnius, super quas po-
nãt vasa, in quibus immolatur holocaustũ, 43
& victima. * Et labia earũ palmi vnius, re-
flexa intrinsecus per circuitum: super men- 44
sas autem carnes oblationis. * Et extra por-
tam interiorem gazophylacia cantorum in
atrio interiori, quod erat in latere portæ re-
spicientis ad Aquilonem: & facies eorum
G contra viam Australem, vna ex latere portæ
Orientalis, quæ respiciebat ad viam Aquilo- 45
nis. * Et dixit ad me: Hoc est gazophylaciũ
quod respicit viam Meridianam, sacerdo-
tum erit, qui excubant in custodijs templi.
46 * Porro gazophylacium, quod respicit ad
viam Aquilonis sacerdotum erit, qui excu-
bãt ad ministerium altaris isti sunt filij Sa-
doc, qui accedunt de filijs Leui ad Dominũ
47 vt ministrent ei. * Et mensus est atrium lõ-
gitudine centum cubitorum, & latitudine
centum cubitorum per quadrum: & altare
48 ante faciem templi. * Et introduxit me in
vestibulum templi: & mensus est vestibulũ
quinque cubitis hinc, & quinque cubitis in-
de: & latitudinem portæ trium cubitorum
49 hinc, & trium cubitorum inde. * Longitu-
dinem autem vestibuli viginti cubitorum
& latitudinem vndecim cubitorum, &
octo gradibus ascendebatur ad eam. Et co-
lumnæ erant in frontibus: vna hinc, & alte-
ra inde.

CAP. XLI.

1 A ET introduxit me in templũ, & mensus
est frontes, sex cubitos latitudinis hinc,
& sex cubitos inde, latitudinẽ tabernaculi.
2 * Et latitudo portæ, decem cubitorum erat:
& latera portæ, quinq. cubitis hinc, & quin-
que cubitis inde: & mensus est longitudinẽ
eius quadraginta cubitorum, & latitudinem
3 viginti cubitorum. * Et introgressus intrinse-
cus mẽsus est in fronte portæ duos cubitos
& portã, sex cubitorum, & latitudinem por-
tæ, septem cubitorum. * Et mensus est lõgi-
tudinem eius viginti cubitorum, & latitudi-
nem eius viginti cubitorum, ante faciem tẽ-
pli: & dixit ad me: Hoc est sanctum sancto-
5 rum. * Et mẽsus est parietem domus sex cu-
bitorum: & latitudinem lateris quatuor cu-
6 bitorum vndiq per circuitum domus. * La-
tera autem, latus ad latus bis triginta tria: &
erant eminentia, quæ ingrederentur per pa-
rietem domus, in lateribus per circuitũ, vt
con-

continerent, & non attingerent parietem tẽ-
pli. * Et platea erat in rotundum, ascendens 7
sursum per cochleam, & in cenaculum tem- B
pli deferebat per gyrum: idcircò latius erat
templum in superioribus: & sic de inferio-
ribus ascendebatur ad superiora in medũ.
* Et vidi in domo altitudinem per circuitũ. 8
fundata latera ad mensuram calami sex cu-
bitorum spatio: * & latitudinẽ per parietem 9
lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat
interior domus in lateribus domus. * Et in 10
ter gazophylacia latitudinem viginti cubito-
ru in circuitu domus vndique, * & ostiũ la- 11
teris ad orationem: ostium vnum ad viam
Aquilonis, & ostium vnum ad viam Austra-
lem: & latitudinem loci ad orationem quin-
que cubitorum in circuitu. * Et ædificium, 12
quod erat separatum, versumque ad viam
respicientem ad mare, latitudinis septuagin-
ta cubitorum, paries autem ædificij, quinque
cubitorum latitudinis per circuitum, & lon-
gitudo eius nonaginta cubitorum. * Et men- 13
sus est domus lõgitudinem, centum cubito- C
rum: & quod separatum erat ædificium, &
parietes eius, longitudinis centum cubitorũ.
* Latitudo autem ante faciẽ domus: & eius 14
quod erat separatum contra Orientem, cen-
tum cubitorum. * Et mensus est longitudi- 15
nẽ ædificij contra faciem eius, quod erat se-
paratum ad dorsum: ethecas ex vtraque par-
te centum cubitorum: & templum interius,
& vestibula atrij. * Limina, & fenestras obli- 16
quas, & ethecas in circuitu per tres partes, cõ-
tra vniuscuiusque limen, stratumque ligno
per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad
fenestras, & fenestræ clausæ super ostia. * Et 17
vsque ad domum interiorem, forinsecus per
omnem parietem in circuitu intrinsecus,
& forinsecus, ad mẽsum. * Et fabrefacta cheru- 18
bim & palmæ: & palma inter cherub, & che-
rub duasque facies habebat cherub * Faciem 19
hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciẽ
leonis iuxta palmã ex alia parte: expressam
per omnem domum in circuitu. * De terra 20
vsque ad superiora portæ, cherubim, & pal- D
mæ cælatæ erant in pariete templi. * Limen 21
quadrangulum, & facies sanctuarij, aspectus
contra aspectum. * Altaris ignei trium cubi- 22
torum altitudo: & longitudo eius duorum
cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius:
& parietes eius lignei. Et locutus est ad me:
Hæc est mensa coram Domino. * Et duo 23
ostia erant in templo, & in sanctuario. * Et 24
in duobus ostijs, ex vtraque parte bina erant
ostiola, quæ in se inuicem plicabantur: bina
enim ostia, erant ex vtraque parte ostiorum.
* Et cælata erant in ipsis ostijs tepli cheru- 25
bim, & sculpturæ palmarum, sicut in parieti-
bus quoque expressæ erant: quam ob rem, &
grossiora erant ligna in vestibuli fronte, fo-
rinsecus. * Super quæ fenestræ obliquæ, & 26
similitudo palmarum hinc atque inde in hu
merulis vestibuli. secundum latera domus
latitudinemque parietum.

CAP. XLII.

1 A ET eduxit me in atrium exterius p viam
educentem ad Aquilonem, & introdu-
xit me in gazophylacium, quod erat contra
separatum ædificium, & contra ædem ver-
2 gentem ad Aquilonem. * In facie longitudi-
nis centum cubitos ostij Aquilonis: & latitu-
3 dinis quinquaginta cubitos, * contra viginti
cubitos atrij interioris, & cõtra pauimentum
stratum lapide atrij exterioris, vbi erat por-
4 ticus iuncta porticui triplici. * Et ante gazo-
phylacia deambulatio decem cubitorũ lati-
tudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti v-
5 nius. Et ostia eorum ad Aquilonem. * Vbi e-
rant gazophylacia in superioribus humilio-
ra: quia supportabãt porticus, quę ex illis emi
nebant de inferioribus, & de medijs ædificij.
6 * Tristega enim erant, & non habebant colũ-
B nas, sicut erant columnę atriorum: propterea
eminebant de inferioribus, & de medijs à ter
7 ra cubitis quinquaginta. * Et peribolus exte-
rior secũdum gazophylacia, quæ erant in via
atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo
8 eius quinquaginta cubitorum. * Quia longi-
tudo erat gazophylaciorum atrij exterioris
quinquaginta cubitorum: & longitudo ante
9 faciem templi, centum cubitorum. * Et erat
subter gazophylacia hæc introitus ab Orien-
10 te ingredientium in ea de atrio exteriori. *
In latitudine periboli atrij, quod erat contra
viam Orientalem, in faciẽ ædificij separati, &
11 erant ante ædificium gazophylacia. * Et via
ante faciẽ eorum iuxta similitudinem gazo-
phylaciorum, quæ erant in via Aquilonis:
C secundum longitudinem eorum, sic & latitu
do eorum: & omnis introitus eorũ, & simi-
12 litudines, & ostia eorum, * secundum ostia
gazophylaciorum, quæ erant in via respiciẽ-
te ad Notũ: ostium in capite viæ: quæ via e-
rat ante vestibulum separatum per viã Orie
13 talem ingredientibus. * Et dixit ad me: Ga-
zophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri
quæ sunt ante ædificium separatum: hæc
sunt gazophylacia sancta: in quibus vescun-
tur sacerdotes, qui appropinquant ad Domi-
num in sancta sanctorum: ibi ponent sancta
sanctorum, & oblationem pro peccato et pro
14 delicto: locus enim sanctus est. * Cum autem
ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur
de sanctis in atrium exterius: & ibi reponent
vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sã-
cta sunt: vestientur que vestimentis alijs, &
15 sic procedent ad populum. * Cumque cõ-
D plesset mensuras domus interioris, eduxit
me per viam portæ, quæ respiciebat ad viam
Orientalem: & mensus est eam vndique per
16 circuitum. * Mensus est autem cõtra vẽtum
Orientalem calamo mensuræ, quingẽtos cala
17 mos in calamo mensuræ per circuitum. * Et
mensus est contra ventum. Aquilonis quin-
gentos calamos in calamo mensuræ per gy-
18 rum. * Et ad ventum Australem mensus est
quingentos calamos in calamo mensuræ per
19 circuitum. * Et ad ventum Occidentalem
men-

mensus est quingentos calamos in calamo
mensuræ. * Per quatuor ventos mensus est 20
murum eius vndique per circuitum, lõgitu-
dinem quingentorum cubitorum, & latitu-
dinem quingentorum cubitorum diuiden-
tem inter sanctuarium, & vulgi locum.

CAP. XLIII.

ET duxit me ad portam, quæ respiciebat 1
ad viam Orientalem. * Et ecce gloria 2
Dei Israel ingrediebatur per viam Orienta-A
lem: & vox erat ei quasi vox aquarum mul-
tarum, & terra splendebat à maiestate eius.
[a] Sup. 9. a. 1. * [a] Et vidi visionem secundum speciem, quã 3
[b] Sup. 1. a. 1. 3. videram, quando venit vt disperderet ciui-
tatem: & species secundum aspectum, [b] quã
videram iuxta fluuium Chobar: & cecidi su-
per faciem meam. * Et maiestas Domini in- 4
greffa est templum per viam portæ, quæ re-
spiciebat ad Orientem. * Et eleuauit me spi- 5
ritus, & introduxit me in atrium interius: &
Ecce repleta erat gloria Domini domus. * Et 6
audiui loquẽtem ad me de domo, & vir qui
stabat iuxta me, * dixit ad me: Fili hominis, 7
locus solij mei, & locus vestigiorum pedum B
meorum, vbi habito in medio filiorũ Israel
in æternũ: & non polluẽt vltra domus Israel
nomen sanctum meum, ipsi, & reges eorum
in fornicationibus suis, & in ruinis regum
suorum, & in excelsis. * Qui fabricati sunt li-
men suum iuxta limen meum, & postes suos 8
iuxta postes meos: & murus erat inter me, &
eos: & polluerunt nomen sanctum meum
in abominationibus, quas fecerunt: propter
quod consumpsi eos in ira mea. * Nunc ergo 9
repellant procul fornicationem suam, & rui- C
nas regum suorum à me: & habitabo in me-
dio eorum semper. * Tu autem fili homi- 10
nis ostende domui Israel templũ, & confun-
dãtur ab iniquitatibus suis, & metiantur fa-
bricam: * & erubescant ex omnibus, quæ fe- 11
cerunt: Figuram domus, & fabricæ eius exi-
tus, & introitus, & omnem descriptionem
eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumque
ordinem eius, & omnes leges eius ostẽde eis,
& scribes in oculis eorũ: vt custodiãt omnes
descriptiones eius, & præcepta illius, & faciãt
ea. * Ista est lex domus in summitate mon- 12
tis: Omnis finis eius in circuitu, sanctum san-
ctorum est: hæc est ergo lex domus * Hæc au- 13
tem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui D
habebat cubitum, & palmũ: in sinu eius erat
cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio
eius vsque ad labium eius, & in circuitu pal-
mus vnus, hæc quoque erat fossa altaris * Et 14
de sinu terræ vsque ad crepidinem noui-
mam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: &
à crepidine minore vsque ad crepidinem ma
iorẽ quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius.
* Ipse autem Ariel quatuor cubitorum: & ab 15
Ariel vsque ad sursum, cornua quatuor. * Et 16
Ariel duodecim cubitorum in longitudine E
per duodecim cubitos latitudinis: quadran-
gulatum æquis lateribus. * Et crepido qua- 17
tuordecim cubitorum longitudinis per qua-
tuordecim cubitos latitudinis in quatuor an-
gulis eius: & corona in circuitu eius dimidij
cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circuitũ:
gradus autem eius versi ad Orientem.
18 * Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit Do
minus Deus: Hi sunt ritus altaris in quacun-
que die fuerit fabricatum: vt offeratur super
illud holocaustum, & effundatur sanguis.
19 * Et dabis Sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt
F de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait do-
minus Deus, vt offerant mihi vitulum de ar-
20 mento pro peccato. * Et assumens de san-
guine eius, pones super quatuor cornua eius,
& super quatuor angulos crepidinis, & super
coronam in circuitu, & mundabis illud, &
21 expiabis. * Et tolles vitulum, qui oblatus fue
rit pro peccato, & combures eum in separa-
22 to loco domus extra sanctuarium. * Et in die
secunda offeres hircum caprarum immacu-
latum pro peccato: & expiabunt altare, si-
23 cut expiauerunt in vitulo. * Cũque comple-
G ueris expians illud, offeres vitulum de ar-
mento immaculatum, & arietem de grege
24 immaculatum. * Et offeres eos in conspe-
ctu Domini, & mittent sacerdotes super eos
sal, & offerent eos holocaustum Domino.
25 * Septem diebus facies hircum pro peccato
26 quotidie. & vitulum de armento, & arietẽ
de pecoribus immaculatos offerent. * Se-
ptem diebus expiabunt altare, & mundabũt
27 illud: & implebunt manum eius. * Exple-
tis autem diebus, in die octaua: & vltra, fa-
cient sacerdotes super altare holocausta ve-
stra, & quæ pro pace offerunt: & placatus
ero vobis, ait Dominus Deus.

CAP. XLIV.

1 A ET conuertit me ad viam portæ sanctua-
rij exterioris, quæ respiciebat ad Orien-
2 tem, & erat clausa. * Et dixit Dominus ad
me: Porta hæc clausa erit: non aperietur,
& vir non transibit per eam: quoniam Do-
minus Deus Israel ingressus est per eam, erit
3 que clausa * principi. Princeps ipse sedebit
in ea, vt comedat panem coram Domino: per
viam portæ vestibuli ingredietur, & per
4 viam eius egredietur. * Et adduxit me per
B viã portæ Aquilonis in conspectu domus: &
vidi, & ecce impleuit Gloria Domini domũ
5 Domini: & cecidi in faciem meam. * Et dixit
ad me Dominus: Fili hominis pone cor tuũ,
& vide oculis tuis, & auribus tuis audi om-
nia, quæ ego loquor ad te de vniuersis cere-
monijs domus Domini, & de cunctis legi-
bus eius: & pones cor tuum in vijs templi
6 per omnes exitus sanctuarij: * Et dices ad
exasperantem me domus Israel: Hæc dicit
Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia sce-
7 lera vestra domus Israel: * eo quòd induci-
tis filios alienos incircumcisos corde, & in-
circumcisos carne, vt sint in sanctuario meo,
& polluant domum meam: & offertis panes
meos, adipem, & sanguinem: & dissoluitis
pa-

pactum meum in omnibus sceleribus ve-
stris. * Et non seruastis præcepta sanctuarij 8
mei: & posuistis custodes obseruationum C
mearum in sanctuario meo vobismetipsis.
* Hæc dicit dominus Deus: Omnis alieni- 9
gena incircumcisus corde, & incircumcisus
carne, non ingredietur sanctuarium meum,
omnis filius alienus, qui est in medio filio-
rum Israel. * Sed & Leuitæ: qui longè recef- 10
serunt à me in errore filiorum Israel, & erra-
uerunt à me post idola sua, & portauerunt
iniquitatẽ suam: * erunt in sanctuario meo 11
ædituj, & ianitores portarum domus, & mi-
nistri domus: ipsi mactabunt holocausta, &
victimas populi: & ipsi stabunt in conspectu
eorum, vt ministrent eis: * Pro eo quod 12
ministrauerunt illis in conspectu idolorum D
suorum, & facti sunt domui Israel in offen-
diculum iniquitatis: idcircò leuaui manum
meam super eos, ait Dominus Deus, & por-
tabunt iniquitatem suam, * & non appro- 13
pinquabunt ad me vt sacerdotio fungantur
mihi, neque accedent ad omne sanctuarium
meum iuxta sancta sanctorum: sed porta-
bunt confusionem suam, & scelera sua, quæ
fecerunt. * Et dabo eos ianitores domus in 14
omni ministerio eius, & in vniuersis, quæ
fient in ea. * Sacerdotes autem, & Leuitæ fi- 15
lij Sadoc, qui custodierunt ceremonias san-
ctuarij mei, cum errarent filij Israel à me,
ipsi accedent vt ministrent mihi: & stabunt
in conspectu meo vt offerant mihi adipem, E
& sanguinem, ait Dominus Deus. * Ipsi in- 16
gredientur sanctuarium meum, & ipsi ac-
cedent ad mensam meam vt ministrent mihi
& custodiant ceremonias meas. * Cumque 17
ingredientur portas atrij interioris, vestibus
lineis induentur: nec ascendit super eos quid
quam laneum, quando ministrant in portis
atrij interioris, & intrinsecus. * Vittæ lineæ 18
erunt in capitibus eorum, & feminalia linea
erunt in lumbis eorum, & non accingetur
in sudore. * Cumque egredientur atrium ex- 19
terius ad populũ, exuent se vestimentis suis,
in quibus ministrauerant, & reponent ea in F
gazophylacio sanctuarij, & vestient se vesti-
mentis alijs: & non sanctificabunt populum
in vestibus suis. * Caput autem suum non ra 20
dent, neque comam nuttrient? sed tonden-
tes attondent capita sua. * Et vinum non bi 21
[c] Le. 21. 24. bet omnis sacerdos quando ingressurus est
atrium interius. * * Et viduam, & repudiatam 22
non accipient vxores, sed virgines de semine
domus Israel: sed & viduam, quæ fuerit vi-
dua à sacerdote, accipient. * Et populũ meũ 23
docebunt quid sit inter sanctum, & pollutũ,
& inter mundum, & immundum ostendent
eis * Et cum fuerit controuersia, stabunt in 24
iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, &
præcepta mea in omnibus solemnitatibus
meis custodient, & Sabbata mea sanctifica-
bunt. * Et ad mortuum hominem nõ ingre- 25
dientur, ne polluantur, nisi ad patrem, & ma
trem, & filium, & filiam, & fratrem, & soro- G
rem, quæ alterum virũ non habuerit, in qui-
26 bus contaminabuntur. * Et postquã fuerit
emundatus, septem dies numerabuntur ei.
27 * Et in die introitus sui in sanctuarium ad
atrium interius vt ministret mihi in sanctua-
rio, offeret pro peccato suo, ait Dñs Deus.
28 * [d] Non erit autem eis hereditas, ego hereditas eorum: & possessionem non dabitis eis [d] Deu. 18 a. 1. Nu. 18 a c. 20.
29 in Israel, ego enim possessio eorum. * Victi-
mam, & pro peccato, & pro delicto ipsi co-
medent, & omne votum in Israel ipsorum
30 erit. * [e] Et primitiua omnium primogenito- [e] Ex. 32 a d. 29.
rum, & omnia libamenta ex omnibus, quæ
offeruntur, sacerdotum erunt, & primitiua
ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt re-
31 ponat benedictionem domui tuæ. * [f] Omne mortuinũ, & captum à bestia de auibus, [f] Leu. 24 b. 8.
& de pecoribus non comedent Sacerdotes.

CAP. XLV.

1 A CVmque ceperitis terram diuidere sorti-
to, separate primitias Domino, sanctifi-
catum de terra, longitudine vigintiquinque
millia, & latitudine decem millia: sanctifica-
tum erit in omni termino eius per circuitũ.
2 * Et erit in omni parte sanctificatũ quingen-
tos per quingentos, quadrifariam per circui-
tum: & quinquaginta cubitis in suburbana
3 eius per gyrum. * Et à mensura ista mensu-
rabis longitudinem vigintiquinque milliũ,
B & latitudinem decem millium, & in ipso
4 erit templum, sanctumque sanctorum. * Sã-
ctificatũ de terra erit sacerdotibus ministris
sanctuarij, qui accedunt ad ministeriũ Domi
ni: & erit eis locus in domos, & in sanctuariũ
5 sanctitati * Vigintiquinque autem millia lõ-
gitudinis, & decem millia latitudinis erũt Le
uitis; qui ministrant domui ipsi possidebunt
6 viginti gazophylacia. * Et possessionem ciui-
tatis dabitis quinque millia latitudinis, &
longitudinis vigintiquinque millia secundũ
separationem sãctuarij, omni domui Israel.
7 * Principi quoque hinc, & inde in separatio-
G nem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis,
contra faciem separationis sanctuarij, & con-
tra faciem possessionis vrbis: à latere Maris
vsque ad Mare, & à latere Orientis vsque ad
Orientem: Longitudinis autem iuxta vnã-
quamque partem à termino Occidentali vs-
8 que ad terminum Orientalem. * De terra erit
ei possessio in Israel: & non depopulabuntur
D vltra principes populum meum: sed terram
dabunt domui Israel secundum tribus eorũ.
9 * Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis
principes Israel: iniquitatem, & rapinas in-
termittite, & iudicium, & iustitiam facite, se-
parate confinia vestra à populo meo, ait Do-
10 minus Deus * Statera iusta, & ephi iustum,
11 & beatus iustus erit vobis. * Ephi, & batus
æqualia, & vnius mensuræ erũt: vt capiat de-
cimam partem cori batus, & decimam par-
tem cori ephi: iuxta mẽsuram cori erit æqua [g] Ex. 30. b. 11.
12 libratio eorum. * [g] Siclus autem viginti obo
los habet. Porrò viginti sicli, & vigintiquin- Leu. 27. c. 25.
que sicli, & quindecim sicli, minam faciunt.

* Et hæc sunt primitiæ, quas tolletis: sex tam 13
partem ephi de coro frumenti, & sex tam E
partem ephi de coro hordei.* Mensura quo- 14
que olei, batus olei, decima pars cori est, & de-
cem bati corum faciunt, quia decem bati im-
plent corum. * Et arietem vnum de grege 15
ducétorum de his, quæ nutriunt Israel in sa-
crificiũ, & in holocaustum, & in pacifica, ad
expiãdum pro eis, ait Dominus Deus.* Om- 16
nis populus terræ tenebitur primitijs his prin-
cipi in Israel.* Et super principem erunt ho- 17
locausta, & sacrificium, & libamina in solem-
nitatibus, & in Calendis, & in Sabbatis, & in
vniuersis solemnitatibus domus Israel: ipse F
faciet pro peccato sacrificium, & holocaustũ,
& pacifica ad expiandum pro domo Israel,
* Hæc dicit Dñs Deus. In primo mense, vna 18
mensis sumes vitulum de armento immacu-
larum, & expiabis sanctuarium.* Et tollet sa- 19
cerdos de sanguine, quod erit pro peccato: &
ponet in postibus domus, & in quatuor angu-
lis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij
interioris.* Et sic facies in septima mẽsis pro 20
vnoquoque, qui ignorauit, & errore deceptus
est, & expiabis pro domo. * In primo mense, 21
quartadecima die mẽsis erat vobis Pascha so- G
lemnitas, septem diebus azyma comedẽtur.
* Et faciet princeps in die illa pro se, & pro v- 22
niuerso populo terræ, vitulum pro peccato.
* Et in septem diebus solemnitatis faciet ho- 23
locaustum Domino, septem vitulos, & septẽ
arietes immaculatos quotidie septem dieb.
& pro peccato hircum capratum, quotidie. * 24
Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per
arietem faciet: & olei hin per singula ephi. * 25
Septimo mense, quintadecima die mensis in
solemnitate faciet sicut supra dicta sunt per
septem dies: tam pro peccato, quam pro ho-
locausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

HÆc dicit Dominus Deus: Porta atrij 1
interioris, quæ respicit ad Orientem, A
erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die
autem Sabbati aperietur, sed & in die Cale-
darum aperietur. * Et intrabit princeps per 2
viam vestibuli portæ de foris, & stabit in li-
mine portæ: & facient sacerdotes holocaustũ
eius, & pacifica eius, & adorabit super limen
portæ, & egredietur: porta autem non clau-
detur, vsque ad vesperam. * Et adorabit po- 3
pulus terræ ad ostium portæ illius in Sabba-
tis, & in Calendis coram Domino.* Holocau- 4
stum autem hoc offeret princeps Dño: in die B
Sabbati sex agnos immaculatos, & arietẽ im-
maculatum.* Et sacrificium ephi per arietẽ, 5
in agnis autem sacrificium, quod dederit ma-
nus eius, & olei hin per singula ephi.* In die 6
autem Calendarum vitulum de armento
immaculatum: & sex agni, & arietes immacu-
lati erunt.* Et ephi per vitulum, ephi quoque 7
per arietem faciet sacrificium; de agnis au-
tem, sicut inuenerit manus eius, & olei hin
8 per singula ephi.* Cumq. ingressurus est prin-
C ceps, per viã vestibuli portæ ingrediatur, &
9 per eandem viam exeat.* Et cũ intrabit popu-
lus terræ in conspectu Domini in solemnita-
tibus qui ingreditur per portam Aquilonis,
vt adoret, egrediatur per viam portæ Meri-
dianæ, porrò qui ingreditur per viam portæ
Meridianæ, egrediatur per viam portæ A-
quilonis: non reuertetur per viam portæ, per
quam ingressus est, sed e regione illius egre-
10 dietur.* Princeps autem in medio eorum cũ
ingredientibus ingredietur, & cum egrediẽ-
11 tibus egredietur.* Et in nundinis, & in solẽ-
D nitatibus erit sacrificium ephi per vitulum,
& ephi per arietem, ignis autem erit sacrifi-
cium sicut inuenerit manus eius: & olei hin
12 per singula ephi. * Cum autem fecerit prin-
ceps spontaneum holocaustum, aut pacifica
voluntaria Domino: aperietur ei porta, quæ
respicit ad Orientem, & faciet holocaustum
suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die
sabbati, & egredietur, claudeturque porta
13 postquam exierit.* Et agnum eiusdem anni
immaculatum faciet holocaustum quotidie
14 Domino: semper mane faciet illud.* Et faciet
E sacrificium super eo cata mane mane sextam
partem Ephi, & de oleo tertiam partem hin,
vt misceatur similæ sacrificium Domino le-
15 gitimum iuge, atque perpetuum.* Faciet a-
gnum, & sacrificium, & oleum cata mane
16 mane: holocaustum sempiternum. * Hæc
dicit Dominus Deus: Si dederit princeps do-
num alicui de filijs suis: hereditas eius, filio-
rum suorum erit, possidebunt eam heredi-
17 tariè.* Si autem dederit legatum de heredi-
F tate sua vni seruorum suorum erit illius vsq.
ad annum remissionis, & reuertetur ad prin-
18 cipem: hereditas autem eius, filijs eius erit.*
Et non accipiet princeps de hereditate popu
li per violentiam, & de possessione eorum:
sed de possessione sua hereditatem dabit fi-
lijs suis, vt non dispergatur populus meus,
19 vnusquisque à possessione sua.* Et introdu-
xit me per ingressum, qui erat ex latere por-
tæ, in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes,
quæ respiciebant ad Aquilonem, & erat ibi
20 locus vergens ad occidentem. * Et dixit
G ad me: Iste est locus, vbi coquent sacerdotes
pro peccato, & pro delicto, vbi coquent sacri-
ficium, vt non efferant in atrium exterius, &
21 sanctificetur populus.* Et eduxit me in atriũ
exterius, & circumduxit me per quatuor an-
gulos atrij, & ecce atriolum erat in angulo a-
22 trij, atriola singula per angulos atrij.* In qua-
tuor angulis atrij atriola disposita, quadragin
ta cubitorum per longum, & triginta per la-
23 tum: mensuræ vnius quatuor erant.* Et pa-
ries per circuitum ambiens quatuor atriola,
& culinæ fabricatæ erant subter porticus per
24 gyrum.* Et dixit ad me: Hæc est domus cu-
linarum, in qua coquent ministri domus Do-
mini victimas populi.

CAP.

CAP. XLVII.

ET conuertit me ad portam domus, & ec- 1
ce aquæ egrediebantur subter limen do- A
mus ad Orientem: facies enim domus respi-
ciebat ad orientem: aquæ autem descen-
debant in latus templi dextrum ad Meridiẽ
altaris.* Et eduxit me per viam portæ Aqui- 2
lonis, & conuertit me ad viam foras portam
exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orien-
tem: & ecce aquæ redundantes à latere dex-
tro.* Cum egrederetur vir ad Orientem, qui 3
habebat funiculum in manu sua, & mensus
est mille cubitos: & traduxit me per aquam
vsque ad talos.* Rursumque mensus est mil- 4
le, & traduxit me per aquam, vsq. ad genua:
* & mensus est mille, & traduxit me per a- 5
quam, vsque ad renes. Et mensus est mille,
torrentem, quem non potui pertranſire: quo-
niam intumuerant aquæ profundi torrentis,
qui non poteſt transuadari.* Et dixit ad me: 6
Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me, &
conuertit ad ripam torrentis * Cumque me 7
conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna mul-
ta nimis ex vtraq. parte.* Et ait ad me: Aquæ 8
istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli O-
rientalis, & descendunt ad plana deserti in-
trabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquę.
* Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocũ- 9
que venerit torrens, viuet: & erũt pisces mul-
ti satis postquam venerint illuc aquæ istæ, &
sanabuntur, & viuent omnia, ad quæ vene-
rit torrens.* Et stabunt super illas piscatores 10
ab Engaddi, vsque ad Engallim siccatio sage-
natum erit: pluritmæ species erunt piscium
eius, sicut pisces maris magni, multitudinis
nimiæ:* in litoribus autem eius, & in palu- 11
stribus non sanabuntur, quia in salinas dabũ-
tur.* Et super torrẽtem orietur in ripis eius 12
ex vtraque parte omne lignum pomiferum:
non defluet folium ex eo, & non deficiet fru C
ctus eius: per singulos menses afferet primi-
tiua, quia aquæ eius de sanctuario egredien-
tur: & erunt fructus eius in cibũ, & folia eius
ad medicinam. * Hæc dicit Dñs Deus: Hic 13
est terminus, in quo possidebitis terrã in duo-
decim tribubus Israel: quia Ioseph duplicem
funiculum habet.* Possidebitis autem eam 14
singulis æque, vt frater suus: super quam leua-
ui manum meam, vt darem patribus vestris:
cadet terra hæc vobis in possessionem.* Hic 15
est autem terminus terræ: ad plagam Septen-
trionalem à mari magno, via Hethalon, ve
nientibus Sedada. * Emath, Berotha, Saba- 16
rim, quæ est inter terminum Damasci, & cõ-
finium Emath, domus Tichon, quæ est iuxta
terminum Auran.* Et erit terminus à Mari, 17
vsque ad atrium Enon terminus Damasci, &
ab Aquilone ad Aquilonem: terminus Emath
plaga septentrionalis * Porrò plaga Oriena 18
lis de medio Auran, & de medio Damasci, &
de medio Galaad, & de medio terræ Israel,
Iordanis disterminans ad mare Orientale,
metiemini etiam plagam Orientalem.* Pla- 19
ga autem australis meridiana à Thamar, vs-
que ad aquas contradictionis Cades, & tor-
rens, vsque ad mare magnum: & hęc est pla- 20
ga ad Meridiem Australis.* Et plaga Maris,
mare magnum à confinio per directum, do-
21 nec venias Emath: hæc est plaga Maris.* Et
diuidetis terram istam vobis per tribus Is-
22 rael:* & mittetis eam in hereditatem vobis;
& aduenis, qui accesserint ad vos, qui genue-
rint filios in medio vestrum: & erunt vobis
sicut indigenæ inter filios Israel? vobiscum
diuidẽt possessionem in medio tribuum Is-
23 rael.* In tribu autem quacumque fuerit ad-
uena, ibi dabitis possessionem illi, ait Domi-
nus Deus.

CAP. XLVIII.

1 A ET hæc nomina tribuum à finibus Aqui-
lonis iuxta viam Hethalon pergentibus
Emath, atrium Enan terminus Damasci ad
Aquilonem iuxta viam Emath. Et erit ei pla
2 ga Orientalis Mare, Dan vna. * Et super ter-
minum Dan, à plaga Orientali, vsque ad pla-
3 gam Maris, Aser vna: * Et super terminum
Aser, à plaga Orientali, vsq. ad plagam Ma-
4 ris Nephthali vna.* Et super terminum Ne-
phthali, à plaga Orientali, vsque ad plagam
5 Maris, Manasse vna.* Et super terminũ Ma
nasse, a plaga Orientali, vsque ad plagã Ma
6 ris, Ephraim vna. * Et super terminum E-
phraim a plaga Orientali, vsque ad plagam
7 Maris Ruben vna.* Et super terminũ Rubẽ
à plaga Orientali, vsq. ad plagam Maris, Iu-
8 da vna.* Et super terminum Iuda: à plaga
Orientali, vsque ad plagam Maris, erunt pri-
mitiæ, quas separabitis vigintiquinque mil-
libus latitudinis, & longitudinis, sicuti singu-
læ partes a plaga Orientali, vsque ad plagam
9 Maris: & erit sanctuarium in medio eius. *
Primitiæ, quas separabitis Domino longitu-
do vigintiquinque millibus, & latitudo de-
10 cem millibus. * Hæ autem erunt primitiæ
B sanctuarij sacerdotum: ad Aquilonem longi-
tudinis vigintiquinque millia, & ad Mare la-
titudinis decem millia, sed & ad Orientem
latitudinis decem millia, & ad Meridiem
longitudinis vigintiquinque millia: & erit
11 sanctuarium Domini in medio eius.* Sacer-
dotibus sanctuarium erit de filijs Sadoc, qui
custodierunt ceremonias meas, & non erra-
uerunt cum errarent filij Israel, sicut errauę-
12 rũt & Leuitæ:* Et erunt eis primitiæ de pri
mitijs terræ sanctum sanctorũ, iuxta termi-
13 num Leuitarum. * Sed & Leuitis similiter
iuxta fines sacerdotũ vigintiquinque millia
longitudinis, & latitudinis decem millia.
Omnis longitudo viginti & quinq. millium,
14 & latitudo decem millium.* Et non venun-
dabunt ex eo, neque mutabunt, neque trans-
ferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ
15 sunt Domino.* Quinque millia autem, quæ
supersũt in latitudine per vigintiquinq. mil-
lia profana erunt vrbis in habitaculum, & in-

suburbana:& erit ciuitas in medio eius:* Et 16
hæ mensuræ eius ad plagam Septentriona-
lem quingenta, & quatuor millia : & ad pla-
gam Meridianam, quingenta & quatuor mil-
lia : & ad plagam Orientalem, quingenta, &
quatuor millia:& ad plagam Occidentalem,
quingenta & quatuor millia.* Eruntautem 17
suburbana Ciuitatis ad Aquilonem ducenta C
quinquaginta,& ad Meridiem ducenta quin-
quaginta, & ad Orientem ducenta quinqua-
ginta , & ad Mare ducenta quinquagin-
ta . * Quod autem reliquum fuerit in lon- 18
gitudine secundum primitias sanctuarij, de-
cem millia in Orientem , & decem millia in
Occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarij:
& erunt fruges eius in panes his, qui seruiunt
ciuitati.* Seruientes autem ciuitati, operabũ- 19
tur ex omnibus tribubus Israel.* Omnes pri- 20
mitiæ, vigintiquinque millium, per viginti-
quinque millia in quadrum, separabuntur in
primitias sanctuarij,& in possessionem ciui-
tatis. * Quod autem reliquum fuerit, princi- 21
pis erit ex omni parte primitiarum sanctua-
rij, & possessionis ciuitatis è regione viginti-
quinque millium primitiarum, vsque ad ter-
minum Orientalem: sed & ad Mare è regio-
ne vigintiquinque millium , vsque ad termi-
nũ maris, similiter in partibus principis erit:
& erunt primitiæ sanctuarij,& sanctuarium
templi in medio eius.* De possessione autem 22
Leuitarum,& de possessione ciuitatis in me-
dio partium principis : erit inter terminum
Iuda,& inter terminũ Beniamin,& ad prin-
23 cipẽ pertinebit. * Et reliquis tribubus: A pla-
ga Orientali, vsque ad plagam Occidentalẽ,
24 Beniamin vna . * Et contra terminum Be-
D niamin, à plaga Orientali , vsque ad plagam
25 Occidentalem, Simeon vna. * Et super ter-
minum Simeonis, à plaga Orientali, vsq. ad
26 plagam Occidentalem, Issachar vna.* Et su-
per terminum Issachar, à plaga Orientali, vs-
que ad plagam Occidentalem Zabulon vna.
27 * Et super terminum Zabulon, à plaga O-
28 rientali, vsque ad plagam Maris, Gad vna. *
Et super terminum Gad , ad plagam Austri
in Meridie : & erit finis de Thamar, vsq. ad
aquas contradictionis Cades hereditas con-
29 tra mare magnum. * Hæc est terra, quam
mittetis in sortem tribubus Israel:& hæ par-
30 tiones earum, ait Dñs Deus.* Et hi egressus
ciuitatis: A plaga Septentrionali quingentos,
31 & quatuor millia mensurabis.* Et portæ ci-
uitatis ex nominibus tribuum Israel , portæ
tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta
32 Iuda vna, porta Leui vna . * Et ad plagam
Orientalem, quingentos,& quatuor millia:&
portę tres, porta Ioseph vna, porta Beniamin
33 vna, porta Dan vna . * Et ad plagam Meri-
dianam, quingẽtos, & quatuor millia metie-
ris, & portæ tres , porta Simeonis vna, porta
34 Issachar vna, porta Zabulon vna.* Et ad pla
gam Occidentalem, quingentos , & quatuor
millia, & portæ eorum tres, porta Gad vna ,
35 porta Aser vna , porta Nephtali vna. * Per
circuitum,& decem & octo millia:& nomen
ciuitatis ex illa die Dominus ibidem.

PRO.

PROPHETIA DANIELIS.

CAPVT PRIMVM.

ANNO tertio regni Ioa- 1
kim regis Iuda , venit A
Nabuchodonosor rex Ba
bylonis in Ierusalem , &
obsedit eam:* & tradidit 2
Dominus in manu eius
Ioakim regem Iuda , &
partem vasorum domus
Dei:& asportauit ea in terram Sẽnaar in do-
mum Dei sui , & vasa intulit in domũ The-
sauri Dei sui.* Et ait rex Asphenez præposi- 3
to Eunuchorum, vt introduceret de filijs Is-
rael , & de semine regio , & tyrannorum , * 4
pueros , in quibus nulla esset macula , deco-
ros forma , & eruditos omni sapientia , cau-
tos scientia , & doctos disciplina, & qui pos-
sent stare in palatio regis , vt doceret eos li-
teras, & linguam Chaldæorum. * Et consti- 5
tuit eis rex annonam per singulos dies de ci-
bis suis,& de vino vnde bibebat ipse, vt enu-
triti tribus annis , postea starent in conspe-
ctu regis . * Fuerunt ergo inter eos de filijs 6
Iuda, Daniel , Ananias , Misael, & Azarias . B
* Et imposuit eis præpositus eunuchorum , 7
nomina : Danieli , Baltassar : Ananiæ , Si-
drach: Misaeli, Misach : & Azariæ, Abdena-
go. * Proposuit autẽ Daniel in corde suo ne 8
pollueretur de mensa regis , neque de vino
potus eius : & rogauit eunuchorum præpo-
situm ne contaminaretur. * Dedit autem 9
Deus Danieli gratiam , & misericordiam in
conspectu principis eunuchorum . * Et ait 10
princeps eunuchorum ad Danielem : Ti-
meo ego dominum meum regem , qui con-
stituit vobis cibum, & potum : qui si viderit
vultus vestros macilentiores præ cæteris
adolescentibus coæuis vestris , condemna-
11 bi is caput meum regi. * Et dixit Daniel
ad Malasar , quem constituerat princeps eu-
C nuchorum super Danielem , Ananiam, Mi-
12 saelem , & Azariam : * Tenta nos obsecro
seruos tuos diebus decem , & dentur nobis
legumina ad vescendum , & aqua ad biben-
13 dum : * & contemplare vultus nostros , &
vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio :
14 & sicut videris, facies cum seruis tuis.* Qui,
audito sermone huiuscemodi , tentauit eos
15 diebus decem . * Post dies autem decem ap-
paruerunt vultus eorum meliores,& corpu-
lentiores præ omnibus pueris, qui vesceban-
16 tur cibo regio . * Porrò Malasar tollebat ci-
baria, & vinum potus eorum: dabatq. eis le-
17 gumina.* Pueris autem his dedit Deus sciẽ-
D tiam , & disciplinam in omni libro , & sa-
pientia : Danieli autem intelligentiam om-
18 nium visionum , & somniorum.* Comple-
tis itaque diebus , post quos dixerat rex , vt
introducerentur : introduxit eos præposi-
tus eunuchorum in conspectu Nabuchodo-
19 nosor . * Cumque eis locutus fuisset rex ,
non sunt inuenti tales de vniuersis , vt Da-
niel, Ananias, Misael,& Azarias:& steterunt
20 in conspectu Regis . * Et omne verbum sa-
pientiæ,& intellectus, quod sciscitatus est ab

Qq 4 eis

eis Rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in vniuerso
[a] Infr. 6. 28. regno eius. * [a] Fuit autem Daniel vsque ad 21
annum primum Cyri regis.

CAP. II.

IN anno secundo regni Nabuchodono- 1
sor vidit Nabuchodonosor somnium, & A
conterritus est spiritus eius, & somnium
eius fugit ab eo. * Præcepit autem rex, vt 2
conuocarentur arioli, & magi, & malefici,
& Chaldæi: vt indicarent regi somnia sua:
qui cum venissent, steterunt coram rege.
* Et dixit ad eos rex: Vidi somniũ: & men- 3
te confusus ignoro, quid viderim. * Respon- 4
deruntq. Chaldæi regi Syriacè: Rex in sem-
piternum viue: dic somnium seruis tuis, &
interpretationem eius indicabimus. * Et re- 5
spondens rex ait, Chaldæis: Sermo recessit
à me: nisi indicaueritis mihi somnium, &
coniecturam eius, peribitis vos, & domus
vestræ publicabuntur. * Si autem somnium, 6
& coniecturam eius narraueritis, præmia,
& dona, & honorem multum accipietis à
me: somnium igitur, & interpretationem
eius indicare mihi. * Responderunt secun- 7
do, atque dixerunt: Rex somnium dicat ser-
uis suis, & interpretationem illius indica- B
bimus. * Respondit rex, & ait: Certè noui 8
quod tempus redimitis, scientes quod reces-
serit a me sermo. * Si ergo somnium non 9
indicaueritis mihi, vna est de vobis senten-
tia, quod interpretationem quoq. fallacem,
& deceptione plenam composueritis, vt lo-
quamini mihi, donec tempus pertranseat.
Somnium itaque dicite mihi, vt sciam, quod
interpretationem quoque eius veram loqua
mini. * Respondentes ergo Chaldæi coram 10
rege, dixerunt: Non est homo super ter-
ram, qui sermonem tuum, rex, possit im-
plere: sed neque regum quisquam magnus
& potens verbum huiusmodi scisitatur
ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. * Ser- 11
mo enim, quem tu quæris, rex, grauis est:
nec reperietur quisquam, qui indicet illum
in conspectu regis: exceptis dijs, quorum
non est cum hominibus conuersatio. * Quo 12
audito, rex in furore, & in ira magna præ-
cepit, vt perirent omnes sapientes Babylo-
nis. * Et egressa sententia, sapientes inter fi- 13
ciebantur: querebanturque Daniel, & so-
cij eius, vt perirent. * Tunc Daniel requisiuit 14
de lege, atque sententia ab Arioch principe C
militiæ regis, qui egressus fuerat ad inter fi-
ciendos sapientes Babylonis. * Et interroga- 15
uit eum, qui à rege potestatem acceperat,
quam ob causam tam crudelis sententia à fa-
cie regis esset egressa. Cum ergo rem indi-
cassset Arioch Danieli, * Daniel ingressus ro- 16
gauit regem, vt tempus daret sibi ad solutio-
nem indicandam regi. * Et ingressus est 17
domum suam, Ananiæque, & Misaeli, &
Azariæ socijs suis indicauit negocium: * vt 18
quærerent misericordiam à facie Dei cæli
super sacramento isto, & non perirent Da-
niel, & socij eius cum cæteris sapientibus
19 Babylonis. * Tunc Danieli mysterium per
visionem nocte reuelatum est: & benedixit
20 Daniel Deum cæli, * & locutus ait: Sit no-
men Domini benedictum a sæculo, & vs-
que in sæculum: quia sapientia, & fortitudo
21 eius sunt. * Et ipse mutat tẽpora, & ætates:
transfert regna, atque constituit: dat sapien-
tiam sapientibus, & scientiam intelligenti-
22 bus disciplinam: * Ipse reuelat profunda, &
D abscondita, & nouit in tenebris constituta;
23 & lux cum eo est. * Tibi Deus patrũ nostro-
rum confiteor, teque laudo: quia sapientiam
& fortitudinem dedisti mihi: & nunc osten-
disti mihi, quæ rogauimus te, quia sermonẽ
24 regis aperuisti nobis. * Post hæc Daniel in-
gressus ad Arioch, quem constituerat rex,
vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locu-
tus est: Sapientes Babylonis, ne perdas: in-
troduc me in conspectu regis, & solutionem
25 regi narrabo: * Tunc Arioch festinus intro-
duxit Danielem ad regem, & dixit ei. Inue-
ni hominem de filijs transmigrationis Iu-
26 da, qui solutionem regi annunciet. * Respõ-
dit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat
Baltassar: Putasne verè potes mihi indicare
somnium, quod vidi, & interpretationem
27 eius? * Et respondens Daniel coram rege,
ait: Mysterium: quod rex interrogat, sapien-
tes, magi, arioli, & aruspices nequeunt indi-
28 care regi. * Sed est Deus in celo reuelãs my-
E steria, qui indicauit tibi rex Nabuchodono-
sor, quæ ventura sunt in nouissimis tempo-
ribus. Somnium tuum, & visiones capitis
29 tui in cubili tuo huiusmodi sunt. * Tu rex
cogitare cepisti in strato tuo, quid esset futu-
rum post hæc: & qui reuelat mysteria, osten-
30 dit tibi, quæ ventura sunt. * Mihi quoq. non
in sapientia, quæ est in me plus quã in cun-
ctis viuentibus, sacramẽtum hoc reuelatum
est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret,
31 & cogitationes mentis tuæ scires. * Tu rex
videbas, & ecce quasi statua vna grandis: sta-
tua illa magna, & statura sublimis stabat
contra te, & intuitus eius erat terribilis.
32 * Huius statuæ caput ex auro optimo erat,
pectus autem, & brachia de argento, porrò
33 venter, & femora ex ære. * tibiæ autem fer-
reæ, pedum quædam pars erat ferrea, quæ-
34 dam autem fictilis. * Videbas ita, donec ab-
scissus est lapis de mõte sine manibus: & pe-
cussit statuam in pedibus eius ferreis, & ficti-
35 libus, & comminuit eos. * Tunc contrita
sunt pariter ferrum, testa, æs, argentũ, & au-
rum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ
areæ, quæ rapta sunt vento: nullusq. locus in-
uentus est eis: lapis autẽ, qui percusserat sta-
tuam, factus est mons magnus, & impleuit
36 vniuersam terram. * hoc est somniũ: Inter-
F pretationem quoque eius dicemus coram te,
37 rex. * Tu rex regum es: & Deus cæli, regnũ,
& fortitudinem, & imperium, & gloriã de-
38 dit tibi: * & omnia, in quibus habitant fi-
lij hominum, & bestiæ agri: volucres quoque
cæli

cæli dedit in manu tua, & sub ditione tua
vniuersa constituit: tu es ergo caput aureũ.
* Et post te consurget regnum aliud minus 39
te argenteum: & regnum tertium aliud æ-
reum, quod imperabit vniuersæ terræ. * Et 40
regnum quartum erit velut ferrũ, quomodo
ferrum cõminuit, & domat omnia, sic com-
minuet, & cõteret omnia hæc. * Porrò, quia 41
vidisti pedum, & digitorum partem testæ
figuli, & partem ferream: regnum diuisum
erit, quod tamen de plantario ferri orietur,
secundum quod vidisti ferrum mixtũ testæ
ex luto. * Et digitos pedum ex parte ferreos, 42
& ex parte fictiles: ex parte regnum erit so-
lidum, & ex parte contritum. * Quod au- 43
tem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto,
commiscebuntur quidem humano semine,
sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum mi-
sceri non potest testæ. * In diebus autem re- 44
gnorum illorũ suscitabit Deus cæli regnum, G
quod in æternũ non dissipabitur, & regnum
eius alteri populo non tradetur: comminuet
autem, & consumet vniuersa regna hæc: & 45
ipsum stabit in æternum. * Secundum quod
vidisti, quòd de mõte abscissus est lapis sine
manibus, & comminuit testam, & ferrum,
& æs, & argentum, & aurum, Deus magnus
ostendit regi, quæ vẽtura sunt postea, & ve-
rum est somniũ, & fidelis interpretatio eius.
46 * Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in fa-
ciem suã: & Danielem adorauit, & hostias,
47 & incẽsum præcepit, vt sacrificarẽt ei. * Lo-
quens ergo rex, ait Danieli: Verè Deus vester
Deus deorum est, & Dominus regum, & re-
uelans mysteria: quoniam tu potuisti aperi-
48 re hoc sacramentum. * Tunc rex Danielem
in sublime extulit, & munera multa, & ma-
gna dedit ei: & constituit eum principem su-
per omnes prouincias Babylonis: & præfe-
ctum magistratuum super cunctos sapiẽtes
49 Babylonis. * Daniel autem postulauit à re-
ge: & constituit super opera prouinciæ Ba-
bylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: Ipse
autem Daniel erat in foribus regis.

CAP. III.

NAbuchodonosor rex fecit statuam au- 1
ream altitudine cubitorum sexaginta, A
latitudine cubitorum sex, & statuit eã in cã-
po Dura prouinciæ Babylonis. * Itaque Na- 2
buchodonosor rex misit ad congregãdos sa-
trapas: magistratus, & iudices, duces, & tyrã-
nos, & præfectos, omnesque principes regio-
num, vt conuenirent ad dedicationẽ statuæ,
quã erexerat Nabuchodonosor rex. * Tunc 3
congregati sunt satrapæ, magistratus, &
iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui
erant in potestatibus constituti, & vniuersi
principes regionum, vt cõuenirent ad dedi-
cationem statuæ, quã erexerat Nabuchodo-
nosor rex, stabant autẽ in conspectu statuæ,
4 quã posuerat Nabuchodonosor rex: * & præ-
co clamabat valenter: Vobis dicitur popu-
5 lis, tribubus, & linguis: * In hora, qua audie-
ritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sam-
bucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi
generis musicorum, cadentes adorate statuã
auream, quam constituit Nabuchodonosor
6 rex. * Si quis autem non prostratus adorauer-
it, eadem hora mittetur in fornacem ignis
7 ardẽtis. * Post hæc igitur statim, vt audierũt
omnes populi sonitũ tubæ, fistulæ, & cithar-
æ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, &
omnis generis musicorum; cadentes omnes
popu-

populi,tribus,& linguæ adorauerunt ſtatuā
auream,quā conſtituerat Nabuchodonoſor
rex. * Statimq. in ipſo tempore accedentes 8
viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos:* dixe- 9
runtq. Nabuchodonoſor regi: Rex in æter-
nū viue:* tu rex poſuiſti decretū, vt omnis 10
homo, qui audierit ſonitū tubæ, fiſtulæ, &
citharæ,ſambucæ, & pſalterij, & ſympho-
niæ, & vniuerſi generis muſicorū, proſter-
nat ſe,& adoret ſtatuam auream: * ſi quis 11
autē non procidens adorauerit, mittatur in
fornacem ignis ardentis.* Sunt ergo viri Iu-12
dæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis B
Babylonis,Sidrach,Miſach,& Abdenago:vi
ri iſti contempſerunt,rex, decretū tuū:deos
tuos non colunt, & ſtatuam auream,quam
erexiſti,nō adorāt.* Tūc Nabuchodonoſor 13
in furore,& in ira præcepit vt adducerētur
Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui cōfeſtim
adducti ſunt in conſpectu regis. * Pronun- 14
ciansq. Nabuchodonoſor rex,ait eis: Vere-
ne Sidrach, Miſach,& Abdenago,deos meos
non colitis,& ſtatuam auream, quam cōſti-
tui,non adoratis? * Nūc ergo ſi eſtis parati, 15
quacunque hora audieritis ſonitū tubæ, fi-
ſtulæ,citharæ,ſambucæ, & pſalterij,& ſym-
phoniæ,omniſq generis muſicorū, proſter-
nite vos,& adorate ſtatuā, quam feci: quod
ſi non adoraueritis, eadem hora mittemini
in fornacem ignis ardentis:& quis eſt Deus,
qui eripiet vos de manu mea?* Reſpondē- 16
tes Sidrach, Miſach, & Abdenago,dixerunt
regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de
hac re reſpōdere tibi.* Ecce enim Deus no- 17
ſter,quem colimus,poteſt eripere nos de ca-
mino ignis ardentis, & de manibus tuis, o
rex,liberare *Quod ſi noluerit,notum ſit ti-18
bi rex, quia deos tuos nō colimus, & ſtatuā
auream, quā erexiſti,non adoramus.* Tūc 19
Nabuchodonoſor repletus eſt furore:& aſpe
ctus faciei illius immutatus eſt ſuper Si-
drach, Miſach,& Abdenago,& p̄cepit vt ſuc
cēderetur fornax ſeptuplum quam ſuccen-
di cōſueuerat.* Et viris fortiſſimis de exer- 20
citu ſuo iuſſit,vt ligatis pedibus Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago mitterent eos in fornacē
ignis ardentis. * Et confeſtim viri illi vin- 21
cti cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamen- C
tis,& veſtibus miſſi ſunt in medium forna-
cis ignis ardentis. * nam iuſſio regis vrge- 22
bat: fornax autem ſuccenſa erat nimis. Por-
ro viros illos,qui miſerant Sidrach, Miſach,
& Abdenago,interfecit flamma ignis.* Vi- 23
ri autem hi tres, ideſt, Sidrach, Miſach,&
Abdenago, ceciderunt in medio camino
ignis ardentis, colligati.

Quæ ſequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

* Et ambulabant in medio flammæ laudā- 24
tes Deum,& benedicentes Domino.* Stans 25
autem Azarias orauit ſic,aperiéſq. os ſuum
in medio ignis, ait:
* Benedictus es Domine Deus patrū no- 26
ſtrorum, & laudabile, & glorioſum nomen
tuum in ſæcula; * quia iuſtus es in omnib. 27
quę feciſti nobis,& vniuerſa opera tua vera
& viæ tuæ rectæ,& omnia iudicia tua vera.
28 *Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia,quæ
induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſan-
ctam patrū noſtrorum Ieruſalē, quia in ve-
ritate, & in iudicio induxiſti oīa hæc pro-
29 pter peccata noſtra. * Peccauimus enim:&
iniquè egimus recedētes à te:& deliquimus
30 in omnibus: * & præcepta tua non audiui-
mus,nec obſeruauimus,nec fecimus ſicut p̄-
31 ceperas nobis vt bene nobis eſſet. * oīa er-
go,quę induxiſti ſuper nos,& vniuerſa,quę
32 feciſti nobis,in vero iudicio feciſti: * & tra-
didiſti nos in manibus inimicorū noſtrorū
iniquorum, & peſſimorū, præuaricatorūq.
& regi iniuſto,& peſſimo vltra omnem ter-
33 ram.* Et nunc nō poſſumus aperire os:cō-
fuſio, & opprobriū facti ſumus ſeruis tuis,
34 & his,qui colunt te. * Ne,quæſumus,tra-
D das nos in perpetuum propter nomē tuum
35 & ne diſſipes teſtamentum tuum, * neque
auferas miſericordiā tuam à nobis propter
Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum
36 tuum,& Iſrael ſanctum tuū: * quibus locu-
tus es pollicēs,quòd multiplicares ſemen eo
rum ſicut ſtellas cęli, & ſicut arenā, quæ eſt
37 in littore maris: * quia Dn̄e imminuti ſu-
mus plus quā omnes gentes,ſumuſq. humi-
les in vniuerſa terra hodie propter peccata
38 noſtra * Et nō eſt in tempore hoc princeps,
& dux,& propheta,neque holocauſtum,ne-
que ſacrificium,neque oblatio,neque incen-
39 ſum,neque locus primitiarum corā te, * vt
poſſimus inuenire miſericordiam tuā: ſed
in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſu-
40 ſcipiamur. * Sicut in holocauſto arietum,
& taurorum, & ſicut in millibus agnorum
pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in
conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniā
41 non eſt confuſio confidentib.in te.* Et nūc
ſequimur te in toto corde,& timemus te,&
42 quærimus faciem tuam. * Ne confundas
nos: ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinē
tuam,& ſecundū multitudinem miſericor-
43 diæ tuæ. * Et erue nos in mirabilibus tuis,
44 & da gloriam nomini tuo Domine, *& cō-
fundantur omnes,qui oſtendunt ſeruis tuis
mala, cōfundantur in omni potentia tua,&
45 robur eorum conteratur: * & ſciant quia tu
es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper
46 orbem terrarum.* Et non ceſſabant,qui mi-
ſerant eos miniſtri regis ſuccendere forna-
cem, naphtha, & ſtuppa, & pice, & malleo-
47 lis, * & effundebatur flamma ſuper forna-
48 cē cubitis quadraginta nouem: * & erupit,
& incendit quos reperit iuxta fornacem de
49 Chaldæis.* Angelus autem Dn̄i deſcendit
E cum Azaria,& ſocijs eius in fornacem,& ex-
50 excuſſit flammam ignis de fornace, * & fe-
cit medium fornacis quaſi ventum roris
flantem, & tetigit eos omnino ignis, neque
cōtriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit.
51 * Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabāt,
& glorificabant, & benedicebant Deum in
fornace, dicentes.

*Bene-

* Benedictus es Domine Deus patrū no- 52
ſtrorum,& laudabilis,& glorioſus,& ſuper
exaltatus in ſæcula, & benedictum nomen
gloriæ tuæ ſanctum,& laudabile,& ſupere-
xaltatum in omnibus ſæculis.
* Benedictus es in templo ſancto gloriæ 53
tuæ:& ſuperlaudabilis, & ſupergorioſus in
ſæcula.
* Benedictus es in throno regni tui:& ſu-54
perlaudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula.
* Benedictus es,qui intueris abyſſos,& ſe-55
des ſuper cherubim: & laudabilis, & ſupe-
rexaltatus in ſæcula
* Benedictus es in firmamento cæli, & 56
laudabilis,& glorioſus in ſæcula.
* Benedicite omnia opera Domini Do- 57
mino laudate,& ſuperexaltate eū in ſæcula.
* Benedicite Angeli Domini Domino: 58
laudate,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* [a] Benedicite cæli Domino:laudate,& 59
[a] Pſ.148.2. ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cæ- 60
los ſunt, Domino: laudate, & ſuperexaltate
eum in ſæcula.
* Benedicite omnes virtutes Domini Do-61
mino:laudate,& ſuperexaltate eū in ſæcula.
* Benedicite Sol,& Luna Domino:lauda-62
te,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite ſtellæ cæli Domino: laudate 63
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite omnis imber,& ros Domi- 64
no:laudate,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite omnes ſpiritus Dei Domi- 65
no:laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite ignis,& æſtus Domino: lau- 66
date, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite frigus,& æſtus Domino:lau-67
date,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite rores, & pruina Domino: 68
laudate,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite gelu,& frigus Domino:lau- 69
date,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite glacies, & niues Domino: 70
laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite noctes,& dies Domino:lau-71
date, & ſuperexaltate eum in ſæcula. F
* Benedicite lux, & tenebræ Domino: 72
laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite fulgura, & nubes Domino: 73
laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicat terra Dominum: laudet,& 74
ſuperexaltet eum in ſæcula.
* Benedicite montes, & colles Domino: 75
laudate,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite vniuerſa germinantia in ter-76
ra Domino:laudate,& ſuperexaltate eum in
ſæcula.
* Benedicite fontes Domino: laudate,& 77
ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite maria, & flumina Domino: 78
laudate,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicite cete, & omnia quæ mouen-79
tur in aquis Domino: laudate, & ſuperexal-
tate eum in ſæcula.
* Benedicite omnes volucres cæli Domi- 80
no:laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
81 * Benedicite omnes beſtiæ, & pecora Do-
mino:laudate,& ſuperexaltate eū in ſæcula.
82 * Benedicite filij hominum Domino lau-
date,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
83 * Benedicat Iſrael Dominum: laudet, &
ſuperexaltet eum in ſæcula.
84 * Benedicite ſacerdotes Domini Domi-
no:laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
85 * Benedicite ſerui Domini Domino: lau-
date,& ſuperexaltate eum in ſæcula.
86 * Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum
Domino: laudate,& ſuperexaltate eū in ſæ-
cula.
87 * Benedite ſancti, & humiles corde Do-
mino:laudate,& ſuperexaltate eū in ſæcula.
88 * Benedicite Anania, Azaria, Miſael Dn̄o:
laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit
de manu mortis, & liberauit nos de medio
ardentis flāmæ,& de medio ignis eruit nos.
89 * Confitemini Domino, quoniam bonus:
quoniam in ſæculum miſericordia eius:
90 * Benedicite omnes religioſi Domino Deo
deorum: laudate.& confitemini ei,quia in
omnia ſæcula miſericordia eius.

Hucuſque in Hebræo non habetur: & quæ poſuimus, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

91 * Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit,
G & ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis:
Nonne tres viros miſimus in medium ignis
compeditos? Qui reſpondentes regi,dixe-
92 runt: Verè rex.* Reſpondit,& ait: Ecce ego
video quatuor viros ſolutos, & ambulan-
tes in medio ignis, & nihil corruptionis in
eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.
93 * Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtiū
fornacis ignis ardentis,& ait: Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi, egredi-
mini,& venite.Statimq.egreſſi ſunt Sidrach
94 Miſach,& Abdenago de medio ignis. * Et
cōgregati ſatrapę, & magiſtratus, & iudices
& potentes regis contemplabantur viros il-
los, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis
in corporibus eorum, & capillus capitis eo-
rum non eſſet adultus, & ſarabala eorū nō
fuiſſent immutata, & odor ignis non tran-
95 ſiſſet per eos.* Et erumpēs Nabuchodono-
ſor, ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach
videlicet, Miſach, & Abdenago, qui miſit
angelum ſuum,& eruit ſeruos ſuos,qui cre-
diderunt in eum, & verbum regis immuta-
uerunt,& tradiderunt corpora ſua ne ſerui-
rent, & ne adorarent omnem Deū, excepto
96 Deo ſuo.* A me ergo poſitum eſt hoc decre
tum,vt omnis populus, tribus, & linguæ,
quæcumque locuta fuerit blaſphemiā con-
tra Deum Sidrach, Miſach,& Abdenago,di-
ſpereat,& domus eius vaſtetur: neque enim
97 eſt alius Deus,qui poſſit ita ſaluare. * Tunc
rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdena-
98 go in prouincia Babylonis.* NABVCHO-
DONOSOR rex, omnibus populis,genti-
bus, & linguis,qui habitant in vniuerſa ter-

ra,

ra, pax vobis multiplicetur:* Signa & mira- 99
bilia fecit apud me Deus excelsus: placuit ergo mihi prædicare* signa eius, quia magna 100
sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnũ
eius regnum sempiternum, & " potestas
eius in generationem, & generationem.

"Inf.4.g. 31. & 7. d.14.

CAP. IV.

EGo Nabuchodonosor quietus eram in 1
domo mea, & florẽs in palatio meo:* 2
somnium vidi, qd perterruit me: & cogita- A
tiones meæ in strato meo, & visiones capitis
mei cõturbauerunt me.* Et per me propo- 3
situm est decretũ, vt introducerentur in cõ-
spectu meo cuncti sapiẽtes Babylonis, & vt
solutionem somnij indicarent mihi.* Tunc 4
ingrediebantur ariolí, magi, Chaldæi, & aru-
spices, & somnium narraui in conspectu eo-
rum: & solutionem eius non indicauerunt
mihi:* donec collega ingressus est in conspe- 5
ctu meo Daniel, cui nomen Baltassar secũ-
dũ nomen Dei mei, qui habet spiritũ sanc-
torum in semetipso: & somnium co-
ram ipso locutus sum,* Baltassar princeps 6
ariolorum, quoniam ego scio qd spiritũ san-
ctorum deorũ habeas in te, & omne sacra-
mentum non est impossibile tibi: visiones
somniorum meorum quas vidi, & solutio-
nem earum narra.* Visio capitis mei in cu- 7
bili meo. Videbam, & ecce arbor in medio B
terræ, & altitudo eius nimia.* Magna arbor, 8
& fortis: & proceritas eius contingens cæ-
lum: aspectus illius erat vsque ad terminos
vniuersæ terræ.* Folia eius pulcherrima, & 9
fructus eius nimis: & esca vniuersorum in
ea, subter eam habitabant animalia, & be-
stiæ, & in ramis eius conuersabantur vo-
cres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro.* 10
Videbam in visione capitis mei super stra-
tum meum, & ecce vigil, & sanctus de cælo
descendit.* Clamauit fortiter, & sic ait: Suc- 11
cidite arborem, & præcidite ramos eius: ex-
cutite folia eius, & dispergite fructus eius: fu-
giant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volu-
cres de ramis eius.* Verumtamen germen 12
radicũ eius in terra sinite, & alligetur vinculo
ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt, &
rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in
herba terræ.* Cor eius ab humano commu- 13
tetur, & cor feræ detur ei: & septem tpa
mutentur super eum.* In sententia vi- C
gilum decretum est, & sermo sanctorum, 14
& petitio: donec cognoscant viuentes, quo-
niam dominatur Excelsus in regno homi-
num: & cuicumque voluerit dabit illud, &
humillimum hominem constituet super
eum.* Hoc somniũ vidi ego Nabuchodo- 15
nosor rex: tu ergo Baltassar interpretationẽ
narra festinus: quia omnes sapientes regni
mei non queunt solutionem edicere mihi:
tu autem potes quia spiritus deorũ sanctorum in te est.* Tunc Daniel, cuius nomen 16
Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus co-
gitare quasi vna hora, & cogitationes eius
conturbabant eum. Respõdens aũt rex ait:
Baltassar, somnium, & interpretatio eius nõ
cõturbent te. Respondit Baltassar, & dixit:
Domine mi, somnium his, qui te oderũt, & 17
interpretatio eius hostibus tuis sit.* Arborẽ,
quam vidisti sublimem, atq robustam, cu- D
ius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus
18 illius in omnẽ terrã:* & rami eius pulcher-
rimi, & fructus eius nimius, & esca omniũ
in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, &
19 in ramis eius commorantes aues cæli:* Tu
es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: &
magnitudo tua creuit, & peruenit vsque ad
cælum, & potestas tua in terminos vniuersæ
20 terræ.* Quod aũt vidit rex vigilem, & san-
ctũ descẽdere de cælo, & dicere: Succidite ar
borem, & dissipate illam, attamen germen
radicum eius in terra dimittite, & vinciatur
ferro, & ære in herbis foris, & rore cæli con-
spergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum:
21 * Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi,
E quæ peruenit super dominum meum regẽ:
22 * Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs "Infr.5.
feris q; erit habitatio tua, & " fœnum vt bos f.21.
comedes, & rore cæli infunderis, septẽ quoque tempora mutabuntur super te, donec
scias qd dominetur Excelsus super regnum
hominum, & cuicunq. voluerit, det illud.*
23 Quod autem præcepit vt relinqueretur ger
mẽ radicum eius, id est, arboris: regnũ tuũ
tibi manebit postquam cognoueris potesta-
24 tẽ esse cælestẽ.* Quam ob rem rex consiliũ
meũ placeat tibi, " & peccata tua eleemosy- "Eccl.4.
nis redime, & iniquitates tuas misericordijs d.13.
25 paupertũ: forsitã agnoscet delictis tuis.* Oia
hæc venerũt super Nabuchodonosor regẽ.
26 * Post finẽ mensium duodecim, in aula Ba
27 bylonis deambulabat.* Respondit q. rex, &
F ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam
ego ædificaui in domũ regni, in robore for-
28 titudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Cũ
que sermo adhuc esset ĩ ore regis, vox de cę
lo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex:
29 Regnum tuum transibit à te,* & ab homini
bus eijcient te, & cum bestijs, & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec
scias, quod dominetur Excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit, det illud.
30 * Eadem hora termo cõpletus est sup Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est
& fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectũ est: donec capilli eius in si-
militudinẽ aquilarũ crescerent, & vngues e-
31 ius quasi auium.* Igitur post finem dierum
G ego Nabuchodonosor oculos meos ad cęlũ
leuaui, & sensus meus redditus est mihi: &
Altissimo benedixi, & viuentẽ in sempiter- "Sup.
num laudaui, & glorificaui: " quia potestas g.31.
eius potestas sempiterna, & regnum eius in
32 generationem, & generationem.* Et omnes
habitatores terræ apud eum in nihilũ reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit
tam in virtutibus cæli, quam in habitatorib.
terræ,

terræ: & nõ est qui resistat manui eius, & di-
cat ei: Quare fecisti?* In ipso tempore sen- 33
sus meus reuersus est ad me, & ad honorem
regni mei, decorẽq. peruenit: & figura mea
reuersa est ad me: & optimates mei, & magi-
stratus mei requisierũt me, & in regno meo
restitutus sum: & magnificentia amplior
addita est mihi.* Nunc igitur ego Nabu- 34
chodonosor laudo, & magnifico, & glorifico
regem cæli: quia omnia opera eius vera, &
viæ eius iudicia, & gradientes in superbia
potest humiliare.

CAP. V.

BAltassar rex fecit grãde conuiuium opti- 1
matibus suis mille, & vnusquisq. secun- A
dum suam bibebat ætatem.* Præcepit ergo 2
iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea,
& argentea, quæ asportauerat Nabuchodo-
nosor pater eius de templo, quod fuit in Ie-
rusalem, vbi biberent in eis rex, & optimates
eius, vxoresque eius, & concubinæ.* Tunc 3
allata sunt vasa aurea, & argentea, quæ aspor
tauerat de templo, quod fuerat in Ierusalẽ,
& biberunt in eis rex, & optimates eius, vxo-
res, & concubinæ illius.* Bibebant vinum, & 4
laudabant deos suos aureos, & argenteos,
æreos, ferreos, ligneosq. & lapideos.* In ea- 5
dem hora apparuerunt digiti, quasi manus
hominis scribentis cõtra candelabrum in su-
perficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat B
articulos manus scribentis.* Tunc facies re- 6
gis commutata est, & cogitationes eius con-
turbabant eum, & compages renum eius solu-
ebantur, & genua eius ad se inuicem colli-
debantur.* Exclamauit itaq; rex fortiter, vt 7
introducerent magos, Chaldæos, & aruspi-
ces. Et proloquens rex ait sapientibus Baby-
lonis: Quicumque legerit scripturam hanc, &
interpretationem eius manifestam mihi fe-
cerit purpura vestietur, & torquem auream
habebit in collo, & tertius in regno meo erit.
* Tunc ingressi omnes sapientes regis non 8
potuerunt, nec scripturam legere, nec inter-
pretationem indicare regi. * Vnde rex Bal- 9
tassar satis cõturbatus est, & vultus illius im-
mutatus est: sed & optimates eius turbaban-
tur.* Regina autem pro re, quę acciderat re- 10
gi, & optimatibus eius, domum conuiuij in- C
gressa est: & proloquẽs ait: Rex in æternum
viue: non te conturbent cogitationes tuæ, ne-
que facies tua immutetur.* Est vir in regno 11
tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet
in se: & in diebus patris tui scientia, & sapiẽ-
tia inuentæ sunt in eo: nam & rex Nabucho-
donosor pater tuus principem magorum, in-
cantatorum, Chaldæorum, & aruspicum cõ-
stituit eum, pater, inquam, tuus, ô rex:* quia 12
spiritus amplior, & prudentia, intelligen-
tiaq. & interpretatio somniorum, & ostensio
secretorum, ac solutio ligatorum inuentę sũt
in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomẽ
Baltassar, nunc itaque Daniel vocetur, & in-
terpretationem narrabit. * Igitur introdu- 13
ctus est Daniel coram rege. Ad quem præfa-
D tus rex ait. Tu es Daniel de filijs captiuitatis
Iudæ, quem adduxit pater meus rex de Iu-
14 dæa?* audiui de te quoniam spiritum deo-
rum habeas: & scientia, intelligentiasq. ac sa-
15 pientia ampliores inuentæ sunt in te.* Et
nunc introgressi sunt in conspectu meo sa-
pientes magi, vt scripturam hanc legerent, &
interpretationem eius indicarent mihi: &
nequiuerunt sensum huius sermonis edice-
16 re.* Porrò ego audiui de te. quod possis ob-
scura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo
vales scripturam legere, & interpretationem
eius indicare mihi, purpura vestieris, & tor-
quem auream circa collum tuum habebis, &
17 tertius in regno meo princeps eris.* Ad quę
E respondens Daniel, ait coram rege: Munerã
tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da:
scripturam autem legam tibi, rex, & inter-
18 pretationem eius ostendam tibi. * O rex,
Deus altissimus regnum, & magnificẽtiam,
gloriam, & honorem dedit Nabuchodono-
19 sor patri tuo. * Et propter magnificentiam,
quam dederat ei, vniuersi populi, tribus, &
linguæ tremebant, & metuebant eum: quos
volebat, interficiebat: & quos volebat, percu-
tiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos vo-
20 lebat, humiliabat. * Quando autem eleua-
tum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus
est ad superbiã: depositus est de solio regni
21 sui, & gloria eius ablata est: * " & à filijs ho- " Sup.4.
minum eiectus est, sed & cor eius cum be- c.21.
F stijs positum est, & cum onagris erat habita-
tio eius: fœnum quoque, vt bos comedebat,
& rore cæli corpus eius infectum est, donec
cognosceret, quod potestatem haberet Al-
tissimus in regno hominum: & quemcum-
22 que voluerit, suscitabit super illud. * Tu
quoque filius eius B. ltassar, non humiliasti
23 cor tuum, cum scires hęc omnia:* sed aduer
sum Dominatorem cæli eleuatus es: & vasa
domus eius allata sunt corã te, & tu, & opti-
mates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ
vinum bibistis in eis: deos quoque argẽteos,
& aureos, & æreos, ferreos, ligneosq. & lapi-
deos, qui non vident, neque audiunt, neque
sentiunt, laudasti: porrò Deum, qui habet sta
tum tuum in manu sua, & omnes vias tuas,
24 non glorificasti. * Idcircò ab eo missus est
articulus manus, quæ scripsit hoc, quod exa-
25 ratum est. * Hæc est autem scriptura, quæ
G digesta est: MANE, THECEL, PHARES.
26 * Et hæc est interpretatio sermonis, MA-
NE: numerauit Deus regnum tuum, & cõ-
27 pleuit illud. * THECEL: appensus est in
28 statera & inuentus es minus habẽs.* PHA-
RES: diuisum est regnum tuum, & datum
29 est Medis, & Persis.* Tunc iubente rege in-
dutus est Daniel purpura, & circumdata est
torques aurea collo eius: & prædicatum est
de eo, quod haberet potestatem tertius in
30 regno suo. * Eadem nocte interfectus est
31 Baltassar rex Chaldæus. * Et Darius Me-
dus successit in regnum annos natus sexa-
ginta duos.

CAP.

CAP. VI.

PLacuit Dario,& conſtituit ſuper regnum 1
ſatrapas cētum viginti, vt eſſent in toto A
regno ſuo. * Et ſuper eos Principes tres, ex 2
quibus Daniel vnus erat: vt ſatrapę illis red-
derent rationem, & rex nō ſuſtineret mole-
ſtiam. * Igitur Daniel ſuperabat omnes prin 3
cipes, & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior
erat in illo. * Porrò rex cogitabat conſtitue- 4
re eum ſuper omne regnum: vnde princi-
pes,& ſatrapæ quærebant occaſionem, vt in-
uenirent Danieli ex latere regis: nullamque
cauſam,& ſuſpicionem reperire potuerunt,
eo quod fidelis eſſet,& omnis culpa,& ſuſpi
cio non inueniretur in eo. * Dixerunt ergo 5
viri illi: Non inueniemus Danieli huic ali- B
quam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui.
* Tunc principes,& ſatrapæ ſurripuerunt re- 6
gi, & ſic locuti ſunt ei. Dari rex in æternum
viue: * conſilium inierunt omnes principes 7
regni tui, magiſtratus, & ſatrapæ, ſenatores,
& iudices, vt decretū Imperatorium exeat,
& edictum: vt omnis, qui petierit aliquam
petitionem à quocumque deo, & homine
vſque ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur
in lacum leonem. * Nunc itaque rex confir- 8
ma ſententiam, & ſcribe decretum: vt non
immutetur, quod ſtatutum eſt à Medis, &
Perſis, nec præuaricari cuiquam liceat. * Por- 9
rò rex Deus propoſuit edictum, & ſtatuit. C
* Quod cum Daniel comperiſſet, id eſt, con- 10
ſtitutam legem, ingreſſus eſt domum
ſuam:& feneſtris apertis in cęnaculo ſuo cō-
tra Ieruſalem tribus temporibus in die fle-
ctebat genua ſua, & adorabat, confitebatur-
que coram Deo ſuo, ſicut & ante facere con-
ſueuerat. * Viri ergo illi curioſius inquiren- 11
tes inuenerunt Danielem orantem, & obſe-
crantem Deum ſuum. * Et accedentes locu- 12
ti ſunt regi ſuper edicto: Rex, numquid nō D
conſtituiſti, vt omnis homo, qui rogaret quē-
quam de dijs, & hominibus vſque ad dies
triginta, niſi te, rex, mitteretur in lacum leo-
num? Ad quos reſpondens rex, ait: verus eſt
ſermo iuxta decretum Medorū, atque Per-
ſarum, quod præuaricari non licet. * Tunc 13
reſpondentes dixerunt coram rege: Daniel
de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de le-
ge tua,& de edicto, quod conſtituiſti: ſed tri-
bus temporibus per diem orat obſecratione
ſua. * Quod verbum cum audiſſet rex ſatis 14
contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor, vt
liberaret eum, & vſque ad occaſum Solis la-
borabat, vt erueret illum. * Viri autem illi 15
intelligentes regem dixerūt ei: Scito rex, quia
lex Medorum, atque Perſarum eſt, vt omne
decretum, quod conſtituerit rex, non liceat
immutari. * Tunc rex præcepit: & adduxe- 16
runt Danielem,& miſerunt eum in lacū leo- E
num. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem
colis ſemper, ipſe liberabit te. * Allatusq; eſt 17
lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci: quem
obſignauit rex anulo ſuo, & anulo optima-
tum ſuorum, ne quid fieret contra Daniele.
18 * Et abijt rex in domum ſuam, & dormiuit
incœnatus, cibique non ſunt allati coram eo,
19 inſuper,& ſomnus receſſit ab eo. * Tunc rex
primo diluculo conſurgens, feſtinus ad la-
20 cum leonum perrexit: * appropinquansque
lacui, Danielem voce lacrymabili inclama-
uit, & affatus eſt eum: Daniel ſerue Dei vi-
uentis, Deus tuus, cui tu ſeruis ſemper, pu-
21 taſne valuit te liberare à leonibus? * Et Da-
F niel regi reſpondens ait: Rex in æternum
22 viue: * ‖ Deus meus miſit Angelum ſuum, ‖ 1.Mac. 2.f.60.
& concluſit ora leonum, & non nocuerunt
mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in
me: ſed & coram te, rex, delictum non feci.
23 * Tunc vehementer rex gauiſus eſt ſuper
eo, Danielem præcepit educi de lacu: edu-
ctuſq; eſt Daniel de lacu. & nulla læſio inuē-
24 ta eſt in eo: quia credidit Deo ſuo. * Iubente
autem rege, adducti ſunt viri illi, qui accuſa-
uerant Danielem: & in lacum leonum miſſi
ſunt, ipſi, & filij, & vxores eorum: & non
peruenerunt vſque ad pauimentum laci, do-
nec arriperent eos leones, & omnia oſſa eo-
25 rum comminuerunt. * Tunc Darius rex
ſcripſit vniuerſis populis, tribubus,& linguis
G habitantibus in vniuerſa terra: PAX vobis
26 multiplicetur. * A me conſtitutum eſt de-
cretum, vt in vniuerſo imperio, & regno
meo tremiſcant,& paueant Deum Danielis,
ipſe eſt enim Deus viuens, & æternus in ſæ-
cula: & regnum eius non diſſipabitur,& po-
27 teſtas eius vſque in æternum. * Ipſe libera-
tor, atque ſaluator, faciens ſigna, & mirabilia
in celo,& in terra: qui liberauit Danielem de
28 lacu leonum. * ‖ Porrò Daniel perſeuera- ‖ Sup.1.d.21.
uit vſque ad regnum Darij, regnumque Cy-
ri Perſæ.

CAP. VII.

1 ANno primo Baltaſſar regis Babylonis,
A Daniel ſomnium vidit: viſio autem ca-
pitis eius in cubili ſuo: & ſomnium ſcri-
bens, breui ſermone comprehendit: ſumma-
2 timque perſtringens, ait: * Videbam in vi-
ſione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli
3 pugnabant in mari magno. * Et quatuor be-
ſtiæ grādes aſcendebant de mari diuerſe in-
4 ter ſe. * Prima quaſi leæna, & alas habebat
aquilæ: aſpiciebam donec euulſæ ſunt alæ
eius, & ſublata eſt de terra, & ſuper pedes
quaſi homo ſtetit, & cor hominis datum eſt
5 ei. * Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte
B ſtetit: & tres ordines erant in ore eius, & in
dentibus eius,& ſic dicebant ei: Surge, comede
6 carnes plurimas. * Poſt hæc aſpiciebam, &
ecce alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi
auis, quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erāt
7 in beſtia, & poteſtas data eſt ei. * Poſt hæc
aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia
quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis ni-
mis dentes ferreos habebat magnos, come-
dens, atque comminuens, & reliqua pedibus
ſuis conculcans: diſſimilis autem erat ceteris
beſtijs, quas videram ante eam, & habebat
cornua

cornua decem. * Conſiderabam cornua, & 8
ecce cornu aliud paruulum ortū eſt de me- C
dio eorum, & tria de cornibus primis euulſa
ſunt à facię eius: & ecce oculi, quaſi oculi ho-
minis erat in cornu iſto, & os loquens ingen-
tia. * Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt,& 9
antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius
candidum quaſi nix, & capilli capitis eius
quaſi lana munda thronus eius flāmæ ignis:
‖ Apo.5.d.21. rotæ eius ignis accenſus. * ‖ Fluuius igneus, 10
rapiduſque egrediebatur à facie eius millia
millium miniſtrabant ei, & decies millies
centena millia aſſiſtebant ei: iudicium ſedit,
& libri aperti ſunt. * Aſpiciebam propter vo- 11
cem ſermonum grandium, quos cornu illud D
loquebatur: & vidi quoniam interfecta eſſet
beſtia,& periſſet corpus eius,& traditum eſ-
ſet ad comburendum igni: * aliarum quoque 12
beſtiarum ablata eſſet poteſtas, & tempora
vitæ conſtituta eſſent eis, vſque ad tempus,
& tempus. * Aſpiciebam ergo in viſione no- 13
ctis,& ecce cum nubibus cæli, quaſi filius ho-
minis veniebat,& vſque ad antiquum dierū
peruenit:& in conſpectu eius obtulerunt eū.
* Et dedit ei poteſtatem,& honorem,& re- 14
gnum:& omnes populi, tribus,& linguæ ipſi
‖ Luc.1.c.33. Mich.4.c.7. Sup.3.g.100. ſeruient: ‖ poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ
non auferetur:& regnum eius, quod nō cor-
rumpetur. * Horruit ſpiritus meus, ego Da- 15
niel territus ſum in his,& viſiones capitis mei E
conturbauerunt me. * Acceſſi ad vnum de aſ- 16
ſiſtentibus,& veritatem quærebam ab eo de
omnibus his. Qui dixit mihi interpretatio-
nem ſermonum,& docuit me. * Hæ quatuor 17
beſtiæ magnæ quatuor ſunt regna, quæ con-
ſurgent de terra. * Suſcipient autem regnum 18
ſancti Dei altiſſimi: & obtinebūt regnū, vſq;
in ſæculum, & ſæculum ſæculorum. * Poſt 19
hoc volui diligenter diſcere de beſtia quar-
ta, quæ erat diſſimilis valdè ab omnibus, &
terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei:
comedebat, & comminuebat, & reliqua pe-
20 dibus ſuis conculcabat: * & de cornibus de-
cem, quæ habebat in capite: & de alio, quod
ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cor-
nua:& de cornu illo, quod habebat oculos,&
21 os loquens grandia,& maius erat ceteris. *
F Aſpiciebam,& ecce cornu illud faciebat bellū
22 aduerſus ſanctos,& præualebat eis, * donec
venit antiquus dierum, & iudicium dedit
sāctis Excelſi,& tempus aduenit, & regnum
23 obtinuerunt ſancti. * Et ſic ait. Beſtia quar-
ta, regnum quartum erit in terra, quod ma-
ius erit omnibus regnis,& deuorabit vniuer-
ſam terram, & conculcabit, & comminuet
24 eam. * Porrò cornua decem ipſius regni, de-
cem reges erunt: & alius conſurget poſt eos,
& ipſe potentior erit prioribus, & tres reges
25 humiliabit. * Et ſermones contra Excelſum
loquetur,& ſanctos Altiſſimi conteret:& pu-
G tabit quod poſſit mutare tempora, & leges,
& tradentur in manu eius, vſque ad tēpus,&
26 tempora,& dimidium temporis. * Et iudi-
cium ſedebit, vt auferatur potentia, & cōte-
27 ratur,& diſpereat, vſque in finem. * Regnū
autem,& poteſtas,& magnitudo regni, quæ
eſt ſubter omne cælum, detur populo sācto-
rum Altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempi
ternum eſt,& omnes reges ſeruiēt ei,& obe-
28 dient. * Hucuſque finis verbi. Ego Daniel
multum cogitationibus meis conturbabar,&
facies mea mutata eſt in me: verbum autem
in corde meo conſeruaui.

CAP. VIII.

1 ANno tertio regni Baltaſſar regis, viſio
A apparuit mihi. Ego Daniel poſt id, quod
vide-

.videram in principio,* vidi in visione mea, 2
cum essem in Susis castro,quod est in Ælam
regione:vidi autem in visione esse me super
portam Vlai * Et leuaui oculos meos, & vi- 3
di: & ecce aries vnus stabat ante paludem,
habens cornua excelsa,& vnum excelsius al-
tero,atque succrescens. Postea * vidi arietem 4
cornibus ventilantem contra Occidentem,
& contra Aquilonem, & contra Meridiem,
& omnes bestię non poterant resistere ei,ne-
que liberari de manu eius, fecitq. secundum
voluntatem suam,& magnificatus est. * Et 5
ego intelligebam: ecce autē hircus caprarum B
veniebat ab Occidente super faciem totius
terræ, & non tangebat terram: porro hircus
habebat cornu insigne inter oculos suos.* Et 6
venit vsque ad arietem illum cornutum,
quem videram stantem ante portam, & cu-
currit ad eum in impetu fortitudinis suæ.
* Cumque appropinquasset prope arietem, 7
efferatus est in eum,& percussit arietem: & C
comminuit duo cornua eius, & non poterat
aries resistere ei:cumque eum misisset in ter-
ram. conculcauit, & nemo quibat liberare
arietem de manu eius. * Hircus autem ca- 8
prarum magnus factus est nimis: cumque
creuisset, fractum est cornu magnū, & orta
sunt quatuor cornua subter illud per qua-
tuor ventos cæli. * De vno autem ex eis 9
egressum est cornu vnum modicum: & fa-
ctum est grande contra Meridiem,& contra
Orientem,& contra fortitudinem. * Et ma- 10
gnificatum est vsque ad fortitudinem cæli:
& deiecit de fortitudine, & de stellis,& con-
culcauit eas. * Et vsque ad principem forti- 11
tudinis magnificatum est: & ab eo tulit iu- D
ge sacrificium, & deiecit locū sanctificatio-
nis eius: * Robur autem datum est ei con- 12
tra iuge sacrificium propter peccata: & pro-
sternetur veritas in terra,& faciet,& prospe-
rabitur.* Et audiui vnum de sanctis loquē- 13
tem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui
loquenti: Vsquequo visio, & iuge sacrificiū,
& peccatum desolationis, quæ facta est: &
sanctuarium, & fortitudo conculcabitur?
* Et dixit ei: Vsque ad vesperam, & mane, 14
dies duo millia trecenti:& mundabitur san-
ctuarium. * Factum est autem cum viderē 15
ego Daniel visionem, & quærerē intelligen- E
tiam: ecce stetit in conspectu meo quasi spe-
cies viri. * Et audiui vocem viri inter Vlai: 16
& clamauit: & ait: Gabriel fac intelligere
istam visionem. * Et venit, & stetit iuxta 17
vbi ego stabam,cumque venisset, pauēs cor-
rui in faciem meam, & ait ad me: Intellige
fili hominis, quoniam in tempore finis com-
plebitur visio.* Cumque loqueretur ad me, 18
collapsus sum pronus in terram: & tetigit
me, & statuit me in gradu meo, * dixitque 19
mihi: Ego ostendam tibi,quæ futura sunt in F
nouissimo maledictionis, quoniam habet
tempus finem suum. * Aries, quem vidisti 20
habere cornua,rex Medorum est atque Per-
sarum. * Porrò hircus caprarum,rex Græco- 21
rum est, & cornu grande, quod erat inter
22 oculos eius,ipse est rex primus.* Quod au-
tem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo
quatuor reges de gente eius consurgent,sed
23 non in fortitudine eius. * Et post regnum
eorum,cum creuerint iniquitates,consurget
rex impudens facie,& intelligēs propositio-
24 nes.* & roborabitur fortitudo eius,sed non
in viribus suis, & supra quam credi potest,
vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet
Et interficiet robustos, & populum sancto-
25 rum * secundum voluntatem suam, & di-
G rigetur dolus in manu eius,& cor suum ma
gnificabit, & in copia rerum omnium occi-
det plurimos, & contra principem princi-
pum consurget, & sine manu conteretur.
26 * Et visio vespere.& mane,quę dicta est, ve
ra est,tu ergo visionē signa, quia post mul-
27 tos dies erit.* Et ego Daniel langui,& ęgro-
taui per dies,cumque surrexissem,faciebam
opera regis,& stupebam ad visionem,& nō
erat qui interpretaretur.

CAP. IX.

1 IN anno primo Darij filij Assueri de se-
A mine Medorum,qui imperauit super re-
2 gnū Chaldæorū:* Anno vno regni eius,ego
Daniel intellexi in libris " numerum anno- " Ier. 25.
rum,de quo factus est sermo Domini ad Ie- ca. 11. &
remiam prophetam,vt complerentur deso- 29. c. 10.
3 lationis Ierusalem septuaginta anni.* Et po-
sui faciem meam ad Dominum Deum meū
rogare,& deprecari in ieiunijs,sacco,& cine-
4 re. * Et oraui Dominum Deum meum,&
confessus sum,& dixi:"Obsecro Domine " 2. Esd.
Deus magne,& terribilis, custodiens pactū, 1. b.j.
& misericordiam diligentibus te, & custo- " Baruc
5 dientibus mandata tua.* " Peccauimus,ini- 1. c. 17.
quitatem fecimus,impie egimus, & recessi-
mus,& declinauimus à mandatis tuis,ac iu-
6 dicijs.* Non obediuimus seruis tuis prophe
B tis, qui locuti sunt in nomine tuo regib. no-
stris,principibus nostris, patrib. nostris,om-
7 nique populo terræ. * Tibi Domine iusti-
tia: nobis autem confusio faciei, sicut est
hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalē,
& omni Israel, his qui prope sunt, & his
qui procul in vniuersis terris, ad quas eieci-
sti eos propter iniquitates eorum, in quibus
8 peccauerunt in te. * Domine nobis confu-
sio faciei,regibus nostris, principib. nostris,
9 & patribus nostris,qui peccauerunt. * Tibi
autem Domino Deo nostro misericordia,
10 & propitiatio, quia recessimus à te: * &
non audiuimus vocem Domini Dei nostri
vt ambularemus in lege eius, quam posuit
11 nobis per seruos suos prophetas. * Et omnis
Israel præuaricati sunt legem tuam, & decli
C nauerūt ne audirent vocem tuam, & stilla-
uit super nos maledictio, & detestatio,quæ
scripta est in libro Moysi serui Dei,quia pec
12 cauimus ei. * Et statuit sermones suos,quos
locutus est super nos,& super principes no-
stros,qui iudicauerunt nos,vt superinduce-
ret in nos magnum malū, quale numquam
fuit sub omni cælo,secundum quod factum
est in Ierusalem. * " Sicut scriptum est in le- 13
" Deu. 27 ge Moysi,omne malum hoc venit super nos:
c. 14. & non rogauimus faciem tuā Domine Deus
noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus no-
stris,& cogitaremus veritatem tuam * Et vi 14
gilauit Dominus super malitiam,& adduxit D
eā super nos: iustus Dn̄s Deus noster in om-
nibus operibus suis,quę fecit:non enim audi
" Baruc. uimus vocem eius * " Et nunc Dn̄e Deus 15
2. c. 11. noster." qui eduxisti populum tuum de ter-
" Ex. 15. ra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomē
c. 14. secundū diem hanc, peccauimus, iniquita-
tem fecimus. * Dn̄e in omnem iustitiam 16
tuā. auertatur obsecro ira tua, & furor tuus
à ciuitate tua Ierusalem, & mōte sancto tuo.
Propter peccata enim nostra, & iniquitates
patrum nostrorum, Ierusalem, & populus
tuus in opprobrium sunt omnibus, per cir-
cuitum nostrum.* Nunc ergo exaudi Deus 17
noster orationem serui tui,& preces eius, &
ostende faciem tuam super sanctuarium
tuum,quod desertū est propter temetipsum. F
* Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: 18
aperi oculos tuos, & vide desolationem no-
stram, & ciuitatem,super quam inuocatum
est nomen tuum, neque enim in iustificatio-
nib. nostris prosternimus preces ante faciem
tuam,sed in miserationibus tuis multis.* E- 19
xaudi Dn̄e, placare Dn̄e: attende, & fac: ne
moreris propter temetipsum Deus meus:
quia nomen tuum inuocatum est super ciui-
tatem, & super populum tuum. * Cumque 20
adhuc loquerer,& orarem,& confiterer pec-
cata mea,& peccata populi mei Israel,& pro- F
sternerem preces meas in cōspectu Dei mei,
pro monte sancto Dei mei: * Adhuc me lo- 21
quente in oratione,ecce vir Gabriel, quē vi-
deram in visione à principio, citò volans te
tigit me in tēpore sacrificij vespertini. * Et 22
docuit me,& locutus est mihi,dixitque.Da-
niel nunc egressus sum vt docerem te, & in-
telligeres.* Ab exordio precum tuarū egres- 23
sus est sermo, ego autem veni vt indicarem
tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo ani-
maduerte sermonem,& intellige visionem.
" Ma. 24. * " Septuaginta hebdomades abbreuiatæ 24
b. 11. sunt super populum tuū, & super vrbē san-
Ioan. 1. ctam tuam vt consummetur præuaricatio,
g. 45. & finem accipiat peccatum, & deleatur ini-
quitas, & adducatur iustitia sempiterna, &
impleatur visio,& prophetia, & vngatur San
ctus sanctorum.* Scito ergo,& animaduer 25
te: Ab exitu sermonis: vt iterum ædificetur G
Ierusalem, vsque ad Christum ducē, hebdo-
mades septem, & hebdomades sexaginta
duæ erunt, & rursum ædificabitur platea,&
muri in angustia temporum. * Et post heb 26
domades sexaginta duas occidetur Christus:
& non erit eius populus,qui eum negaturus
est. Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit
populus cum duce venturo: & finis eius va-
stitas, & post finem belli statuta desolatio.
* Confirmabit autem pactū multis hebdo- 27
mada vna,& in dimidio hebdomadis defi-
ciet hostia, & sacrificium, & erit in templo
abominatio desolationis,& vsque ad cōsum-
mationem,& finem perseuerabit desolatio.

CAP. X.

1 ANno tertio Cyri regis Persarū, verbum
A reuelatū est Danieli cognomento Bal-
tassar,& verbum verū,& fortitudo magna:
intellexitque sermonem, intelligentia enim
2 est opus in visione.* In dieb. illis ego Daniel
3 lugebā trium hebdomadarum diebus.* pa-
nem desiderabilem non comedi, & caro, &
vinum non introierunt in os meum, sed ne-
que vnguento vnctus sum: donec complerē
4 tur trium hebdomadarum dies. * Die autē
vigesima, & quarta mensis primi erā iuxta
5 fluuium magnum,qui est Tigris.* Et leuaui
oculos meos,& vidi:& ecce vir vnus vestitus
6 lineis, & renes eius accincti auro obrizo, * &
corpus eius quasi chrysolithus,& facies eius,
velut species fulguris,& oculi eius vt lampas
ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sūt
vsque ad pedes,quasi species æris candentis:
& vox sermonū eius vt vox multitudinis.
7 * Vidi autem ego Daniel solus visionem:por
B rò viri,qui erant mecum,non viderunt, sed
terror nimius irruit super eos, & fugerūt in
8 absconditum. Ego autem relictus solus vidi
visionem grandem hanc, & non remansit in
me fortitudo, sed & species mea immutata
est in me, & emarcui,nec habui quidquā vi-
9 rium. * Et audiui vocem sermonum eius,&
audiens iacebam consternatus super faciem
10 meā, & vultus meus hærebat terræ. * Et ec-
ce manus tetigit me, & erexit me super ge-
nua mea, & super articulos manuū mearū.
11 * Et dixit ad me: Daniel vir desideriorū, in
tellige verba,quæ ego loquor ad te, & sta in
gradu tuo,nunc enim sum missus ad te. Cū
que dixisset mihi sermonem istum,steti tre-
12 mens. * Et ait ad me. Noli metuere Daniel:
C quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad
intelligendum vt te affligeres in conspectu
Dei tui,exaudita sunt verba tua: & ego veni
13 propter sermones tuos. * Princeps autē re-
gni Persarū restitit mihi viginti, & vno die-
bus,& ecce Michael vnus de principibus pri-
mis venit in adiutorium meum, & ego re-
14 mansi ibi iuxta regem Persarum.* Veni au-
tem,vt docerem te quę ventura sunt populo
tuo in nouissimis diebus,quoniam adhuc vi-
15 sio in dies. * Cumque loqueretur mihi hu-
iuscemodi verbis, deieci vultum meū ad ter-
16 ram,& tacui. * Et ecce quasi similitudo filij
hominis tetigit labia mea, & aperiens os
meum locutus sum, & dixi ad eum, qui sta-
bat cōtra me: Domine mi,in visione tua dis-
solutæ sunt cōpages meæ, & nihil in me re-
17 mansit virium. * Et quomodo poterit seruus
D Domini mei loqui cum Domino meo? nihil
enim in me remansit virium, sed & halitus
18 meus intercluditur.* Rursū ergo tetigit me
19 quasi visio hominis, & confortauit me, * &
dixit: Noli timere vir desideriorū; pax tibi,
confortare,& esto robustus. Cumque loque-
retur mecū,conualui,& dixi: Loquere Do-

mine mi,quia confortasti me. Et ait: Nun- 20
quid scis quare venerim ad te? & nũc reuertar vt prælier aduersum principẽ Persarum.
cum ego egrederer, apparuit princeps Græ-
orum veniens. * Verumtamen annuncia- 21
bo tibi quod expressum est in scriptura veritatis:& nemo est adiutor meus in omnibus
his,nisi Michael princeps vester.

CAP. XI.

EGo autem ab anno primo Darij Medi sta
bam vt confortaretur,& roborataretur. A
* Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce 2
adhuc tres reges stabunt in Perside, & quar-
tus ditabitur opibus nimijs super omnes: &
cum inualuerit diuitijs suis concitabit om-
nes aduersum regnum Græciæ. * Surget ve 3
rò rex fortis,& dominabitur potestate multa:& faciet quod placuerit ei. * Et cum stete-
rit,conteretur regnum eius, & diuidetur in
quatuor ventos cæli: sed non in posteros e-
ius,neque secundum potẽtiam illius,qua do-
minatus est,lacerabitur enim regnum eius e-
tiam in externos,exceptis his * Et conforta- 5
bitur rex Austri: & de principibus eius præ-
ualebit super eum, & dominabitur ditione:
multa enim dominatio eius. * Et post finem 6
annorum fœderabuntur: filiaque regis Au-
stri veniet ad regem Aquilonis facere amici-
tiam,& non obtinebit fortitudinem brachij,
nec stabit semen eius,& tradetur ipsa, & qui
adduxerunt eam,adolescentes eius,& qui cõ
fortabant eam in temporibus. * Et stabit de 7
germine radicum regis plantatio,& veniet cũ
exercitu,& ingredietur prouinciã regis Aqui B
lonis,& abutetur eis,& obtinebit. * insuper 8
& deos eorum, & sculptibilia, vasa quoque
pretiosa argenti,& auri captiua ducet in Ægyptum:ipse præualebit aduersus regẽ Aqui
lonis. * Et intrabit in regnum rex Austri, & 9
reuertetur ad terram suam. * Filij autẽ eius 10
prouocabuntur,& congregabunt multitudi-
nem exercituum plurimorum:& veniet pro
perans,& inundans,& reuertetur,& concita-
bitur,& congredietur cum robore eius. * Et 11
prouocatus rex Austri egredietur, & pugna-
bit aduersus regem Aquilonis,& præparabit
multitudinem nimiam, & dabitur multitu-
do in manu eius. * Et capiet multitudinem, 12
& exaltabitur cor eius,& deijciet multa mil- C
lia,sed non præualebit. * Conuertetur enim 13
rex Aquilonis, & præparabit multitudinem
multo maiorem,quam prius: et in fine tem-
porum,annorumque veniet properans cum
exercitu magno,et opibus nimijs. [n] * Et in tẽ 14
poribus illis multi consurgent aduersus regẽ
Austri: filij quoque præuaricatorum populi
tui extollentur vt impleant visionem,& cor-
ruẽt. * Et veniet rex Aquilonis,& comporta- 15
bit aggerem,& capiet vrbes munitissimas:&
brachia Austri non sustinebunt,& consurgẽt
electi eius ad resistendum, & non erit forti-
tudo. * Et faciet veniens super eum iuxta 16
placitum suum,& non erit,qui stet contra fa
ciem eius: & stabit in terra inclita,& consu-
metur in manu eius. * Et ponet faciem suã 17
vt veniat ad tenendum vniuersum regnum
eius, & recta faciet cum eo, & filiam fœmi-
narum dabit ei,vt euertat illud, & non sta-
18 bit,nec illius erit. * Et conuertet faciẽ suam
ad insulas,& capiet multas: & cessare faciet
principem opprobrij sui,& opprobrium eius
19 conuertetur in eum. * Et conuertet faciem
D suam ad Imperium terræ suæ, & impinget,
20 corruet, & non inuenietur. * Et stabit in lo-
co eius vilissimus, & indignus decore regio,
& in paucis diebus conteretur, non in furo-
21 re,nec in prælio. * Et stabit in loco eius despe
ctus, & non tribuetur ei honor regius:& ve-
niet clam, & obtinebit regnum in fraudulen
22 tia. * Et brachia pugnantis expugnabũtur à
facie eius,& conterentur: insuper & dux fœ-
23 deris. * Et post amicitias,cum eo faciet dolũ
& ascendet,& superabit in modico populo.
24 * Et abundantes, & vberes vrbes ingredie-
tur:& faciet quæ non fecerunt patres eius, &
patres patrum eius:rapinas,& prædam,& di
uitias eorum dissipabit,& contra firmissimas
cogitationes inibit: & hoc vsque ad tempus.
25 * Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius
aduersum regem Austri in exercitu magno:
& rex Austri prouocabitur ad bellum mul-
tis auxilijs,& fortibus nimis: & non stabunt,
26 quia iniount aduersus eum consilia. * Et co-
E medentes panem cum eo conterent illum,
exercitusque eius opprimetur: & cadent in-
27 terfecti plurimi. * Duorum quoque regum
cor erit vt malefaciant,et ad mensam vnam
mendacium loquentur, et non proficient:
28 quia adhuc finis in aliud tempus. * Et reuer
tetur in terram suam cum opibus multis, et
cor eius aduersum testamẽtum sanctum, et
29 faciet,et reuertetur in terram suam. * Statu-
to tempore reuertetur,et veniet ad Austrũ:
30 et non erit priori simile nouissimum. * Et ve
nient super eum Trieres,et Romani, et per-
cutietur,et reuertetur,et indignabitur contra
testamentum sanctuarij:et faciet,reuertetur
que,et cogitabit aduersum eos,qui derelique
31 runt testamentũ sanctuarij. * Et brachia ex
eo stabunt,et polluent sanctuarium fortitu-
dinis,et auferent iuge sacrificium: et dabunt
32 abominationem in desolationem. * Et im-
F pij in testamentum simulabunt fraudulẽter:
populus autem sciens Deum suum, obtine-
33 bit,et faciet. * Et docti in populo docebunt
plurimos:et ruent in gladio,et in flamma,et
34 in captiuitate,et in rapina dierum. * Cumq;
corruerint,subleuabuntur auxilio paruulo,
35 et applicabuntur eis plurimi fraudulenter. *
Et de eruditis ruent,vt conflentur,et eligan-
tur,et dealbentur vsq. ad tempus præfinitũ
36 quia adhuc aliud tẽpus erit. * Et faciet iuxta
voluntatem suã rex,et eleuabitur,et magnifi
cabitur aduersus omnem deum:et aduersus
Deum deorũ loquetur magnifica, et dirige-
tur,donec compleatur iracundia, perpetrata
37 quippe est definitio. * Et Deum patrũ suo-
rum non reputabit:et erit in concupiscentijs
feminarum, nec quemquam deorum cura-
38 bit:quia aduersũ vniuersa cõsurget. * Deum
autem

Ifa.19.c. 16.

autem Moazim in loco suo venerabitur: &
Deum quem ignorauerunt partes eius, colet
auro,& argento,& lapide pretioso,rebusque
pretiosis. * Et faciet vt muniat Maozim cum 39
4 Deo alieno,quem cognouit, & multiplicabit G
gloriam, & dabit eis potestatem in multis,
& terrã diuidet grauito * Et in tẽpore præ- 40
finito prælibitur aduersus eum rex Austri,
& quasi tempestas veniet contra illũ rex A-
quilonis in curribus,& in equitibus,& in clas-
se magna,& ingredietur terras, & conteret.
& pertransiet. * Et introibit in terrã glorio- 41
sam,& multæ cortuent: hæ autem solæ sa-
lubãtur de manu eius, Edo,& Moab,& prin
cipium filiorum Ammon. * Et mittet manũ 42
suã in terras: & Terra Ægypti non effugiet.
* Et dominabitur thesaurorum auri, & ar- 43
géti.& in omnib^9 pretiosis Ægypti:per Libyã
quoque,& Aethiopiam transibit. * Et fama 44
turbabit eum ab Oriente,& ab Aquilone: &
veniet in multitudine magna vt conterat,&
interficiat plurimos. * Et figet tabernaculum 45
suum Apadno in maria, super montem in-
clitum,& sanctum: & veniet vsque ad sum-
mitatem eius,& nemo auxiliabitur ei.

CAP. XII.

IN tempore autem illo consurget Michael 1
princeps magnus,qui stat pro filijs populi A
tui:& veniet tempus quale non fuit ab eo,ex
quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus
illud. Et in tempore illo saluabitur populus
tuus:omnis qui inuentus fuerit scriptus in li-
bro * Et multi de his,qui dormiunt in terræ 2
Matt.25 d.46. puluere,euigilabunt, [o] alij in vitam æternã,
& alij in opprobrium vt videant semper.
3 * Qui autem docti fuerint, [p] fulgebant quasi [p] Sap. 3 b.7.
splendor firmamenti: & qui ad iustitiam e-
rudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æ-
4 ternitates. * Tu autem Daniel claude sermo-
B nes,& signa librum vsque ad tempus statu-
tum:plurimi pertransibunt,& multiplex erit
5 scientia. * Et vidi ego Daniel, & ecce quasi
duo alij stabant: vnus hinc super ripam flu-
minis, & alius inde ex altera ripa fluminis.
6 * Et dixi viro,qui erat indutus lineis,qui sta-
bat super aquas fluminis: Vsquequo finis ho-
7 rum mirabiliũ? * Et audiui virũ, qui indu-
C tus erat lineis, qui stabat super aquas flumi-
nis, [q] cum eleuasset dexteram, & sinistram [q] Ap. 10 a.5.
suam in cælum, & iurasset per viuentem in
æternum,quia in tempus,& tempora, & di-
midium temporis. Et cum completa fuerit
dispersio manus populi sancti complebun-
8 tur vniuersa hæc. * Et ego audiui, & non in-
tellexi. Et dixi: Domine mi,quid erit post
6 hæc? * Et ait: Vade Daniel,quia clausi sunt
signatiq. sermones vsque ad præfinitũ tem-
10 pus, * Eligentur, & dealbabuntur, & quasi
D ignis probabuntur multi, & impiè agent im-
pij,neque intelligent omnes impij,porrò do-
11 cti intelligent. * Et à tempore cũ ablatũ fue-
rit iuge sacrificiũ,et posita fuerit abominatio
in desolationem,dies mille ducenti nonagin
12 ta. * Beatus,qui expectat, et peruenit vsque
ad dies mille trecentos triginta quinque.
13 * Tu autem vade ad præfinitum: et requie-
sces,et stabis in sorte tua in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo Voluminе legimus. Quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

CAP. XIII.

ET erat vir habitans in Babylone, et no- 1
men eius Ioa Kim. * Et accepit vxorem 2
A nomine Susannam, filiam Helciæ pulchram
3 nimis,et timentem Deum: * parentes enim
illius,cũ essent iusti, erudierunt filiam suam

secundum legem Moysi. * Erat autem Ioa- 4
Kim diues valdè, & erat ei pomarium vici-
nũ domui suæ: & ad ipsum confluebant Iu-
dæi,eò quod esset honorabilior omnium. * 5
Et constituti sunt de populo duo senes iudi-
ces in illo anno: de quibus locutus est Domi-
nus:Quia egressa est iniquitas de Babylone à
senioribus iudicicibus,qui videbantur regere
populum. * Isti frequentabant domum Ioa- 6
Kim,& veniebant ad eos omnes,qui habebãt
iudicia . * Cum autem populus reuertissent 7
per meridiem,ingrediebatur Susanna,& de-
ambulabat in pomario viri sui:* Et videbant 8
eam senes quotidie ingredientem, & deam-
bulantem:& exarserunt in concupiscentiam
eius:* & euerterunt sensum suum,& declina- 9
uerunt oculos suos, vt non viderent cælum,
neque recordarentur iudiciorum iustorum .
* Erant ergo ambo vulnerati amore eius,nec 10
indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: * 11
erubescebant enim indicare sibi concupiscẽ- B
tiam suam, volentes concumbere cum ea.*& 12
obseruabant quotidie solicitius videre eam .
Dixitq. alter ad alterum. * Eamus domum, 13
quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à
se.* Cumque reuertissent, venerunt in vnũ: 14
& sciscitantes ab inuicẽ causam,confessi sunt
concupiscentiam suam: & tunc in communi
statuerunt tempus , quando eam possent in-
uenire solam.* Factũ est aũt,cũ obseruarent 15
diem aptum, ingressa est aliquando sicut he-
ri,& nudiustertius,cum duabus solis puellis,
voluitq. lauari in pomario,æstus quippe erat:
* & non erat ibi quisquam , præter duos se- 16
nes absconditos,& contemplantes eam.* Di- 17
xit ergo puellis: Afferte mihi oleum,& smig-
mata,& ostia pomarij claudite,vt lauer.* Et 18
fecerunt sicut præceperat : clauseruntq. ostia
pomarij, & egressæ sunt per posticum vt af-
ferrent, quæ iusserat : nesciebantq; senes in-
tus esse absconditos.* Cum autẽ egressæ es- 19
sent puellæ,surrexerunt duo senes , & ac- C
currerunt ad eam,& dixerunt : * Ecce ostia 20
pomarij clausa sunt,& nemo nos videt,&
nos in concupiscentia tui sumus:quam ob rẽ
assentire nobis, & commiscere nobiscum, * 21
quod si nolueris,dicemus contra te testimo-
nium,quod fuerit tecum iuuenis,& ob hanc
causam emiseris puellas à te.* Ingemuit Su- 22
sanna, & ait: Angustiæ sunt mihi vndique: si
.n.hoc egero, mors mihi est: si autem non e-
gero,non effugiam manus vestras.*Sed me- 23
lius est mihi absq. opere incidere in manus
vestras,quam peccare in conspectu Domini.
* Et exclamauit voce magna Susanna: excla- 24
mauerunt autem,& senes aduersus eam.* 25
Et cucurrit vnus ad ostia pomarij,& aperuit.
* Cum ergo audissent clamorem famuli do- 26
mus in pomario,irruerunt per posticum , vt
viderent quidnam esset.* Postquam autem 27
senes locuti sunt,erubuerunt serui vehemen
ter: quia numquam dictus fuerat sermo hu- D
iuscemodi de Susanna . Et facta est dies cra-
stina .* Cumq. venisset populus ad IoacKim 28
virum eius, venerunt & duo presbyteri ple-
ni iniqua cogitatione aduersus Susannam,vt
29 interficerent eam. * Et dixerunt coram po-
pulo: Mittite ad Susannam filiam Helciæ v-
30 xorem Ioa Kim. Et statim miserunt.* Et ve-
nit cum parentibus,& filijs , & vniuersis co-
31 gnatis suis.* Porro Susanna erat delicata ni-
32 mis & pulchra specie.* At iniqui illi iusserũt,
vt discooperiretur:(erat .n. cooperta,)vt vel
33 sic satiarentur decore eius . * Flebant igitur
34 sui,& omnes,qui nouerant eam. * Consur-
gentes autẽ duo presbyteri in medio populi,
35 posuerunt manus suas , super caput eius. *
Quæ flens suspexit ad cælum erat enim cor
36 eius fiduciam habens in Dño.* Et dixerunt
presbyteri : Cum deambularemus in poma-
rio soli,ingressa est hæc cum duabus puellis,
& clausit ostia pomarij , & dimisit à se puel-
37 las.* Venitq. ad eam adolescens,qui erat ab-
38 sconditus,& concubuit cum ea.* Porrò nos
cum essemus in angulo pomarij,vidẽtes ini-
quitatem,cucurrimus ad eos,& vidimus eos
39 pariter commisceri.* Et illum quidem non
quiuimus comprehendere , quia fortior nobis
40 erat,& apertis ostijs exiliuit:* hanc autem cũ
E apprehendissemus, interrogauimus, quisnã
esset adolescens,& noluit indicare nobis:hu-
41 ius rei testes sumus.* Credidit eis multitu-
do,quasi senibus,& iudicibus populi,& con-
42 demnauerunt eam ad mortem.* Exclama-
uit autẽ voce magna Susanna,& dixit: Deus
æterne , qui absconditorum es cognitor, qui
43 nosti omnia antequam fiant,* tu scis,quoniã
falsum testimonium tulerunt contra me , &
ecce morior,cum nihil horum fecerim , quæ
isti malitiose composuerunt aduersum me.
44 * Exaudiuit autem Dominus vocem eius *
45 Cumque duceretur ad mortem , suscitauit
Dñs spiritum sanctum pueri iunioris, cuius
46 nomen Daniel:* Et exclamauit voce magna:
47 Mundus ego sum à sanguine huius.* Et cõ-
uersus omnis populus ad eũ,dixit : Quis est
48 iste sermo,quem tu locutus es? * Qui cũ sta-
ret in medio eorum,ait : Sic fatui filij Israel ,
non iudicantes:neque quod verũ est cogno-
49 scentes,condemnastis filiam Israel? * Reuer-
timini ad iudicium, quia falsum testimoniũ
50 locuti sunt aduersus eam.* Reuersus est er-
F go populus cum festinatione, & dixerunt ei
senes: Veni,& sede in medio nostrum,& in-
dica nobis quia tibi Deus dedit honorem,se-
51 nectutis. * Et dixit ad eos Daniel: Separate
illos ab inuicem procul,& dijudicabo eos.
52 * Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vo-
cauit vnum de eis,& dixit ad eum: Inuetera-
te dierum malorum , nunc venerunt pecca-
53 ta tua,quæ operabaris prius:* iudicans iudi-
cia iniusta, innocentes opprimens, & dimit-
tens noxios,dicente Domino : ″ Innocentem ″ Exo.23 a.4.
54 & iustum non interficies.* Nunc ergo si vi-
disti eam,dic sub qua arbore videris eos col-
55 loquentes tibi . Qui ait,Sub schino. * Dixit
autem Daniel : Rectè mentitus es in caput
tuum : Ecce enim Angelus Dei accepta sen-
56 tentia ab eo,scindet te medium. * Et amo-
to eo,iussit venire alium, & dixit ei : Semen
Cha-

Chanaan, & Iuda, species decepit te,& con-
cupiscentia subuertit cor tuum:* sic facieba- 57
tis filiabus Israel, & illæ timentes loqueban-
tur vobis:sed filia Iuda non sustinuit iniqui-
tatem vestram. * Nunc ergo dic mihi,sub 58
qua arbore comprehenderis eos loquentes si-
bi. Qui ait:Sub prino. * Dixit autẽ ei Daniel: 59
Rectè mentitus es,& tu in caput tuum:ma- G
net enim Angelus Domini,gladium habens,
vt secet te medium,& interficiat vos. * Ex- 60
clamauit itaque omnis cœtus voce magna, &
benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in
se.* Et consurrexerunt aduersus duos pres- 61
byteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore
suo falsum dixisse testimonium) feceruntq.
eis,sicut malè egerant aduersus proximum ,
″ Deu 9. d.19. *″ vt facerent secundum legem Moysi,& in- 62
terfecerunt eos, & saluatus est sanguis inno-
xius in die illa.* Helcias autem,& vxor eius 63
laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cũ
Ioa Kim marito eius , & cognatis omnibus ,
quia non esset inuenta in ea res turpis.* Da- 64
niel autem factus est magnus in conspectu
populi à die illa,& deinceps.* Et rex Astya- 65
ges appositus est ad patres suos , & suscepit
Cyrus Perses regnum eius.

CAP. XIIII.

Erat autem Daniel conuiua regis , & ho- 1
noratus super omnes amicos eius.* Erat A
quoq. idolum apud Babylonios nomine Bel: 2
& impendebantur in eo,per dies singulos si-
milæ artabe duodecim,& oues quadraginta,
vinique amphorę sex.* Rex quoque colebat 3
eum , & ibat per singulos dies adorare eum :
porrò Daniel adorabat Deum suum.Dixitq.
ei rex:Quare non adoras Bel?* Qui respon- 4
dens,ait ei:Quia non colo idola manufacta ,
sed viuentem Deum,qui creauit cælũ,& ter-
ram,& habet potestatem omnis carnis. * Et 5
dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel
viuens Deus? An non vides,quanta comedat:
& bibat quotidie ? * Et ait Daniel arridens : 6
Ne erres rex,iste enim intrinsecus luteus est,
& forinsecus æreus, neque comedit aliquan- B
do.* Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & 7
ait eis: Nisi dixeritis mihi,quis est, qui come-
dat impensas has:moriemini. * Si autem o- 8
stenderitis , quoniam Bel comedat hæc mo-
rietur Daniel,quia blasphemauit in Bel . Et
dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum.* 9
Erant autem Sacerdotes Bel septuaginta:ex-
ceptis vxoribus,& paruulis,& filijs. Et venit
rex cum Daniele in templum Bel.* Et dixe- 10
runt sacerdotes Bel: Ecce nos egredimur fo-
ras : & tu rex pone escas, & vinum misce,&
claude ostium,& signa annulo tuo:& * cum 11
ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia
comesta à Bel,morte moriemur,vel Daniel, C
qui mentitus est aduersum nos.* Contẽne- 12
bant autem,quia fecerant sub mensa abscon-
ditum introitum,& per illum ingrediebãtur
13 semper,& deuorabant ea . * Factum est igi-
tur postquã egressi sunt illi , rex posuit cibos
ante Bel:præcepit Daniel pueris suis,& attu-
lerunt cinerem,& cribrauit per totum tem
plum coram rege:& egressi clauserunt ostiũ:
14 & signantes annulo regis abierunt. * Sacer-
dotes autem ingressi sunt nocte iuxta cõsue-
tudinem suam, & vxores, & filij eorum : &
15 comederunt omnia, & biberunt. * Surrexit
16 autem rex primo diluculo,& Daniel cũ eo.*
Et ait rex:Saluane sũt signacula, Daniel? Qui
17 respondit:Salua, rex. * Statimque cum ape-
D ruisset ostium, intuitus rex mensam , excla-
mauit voce magna. Magnus es Bel, & nõ est
18 apud te dolus quisquam.* Et risit Daniel,&
tenuit regem ne ingrederetur intro:& dixit:
Ecce pauimentum,animaduertere cuius ve-
19 stigia sint hæc.* Et dixit rex: Video vestigia
virorum,& mulierum,& infantium. Et ira-
20 tus est rex. * Tunc apprehendit sacerdotes,
& vxores,& filios eorum : & ostenderunt ei
abscondita ostiola,per quæ ingrediebãtur,&
21 consumebant , quæ erant super mensam. *
Occidit ergo illos rex,& tradidit Bel in pote-
statem Danielis : qui subuertit eum , & tem-
22 plum eius.* Et erat draco magnus in loco il-
23 lo,& colebant eum Babylonij. * Et dixit rex
Danieli: Ecce nunc non potes dicere:quia iste
24 non sit Deus viuens:adora ergo eũ.* Dixitq.
E Daniel:Dominum Deum meum adoro:quia
ipse est Deus viuens: iste autem nõ est Deus
25 viuens.* Tu autem rex da mihi potestatem
& interficiam draconem , absque gladio , &
26 & fuste. Et ait rex:Do tibi. * Tulit ergo Da-
niel picem,& adipem, & pilos , & coxit pari-
ter:fecitq. massas, & dedit in os draconis, &
diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem cole-
27 batis.* Quod cum audissent Babylonij,indi-
gnati sunt vehementer:& congregati aduer
sum regem,dixerunt:Iudæus factus est rex:
Bel destruxit, draconem interfecit , & sacer-
28 dotes occidit . * Et dixerunt cum venissent
ad regem : Trade nobis Danielem , alioquin
29 interficiemus te,& domum tuam .* Vidit
F ergo rex,quod irruerent in eum vehemẽter:
& necessitate compulsus tradidit eis Danie-
30 lem. * Qui miserunt eum in lacum leonum,
31 & erat ibi diebus sex. * Porrò in lacu erant
leones septem,& dabãtur duo corpora quo-
tidie,& duæ oues : & tunc non data sũt eis ,
32 vt deuorarẽt Danielem.* Erat autẽ Habacuc
Propheta in Iudæa: & ipse coxerat pulmen-
tum,& intriuerat panes in alueolo:& ibat in
33 campum,vt ferret messoribus.* Dixitq. An-
gelus Dñi ad Habacuc: Fer prandium,quod
habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu
34 leonum.* Et dixit Habacuc:Dñe, Babylonẽ
35 non vidi,& lacum nescio.* ″ Et apprehendit ″ Eze.8. a.3.
eum Angelus Dñi in vertice eius,& portauit
G eum capillo capitis sui , posuitq. eum in Ba-
36 bylone supra lacum in impetu spiritus sui.*
Et clamauit Habacuc,dicẽs:Daniel serue Dei,
37 tolle prandiũ,quod misit tibi Deus. * Et ait
Daniel : Recordatus es mei Deus,& non de-
38 reliquisti diligentes te.* Surgẽsq. Daniel co-

medit. Portò Angelus Domini restituit Ha-
bacuc confestim in loco suo.* Venit ergo rex 39
die septimo, vt lugeret Danielem:& venit ad
lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens
in medio leonum. * Et exclamauit voce ma-40
gna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Da-
nielis. Et extraxit eũ de lacu leonum.* Por-41
rò illos, qui perditionis eius causa fuerant, in-
tromisit in lacum, & deuorati sunt in mo-
42 mento corã eò.* Tunc rex ait: Paueant om-
nes habitantes in vniuersa terra Deum Da-
nielis: quia ipse est Saluator, faciens signa, &
mirabilia in terra: qui liberauit Danielem de
lacu leonum.

PROPHETIA OSEE.

CAPVT PRIMVM.

VErbum Domini, quod factum 1
est ad Osee filium Beeri, in A
diebus Oziæ, Ioathan, Achaz
Ezechiæ regũ Iuda, & in die-
bus Ieroboam filij Ioas regis
Israel. * Principium loquendi 2
Dño in Osee:& dixit Dominus ad Osee: Va-
de, sume tibi vxorem fornicationũ, & fac tibi B
filios fornicationum: quia fornicans fornica-
bitur terra à Dño.* Et abijt, & accepit Gomer 3
filiam Debelaim:& concepit, & peperit ei fi-
lium.* Et dixit Dñs ad eum: Voca nomẽ eius 4
Iezrahel: quoniam adhuc modicũ, & visitabo
sanguinẽ Iezrahel super domũ Iehu, & quie-
scere faciam regnum domus Israel.* Et in il- 5
la die conterã arcum Israel in valle Iezrahel.
*Et concepit adhuc, & peperit filiã. Et dixit 6
ei: Voca nomẽ eius, Absque misericordia: quia
non addã vltra misereri domui Israel, sed o-
bliuione obliuiscar eorum.* Et domui Iuda 7
miserebor, & saluabo eos in Dño Deo suo:&
non saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, C
& in equis, & in equitib.* Et ablactauit eam, 8
quę erat Absque misericordia. Et concepit, &
9 peperit filium. * Et dixit: Voca nomen eius,
D Nonne populus meus: quia vos nõ populus
10 meus, & ego non ero vester.* Et erit nume-
rus filiorum Israel, quasi arena maris, quæ si-
ne mensura est, & non numerabitur." Et erit " Ro.9.
in loco, vbi dicetur eis: Nõ populus meus vos: c.16.
11 dicetur eis: Filij Dei viuentis.* Et congrega-
buntur filij Iuda, & filij Israel pariter:& po-
nent sibimet caput vnum, & ascendent de
terra: quia magnus Iezrahel.

CAP. II.

1 DIcite fratribus vestris: Populus meus:
A & sorori vestræ. Misericordiam con-
2 secuta.* Iudicate matrem vestram, iudicate:
quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir
eius, auferat fornicationes suas à facie sua,
& adulteria sua de medio vberum suorum.
3 * Ne fortè expoliem eam nudã, & statuã eã
secundum diem natiuitatis suæ: & ponam
eam quasi solitudinem, & statuam eam ve-
lut terram inuiam, & interficiam eam siti.
* Et

* Et filiorum illius non miserebor: quo- 4
niam filij fornicationum sunt, * quia forni- 5
cata est mater eorum, confusa est, quæ con-
cepit eos: quia dixit: Vadam post amatores
meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, la-
nam meam, & linum meum, oleum meum,
& potum meum. * Propter hoc ecce ego 6
sepiam viam tuam spinis, & sepiã eam ma-
ceria, & semitas suas non inueniet. * Et se- 7
quetur amatores suos, & non apprehendet B
eos: & quæret eos, & non inueniet, & di-
cet: Vadam, & reuertar ad virum meum
priorem: quia bene mihi erat tunc magis, quã
nunc.* Et hæc nesciuit: quia ego dedi ei fru- 8
mentum, & vinum, & oleum, & argentum
multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.
* Idcirco conuertar, & sumam frumentum 9
meum in tempore suo, & vinum meum in
tempore suo, & liberabo lanam meam, & li-
num meum, quæ operiebant ignominiam
eius. * Et nunc reuelabo stultitiam eius in 10
oculis amatorum eius: & vir non eruet eam
de manu mea:*& cessare faciam omne gau-11
dium eius, solemnitatem eius, neomeniam
eius, sabbatum eius, & omnia festa tempo-
ra eius. * Et corrumpã vineam eius, & ficũ 12
eius: de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sũt, C
quas dederũt mihi amatores mei, & ponam
eam in saltum, & comedet eam bestia agri.
*Et visitabo super eam dies Baalim, quibus 13
accendebat incensum, & ornabatur inaure
sua, & monili suo, & ibat post amatores suos
& mei obliuiscebatur, dicit Dominus.* Pro- 14
pter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eã
in solitudinẽ: & loquar ad cor eius.* Et da- 15
bo ei vinitores eius ex eodem loco, & Vallẽ
Achor ad aperiẽdam spem: & canet ibi iux-
ta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensio-
nis suæ de Terra Ægypti.* Et erit in die illa, 16
ait Dominus: vocabit me: Vir meus: & non
vocabit me vltra, Baali.* Et auferam nomi- 17
na Baalim de ore eius, & non recordabitur
vltra nominis eorum. * Et percutiam cum 18
eis fœdus in die illa, cum bestia agri, & cum D
volucre cæli, & cum reptili terræ, & arcum,
& gladium, & bellum conteram de terra: &
dormire eos faciam fiducialiter, * Et spon- 19
sabo te mihi in sempiternum: & sponsabo
te mihi in iustitia, & in iudicio, & in miseri-
cordia, & in miserationibus. * Et sponsabo 20
te mihi in fide: & scies, quia ego Dominus.
* Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Domi- 21
nus, exaudiam cęlos, & illi exaudient terrã.
* Et terra exaudiet triticum, & vinum, & 22
oleum:& hæc exaudient Iezrahel.* Et semi- 23
nabo eam mihi in terra, & miserebor eius,
" Ro.9. quæ fuit absque misericordia. * " Et dicam 24
c.25. non populo meo: Populus meus es tu:& ip-
1. Pet.1. se dicet: Deus meus es tu.
b.10.

CAP. III.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, 1
& dilige mulierem dilectam amico, & A
adulteram: sicut diligit Dominus filios Is-
rael, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & dili-
2 gunt vinacia vuarum. * Et fodi eam mihi
quindecim argẽteis, & coro hordei, & dimi-
3 dio coro hordei.* Et dixi ad eum: Dies mul-
tos expectabis me: non fornicaberis, & non
4 eris viro, sed & ego expectabo te,* quia dies
B multos, sedebunt filij Israel sine rege, & sine
principe, & sine sacrificio: & sine altari: & "Eze.34.
5 sine ephod, & sine theraphim:* " & post hæc c.23.
reuertentur filij Israel, & quærent Dominũ
Deum suum, & Dauid regem suum: & pa-
uebunt ad Dominum, & ad bonum eius in
nouissimo dierum.

CAP. IV.

1 AVdite verbum Domini filij Israel, quia
A iudicium Domino cum habitatoribus
terræ nõ est enim veritas, & non est miseri-
2 cordia, & non est scientia Dei in terra. * Ma-
ledictum, & mendacium, & homicidium, &
furtum:& adulterium inundauerunt, & san
3 guis sanguinem tetigit. * Propter hoc luge-
bit terra, & infirmabitur omnis, qui habi-
tat in ea, in bestia agri, & in volucre cęli: sed
4 & pisces maris congregabuntur. * Verum-
tamen vnusquisque non iudicet: & non ar-
guatur vir: populus enim tuus sicut hi, qui
5 contradicunt sacerdoti. * Et corrues hodie,
B & corruet etiam propheta tecum: nocte ta-
6 cere feci matrem tuam. * Conticuit populus
meus, eo quod non habuerit scientiam: quia
tu sciẽtiam repulisti, repellam te, ne sacerdo-
tio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui,
7 obliuiscar filiorum tuorum, & ego. * Secun-
dum multitudinem eorum sic peccauerunt
mihi: gloriam eorum in ignominiam cõmu-
8 tabo. * Peccata populi mei comedent, & ad
iniquitatem eorum subleuabunt animas eo-
9 rum. * Et erit sicut populus, sic sacerdos:
& visitabo super eum vias eius, & cogitatio-
10 nes eius reddam ei. * Et comedent, & non
C saturabuntur: fornicati sunt, & non cessa-
uerunt: quoniam Dominum dereliquerunt
11 in non custodiendo.* Fornicatio, & vinum,
12 & ebrietas auferunt cor. * Populus meus
in ligno suo: interrogauit, & baculus eius an-
nunciauit ei, spiritus enim fornicationũ de-
13 cepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. * Su-
per capita montium sacrificabant, & super
colles accendebant thymiama: subtus quer-
cum, & populum, & terebinthum, quia bo-
na erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ
14 vestræ, & sponsæ vestrę adulteræ erũt.* Nõ
D visitabo super filias vestras cum fuerint for-
nicatæ, & super sponsas vestras cũ adultera-
uerint, quoniam ipsi cum meretricibus con-
uersabantur, & cum effeminatis sacrifica-
bant, & populus non intelligens vapulabit.
15 * Si fornicaris tu Israel, non delinquat sal-
tem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne
ascenderitis in Bethauen, neque iurauetitis:
16 Viuit Dominus. * Quoniam sicut vacca
lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos
17 Dominus, quasi agnum in latitudine. * Par-

 ticeps

ticeps idolorum Ephraim, dimitte eū. * Se- 18
paratum eſt conuiuium eorum, fornicatione
fornicati ſunt: dilexerunt afferre ignomi-
niam protectores eius. * Ligauit eum ſpi- 19
ritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrifi-
cijs ſuis.

CAP. V.

AVdite hoc ſacerdotes, & attendite do- 1
mus Iſrael, & domus regis auſcultate: A
quia vobis iudicium eſt: quoniā laqueus fa-
cti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſuper
Thabor. * Et victimas declinaſtis in profun- 2
dum: & ego eruditor omnium eorum. * E- 3
go ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſcondi-
tus à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim,
contaminatus eſt Iſrael. * Non dabunt cogi- 4
tationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuū: B
quia ſpiritus fornicationum in medio eo-
rum, & Dominum non cognouerunt. * Et 5
reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius: &
Iſrael, & Ephraim ruēt ī iniquitate ſua, ruet
etiam Iudas cum eis. * In gregibus ſuis, & in 6
armentis ſuis vadent ad quærendum Domi-
num, & non inuenient: ablatus eſt ab eis. * In 7
Dominū præuaricati ſunt, quia filios alienos
genuerunt: nunc deuorabit eos menſis cum
partibus ſuis. * Clangite buccina in Gabaa, 8
tuba in Rama: vlulate in Bethauen, poſt ter- C
gum tuum Beniamin * Ephraim in deſola- 9
tione erit in die correptionis: in tribubus Iſ-
rael oſtendi fidem. * Facti ſunt principes 10
Iuda quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos
effundam quaſi aquam iram meam. * Calū- 11
niam patiens eſt Ephraim, fractus iudicio:
quoniam cœpit abire poſt ſordes. * Et ego 12
quaſi tinea Ephraim: & quaſi putredo do-
mui Iuda. * Et vidit Ephraim languorē ſuū, 13
& Iuda vinculum ſuū: & abijt Ephraim ad D
Aſſur, & miſit ad regem Vltorem, & ipſe
non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à
vobis vinculū. * Quoniam ego quaſi leæna 14
Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iu-
da: ego ego capiam, & vadam: tollam, & non
eſt qui eruat. * Vadēs reuertar ad locū meū: 15
donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

CAP. VI.

IN tribulatione ſua mane conſurgent ad 1
me: Venite, & reuertamur ad Dominum: A
* quia ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet, & 2
″1. Cor. curabit nos. * ″ Viuificabit nos poſt duos 3
15.a.3. dies: in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus
in cōſpectu eius. Sciemus, ſequemurq. vt co-
gnoſcamus Dominū: quaſi diluculū præpa- B
ratus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber
nobis tēporaneus, & ſerotinus terræ. * Quid 4
faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda?
miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, C
& quaſi ros mane pertranſiens. * Propter hoc 5
dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris
″1. Reg. mei: & iudicia tua quaſi lux egredientur:
15.c.22. * ″ Quia miſericordiam volui, & non ſacrifi- 6

7 ciū, & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. * Eccl. 4.
8 Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pa- d.17.
D ctum, ibi præuaricati ſunt in me. * Galaad Matt. 9.
ciuitas operantium idolum, ſupplātata ſan- b. 13. &
9 guine. * Et quaſi fauces virorum latronum, 12. a.7.
particeps ſacerdotum, in via interficientium
pergentes de Sichē: quia ſcelus operati ſunt.
10 * In domo Iſrael vidi horrendum: ibi for-
E nicationes Ephraim: cōtaminatus eſt Iſrael.
11 * Sed & Iuda pone meſſem tibi, cum con-
uertero captiuitatem populi mei.

CAP. VII.

1 CVm ſanare vellē Iſrael, reuelata eſt ini-
A quitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia
operati ſunt mendacium: & fur ingreſſus eſt
2 ſpolians, latrunculus foris. * Et ne forte dicāt
in cordibus ſuis omnē malitiam eorum me
recordatum: nunc circumdederūt eos adin-
uentiones ſuæ, coram facie mea factæ ſunt.
3 * In malitia ſua lætificauerūt regē: & in mē-
4 dacijs ſuis principes. * Omnes adulterantes,
quaſi clibanus ſuccenſus à coquente: quieuit
paululum ciuitas à commixtione fermenti,
5 donec fermentaretur totum. * Dies regis no-
B ſtri: ceperunt principes furere à vino: exten-
6 dit manum ſuā cum illuſoribus. * Quia ap-
plicuerunt quaſi clibanū cor ſuum, cum inſi-
diaretur eis: tota nocte dormiuit coquēs eos,
7 mane ipſe ſuccēſus quaſi ignis flāmæ * Om-
nes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuora-
uerūt iudices ſuos: omnes reges eorū cecide-
8 runt: non eſt, qui clamet in eis ad me. * E-
phraim in populis ipſe commiſcebatur: E-
phraim factus eſt ſubcinericius panis, qui
9 non reuerſatur. * Comederunt alieni robur
C eius, & ipſe neſciuit: ſed & cani effuſi ſunt
10 in eo, & ipſe ignorauit. * Et humiliabitur ſu-
perbia Iſrael in facie eius: nec reuerſi ſunt ad
Dominum Deum ſuum, & non quæſierunt
11 eū in omnibus his. * Et factus eſt Ephraim
quaſi colūba ſeducta non habens cor: Ægy-
12 ptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt. * Et
cum profecti fuerint, expandam ſuper eos
rete meum, quaſi volucrem cæli detraham
eos, cædam eos ſecundum auditionem cœtus
13 eorū. * Væ eis, quoniā receſſerunt à me: va-
D ſtabūtur, quia præuaricati ſunt in me: & ego
redemi eos: & ipſi locuti ſunt cōtra me men-
14 dacia. * Et non clamauerunt ad me in cor-
de ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis: ſu-
per triticum, & vinum ruminabant, receſſe-
15 runt à me. * Et ego erudiui eos: & conforta-
ui brachia eorum: & in me cogitauerūt ma-
16 litiam. * Reuerſi ſunt, vt eſſent abſq. iugo: fa-
cti ſunt quaſi arcus doloſus: cadent in gladio
principes eorū, à furore linguæ ſuæ. Iſta ſub-
ſannatio eorum in Terra Ægypti.

CAP. VIII.

1 IN gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper
A domum Domini: pro eo, quod trāſgreſſi
ſunt fœdus meū, & legem meam præuarica-
2 ti ſunt. * Me inuocabunt: Deus meus cogno-
3 uimus te Iſrael: * Proiecit Iſrael bonū, inimi-
cus

cus perſequetur eum. * Ipſi regnauerunt, & 4
non ex me: principes extiterunt, & non co-
gnoui: argentum ſuum, & aurū ſuum fece-
runt ſibi idola, vt interirent: * proiectus eſt 5
vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus B
in eos, vſquequo non poterunt emundari?
* Quia ex Iſrael, & ipſe eſt: artifex fecit illū, 6
& non eſt Deus: quoniam in aranearum te-
las erit vitulus Samariæ. * Quia ventū ſemi- 7
nabunt, & turbinem metent: culmus ſtans
non eſt in eo, germen nō faciet farinā: quod
& ſi fecerit, alieni comedent eam. * Deuora- 8
tus eſt Iſrael: nunc factus eſt in nationibus
quaſi vas immundum. * Quia ipſi aſcende- 9
runt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi Ephra- C
im munera dederunt amatorib. * Sed & cū 10
mercede conduxerint nationes, nunc con-
gregabo eos: & quieſcent paulisper ab onere
regis, & principum. * Quia multiplicauit E- 11
phraim altaria ad peccandum: factæ ſunt ei
aræ in delictum. * Scribam ei multiplices le- 12
ges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt.
* Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & 13
comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas: D
nunc recordabitur iniquitatis eorum, & vi-
ſitabit peccata eorum: ipſi in Ægyptum con-
uertentur. * Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, 14
& ædificauit delubra: & Iudas multiplica-
uit vrbes munitas: & mittam ignem in ciui-
tates eius, & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

NOli lætari Iſrael, noli exultare ſicut po- 1
puli: quia fornicatus es à Deo tuo, dile- A
xiſti mercedem ſuper omnes areas tritici.
* Area, & torcular non paſcet eos, & vinum 2
mentietur eis. * Nō habitabunt in terra Do- 3
mini: reuerſus eſt Ephraim in Ægyptum,
& in Aſſyrijs pollutum comedit. * Non liba- 4
bunt Domino vinum, & non placebunt ei:
ſacrificia eorum quaſi panis lugentium, om-
nes, qui comedent eum, contaminabuntur:
quia panis eorum animæ ipſorū, non intra-
bit in domum Domini. * Quid facietis in 5
die ſolemni, in die feſtiuitatis Domini? * Ec- B
ce enim profecti ſunt à vaſtitate: Ægyptus 6
congregabit eos, Memphis ſepeliet eos: deſi-
derabile argētum eorum vrtica hereditabit,
lappa in tabernaculis eorum. * Venerūt dies 7
viſitationis, venerunt dies retributionis: ſci-
tote Iſrael ſtultum prophetam, inſanum vi-
rum ſpiritualem, propter multitudinem ini-
quitatis tuæ, & multitudinem amētiæ. * Spe- 8
culator Ephraim cum Deo meo: propheta
″Iud, 15. laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias
eius, inſania in domo Dei eius. * ″ Profundè 9
peccauerunt, ſicut in diebus Gabaa: recorda-
bitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata C
eorū. * Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael: 10
quaſi prima poma ficulneæ ī cacumine eius
vidi patres eorum: ipſi autem intrauerunt
ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confu-
ſionem, & facti ſunt abominabiles ſicut ea,
quæ dilexerunt. * Ephraim quaſi auis auola- 11

uit, gloria eorū à partu, & ab vtero, & à con-
12 ceptu. * Quod & ſi enutrierint filios ſuos,
abſque liberis eos faciam in hominibus, ſed
13 & væ eis cum receſſero ab eis * Ephraim, vt
D vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine.
& Ephraim educet ad interfectorem filios
14 ſuos. * Da eis Domine. Quid dabis eis? Da
eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia.
15 * ″ Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ″1. Re, 8.
ibi exoſos habui eos: Propter malitiam adin-
uentionum eorum de domo mea eijciam
eos non addam, vt diligam eos omnes prin-
16 cipes eorū recedentes: * Percuſſus eſt Ephra
im, radix eorum exſiccata eſt: fructum ne-
quaquam facient. Quod & ſi genuerint, in-
17 terficiam amantiſſima vteri eorum. * Abij-
ciet eos Deus meus, quia non audierunt eū:
& erunt vagi in nationibus.

CAP. X.

1 VItis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus
A eſt ei: ſecundū multitudinem fructus
ſui multiplicauit altaria, iuxta vbertatē ter-
2 ræ ſuæ exuberauit ſimulachris. * Diuiſum
eſt cor eorum, nunc interibunt: ipſe confrin-
get ſimulachra eorum, depopulabitur aras
3 eorum. * Quia nunc dicēt: Nō eſt rex nobis:
non enim timemus Dominum: & rex quid
4 faciet nobis? * Loquimini verba viſionis in-
utilis, & ferietis fœdus: & germinabit quaſi
5 amaritudo iudiciū ſuper ſulcos agri. * Vac-
cas Bethauen coluerunt habitatores Sama-
B riæ: quia luxit ſuper eum populus eius, &
æditui eius ſuper eum exultauerunt in glo-
6 ria eius, quia migrauit ab eo. * Siquidem
& ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi Vl-
tori: confuſio Ephraim capiet, & confunde-
7 tur Iſrael in voluntate ſua. * Tran re fecit
Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper
8 faciem aquæ. * Et diſperdentur excelſa idoli,
C peccatum Iſrael: lappa, & tribulus aſcendet
ſuper aras eorum: & dicent montibus: Ope-
9 rite nos: & collibus. ″ Cadite ſuper nos. * Ex ″Iſa. 2. d.
diebus Gabaa, peccauit Iſrael, ibi ſteterunt: 19.
non comprehendet eos in Gabaa prælium Apoc. 6.
10 ſuper filios iniquitatis. * Iuxta deſiderium d.16.
meum corripiam eos: congregabuntur ſuper Luc. 23.
eos populi, cum corripientur propter duas d.30.
11 iniquitates ſuas. * Ephraim vitula docta di- Iud. 20.
ligere triturā, & ego trāſiui ſuper pulchritu-
dinē colli eius: aſcendā ſuper Ephraim, ara- ″Iere. 4.
12 bit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob. * ″ Se- a.3.
minate vobis in iuſtitia, & metite in ore mi-
D ſericordiæ, innouate vobis nouale: tēpus au-
tem requirendi Dominum, cum venerit, qui
13 docebit vos iuſtitiam. * Araſtis impietatem,
iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem
mendacij: quia cōfiſus es in vijs tuis, in mul-
14 titudine fortium tuorum. * Conſurget tu-
multus in populo tuo: & omnes munitiones
tuæ vaſtabuntur, ſicut vaſtatus eſt Salmana
à domo eius, ″ qui iudicauit Baal in die prelij
15 matre ſuper filios alliſa. * Sic fecit vobis Be- ″ Iud. 8.
thel, à facie malitiæ nequitiarū veſtrarum. c.11.

CAP.

CAP. XI.

SIcut mane transijt, pertransijt rex Israel. 1
Quia puer Israel, & dilexi eum : & ex A
Ægypto vocaui filium meum.* Vocauerũt 2
eos,sic abierunt à facie eorum : Baalim immolabant,& simulachris sacrificabant.* Et 3
ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachijs meis : & nesciebant quod curarem eos. * In funiculis Adam traham eos, 4
in vinculis charitatis : & ero eis, quasi exaltans iugum super maxillas eorum : & decli- B
naui ad eum vt vesceretur:* Non reuertetur 5
in Terra Ægypti,& Assur ipse rex eius:quoniam noluerunt conuerti.* Cepit gladius in 6
ciuitatibus eius, & consumet electos eius,& comedet capita eorum.* Et populus meus 7
pendebit ad reditum meum : iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.
*Quomodo dabo te Ephraim: protegam te 8
Israel ? Quomodo dabo te sicut Adama, C
ponam te, vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitudo
mea. * Non faciam furorem iræ meæ:non 9
cõuertar vt disperdam Ephraim : quoniam Deus ego,& non hõ : in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem.* Post Dominũ 10
ambulabunt, quasi leo fugiet: quia ipse ru D
giet,& formidabunt filij maris.* Et auola- 11
bunt quasi auis ex Ægypto, & quasi colũba de Terra Assyriorum.& collocabo eos in domibus suis,dicit Dominus.* Circumdedit 12
me in negatione Ephraim,& in dolo domꝰ Israel: Iudas autem testis descendit cum Deo,& cum sanctis fidelis.

CAP. XII.

EPhraim pascit ventũ, & sequitur æstũ: 1
E tota die mendacium, & vastitatẽ mul- A
tiplicat:& fœdus cum Assyrijs inijt,& oleum in Ægypturn ferebat,* Iudicium ergo Do- 2
mini cũ Iuda,& visitatio super Iacob : iuxta vias eius,& iuxta adinuentiones eius reddet
ei.* In vtero supplantauit fratrem suum: 3
& in fortitudine sua directus est cũ angelo.
* Et inualuit ad angelum,& confortatus est: 4
fleuit,& rogauit eum: in Bethel inuenit eũ, B
& ibi locutus est nobiscum.* Et Dominus 5
Deus exercituũ, Dominus memoriale eius
* Et tu ad Deum tuum conuerteris : miseri- 6
cordiam,& iudicium custodi,& spera ĩ Deo tuo semper.* Chanaã, in manu eius statera 7
dolosa,calũniã dilexit.* Et dixit Ephraim: 8
Verũtamen diues effectus sum,inueni ido- C
lũ mihi : omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui.* Et ego 9
Dominus Deus tuus ex Terra Ægypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis,sicut in
dieb.festiuitatis * Et locutus sum super pro- 10
phetas, & ego visionem multiplicaui, & in manu prophetarũ assimilatus sum.* Si Ga- 11
laad idolum,ergo frustra erant in Galga bo
bus immolantes:nam,& altaria eorum quasi acerui super sulcos agri:* Fugit Iacob in 12
D regionem Syriæ, & seruiuit Israel in vxorẽ,
13 & in vxorem seruauit * In propheta autẽ
eduxit Dominus Israel de Ægypto : & in
14 prophera seruatus est.* Ad iracundiam me
prouocauerũt Ephraim in amaritudinib. suis,
& sanguis eius super eum veniet : & opprobrium eius restituet ei Dominus suus.

CAP. XIII.

1 A LOquente Ephraim,horror inuasit Israel
& deliquit in Baal,& mortuus est.* Et
2 nunc addiderunt ad peccandum:fecerunt q.
sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum
est:his ipsi dicunt. Immolate homines vitu-
3 los adorantes. * Idcirco erunt quasi nubes
matutina, & sicut ros matutinus præteriẽs,
sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut
4 fumus de fumario.* Ego autem Dominus
B Deus tuus ex Terra Ægypti : & Deum abs-
que me nescies,& saluator nõ est præter me.
5 * Ego cognoui te in deserto, in terra solitu-
6 dinis. * Iuxta pascua sua adimpleti sunt,&
saturati sunt: & leuauerunt cor suũ, & obli-
7 ti sunt mei * Et ego ero eis quasi leæna, si-
8 cut pardus in via Assyriorum. * Occurram
eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam
interiora iecoris eorum : & consumam eos
9 ibi quasi leo,bestia agri scindet eos.* Perditio tua Israel:tantummodo in me auxilium
10 tuum.* Vbi est rex tuus? maximè nunc sal-
C uet te in omnibus vrbibus tuis : & iudices
tui, de quibus dixisti : Da mihi regem,&
11 principes.* Dabo tibi regem in furore meo,
12 & auferam in indignatione mea. * Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum pec-
13 catum eius. * Dolores parturientis venient
D ei:ipse filius non sapiens:nunc enim non
14 stabit in contritione filiorum. * De manu
mortis liberabo eos, de morte redimã eos:
ero mors tua ò mors:morsus tuus ero infer
ne : consolatio abscondita est ab oculis meis
15 * Quia ipse inter fratres diuidet adducet
vrentem ventum Dominus de deserto ascẽ
dentem : & siccabit venas eius, & desolabit
fontem eius,& ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

CAP. XIV.

1 A PEreat Samaria,quoniam ad amaritudi-
nem concitauit Deum suum : in gladio
peteant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ
2 eius discindantur. * Conuertere Israel ad
Dominum Deum tuum: quoniam corruisti
3 in iniquitate tua. * Tollite vobiscum verba,
B & conuertimini ad Dominum : & dicite ei:
Omnem auferiniquitatem, accipe bonum:
& reddemus vitulos labiorum nostrorum.
4 * Assur non saluabit nos, super equum non
ascendemus, nec dicemus vltra : Dijnostri
opera manuum nostrarum : quia eius, qui
5 in te est, misereberis pupilli. * Sanabo con-
C tritiones eorum : diligam eos spontaneè:
quia

Mat.2. c. 15.

Exo.14 c. 21.22.

Isa. 43. b.10.

1. Reg. 8.a.5.

1. Cor. 15.g.54. Heb.2.d 12.

Ge.25. c. 25. Gen. 32. f. 36.

Ge. 28. c.d.

quia auersus est furor meꝰ ab eis.* Ero qua- 6
si ros,Israel germinabit sicut lilium, & erũ-
pet radix eius vt Libani.* Ibũt rami eius,& 7
erit quasi oliua gloria eius:& odor eius vt Li
bani.* Conuertentur sedẽtes in vmbra eius: 8
viuent tritico, & germinabunt quasi vinea:
memoriale eius sicut vinum Libani. * E- 9
phraim quid mihi vltra idola? ego exaudiã,
D & dirigam eum,ego vt abietem virentem:
10 ex me fructus tuus inuentus est. * Quis sa-
piens, & intelliget ista: intelligens, & sciet
hæc? quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis : præuaricatores verò corruent in eis.

PROPHETIA IOEL.

CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini,quod 1
factum est ad Ioel filium A
Pharuel. * Audite hoc sẽ-
nes,& auribus percipite
omnes habitatores terræ:
si factum est istud in die-
bus vestris, aut in diebus
patrum vestrorum:* Super 3
hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs
suis,& filij eorum generationi alteræ * Resi- 4
duum erucæ comedit locusta,& residuũ locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi
comedit rubigo. * Expergiscimini ebrij, & 5
flete,& vlulate oẽs,qui bibitis vinũ in dulce-
dine:quoniã perijt ab ore vestro.* Gẽs enim 6
ascendit super terram meam,fortis,& innu B
merabilis:dentes eius vt dẽtes leonis:& mo-
lares eius vt catuli leonis. * Posuit vineam 7
meam in desertum, & ficum meam decor-
ticauit : nudans spoliauit eam, & proiecit:
albi facti sunt rami eius. * Plange quasi vir- 8
go accincta sacco super virum pubertatis
suæ. * Perijt sacrificium, & libatio de do- 9
mo domini : luxerunt sacerdotes ministri
10 Domini. * Depopulata est regio, luxit humus:quoniam deuastatum est triticum, cõ-
11 fusum est vinum,elanguit oleum. * Cõfusi
sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super
C frumento, & hordeo, quia perijt messis a-
12 gri. * Vinea confusa est, & ficus elanguit:
malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum
13 est gaudium à filijs hominum. * Accingite vos,& plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris : ingredimini, cubate in sacco
ministri Dei mei : quoniam interijt de do-
14 mo Dei vestri sacrificium,& libatio.* Sanctificate ieiunium, vocate cęlum,congrega-
D te senes omnes habitatores terrę in domum
15 Dei vestri : & clamate ad Dominum: * A a
a, diei, quia prope est dies Domini, & quasi
16 vastitas à potente venier. * Numquid non
coram oculis vestris alimenta perierunt de
17 domo Dei nostri,lætitia, & exultatio.* Cõputruerunt iumenta in stercore suo,demolita sunt horrea,dissipatę sunt apothecæ:quo-
18 niam confusum est triticum. * Quid ingemuit animal, mugierunt greges armentũ:
Quia

Inf.2.d. 15.

Quia non est pascua eis : sed & greges peco-
rum disperierunt. *Ad te Domine clamabo 19
quia ignis comedit speciosa deserti, & flam-
ma succendit omnia ligna regionis * Sed & 20
bestiæ agri, quasi area sitiens imbrẽ, suspexe-
rũt ad te quoniam exiccati sunt fontes aqua-
rum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

CAP. II.

CAnite tuba in Sion, vlulate in monte sã- 1
cto meo, cõturbentur omnes habitato- A
res terræ: Quia venit dies Domini, quia pro-
pe est* dies tenebrarum, & caliginis, dies nu- 2
bis, & turbinis: quasi mane expansum super
montes populus multus, & fortis : similis ei
non fuit à principio, & post eum non erit vs-
que in annos generationis, & generationis.
*Ante faciem eius ignis vorans, & post eum 3
exurens flamma: quasi hortus voluptatis ter
ra coram eo, & post eum solitudo deserti ne-
que est qui effugiat eum. * Quasi aspectus 4
equorum: aspectus eorũ : & quasi equites sic
current. * Sicut sonitus quadrigarum super 5
capita montium exilient, sicut sonitus flam- B
mæ ignis deuorantis stipulam , velut popu-
lus fortis præparatus ad prælium * A facie 6
eius cruciabuntur populi : omnes vultus re-
digentur in ollam. *Sicut fortes current: qua- 7
si viri bellatores ascendent murum : viri in
vijs suis gradientur, & non declinabunt à se-
mitis suis. * Vnusquisque fratrem suum non 8
coarctabit , singuli in calle suo ambulabunt :
sed & per fenestras cadent, & non demoliẽ-
tur. * Vrbem ingredientur in muro current: 9
domos conscendent, per fenestras intrabunt
quasi fur. * A facie eius cõtremuit terra, moti 10
" Inf. 3.c. 15. sũt celi: "Sol & Luna obtenebrati sunt, & stel
le retraxerunt splendorem suũ. * Et Dñs de- 11
Isa. 13.b. 10. dit vocem suam ante faciem exercitus sui: C
quia multa sunt nimis castra eius , quia for-
Eze. 32. b.7. tia, & facientia verbum eius? " magnus enim
dies Dñi, & terribilis valde : & quis sustine-
Mar. 13. e. 24. bit eum?* Nunc ergo dicit Dominus: Con- 12
uertimini ad me in toto corde vestro in ie-
Luc. 21. c. 25. iunio, & in fletu, & in planctu.* Et scindite 13
corda vestra, & nõ vestimenta vestra, & cõ-
" Ier. 30. b.7. uertimini ad Dominum Deũ vestrũ : " quia
benignus, & misericors est, patiens, & multæ
Amo. 5. e. 18. misericordiæ, & præstabilis super malitia.
* Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & re- 14
Soph. 1. d. 15. linquat post se benedictionẽ, sacrificiũ, & li-
bamen Dño Deo vestro? * Canite tuba in 15
" Ps. 85. a. 5. Sion, " sanctificate ieiunium, vocate cætum,
*congregate populum, sanctificate ecclesiã, 16
Ion. 3.c. 9. & 4.a. 2. coadunate senes, congregate paruulos, & su- D
gentes vbera : egrediatur sponsus de cubili
suo, & sponsa de thalamo suo. * Inter vesti- 17
" Sup. 1. e. 14. bulum, & altare plorabunt sacerdotes mini-
stri Domini: & dicẽt: Parce Dñe, parce popu-
lo tuo, & ne des hereditatem tuam in oppro
brium vt dominentur eis nationes: quare di-
cunt in populis: Vbi est Deus eorũ?* Zelatus 18
est Dominus terram suam, & pepercit popu-
lo suo:* Et respondit Dominus, & dixit po- 19
pulo suo: Ecce ego mittam vobis frumentũ,
& vinum, & oleum, & replebimini eis: & nõ E
20 dabo vos vltra opprobrium in Gentibus.*
Et eum , qui ab Aquilone est, procul faciam
à vobis: & expellam eum in terram inuiam,
& desertam: faciem eius contra mare Orien-
tale , & extremum eius ad mare nouissimũ:
& ascendet fœtor eius , & ascendet putredo
21 eius, quia superbè egit. * Noli timere terra,
exulta, & lætare: quoniam magnificauit Do-
22 minus vt faceret.* Nolite timere animalia
regionis: quia germinauerunt speciosa deser
ti , quia lignum attulit fructum suum, ficus
23 & vinea dederunt virtutem suam.* Et filij
Sion exultate, & lætamini Domino Deo ve-
stro : quia dedit vobis Doctorem iustitiæ, &
descendere faciet ad vos imbrem matutinũ
24 & serotinum sicut in principio. * Et imple-
F buntur areæ frumento, & redundabũt tor-
25 cularia vino, & oleo. * Et reddam vobis an-
nos, quos comedit locusta, bruchus, & rubi-
go, & eruca: fortitudo mea magna, quã misi
26 in vos *Et comedetis vescentes, & saturabi-
mini: & laudabitis nomen Domini Dei ve-
stri, qui fecit mirabilia vobiscum: & non cõ-
27 fundetur *populus meus in sempiternum.*
Et scietis quia in medio Israel ego sum : &
ego Dominus Deus vester, & nõ est amplius:
& non confundetur populus meus in æter-
28 num. * Et erit post hæc: " effundam spiritũ " Isa. 44. a.3.
meũ super omnem carnem: & prophetabũt
filij vestri, & filiæ vestræ: senes vestri somnia Acto. 2. c.17.
somniabunt, & iuuenes vestri visione vide-
29 bunt.* Sed super seruos meos, & ancillas in
G diebus illis effundam spiritum meum. * Et
30 dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinẽ.
31 & ignem, & vaporem fumi. *" Sol conuerte- " Sup. 2. b.10.
tur in tenebras, & Luna in sanguinem: ante-
32 quã veniat dies Dñi magnus, & horribilis.* Mat. 24. e.29.
Et erit:* omnis qui inuocauerit nomen Do-
mini, saluus erit: quia in monte Sion, & in Ie- Luc. 21. e.25.
rusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus, &
in residuis, quos Dominus vocauerit. Ro. 10. c.13.

CAP. III.

1 QVia ecce in diebus illis, & in tpe illo cũ
A conuertero captiuitatem Iuda, & Ieru-
2 salem:* Congregabo omnes Gentes, & dedu
cam eas in valle Iosaphat: & disceptabo cum
eis ibi super populo meo, & hæreditate mea
Israel, quos disperserunt in nationibus, &
3 terram meã diuiserunt. * Et super populum
meũ miserunt sortem : & posuerunt puerũ
in prostibulo, & puellã vendiderunt pro vi-
4 no vt biberẽt. * Verũ quid mihi, & vobis Ty
rus, & Sidon, & omnis terminus Palesthino-
rum ? numquid vltionẽ vos reddetis mihi?
& si vlciscimini vos contra me , citò veloci-
ter reddã vicissitudinẽ vobis super caput ve
5 strũ * Argentũ enim meũ, & aurũ tulistis: &
B desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis
6 in delubra vestra.* Et filios Iuda, & filios Ie
rusalẽ vendidistis filijs Græcorũ, vt longe fa
7 ceretis eos de finib. suis.* Ecce ego suscitabo
eos de loco, in quo vendidistis eos: & conuer
tam retributionem vestram in caput vestrũ
*Et

* Et vendam filios vestros , & filias vestras 8
in manibus filiorum Iuda, & venundabunt
eos Sabæis genti longinquæ, qa Dominus lo-
cutus est.* Clamate hoc in Gẽtibus, sanctifi- 9
cate bellũ, suscitate robustos accedant, ascen-
dant omnes viri bellatores.* Concidite ara- 10
tra vestra in gladios, & ligones vestros in lã- C
ceas . Infirmus dicat : Quia fortis ego sum ;
* Erumpite, & venite omnes gentes de cir- 11
cuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet
Dominus robustos tuos * Consurgant, & a- 12
scendant Gentes in vallem Iosaphat: quia ibi
sedebo , vt iudicem omnes gentes in circui-
" Ap. 14. d.15. tu . *" Mittite falces , quoniam maturauit 13
messis: venite, & descendite, quia plenum est
torcular, exuberãt torcularia: quia multipli-
cata est malitia eorum : * Populi populi in 14
valle concisionis: quia iuxta est dies Domini
" Sup. 2. b. 10. & 3.g.31. in valle concisionis . *" Sol & Luna obtene- 15
brati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem
16 suum.* " Et Dominus de Sion rugiet , & de " Ier. 25. f.10.
Ierusalem dabit vocem suam? & mouebun-
tur cæli, & terra: & Dominus spes populi sui, Amo. 1. a.2.
17 & fortitudo filiorum Israel * Et scietis quia
D ego Dominus Deus vester habitans in Sion
monte sancto meo: & erit Ierusalem sancta,
& alieni non transibunt per eam amplius .
18 *" Et erit in die illa : stillabunt montes dul- " Am. 9. d.13.
cedinem, & colles fluent lacte: & per omnes
riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Do-
mini egredietur , & irrigabit torrentem spi-
19 narum * Aegyptus in desolationem erit , &
Idumæa in desertũ perditionis: pro eo quod
iniquè egerint in filios Iuda , & effuderint
20 sanguinem innocentem in terra sua. * Et Iu
dæa in æternum habitabitur , & Ierusalem
21 in generationem, & generationem. * Et mũ
dabo sanguinem eorum , quem non mun-
dauerã : & Dominus commorabitur in
Sion .

PROPHETIA AMOS.

CAPVT PRIMVM.

VERBA Amos , qui fuit in pa- 1
storibus de Thecue : quæ vidit A
super Israel in diebus Oziæ regis
Iudas, & in diebus Ieroboam filij
" Zac. 14. a.5. Ioas regis Israel " ante duos an-
nos terræmotus. * Et dixit , " Dominus de 2
" Ier. 25. f.30. Ioel 3. c.16. Sion rugiet , & de Ierusalem dabit vocem
suam, & luxerunt speciosa pastorum, & exic-
catus est vertex Carmeli . * Hæc dicit Do- 3
minus : Super tribus sceleribus Damasci,
& super quatuor non conuertam eum : eo
quod triturauerint in plaustris ferreis Ga-
4 laad . * Et mittam ignem in domum Azael,
5 & deuorabit domos Benadad. * Et conterã
B vectem Damasci : & disperdam habitato-
rem de campo idoli , & tenentem sceptrum
de domo voluptatis: & transferetur populus
6 Syriæ Cyrenen , dicit Dominus . * Hæc di-
cit Dominus : Super tribus sceleribus Ga-
zæ , & super quatuor non conuertam eum ?
eo quod trãstulerint captiuitatem perfectã ,
7 vt concluderent eam in Idumæa.* Et mittã
ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes,
8 eius.* Et disperdam habitatorem de Azoto,
&

& tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron, & pe- C
ribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus. * Hæc dicit Dominus: Super tri- 9
bus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum: eo quod concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. * Et mittam ignē 10
in murū Tyri, & deuorabit ædes eius. * Hæc 11
dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edō, & super quatuor non conuertam eum, eo D
quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suā seruauerit vsque in finem. * Mittam ignem 12
in Themā, & deuorabit ædes Bosræ. * Hæc 13
dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eo quod dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suū. * Et 14
succendam ignem in muro Rabba: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. * Et ibit Mel- 15
chom in captiuitatem, ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Super tribus scele- 1
ribus Moab, & super quatuor non cō- A
uertam eū: eo quod incēderit ossa regis idumeæ vsque ad cinerem. * Et mittam ignem 2
in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: * & 3
disperdā iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. * Hæc dicit Dominus: Super tribus 4
sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quod abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit, deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant B
patres eorum. * Et mittam ignem in Iuda, & 5
deuorabit ædes Ierusalē. * Hæc dicit Domi- 6
nus: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperē pro calceamentis. * Qui conterunt super pul 7
uerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctū meum. * Et super vestimentis pignoratis ac- 8
cubuerunt iuxta omne altare: & vinū damnatorum bibebant in domo Dei sui. * " Ego 9
" Num. 21. e. 24. Deut. 2. f. 24. autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cujus altitudo, cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius subter.
* " Ego sum, qui ascendere vos feci de Ter- 10
" Exo. 14. e. 21. ra Ægypti, & duxi vos ī deserto quadraginta annis, vt possideretis Terram Amorrhæi.
Deut. 8. a. 2. * Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, 11
& de iuuenibus vestris Nazaræos: numquid non ita est filij Israel dicit Dominus? * Et 12
propinabitis Nazaræis vinum: & prophetis D
mandabitis, dicentes; Ne prophetetis. * Ecce 13
ego stridebo subtet vos, sicut stridet plau-
14 strum onustum fæno. * Et peribit fuga à ve-
loce, & fortis non obtinebit virtutem suam,
15 & robustus non saluabit animam suam: * & tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non sal-
16 uabit animam suam: * & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

CAP. III.

1 AVdite verbum, quod locutus est Domi-
A nus super vos, filij Israel super omnem
cognationem, quam eduxi de Terra Aegy-
2 pti, dicens: * Tantummodo vos cognoui
ex omnibus cognationibus terræ: id circo visitabo super vos omnes iniquitates vestras.
3 * Numquid ambulabunt duo pariter, nisi
4 conuenerit eis? * Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi ali-
5 quid apprehenderit? * numquid cadet auis
B in laqueum terræ absque aucupe? numquid auferetur laqueus de terra antequā quid ce-
6 perit? * Si clanget tuba in ciuitate, & popu-
lus non expauescet? si erit malū in ciuitate,
7 quod Dominus non fecerit? * Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.
8 * Leo rugiet, quis non timebit? Dominus
9 Deus locutus est, quis non prophetabit? * Au
C ditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus Terræ Ægypti: & dicite: Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, & calumniam patien-
10 tes in penetrabibus eius. * Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus: thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis.
11 * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tribulabitur, & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.
12 * Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremū
D auriculæ: sic eruentur filij Israel, qui habitāt in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci
13 grabato. * Audite, & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum:
14 * quia in die cum visitare cœpero præuaricationes Israel, super eum visitabo, & super altaria Bethel, & amputabuntur cornua al-
15 taris, & cadent in terram. * Et percutiam domum hiemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

CAP. IV.

1 AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ
A estis in monte Samariæ, quæ calumniā
facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris: Afferte, & bibemus.
2 * Iurauit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.

tibus. * Et per aperturas exibitis altera con- 3
tra alteram, & proijciemini in Armon, dicit Dominus. * Venite ad Bethel: & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuarica- 4
tionem: & afferte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. * Et sacrificate 5
de fermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes, & annunciate, sic enim voluistis filij Israel, dicit Dominus Deus.
* Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium 6
in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam B
panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. * Ego quoque 7
prohibui à vobis imbrem, cum adhuc tres mēses superessent vsque ad messem: & plus super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plus: pars vna compluta est, & pars, super quam non pluit, aruit. * Et vene- 8
runt duæ, & tres ciuitates ad vnam ciuitatem, vt biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non redistis ad me, dicit Dominus.
" Agg. 2. c. 18. * " Percussi vos in vento vrente, & in au- 9
rugine, multitudinem hortorum vestrorū, C
& vinearum vestrarum: oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca: & nō redistis ad me, dicit Dominus. * Misi in vos mortem 10
in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsque ad captiuitatem equorū vestrorum: & ascendere feci putredinem castrorū vestrorum in nares vestras, & non redistis
* Ge. 19. c. 24. ad me, dicit Dominus. * Subuerti vos, " sicut 11
subuertit Deus Sodomam, & Gomorrham, D
& facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me dicit Dominus. * Quia 12
propter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. * Quia ecce formans montes, 13
& creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, faciēs maturinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

CAP. V.

AVdite verbum istud, quod ego leuo su- 1
per vos planctū Domus Israel cecidit, A
& non adijciet, vt resurgat. * Virgo Israel 2
proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. * Quia hæc dicit Dominus Deus: 3
Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel. * Quia hæc dicit Dominus do- 4
mui Israel: Quærite me, & viuetis. * Et no- 5
lite quærere Bethel, & in Galgalam nolite B
intrare, & in Bersabee non transibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. * Quærite Dominum, & viuite: ne forte 6
comburatur, vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel.
* Qui conuertitis in absinthium iudicium, 7
& iustitiam in terra relinquitis. * Facientem
8 Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutan-
tem: " qui vocat aquas maris, & effundit eas " Inf. 9.
super faciem terræ: Dominus nomen est b 6.
9 eius. * Qui subridet vastitatem super robu-
C stum, & depopulationem super potentem
10 affert. * Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati
11 sunt, * idcirco pro eo, quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo:
" domos quadro lapide ædificabitis, & non " Soph.
1. c. 17.
12 habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earū. * Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra hostes iusti accipientes munus, &
13 pauperes deprimentes in porta: * Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus
14 malum est. * Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exer-
15 cituum vobiscū, sicut dixistis. * " Odite ma- " Ro. 12.
lum, & diligite bonum, & cōstituite in por- b 9.
ta iudicium: si fortè misereatur Dominus Ps. 96. b.
16 Deus exercituum reliquijs Ioseph. * Propter- 10.
ea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator in omnibus plateis planctus: & in cunctis, quæ foris sunt, dicetur væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad plāctum
17 eos, qui sciunt plangere. * Et in omnibus
E vineis erit planctus: quia pertransibo in me-
18 dio tui, dicit Dominus. * " Væ desideranti- " Ier. 30.
bus diem Domini: ad quid eam vobis? dies b. 7.
19 Domini ista, tenebræ, & non lux. * Quomo- Ioel 2. c.
do si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei 11.
vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur Soph. 1.
manu sua super parietem, & mordeat eum c. 15.
20 coluber. * Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non splendor
21 in ea? * " Odi, & proieci festiuitates ve- " Isa. 1. d
F stras: & non capiam odorem cœtuum ve- 11.
22 strorum. * Quod si obtuleritis mihi holo- Ier. 6. e.
caustomata, & munera vestra, non suscipiā, 20.
& vota pinguium vestrorum non respiciā. Mal. 2. c.
23 * Auferā me tumultum carminum tuorū, 12.
24 et cantica lyræ tuæ non audiam. * Et reuela
bitur quasi aqua iudicium, et iustitia quasi
25 torrens fortis. * " Numquid hostias, et sacri- " Act. 7.
ficium obtulistis mihi in deserto quadragin- c 42.
26 ta annis, domus Israel? * Et portastis taber-
naculum Moloch vestro, et imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri quæ feci-
27 stis vobis. * Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus Deus exercituū nomen eius.

CAP. VI.

1 VÆ qui opulenti estis in Sion, et confi-
A disis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice do- Lu. 6. d.
2 mum Israel. * Transite in Chalane, et videte,
et ite inde in Emath magnam, et descendite in Geth Palæstinorum: et ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum
3 termino vestro est. * Qui separati estis in
diem malum: et appropinquatis solio iniquitatis. * Qui dormitis in lectis eburneis,
4 et lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis
agnum

agnum de grege, & vitulos de medio armé-
ti.* Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Da- 5
uid putauerunt se habere vasa cantici. * Bi- B
bentes vinum in phialis, & optimo vnguen- 6
to delibuti: & nihil patiebantur super con-
tritione Ioseph. * Quapropter nunc migra- 7
bunt in capita transmigrantium & aufere-
tur factio lasciuientium.*" Iurauit Dominus 8
Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exer-
cituum: Detestor ego superbiam Iacob, & do-
mus eius odi, & tradam ciuitatem cum ha-
bitatoribus suis.* Quòd si reliqui fuerint de- 9
cem viri in domo vna, & ipsi morientur.* Et C
tollet eũ propinquus suus, & comburet eũ, 10
vt efferat ossa de domo: & dicet ei, qui in pe-
netralibus domus est: Numquid adhuc est
penes te?* Et respondebit, Finis est. Et dicet 11
ei, Tace, & non recorderis nominis Domi-
ni.* Quia ecce Dominus mandabit, & per- 12
cutiet domum maiorem ruinis, & domum
minorem scissionibus. * Numquid currere 13
queunt in petris equi, aut arari potest in bu-
balis, quoniam conuertistis in amaritudinem
iudicium, & fructum iustitiæ in absinthiũ?
*Qui lætamini in nihilo: qui dicitis: Num- 14
quid nõ in fortitudine nostra assumpsimus
nobis cornua? * Ecce enim suscitabo super 15
vos domus Israel, dicit Dominus Deus exer-
cituum, gentem: & conteret vos ab introitu
Emath, vsque ad torrentem deserti.

"Ier.51. b.14.

CAP. VII.

HÆc ostendit mihi Dominus Deus: & 1
ecce fictor locustæ in principio germi- A
nantium serotini imbris, & ecce serotinus
post tonsionem regis. * Et factum est: cum 2
consummasset comedere herbã terræ, dixi,
Domine Deus propitius esto, obsecro: quis
suscitabit Iacob, quia paruulus est? * Mi- 3
sertus est Dominus super hoc: Non erit, di-
xit Dominus. *Hæc ostendit mihi Dominus 4
Deus: & ecce vocabat iudicium ad ignẽ do-
minus Deus: & deuorauit abyssum multã,
& comedit simul partem.* Et dixi: Domine 5
Deus quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob,
quia paruulus est? * Misertus est Dominus 6
super hoc: Sed & istud non erit, dixit Domi- B
nus Deus. * Hæc ostendit mihi Dominus: 7
& ecce Dominus stans super murum litum,
& in manu eius trulla cæmentarij. * Et di- 8
xit Dominus ad me: Quid tu vides Amos?
Et dixi: Trullam cæmentarij. Et dixit Domi-
nus: Ecce ego ponam trullam in medio po-
puli mei Israel: non adijciam vltra superin-
ducere eum.* Et demolientur excelsa idoli, 9
& sanctificationes Israel desolabũtur: & cõ-
surgam super domum Ieroboam in gladio.
* Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Iero- 10
boam regem Israel, dicens. Rebellauit con- C
tra te Amos in medio domus Israel: non po-
terit terra sustinere vniuersos sermones e-
ius.* Hæc enim dicit Amos: In gladio mo- 11
rietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit
de terra sua * Et dixit Amasias ad Amos: 12
Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda: &
comede ibi panem, & prophetabis ibi. * Et 13
in Bethel non adijcies vltra, vt prophetas:
quia sanctificatio regis est, & domus regni
14 est * Respondítque Amos, & dixit ad Ama
D siam: Non sum propheta, & non sum filius
prophetæ: sed armentarius ego sum vellicãs
15 sycomoros.* Et tulit me Dominus cum se-
querer gregẽ: & dixit Dominus ad me. Va-
16 de propheta ad populum meum Israel.* Et
nunc audi verbum Domini: Tu dicis: Non
prophetabis super Israel, & non stillabis su-
17 per domum idoli. * Propter hoc hæc dicit
Dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur
& filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, &
humus tua funiculo metietur: & tu in terra
polluta morieris, & Israel captiuus migrabit
de terra sua.

CAP. VIII.

1 HÆc ostẽdit mihi Dominus Deus: & ec-
2 ce vncinus pomorum.* Et dixi: Quid
A tu vides Amos? Et dixit: Vncinum pomorũ.
Et dixit Dominus ad me: Venit finis super
populum meum Israel: non adijciam vltra
3 vt pertranseam eum. * Et stridebunt cardi-
nes templi in die illa, dicit Dominus Deus:
multi morientur, in omni loco projicietur si-
4 lentium. * Audite hoc qui conteritis paupe-
5 rem, & deficere facitis egenos terræ, * dicen-
B tes: Quando transibit mensis, & venunda-
bimus merces: & sabbatum, & aperiemus fru
mentum: vt imminuamus mensuram, & au-
geamus siclum, & supponamus stateras do-
6 losas,* vt possideamus in argento egenos, &
pauperes pro calceamentis, & quisquilias fru
7 menti vendamus * Iurauit Dominus in su-
perbiam Iacob? Si oblitus fuero vsque ad fi-
8 nem omnia opera eorum.* Numquid super
C isto non commouebitur terra, & lugebit om
nis habitator eius: & ascendet quasi fluuius
vniuersus, & ejicietur, & defluet quasi riuus
9 Ægypti? * Et erit in die illa, dicit Dominus
Deus: occidet Sol in meridie, & tenebrescere
10 faciam terram in die luminis: * " & conuer-
tam festiuitates vestras in luctum, & omnia
cantica vestra in planctum: & inducam su-
per omne dorsum vestrum saccum, & super
omne caput caluitium: & ponam eam quasi
luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi
11 diem amarum. * Ecce dies veniunt, dicit
D Dominus: & mittam famem in terram: non
famem panis, neque sitim aquæ, sed audien-
12 di verbum Domini. * Et commouebuntur
à Mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque
ad Orientem: circuibunt quærentes verbum
13 Domini, & non inuenient.* In die illa defi-
cient virgines pulchræ, & adolescentes in si-
14 ti. * Qui iurant in delicto Samariæ, & di-
cunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Ber-
sabee, & cadent, & non resurgent vltra.

"Tob.2. b.6. 1. Ma.1. c.41.

CAP. IX.

1 VIdi Dominum stantem super altare,
A & dixit: Percute cardinem, & com-
moueantur superliminaria: auaritia enim
in capite omnium, & nouissimum eorum
in gladio interficiam: non erit fuga eis. Fu-
gient, & non saluabitur ex eis qui fugerit.

*51

2 * " Si descenderint vsque ad infernum, in-
de manus mea educet eos: & si ascenderint
vsque in cælum, inde detraham eos. * Et si 3
absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde
scrutans auferam eos: & si celauerint se ab
oculis meis in profundo maris, ibi manda-
bo serpenti, & mordebit eos. Et si abierint 4
in captiuitatem coram inimicis suis, ibi man
dabo gladio, & occidet eos: & " ponam ocu-
los meos super eos in malum, & non in bo-
num. * Et Dominus Deus exercituum, qui 5
tangit terram, & tabescet: & lugebunt om- B
nes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus
omnis: & defluet sicut fluuius Ægypti, *Qui 6
ædificat in cælo, ascensionem suam, & fasci-
culum suum super terram fundauit: " qui vo
cat aquas maris, & effundit eas super faciem
terræ Dominus nomen eius. * Numquid 7
non vt filij Aethiopum vos estis mihi filij
Israel, ait Dominus? numquid non Israel a-
scendere feci de Terra Aegypti, & Palæsti-
nos de Cappadocia, & Syrios de Cyrene?* Ec 8
ce oculi Domini Dei super regnum peccans,
& conteram illud à facie terræ: verumtamẽ
conterens non conteram domum Iacob, di- C
9 cit Dominus. * Ecce enim mandabo ego, &
concutiam in omnibus gentibus domum
Israel, sicut concutitur triticum in cribro: &
10 non cadet lapillus super terram. * in gladio
morientur omnes peccatores populi mei:
qui dicunt: Non appropinquabit, & non ve-
11 niet super nos malum. * In die illa " susci-
tabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: &
reædificabo aperturas murorum eius, & ea,
quæ corruerant, instaurabo: & reædificabo
12 illud sicut in diebus antiquis. * Vt possideãt
reliquias Idumææ, & omnes nationes, eo
quòd inuocatum sit nomen meum super eos
13 dicit Dominus faciens hæc. * Ecce dies ve-
D niunt, dicit Dominus: & comprehendet ara-
tor messorem, & calcator vuæ mittentem se-
men: " & stillabunt montes dulcedinem, &
14 omnes colles culti erunt.* Et conuertam ca-
ptiuitatem populi mei Israel: & ædificabunt
ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plan-
tabunt vineas, & bibent vinum earum: &
facient hortos, & comedent fructus eorum.
15 * Et plantabo eos super humum suam: &
non euellam eos vltra de terra sua, quam de-
di eis, dicit Dominus Deus tuus.

[Ps.] 138. [Ier.] 44. [..]11. [Am]p. 5. "Act.15. c.16. "Ioel. 3. d.18.

PROPHETIA ABDIAE.

VISIO Abdiæ. Hæc dicit Do- 1
minus Deus ad Edom: Au- A
ditum audiuimus à Domino.
& legatum ad gentes misit:
Surgite, & consurgamus ad-
uersus eum in prælium. * Ecce paruu- 2
lum dedi te in Gentibus: contemptibilis
3 tu es valdè. * Superbia cordis tui extu-
lit te, habitantem in scissuris petrarum:
B exaltantem solium tuum: qui dicis in cor-
de tuo: Quis detrahet me in terram?
4 * Si exaltatus fueris vt Aquila, & si inter

[Ier.] 49 [..]14.

SS sidera

sidera posueris nidum tuum: inde detraham
te, dicit Dominus. * Si fures introissent ad 5
te, si latrones per noctem, quomodo conti-
cuisses? nonne furati essent sufficientia sibi?
si vindemiatores introissent ad te, numquid
saltem racemum reliquissent tibi? * Quomo- 6
do scrutati sunt Esau, inuestigauerunt absco-
dita eius. * Vsq. ad terminum emiserunt te: 7
omnes viri fœderis tui illuserunt tibi: inua- C
luerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui co-
medunt tecum, ponent insidias subter te:
[a] Isa. 29. v. 14. non est prudentia in eo. * [a] Numquid non 8
in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes
de Idumæa, & prudentiam de monte Esau?
[b] Ge. 26. g. 42. * Et timebunt fortes tui à Meridie, vt sinte- 9
reat vir de monte Esau * [b] Propter interfe- 10
ctionem, & propter iniquitatem in fratrem
tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis
in æternum. * In die cum stares aduersus eũ 11
quando capiebant alieni exercitum eius: & D
extranei ingrediebantur portas eius, & super
Ierusalem mittebant sortem: tu quoque eras
quasi vnus ex eis. * Et non despicies in die 12
fratris tui, in die peregrinationis eius: & non
lætaberis super filios Iuda in die perditionis
eorum: & non magnificabis os tuum in die
angustiæ. * Neque ingredieris portam po- 13
puli mei in die ruinæ eorum: neque despi- E
cies, & tu in malis eius in die vastitatis il-
lius: & non emitteris aduersus exercitum
14 eius in die vastitatis illius. * Neque stabis
in exitibus vt interficias eos qui fugerint: &
non concludes reliquos eius in die tribula-
15 tionis. * Quoniam iuxta est dies Domini su-
per omnes gentes: sicut fecisti, fiat tibi: retri-
butionem tuam conuertet in caput tuum.
16 * Quomodo enim bibistis super montem
sanctum meum, bibent omnes Gentes iugi-
F ter: & bibent, & absorbebunt, & erunt qua-
17 si non sint. * Et in monte Sion erit saluatio,
& erit sanctus: & possidebit domus Iacob
18 eos, qui se possederant. * Et erit domus Ia-
cob ignis. & domus Ioseph flamma, & do-
mus Esau stipula, & succendentur in eis, &
deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ do-
19 mus Esau, quia Dominus locutus est. * Et he
G reditabunt hi, qui ad Austrum sunt, mon-
tẽ Esau, & qui in campestribus, Philisthijm:
& possidebunt regionem Ephraim, & regio-
nem Samariæ: & Benjamin possidebit Ga-
20 laad. * Et trãsmigratio exercitus huius filio-
rum Israel, omnia loca Chananæorum vsq.
ad Sareptam: & transmigratio Ierusalem,
quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates
21 Austri. * Et ascendent saluatores in mon-
tem Sion iudicare montem Esau, & erit Do-
mino regnum.

PROPHETIA IONAE



CAPVT PRIMVM.

ET factum est verbum Do- 1
mini ad Ionam filium A- A
mathi, dicens: * Surge, & 2
vade in Niniuẽ ciuitatem
grandem, & prædica in ea:
quia ascendit malitia eius
coram me. * Et surrexit Io 3
nas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, &
descendit in Ioppen, & inuenit nauẽ euntẽ
in Tharsis: & dedit naulum eius, & descen-
dit in eam vt iter cũ eis in Tharsis à facie Do
mini. * Dominus autem misit ventum ma- 4
gnum in mare: & facta est tempestas magna B
in mari, & nauis periclitabatur conteri. * Et 5
timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad
Deum suum, & miserunt vasa, quæ erant in
naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis, & Ionas
descendit ad interiora nauis, & dormiebat
sopore graui. * Et accessit ad eum guberna- 6
tor, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris?
surge, inuoca Deum tuum, si forte recogitet
Deus de nobis, & non pereamus. * Et dixit 7
vir ad collegam suum: Venite, & mittamus C
sortes: & sciamus quare hoc malum sit no-
bis. Et miserunt sortes: & cecidit sors su-
per Ionam. * Et dixerũt ad eum: Indica no- 8
bis cuius causa malum istud sit nobis: quod
est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis?
vel ex quo populo es tu? * Et dixit ad eos: 9
Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli
ego timeo, qui fecit mare, & aridam. * Et ti- 10
muerunt viri timore magno, & dixerunt ad
eum; Quid hoc fecisti? (Cognouerunt enim
viri quod à facie Domini fugeret, quia indi-
11 cauerat eis) * Et dixerunt ad eum: Quid fa-
ciemus tibi, & cessabit mare à nobis: quia
12 mare ibat, & intumescebat: * Et dixit ad eos:
D Tollite me, & mittite in mare, & cessabit ma
re à vobis: scio enim ego quoniam propter
me tempestas hæc grandis venit super vos.
13 * Et remigabant viri vt reuerterentur ad ari
dam, & non valebant: quia mare ibat, & intu
14 mescebat super eos. * Et clamauerunt ad Do
minum, & dixerunt: Quæsumus Domine, ne
perea mus in anima viri istius, & ne des sup
nos sanguinem innocentem: quia tu Domi-
15 ne, sicut voluisti, fecisti. * Et tulerunt Ionam,
& miserunt in mare: & stetit mare à feruore
16 suo. * Et timuerunt viri timore magno Do-
minum, & immolauerunt hostias Domino,
& vouerunt vota.

CAP. II.

1 A ET præparauit Dominus piscem grandẽ
vt deglutiret Ionã: [a] & erat Ionas in ven
2 tre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. *
Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum
3 de ventre piscis. * Et dixit:
[b] Clamaui de tribulatione mea ad Domi-
num, & exaudiuit me: de ventre inferi cla-
maui, & exaudisti vocem meam.
4 * Et proiecisti me in profundũ in corde ma
C ris, & flumẽ circumdedit me: omnes gurgites
tui, & fluctus tui super me transierunt.
5 * Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu

[a] Mat. 12. e. 40. & 16. a. 4. Luc. 11. d. 30.
[b] 1. Cor. 15. a. 4. Ps. 119. a. 2.

oculorum tuorum : verumtamen rurſus vi-
debo templum ſanctum tuum . a Pſ. 68. a.1.
* a Circumdederunt me aquæ vſque ad a- 6
nimam:abyſſus vallauit me,pelagus operuit
caput meum .
* Ad extrema montium deſcendi : terræ 7
vectes concluſerunt me in æternum: & ſub-
leuabis de corruptione vitam meam, Domi-
ne Deus meus .
* Cum anguſtiaretur in me anima mea , 8
Domini recordatus ſum:vt veniat ad te ora-
tio mea ad templum ſanctum tuum .
*Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra,miſeri- 9
cordiam ſuam derelinquunt.
* Ego autem in voce laudis immolabo ti- 10
bi:quæcumque voui,reddam pro ſalute Do-
mino.
*Et dixit Dominus piſci:& euomuit Ionã 11
in aridam .

CAP. III.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionã 1
ſecũdo,dicens:*Surge,& vade in Niniuẽ 2
ciuitatem magnam:& prædica in ea prædica- A
tionem,quam ego loquor ad te.* Et ſurrexit 3
Ionas,& abijt in Niniuem iuxta verbũ Dñi:
& Niniue erat ciuitas magna itinere trium
dierum. * Et cœpit Ionas introire in ciuitatẽ 4
itinere diei vnius:& clamauit:& dixit: Adhuc B
a Matt. 12.c.41. Luc. 11. c.32. quadraginta dies,& Niniue ſubertetur.*a Et 5
crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & præ-
dicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis, à
maiore, vſque ad minorem.* Et peruenit ver- 6
bum ad regem Niniue , & ſurrexit de ſolio
ſuo,& abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & in-
dutus eſt ſacco,& ſedit in cinere.* Et clama- 7
uit,& dixit in Niniue ex ore regis, & princi-
pum eius,dicens: Homines,& iumenta,&
boues,& pecora non guſtent quidquam: nec
paſcantur,& aquam non bibant.* Et operian- 8
tur ſaccis homines,& iumenta,& clament ad C
Dominum in fortitudine,& conuertatur vir
à via ſua mala,& ab iniquitate,quæ eſt in ma-
9 nibus eorum.*a Quis ſcit ſi conuertatur,&
ignoſcat Deus,& reuertatur à furore iræ ſuę,
10 & non peribimus?* Et vidit Deus opera eo- a Ier. 18. b.11. eo.2.c. 14.
rum , quia conuerſi ſunt de via ſua mala : &
miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam lo-
cutus fuerat, vt faceret eis,& non fecit.

CAP. IV.

1 ET afflictus eſt Ionas afflictione magna ,
2 & iratus eſt,*& orauit ad Dñm,& dixit:
A Obſecro Domine,numquid nõ hoc eſt ver-
bum meum,cum adhuc eſſem in terra mea?
propter hoc prǫoccupaui,vt fugerẽ in Thar- a Pſ.85. a.5. Ioel.2.c. 13.
ſis,a ſcio enim quia tu Deus clemens , & miſe-
B ricors es,patiens,& multæ miſerationis,&
3 ignoſcens ſuper malitia. * Et nunc Dñe tolle
quæſo animam meam à me : quia melior eſt
4 mihi mors,quam vita.* Et dixit Dñs: Putaſ-
5 ne bene iraſceris tu?* Et egreſſus eſt Ionas de
C ciuitate,& ſedit contra Orientem ciuitatis &
fecit ſibimet vmbraculum ibi,& ſedebat ſub-
ter illud in vmbra donec videret, quid acci-
6 deret ciuitati:* Et prǫparauit Dominus Deus
hederam,& aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſ-
ſet vmbra ſuper caput eius,& protegeret eũ:
laborauerat enim: & lætatus eſt Ionas ſuper
7 hedera,lætitia magna.* Et parauit Deus ver-
mem aſcenſu diluculi in craſtinum:& percuſ-
8 ſit hederam,& exaruit.* Et cum ortus fuiſſet
Sol, præcepit Dominus vẽto calido,& vren-
ti:& percuſſit Sol ſuper caput Ionę,& æſtua-
bat,& petiuit animæ ſuæ,vt moreretur,& di-
9 xit: Melius eſt mihi mori,quam viuere. * Et
D dixit Dominus ad Ionam: Putaſne bene ira-
ſceris tu ſuper hedera? Et dixit: Bene iraſcor
10 ego vſque ad mortem.* Et dixit Dominus .
Tu doles ſuper hederam,in qua non labora-
ſti,neque feciſti, vt creſceret,quæ ſub vna no-
11 cte nata eſt,& ſub vna nocte perijt. * Et ego
non parcam Niniue ciuitati magnæ , in qua
ſunt pluſquam centum viginti millia homi-
num,qui neſciunt quid ſit inter dextram , &
& ſiniſtram ſuam, & iumenta multa ?

PROPHETIA MICHÆÆ.



CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini,quod fa- 1
ctum eſt ad Michæam Mo- A
raſthiten,in diebus Ioathã,
Achaz , & Ezechiæ regum
Iuda : quod vidit ſuper Sa-
mariam, & Ieruſalem. * a 2
a Iſa. 26. d.21. Audite populi omnes,& at-
tendat terra , & plenitudo
b Deut. 32. Iſa.1.a.2. eius: & ſit Dominus Deus vobis, in teſtem ,
Dominus de templo ſancto ſuo.*b Quia ecce 3
Dominus egredietur de loco ſuo : & deſcen-
det,& calcabit ſuper excelſa terræ. * Et con- 4
ſumentur montes ſubtus eum:& valles ſcin- B
dentur ſicut cera à facie ignis , & ſicut aquæ ,
quæ decurrunt in præceps.* In ſcelere Iacob 5
omne iſtud,& in peccatis domus Iſrael,quod
ſcelus Iacob? nonne Samaria? & quæ excelſa
Iudæ? nonne Ieruſalem?*& ponam Samariã 6
quaſi aceruum lapidum in agro cum planta-
tur vinea : & detrahã in vallem lapides eius,
& fundamenta eius reuelabo . * Et omnia 7
ſculptilia eius concidentur,& omnes merce-
des eius comburentur igne , & omnia idola
eius ponam in perditionem : quia de merce-
dibus meretricis congregata ſunt, & vſq. ad
mercedem meretricis reuertentur. * Super 8
hoc plangam,& vlulabo: vadam ſpoliatus,& C
nudus : faciam planctum velut draconum ,
& luctum quaſi ſtruthionum. * Quia deſpe- 9
rata eſt plaga eius,quia venit vſque ad Iudã,
tetigit portam populi mei, vſque ad Ieruſalẽ.
10 * In Geth nolite annunciare , lacrymis ne
ploretis, in domo Puluer s puluere vos con-
11 ſpergite . * Et tranſiet vobis habitatio pul-
chra confuſa ignominia:non eſt egreſſa, quæ
habitat in exitu: planctum domus vicina ac-
12 cipiet ex vobis,quæ ſtetit ſibimet. * Quia in-
firmata eſt in bonum, quæ habitat in amari-
tudinibus:quia deſcendit malum à Domino
D in portam Ieruſalem.* Tumultus quadrigæ
13 ſtuporis habitanti Lachis: principium pecca-
ti eſt filiæ Sion, quia in te inuenta ſunt ſcele-
14 ra Iſrael.* Propterea dabit emiſſarios ſuper
hereditatem Geth:domus mendacij indece-
15 ptionem regibus Iſrael. * Adhuc heredem
adducam tibi,quæ habitas in Mareſa: vſque
16 ad Odollam veniet gloria Iſrael. *Decalua-
re,& tondere ſuper filios deliciarum tuarũ :
dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam
captiui ducti ſunt ex te .

CAP. II.

1 VÆ , qui cogitatis inutile , & operamini
A malum in cubilibus veſtris: in luce ma-
tutina faciunt illud , quoniam contra Deum
2 eſt manus eorum.* Et concupierunt agros &
violenter tulerunt : & rapuerunt domos : &
calumniabantur virum, & domum eius, vi-
3 rum,& hæreditatem eius.* Idcirco hęc dicit
Dominus : Ecce ego cogito ſuper familiam
iſtam malum : vnde non auferetis colla ve-
ſtra , & non ambulabitis ſuperbi , quoniam

tempus pessimum est. * In die illa sumetur 4
super vos parabola, & cantabitur canticum B
cum suauitate, dicẽtium: Depopulatione va-
stati sumus: pars populi mei commutata est:
quomodo recedet a me, cum reuertatur, qui
regiones nostras diuidat? * Propter hoc non 5
erit tibi mittens funiculum sortis in cœtum
Domini. * Ne loquamini loquentes non stil- 6
labit super istos, non comprehendet confusio.
* Dicit domus Iacob: Numquid abbreuiatus 7
est spiritus Domini, aut tales sunt cogitatio-
nes eius? Nonne verba mea bona sunt cum
eo, qui rectè graditur. * Et econtrario popu- 8
lus meus in aduersarium consurrexit: desu- C
per tunica pallium sustulistis: & eos, qui tran-
sibant simpliciter, conuertistis in bellum. * 9
Mulieres populi mei eiecistis de domo deli-
ciarum suarum: à paruulis earum tulistis lau-
dem meam in perpetuum. * Surgite, & ite, 10
quia non habetis hic requiem: propter immũ-
ditiã eius corrumpetur putredine pessima.
* Vtinam non essem vir habens spiritum, 11
& mendacium potius loquerer: stillabo tibi D
in vinum, & in ebrietatem: & erit super quẽ
stillauit populus iste. * Cõgregatione cõgre- 12
gabo Iacob totũ te: in vnum conducam reli-
quias Israel, pariter ponam illum, quasi gre-
gem in ouili, quasi pecus in medio caularum
tumultuabuntur à multitudine hominum.
* Ascendet enim pandens iter ante eos: diui- 13
dent, & transibunt portam, & ingredientur
per eam, & transibit rex eorum coram eis, &
Dominus in capite eorum.

CAP. III.

ET dixi; Audite principes Iacob, & duces 1
domus Israel: Numquid non vestrum A
est scire iudicium, * qui odio habetis bonum, 2
& diligitis malum: qui violenter tollitis pel-
les eorum desuper eis, & carnem eorum de-
super ossibus eorum? * Qui comederunt car- 3
nem populi mei, & pellem eorum desuper
excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt,
& conciderunt sicut in lebete, & quasi carnẽ B
in medio ollæ. * Tunc clamabunt ad Domi- 4
num, & non exaudiet eos: & abscondet faciẽ
suam ab eis in timore illo, sicut nequiter ege-
runt in adinuentionibus suis. * Hæc dicit 5
Dominus super prophetas, qui seducunt po-
pulum meum: qui mordent dentibus suis, &
prædicant pacem: & si quis non dederit in o-
re eorum quippiam, sanctificant super eum
prælium. * Propterea nox vobis pro visione 6
erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & oc-
cumbet Sol super prophetas, & obtenebra-
bitur super eos dies. * Et confundentur, 7
qui vident visiones, & confundentur diuini: C
& operient omnes vultus suos, quia non est
responsum Dei. * Verumtamen ego repletus 8
sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, &
virtute: vt annunciem Iacob scelus suum, &
Israel peccatum suum. * Audite hoc princi- 9
pes domus Iacob, & iudices domus Israel:
qui abominamini iudicium, & omnia recta
10 peruertitis. * Qui ædificetis Sion in sangui-
D nib. & Ierusalem in iniquitate. " * Principes
11 eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes "Eze.22. f.27.
in mercede docebant, & prophetæ eius in pe
cunia diuinabant, & super Dominũ requie- Soph.3. a.3.
scebant, dicentes: Numquid non Dominus
in medio nostrum? non venient super nos
12 mala. * Propter hoc causa vestri. " Sion quasi
ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus la- " Ier.26. f.18.
pidum erit, & mons templi in excelsa silua-
rum.

CAP. IIII.

1 ET erit: In nouissimo dierum erit mons
A domus domini præparatus in vertice Isa.2.a.2.
montium, & sublimis super colles: & fluent
2 ad eum populi, * properabunt gentes multæ,
& dicent: Venite, ascendamus ad montem
Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit
nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius:
quia de Sion egredietur lex, & verbum Do-
3 mini de Ierusalem. * Et iudicabit inter po-
pulos multos, & corripiet gentes fortes vs-
B que in longinquum: & concident gladios
suos in vomeres, & hastas suas in ligones:
non sumet gens aduersus gentem gladium:
4 & non discent vltra belligerare. * Et sedebit
vir subtus vitem suam, & subtus ficum suã,
& non erit qui deterreat: quia os Domini
5 exercituum locutum est. * Quia omnes po-
puli ambulabunt vnusquisque in nomine
Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine
6 Domini Dei nostri in æternum, & vltra. * In
die illa, dicit Dominus, congregabo claudicã-
tem: & eam, quam eieceram, colligam: &
7 quam afflixeram: * "Et ponam claudicãtem
in reliquias: & eam, quæ laborauerat, in gen- " Sup.3.
tem robustam: " & regnabit Dominus super d.19.
eos in monte Sion, ex hoc nunc, & vsque in Luc.1.c.
C æternum. * Et tu turris gregis nebulosa filiæ 33.
8 Sion, vsque ad te veniet: & veniet potestas " Dan.7.
9 prima, regnum filiæ Ierusalem. * Nunc qua- d.14.
re mœrore contraheris? numquid rex nõ est
tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia com-
10 prehendit te dolor sicut parturiẽtem? * Do-
le, & satage filia Sion quasi parturiens: quia
nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in re-
gione, & venies, vsque ad Babylonem. Ibi li-
beraberis: ibi redimet te Dominus de manu
11 inimicorum tuorum. * Et nunc congrega-
tæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt:
Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus no-
12 ster. * Ipsi autem non cognouerunt cogi-
D tationes Domini, & non intellexerunt con-
silium eius: quia congregauit eos, quasi fœ-
13 num areæ. * Surge, & tritura filia Sion:
quia cornu tuum ponam ferreum, & vngu-
las tuas ponam æreas: & comminues popu-
los multos, & interficies Domino rapinas
eorum, & fortitudinem eorum Domino vni-
uersæ terræ.

CAP.

CAP. V.

NVnc vastaberis filia latronis: obsidionẽ 1
posuerunt super nos, in virga percu- A
tient maxillam iudicis Israel. * " ET TV 2 "Matt.2. a.6.
BETHLEHEM Ephrata paruulꝰ es in mil
libus Iuda; ex te mihi egredietur, qui sit do- Ioan. 7. f.42.
minator in Israel, & egressus eius ab initio, à
diebus æternitatis. * Propter hoc dabit eos 3
vsque ad tempus, in quo parturiẽs pariet: &
reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios
Israel. * Et stabit, & pascet in fortitudine Do- 4
mini, in sublimitate nominis Domini Dei B
sui: & conuertentur, quia nunc magnificabi-
tur vsq. ad terminos terræ. * Et erit iste pax: 5
cum venerit Assurius, in terram nostram, &
quãdo calcauerit in domibus nostris: & su-
scitabimus super eum septem pastores, &
octo primates homines. * Et pascent terram 6
Assur in gladio, & terram Nemrod in lan-
ceis eius: & liberabit ab Assur cum venerit
in terram nostram, & cum calcauerit in fini-
bus nostris. * Et erunt reliquiæ Iacob in me- 7
dio populorũ multorum quasi ros à Dño, & C
quasi stillæ super herbam, quæ non expectat
virum, & non præstolatur filios hominum.
* Et erunt reliquię Iacob in Gentibus in me- 8
dio populorum multorum, quasi leo in iu-
mentis siluarum, & quasi catulus leonis in
gregibus pecorum: qui cum transierit, & cõ-
culcauerit, & ceperit, nõ est qui eruat. * Exal- 9
tabitur manus tua super hostes tuos, & om-
nes inimici tui interibunt. * Et erit in die il- 10
la, dicit Dominus: Auferam equos tuos de D
medio tui, & disperdam quadrigas tuas. * Et 11
perdam ciuitates terrę tuæ, & destruam om-
nes munitiones tuas, & auferã maleficia de
manu tua, & diuinationes non erunt in te.
* Et perire faciam sculptilia tua, & statuas 12
tuas de medio tui: & nõ adorabis vltra ope-
ra manuum tuarum. * Et euellã lucos tuos 13
de medio tui: & cõteram ciuitates tuas. * Et 14
faciam in furore, & in indignatione vltionẽ
in omnibus gentibus, quæ non audierunt.

CAP. VI.

AVdite quæ Dominus loquitur: Surge, 1
cõtende iudicio aduersum montes, & A
audiant colles vocem tuam. * Audiant mon- 2
tes iudicium Domini, & fortia fundamenta
terræ: quia iudiciũ Dñi cũ populo suo, & cũ
"Ier. 2. a.4. Israel dijudicabitur. * " Popule meus quid 3
feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde
mihi. * Quia eduxi te de terra Ægypti, & 4
de domo seruientium liberaui te: & misi
ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Ma-
"Nu.22. a.5. riam: * " Popule meus memento quæso quid 5
cogitauerit Balach rex Moab, & quid respõ- B
derit ei Balaam filius Beor, de Setim vsq. ad
Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini.
* Quid dignum offeram Domino? curuabo 6
genu Deo excelso? nũquid offeram ei holo-
caustomata, & vitulos anniculos? * Num- 7
quid placari potest Dominus in millibꝰ arie-
tum, aut in multis millibus hircorum pin-
guium? numquid dabo primogenitum meũ
pro scelere meo, fructum ventris mei pro
8 peccato animæ meæ? * Indicabo tibi ò ho-
mo quid sit bonum, & quid Dominus requi-
rat à te: Vtique facere iudicium, & diligere
misericordiam, & solicitum ambulare cum
9 Deo tuo. * Vox Domini ad ciuitatem cla-
C mat, & salus erit timentibus nomen tuum:
Audite tribus, & quis approbabit illud?
10 * Adhuc ignis in domo impij thesauri ini-
11 quitatis, & mensura minor iræ plena. * Nũ-
quid iustificabo stateram impiam, & saccel-
12 li pondera dolosa? * In quibus diuites eius
repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea
loquebantur mendacium, & lingua eorum
13 fraudulenta in ore eorum. * Et ego ergo cę-
pi percutere te pditione super peccatis tuis.
14 * Tu comedes, & non saturaberis: & hu-
D miliatio tua in medio tui: & apprehendes,
& non saluabis: & quos saluaueris, in gla-
15 dium dabo. * " Tu seminabis, & non "Deu.28 d.38.
metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris
oleo: & mustum, & non bibes vinum. Agg. 1. b.6.
16 * Et custodisti præcepta Amri, & omne
opus domus Achab: & ambulasti in volun-
tatibus eorum, vt darem te in perditionem,
& habitãtes in ea in sibilum, & opprobrium
populi mei portabitis.

CAP. VII.

1 VÆ mihi, quia factus sum sicut, qui col-
A ligit in autumno racemos vindemiæ:
non est botrus ad comedendum, pręcoquas
2 ficus desiderauit anima mea. * Perijt san-
ctus de terra, & rectus in hominibus nõ est:
omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem
3 suum ad mortem venatur. * Malum ma-
nuum suarum dicunt bonum: princeps po-
stulat, & iudex in reddendo est: & magnus
locutus est desiderium animæ suæ, & con-
4 turbauerunt eam. * Qui optimus in eis est,
quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de
sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua ve-
5 nit: nunc erit vastitas eorum. * Nolite crede-
B re amico: & nolite confidere in duce: ab ea,
quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra o-
6 ris tui. * " Quia filius contumeliam facit pa- " Ma.10. c.1.
tri, & filia cõsurgit aduersus matrem suam,
nurus aduersus socrum suam: " & inimici " Ma.18. d.36.
7 hominis domestici eius. * Ego autem ad Do-
minum aspiciam, expectabo Deum salua-
8 torem meũ: audiet me Deus meus. * Ne læ-
teris inimica mea super me, quia cecidi: con-
surgam, cum sedero in tenebris, Dominus
9 lux mea est. * Iram Domini portabo, quo-
niam peccaui ei, donec causam meam iudi-
cet, & faciat iudicium meum: educet me in
10 lucem, videbo iustitiam eius. * Et aspiciet
inimica mea, & operietur confusione, quæ
dicit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus?
Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in cõ-
11 culcationem, vt lutum platearum. * Dies, vt
ædificentur maceriæ tuæ: in die illa longe

fiet lex. * In die illa, & vsque ad te veniet de 12
Assur, & vsque ad ciuitates munitas : & à ci- G
uitatibus munitis vsque ad flumẽ, & ad mare de mari, & ad montem de monte. * Et terra 13
erit in desolationem propter habitatores
suos, & propter fructum cogitationum eo-
rũ. * Pasce populũ tuum in virga tua, gregẽ 14
hereditatis tuæ habitantes solos in saltu, in
medio Carmeli: pascentur Basan, & Galaad
iuxta dies antiquos. * Secundum dies egres- 15
sionis tuę de Terra Ægypti ostendam ei mi-
rabilia. * Videbunt gentes, & confunden- 16
tur super omni fortitudine sua: ponent ma-
17 num super os, aures eorũ surdę erũt. * Lin-
D gent puluerem sicut serpentes, velut repulia
terræ perturbabuntur in ædibus suis: Domi-
num Deum nostrum formidabunt, & time-
18 bunt te. * ″ Quis Deus similis tui, qui aufers ″ Ier. 10.
iniquitatem, & transis peccatum reliqui-tum a 6.
hereditatis tuæ? non immittet vltra furorem
suum, quoniam volens misericordiam est: Act. 10.
19 * Reuertetur, & miserebitur nostri: deponet c. 43.
iniquitates nostras, & proijciet in profunditũ
20 maris omnia peccata nostra. * Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

PROPHETIA NAHVM.

CAPVT PRIMVM.

ONVS Niniue: Liber vi- 1
sionis Nahum Elcæsæi. A
* Deus æmulator, & vlci- 2
scens Dominus: vlciscens
Dominus, & habens, furo-
rem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens
ipse inimicis suis. * Domi- 3
nus patiens, & magnus fortitudine, & mun-
dans non faciet innocentem. Dominus in
tempestate, & turbine viæ eius, & nebulæ
pulueris pedum eius. * Increpans mare, & 4
exiccans illud, & omnia flumina ad deser-
tum deducens. Infirmatus est Basan, & Car-
melus: & flos Libani elanguit. * Montes cõ- 5
moti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & B
contremuit terra à facie eius, & orbis, &
6 omnes habitantes in eo. * Ante faciem in-
dignationis eius quis stabit? & quis resistet
in ira furoris eius? indignatio eius effusa
est, vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo.
7 * Bonus Dominus, & confortans in die
8 tribulationis: & sciens sperantes in se, * &
C in diluuio prætereunte, consummationem
faciet loci eius: & inimicos eius persequen-
9 tur tenebræ. * Quid cogitatis contra Domi-
num? consummationem ipse faciet: non
10 consurget duplex tribulatio. * Quia sicut spi-
na se inuicem complectuntur, sic cõuiuium
eorum pariter potantũ: consumentur quasi
11 stipula ariditate plena. * Ex te exibit cogitã
contra Dominum malitiam; mente pertra-
ctans

ctans præuaricationem. * Hæc dicit Domi- 12
nus: Si pacifici fuerint, & ita plures: sic quo- D
que attondentur, & pertransibit: affixi te, &
non affligam te vltra. * Et nunc conteram vir- 13
gam eius de dorso tuo, & vincula tua disiu-
pam. * Et præcipiet super te Dominus, nõ se- 14
minabitur ex nomine tuo amplius: de do-
mo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile
ponam sepulchrum tuum, quia inhonora-
tus es, * ″ Ecce super montes pedes euange- 15
lizantis, & annunciantis pacem: celebra Iuda
festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non
adijciet vltra, vt pertranseat in te Belial: vniu-
ersus interijt.

″ Isa. 52. b. 7. Ro 10. b. 15.

CAP. II.

ASCendit, qui dispergat coram te, qui cu- 1
stodiat obsidionem: cõtemplare viam, A
conforta lũbos, robora virtũte valde. * Quia 2
reddidit Dominus superbiã Iacob, sicut su-
perbiam Israel: quia vastatores dissipauerũt
eos, & propagines eorum corruperũt. * Cly- 3
peus fortiũ eius ignitus, viri exercitus in coc-
cineis; ignęæ habenæ currus in die præpara-
tionis eius, & agitatores consopiti sunt. * In 4
itineribus conturbati sunt: quadrigæ collisæ B
sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampa-
des, quasi fulgura discurrentia. * Recordabi- 5
tur fortium suorum, ruent in itineribus suis
velociter ascendẽt muros eius, & præparabi-
tur vmbraculum. * Portæ fluuiorum apertæ 6
sunt, & templum ad solum dirutũ. * Et mi- 7
les captiuus abductus est: & ancillæ eius mi-
nabantur gementes, vt columbæ, murmurã-
tes in cordibus suis. * Et Niniue quasi piscina 8
aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerũt: state, C
state, & non est qui reuertatur. * Diripite ar- 9
gentum, diripite aurum: & nõ est finis diui-
tiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.
* Dissipata est, & scissa, & dilacerata, & cor 10
tabescẽs, & dissolutio geniculorum, & defec-
tio in cunctis renibus: & facies omnium eo-
rum sicut nigredo olle. * Vbi est habitaculũ 11
leonum, & pascua catulorum leonũ: ad quã D
iuit leo, vt ingrederetur illuc, catulus leonis,
& non est, qui exterreat? * Leo cepit suffi- 12
cienter catulis suis, & necauit leænis suis:
& impleuit præda speluncas suas: & cubile
suum rapina. * Ecce ego ad te, dicit Domi- 13
nus exercituum, & succendam vsque ad fu-
mum quadrigas tuas, & leuncul os tuos co-
medet gladius: & exterminabo de terra præ-
dam tuam, & non audietur vltra vox nun-
ciorum tuorum.

CAP. III.

VÆ ciuitas sanguinũ, vniuersa menda- 1
A cij dilacerationẽ plena: non recedet à te
2 rapina. * Vox flagelli, & vox impetus rota- Ezec. 24.
& equi frementis, & quadrigæ ferientis, & b. 9
3 equitis ascendentis: * & micantis gladij, & Hab. 2.
fulgurantis hastæ, & multitudinis interfe- c. 11.
4 ctæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerũ,
& corruent in corporibus suis. * Propter
multitudinem fornicationũ meretricis spe-
ciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ
vendidit gentes in fornicationibus suis, &
5 familias in maleficijs suis: * ″ Ecce ego ad te, ″ Isa. 47.
B dicit Dominus exercituum, & reuelabo pu- a. 3.
denda tua in facie tua: & ostendam Gẽtibus
nuditatem tuam, & regnis ignominiã tuam.
6 * Et proijciam super te abominationes, &
contumelijs te afficiam, & ponam te in
7 exemplum. * Et erit: omnis, qui viderit te, re-
siliet à te, & dicet: Vastata est Niniue: quis
cõmouebit super te caput? vnde quærã con-
8 solatorem tibi? * Numquid melior es Alexã-
dria populorum, quæ habitat in fluminibus?
aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: a-
9 que muri eius. * Æthiopia fortitudo eius, &
Ægyptus, & non est finis: Aphrica, & Libyes
10 fuerunt in auxilio tuo. * Sed & ipsa in trans-
migrationem ducta est in captiuitatem: par-
uuli eius elisi sunt in capite omniũ viarum,
C & super inclytos eius miserunt sortẽ, & om-
nes optimates eius confixi sunt in compedi-
11 bus. * Et tu ergo inebriaberis, & eris despe-
12 cta: & tu quæres auxiliũ ab inimico. * Om-
nes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis
suis: si concussæ fuerint, cadent in os come-
13 dentis. * Ecce populus tuus mulieres in me-
dio tui: inimicis tuis ad apertione panden-
tur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes
14 tuos. * Aquam propter obsidionem hauri
tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum,
15 & calca, subigens tene laterem * Ibi comedet
te ignis: peribis gladio, deuorabit te, vt bruchus: cõgregare, vt bruchus: multiplicare, vt
16 locusta. * Plures fecisti negotiationes tuas
D quam stellæ sunt cæli: bruchus expansus est,
17 & auolauit * Custodes tui quasi locustæ: &
paruuli tui quasi locustæ locustarũ, quæ con-
fidunt in sepibus in die frigoris: Sol ortus est
& auolauerunt, & non est cognitus locus ea-
18 rum vbi fuerint. * Dormitauerunt pastores
tui, rex Assur: sepeliẽtur principes tui: latita-
uit populus tuus in montibus, & non est, qui
19 congreget. * Non est obscura contritio tua,
pessima est plaga tua: omnes qui audierunt
auditionem tuam, compresserunt manum
super te: quia super quem non transijt malitia tua semper?

PRO-

PROPHETIA HABACVC.

CAPVT PRIMVM.

ONVS, quod vidit Habacuc propheta, * Vsquequo 1
Domine clamabo, & non A 2
exaudies? Vociferabor ad
te vim patiens, & non salu-
abis? * Quare ostendisti 3
mihi iniquitatem, & la-
borem, videre prædam,
& iniustitiam contra me? & factum est iu-
dicium, & contradictio potentior. * Pro- 4
pter hoc lacerata est lex, & non peruenit vs-
que ad finem iudicium: quia impius præua-
ler aduersus iustum, propterea egreditur iu-
dicium peruersum. * " Aspicite in gentibus, 5
& videte: admiramini, & obstupescite: quia B
opus factum est in diebus vestris, quod ne-
mo credet cum narrabitur. * Quia ecce ego 6
suscitabo Chaldæos, gentem amaram, &
velocem, ambulantem super latitudinem
terræ, vt possideat tabernacula non sua. * 7
Horribilis, & terribilis est: ex semetipsa iu-
dicium, & onus eius egredietur. * Leuiores 8
pardis equi eius, & velociores lupis vespe-
tinis, & diffundentur equites eius: equites
namque eius de longe venient, volabunt
quasi aquila festinans ad comedendum. * 9
Omnes ad prædam venient, facies eorum
ventus vrens: & congregabit quasi arenam,
captiuitatem. * Et ipse de regibus triumpha- 10
bit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super
omnem munitionem ridebit, & comporta-
bit aggerem, & capiet eam. * Tunc muta- 11
bitur spiritus, & pertransibit: & corruet:
12 hæc est fortitudo eius dei sui. * Numquid
non tu à principio Domine Deus meus, san-
cte meus, & non moriemur? Domine in iu-
dicium posuisti eum: & fortem vt corripe-
13 res, fundasti eum. * Mundi sunt oculi tui, ne
videas malum, & respicere ad iniquitatem
non poteris, quare respicis super iniqua agen
tes, & taces deuorante impio iustiorem se?
14 * Et facies homines quasi pisces maris, &
15 quasi reptile non habens principem. * To-
tum in hamo sublevauit, traxit illud in sage-
na sua, & congregauit in rete suum. Super
16 hoc lætabitur, & exultabit. * propterea im-
molabit tagenæ suæ, & sacrificabit reti suo:
quia in ipsis incrassata est pars eius: & cibus
17 eius electus. * Propter hoc ergo expandit sa-
genam suam, & semper interficere Gentes
non parcet.

" Act. 13. f. 82.

CAP. II.

1 A SVper custodiam meam stabo, & figam
gradum super munitionem, & contem-
plabor, vt videam quid dicatur mihi, &
2 quid respõdeam ad arguentem me. * Et re-
spondit mihi Dominus, & dixit: Scribe vi-
sum, & explana eum super tabulas, vt per-
3 currat qui legerit eum. * Quia adhuc visus
procul, & apparebit in finem, & non men-
tietur si morum fecerit, expecta illum, quia
4 veniens veniet, & non tardabit. * Ecce qui " Ioan.
incredulus est, non erit recta anima eius in d. 36.
semetipso: " Iustus autem in fide sua viuet.

* Et

Rom. 7. b. 17. Gal. 3. b. 11. Heb. 10. d. 38.

* Et quomodo vinum potantem decipit: sic B
erit vir superbus, & non decorabitur: qui di-
latauit quasi infernus animam suam: & ipse
quasi mors, & non adimplebitur: & congrega-
bit ad se omnes gentes, & coacteruabit ad se
omnes populos. * Numquid non omnes isti 6
super eum parabolam sument, & loquelam
ænigmatum eius: & dicetur: Væ ei, qui mul-
tiplicat non sua vsquequo, & aggrauat con-
tra se densum lutum? * Numquid non repẽ- 7
te consurgent qui mordeant te: & suscitabũ-
tur lacerantes te, & eris in rapinã eius: * Quia 8
tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te om-
nes, qui reliqui fuerint de populis pp san-
guinem hominis, & iniquitatem terræ ciuita-
tis, & omnium habitantium in ea. * Væ qui 9
congregat auaritiam malam domui suæ, vt
sit in excelso nidus eius, & liberari se putat
de manu mali. * Cogitasti confusionem do- 10
mui tuæ, concidisti populos multos, & pec- C
cauit anima tua. * Quia lapis de pariete cla- 11
mabit: & lignum, quod inter iuncturas ædi-
ficiorum est, respondebit. * " Væ qui ædificat 12
ciuitatem in sanguinibus, & præparat vr-
bem in iniquitate. * Numquid nõ hæc sunt 13
à Domino exercituum: Laborabunt enim
populi in multo igne: & gentes in vacuum,
& deficiẽt. * Quia replebitur terra, vt cogno- 14
scant gloriam Domini, quasi aquæ operien-
tes mare. * Væ qui potũ dat amico suo mit- 15
tens fel suum, & inebriãs vt aspiciat nudita-
tem eius: * Repletus es ignominia pro glo- 16
ria: bibe tu quoque, & consopire: circum-
dabit te calix dexteræ Domini, & vomitus D
ignominiæ super gloriam tuam. * Quia ini- 17
quitas Libani oportet te, & vastitas anima-
lium deterrebit eos de sanguinibus homi-
num, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & om-
nium habitantiũ in ea. * Quid prodest scul- 18
pile, quia sculpsit illud fictor suus, confla-
tile, & imaginem falsam? quia sperauit in fig-
méto fictor eius vt faceret simulachra mu-
ta. * Væ qui dicit ligno: Expergiscere: Sur- 19
ge lapidi iacenti: numquid ipse docere pote-
rit? Ecce iste coopertus est auro, & argento:
& omnis spiritus non est in visceribus eius.
* " Dominus autem in templo sancto suo: 20
fileat à facie eius omnis terra.

" Ezc. 24. b. 9. Nah. 3. 2. 1.

" Pf. 10. b. 4.

ORATIO 1
HABACVC PROPHETÆ
pro ignorantijs.

CAP. III.

DOMINE audiui auditionem tuam, 2
& timui. A
Domine opus tuum in medio annorum
viuifica illud:
In medio annorum notũ facies: cum ira-
tus fueris, misericordiæ recordaberis.
3 * Deus ab Austro veniet, & sanctus de
monte Pharan.
Operuit cælos gloria eius: & laudis eius
plena est terra.
4 * Splendor eius vt lux erit: cornua in ma-
nibus eius.
5 Ibi abscondita est fortitudo eius: * ante fa-
ciem eius ibit mors.
Et egredietur diabolus ante pedes eius,
6 * Stetit, & mensus est terram.
Aspexit, & dissoluit Gentes: & contriti
sunt montes sæculi.
Incuruati sunt colles mundi, ab itineribus
æternitatis eius.
7 * Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ,
B turbabuntur pelles terræ Madian.
8 * Numquid in fluminibus iratus es Do-
mine? aut in fluminibus furor tuus? vel in
mari indignatio tua?
Qui ascendes super equos tuos: & quadri-
gæ tuæ saluatio.
9 * Suscitans suscitabis arcum tuum: iura-
menta tribubus quæ locutus es.
10 Fluuios scindes terræ: * viderunt te, & do
luerunt montes: gurges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo ma-
nus suas leuauit.
11 * Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo,
C in luce sagittarum tuarum, ibunt in splen-
dore fulgurantis hastæ tuæ.
12 * In fremitu conculcabis terram: in furore
obstupefacies Gentes.
13 * Egressus es in salutem populi tui: in sa-
lutem cum Christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denuda-
sti fundamentum eius vsque ad collum.
14 * Maledixisti sceptris eius, capiti bellato-
rum eius, venientibus vt turbo ad dispergẽ-
dum me.
Exultatio eorum sicut eius, qui deuorat
pauperem in abscondito.
15 * Viam fecisti in mari equis tuis, in luto
D aquarum multarum.
16 * Audiui, & conturbatus est venter meus:
à voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis, &
subter me scateat.
Vt requiescam in die tribulationis: vt a-
scendam ad populum accinctum nostrum.
17 * Ficus enim non florebit: & non erit ger-
men in vineis.
Mentietur opus oliuæ: & arua non affe-
rent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: & non erit ar-
mentum in præsepibus.
18 * Ego autem in Domino gaudebo: & exul
tabo in Deo Iesu meo.
19 * Deus Dominus fortitudo mea: & ponet
pedes meos quasi ceruorum.
Et super excelsa mea deducet me victor
in psalmis canentem.

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAPVT PRIMVM.

VERBVM Domini,quod 1
factum eſt ad Sophoniam A
filiũ Chuſi, filij Godoliæ,
filij Amariæ, filij Ezeciæ,
in diebus Ioſiæ filij Amon
regis Iudæ.* Congregans 2
congregabo omnia à facie
terræ dicit Dñs.* congre- 3
gans hominem,& pecus, congregans volati-
lia cæli, & piſces maris: & ruinæ impiorum
erunt: & diſperdam homines à facie terræ,
dicit Dñs.* Et extendam manũ meã ſuper 4
Iudam, & ſuper omnes habitãtes Ieruſalẽ,
& diſperdam de loco hoc reliquias Baal, &
nomina æditùorum cum ſacerdotibus: * & 5
eos,qui adorant ſuper tecta militiam cæli,&
adorant,& iurant in Dño,& iurant in Mel- B
chom.* Et qui auertũtur de poſt tergũ Dñi, 6
& qui non quæſierunt Dñm, nec inueſti-
gauerunt eum. * Silete à facie Domini Dei: 7
quia iuxta eſt Dies Dñi,quia preparauit Dñs
hoſtiam,ſanctificauit vocatos ſuos.* Et erit: 8
in die hoſtiæ Domini viſitabo ſuper princi-
pes,& ſuper filios regis,& ſuper omnes,qui
induti ſunt veſte peregrina:* & viſitabo ſu- 9
per omnem, qui arroganter ingreditur ſu-
per limen in die illa: qui complent domum
Domini Dei ſui iniquitate,& dolo. * Et erit 10
in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à C
porta piſcium,& vlulatus à Secunda,& con-
tritio magna à collibus. * Vlulate habita- 11
tores Pilæ: conticuit omnis populus Cha-
naan, diſperierunt omnes inuoluti argento.
12 * Et erit in tempore illo: ſcrutabor Ieruſa-
lem in lucernis: & viſitabo ſuper viros de-
fixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordi-
bus ſuis: Non faciet bene Dominus,& non
13 faciet male. * Et erit fortitudo eorum in
direptionem, & domus eorum in deſer-
tum: & "ædificabunt domos, & non ha- " Amos
bitabunt, & plantabunt vineas, & non bi- 5. c. 11.
14 bent vinum earum. * Iuxta eſt dies Domi-
D ni magnus,iuxta eſt,& velox nimis:vox diei
15 Domini amara, tribulabitur ibi fortis.* " " Ier. 30.
Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & an- a. 7.
guſtiæ,dies calamitatis, & miſeriæ, dies te- Ioel. 2. c.
nebrarum,& caliginis, dies nebulæ,& turbi- 11.
16 nis, * dies tubæ,& clangoris ſuper ciuitates Amos 5.
17 munitas,& ſuper angulos excelſos. * Et tri- c. 18.
bulabo homines, & ambulabunt vt cæci,
quia Domino peccauerunt: & effundetur
ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eo-
18 rum ſicut ſtercora.* " Sed & argentum eo- " Ezec. 7.
rum, & aurum eorum non poterit liberare c. 18.
eos in die iræ Domini; " in igne zeli eius de- " Inf. 3
uorabitur omnis terra, quia conſummatio- b. 8.
nem cum feſtinatione faciet cunctis habi-
tantibus terram.

CAP. II.

1 Conuenite,congregamini gens nõ ama-
2 bilis: * Priuſquam pariat iuſſio quaſi
A puluerem tranſeuntem diem,antequam ve-
niat

niat ſuper vos ira furoris Domini,antequam
veniat ſuper vos dies indignationis Domi-
ni. * Quærite Dominum omnes manſueti 3
terræ, qui iudicium eius eſtis operati, quæri-
te iuſtum,quærite manſuetum: ſi quomodo
abſcondamini in die furoris Domini. * Quia 4
Gaza deſtructa erit,& Aſcalon in deſertum,
Azotum in meridie eijcient, & Accaron era-
dicabitur. * Væ qui habitatis funiculum ma 5
ris,gens perditorum:verbum Domini ſuper
vos Chanaan terra Philiſthinorum, & di- B
ſperdant te, ita vt non ſit inhabitator:* Et 6
erit funiculus maris requies paſtorũ, & cau-
læ pecorum, * & erit funiculus eius, qui re- 7
manſerit de domo Iuda:ibi paſcentur, in do
mibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent:
quia viſitabit eos Dominus Deus eorum, &
auertet captiuitatem eorum.* Audiui oppro 8
brium Moab, & blaſphemias filiorum Am-
mon: quæ exprobrauerunt populo meo, & C
magnificati ſunt ſuper terminos eorũ.* Pro- 9
pterea viuo ego, dicit Dominus exercituum
Deus Iſrael, quia Moab vt Sodoma erit, &
filij Ammon quaſi Gomorrha,ſiccitas ſpina-
rum,& acerui ſalis, & deſertum vſque in æ-
ternum: reliquiæ populi mei diripient eos,
& reſidui gẽtis meæ poſſidebunt illos.* Hoc 10
eis eueniet pro ſuperbia ſua:quia blaſphema
uerunt, & magnificati ſunt ſuper populum
Domini exercituum.* Horribilis Dominus 11
ſuper eos,& attenuabit omnes deos terræ:&
adorabunt eum viri de loco ſuo,omnes inſu
læ Gentium.* Sed & vos Æthiopes interfe- 12
cti gladio meo eritis. * Et extende manum D
ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur: & 13
ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in inuiũ,
" Iſa. 34. c. 18. & quaſi deſertum. * " Et accubabunt in me 14
dio eius greges, omnes beſtiæ Gentium: &
onocrotalus,& ericius in liminibus eius mo-
rabuntur: vox cantantis in feneſtra, coruus
in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur
eius. * Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans in 15
confidentia: quæ dicebat in corde ſuo: Ego
ſum,& extra me non eſt alia amplius: quo-
modo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ?
omnis,qui tranſit per ea, ſibilabit, & moue-
bit manum ſuam.

CAP. III.

VÆ prouocatrix, & redempta ciuitas, co- 1
lumba.* Non audiuit vocem,& non ſu- 2
ſcepit diſciplinam: in Domino non eſt con- A
fiſa, ad Deum tuum non appropinquauit.
" Ezec. 22 * " Principes eius in medio eius quaſi leones 3
27. rugientes: iudices eius lupi veſpere,nõ relin-
Mich. 3. quebant in mane.* Prophetæ eius veſani,vi- 4
11. ri infideles: ſacerdotes eius polluerunt ſan-
5 ctum,iniuſtè egerunt contra legem. * Domi-
nus iuſtus in medio eius non faciet iniquita-
tem: mane mane iudicium ſuum dabit in lu-
cem,& non abſcondetur: neſciuit autem ini-
6 quus confuſionem. * Diſperdidi: Gentes,&
diſsipati ſunt anguli earũ: deſertas feci vias
eorum dum non eſt qui tranſeat: deſolatæ
ſunt ciuitates eorum, non remanente viro,
7 neque vllo habitatore. * Dixi: Attamen ti-
B mebis me,ſuſcipies diſciplinam: & non peri-
bit habitaculum eius propter omnia, in qui-
bus viſitaui eam: verumtamen diluculo ſur-
gẽtes corruperunt omnes cogitationes ſuas.
8 * Quapropter expecta me, dicit Dñs, in die
reſurrectionis meæ in futurũ,quia iudicium
meum vt congregem Gentes,& colligam re-
gna: & effundam ſuper eos indignationem
meam, omnem iram furoris mei: " in igne " Sup. 1.
9 enim zeli mei deuorabitur omnis terra. * d. 18.
Quia tunc reddam populis labium electum,
vt inuocent omnes in nomine Domini, &
10 ſeruiãt ei humero vno.* Vltra flumina Ae-
thiopiæ,inde ſupplices mei, filij diſperſorum
11 meorum deferent munus mihi.* In die illa
non confunderis ſuper cunctis adinuentio-
C nibus tuis,quibus præuaricata es in me: quia
tunc auferam de medio tui magniloquos ſu-
perbiæ tuæ, & non adijcies exaltari amplius
12 in monte ſancto meo. * Et derelinquam
in medio tui populum pauperem,& egenũ:
13 & ſperabunt in nomine Domini.* Reliquiæ
Iſrael non facient iniquitatem, nec loquen-
tur mendacium,& non inuenietur in ore eo-
rum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur,
14 & accubabunt, & non erit qui exterreat. *
Lauda filia Sion: iubila Iſrael: lætare,& exul-
15 ta in omni corde filia Ieruſalem. * Abſtulit
Dominus iudicium tuum, auertit inimicos
tuos: rex Iſrael Dominus in medio tui, non
16 timebis malum vltra.* In die illa dicetur Ie-
ruſalem: Noli timere: Sion, non diſſoluan-
17 tur manus tuæ. * Dominus Deus tuus in
D medio tui fortis,ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper
te in lætitia, ſilebit in dilectione ſua, exulta-
18 bit ſuper te in laude. * Nugas, qui à lege re-
ceſſerant,congregabo,quia ex te erant: vt nõ
19 vltra habeas ſuper eis opprobrium. * Ecce
ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in
tempore illo:& ſaluabo claudicantem:& eã,
quæ eiecta fuerat,congregabo: & ponam eos
in laudem, & in nomen, in omni terra con-
20 fuſionis eorum. * In tempore illo, quò ad-
ducam vos, & in tempore, quo congregabo
vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem
omnibus populis terræ, cum conuertero ca-
ptiuitatem veſtram coram oculis veſtris, di-
cit Dominus.

PROPHETIA AGGÆI.

CAPVT PRIMVM.

1. Esd. 6. a. 2.

IN anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die 1 A
vna mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Iesum, filiũ Iosedec, sacerdotem magnũ, 2
dicens: * Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. * Et factum est verbum Domini in manu Aggæi 3
prophetæ dicens? * Numquid tempus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis, & 4
domus ista deserta? * Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. * Seminastis multum, & 5 B 6
intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes cõgregauit, misit eas in sacculum pertusum. * Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite 7
corda vestra super vias vestras: * ascendite 8
in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus. * Respexistis ad amplius, 9 C
& ecce factum est minus: & intulistis in domum, & exufflaui illud: quam ob causam, dicit Dominus exercituũ? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam, * Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra pro- 10 11
hibita est ne daret germen suum: * & vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcumque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. * Et audiuit Zo- 12 D
robabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Domini Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Do- 13
mini. * Et dixit Aggæus nuncius Domini de nuncijs Domini, populo dicens: Ego vo- 14
biscum sum, dicit Dominus. * Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel, ducis Iuda, & spiritũ Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorũ de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.

7. Deut. 28. d. 38. Mich. 6. c. 15.

CAP. II.

IN die vigesima, & quarta mensis, in sex- 1 A
to mense, in anno secundo Darij regis. 2
* In septimo mense, vigesima, & prima mẽsis, factum est verbum Domini in manu 3
Aggæi prophetæ, dicens: * Loquere ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem ma-

magnum, & ad reliquos populi, dicẽs: * Quis 4
in vobis est derelictus, qui vidit domum istã in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? * Et nunc confortare Zoro- 5
babel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituũ, & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum) * verbum quod pe- 6
pigi vobiscum cum egrederemini de Terra Aegypti: & spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere. * Quia hæc dicit Do- 7 B
minus exercituum: Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terrã, & mare, & aridam. * Et mouebo omnes 8
Gentes? ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. * Meum est argentum, & meum 9
est aurum, dicit Dominus exercituum. * Magna erit gloria domus istius nouissi- 10
mæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum? & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. * In vigesima, & quarta 11
noni mensis, in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens: * Hæc dicit Dominus exer- 12
cituum? Interroga sacerdotes legem, dicens: * Si tulerit homo carnem sanctificatam in 13
ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: numquid sanctificabitur: Respondentes autem sacerdotes, 14
dixerunt: Non. * Et dixit Aggæus: Si tetige- C
rit pollutus in anima ex omnib. his, nũquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes 15
& dixerunt: Contaminabitur. * Et respõdit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum, & omnia, quæ 16
obtulerunt ibi, contaminata erunt. * Et nunc ponite corda vestra a die hac, & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in tẽ- 17
plo Domini. * Cum accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierẽt decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquagin- 18
ta lagenas, & fiebant viginti. * Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grãdine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. 19
* Ponite corda vestra ex die ista, & in futu- D
rum, à die vigesima, & quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domi- 20
ni, ponite super cor vestrum. * Numquid iã semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non 21
floruit? ex die ista benedicam. * Et factũ est verbum Domini secundò ad Aggæum in vi- 22
gesima, & quarta mensis, dicens: * Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mo- 23
uebo cœlum pariter, & terram. * Et subuertã solium regnorum, & conteram fortitudinẽ regni Gentium: & subuertam quadrigam, & ascensorem eius, & descendẽt equi, & ascen- 24
sores eorum: vir in gladio fratris sui. * In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculũ, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

He. 12. g. 26.

Amos 4. c. 9.

Ecc. 49. e. 13.

PRO-



CAPVT PRIMVM.

IN mense octauo in anno secun- 1
do Darij regis, factum est ver- A
bum Domini ad Zachariam,
filium Barachiæ, filij Addo,
prophetam, dicens:* Iratus est 2
Dominus super patres vestros
iracundia. * Et dices ad eos: Hæc dicit Dñs 3
exercituum. " Conuertimini ad me, ait Do-
minus exercituum, & conuertar ad vos, dicit
Dominus exercituum. * Ne sitis sicut patres 4
vestri, "ad quos clamabant prophetæ prio-
res dicentes: Hæc dicit Dominus exercituū:
Conuertimini de vijs vestris malis, & de co-
gitationibus vestris pessimis: & non audie-
runt, neque attenderunt ad me, dicit Domi-
nus. * Patres vestri vbi sunt? & prophetæ 5
numquid in sempiternum viuent? * Verum- 6
tamen verba mea, & legitima mea, quæ mā-
daui seruis meis prophetis, numquid non B
comprehenderunt patres vestros, & conuer-
si sunt? & dixerunt: Sicut cogitauit Domi-
nus exercituum facere nobis secundum vias
nostras, & secundum adinuentiones no-
stras fecit nobis. * In die vigesima, & quarta 7
vndecima mensis Sabath, in anno secundo
Darij, factum est verbum Domini ad Zacha
riam filium Barachiæ, filij Addo prophetā,
dicens: * Vidi per noctem, & ecce vir ascen- 8
dens super equum rufum, & ipse stabat in-
ter myrteta, quæ erant in profundo: & post
eum equi rufi, varij, & albi. * Et dixi. Quid 9
sunt isti, Domine mi? & dixit ad me Ange-
lus, qui loquebatur in me; Ego ostendam ti-
10 bi quid sint hæc.* Et respondit vir, qui sta-
bat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos mi-
11 sit Dominus, vt perambulent terram. * Et
responderūt Angelo Domini, qui stabat in-
C ter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus
terrā, & ecce omnis terra habitatur, & quie-
12 scit * Et respondit Angelus Domini, &
dixit: Domine exercituum vsquequo tu non
misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, qui-
bus iratus es? iste iam septuagesimus annus
13 est.* Et respondit Dominus Angelo, qui lo-
quebatur in me verba bona, verba consola-
14 toria.* Et dixit ad me Angel⁹, qui loqueba-
tur in me: Clama dicens: Hæc dicit Domi-
nus exercituum: " Zelatus sum Ierusalem,
15 & Sion zelo magno. * Et ira magna ego ira-
scor super gentes opulentas: quia ego iratus
sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malū.
16 * Propterea hæc dicit Dominus: Reuertar
ad Ierusalem in misericordijs: & domus
mea ædificabitur in ea, ait Dominus exerci-
D tuum: & perpendiculum extendetur super
17 Ierusalem. * Adhuc, clama dicens: Hæc di-
cit Dominus exercituum: Adhuc affluent
ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc
Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem.
18 * Et leuaui oculos meos, & vidi & ecce quat
19 tuor cornua. * Et dixi ad Angelum, qui lo-
quebatur in me: Quid sunt hæc? & dixit ad
me. Hæc sunt cornua, quę ventilauerunt Iu-
20 dam & Israel, & Ierusalem.* Et ostēdit mi-
21 hi Dominus quatuor fabros * Et dixi: Quid
isti veniunt facere? Qui ait, dicens. Hæc sunt
cor-

" Mal. 3. a.7.
" Isa. 21. c.8. 3.c.6. & 45. d 22.
Ier. 3. c. 12.
Ezec.18. g. 30 & 20. a 7. & 33. c. 11
Osee 14. a.2.
Ioel. 2.c 12.
" Inf. 8. a.2.

cornua, quæ ventilauerunt Iudam per singu-
los viros, & nemo eorum leuauit caput suū:
& venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cor
nua gentium, quæ leuauerunt cornu supe
terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce 1
vir, & in manu eius funiculus mensorū. A
* Et dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Vt 2
metiar Ierusalem, & videam quanta sit lati-
tudo eius, & quanta longitudo eius. * Et ec- 3
ce angelus, qui loquebatur in me, egredieba-
tur, & angelus alius egrediebatur in occur-
sum eius. * Et dixit ad eum: Curre, loque- 4
re ad puerum istum, dicens: Absque muro
habitabitur Ierusalem præ multitudine ho- B
minum, & iumentorum in medio eius * Et 5
ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in cir-
cuitu, & in gloria ero in medio eius. * O, o, 6
fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus:
quoniam in quatuor ventos cæli dispersi
vos, dicit Dominus. * O Sion, fuge quæ ha- 7
bitas apud filiam Babylonis: * quia hæc di- 8
cit Dominus exercituum: Post gloriam misit C
me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: qui
enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi
mei: * quia ecce ego leuo manum meam su- 9
per eos, & erunt prædæ his, qui seruiebant si
bi, & cognoscetis quia Dominus exercituum
misit me. * Lauda, & lætare filia Sion, quia 10
ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait
Dominus. * Et applicabuntur Gentes mul- 11
tæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi D
in populum, & habitabo in medio tui: &
scies quia Dominus exercituum misit me ad
te. * Et possidebit Dominus Iudam partem 12
suam in terra sanctificata; & eliget adhuc Ie-
rusalem. * Sileat omnis caro a facie Domi- 13
ni: quia consurrexit de habitaculo sancto
suo.

CAP. III.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacer- 1
dotem magnum stantem coram angelo A
Domini, & satan stabat à dextris eius vt ad-
uersaretur ei.* Et dixit Dominus ad satā: In 2
crepet Dominus in te satan; & increpet Do- B
minus in te, qui elegit Ierusalem; numquid
non iste torris est erutus de igne. * Et Iesus 3
erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante
faciem angeli. * Qui respondit, & ait ad eos, 4
qui stabant corā se, dicens. Auferte vestimen-
ta sordida ab eo. Et dixit ad eū: Ecce abstu-
li à te iniquitatem tuam, & indui te mutato-
rijs. * Et dixit: Ponite cidarim mundam 5
super caput eius. Et posuerunt cidarim mū- C
dam super caput eius, & induerunt eum ve-
stibus: & angelus Domini stabat. * Et conte- 6
stabatur angelus Domini Iesum, dicens:
* Hæc dicit Dominus exercituum: Si in vijs 7
meis ambulaueris, & custodiam meam cu-
stodieris; tu quoque iudicabis domum
meam, & custodies atria mea, & dabo tibi am
8 bulantes de his, qui nunc hic assistunt.* Au-
di Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui
habitant corā te, quia viri portendentes sunt,
D ecce.n.ego" ADDVCAM SERVVM
9 MEVM ORIENTEM. * Quia ecce
lapis, quem dedi coram Iesu, super lapidem
vnum septem oculi sunt: ecce ego cælabo scul
pturam eius, ait Dominus exercituum: & au-
10 ferā iniquitatem terræ illius in die vna. * In
die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit
vir amicū suum subter vitem, & subter ficū.

" Luc. 1. b.78.

CAP. IV.

1 ET reuersus est angelus, qui loquebatur in
A me, & suscitauit me, quasi virum, qui su
2 scitatur de somno suo. * Et dixit ad me:
Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce cādela-
brum aureum totum, & lampas eius super
caput ipsius, & septem lucernæ eius super
illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant
3 super caput eius.* Et duæ oliuæ super illud,
vna a dextris lampadis, & vna à sinistris eius.
4 * Et respondit, & aio ad angelum, qui loque
B batur in me, dicens; Quid sunt hæc, domine
5 mi?* Et respondit angelus, qui loquebatur in
me, & dixit ad me: Numquid nescis quid sūt
6 hæc? Et dixi: Non, domine mi.* Et respon-
dit, & ait ad me dicens: Hoc est verbum Do-
mini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu,
nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Domi
7 nus exercituum.* Quis tu mons magne corā
C Zorobabel? in planum: & educet lapide pri-
8 marium, & exæquabit gratiā gratiæ eius. * Et
9 factum est verbum Domini ad me, dicens: *
Manus Zorobabel fundauerunt domum
istam, & manus eius perficient eam, & scietis
quia Dominus exercituum misit me ad vos.
10 * Quis enim despexit dies paruos? & lætabū
tur, & videbunt lapidem stanneum in manu
Zorobabel. Septem isti oculi sūt Domini, qui
11 discurrunt in vniuersam terram.* Et respon
D di, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuę istę
ad dexteram cādelabri, & ad sinistram eius?
12 * Et respondi secundo, & dixi ad eū: Quid
sunt duę spicę oliuarum, quæ sunt iuxta duo
rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex au-
13 ro? * Et ait ad me, dicens; Numquid nescis
14 quid sunt hęc? Et dixi: Non, domine mi.* Et
dixit: Isti sunt duo filij olei: qui assistunt Do
minatori vniuersæ terræ.

CAP. V.

1 ET cōuersus sum, & leuaui oculos meos:
2 & vidi, & ecce volumen volans.* Et di-
A xit ad me; Quid tu vides? Et dixi: Ego vi-
deo volumen volans: longitudo eius vigin-
B ti cubitorum, & latitudo eius decem cubito-
3 rum.* Et dixit ad me: Hæc est maledictio,
quæ egredietur super faciē omnis terræ: quia
omnis, fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur:
& omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur.
4 * Educam illud, dicit Dominus exercituum;

& veniet ad domum furis,& ad domum iu-
rantis in nomine meo mendaciter: & com- C
morabitur in medio domus eius, & consu- 5
met eam,& ligna eius, & lapides eius. * Et
egressus est angelus, qui loquebatur in me:
& dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide
quid est hoc,quod egrediatur.* Et dixi:Quid 6
nam est? Et ait: Hæc est amphora egrediēs.
Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa
terra.* Et ecce talentum plumbi portabatur, 7
& ecce mulier vna sedens in medio ampho-
ræ.* Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit 8
eam in medio amphoræ, & misit massam
plumbeam in os eius. * Et leuaui oculos 9
meos,& vidi:& ecce duæ mulieres egredien- D
tes,& spiritus in alis earum, & habebant alas
quasi alas milui,& leuauerūt amphoram in-
ter terram,& cælum.* Et dixi ad angelum 10
qui loquebatur in me: Quò istæ defecerunt
amphoram?* Et dixit ad me: Vt ædificetur 11
ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, &
ponatur ibi super basem suam.

CAP. VI.

ET cōuersus sum, & leuaui oculos meos, 1
& vidi: & ecce quatuor quadrigæ egre- A
dientes de medio duorum montium:& mō-
tes,montes ærei.* In quadriga prima equi ru 2
fi,& in quadriga secunda equi nigri,* & in 3
quadriga tertia equi albi,& in quadriga quar
ta equi varij,& fortes.* Et respondi, & dixi 4
ad angelū,qui loquebatur in me: Quid sunt
hæc,domine mi?* Et respondit angelus, & 5
ait ad me: Isti sunt quatuor venti cæli, qui B
egrediuntur vt stent coram Dominatore om
nis terræ.* In qua erant equi nigri, egredie- 6
bantur in terram Aquilonis: & albi egressi
sunt post eos: & varij egressi sunt ad terram
Austri.* Qui autem erant robustissimi, 7
exierunt,& quærebant ire, & discurrere per
omnem terrā. Et dixit: Ite,perambulate ter-
ram,& perambulauerunt terram.* Et voca- 8
uit me, & locutus est ad me,dicens: Ecce,qui
egrediuntur terram Aquilonis, requiesce-
re fecerunt spiritum meum in terra Aquilo-
nis.* Et factum est verbum Domini ad me 9
dicens.* Sume à transmigratione ab Hol- 10
dai,& à Tobia,& ab Idaia,& venies tu in die
illa,& intrabis domum Iosiæ,filij Sophoniæ,
qui venerunt de Babylone.* Et sumes au- 11
rum,& argentum, & facies coronas,& pones
in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni,
* & loqueris ad eum, dicens: Hæc ait Domi- 12
" Luc. 1. g. 78. nus exercituum, dicens." ECCE VIR
ORIENS NOMEN EIVS, & sub-
ter eum orietur, & ædificabit templum Do
mino.* Et ipse extruet templum Domino. 13
& ipse probauit gloriam, & sedebit, & do- D
minabitur super solio suo: & erit sacerdos
super solio suo, & consilium pacis erit inter
illos duos.* Et coronæ erunt Helem,& To- 14
biæ,& Idaiæ,& Hem, filio Sophoniæ,in memo
riale in templo Domini.* Et qui procul 15
sunt, venient,& ædificabunt in templo Do-
mini, & scietis quia Dominus exercituum
misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu
audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

1 ET factū est in anno quarto Darij regis,
A factum est verbum Domini ad Zacha-
riam,in quarta mensis noni, qui est Casleu.
2 *Et miserunt ad domum Dei Sarasar,& Ro
gomelech,& viri,qui erant cum eo ad depre-
3 candam faciem Domini: * vt dicerent sacer-
dotibus domus Domini exercituum, & pro-
phetis loquentes, numquid flēdum est mihi
in quinto mense,vel sanctificare me debeo,
4 sicut iam feci multis annis?* Et factum est
B verbum Domini exercituum ad me dicens:
5 * Loquere ad omnem populum terræ,& ad
sacerdotes,dicens:" Cum ieiunaretis,& plā- " Isa. 56. a.5.
geretis in quinto,& septimo per hos septua-
ginta annos, numquid ieiunium ieiunastis
6 mihi?* & cum comedistis,& bibistis, num-
quid non vobis comedistis,& vobismetipsis
7 bibistis?* Numquid non sunt verba,quæ lo
cutus est Dominus in manu prophetarum
C priorum,cum adhuc Ierusalem habitaretur,
& esset opulēta,ipsa,& vrbes in circuitu eius,
& ad Austrum, & in campestribus habitare-
8 tur?* Et factum est verbum Domini ad Za
9 chariam, dicens.* Hæc ait Dominus exer-
cituum,dicens: Iudicium verum iudicate, &
misericordiam, & miserationes facite,vnus-
10 quisque cum fratre suo.*" Et viduam,& pu " Ex. 22. d.22. Isa. 1. f. 23. Ier. 5. g. 28.
pillum,& aduenam, & pauperem nolite ca-
lumniari: & malum vir fratri suo non co-
11 gitet in corde suo.* Et noluerunt attende-
re, & auerterunt scapulā recedentem,& au-
12 res suas aggrauauerunt ne audirent:* Et cor
suum posuerunt vt adamantem ne audirent
legem, & verba quæ misit Dominus exerci-
tuum in spiritu suo per manum prophetarū
priorum: & facta est indignatio magna a Do
13 mino exercituum.* Et factum est sicut lo-
D cutus est, & non audierunt, sic clamabunt,
& non exaudiam,dicit Dominus exercituū.
14 * Et dispersi eos per omnia regna, quæ ne-
sciunt, & terra desolata est ab eis, eo quod
non esset transiens, & reuertens: & posue-
runt terram desiderabilem in desertum.

CAP. VIII.

1 ET factum est verbum Domini exercituū,
2 dicens.* Hæc dicit Dominus exercituū:
A Zelatus sum Sion zelo magno,& indignatio
3 ne magna zelatus sum eam.* Hæc dicit Do-
minus exercituum: Reuersus sum ad Sion,
& habitabo in medio Ierusalē: & vocabitur
Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domi-
4 ni exercituum mons sanctificatus.* Hæc di-
cit Dominus exercituum: Adhuc habitabūt
senes,& anus in plateis Ierusalem,& viri ba-
culus in manu eius præ multitudine dierū.
5 * Et plateæ ciuitatis complebuntur infanti-
bus, & puellis ludentibus in plateis eius.
Hæc

* Hæc dicit Dominus exercituum: Si vide- 6
bitur difficile in oculis reliquiarū populi hu-
ius in diebus illis,nūquid in oculis meis dif-
ficile erit,dicit Dominus exercituum?* Hæc 7
dicit Dominus exercituum. Ecce ego saluabo
populum meum de terra Orientis, & de ter-
ra Occasus Solis.* Et adducam eos,& habi- 8
tabunt in medio Ierusalem:& erunt mihi in B
populum,& ego ero eis in Deum in veritate,
& in iustitia.* Hæc dicit Dominus exerci- 9
tuum: Confortentur manus vestræ,qui audi
tis in his diebus sermones istos per os prophe
tarū in die,qua fundata est domus Domini
exercituum, vt templum ædificaretur.* Si- 10
quidem ante dies illos merces hominum nō
erat,nec merces iumentorum erat, neque in-
troeunti,neque exeunti erat pax præ tribula-
tione,et dimisi omnes homines, vnumquē-
que contra proximum suum. * Nunc autem 11
non iuxta dies priores ego faciam reliquijs
populi huius,dicit Dominus exercituum,* 12
sed semen pacis erit: vinea dabit fructum
suum, et terra dabit germen suum, et cæli
dabunt rorem suum:et possidere faciam re-
liquias populi huius vniuersa hæc.* Et erit: 13
sicut eratis maledictio in Gentibus, domus
Iuda,et domus Israel:sic saluabo vos,et eritis C
benedictio:nolite timere, confortentur ma-
nus vestræ.*Quia hæc dicit Dominus exer- 14
cituum:Sicut cogitaui vt affligerem vos,cum
ad iracundiā prouocassent patres vestri me,
dicit Dominus,* et non sum misertus:sic cō- 15
uersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam
domui Iuda, et Ierusalem: nolite timere.* 16
" Eph. 4. f. 25. Hæc sunt ergo verba, quæ facietis:" Loqui-
mini veritatem, vnusquisque cum proximo
suo,veritatem, et iudicium pacis iudicate in
portis vestris.* Et vnusquisque malum cō- 17
tra amicum suum,ne cogitetis in cordibus
vestris,et iuramentum mendax ne diligatis:
omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dn̄s:
* Et factum est verbum Domini exercituū 18
ad me,dicens.* Hæc dicit Dominus exerci- 19
tuum: Ieiunium quarti,et ieiunium quinti,et
ieiunium septimi, et ieiunium decimi, erit
domui Iuda in gaudium,et lætitiam,et in so-
lemnitates præclaras: veritatem tantum, et D
pacem diligite.* Hæc dicit Dn̄s exercituum: 20
Vsquequo veniant populi, et habitent in ci-
uitatibus multis,* et vadant habitatores, v- 21
nus ad alterū dicentes: Eamus, et deprece-
mur faciem Domini, et quæramus Dominū
exercituum:vadam etiam ego.* Et venient 22
populi multi,et gentes robustæ ad quæren-
dum Dominum exercituum in Ierusalem.et
deprecandam faciem Domini.* Hæc dicit 23
Dominus exercituum: In diebus illis, in qui-
bus apprehendent decem homines ex omni-
bus linguis Gentium, et apprehendent fim-
briam viri Iudæi,dicentes: ibimus vobiscū:
audiuimus enim quoniam Deus vobiscū est.

CAP. IX.

ONus verbi Domini in terra Hadrach, 1
et Damasci requiei eius: quia Domini A
est oculus hominis, & omnium tribuum Is-
2 rael.* Emath quoque in terminis eius,& Ty-
rus,& Sidon: assumpserunt quippe sibi sapiē
3 tiam valdè.* Et ædificauit Tyrus munitio-
nem suam, & coaceruauit argentum quasi
4 humum, & aurum vt lutum platearum.*
Ecce Dominus possidebit eam, percutiet in
mari fortitudinem eius, & hæc igni deuora-
5 bitur.* Videbit Ascalon,& timebit, & Gaza,
& dolebit nimis: & Accaron, quoniam con-
fusa est spes eius: & peribit rex de Gaza,
6 & Ascalon non habitabitur.* Et sedebit sepa-
B rator in Azoto,& disperdam superbiam Phi
7 listhinorum.* Et auferam sanguinem eius
de ore eius,& abominationes eius de medio
dentium eius,& relinquetur etiam ipse Deo
nostro,& erit quasi dux in Iuda,& Accaron
8 quasi Iebusæus.* Et circumdabo domum
meam ex his,qui militant mihi euntes,& re-
uertentes,& non trāsibit super eos vltra exa-
9 ctor: quia nunc vidi in oculis meis.*" Exulta
satis filia Sion,iubila filia Ierusalem, ECCE " Esa. 62. d.11.
REX TVVS veniet tibi iustus,& saluator:
ipse pauper, & ascendens super asinam, & Mat. 21. a.5.
10 super pullum filium asinæ.* Et disperdam
C quadrigam ex Ephraim, & equum de Ieru-
salem, & dissipabitur arcus belli: & loquetur
pacem Gentibus,& potestas eius à mari vsq.
ad mare,& à fluminibus,vsq. ad fines terræ.
11 * Tu quoque in sanguine testamenti tui e-
misisti vinctos tuos de lacu, in quo non est
12 aqua.* Conuertimini ad munitionem vin-
cti spei, hodie quoque annuncians duplicia
13 reddam tibi.* Quoniam extendi mihi Iudā
quasi arcum, impleui Ephraim: & suscitabo
filios tuos Sion, super filios tuos Græcia, &
14 ponam te,quasi gladium fortium.* Et Dn̄s
Deus super eos videbitur,& exibit,vt fulgur,
D iaculum eius: & Dominus Deus in tuba ca-
15 net,& vadet in turbine Austri.* Dominus
exercituum proteget eos: & deuorabunt, &
subijcient lapidibus fundæ: & bibentes ine-
briabuntur, quasi à vino,& replebuntur, vt
16 phialæ,& quasi cornua altaris.* Et saluabit
eos Dominus Deus eorum in die illa: vt gre-
gem populi sui: quia lapides sancti eleuabū-
17 tur super terram eius.* Quid enim bonum
eius est,& quid pulchrum eius,nisi frumen-
tum electorum, & vinum germinans virgi-
nes?

CAP. X.

1 PEtite à Domino pluuiam in tempore se-
A rotino, & Dominus faciet niues, & plu-
uiam imbris dabit eis,singulis herbam in
2 agro.* Quia simulachra locuta sunt inutile,
& diuini viderunt mendacium, & somnia-
tores locuti sunt frustra: vanè cōsolabantur:
idcircò abducti sunt,quasi grex: affligentur,
3 quia non est eis pastor.* Super pastores ira-
tus est furor meus, & super hircos visitabo:
quia visitauit Dominus exercituum gregem
B suum,domū Iuda, & posuit eos,quasi equū
4 gloriæ suæ in bello.* Ex ipso angulus,ex ip-

so paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egre-
dietur omnis exactor simul. * Et erunt quasi 5
fortes conculcantes lutum viarum in prælio:
& bellabunt, quia Dominus cum eis: & con-
fundentur ascensores equorum. * Et confor- 6
tabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo:
& conuertam eos, quia miserebor eorum:
& erunt sicut fuerunt, quando non proiece-
ram eos: ego enim Dominus Deus eorum, &
exaudiã eos. * Et erunt quasi fortes Ephraim, 7
& lætabitur cor eorum, quasi à vino: & filij C
eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit
cor eorum in Domino. * Sibilabo eis, & con- 8
gregabo illos, quia redemi eos: & multiplica-
bo eos, sicut ante fuerant multiplicati. * Et se- 9
minabo eos in populis, & de longe recorda-
buntur mei: & viuent cum filijs suis, & re-
uertentur. * Et reducam eos de Terra Ægy- 10
pti, & de Assyrijs congregabo eos, & ad Ter- D
ram Galaad, & Libani adducam eos, & non
inuenietur eis locus: * & transibit in maris 11
freto, & percutiet in mari fluctus, & confun-
dentur omnia profunda fluminis, & humi-
liabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti
recedet. * Confortabo eos in Domino, & in 12
nomine eius ambulabunt, dicit Dominus.

CAP. XI.

APeri Libane portas tuas, & comedat 1
ignis cedros tuas. * Vlula abies, quia ce-
cidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: A
vlulate quercus Basan, quoniam succisus est
saltus munitus. * Vox vlulatus pastorum, 3
quia vastata est magnificentia eorum: vox
rugitus leonum, quoniam vastata est super-
bia Iordanis. * Hæc dicit Dominus Deus 4
meus: Pasce pecora occisionis, * quæ qui pos-
sederant, occidebant, & non dolebant, & ven-
debant ea, dicentes: Benedictus Dominus,
diuites facti sumus: & pastores eorum non
parcebant eis. * Et ego non parcam vltra su- 6
per habitantes terram, dicit Dominus: ecce
ego tradam homines, vnumquemque in ma- B
nu proximi sui, & in manu regis sui: & con-
cident terram, & non eruam de manu eorũ.
* Et pascam pecus occisionis propter hoc, ò 7
pauperes gregis: & assumpsi mihi duas vir-
gas, vnam vocaui Decorem, & alteram voca-
ui Funiculum: & paui gregem. * Et succidi 8
tres pastores in mense vno, & contracta est a-
nima mea in eis: si quidem, & anima eorum
variauit in me. * Et dixi: Non pascam vos: 9
quod moritur, moriatur: & quod succiditur,
succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque
carnem proximi sui. * Et tuli virgam meam, 10
quæ vocabatur Deus, & abscidi eam, vt irri-
tum facerem fœdus meũ, quod percussi cum C
omnibus populis. * Et in irritum deductum 11
est in die illa: & cognouerunt sic pauperes
gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum
* Matt. Domini est. * Et dixit ad eos: Si bonum est in 12
27.a.9. oculis vestris, afferte mercedem meam: &
si non, quiescite. " Et appenderunt mercedem
13 meam triginta argenteos. * Et dixit Domi-
nus ad me: Proijce illud ad statuarium, de-
corum pretium, quo appretiatus sum ab eis.
Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in
14 domum Domini ad statuarium. * Et præci-
di virgam meam secundam, quæ appellaba-
tur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem
15 inter Iudam, & Israel. * Et dixit Dominus
D ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.
16 * Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra,
qui derelicta non visitabit, dispersum non
quæret, & contritum non sanabit, & id quod
stat non enutriet, & carnes pinguium come-
17 det, & vngulas eorum dissoluet. * O pastor
& idolum, derelinquens gregem: gladius su-
per brachium eius, & super oculum dextrũ
eius: brachium eius ariditate siccabitur, &
oculus dexter eius tenebrescens obscurabi-
tur.

CAP. XII.

1 AOnus verbi Domini super Israel. Dicit
Dominus extendens cælum, & fundans
terram, & fingens spiritum hominis in eo:
2 * Ecce ego ponam Ierusalem super limina-
re crapulæ omnibus populis in circuitu: sed
& Iuda erit in obsidione contra Ierusalem.
3 * Et erit: In die illa ponam Ierusalẽ lapidem
oneris cunctis populis: omnes, qui leuabunt
eam, concisione lacerabuntur: & colligentur
4 aduersus eam omnia regna terræ. * In die il-
la, dicit Dominus, percutiam omnem equũ
in stuporem, & ascensorem eius in amentiã:
B & super domum Iuda aperiam oculos meos,
& omnem equum populorum percutiã cæ-
5 citate. * Et dicent duces Iuda in corde suo:
Confortentur mihi habitatores Ierusalem
6 in Domino exercituum Deo eorum. * In die
illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis
in lignis, & sicut faciem ignis in fœno: & de-
uorabunt ad dexteram, & ad sinistram om-
nes populos in circuitu: & habitabunt Ieru-
7 salem rursus in loco suo in Ierusalem. * Et
saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in
principio: vt nõ magnificè glorietur domus
C Dauid, & gloria habitantium Ierusalem con-
8 tra Iudam. * In die illa proteget Dominus ha-
bitatores Ierusalem, & erit, qui offenderit ex
eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid,
quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspe-
9 ctu eorum. * Et erit in die illa: quæram com-
terere omnes Gentes, quæ veniunt contra Ie-
10 rusalem. * Et effundam super domum Dau-
uid, & super habitatores Ierusalem spiritum
gratiæ, & precum: " & aspicient ad me, quem " Io. 19.
confixerunt: & plangent eum planctu, quasi c.37.
super vnigenitum, & dolebunt super eum,
11 vt doleri solet in morte primogeniti. * In
die illa magnus erit planctus in Ierusalem, " " 2. Par.
D sicut planctus Adrademmon in campo Ma- 35.d.22.
12 geddon. * Et planget terra: familiæ, & fami-
liæ seorsum: familię domus Dauid seorsum,
13 & mulieres eorũ seorsum * familiæ domus
Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsũ:
fami-

familiæ domus Leui seorsum, & mulieres
eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, &
mulieres eorum seorsum. * Omnes fami'iæ 14
reliquæ, familiæ, & familiæ seorsum, & mu-
lieres eorum seorsum.

CAP. XIII.

IN die illa erit fons patens domui Dauid, 1
& habitantibus Ierusalem in ablutionem A
peccatoris, & menstruatæ. * " Et erit in die illa, 2
dicit Dominus exercituum: Disperdam no-
mina idolorum de terra, & non memorabũ-
tur vltra: & pseudoprophetas, & spiritum
immundum auferam de terra. * Et erit, cum 3
prophetauerit quispiam vltra, dicent ei pater
eius, & mater eius, qui genuerunt eum: Non
viues: quia mendacium locutus es in nomine B
Domini, & configent eum pater eius, & ma-
ter eius, genitores eius, cum prophetauerit. * 4
Et erit: In die illa confundentur prophetæ,
vnusquisq. ex visione sua cum prophetaue-
rit: nec operientur pallio saccino, vt mentian-
tur: * sed dicit: Non sum propheta, homo a- 5
gricola ego sum: quoniam Adam exemplum C
meum, ab adolescentia mea. * Et dicetur ei: 6
Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tua-
rum? Et dicet: His plagatus sum in domo eo-
rum, qui diligebant me. * Framea suscitare 7
super pastorem meum, & super virum cohę-
tentem mihi, dicit Dominus exercituum: "
Mat.26 percute pastorem, & dispergentur oues: &
c.32. conuertam manum meam ad paruulos. * Et 8
Mar.14. c.38. erunt in omni terra, dicit Dominus: partes D
duæ in ea dispergentur, & deficient: & tertia
pars relinquetur in ea * Et ducam tertiam 9
partem per ignem, & vram eos sicut vritur
argentum: & probabo eos sicut probatur au-
rum. Ipse vocabit nomen meum, ego exau-
diam eum. Dicam: Populus meus es. & ipse
dicet Dominus Deus meus.

CAP. XIIII.

ECce venient dies Domini, & diuidentur 1
spolia tua in medio tui * Et congregabo 2
omnes Gentes ad Ierusalem in prælium, & A
capietur ciuitas, & vastabũtur domus, & mu-
lieres violabuntur: & egredietur media pars
ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi
non auferetur ex vrbe. * Et egredietur Domi- 3
nus, & præliabitur contra Gentes illas, sicut
præliatus est in die certaminis. * Et stabunt 4
pedes eius in die illa super Montem Oliua-
rum, qui est contra Ierusalem ad Orientem,
& scindetur Mons oliuarum ex media parte
sui ad Orientem, & ad Occidẽtem prærupto
grandi valdẽ, & separabitur medium montis
ad Aquilonẽ, & medium eius ad Meridiem,
5 * Et fugietis ad vallẽ montium eorum, quo-
niam coniungetur vallis montium, vsque ad
B proximum: & fugietis " sicut fugiftis à facie " Amos
terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda, & 1.a.2.
veniet Dominus Deus meus, omnesq. sancti
6 cum eo. * Et erit in die illa. Non erit lux,
7 sed frigus, & gelu. * Et erit dies vna, quæ no-
ta est Domino, non dies neque nox: & in tẽ-
8 pore vesperi erit lux. * Et erit in die illa: Exi-
bunt aquæ viuæ de Ierusalem: medium ea-
rum ad Mare Orientale, & medium earum
ad Mare nouissimum: in æstate, & in hieme
9 erunt. * Et erit Dominus Rex super omnem
terram, in die illa erit Dominus vnus, & erit
10 nomen eius vnum. * Et reuertetur omnis
terra, vsque ad desertum, de colle Remmon
ad Austrum Ierusalem: & exaltabitur, & ha-
bitabit in loco suo, à porta Beniamin, vsq. ad
locum portæ prioris, & vsque ad portam an-
gulorum: & à turre Hananeel, vsque ad tor-
11 cularia regis. * Et habitabũt in ea, & anathe-
ma non erit amplius, sed sedebit Ierusalem
12 secura. * E hæc erit plaga, qua percutiet Do-
C minus omnes Gentes, quæ pugnauerunt ad-
uersus Ierusalem: Tabescet caro vniuscuiusę-
que stantis super pedes suos, & oculi eius cõ-
tabescent in foraminibus suis, & lingua eorũ
13 cõtabescet in ore suo. * In die illa erit tumul-
tus Domini magnus in eis: & apprehẽdet vir
manum proximi sui, & conseretur manus
14 eius super manum proximi sui. * Sed & Iu-
das pugnabit aduersus Ierusalem: & congre-
gabuntur diuitiæ omnium Gentium in cir-
cuitu, aurum, & argentum, & vestes multæ
15 satis. * Et sic erit ruina equi, & muli, & came-
li, & asini, & omnium iumentorum, quę fue-
16 rint in castris illis, sicut ruina hæc. * Et om-
nes, qui reliqui fuerint de vniuersis Gentib.
quæ venerunt contra Ierusalem, ascendẽt ab
anno in annum, vt adorent Regem, Domi-
D num exercituum, & celebrent festiuitatem
17 tabernaculorum. * Et erit: Qui non ascende-
rit de familijs terræ ad Ierusalem, vt adoret
Regem Dñm exercituum, non erit super eos
18 imber. * Quod & si familia Ægypti non ascẽ-
derit, & nõ venerit: nec super eos erit, sed erit
ruina, qua percutiet Dominus omnes Gẽtes,
quæ non ascenderint ad celebrandam festi-
19 uitatem tabernaculorum. * Hoc erit peccatũ
Ægypti, & hoc peccatum omnium Gẽtium,
quæ non ascenderint ad celebrandam festi-
20 uitatem tabernaculorum. * In die illa erit
quod super frænum equi est, sanctum Dño:
& erunt lebetes in domo Domini, quasi phia-
21 læ coram altari. * Et erit omnis lebes in Ieru-
salem, & in Iuda sanctificatus Dño exerci-
tuum: & venient oẽs immolantes, & sument
ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator
vltra in domo Dñi exercituum in die illo.

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAPVT PRIMVM.

O NVS verbi Domini ad Iſ- 1
rael in manu Malachiæ. * A
Dilexi vos, dicit Dominus, 2
& dixiſtis: In quo dilexiſti
nos? Nonne frater erat E-
ſau Iacob, dicit Dominus,
"& dilexi Iacob.* Eſau au- 3 ["Ro.9. c.13.]
tem odio habui? & poſui
montes eius in ſolitudinem, & hereditatem
eius in dracones deſerti. * Quod ſi dixerit I- 4
dumæa: Deſtructi ſumus, ſed reuertentes æ-
dificabimus, quæ deſtructa ſunt: Hæc dicit
Dominus exercituum: Iſti ædificabũt, & ego
deſtruam: & vocabuntur termini impietatis,
& populus, cui iratus eſt Dominus, vſque in
æternum. * Et oculi veſtri videbunt: & vos 5
dicetis, Magnificetur Dominus ſuper ter- B
minum Iſrael.* Filius honorat patrem, & 6
ſeruus dominum ſuum: ſi ergo Pater ego ſũ,
vbi eſt honor meus: & ſi Dominus ego ſum,
vbi eſt timor meus, dicit Dominus exerci-
tuum? ad vos, ô ſacerdotes, qui deſpicitis no-
men meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus
nomen tuum? * Offertis ſuper altare meum 7
panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus
te? In eo quod dicitis. Menſa Dñi deſpecta
eſt.* Si offeratis cæcum ad immolandũ, non- 8
ne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & lan-
guidum, nonne malum eſt? offer illud duci C
tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem
tuam, dicit Dominus exercituum. * Et nunc 9
deprecamini vultum Dei, vt miſereatur ve-
ſtri (de manu enim veſtra factum eſt hoc) ſi
quomodo ſuſcipiat facies veſtras, dicit Dñs
10 exercituum. * Quis eſt in vobis, qui claudat
oſtia, & incendat altare meum gratuito? non
eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus e-
xercituum: & munus non ſuſcipiam de ma-
11 nu veſtra.* " Ab ortu enim ſolis, vſq. ad oc- ["Pſ.112. a.3.]
caſum, magnum eſt nomen meum in Genti-
bus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur
nomini meo oblatio munda: quia magnum
eſt nomẽ meum in Gentibus, dicit Dominus
12 exercituum. * Et vos polluiſtis illud in eo,
D quod dicitis: Menſa Domini contaminata
eſt: & quod ſuperponitur: contemptibile eſt
13 cum igne, qui illud deuorat. * Et dixiſtis: Ec-
ce de labore, & exufflaſtis illud, dicit Domi-
nus exercituum, & intuliſtis de rapinis clau-
dum, & languidum, & intuliſtis munus: nũ-
quid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit
14 Dominus? * Maledictus doloſus, qui habet
in grege ſuo maſculum, & votum faciẽs, im-
molat debile Domino: quia Rex magnus, ego
dicit Dominus exercituum, & nomẽ meum
horribile in Gentibus.

CAP. II.

1 ET nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacer-
2 dotes.* "Si nolueritis audire, & ſi nolue- ["Leu.26. b.14. Deu.28. b.15.]
A ritis ponere ſuper cor, vt detis gloriã nomi-
ni meo, ait Dominus exercituum: mittam in
vos egeſtatem, & maledicã benedictionibus
veſtris, & maledicam illis; quoniam non po-
ſuiſtis

ſuiſtis ſuper cor. * Ecce ego proijciam vobis 3
brachium, & diſpergam ſuper vultum ve-
ſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, &
aſſumet vos ſecum. * Et ſcietis, quia miſi ad 4
vos mandatum iſtud, vt eſſet pactum meũ
cum Leui, dicit Dominus exercituum. * Pa- 5
ctum meum fuit cum eo vitę, & pacis: & de-
di ei timorem, & timuit me, & à facie nomi-
nis mei pauebat. * Lex veritatis fuit in ore 6
eius, & iniquitas non eſt inuẽta in labijs eius:
in pace, & in æquitate ambulabit mecum, B
& multos auertit ab iniquitate.* Labia enim 7
ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem re-
quirẽt ex ore eius: quia angelus Domini exer-
cituum eſt.* Vos autem receſſiſtis de via, & 8
ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritũ feciſtis
pactum Leui, dicit Dominus exercituum.
* propter quod, & ego dedi vos contempti- 9
biles, & humiles omnibus populis, ſicut non
ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in le-
ge.* " Numquid non pater vnus omniũ no- 10 ["Mat.23 b.9. Epheſ.4. a.7.]
ſtrum? numquid nõ Deus vnus creauit nos?
quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrũ fra-
trem ſuũ violans pactum patrum noſtrorũ?
* Trãſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta 11
eſt in Iſrael, & in Ieruſalem: quia contamina- C
uit Iudas ſanctificationem Domini, quam
dilexit, & habuit filiã dei alieni.* Diſperdet 12
Dominus virum, qui fecerit hoc, magiſtrum,
& diſcipulum de tabernaculis Iacob, & offe-
rentem munus Domino exercituũ. * Et hoc 13
rurſum feciſtis, operiebatis lacrymis altare
Domini, fletu, & mugitu, ita vt nõ reſpiciam
vltra ad ſacrificium, nec accipiam placabile
quid de manu veſtra.* Et dixiſtis: Quam ob 14
cauſam? quia Dominus teſtificatus eſt inter
te, & vxorem pubertatis tuę, quam tu deſpe-
xiſti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. D
* Nonne vnus fecit, & reſiduũ ſpiritus eius 15
eſt? Et quid vnus quærit niſi ſemen Dei? Cu-
ſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem a-
doleſcentiæ tuæ noli deſpicere * Cum odio 16
habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael
operiet autem iniquitas veſtimentum eius,
dicit Dominus exercituum: cuſtodite ſpiri-
tum veſtrum, & nolite deſpicere.* Laborare 17
feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris, &
dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? in eo
quod dicitis: Omnis, qui facit malum, bonus
eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent:
aut certè vbi eſt Deus iudicij?

CAP. III.

ECce ego mitto angelum meum, & præ- 1 ["Mat.11. b.10. Marc.1. a.2. Luc.1.b. 17. & 7. d.27.]
parabit viam ante faciem meam. Et ſta- A
tim veniet ad templum ſuum Dominator,
quem vos quæritis, & angelus teſtamenti,
quem vos vultis: Ecce venit, dicit Dominus
exercituum: * & quis poterit cogitare diem 2
aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum
eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi
herba fullonum, * & ſedebit conflans, & e- 3
mundans argentum, & purgabit filios Leui,
& colabit eos quaſi aurũ, & quaſi argentum,
& erunt Domino offerentes ſacrificia in iu-
ſtitia. * Et placebit Domino ſacrificium Iu- 4
da, & Ieruſalem ſicut dies ſæculi, & ſicut an-
5 ni antiqui.* Et accedam ad vos in iudicio, &
B ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & per
iuris, & qui calumniantur mercedem merce-
narij, viduas, & pupillos, & opprimunt pere-
grinum, nec timuerunt me, dicit Dominus
6 exercituũ.* Ego enim Dominus, & non mu-
tor: & vos filij Iacob non eſtis conſumpti.
7 * A diebus enim patrum veſtrorum receſſi-
ſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis:* Re- ["Zac.1. a.3.]
uertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Do
minus exercituum. Et dixiſtis: In quo reuer-
8 temur?* Si affiget homo Deum, quia vos con-
figitis me? Et dixiſtis: In quo configimus te?
9 In decimis, & in primitijs.* Et ĩ penuria vos
maledicti eſtis, & me vos configitis gens to-
10 ta.* Inferte omnem decimam in horreum,
C & ſit cibus in domo mea, & probate me ſup
hoc dicit Dominus: ſi non aperuero vobis
cataractas cœli, & effudero vobis benedi-
11 ctionem vſque ad abundantiam, * & incre-
pabo pro vobis deuorantem, & nõ corrum-
pet fructum terræ veſtræ: nec erit ſterilis vi-
12 nea in agro dicit Dominus exercituum.* Et
beatos vos dicent omnes Gentes: eritis enim
vos terra deſiderabilis dicit Dominus exer-
13 cituum. * " Inualuerunt ſuper me verba ve- ["Ioa.22. b.14.]
14 ſtra, dicit Dominus. * Et dixiſtis: Quid
locuti ſumus contra te? Dixiſtis: Vanus eſt,
qui ſeruit Deo: & quod emolumentum, quia
cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambula-
D uimus triſtes coram Domino exercituum?
15 * ergo nunc beatos dicimus arrogantes: ſi
quidem ædificati ſunt faciẽtes impietatem,
& tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt.
16 * Tunc locuti ſunt timentes Dominũ, vnuſ-
quiſque cum proximo ſuo: Et attendit Do-
minus, & audiuit: & ſcriptus eſt liber monu-
menti coram eo timentibus Dñm, & cogitã-
17 tibus nomen eius.* Et erunt mihi, ait Domi-
nus exercituũ, in die, qua ego facio, in pecu-
lium: & parcam eis: ſicut parcit vir filio ſuo
18 ſeruienti ſibi.* Et conuertimini, & videbi-
tis quid ſit inter iuſtum, & impium: & inter
ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

CAP. IV.

1 ECce enim dies veniet ſuccenſa quaſi ca-
A minus: & erunt omnes ſuperbi, & om-
nes facientes impietatem ſtipula: & inflam-
mabit eos dies veniens, dicit Dominus exer-
cituum, quæ non derelinquet eis radicem, &
2 germen. * " Et orietur vobis timentibus no- ["Luc.1. g.78.]
men meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis
eius: & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli
3 de armento. * Et calcabitis impios cum fue-
B rint cinis ſub planta pedum veſtrorũ in die,
qua ego facio, dicit Dominus exercituum. ["Ex.20. Deut.4. 5.6.]
4 * " Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam
mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael præ-
5 cepta, et iudicia. * " Ecce ego mittam vobis ["Mat.17 b.10. Marc.9. c.11. Luc.1. b.17.]
Eliam prophetam, antequam veniet dies Do
6 mini magnus, et horribilis. * Et cõuertet cor
patrum ad filios, et cor filiorũ ad patres eo-
rum: ne fortè veniam, et percutiam terram
anathemate.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est, postquam 1
percussit Alexander Phi-A
lippi Maceda, qui primus
regnauit in Græcia, egres-
sus de terra Cethim, Da-
rium regem Persarum, & 2
Medorũ: * constituit præ-
lia multa, & obtinuit om-
nium munitiones, & interfecit reges terræ, * 3
& pertransijt vsque ad fines terræ: & accep-
it spolia multitudinis Gentium: & siluit
terra in cõspectu eius. * Et cõgregauit virtu- 4
tem, & exercitum fortem nimis: & exaltatũ
est, & elatum cor eius: * & obtinuit regio-
nes Gentium, & tyrannos: & facti sunt illi
in tributum. * Et post hæc decidit in lectum, 6
& cognouit, quia moreretur. * Et vocauit 7
pueros suos nobiles, qui secum erãt nutriti à
iuuentute: & diuisit illis regnum suum, cum
adhuc viueret. * Et regnauit Alexander an- 8
nis duodecim, & mortuus est. * Et obtinue- 9
runt pueri eius regnum, vnusquisque in loco
suo: * & imposuerunt omnes sibi diadema- 10
ta post mortem eius, & filij eorum post eos B
annis multis, & multiplicata sunt mala in
terra. * Et exijt ex eis radix peccatrix, Antio- 11
chus illustris, filius Antiochi regis, qui fue-
rat Romæ obses: & regnauit in anno cente-
simo trigesimo septimo regni Græcorũ. * In 12
diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, &
suaserunt multis, dicentes: Eamus, & dispo-
namus testamentum cum Gentibus, quæ
circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis,
inuenerunt nos multa mala. * Et bonus 13
visus est sermo in oculis eorũ. * Et destina- 14
uerunt aliqui de populo, & abierunt ad re-
gem: & dedit illis potestatem, vt facerent iu-
stitiam Gentium. * Et ædificauerũt gymna- 15
sium in Ierosolymis secundum leges Natio-
num: * & fecerunt sibi præputia, & recesse- 16
runt à testamento sancto, & iuncti sunt Na-
tionibus, & venundati sunt, vt facerent ma-
lum: * E paratum est regnum in conspectu 17
Antiochi: & cœpit regnare in terra Ægypti C
vt regnaret super duo regna. * Et intrauit in 18
Ægyptum in multitudine graui, in curri-
bus, & elephantis, & equitibus, & copiosa
nauium multitudine: * & constituit bellum 19
aduersus Ptolemæum regem Ægypti, & ve-
ritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, &
ceciderunt vulnerati multi. * Et comprehen- 20
dit ciuitates munitas in Terra Ægypti: &
accepit spolia Terræ Ægypti. * Et conuer- 21
tit Antiochus, postquam percussit Ægy-
ptum in centesimo, & quadragesimo ter-
22 tio anno: & ascendit ad Israel, * & ascendit
23 Ierosolymam in multitudine graui. * Et in-
trauit in sanctificationem cum superbia, &
accepit altare auretum, & candelabrum lu-
minis, & vniuersa vasa eius, & mensam pro-
positionis, & libatoria, & phialas, & mortar-
iola aurea, & velum, & coronas, & ornamẽ-
tum auteum, quod in facie templi erat: &
24 comminuit omnia. * Et accepit argentum,
D & aurum, & vasa concupiscibilia: & accep-
it thesauros occultos, quos inuenit: & su-
25 blatis omnibus abijt in terram suam: * Et fe-
cit cedem hominum, & locutus est in super-
26 bia magna. * Et factus est planctus magnus
27 in Israel, & in omni loco eorum: * & inge-
muerunt principes, & seniores: virgines, &
iuuenes infirmati sunt: & speciositas mulie-
28 rum immutata est. * Omnis maritus sum-
psit lamentũ: & quæ sedebant in thoro ma-
29 ritali, lugebant: * & commota est terra super
habitãtes in ea, & vniuersa domus Iacob
30 indutit confusionem. * Et post duos annos
dierum misit rex principem tributorũ in ci-
uitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba
31 magna. * Et locutus est ad eos verba pacifica
32 in dolo: & crediderunt ei. * Et irruit super
ciuitatem repẽte, & percussit eam plaga ma-
gna, & perdidit populum multum ex Israel.
33 * Et accepit spolia ciuitatis: & succẽdit eam
igni, & destruxit domos eius, & muros eius
34 in circuitu. * & captiuas duxerunt mulieres:
35 & natos, & pecora possederunt: * Et ædifi-
cauerunt ciuitatem Dauid muro magno, &
firmo, & turribus firmis, & facta est illis in
36 arcem: & posuerunt illic gentem peccatri-
E cem viros iniquos, & conualuerunt in ea, &
posuerunt armatura, & escas, & congregauerunt
37 spolia Ierusalem: * & reposuerunt illic:
38 & facti sunt in laqueum magnum, * & fa-
ctum est hoc ad insidias sanctificationi, &
39 in diabolum malum in Israel: * & effude-
runt sanguinem innocentem per circuitum
sanctificationis, & contaminauerunt sancti-
40 ficationẽ. * Et fugerunt habitatores Ierusalẽ
propter eos, & facta est habitatio extetorũ,
& facta est extera semini suo, & nati eius
41 reliquerunt eam. * Sanctificatio eius deso-
lata est, sicut solitudo, " dies festi eius con- " Tob.2.
uersi sunt in luctum, sabbata eius in oppro- a.6.
42 brium, honores eius in nihilum. * Se- Amos 8.
cundum gloriã eius multiplicata est ignominia b.10.
eius

eius: & sublimitas eius conuersa est in luctũ.
* Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, 43
vt esset omnis populus vnus: & relinqueret
vnusquisque legem suam. * Et consenserunt 44
omnes Gentes secundum verbum regis An-
tiochi: * & multi ex Israel consenserunt ser- 45
uituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coin-
quinauerunt sabbatum. * Et misit rex libros 46
per manus nunciorũ in Ierusalem, & in om-
nes ciuitates Iuda: vt sequerentur leges Gen- F
tium terræ, * & prohiberent holocausta, 47
& sacrificia, & ~ placationes fieri in templo
Dei, * & prohiberent celebrari sabbatũ, & 48
dies solemnes: * & iussit conquinari san- 49
cta, & sanctum populũ Israel * Et iussit ædi- 50
ficari aras, & templa, & idola, & immolari
carnes suillas, & pecora communia, * & re- 51
linquere filios suos incircũcisos, & coinqui-
nari animas eorum in omnibus immundis,
& abominationibus, ita vt obliuiscerentur
legem, & immutarent omnes iustificatio-
nes Dei. * Et quicumque non fecissent secun- 52
dum verbum regis Antiochi, morerentur.
* Secundum omnia verba hæc scripsit omni 53
regno suo: & præposuit principes populo,
qui hæc fieri cogerent. * Et iusserunt ciuitati- 54
bus Iuda sacrificare. * Et cõgregati sunt mul- 55
ti de populo ad eos, qui dereliquerant legem
Domini & fecerunt mala super terram: * & 56
effugauerunt populum Israel in abditis, &
in absconditis fugitiuorum locis. * Die quin- 57
tadecima mensis Casleu, quinto, & quadra-
G gesimo, & cẽtesimo anno ædificauit rex An-
tiochus abominãdum idolum desolationis
super altare Dei, & per vniuersas ciuitates
Iuda in circuitu ædificauerunt arasi * & an- 58
te ianuas domorũ, & in plateis incendebant
thura, & sacrificabant: * & libros legis Dei 59
combusserunt igni, scindentes eos: * & apud 60
quemcumque inueniebãtur libri testamenti
Dñi, & quicumque obseruabat legem Dñi,
secundum edictum regis trucidabant eum.
* In virtute sua faciebant hęc populo Israel, 61
qui inueniebatur in omni mense, & mense
in ciuitatib⁹. * Et quinta, & vigesima die mẽ- 62
sis sacrificabant super aram, quæ erat contra
altare. * Et mulieres, quæ circumcidebant fi- 63
lios suos, trucidabantur secundũ iussum re-
gis Antiochi, * & suspendebant pueros à cer- 64
uicibus per vniuersas domos eorum: & eos,
qui circumciderant illos, trucidabant. * Et 65
multi de populo Israel definierunt apud se,
vt non manducarent immunda: & elegerũt
magis moti, quam cibis coinquinati immun-
dis: * & noluerũt infringere legem Dei san- 66
ctam, & trucidati sunt: * & facta est ira ma- 67
gna super populum valde.

CAP. II.

IN diebus illis surrexit Mathathias filius 1
Ioannis, filij Simeonis, sacerdos ex filijs A
Ioarib ab Ierusalẽ, & consedit in monte Mo-
din: * & habebat filios quinque, Ioannẽ, qui 2
cognominabatur Gaddis: * & Simonem, qui 3
4 cognominabatur Thasi: * & Iudam, qui vo-
5 cabatur Machabæus: * & Eleazarum, qui cõ-
gnominabatur Abaron: & Ionathan, qui co-
6 gnominabatur Apphus: * hi viderunt mala,
quæ fiebãt in populo Iuda, & in Ierusalem.
7 * Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid na-
tus sum videre contritionem populi mei, &
contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere il-
8 lic, cum datur in manibus inimicorũ, * San-
cta in manu extraneorũ facta sunt: templũ
9 eius sicut homo ignobilis. * Vasa gloriæ eius
captiua abducta sunt: trucidati sunt senes
eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in
10 gladio inimicorum. * Quæ gens non hereditauit regnũ eius, & non obtinuit spolia eius?
11 * Omnis cõpositio eius ablata est, Quæ erat
12 libera, facta est ancilla. * Et ecce sancta no-
stra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra
B desolata est, & coinquinauerunt ea Gentes.
13 * Quo ergo nobis adhuc viuere? * Et scidit
14 vestimenta sua Mathathias, & filij eius: * &
15 operuerũt se cilicijs, & planxerũt valde. * Et
venerunt illuc, qui missi erant à rege Antio-
cho, vt cogerent eos, qui confugerant in ciui-
tatem Modin, immolare, & accẽdere thura,
16 & à lege Dei discedere. * Et multi de popu-
lo Israel consentientes accesserunt ad eos:
sed Mathathias, & filij eius constanter stete-
17 runt. * Et respondentes, qui missi erant ab
Antiocho, dixerunt Mathathiæ: Princeps, &
clarissimus, & magnus es in hac ciuitate, &
18 ornat⁹ filijs, & fratribus, * ergo accede prior
& fac iussum regis: sicut fecerunt oẽs Gen-
tes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Ieru-
salem: & eris tu, et filij tui inter amicos re-
gis, et amplificatus auro, et argento, et mu-
19 neribus multis. * Et respondit Mathathias,
et dixit magna voce: Etsi omnes Gentes re-
gi Antiocho obediũt, vt discedãt vnusquisq;
à seruitute leg⁹ patrum suorum, et consen-
20 tiat mãdatis eius: * ego et filij mei, et fratres
21 mei obediemus legi patrum nostrorũ: * propitius sit nobis Deus: non est nobis vtile re-
22 linquere legem, et iustitias Dei: * non au-
C diemus verba regis Antiochi, nec sacrifica-
bimus trãsgredientes legis nostræ mandata,
23 vt eam⁹ altera via. * Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium
oculis sacrificare, idolis super aram in ciuita-
24 te Modin, secundum iussum regis: * et vidit
Mathathias, et doluit, et contremuerunt re-
nes eius, et accensus est furor eius secun-
dum iudicium legis, et insiliens trucidauit
25 eum super aram: * sed et virum, quem rex
Antiochus miserat, qui cogebat immola-
re, occidit in ipso tempore, & ~ aram de-
26 struxit, * et zelatus est legem, " sicut fe- " Nu 25.
27 cit Phinees Zamri filio Salomi. * Et excla- c.13.
mauit Mathathias voce magna in ciuitate,
dicens: Omnis, qui zelum habet legis sta-
28 tuens testamentum, exeat post me. * Et fu-
git ipse, et filij eius in montes, et reliquerunt
29 quæcumque habebant in ciuitate. * Tunc
descenderunt multi quærentes iudicium,
30 et iustitiam, in desertum; * Et sederunt ibi
ipsi,

Ipsi, & filij eorum, & mulieres eorum, & pe-
cora eorum: quoniam inundauerunt super
eos mala: * Et renunciatum est viris regis, 31
& exercitu, qui erat in Ierusalē ciuitate Da- D
uid quoniam discessissent viri quidam, qui
dissipauerunt mandatum regis in loca oc-
culta in deserto, & abijssent post illos mul-
ti. * Et statim perrexerunt ad eos, & con- 32
stituerunt aduersus eos prælium in die sab-
batorum, * & dixerunt ad eos: Resistitis 33
& nunc adhuc? exite, & facite secundum
verbum regis Antiochi, & viuetis. * Et dixe- 34
runt: Non exibimus, neque faciemus ver-
bum regis, vt polluamus diem sabbatorum.
* Et concitauerunt aduersus eos prælium 35
* Et non responderunt eis, nec lapidem mi- 36
serunt in eos, nec oppilauerūt loca occulta,
* dicentes: Moriamur omnes in simplicita- 37
te nostra: & testes erunt super nos cælum, &
terra, quod iniustè perditis nos * Et intule- 38
runt illis bellum sabbatis: & mortui sunt ip-
si, & vxores eorum, & filij eorum, & peco-
ra eorum vsque ad mille animas hominum
* Et cognouit Mathathias, & amici eius, & 39
luctum habuerunt super eos valde. * Et di- 40
xit vir proximo suo: Si omnes fecerimus si-
cut fratres nostri fecerunt, & non pugnaue-
rimus aduersus gentes pro animabus no-
stris, & iustificationibus nostris: nunc citius
disperdent nos a terra. * Et cogitauerunt in 41
die illa, dicentes: Omnis homo, quicumque E
venerit ad nos in bello die sabbatorum, pu-
gnemus aduersus eum: & non moriemur
omnes, sicut mortui sūt fratres nostri in oc-
cultis. * Tunc congregata est ad eos syna- 42
goga Assidæorum fortis viribus ex Israel,
omnis voluntarius in lege: * & omnes, 43
qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, &
facti sunt illis ad firmamentum: * Et colle- 44
gerunt exercitum, & percusserunt peccato-
res in ira sua, & viros iniquos in indignatio-
ne sua: & ceteri fugerunt ad nationes, vt
euaderent. * Et circuiuit Mathathias, & 45
amici eius, & destruxerunt aras: * & cir- 46
cumciderunt pueros incircumcisos quot-
quot inuenerunt in finibus Israel. & in for-
titudine. * Et persecuti sunt filios super- 47
biæ, & prosperatum est opus in manibus
eorum: * & obtinuerunt legem de mani- 48
bus gentium, & de manibus regum: & non
dederunt cornu peccatori: * Et appropin- 49
quauerunt dies Mathathiæ moriendi, & di- F
xit filijs suis: Nunc confortata est superbia,
& castigatio, & tempus euersionis, & ira in-
dignationis: * Nunc ergo, ò filij, æmulato- 50
res estote legis, & date animas vestras pro
testamento patrum vestrorum, * & memen- 51
″Ge.22. tote operum patrum, quæ fecerunt in gene-
a.2. rationibus suis: & accipietis gloriam ma-
″Ge.41. gnam, & nomen æternum. * ″Abraham 52
c.40. nonne in tentatione inuentus est fidelis, &
″Nu.25. reputatum est ei ad iustitiam? * ″Ioseph 53
c.13. in tempore angustiæ suæ custodiuit man-
Eccl.45. datum, & factus est dominus Ægypti
d.28. * ″Phinees pater noster, zelando zelum 54
Dei accepit testamentum sacerdotij æterni.
55 * ″Iesus dum impleuit verbum, factus est
56 dux in Israel. * ″Caleb, dum testificatur in ″Iof.16.
57 ecclesia, accepit hereditatē. * ″Dauid in sua 2.
misericordia consecutus est sedem regni in ″Nu.14.
58 sæcula. * ″Elias, dum zelat zelum legis, rece- 16.
G ptus est in cælum. * ″Ananias, & Azarias, & Iof.14.d.
59 Misael credentes, liberati sunt de flamma. 14.
60 * ″Daniel in sua simplicitate liberatus est ″1.Reg.
61 de ore leonum. * Et ita cogitate per genera- 2.a.4.
tionem, & generationem: & quia omnes ″4.Reg.
62 qui sperant in eum non infirmantur. * Et 2.d.11.
à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia ″Dan.3.
63 gloria eius stercus, & vermis est: * hodie c.16.
extollitur, & cras non inuenietur: quia con- ″Dan.6.
uersus est in terram suam, & cogitatio eius f.22.
64 perijt. * Vos ergo filij confortamini, & viri-
liter agite in lege: quia in ipsa gloriosi eri-
65 tis. * Et ecce Simon frater vester, scio quod
vir consilij est, ipsum audite semper, & ip-
66 se erit vobis pater. * Et Iudas Machabæus
fortis viribus à iuuentute sua sit vobis prin-
67 ceps militię, & ipse aget bellum populi. * Et
adducetis ad vos oēs factores legis: & vindi-
68 cate vindictam populi vestri. * Retribuite
retributionem Gentibus, & intendite in prę
69 ceptū legis. * Et benedixit eos, & appositus
70 est ad patres suos. * Et defunctus est anno
centesimo, & quadragesimo sexto: & sepul-
tus est à filijs suis in sepulchris patrum suo-
rum in Modin, & planxerunt eum omnis
Israel planctu magno.

CAP. III.

1 ET surrexit Iudas, q vocabatur Macha-
2 bæus filius eius pro eo: * & adiuuabāt
A eum omnes fratres eius: & vniuersi, qui se
coniunxerant patri eius, & præliabantur
3 præliū Israel cum lætitia * Et dilatauit glo-
riam populo suo, & induit se loricam sicut
gigas, & succinxit se arma bellica sua in præ-
4 lijs, & protegebat castra gladio suo. * Simi-
lis factus est leoni in operibus suis, & sicut
5 catulus leonis rugiens in venatione. * Et
persequutus est iniquos perscrutans eos: &
qui conturbabant populum suum, eos suc-
6 cendit flammis: * & repulsi sunt inimici
eius præ timore eius, & omnes operarij ini-
quitatis conturbati sunt: & directa est salus
7 in manu eius. * Et exacerbabat reges mul-
tos, & lætificabat Iacob in operibus suis, &
in sæculum memoria eius in benedictione.
8 * Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdi-
dit impios ex eis, & auertit iram ab Israel.
9 * Et nominatus est vsque ad nouissimū ter-
10 ræ, & congregauit pereuntes. * Et congrega-
B uit Apollonius Gentes, & à Samaria virtutē
multā, & magnā ad bellandū contra Israel.
11 * Et cognouit Iudas, & exijt obuiā illi: & per
cussit, & occidit illū: & ceciderunt vulnerati
12 multi, & reliqui fugerunt. * & accepit spolia
eorum: & gladium Apollonij abstulit Iudas:
13 & erat pugnans in eo omnibus diebus. * Et
audiuit Serō princeps exercitus Syriæ, quod
congregauit Iudas congregationem fideliū,
eccle-

ecclesiam secum, * & ait: Faciam mihi no- 14
men, & glorificabor in regno, & debellabo
Iudam, & eos, qui cum ipso sunt, qui sperne-
bant verbum regis. * Et præparauit se: & a- 15
scenderunt cum eo castra impiorum fortes
auxiliarij, vt facerent vindictam in filios I-
srael. * Et appropinquauerunt vsque ad Be- 16
thoron: & exiuit Iudas obuiam illi cum pau
cis. * Vt autem viderunt exercitum venien- 17
tem sibi obuiam, dixerunt Iudæi: Quomo
do poterimus pauci pugnare contra multi-
tudinem tantam, & tam fortem, & nos fati- C
gati sumus ieiunio hodie? * Et ait Iudas. Fa- 18
cile est concludi multos in manus pauco-
rum, & non est differentia in conspectu Dei
cæli liberare in multis, & in paucis. * quo- 19
niā nō in multitudine exercitus victoria bel
li, sed de cælo fortitudo est. * Ipsi veniūt ad 20
nos in multitudine contumaci, & superbia,
vt disperdant nos, & vxores nostras, & filios
nostros, & vt spolient * nos verò pugnabi- 21
mus pro animabus nostris, & legibus no-
stris: * & ipse Dominus cōteret eos ante fa- 22
ciem nostram: vos autem ne timueritis eos.
* Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos su- 23
bito: & contritus est Seron: & exercitus eius
in conspectu ipsius: * & persecutus est eum 24
in descensu Bethoron vsque in campum, &
ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui au-
tem fugerunt in terram Philisthijm. * Et ce- 25
cidit timor Iudæ, ac fratrum eius, & formi-
do super omnes gentes in circuitu eorum.
* & peruenit ad regem nomen eius, & de 26
prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. * Vt D
audiuit autē rex Antiochus sermones istos 27
iratus est animo: & misit, & congregauit
exercitum vniuersi regni sui, castra fortia
valde. * & aperuit ærarium suum, & dedit 28
stipendia exercitui in annum: & mandauit
illis vt essent parati ad omnia. * Et vidit 29
quòd defecit pecunia de thesauris suis, &
tributa regionis modica propter dissensionē
& plagam, quam fecit in terra, vt tolleret le-
gitima, quæ erant à primis diebus: * & ti- 30
muit ne non haberet vt semel, & bis, in sum
ptus, & donaria, quæ dederat ante larga ma-
nu, & abundauerat super reges, qui ante eū
fuerant. * Et consternatus erat animo valde 31
& cogitauit ire in Persidem, & accipere tri-
buta regionum, & congregare argentū mul-
tum. * Et reliquit Lysiam hominem nobilē 32
de genere regali, super negocia regia, à flumi
ne Euphrate vsq. ad flumen Ægypti: * & vt 33
nutriret Antiochum filium suum, donec re
diret. * Et tradidit ei medium exercitum, & 34
elephantos: & mandauit ei de omnibus, quę
volebat, & de inhabitantibus Iudæam, & Ie-
rusalem: * & vt mitteret ad eos exercitum 35
ad conterendam, & extirpandam virtutem E
Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendā
memoriam eorum de loco * & vt cōstitue- 36
ret habitatores filios alienigenas in omnib.
finibus eorum, & sorte distribueret terram
eorum. * Et rex assumpsit partem exercitus 37
residui, & exiuit ab Antiochia ciuitate re-
gni sui anno centesimo, & quadragesimo se-
ptimo: & transfretauit Euphratem flumen,
38 & perambulabat superiores regiones. * Et
elegit Lysias Ptolemeum filium Dorymini,
& Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes
39 ex amicis regis: * & misit cum eis quadra-
ginta millia virorum, & septem millia equi-
tum vt venirent in terram Iuda, & disper-
40 derent eam secundum verbum regis. * Et
processerūt cum vniuersa virtute sua, et ve-
nerunt, et applicuerunt Emmaum in terra
41 campestri. * Et audierunt mercatores regio-
num nomen eorum: et acceperunt argentū,
et aurum multum valde, et pueros: et ve-
nerunt in castra vt acciperent filios Israel in
seruos, et additi sunt ad eos exercitus Syrię,
42 et terræ alienigenarum. * Et vidit Iudas, et
F fratres eius, quia multiplicata sunt mala, et
exercitus applicabant ad fines eorum: et co-
gnouerunt verba regis, quæ mandauit popu
lo facere in interitum, et consummationē:
43 * et dixerunt vnusquisque ad proximum
suum: Erigamus deiectionē populi nostri,
et pugnemus pro populo nostro, et sanctis
44 nostris * Et congregatus est cōuentus, vt es-
sent parati in prælium: et orarent, & peterēt
45 misericordiam, & miserationes. * Et Ierusa-
lem non habitabatur, sed erat sicut desertū:
nō erat q ingrederetur, & egrederetur de na
tis eius: & sanctū cōculcabatur: & filij alie-
nigenarum erant in arce, ibi erat habitatio
Gentium: & ablata est voluptas à Iacob, &
46 defecit ibi tibia, et cithara. * Et congregati
sunt, et venerunt in Maspha contra Ierusa-
lem: quia locus orationis erat in Maspha an-
47 te in Israel. * Et ieiunauerunt illa die, et in-
duerunt se cilicijs, et cinerem imposuerunt
48 capiti suo: et disciderunt vestimenta sua. *
et expanderunt libros legis, de quibus scruta
bantur Gentes similitudinem simulachro-
49 rum suorū, * et attulerunt ornamenta sacer
G dotalia, et primitias, et decimas: et suscita-
50 uerunt Nazaræos, qui impleuerant dies: * et
clamauerunt voce magna in cælum, dicen-
tes; Quid faciemus istis, et quò eos ducemus?
51 * et sancta tua conculcata sunt, et contami-
nata sunt, et sacerdotes tui facti sunt in lu-
52 ctum, et in humilitatem, * et ecce Nationes
cōuenerunt aduersum nos vt nos disperdāt
53 tu scis quæ cogitant in nos. * Quomodo po-
terimus subsistere ante faciē eorum, nisi tu
54 Deus adiuues nos? * Et tubis exclamarunt
55 voce magna. * Et post hæc constituit Iudas
duces populi tribunos, et cēturiones, et pēta
56 contarchos, et decuriones. * ″Et dixit his,
qui ædificabant domos, et sponsabant vxo- ″Deu.2.
res, et plantabant vineas, et formidolosis, vt a.5.6.
redirent vnusquisq. in domum suam secun Iud.7.a.
57 dum legem. * Et mouerūt castra, et colloca- 3.
58 uerūt ad Austrum Emmaū. * Et ait Iudas:
Accingimini, et estote filij potētes, et esto-
te parati in mane, vt pugnetis aduersus Na-
tiones has, quæ conuenerunt aduersus nos
59 disperdere nos, et sācta nostra: * quā melius
est nos mori in bello, quā videre mala gen-
tis

tis nostræ, & sanctorum.* Sicut autem fue- 60
rit voluntas in cælo, sic fiat.

CAP. IV.

ET assumpsit Gorgias quinque millia vi- 1
rorum, & mille equites electos: & moue- A
runt castra nocte, * vt applicarent ad castra 2
Iudæorum, & percuterent eos subito: & filij,
qui erant ex arce, erant illis duces.* Et audi- 3
uit Iudas, & surrexit ipse, & potentes percu-
tere virtutem exercituum regis, qui erant in
Emmaũ.* Adhuc enim dispersus erat exer- 4
citus à castris.* Et venit Gorgias in castra Iu 5
dæ noctu, & neminem inuenit: & quærebat
eos in montibus: quoniam dixit: fugiunt hi
à nobis.* Et cum dies factus esset, apparuit 6
Iudas in campo cum tribus millibus viro-
rum tantum: qui tegumenta, & gladios non
habebant:* & viderunt castra Gentium va- 7
lida, & loricatos, & equitatus in circuitu eo-
rũ, & hi docti ad prælium.* Et ait Iudas vi- 8
ris, qui secum erant: Ne timueritis multitu-
dinem eorũ, & impetum eorum ne formi-
detis.* Mementote qualiter saluti facti sunt 9
patres nostri in mari rubro, cum sequeretur
eos Pharao cum exercitu multo. * Et tunc 10
clamemus in cælum: & miserebitur nostri
Dominus, & memor erit testamẽti patrum
nostrorum, & conteret exercitum istum an-
te faciem nostram hodie:* & scient omnes 11
gentes, quia est qui redimat, & liberet Israel.
* Et eleuauerunt alienigenæ oculos suos, & 12
viderunt eos veniẽtes ex aduerso.* Et exie- 13
runt de castris in prælio, & tuba cecinerunt B
hi, qui erant cum Iuda. * Et congressi sunt: 14
& contritæ sunt Gentes, & fugerunt in cam-
pum.* Nouissimi autem omnes ceciderunt 15
in gladio, & persecuti sunt eos vsque Geze-
ron, & vsque in campos Idumææ, & Azoti,
& Iamniæ: & ceciderunt ex illis vsque ad
tria millia virorum.* Et reuersus est Iudas, 16
& exercitus eius, sequens eum.* Dixitque ad 17
populum: Non cõcupiscatis spolia: quia bel-
lum contra nos est,* & Gorgias, & exercitus 18
eius prope nos in mõte: sed state nunc con-
tra inimicos nostros, & expugnate eos, & su-
metis postea spolia securi.* Et adhuc loquẽ- 19
te Iuda hæc, ecce apparuit pars quædã pro-
spiciens de monte.* Et vidit Gorgias quod 20
in fugam conuersi sunt sui, & succẽdunt
castra, fumus enim, qui videbatur, declara-
bat quod factum est. * Quibus illi cõspectis 21
timuerunt valde, aspicientes simul, & Iudã, C
& exercitum in campo paratum ad prælio,
* Et fugerunt omnes in campum alienige- 22
narum:* & Iudas reuersus est ad spolia ca- 23
strorum, & accęperunt aurum multum, &
argẽtum, & hyacinthum, & purpuram ma-
rinam, & opes magnas.* Et conuersi, hym- 24
num canebant, & benedicebant Deum in cę
lum, quoniam bonus est, quoniã in sæcu-
lũ misericordia eius.* Et facta est salus ma- 25
gna in Israel in die illa. * Quicũque autem 26
alienigenarum euaserunt, venerunt, & nun-
ciauerunt Lysiæ vniuersa, quæ acciderant.
27 * Quibus ille auditis consternatus animo de
ficiebat: quod non qualia voluit, talia con-
28 tigerunt in Israel, & quia mandauit rex.*
Et sequenti anno congregauit Lysias viro-
rum electorum sexaginta millia, & equitum
29 quinque millia, vt debellaret eos.* Et vene-
runt in Iudæam, & castra posuerunt in Be-
thoron, & occurrit illis Iudas cum decẽ mil
30 libus viris. * Et viderunt exercitum fortẽ,
& orauit, & dixit: Benedictus es saluator I-
srael, " qui contriuisti impetum potentis in " 1. Reg.
D mann seruũ tui Dauid, " & tradidisti castra 17. f. 50.
alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, " 1. Reg.
31 & armigeri eius * Conclude exercitũ istum 14. b. 13.
in manu populi tui Israel, & confundantur
32 in exercitu suo, & equitibus.* Da illis formi-
dinem, & tabefac audaciam virtutis eorum
33 & commoueantur contritione sua.* Deijce
illos gladio diligentium te: & collaudent te
omnes, qui nouerunt nomen tuum in hym-
34 nis.* Et commiserunt prælium: & cecide-
runt de exercitu Lysiæ quinque millia viro-
35 rum.* Vides autem Lysias fugam suorum,
& Iudæorum audaciã, & quod parati sunt
aut viuere, aut mori fortiter, abijt Antiochiã
& elegit milites, vt multiplicati rursus veni-
36 rent in Iudæam.* Dixit aũt Iudas, & fratres
E ejus: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascẽ-
damus nunc mundare sancta, & renouare,
37 * Et cõgregatus est omnis exercitus, & ascen
38 derunt in montem Sion.* Et viderunt san-
ctificationem desertam, & altare profanatũ
& portas exustas, & in atrijs virgulta nata si-
cut in saltu, vel in montibus, & pastopho-
39 ria diruta.* Et sciderunt vestimenta sua, &
planxerunt planctu magno, & imposuerunt
40 cinerem super caput suum,* & ceciderunt
in faciem super terram, & exclamauerũt tu-
41 bis signorum, & clamauerunt in cælum.*
Tunc ordinauit Iudas viros vt pugnarẽt ad
uersus eos, qui erant in arce, donec emũda-
42 rent sancta.* Et elegit sacerdotes sine macu
43 la, voluntatem habentes in lege Dei:* & mũ
dauerunt sancta, & tulerunt lapides conta-
44 minationis in locum immundum. * Et co-
gitauit de altari holocaustorum, quod profa
45 natum erat, quid de eo faceret. * Et incidit
illis consilium bonum, vt destruerent illud:
ne fortè illis esset in opprobrium, quia con-
taminauerũt illud Gentes, & demoliti sunt
46 illud.* Et reposuerunt lapides in monte do
mus in loco apto, quoadusque veniret pro-
47 pheta, & responderet de eis.* Et acceperunt
lapides integros secundum legem, & ædifi-
F cauerunt altare nouum secundum illud,
48 quod fuit prius:* & cõficauerunt sancta: &
quæ intra domum erant intrinsecus: & cõdẽ,
49 & atria sanctificauerunt.* Et fecerunt vasa
sancta noua, & intulerunt candelabrum, &
50 altare incẽsorum, & mensam in tẽplũ.* Et
incensum posuerunt super altare, & accẽde-
runt lucernas, quæ super candelabrũ erant,
51 & lucebant in templo.* Et posuerunt super
mensam panes, & appenderunt vela, & cõ-
summa-

summauerũt omnia opera, quæ fecerãt.* Et 52
ante matutinum surrexerunt quinta, & vige
sima die mensis nono (hic est mensis Casleu)
centesimo quadragesimo octauo anno:* & ob- 53
tulerunt sacrificium secundum legem super
altare holocaustorum nouũ, quod fecerunt.
* Secundum tempus, & secundum diem, in 54
qua contaminauerũt illud gentes, in ipsa re- G
nouatum est in cantico, & citharis, & cinyris,
& in cymbalis. * Et cecidit omnis populus 55
in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt
in cælum eum, qui prosperauit eis.* Et fece- 56
runt dedicationem altaris diebus octo, &
obtulerunt holocausta cum lætitia, & sacrifi-
cium salutaris, & laudis.* Et ornauerunt fa- 57
ciem templi coronis aureis, & scutulis, & de-
dicauerunt portas, & pastophoria, & impo-
suerunt eis ianuas.* Et facta est lætitia in po 58
pulo magna valdẽ, & auersum est oppro-
brium Gentium. * Et statuit Iudas, & fra- 59
tres ejus, & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur
dies dedicationis altaris in temporibus suis
ab anno in annum per dies octo à quinta, & 1 Io. 10.
vigesima die mensis Casleu, cum lætitia, & 6. 12.
gaudio, & ædificauerunt in tempore illo 60
montem Sion, & per circuitum muros altos,
& turres firmas, ne quando venirent Gen-
tes, & conculcarent eum sicut antea fecerũt.
* Et collocauit illic exercitum, vt seruarent 61
eum, & muniuit eum ad custodiendũ Beth-
suram, vt haberet populus munitionem con
tra faciem Idumææ.

CAP. V.

ET factum est, vt audierunt Gentes in cir- 1
cuitu, quia ædificatum est altare, & san- A
ctificatũ sicut prius, irataę sunt valdẽ: * & co- 2
gitabant tollere genus Iacob, qui erant inter
eos, & cœperunt occidere de populo, & per-
sequi. * Et debellabat Iudas filios Esau in 3
Idumæa, & eos, qui erant in Acrabathane:
quia circumsedebant Israelitas, & percussit
eos plaga magna. * Et recordatus est mali- 4
tiam filiorum Bean, qui erant populo in la-
queum, & in scandalum insidiantes ei in via.
* Et conclusi sunt ab eo in turribus, & appli- 5
cuit ad eos, & anathematizauit eos, & incen-
dit turres eorum igni cum omnibus, qui in
eis erant. * Et transiuit ad filios Ammon, & 6
inuenit manum fortem, & populum copio-
sum, & Timotheum ducem ipsorum: * & 7
commisit cum eis prælia multa, & contriti
sunt in conspectu eorum, & percussit eos:
* & cepit Gazer ciuitatẽ, & filias eius, & re- 8
uersus est in Iudæam. * Et congregatæ sunt 9
gentes, quæ sunt in Galaad aduersus Israeli-
tas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent
eos: & fugerũt in Datheman munitionem,* 10
& miserũt literas ad Iudam, & fratres eius,
dicentes: Congregatę sunt aduersum nos gẽ-
tes per circuitum, vt nos auferant:* & parãt 11
venire, & occupare munitionem, in quam B
confugimus: & Timotheus est dux exercitus
eorũ. * Nunc ergo veni, & eripe nos de ma- 12
nibus eorum, quia cecidit multitudo de no-
13 bis.* Et omnes fratres nostri, qui erant in lo
cis Tubin, interfecti sunt: & captiuas duxe-
runt vxores eorum, & natos, & spolia, & pe-
14 remerunt illic ferè mille viros * Et adhuc
epistolæ legebantur, & ecce alij nuncij vene-
runt de Galilæa conscissis tunicis, nuncian-
15 tes secundum verba hæc: * dicentes commo-
nisse aduersum se à Ptolemaida, & Tyro, &
Sidone, & repleta est omnis Galilæa alienige-
16 nis, vt nos consumant.* Vt audiuit autẽ Iu-
das, & populus sermones istos, conuenit ec-
clesia magna cogitare, quid facerẽt fratribus
suis, qui in tribulatione erant, & expugnabã-
17 tur ab eis.* Dixitq. Iudas Simoni fratri suo:
Euge tibi viros, & vade, & libera fratres tuos
in Galilæa: ego autem, & frater meus Iona-
18 thas ibimus in Galaaditim.* Et reliquit Io-
sephum filium Zachariæ, & Azariam duces
populi cum residuo exercitu in Iudæa ad cu
19 stodiam: * & præcepit illis, dicens: Præesto-
te populo huic: & nolite bellum committere
20 aduersum gentes, donec reuertamur. * Et
partiti sunt Simoni viri tria millia, vt iret in
Galilæam: Iudæ autem octo millia in Gala-
21 aditim. * Et abijt Simon in Galilæã, & com-
C misit prælia multa cum gentibus: & cõtrariæ
sunt gentes à facie eius, & persecutus est eos
22 vsq; ad portam * Ptolemaidis: & ceciderũt
de gentibus ferè tria millia virorum, & acce-
23 pit spolia eorum,* & assumpsit eos, qui erãt
in Galilæa, & in Arbatis cum vxoribus, &
natis, & omnibus, quæ erant illis, & adduxit
24 in Iudæam cum lætitia magna. * Et Iudas
Machabæus, & Ionathas fratres ejus transie-
runt Iordanem, & abierunt viam trium die-
25 rum per desertum.* Et occurrerunt eis Na-
buthæi, & suscęperunt eos pacificè, & narra-
uerunt eis omnia, quæ acciderant fratribus
26 eorum in Galaaditide, * & quia multi ex eis
comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in
Alimis, & in Caphor, & Mageth, & Carna-
im: hæ omnes ciuitates munitę, & magnę.
27 * Sed & in cęteris ciuitatibus Galaaditidis
tenentur cõprehensi, & in craastinum consti-
tuerũt admouere exercitum ciuitatibus his,
& comprehendere, & tollere eos in vna die.
28 * Et conuertit Iudas, & exercitus eius, viam
in desertum Bosor repente, & occupauit ci-
uitatem: & occidit omnem masculum in ore
gladij & accepit omnia spolia eorum, & suc-
29 cẽdit eam igni * Et surrexerunt inde nocte,
30 & ibant vsq; ad munitionem. * Et factũ est
D diluculo, cum eleuassent oculos suos, ecce po
pulus multus, cuius non erat numerus, por-
tantes scalas, & machinas, vt cõprehenderẽt
31 munitionem, & expugnarent eos. * Et vidit
Iudas: quia cœpit bellũ, & clamor belli ascen-
dit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus
32 de ciuitate:* & dixit exercitui suo: Pugnate
33 hodie pro fratribus vestris.* Et venit tribus
ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis,
34 & exclamauerunt in oratione.* Et cognoue
runt castra Timothei, quia Machabæus est:
& refugerunt à facie eius, & percusserũt eos
plu-

plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa
ferè octo millia virorum.* Et diuertit Iudas 35
in Maspha, & expugnauit, & cepit eam: &
occidit omnem masculum eius, & sumpsit
spolia eius,& succendit eam igni.* Inde per- 36
rexit,& cepit Casbon,& Mageth,& Bosor,&
reliquas ciuitates Galaaditidis.* Post hæc 37
autem verba congregauit Timotheus exer-
citum alium,& castra posuit contra Raphon
trans torrentem.* Et misit Iudas specula- 38
ri exercitum:& renunciauerunt ei,dicentes:
Quia conuenerunt ad eum omnes gentes,
quæ in circuitu nostro sunt exercitus multus
nimis:* & Arabas conduxerunt in auxilium 39
sibi & castra posuerunt trans torrentem, pa-
rati ad te venire in prælium. Et abijt Iudas
obuiam illis.* Et ait Timotheus principi- 40
bus exercitus sui: Cum appropinquauerit Iu- E
das, & exercitus eius ad torrentem aquæ, si
transierit ad nos prior, non poterimus susti-
nere eum: quia potens poterit aduersũ nos,
* si verò timuerit transire,& posuerit castra 41
extra flumen, transfretemus ad eos, & pote-
rimus aduersus illũ.* Vt autem appropin- 42
quauit Iudas ad torrentem aquę, statuit scri-
bas populi secus torrentem,& mandauit eis,
dicens. Neminem hominum reliqueritis:
sed veniant omnes in prælium.* Et trans- 43
fretauit ad illos prior,& omnis populus post
eum, & contritæ sunt omnes gentes à facie
eorum,& proiecerunt arma sua & fugerunt
ad fanum,quod erat in Carnaim.* Et occu- 44
pauit ipsam ciuitatem, & fanum succendit
igni cum omnibus, qui erant in ipso: & op-
pressa est Carnaim, & non potuit sustinere
contra faciem Iudæ.* Et congregauit Iudas 45
vniuersos Israelitas, qui erant in Galaaditi-
de,à minimo vsque ad maximum,& vxores
eorum, & natos, & exercitum magnum val-
dè, vt venirent in terram Iuda.* Et vene- 46
runt vsque Ephron, & hæc ciuitas magna in
ingressu posita,munita valdè, & nõ erat de-
clinare ab ea dextera,vel sinistra,sed per me-
diam iter erat.* Et incluserunt se qui erant 47
in ciuitate,& obstruxerunt portas lapidibus: F
& misit ad eos Iudas verbis pacificis,* di- 48
cens: Transeamus per terram vestram, vt
eamus in terram nostram: & nemo vobis
nocebit:tantum pedibus transibimus. Et no-
lebant eis aperire.* Et præcepit Iudas præ- 49
dicare in castris, vt applicarent vnusquisque
in quo erat loco,* & applicuerũt se viri vir- 50
tutis:& oppugnauit ciuitatem illam tota die,
& tota nocte, & tradita est ciuitas in manu
eius:* & peremerunt omnem masculum in 51
ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spo-
lia eius, & transiuit per totam ciuitatem su-
per interfectos.* Et transgressi sunt Iorda- 52
nem in campo magno, contra faciem Beth-
san.* Et erat Iudas congregans extremos, 53
& exhortabatur populum per totam viam,
donec venirent in terram Iuda:* & ascen- 54
derunt in montem Sion cum lætitia, & gau-
dio, & obtulerunt holocausta, quod nemo
ex eis cecidisset, donec reuerterentur in pa-
55 ce.* Et in diebus, quibus erat Iudas, & Io-
nathas in terra Galaad, & Simon frater eius
56 in Galilæa contra faciem Ptolemaidis,* au-
diuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias
princeps virtutis, res bene gestas, & prælia
57 quæ facta sunt,* & dixit: Faciamus,& ipsi
nobis nomen, & eamus pugnare aduersus
58 gentes, quæ in circuitu nostro sunt.* Et
præcepit his, qui erant in exercitu suo, &
59 abierunt Iamniam.* Et exiuit Gorgias de
G ciuitate, & viri eius obuiam illius in pugnã.
60 * Et fugati sunt Iosephus,& Azarias vsque
in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de po-
pulo Israel ad duo millia viri, & facta est fu-
61 ga magna in populo:* quia non audierunt
Iudam, & fratres eius, existimantes fortiter
62 se facturos.* Ipsi autem non erant de semi-
ne virorum illorum, per quos salus facta est
63 in Israel.* Et viri Iuda magnificati sũt val-
dè in conspectu omnis Israel, & gentium
omnium vbi audiebatur nomen eorum.
64 * Et conuenerunt ad eos fausta acclaman-
65 tes.* Et exiuit Iudas, & fratres eius, & ex-
pugnabat filios Esau in terra, quæ ad Au-
strum est,& percussit Chebron,& filias eius:
& muros eius,& turres succendit igni in cir-
66 cuitu.* Et mouit castra, vt iret in terram
alienigenarum,& perambulabat Samariam.
67 * In die illa ceciderunt sacerdotes in bello,
dum volunt fortiter facere: dum consilio
68 exeunt in prælium.* Et declinauit Iudas in
Azotum in terram alienigenarum, & diruit
aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum
succendit igni: & cepit spolia ciuitatum, &
reuersus est in terram Iuda.

CAP. VI.

1 ET rex Antiochus perambulabat superio-
A res regiones, & audiuit esse ciuitatem
Elymaidem in Perside nobilissimam, & co-
2 piosam in argento, & auro,* templumq. in
ea locuples valdè: & illic velamina aurea,
& loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander
Philippi rex Macedo, qui regnauit primus
3 in Græcia.* Et venit, & quærebat capere
ciuitatem, & deprædari eam: & non po-
tuit, quoniam innotuit sermo his, qui erant
4 in ciuitate:* & insurrexerunt in prælium:
& fugit inde, & abijt cum tristitia magna,&
5 reuersus est in Babyloniam.* Et venit qui
nunciaret ei in Perside, quia fugata sunt ca-
6 stra, quæ erant in terra Iuda:* & quia abijt
Lysias cum virtute forti in primis, & fuga-
tus est à facie Iudæorum, & inualuerunt ar-
mis,& viribus, & spolijs multis,quæ ceperũt
7 de castris,quæ exciderunt:* & quia diruerũt
abominationem, quam ædificauerat super
altare, quod erat in Ierusalem,& sanctifica-
tionem, sicut prius circumdederunt muris
excelsis, sed & Bethsuram ciuitatem suam.
8 * Et factũ est, vt audiuit rex sermones istos
expauit, & commotus est valdè: & decidit
in lectum, & incidit in languorem præ tri-
stitia, quia non factum est ei sicut cogitabat.
* Et

* Et erat illic per dies multos: quia renoua- 9
ta est in eo tristitia magna, & arbitratus est
se mori.* Et vocauit omnes amicos suos, 10
& dixit illis. Recessit somnus ab oculis B
meis, & concidi, & corrui corde præ solici-
tudine,* & dixi in corde meo: In quantam 11
tribulationem deueni, & in quos fluctus tri-
stitiæ,in qua nunc sum, qui iucundus eram,
& dilectus in potestate mea?* Nunc verò 12
reminiscor malorum,quæ feci in Ierusalem,
vnde & abstuli omnia spolia aurea,& argen-
tea, quæ erant in ea, & misi auferre habitan-
tes Iudæam sine causa.* Cognoui ergo,quia 13
propterea inuenerunt me mala ista, & ecce
pereo tristitia magna in terra aliena.* Et 14
vocauit Philippum, vnum de amicis suis,&
præposuit eum super vniuersum regnum
suum,* & dedit ei diadema, & stolam suã, 15
& anulum,vt adduceret Antiochum filium
suum,& nutriret eum,& regnaret.* Et mor 16
tuus est illic Antiochus rex anno centesimo
quadragesimo nono.* Et cognouit Lysias, 17
quoniam mortuus est rex, & constituit re-
gnare Antiochum filium eius,quem nutri-
uit adolescentem,& vocauit nomẽ eius Eu-
pator.* Et hi,qui erant in arce,concluserant 18
Israel in circuitu sanctorum, & quærebant
eis mala semper, & firmamentum Gẽtium.
* Et cogitauit Iudas disperdere eos, & con- 19
uocauit vniuersum populum, vt obsiderent C
eos.* Et conuenerunt simul, & obsederunt 20
eos anno centesimo quinquagesimo, & fece-
runt balistas,& machinas.* Et exierunt qui- 21
dam ex eis,qui obsidebantur, & adiunxerũt
se illis aliqui impij ex Israel,* & abierunt 22
ad regem, & dixerunt. Quousque non facis
iudicium,& vindicas fratres nostros?* Nos 23
decreuimus seruire patri tuo,& ambulare in
præceptis eius, & obsequi edictis eius:* & 24
filij populi nostri propter hoc alienabant se
à nobis, & quicumque inueniebantur ex no-
bis, interficiebantur, & hereditates nostræ
diripiebantur.* Et non ad nos tantum extẽ- 25
derunt manum, sed & in omnes fines no-
stros,* & ecce applicuerunt hodie ad arcem 26
Ierusalem occupare eam, & munitionem
Bethsuram munierũt:* & nisi præueneris 27
eos velocius, maiora, quàm hæc, facient, &
non poteris obtinere eos.* Et iratus est rex, 28
vt hæc audiuit, & conuocauit omnes ami-
cos suos, & principes exercitus sui,& eos,qui
super equites erant,* sed & de regnis alijs, 29
& de insulis maritimis venerunt ad eum
exercitus conductitij.* Et erat numerus 30
exercitus eius,centum millia peditum, & vi- D
ginti millia equitum, & elephanti triginta-
duo, docti ad prælium.* Et venerunt per 31
Idumæã,& applicauerunt ad Bethsuram,&
pugnauerunt dies multos, & fecerũt machi-
nas, et exierunt, et succenderunt eas igni, et
pugnauerunt viriliter.* Et recessit Iudas ab 32
arce, et mouit castra ad Bethzacharam con-
tra castra regis.* Et surrexit rex ante lucem, 33
& concitauit exercitus in impetum contra
viam Bethzacharam, et comparauerunt se
34 exercitus in prælium,et tubis cecinerũt,* et
elephantis ostenderunt sanguinem vuæ, &
35 mori,ad acuendos eos in prælium,* & diui-
serunt bestias per legiones, & astiterunt sin-
gulis elephantis mille viri in loricis concate-
natis, & galeæ æreæ in capitibus eorum, &
quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ
36 electi erant.* Hi ante tempus vbicumque
erat bestia, ibi erant,& quocumq. ibat,ibant,
37 & non discedebant ab ea.* Sed & turres li-
gneæ super eos firmę protegentes super sin-
gulas bestias,& super eas machinæ: & super
singulas viri virtutis triginta duo, qui pu-
gnabant desuper, & Indus magister bestiæ.
38 * Et residuum equitatũ hinc, & inde statuit
in duas partes, tubis exercitum commoue-
re,& perurgere cõstipatos in legionibus eius.
39 * Et vt refulsit Sol in clypeos aureos,& ęreos
E resplenduerunt montes ab eis, & resplen-
40 duerunt sicut lampades ignis.* Et distincta
est pars exercitus regis per montes excelsos,
& alia per loca humilia, & ibant cautè,& or-
41 dinatè.* Et commouebantur omnes inha-
bitantes terram à voce multitudinis, et in-
cessu turbæ, et collisione armorum: erat
42 enim exercitus magnus valdè,et fortis.* Et
appropiauit Iudas, et exercitus eius in præ-
lium, et ceciderunt de exercitu regis sexcen-
43 ti viri.* Et vidit Eleazar filius Saura vnam
de bestijs loricatam loricis regis, et erat emi-
nens super ceteras bestias, et visum est ei,
44 quòd in ea esset rex:* et dedit se, vt libera-
ret populum suum,et acquireret sibi nomen
45 æternum.* Et cucurrit ad eam audacter in
medio legionis interficiens à dextris, et à si-
nistris, et cadebant ab eo huc, atque illuc.
46 * Et iuit sub pedes elephantis, et supposuit
se ei, et occidit eum, et cecidit in terram su-
47 per ipsum, et mortuus est illic:* Et viden-
tes virtutem regis, et impetum exercitus
48 eius,diuerterunt se ab eis.* Castra autem re-
F gis ascenderunt contra eos in Ierusalem, et
applicuerunt castra regis ad Iudæam, et mõ-
49 tẽ Sion.* Et fecit pacem cum his, qui erant
in Bethsura,et exierunt de ciuitate,quia non
erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabba-
50 ta erant terræ.* Et comprehendit rex Beth-
suram, et constituit illic custodiam seruare
51 eam.* Et conuertit castra ad locum sanctifi-
cationis dies multos: et statuit illic balistas,
et machinas, et ignis iacula, et tormenta ad
lapides iactãdos,et spicula, et scorpios ad-
52 mittendas sagittas, et fundibula.* Fecerunt
autem, et ipsi machinas aduersus machinas
53 eorum,et pugnauerunt dies multos.* Escæ
autem non erant in ciuitate, eo quòd septi-
mus annus esset: et qui remanserant in Iu-
dæa de Gentibus, consumpserant reliquias
54 eorum,quæ repositæ fuerant.* Et remanse-
runt in sanctis viri pauci, quoniam obtinue-
rat eos fames, et dispersi sunt vnusquisq. in
55 locum suum.* Et audiuit Lysias,quod Phi-
G lippus,quem constituerat rex Antiochus, cũ
adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filiũ
56 suum,et regnaret,* reuersus esset à Perside,
&

& Media, & exercitus, qui abierat cum ipso,
& quia quærebat suscipere regni negotia:
* festinauit ire, & dicere ad regem, & duces 57
exercitus: Deficimus quotidie, & esca nobis
modica est, & locus, quē obsidemus, est mu-
nitus, & incumbit nobis ordinare de regno.
* Nunc itaque demus dextras hominibus 58
istis, & faciamus cum illis pacem, & cum om-
ni gente eorum: * & constituamus illis, vt 59
ambulent in legitimis suis sicut prius, pro-
pter legitima enim ipsorum, quæ despexi-
mus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. * Et 60
placuit sermo in conspectu regis, & princi-
pum, & misit ad eos pacem facere, & recepe-
runt illam. * Et iurauit illis rex, & principes, 61
& exierunt de munitione. * Et intrauit rex 62
montem Sion, & vidit munitionem loci: &
rupit citius iuramentū, quod iurauit: & mā-
dauit destruere murum in gyro. * Et di- 63
scessit festinānter, & reuersus est Antiochiam,
& inuenit Philippum dominantem ciuita-
ti: & pugnauit aduersus eum, & occupauit
ciuitatem.

CAP. VII.

ANno centesimo quinquagesimo primo 1
exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe A
Roma, & ascendit cum paucis viris in ciui-
tatem maritimam, & regnauit illic. * Et fa- 2
ctum est, vt ingressus est domum regni pa-
trum suorum, comprehendit exercitus An-
tiochum, & Lysiam, vt adducerent eos ad
eum. * Et res ei innotuit: & ait: Nolite mi- 3
hi ostendere faciem eorum. * Et occidit eos 4
exercitus. Et sedit Demetrius super sedem
regni sui, * & venerunt ad eum viri iniqui, 5
& impij ex Israel: & Alcimus dux eorum,
qui volebat fieri sacerdos. * Et accusauerunt 6
populum apud regem, dicentes: Perdidit
Iudas, & fratres eius omnes amicos tuos, &
nos dispersit de terra nostra. * Nunc ergo 7
mitte virum, cui credis, vt eat, & videat ex-
terminium omne, quod fecit nobis, et regio-
nibus regis: et puniat omnes amicos eius, et
adiutores eorum. * Et elegit rex ex amicis 8
suis Bacchidem, qui dominabatur trans flu- B
men magnum in regno, et fidelem regi: et
misit eum, * vt videret exterminium, quod 9
fecit Iudas: sed et Alcimum impium con-
stituit in sacerdotium, et mandauit ei face-
re vltionem in filios Israel. * Et surrexerunt, 10
et venerunt cum exercitu magno in terram
Iuda, et miserunt nuncios, et locuti sunt ad
Iudam, et ad fratres eius verbis pacificis in
dolo. * Et non intenderunt sermonibus 11
eorum: viderunt enim, quia venerunt cum
exercitu magno. * Et conuenerunt ad Alci- 12
mum, et Bacchidem congregatio scribarum
requirere, quæ iusta sunt: * et primi Assidæi 13
qui erant in filijs Israel, et exquirebant ab
eis pacem. * Dixerunt enim: Homo sacer- 14
dos de semine Aaron venit, non decipiet
nos: * & locutus est cum eis verba pacifica: 15
et iurauit illis, dicens: Non inferemus vobis
16 malum, neque amicis vestris. * Et credide-
C runt ei: Et comprehendit ex eis sexaginta vi-
ros, & occidit eos in vna die secundum ver-
17 bum, quod scriptum est: * [a] Carnes sancto-
rum tuorum, & sanguinem ipsorum effude-
runt in circuitu Ierusalem, & non erat qui
18 sepeliret. * Et incubuit timor, & tremor in
omnem populum, quia dixerunt: Non est
veritas, & iudicium in eis: transgressi sunt
enim constitutum, & iusiurandum, quod iu-
19 rauerunt. * Et mouit Bacchides castra ab Ie-
rusalem, & applicuit in Bethzecha, & misit,
& comprehendit multos ex eis, qui à se effu-
gerant, & quosdam de populo mactauit, &
20 in puteum magnum proiecit. * Et commi-
sit regionem Alcimo, & reliquit cum eo au-
xilium in adiutorium ipsi. Et abijt Bacchi-
21 des ad regem: * & satis agebat Alcimus pro
22 principatu sacerdotij sui, * & conuenerunt
ad eum omnes, qui perturbabant populum
suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fece-
23 runt plagam magnam in Israel. * Et vidit
D Iudas omnia mala, quæ fecit Alcimus, &
qui cum eo erant, filijs Israel, multo plus quā
24 Gentes, * & exijt in omnes fines Iudææ in
circuitu, & fecit vindictam in viros deserto-
res, & cessauerunt vltra exire in regionem.
25 * Vidit autem Alcimus, quod præualuit Iu-
das, & qui cum eo erant, & cognouit, quia
non potest sustinere eos, & regressus est ad
regem, & accusauit eos multis criminibus.
26 * [b] Et misit rex Nicanorem, vnum ex prin-
cipibus suis nobilioribus, qui erat inimici-
tias exercens contra Israel, & mandauit ei
27 euertere populum. * Et venit Nicanor in
Ierusalem cum exercitu magno, & misit ad
Iudam, & ad fratres eius verbis pacificis cū
28 dolo, * dicens: Non sit pugna inter me, &
vos: veniam cum viris paucis, vt videam fa-
29 cies vestras cum pace. * Et venit ad Iudam,
& salutauerunt se inuicem pacificè, & ho-
30 stes parati erant rapere Iudam. * Et innotuit
E sermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad
eum, & conterritus est ab eo, & amplius no-
31 luit videre faciem eius. * Et cognouit Nica-
nor, quoniam denudatū est consilium eius,
& exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta
32 Capharsalama. * Et ceciderunt de Nicano-
ris exercitu ferè quinque millia viri, & fuge-
33 runt in ciuitatem Dauid. * Et post hæc ver-
ba ascendit Nicanor in montem Sion, &
exierūt de sacerdotibus populi salutare eum
in pace, & demonstrare ei holocautomata,
34 quę offerebantur pro rege. * Et irridēs spre-
35 uit eos, & polluit: & locutus est superbè, * &
iurauit cum ira, dicens: Nisi traditus fuerit
Iudas, & exercitus eius in manus meas, con-
tinuò cum egressus fuero in pace, succen-
dam domum istam. * Et exijt cum ira ma-
36 gna, * & intrauerunt sacerdotes, & steterunt
ante faciem altaris, & templi: & flentes dixe-
37 runt: * Tu domine elegisti domum istam
ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset
domus orationis, & obsecrationis populo
38 tuo, * fac vindictam in homine isto, & exer-
citu

[a] Psal. 78. a. 1. 2. 3.
[b] 2. Ma. ch.15.4. 1.

citu eius, & cadant in gladio: memento bla- F
sphemias eorum, & ne dederis eis vt perma-
neant. * Et exijt Nicanor ab Ierusalem, & 39
castra applicuit ad Bethoron, & occurrit illi
exercitus Syriæ. * Et Iudas applicuit in A- 40
darsa cum tribus millibus viris: & orauit Iu-
das, & dixit: * [c] Qui missi erant à rege Sen- 41
nacherib, Domine, quia blasphemauerunt
te, exijt angelus, & percussit ex eis centum
octogintaquinque millia: sic contere exer- 42
citum istum in conspectu nostro hodie: &
sciant ceteri, quia malè locutus est super san-
cta tua: & iudica illum secundum malitiam
illius. * Et commiserunt exercitus prælium 43
tertiadecima die mensis Adar: & contrita G
sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus
in prælio. * Vt autē vidit exercitus eius quia 44
cecidisset Nicanor proiecerunt arma sua, &
fugerunt: * et persecuti sunt eos viam vnius 45
diei ab Adazer vsquequo veniatur in Gaza-
ra, et tubis cecinerunt post eos cum significa-
tionibus: * et exierunt de omnibus castel- 46
lis Iudææ in circuitu, et ventilabant eos cor-
nibus, et conuertebantur iterum ad eos, et
ceciderunt omnes gladio, et non est relictus
ex eis nec vnus. * Et acceperunt spolia eorū 47
in prædam: et caput Nicanoris amputaue-
runt, et dexteram eius, quam extenderat su-
perbè, et attulerunt, et suspenderunt contra
Ierusalem. * Et lætatus est populus valdè, et 48
egerunt diem illam in lætitia magna, * Et 49
constituit agi omnibus annis diem istam ter-
tiadecima die mensis Adar. * Et siluit terra 50
Iuda dies paucos.

[c] 4.Reg. 19 g. 35. Tob. 1. d. 21. Eccl. 48. d. 25. Isa. 37. g. 36. 2. Mach. 8. c. 19.

CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, 1
quia sunt potentes viribus, et acquie- A
scunt ad omnia, quæ postulantur ab eis: et
quicumque accesserunt ad eos, statuerunt cū
eis amicitias, et quia sunt potentes viribus.
* Et audierunt prælia eorum, et virtutes bo- 2
nas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinue-
runt eos, et duxerunt sub tributum: * et quā 3
ta fecerunt in regione Hispaniæ, et quod in
potestatem redegerunt metalla argenti, et au
ri, quæ illic sunt, et possederunt omnem lo-
cum consilio suo, et patientia: * locaque quæ 4
longè erant valdè ab eis, et reges, qui super-
uenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt,
et percusserunt eos plaga magna: ceteri au-
tem dant eis tributum omnibus annis, * et 5
Philippum, et Persen Ceteorum regem, et ce
teros, qui aduersum eos arma tulerant, cōtri-
uerunt in bello, et obtinuerunt eos: * Antio 6
chum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam
intulerat habens centū viginti elephantos, et
equitatum, et currus, et exercitum magnum
valdè, contritum ab eis, * et quia ceperunt 7
eum viuum, et statuerunt ei vt daret ipse, et B
qui regnarēt post ipsum tributum magnum
et daret obsides, et constitutum, * et regio- 8
nem Indorum, et Medos, et Lydos, de opti-
mis regionibus eorū; et acceptas eas ab eis,
9 dederunt Eumeni regi: * et quia qui erant
apud Helladam, voluerunt ire, et tollere eos
10 et innotuit sermo his, * et miserunt ad eos
ducem vnum, et pugnauerunt contra illos,
et ceciderunt ex eis multi, et captiuas duxe-
runt vxores eorum, et filios, et diripuerunt
eos, et terram eorum possederunt, et destru-
xerunt muros eorum, et in seruitutem illos
11 redegerunt vsque in hunc diem: * et residua
regna, et insulas, quæ aliquando restiterant il
lis, exterminauerunt, et in potestatem rede-
12 gerunt. * Cū amicis autem suis, et qui in ipsis
requiem habebant, conseruarunt amicitiam,
et obtinuerunt regna, quæ erant longè: quia
quicumque audiebant nomen eorum, time-
13 bant eos, * quibus verò vellent auxilio esse
vt regnarent, regnabant: quos autem vellēt,
regno deturbabant: et exaltati sunt valdè.
14 * Et in omnibus istis nemo portabat diade-
C ma, nec induebatur purpura, vt magnifica-
15 retur in ea. * Et quia curiam fecerunt sibi,
et quotidie consulebant trecentos viginti cō-
siliū agentes semper de multitudine, vt quæ
16 digna sunt gerant: * et committunt vni ho-
mini magistratum suum per singulos annos
dominari vniuersæ terræ suæ, et omnes obe-
diūnt vni, et non est inuidia, neque zelus in-
17 ter eos. * Et elegit Iudas Eupolemum, filiū
Ioannis, filij Iacob, et Iasonem, filium Elea-
zari, et misit eos Romam constituere cum
18 illis amicitiam, et societatem: * et vt aufer-
rent ab eis iugum Grecorum, quia viderunt,
quod in seruitutem premerent regnum Is-
19 rael. * Et abierunt Romam viam multam
valdè, et introierunt curiam, et dixerunt:
20 * Iudas Machabæus, et fratres eius, et popu-
lus Iudæorum miserunt nos ad vos statue-
re vobiscum societatem, et pacem. et conscri-
21 bere nos socios, et amicos vestros. * Et pla-
22 cuit sermo in conspectu eorum. * Et hoc re-
scriptum est, quod rescripserunt in tabulis
æreis, et miserunt in Ierusalem, vt esset apud
23 eos ibi memoriale pacis, et societatis. * B E-
NE SIT ROMANIS, et genti Iudæorum
D in mari, et in terra in æternum: gladiusque, et
24 hostis procul fit ab eis. * Quod si institerit
bellum Romanis prius, aut omnib. socijs eo-
25 rum in dominatione eorum: * auxilium fe-
ret gens Iudæorum, prout tempus dictaue-
26 rit, corde pleno: et præliantibus * non da-
bunt, neque subministrabunt triticum, arma,
pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: et
custodient mādata eorum, nihil ab eis acci-
27 pientes * Similiter autem, et si genti Iudæo-
rum prius acciderit bellum, adiuuabunt Ro-
mani ex animo, prout eis tempus permise-
28 rit: * et adiuuantibus nō dabitur triticum,
arma, pecunia, naues, sicut placuit Roma-
nis: et custodient mandata eorum absque
29 dolo, * secundum hæc verba cōstituerūt Ro
30 mani populo Iudæorum. * Quod si post hęc
verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc
aliquid voluerint, facient ex proposito suo: et
quæcumque addiderint, vel dempserint, rata
31 erunt. * Sed et de malis, quæ Demetrius rex,

fecit in eos, ſcripſimus ei dicentes: Quare
grauaſti iugum tuum ſuper amicos noſtros
& ſocios Iudæos? * Si ergo iterum adierint 32
nos aduerſum te faciemus illis iudicium, &
pugnabimus tecum mari, terraque.

CAP. IX.

INterea vt audiuit Demetrius, quia cecidit 1
Nicanor, & exercitus eius in prælio, ap- A
poſuit Bacchidem, & Alcimum rurſum mit
tere in Iudæam, & dextrũ cornu cũ illis. * Et 2
abierunt viam, quæ ducit in Galgala, & ca-
ſtra poſuerunt in Maſaloth, quę eſt in Arbel-
lis, & occupauerunt eam, & peremerũt ani-
mas hominum multas. * In mente primo an 3
ni centeſimi, & quinquageſimi ſecundi appli
cuerunt exercitum ad Ieruſalem, * & ſurre- 4
xerunt, & abierunt in Beream viginti millia
virorum, & duo millia equitum. * Et Iudas 5
poſuerat caſtra in Laiſa, & tria millia viri
electi cũ eo: * & viderunt multitudinem e-
xercitus, quia multi ſunt, & timuerũt valdè.
& multi ſubtraxerunt ſe de caſtris, & non
remanſerunt ex eis niſi octingenti viri. * Et 7
vidit Iudas quòd defluxit exercitus ſuus, &
bellum perurgebat eum, & cõfractus eſt cor-
de: quia nõ habebat tempus congregãdi eos.
& diſſolutus eſt. * Et dixit his, qui reſidui 8
erãt: Surgamus, & eamus ad aduerſarios no-
ſtros ſi poterimus pugnare aduerſus eos. * Et 9
auertebãt eũ, dicẽtes. Non poterimus, ſed li
beremus animas noſtras modò, & reuerta-
mur ad fratres noſtros, & tunc pugnabimus
aduerſus eos: nos autem pauci ſumus. * Et 10
ait Iudas: Abſit iſta mẽ rem facere vt fugia- B
mus ab eis: & ſi appropiauit tempus noſtrũ,
moriamur in virtute propter fratres noſtros,
& ne non inferamus, crimen gloriæ noſtræ.
* Et mouit exercitus de caſtris: & ſteterunt 11
illis obuiam: & diuiſi ſunt equites in duas
partes, & fundibularij, & ſagittarii præibant
exercitum, & primi certaminis omnes poten
tes. * Bacchides autem erat in dextro cornu, 12
& proximauit legio ex duabus partibus:
& clamabant tubis: * exclamauerunt autẽ, & 13
hi, qui erant ex parte Iudæ, etiam ipſi, & con-
mota eſt terra à voce exercituum: & cõmiſ-
ſum eſt prælium à mane vſque ad veſperã.
* Et vidit Iudas, quòd firmior eſt pars exer- 14
citus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cũ
ipſo omnes conſtãtes corde: * & contrita eſt 15
dextera pars ab eis, & perſecutus eſt eos vſ-
que ad montẽ Azoti. * Et qui in ſiniſtro cor- 16
nu erant, viderunt quòd contritum eſt dex-
trum cornu, & ſecuti ſunt poſt Iudã, & eos,
qui cum ipſo erãt, à tergo: * & ingrauatum 17
eſt prælium, & ceciderũt vulnerati multi ex his,
& ex illis. * Et Iudas cecidit, & ceteri fuge- 18
runt. * Et Ionathas, & Simon tulerunt Iudã 19
fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepul- C
chro patrum ſuorum in ciuitate Modin.
* Et fleuerunt eũ omnis populus Iſrael plã- 20
ctu magno, & lugebant dies multos, * & di- 21
xerunt: Quomodo cecidit potens, qui ſaluũ
faciebat populum Iſrael. * Et cetera verba 22
bellorũ Iudæ, & virtutum, quas fecit, & ma-
gnitudinis eius, non ſunt deſcripta: multa
23 enim erant valdè. * Et factum eſt: poſt obi-
tum Iudæ emerſerunt iniqui in omnibus fi-
nibus Iſrael, & exorti ſunt omnes, qui ope-
24 rabantur iniquitatem. * In diebus illis facta
eſt fames magna valdè, & tradidit ſe Bac-
25 chidi omnis regio eorũ cum ipſis. * Et elegit
Bacchides viros impios, & conſtituit eos do-
26 minos regionis, * & exquirebant, & perſcru-
tabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad
Bachidem, & vindicabat in illos, & illude-
27 bat. * Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael,
qualis non fuit ex die, qua non eſt viſus pro-
28 pheta in Iſrael: * Et congregati ſunt omnes
29 amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ. * Ex quo
frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei
nõ eſt, qui exeat contra inimicos noſtros, Bac
chidẽ, & eos, qui inimici ſunt gentis noſtræ.
30 * Nunc itaque te hodie elegimus eſſe pro eo
nobis in principem, & ducem ad bellandum
31 bellum noſtrum. * Et ſuſcepit Ionathas tẽ-
pore illo principatum, & ſurrexit loco Iudæ
32 fratris ſui. * Et cognouit Bacchides, & quæ-
33 rebat eum occidere. * Et cognouit Ionathas
D & Simon frater eius, & omnes, qui cum eo
erant: & fugerunt in deſertum Thecuæ, &
34 conſederunt ad aquam lacus Aſphar. * Et
cognouit Bacchides, & die ſabbatorum venit
ipſe, & omnis exercitus eius trans Iordanẽ.
35 * Et Ionathas miſit fratrem ſuum ducem
populi, & rogauit Nabuthæos amicos ſuos,
vt commodarent illis apparatum ſuum, qui
36 erat copioſus. * Et exierunt filijs Iambri ex
Madaba, & comprehenderunt Ioannem, &
omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea,
37 * Poſt hæc verba, renunciatum eſt Ionathę,
& Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt
nuptias magnas, & ducunt ſponſã ex Meda-
ba filiã vnius de magnis principib⁹ Chanaã
38 cum ambitione magna: * Et recordati ſunt
ſanguinis Ioannis fratris ſui: & aſcenderunt,
& abſconderunt ſe ſub tegumento montis.
39 * Et eleuauerunt oculos ſuos, & viderũt: &
ecce tumultus, & apparatus multus: & ſpon-
ſus proceſſit, & amici eius, & fratres eius ob-
uiam illi cum tympanis, & muſicis, & armis
40 multis. * Et ſurrexerunt ad eos ex inſidijs, &
occiderũt eos: & ceciderũt vulnerati multi,&
reſidui fugerũt in montes: & acceperunt om-
41 nia ſpolia eorum: * & conuerſæ ſunt nuptię
in luctum, & vox muſicorum ipſorum in la-
42 mentum. * Et vindicauerunt vindictam ſã-
guinis fratris ſui: & reuerſi ſunt ad ripã Ior-
43 danis. * Et audiuit Bacchides, & venit die
E ſabbatorũ vſque ad oram Iordanis in virtu-
44 te magna. * Et dixit ad ſuos Ionathas: Surga-
mus: & pugnemus contra inimicos noſtros:
non eſt enim hodie ſicut heri, & nudiuſter-
45 tius, * ecce enim bellum ex aduerſo, aqua
verò Iordanis hinc, & inde, & ripæ, &
paludes, & ſaltus: & non eſt locus diuer-
46 tendi. * Nunc ergo clamate in cælum, vt 1. Pa.
liberemini de manu inimicorum veſtrorũ. 20.a.
47 Et commiſſum eſt bellum. * Et extendit
Iona-

Ionathas manum ſuam percutere Bacchidẽ,
& diuertit ab eo retro, * & diſſilijt Ionathas, 48
& qui cum eo erant in Iordanem, & tranſna-
uauerunt ad eos Iordanem, * & ceciderunt 49
de parte Bacchidis die illa mille viri, & reuer
ſi ſunt in Ieruſalem, & * ædificauerunt ciui- 50
tates munitas in Iudæa, munitionem, quæ e-
rat in Iericho, & in Ammaum, & in Betho-
ron, & in Bethel, & Thamnata, & Phara, &
Thopo muris excelſis, & portis, & ſeris. * Et 51
poſuit cuſtodiã ſi eis, vt inimicitias exercerẽt
in Iſrael, * & muniuit ciuitatem Bethſurã, 52
& Gazaram, & arcem, & poſuit in eis auxilia,
& apparatum eſcarũ: * & accepit filios prin- 53
cipum regionis obſides, & poſuit eos in arce
in Ieruſalem in cuſtodiam. * Et anno cen- 54
teſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecũ- F
do, præcepit Alcimus deſtrui muros domus
ſanctæ interioris, & deſtrui opera prophęta-
rum: & cœpit deſtruere. * In tempore illo 55
percuſſus eſt Alcimus: & impedita ſunt opę-
ra illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutus
eſt paralyſi, nec vltra potuit loqui verbum,
& mandare de domo ſua. * Et mortuus eſt 56
Alcimus in tempore illo cum tormento ma-
gno. * Et vidit Bacchides, quoniã mortuus 57
eſt Alcimus: & reuertus eſt ad regẽ, & ſiluit
terra annis duobus. * Et cogitauerunt om- 58
nes iniqui dicẽtes: Ecce Ionathas, & qui cum
eo ſunt, in ſilentio habitant confidenter: nũc
ergo adducamus Bacchidem, & comprehen
det eos omnes vna nocte. * Et abierunt, & 59
conſilium ei dederunt. * Et ſurrexit vt ve- 60
niret cum exercitu multo: & miſit occultẽ epi
ſtolas ſocijs ſuis, qui erant in Iudæa, vt com-
prehenderent Ionathan, & eos, qui cum eo
erant: ſed non potuerunt, quia innotuit eis
conſilium eorum. * Et apprehendit de viris 61
regionis, qui principes erant malitiæ, quinqua
ginta viros, & occidit eos: * & ſeceſſit Iona- 62
thas, & Simon, & qui cum eo erant in Beth-
ſen, qui eſt in deſerto: & extruxit diruta eius,
& firmauerũt eam. * Et cognouit Bacchides, 63
congregauit vniuerſam multitudinem ſuã: G
& his, qui de Iudæa erant denunciauit. * Et 64
venit, & caſtra poſuit deſuper Bethbeſſen: &
oppugnauit eam dies multos, & fecit machi-
nas. * Et reliquit Ionathas Simonem fratrẽ 65
ſuum in ciuitate, & exijt in regionem, & ve-
nit cum numero. * & perculſit Odaren, & 66
fratres eius, & filios Phaleron in tabernaculis
ipſorum, et cœpit cædere, & creſcere in vir-
tutibus. * Simon verò, & qui cum ipſo erant: 67
exierunt de ciuitate, & ſuccenderunt ma-
chinas, * & pugnauerunt contra Bacchidem 68
& contritus eſt ab eis: & affixerunt eum val-
dè, quoniam conſilium eius, & congreſſus
eius erat inanis. * Et iratus contra viros in- 69
quos, qui ei conſilium dederant vt veniret in
regionem ipſorum, multos ex eis occidit, ipſe
autem cogitauit cum reliquis abire in regio-
nem ſuam. * Et cognouit Ionathas: & miſit 70
ad eum legatos componere pacem cum ipſo,
reddere ei captiuitatem. * Et libenter acce- 71
pit, & fecit ſecundum verba eius, & iurauit
ſe nihil factũrum ei malũ omnibus diebus vi
72 tæ eius. * Et reddidit ei captiuitatem, quam
prius erat prædatus de terra Iuda: & cõuer-
ſus abijt in terram ſuam, & non appoſuitam
73 plus venire in fines eius: * Et ceſſauit gla-
dius ex Iſrael: & habitauit Ionathas in Ma-
chmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare popu-
lum, & exterminauit impios ex Iſrael.

CAP. X.

1 A ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit
Alexãder Antiochi filius, qui cogno-
minatus eſt Nobilis: & occupauit Prole-
maidam & receperunt eum, & regnauit il-
2 lic. * Et audiuit Demetrius rex, & congrega-
uit exercitum copioſum valdè, & exiuit ob-
3 uiam illi in prælium. * Et miſit Demetrius
epiſtolam ad Ionathan verbis pacificis, vt ma
4 gnificaret eum. * Dixit enim: Anticipemus
facere pacem cum eo, priuſquam faciat cum
5 Alexandro aduerſum nos. * recordabitur
enim omnium malorum, quæ fecimus in
eum, & in fratrem eius, & in gentem eius.
6 * Et dedit ei poteſtatem congregãdi exercitum,
& fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium
eius: & obſides, qui erant in arce, iuſſit tradi
7 ei. * Et venit Ionathas in Ieruſalem, et le-
git epiſtolas in auditu omnis populi, & eo-
8 rum, qui in arce erant. * Et timuerunt timo-
re magno, quoniam audierũt quod dedit ei
9 rex poteſtatem congregãdi exercitum. * Et
traditi ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos
10 parentibus ſuis: * & habitauit Ionathas in Ie
ruſalem, & cœpit ædificare, & innouare ciui-
11 tatem. * Et dixit facientibus opera vt extrue-
rent muros, & montem Sion in circuitu la-
pidibus quadratis ad munitionem: & ita fe-
12 cerunt. * Et fugerunt alienignæ, qui erãt in
munitionibus, quas Bacchides ædificauerat
13 * & reliquit vnuſquiſque locum ſuum, &
14 abijt in terram ſuam: * tantum in Bethſura
remanſerũt aliqui ex his, qui reliquerant legẽ
& præcepta Dei, erat enim hæc eis ad refu-
15 gium. * Et audiuit Alexander rex promiſſa,
B quæ promiſit Demetrius Ionathæ: & narra-
uerunt ei prælia, & virtutes, quas ipſe fecit, et
fratres eius, et labores, quos laborauerunt,
16 * et ait: Numquid inueniemus aliquem vi-
rum talem? et nunc faciemus eum amicum
17 et ſocium noſtrum. * Et ſcripſit epiſtolam
18 et miſit ei ſecundũ hæc verba, dicẽs: * REX
19 Alexãder fratri Ionathæ ſalutem. * Audiui-
mus de te quod vir potẽs ſis viribus, et aptus
20 es vt ſis amicus noſter: * et nunc cõſtituimus
te hodie ſummum ſacerdotem gẽtis tuæ, et
vt amicus voceris regis, (et miſit ei purpurã,
et coronam aureã) et quæ noſtra ſunt ſen-
tias nobiſcum, et conſerues amicitias ad
21 nos. * Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſe-
ptimo menſe, anno centeſimo ſexageſimo in
die ſolemni ſcenopegiæ: et congregauit e-
22 xercitum, et fecit arma copioſa. * Et audiuit
De-

Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt ni-
mis, & ait: * Quid hoc fecimus, quod præoc- 23
cupauit nos Alexander apprehendere ami-
citiam Iudæorum ad munimen ſui? * Scri- 24
bam, & ego illis verba deprecatoria, & digni-
tates, & dona: vt ſint mecum in adiutorium.
* Et ſcripſit eis in hæc verba: Rex Demetrius 25
genti Iudæorum ſalutem: * Quoniam ſerua- 26
ſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia
noſtra, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros
audiuimus, & gauiſi ſumus. * Et nunc per- 27
ſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidem, &
retribuemus vobis bona pro his, quæ feciſtis C
nobiſcum: * & remittemus vobis præſtatio- 28
nes multas, & dabimus vobis donationes. * 29
Et nunc abſoluo vos, & omnes Iudæos à tri-
butis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas re-
mitto, & tertias ſeminis: * & dimidiam par- 30
tem fructus ligni, quod eſt portionis meæ, re-
linquo vobis ex hodierno die, & deinceps, ne
accipiatur à terra Iuda, & à tribus ciuitati-
bus, quæ additæ ſunt illi ex Samaria, & Ga-
lilæa ex hodierna die, & in totum tempus:
& Ieruſalem ſit ſancta, & libera cum finibus 31
ſuis: & decimæ, & tributa ipſius ſint. * Re- 32
mitto etiam poteſtatem arcis, quæ eſt in Ie-
ruſalem: & do eam ſummo ſacerdoti, vt con-
ſtituat in ea viros quoſcũq. ipſe elegerit, qui
cuſtodiant eam. * Et omnem animam Iu- 33
dæorum, quæ captiua eſt à terra Iuda in om-
ni regno meo relinquo liberam gratis, vt om-
nes à tributis ſoluantur, etiam pecorum ſuo-
rum. * Et omnes dies ſolemnes, & ſabbata, & 34
neomeniç, dies decreti, & tres dies ante diem
ſolemnem, & tres dies poſt diem ſolemnem
ſint omnes immunitatis, & remiſſionis om-
nibus Iudæis, qui ſunt in regno meo: * & ne- 35
mo habebit poteſtatem agere aliquid, & mo-
uere negocia aduerſus aliquem illorum in
omni cauſa. * Et aſcribantur ex Iudæis in e- 36
xercitu regis ad triginta millia virorum: &
dabuntur illis copiæ, vt oportet omnibus e-
xercitibus regis, & ex eis ordinabuntur, qui
ſint in munitionibus regis magni: * & ex his 37
conſtituentur ſuper negocia regni, quç agun-
tur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambu-
lent in legibus ſuis, ſicut præcepit rex in ter-
ra Iuda. * Et tres ciuitates, quæ additæ ſunt 38
Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa re- D
putentur: vt ſint ſub vno, & nõ obediant alij
poteſtati, niſi ſummi ſacerdotis. * Ptolemai- 39
da, & confines eius, quas dedi donum ſãctis,
qui ſũt in Ieruſalem ad neceſſarios ſumptus
ſanctorum. * Et ego do ſingulis annis quin- 40
decim millia ſiclorum argenti de rationibus
regis, quæ me cõtingunt: * & omne, quod re- 41
liquum fuerit, quod non reddiderant, qui ſu-
per negocia erant annis prioribus, ex hoc da-
bunt in opera domus. * Et ſuper hæc quinq. 42
millia ſiclorum argenti, quæ accipiebant de
ſanctorum ratione per ſingulos annos, & hęc
ad ſacerdotes pertineant, qui miniſterio fun-
guntur. * Et quicumque confugerint in tem- 43
plum, quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus fi-
nibus eius, obnoxij regni in omni negocio di-
mittantur, & vniuerſa, quæ ſunt eis in regno
44 meo libera habeant. * Et ad ædificanda, vel
reſtauranda opera ſanctorum, ſumptus da-
45 buntur de ratione regis: * & ad extruendos
muros Ieruſalem, & communiendos in cir-
cuitu ſumptus dabuntur de ratione regis, &
46 ad conſtruendos muros in Iudæa. * Vt au-
diuit autem Ionathas, & populus ſermones
iſtos, "non crediderunt eis, nec receperũt eos: " Sup. 7. b. 12.
quia recordati ſunt malitiæ magnæ, quam
47 fecerat in Iſrael, & tribu auerat eos valdè. *
Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipſe
fuerat eis princeps ſermonum pacis, & ipſi
48 auxilium ferebant omnibus diebus. * Et cõ-
gregauit rex Alexander exercitum magnum:
49 & admouit caſtra contra Demetrium. * Et
commiſerunt prælium duo reges: & fugit e-
xercitus Demetrij, & inſecutus eſt eum Ale-
50 xander, & incubuit ſuper eos. * Et inualuit
prælium nimis, donec occidit Sol: & cecidit
51 Demetrius in die illa. * Et miſit Alexander
E ad Ptolæmæum regem Ægypti legatos ſe-
52 cundum hæc verba, dicens. * QVONIAM
regreſſus ſum in regnum meum, & ſedi in
ſede patrum meorum, & obtinui principa-
tũ, & contriui Demetrium, & poſſedi regio-
53 nem noſtram, * & commiſi pugnam cum eo,
& contritus eſt ipſe, & caſtra eius à nobis, &
54 ſedebimus in ſede regni eius: * & nunc ſta-
tuamus adinuicem amicitiam, & da mihi fi-
liam tuam vxorem, & ego ero gener tuus, &
55 dabo tibi dona, & ipſi digna te. * Et reſpon-
dit rex Ptolemæus, dicens: FELIX dies, in
qua reuerſus es ad terram patrum tuorum,
56 & ſediſti in ſede regni eorum. * Et nunc fa-
ciã tibi, quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi Pto-
lemaidam, vt videamus inuicem nos, & ſpõ-
57 deã tibi ſicut dixiſti. * Et exiuit Ptolemæus
de Ægypto, ipſe, & Cleopatra filia eius, & ve-
nit Ptolemaidã anno cẽteſimo ſexageſimoſe-
58 cũdo. * Et occurit ei Alexãder rex, & dedit ei
Cleopatram filiam ſuá: & fecit nuptias eius
59 Ptolemaidæ, ſicut reges, in magna gloria. *
Et ſcripſit rex Alexander Ionathç, vt veniret
60 obuiam ſibi. * Et abijt cum gloria Ptolemai-
dam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit
illis argentum multum, & aurum: & dona:
61 & inuenit gratiam in conſpectu eorum. * Et
conuenerunt aduerſus eum viri peſtilentes
ex Iſrael, viri iniqui interpellantes aduerſus
62 eum: & non intendit ad eos rex. * Et iuſſit
ſpoliari Ionatham veſtibus ſuis, & indui eũ
purpura: & ita fecerunt. Et collocauit eum
63 rex ſedere ſecum. * Dixitq. principibus ſuis
Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædi-
cate, vt nemo aduerſus eum interpellet de
vllo negocio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de
64 vlla ratione. * Et factum eſt, vt viderunt, qui
F interpellabant gloriam eius, quæ prædicaba-
tur, & opertum eum purpura, fugerunt om-
65 nes: * & magnificauit eum rex, & ſcripſit eũ
inter primos amicos, & poſuit eum ducem,
66 & participem principatus * Et reuerſus eſt
Ionathas in Ieruſalem cum pace, & lætitia.
67 * In anno centeſimo ſexageſimo quinto ve-

nit Demetrius filius Demetrij à Creta in ter-
ram patrum ſuorum. * Et audiuit Alexan- 68
der rex, & contriſtatus eſt valdè, & reuerſus
eſt Antiochiam. * Et conſtituit Demetrius 69
rex Apollonium ducem, qui præerat Celeſy-
riæ: & congregauit exercitum magnum, & ac-
ceſſit ad Iamniam, & miſit ad Ionathã ſum-
mum ſacerdotem, * dicens: Tu ſolus reſiſtis 70
nobis: ego autem factus ſum in deriſum, &
in opprobrium, propterea quia tu poteſtatẽ
aduerſum nos exerces in montibus. * Nunc 71
ergo ſi confidis in virtutibus tuis, deſcende
ad nos in campum, & comparemus illic, in-
uicem: quia mecum eſt virtus bellorum: * in 72
terroga, & diſce quis ſum ego, & ceteri, qui
auxilio ſunt mihi, qui & dicunt quia non po
teſt ſtare pes veſter ante faciem noſtrã, quia
bis in fugam conuerſi ſunt patres tui in ter-
ra ſua: * & nunc quomodo poteris ſuſtinere 73
equitatum, & exercitum tantum in campo,
vbi non eſt lapis, neque ſaxũ, neque locus fu-
giendi? * Vt audiuit autem Ionathas ſermo 74
nes Apollonij, motus eſt animo, & elegit de-
cem millia virorum, & exijt ab Ieruſalem, &
occurrit ei Simon frater eius in adiutorium,
* & applicuerunt caſtra in Ioppen, & excluſit 75
eum à ciuitate: quia cuſtodia Apolonij Iop-
pe erat, & oppugnauit eam. * Et exterriti qui 76
erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Io
nathas Ioppen. * Et audiuit Apollonius, & 77
tria millia equitum, & exercitum multum. G
* Et abijt Azotum tamquam iter faciens, & 78
ſtatim exijt in campũ, eo quod haberet mul-
titudinem equitum, & confideret in eis. Et
inſecutus eſt eum Ionathas in Azotum, &
commiſerũt prælium. * Et reliquit Apollo- 79
nius in caſtris mille equites poſt eos occul-
tè. * Et cognouit Ionathas quoniam inſidiæ 80
ſunt poſt ſe, & circuierunt caſtra eius, & eie-
cerunt iacula in populum à mane vſq. ad ve-
ſperam, * Populus autem ſtabat ſicut præce 81
perat Ionathas: & laborauerunt equi eorũ.
* Et eiecit Simon exercitum ſuum, & com- 82
miſit contra legionem, equites enim fatigati
erant, & contriti ſunt ab eo, & fugerunt. * Et 83
qui diſperſi ſunt per campum, fugerunt in
Azotum, & intrauerunt in Bethdagon ido-
lum ſuum, vt ibi ſe liberarent. * Et ſuccendit 84
Ionathas Azotum, & ciuitates, quæ erant in
circuitu eius, & accepit ſpolia eorum, & tem-
plum Dagon, & omnes, qui fugerunt in illud
ſuccendit igni. * Et fuerunt qui ceciderũt gla 85
dio cum his, qui ſuccenſi ſunt, ferè octo mil-
lia virorum. * Et mouit inde Ionathas caſtra 86
& applicuit ea Aſcalonem, & exierunt de ci-
uitate obuiam illi in magna gloria. * Et re- 87
uerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum ſuis
habentibus ſpolia multa. * Et factum eſt: vt 88
audiuit Alexander rex ſermones iſtos, addi-
dit adhuc glorificare Ionathan. * Et miſit ei 89
fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt dari
cognatis regum. Et dedit ei Accaron, & om-
ne fines eius in poſſeſſionem.

CAP. XI.

1 A ET rex Ægypti congregauit exercitum, ſi-
cut arena, quæ eſt circa oram maris, & na
ues multas, & quærebat obtinere regnum A-
2 lexandri dolo, & addere illud regno ſuo. * Et
exijt in Syriam verbis pacificis, & aperiebant
ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandaue-
rat Alexander rex exire ei obuiam, eo quod
3 ſocer ſuus eſſet. * Cum autem introiret ciui-
tatem Ptolemæus, ponebat cuſtodias militũ
4 in ſingulis ciuitatibus. * Et vt appropiauit A-
zoto, oſtenderunt ei templum Dagon ſuccẽ-
ſum igni, & Azotum, & cetera eius demolita,
& corpora proiecta, & eorum, qui cæſi erant
5 in bello, tumulos quos fecerant ſecus viam. *
Et narrauerunt regi, quia hæc fecit Ionathas,
6 vt inuidiam facerent ei: & tacuit rex. * Et oc-
currit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, &
inuicem ſe ſalutauerunt, & dormierunt illic.
7 * Et abijt Ionathas cũ rege, vſque ad fluuiũ,
qui vocatur Eleutherus: & reuerſus eſt in Ie-
8 ruſalem. * Rex autem Ptolemæus obtinuit
dominium ciuitatum vſq Seleuciam mariti-
mam, & cogitabat in Alexandrum conſilia
9 mala. * Et miſit legatos ad Demetrium, dicẽs:
VENI, componamus inter nos pactum, &
B dabo tibi filiam meam, quam habet Alexan-
10 der, & regnabis in regno patris tui * pœnitet
enim me quod dederim illi filiam meã: quç-
11 ſiuit enim me occidere. * Et vituperauit eũ,
12 propterea quod concupierat regnum eius. *
Et abſtulit filiam ſuam, & dedit eam Deme-
trio, & alienauit ſe ab Alexandro, & manife-
13 ſtatæ ſunt inimicitiæ eius. * Et intrauit Pto-
læmeus Antiochiam, & impoſuit duo dia-
14 demata capiti ſuo, Aegypti, & Aſiæ. * Alexan-
der autem rex erat in Cilicia illis temporib.
15 quia rebellabant, qui erant in locis illis. * Et
audiuit Alexander, & venit ad eum in bellũ:
& produxit Ptolemęus rex exercitũ, & occur-
16 rit ei in manu valida, & fugauit eum. * Et fu
git Alexander in Arabiam, vt ibi protegere-
17 tur: rex autem Ptolemæus exaltatus eſt. * Et
abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri: &
18 miſit Ptolemæo. * Et rex Ptolemæus mor-
tuus eſt in die tertia, & qui erant in munitio-
nibus, perierunt ab his, qui erant intra caſtra.
19 * Et regnauit Demetrius anno centeſimo ſe-
20 xageſimo ſeptimo * In diebus illis congrega-
uit Ionathas eos, qui erant in Iudæa, vt ex-
pugnarent arcem, quæ eſt in Ieruſalem: & fe-
21 cerunt contra eam machinas multas. * Et a-
bierunt quidam, qui oderant gentem ſuam
viri iniqui ad regem Demetrium, & renun-
ciauerunt ei quod Ionathas obſideret arcem.
22 * Et vt audiuit, iratus eſt: & ſtatim venit ad
Ptolemaidam, & ſcripſit Ionathæ ne obſide-
ret arcem, ſed occurreret ſibi ad colloquium
23 feſtinatò. * Vt audiuit autem Ionathas, iuſſit
C obſidere: et elegit de ſenioribus Iſrael, et de
24 ſacerdotibus, et dedit ſe periculo. * Et acce-

pit aurum,& argentum,& vestem,& alia xe-
nia multa, & abijt ad regem Ptolemaidam ,
& inuenit gratiam in conspectu eius.* Et in-25
terpellabant aduersus eum , quidam iniqui
ex gente sua.* Et fecit ei rex sicut fecerant ei,26
qui ante eum fuerant:& exaltauit eum in cõ-
spectu omnium amicorum suorum,*& sta- 27
tuit ei principatum sacerdotis , & quæcumq.
alia habuit prius pretiosa,& fecit eum princi-
pem amicorum . * Et postulauit Ionathas à 28
rege , vt immunem faceret Iudæam , & tres
Toporchias, & Samariam, & confines eius :
& promisit ei talenta trecenta.* Et consensit 29
rex,& scripsit Ionathę epistolas de his omni-
bus,hunc modum continentes:* REX De- 30
metrius fratri Ionathæ salutem, & genti Iu-
dæorum.* Exemplum epistolæ,quam scrip-31
simus Lastheni parenti nostro de vobis,misi-
mus ad vos,vt sciretis:* Rex Demetrius La- 32
stheni parenti salutem.* Genti Iudęorum a-33
micis nostris,& conseruantibus,quæ iusta sũt
apud nos,decreuimus benefacere propter be-
nignitatem ipsorum,quam erga nos habent.
* Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ,& 34
tres ciuitates, Lydan, & Ramathan,quæ ad- D
ditæ sunt Iudææ ex Samaria, & omnes cõfi-
nes earum sequestrari omnibus sacrificanti-
bus in Ierosolymis pro his , quæ ab eis prius
accipiebat rex per singulos annos,& pro fru-
ctibus terræ,& pomorum. * Et alia,quæ ad 35
nos pertinebant decimarum , & tributorum
ex hoc tempore remittimus eis: & areas sali-
narum,& coronas, quæ nobis deferebantur,
*omnia ipsis concedimus:& nihil horum ir-36
ritum erit ex hoc,& in omne tempus.* Nũc 37
ergo curate facere horum exemplum, & de-
tur Ionathæ, & ponatur in monte sancto,in
loco celebri.* Et videns Demetrius rex,quod 38
siluit terra in conspectu suo , & nihil ei resi-
stit , dimisit totum exercitum suum, vnum-
quemq. in locum suum,excepto peregrino e-
xercitu,quem contraxit ab insulis Gentium :
& inimici erant ei omnes exercitus patrum
eius.* Tryphon autem erat quidam partium 39
Alexandri prius : & vidit quoniam omnis e-
xercitus murmurabat contra Demetrium,&
iuit ad Emalchuel Arabẽ , qui nutriebat An-
tiochum filium Alexandri:* & affidebat ei, 40
vt traderet eum ipsi , vt regnaret loco patris
sui:& enunciauit ei, quanta fecit Demetrius,
& inimicitias exercituum eius aduersus illũ.
Et mansit ibi diebus multis.* Et misit Iona- 41
thas ad Demetrium regem , vt eijceret eos , E
qui in arce erant in Ierusalem, & qui in præ-
sidijs erant:quia impugnabãt Israel.* Et mi- 42
sit Demetrius ad Ionathan,dicens: Non hæc
tantum faciam tibi,& genti tuæ,sed gloria il-
lustrabo te , & gentem tuam cum fuerit op-
portunum.* Nunc ergo rectè fecer s,si mise- 43
seris in auxilium mihi viros : quia discessit
omnis exercitus meus.* Et misit ei Ionathas 44
tria millia virorum fortium Antiochiam : &
venerunt ad regem , & delectatus est rex in
aduentu eorum:* Et conuenerunt,qui erant 45
de ciuitate,centum viginti millia virorum,&
46 volebant interficere regem.* Et fugit rex in
aulam,& occupauerunt,qui erant de ciuitate,
47 itinera ciuitatis,& cœperunt pugnare. * Et
vocauit rex Iudæos in auxilium,& conuene-
runt omn es simul ad eum, & dispersi sunt
48 omnes per ciuitatem : * & occiderunt in i-
la die centum millia hominum,& succende-
runt ciuitatem,& cęperũt spolia multa in die
49 illa,& liberauerunt regem.* Et viderunt,qui
erant de ciuitate,quod obtinuissent Iudęi ci-
uitatem sicut volebant:& infirmati sunt mẽ-
te sua , & clamauerunt ad regem cum preci-
50 bus,dicẽtes.* Da nobis dextras,& cessent Iu-
dæi oppugnare nos,& ciuitatem.* Et proie-
F cerũt arma sua,& fecerunt pacem,& glorifi-
cati sunt Iudæi in conspectu regis, & in con-
spectu omnium, qui erant in regno eius, &
nominati sunt in regno:& regressi sũt in Ie-
52 rusalem habentes spolia multa . * Et sedit
Demetrius rex in sede regni sui:& siluit ter-
53 ra in conspectu eius. * Et mentitus est omnia quæcumq. dixit, & abalienauit se à Ionatha,& non retribuit ei secundum beneficia,
54 quę sibi tribuerat,& vexabat eũ valdè.* Post hæc autem reuersus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit, &
55 imposuit sibi diadema.* Et congregati sunt ad eũ oẽs exercitus, quos dispersérat Demetrius,& pugnauerunt contra eum:& fugit:&
56 terga vertit.* Et accepit Tryphon bestias, &
57 & obtinuit Antiochiã:*& scripsit Antiochus adolescens Ionathæ,dicẽs: Constituo tibi sacerdotiũ, & constituo te super quatuor ciui-
58 tates,vt sis de amicis regis.* Et misit illi vasa aurea in ministerium,& dedit ei potestatem bibendi in auro,& esse in purpura,& habere
59 fibulam aureã:*& Simonẽ fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri,vsque ad fines
60 Ægypti. * Et exijt Ionathas, & perãbulabat trans flumẽ ciuitatis:& cõgregatus est ad eũ omnis exercitus Syriæ in auxilium , & venit
Ascalonẽ,& occurrerunt ei honorificè de ci-
61 uitate.* Et abijt inde Gazam,& conclusérũt se,qui erant Gazæ:& obsedit eã,& succendit quæ erãt in circuitu ciuitatis,& prædatus est
62 ea.* Et rogauerũt Gazenses Ionathã , & de-
G dit illis dexteram, & accepit filios eorũ obsides,& misit illos in Ierusalem, & perambu-
63 lauit regionem,vsq. Damascũ . * Et audiuit Ionathas,quòd præuaricati sũt principes Demetrij in Cades,quæ est in Galilæa, cũ exercitu multo, volentes eũ remouere à negocio
64 regni,* & occurrit illis:fratrẽ aũt suũ Simo-
65 nẽ reliquit intra prouinciã. * Et applicuit Simon ad Bethsurã , & expugnabat eã diebus
66 multis,& conclusit eos.* Et postulauerũt ab eo dextras accipere,& dedit illis, & eiecit eos inde,& cępit ciuitatem,& posuit in ea præsi-
67 diũ.* Et Ionathas, & castra eius applicuerũt ad aquã Genesar, & ante lucẽ vigilauerũt in
68 in cãpo Asor, * & ecce castra alienigenarum occurrebant in cãpo, & tendebant ei insidias in mõtibus:ipse autem occurrit ex aduerso .
69 * Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, &
70 commiserunt prælium,* Et fugerũt,qui erãt ex

ex parte Ionathæ omnes, & nemo relict* est
ex eis,nisi Mathathias filius Absolomi,& Iu-
das filius Calphi, princeps militiæ exercitus.
* Et scidit Ionathas vestimenta sua , & po- 71
suit terram in capite suo, & orauit. * Et re- 72
uersus est Ionathas ad eos in prælium, & cõ-
uertit eos in fugam, & pugnauerunt . * Et 73
viderunt, qui fugiebant partis illius , & re-
uersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo
omnes vsque Cades ad castra sua , & perue-
nerunt vsque illuc:* & ceciderunt de alieni- 74
genis in die illa tria millia virorum,& reuer-
sus est Ionathas in Ierusalem .

CAP. XII.

ET vidit Ionathas,quia tẽpus eum iuuat, 1
elegit viros, & misit eos Romam sta- A
uere, & renouare cum eis amicitiam : * & 2
ad Spartiatas , & ad alia loca misit epistolas
secundum eandẽ formam:*& abierunt Ro- 3
mam , & intrauerunt curiam , & dixerunt:
Ionathas summus sacerdos , & gens Iudæo-
rum miserunt nos, vt renouaremus amici-
tiam , & societatem secundum pristinum .
*Et dederũt illis epistolas ad ipsos per loca , 4
vt deducerent eos in terram Iuda cum pace.
* Et hoc est exemplum epistolarum , quas 5
scripsit Ionathas Spartiatis : * IONATHAS 6
summus sacerdos , & seniores gentis , & sa-
cerdotes, & reliquus populus Iudæorum
Spartiatis fratribus salutem . * Iampridem 7
missæ erant epistolæ ad Oniam summũ sa-
cerdotem ab Ario , qui regnabat apud vos , B
quoniam estis fratres nostri,sicut rescriptum
continet,quod subiectum est . * Et suscepit 8
Onias virum, qui missus fuerat, cũ honore :
& accepit epistolas , in quibus significabatur
de societate, & amicitia . * Nos, cum nullo 9
horum indigeremus , habentes solatio san-
ctos libros,qui sunt in manibus nostris,*ma- 10
luimus mittere ad vos renouare fraternita-
tem, & amicitiam , ne fortè alieni efficiamur
a vobis : multa enim tempora transierunt ,
ex quo misistis ad nos . * Nos ergo in omni 11
tempore sine intermissione in diebus solem-
nibus, & cęteris , quibus oportet , memores
sumus vestri in sacrificijs , quæ offerimus ,
& in obseruationibus , sicut fas est , & decet
meminisse fratrum.* Lætamur itaq;de glo- 12
ria vestra.* Nos autẽ circumdederunt mul- 13
tæ tribulationes , & multa prælia , & impu-
gnauerunt nos reges,qui sunt in circuitu no-
stro.* Noluimus ergo vos is molesti esse,ne- 14
que cęteris socijs, & amicis nostris in his prę-
lijs. * habuimus enim de cęlo auxilium , & 15
liberati sumus nos , & humiliati sunt inimi- C
ci nostri.* Elegimus itaque Numenium An- 16
tiochi filium, & Antipatrem Iasonis filiũ,&
misimus ad Romanos renouare cũ eis ami-
citiam,& societatem pristinam. * Mandaui- 17
mus itaque eis , vt veniant etiam ad vos, &
salutent vos : & reddant vobis epistolas no-
stras de innouatione fraternitatis nostræ .
* Et nunc benefacietis respõdentes nobis ad 18
19 hæc. * Et hoc est rescriptum epistolarum
20 quod miserat Oniæ : * Arius, rex Spartiata-
21 rum Oniæ sacerdoti magno salutem * inuẽ-
tum est in scriptura de Spartiatis, & Iudæis ,
quoniam sunt fratres, & quod sunt de gene-
22 re Abraham.* Et nunc ex quo hæc cognouimus,benefacitis scribentes nobis de pace ve-
23 stra : * Sed & nos rescripsimus vobis : Pecora nostra,& possessiones nostræ,vestræ sũt:
& vestræ , nostræ : mandauimus itaque hæc
24 nunciari vobis . * Et audiuit Ionathas quoniam regressi sunt principes Demetrij cum
exercitu multo supra , quam prius, pugnare
25 aduersus eum, * & exijt ab Ierusalem,& oc-
D currit eis in Amathite regione : non enim
dederat eis spatium,vt ingrederentur regio-
26 nem eius. * Et misit speculatores in castra
eorum:& reuersi renunciauerunt,quod con-
27 stituunt superuenire illis nocte. * Cum occidisset autem Sol præcepit Ionathas suis vigilare , & esse in armis paratos ad pugnam
tota nocte , & posuit custodes per circuitum
28 castrorum.* Et audierunt aduersarij,quod paratus est Ionathas cum suis in bello : & timuerunt,& formidauerunt in corde suo,&
29 accenderunt foces in castris suis. * Ionathas autem , & qui cum eo erant , non cognouerunt vsque mane : videbant autem lumina-
30 ria ardentia,* & secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos: transierãt enim flu-
31 mẽ Eleutherium. * Et diuertit Ionathas ad
E Arabas, qui vocantur Zabadæi , & percussit
32 eos, & accepit spolia eorum. * Et iunxit, & venit Damascum , & perambulabat omnem
33 regionem illam. * Simon autem exijt,& venit vsque ad Ascalonem, & ad proxima præsidia : & declinauit in Ioppen , & occupauit
34 ea (* audiuit enim quod vellent præsidium tradere partibus Demetrij,) & posuit ibi cu-
35 stodes, vt custodirent eam,* Et reuersus est Ionathas , & conuocauit seniores populi , &
cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iu-
36 dæa , * & ædificare muros in Ierusalem , &
exaltare altitudinem magnam inter medium arcis, & ciuitatis,vt separaret eam à ciuitate, vt esset ipsa singulariter,& neq.emãt,
37 neque vendant.* Et conuenerunt, vt ædificarent ciuitatem : & cecidit murus , qui erat
super torrentem ab ortu Solis, & reparauit
38 eum,qui vocatur Capheteha:*& Simõ ædificauit Adiada in Sephela , & muniuit eam ,
39 imposuit portas,& seras.*Et cum cogitasset
F Tryphõ regnare Asiæ,& assumere diadema
40 extendere manũ in Antiochum regem: * timens ne fortè non permitteret eũ Ionathas ,
sed pugnaret aduersus eũ,quęrebat comprehendere eum,& occidere . Et exurgens abijt
41 in Bethsan . * Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum ele-
42 ctorum in prælium , & venit Bethsan. * Et
vidit Tryphon,quia venit Ionathas cũ exercitu multo , vt extenderet in eum manus.
43 timuit, * & excepit eum cũ honore, & commendauit eum omnibus amicis suis , et dedit ei munera ; & præcepit exercitibus suis,

vt obedirent ei, sicut sibi. * Et dixit Ionathæ: 44
Vt quid vexasti vniuersum populum, cum
bellum nobis non sit? * Et nunc remitte eos 45
in domos suas: elige autem tibi viros pau-
cos, qui tecum sint, & veni mecũ Ptolemai-
dam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia
& exercitum, & vniuersos præpositos nego-
cij, & conuersus abibo: propterea enim ve-
ni, * Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimi- 46
sit exercitũ, & abierunt in terram Iuda. * re- 47
tinuit autem secum tria millia virorum: ex
quibus remisit in Galilæam duo millia, mil-
le autem venerunt cũ eo. * Vt autem intra- 48
uit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt por-
tas ciuitatis Ptolemenses: & comprehende-
runt eum: & omnes, qui cum eo intrauerant,
gladio interfecerunt. * Et misit Triphõ exer- 49
citum, & equites in Galilæam, & in campum
magnum, vt perderent omnes socios Iona-
thæ. * At illi cum cognouissent, quia compre- 50
hensus est Ionathas, & perijt, & omnes, qui
cum eo erãt, hortati sunt semetipsos, & exie-
runt parati in prælium. * Et videntes hi, qui 51
insecuti fuerant, quia pro anima res est illis,
reuersi sunt: * illi autem venerunt omnes 52
cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Io-
nathan, & eos, qui cum ipso erant, valde: &
luxit Israel luctu magno. * Et quęsierũt om- 53
nes gentes, quæ erant in circuitu eorum con-
terere eos, dixerunt enim: * Non habent 54
principem, & adiuuantem: nunc ergo expu-
gnemus illos, & tollamus de homin. bus me-
moriam eorum.

CAP. XIII.

ET audiuit Simon, quod cõgregauit Try- 1
phon exercitũ copiosum, vt veniret in A
terram Iuda, & attereret eam. * Videns quia 2
in tremore populus est, & in timore, atten-
dit Ierusalem, & congregauit populum: * & 3
adhortans dixit: Vos scitis quanta ego, & fra-
tres mei, & domus patris mei fecimus pro
legibus, & pro sanctis prælia, & angustias
quales vidimus: * horum gratia perierunt 4
fratres mei omnes propter Israel, & relictus
sum ego solus. * Et nunc non mihi contin- 5
gat parcere animæ meæ in omni tempore
tribulationis: non enim melior sum fratri-
bus meis. * Vindicabo itaq; gentem meam,
& sanctą, natos quoque nostros, & vxores:
quia congregatę sunt vniuersæ gentes conte-
rere nos inimicitiæ gratia. * Et accensus est 7
spiritus populi simul, vt audiuit sermones B
istos: * & responderunt voce magna dicen- 8
tes: Tu es dux noster loco Iudæ, & Ionathæ
fratris tui: * pugna prælij nostrũ: & omnia, 9
quæcũque dixeris nobis, faciemus. * Et con- 10
gregans oés viros bellatores, accelerauit con-
summare vniuersos muros Ierusalẽ, & mu-
nuiit eam in gyro. * Et misit Ionathã filium 11
Absalomi, & cum eo exercitum nouum in
Ioppen: & eiectis his, qui erant in ea, reman-
sit illic ipse. * Et mouit Tryphon à Ptolemai- 12
da cum exercitu multo, vt veniret in terram
Iuda, & Ionathas eum eo in custodia. * Si- 13
mon autẽ applicuit in Addus contra faciem
cãpi. * Et vt cognouit Tryphõ, quia surrexit
Simon loco fratris sui Ionathæ: & quia com-
missurus esset cum eo prælium, misit ad eũ
legatos, * dicens: Pro argento, quod habebat 15
frater tuus Ionathas in ratione regis, propter
negotia, quæ habuit, detinuimus eum. * Et 16
nunc mitte argenti talenta centum, & duos
filios eiꝰ obsides, vt nõ dimissus fugiatã no- 17
bis, & remittemus eum. * Et cognouit Simõ,
C quia cum dolo loqueretur secum, iussit ta-
men dari argentũ, & pueros: ne inimicitiam
magnã sumeret ad populum Israel, dicentẽ: 18
* Quia non misit ei argentũ, & pueros, pro- 19
pterea perijt. * Et misit pueros, & centũ ta-
lenta: & mentitus est, & non dimisit Iona- 20
than. * Et post hæc venit Tryphon intra re-
gionem, vt cõtereret eam: & gyrauerunt per
viam, quæ ducit Ador: & Simon, & castra
eius ambulabant in omnem locũ quocum- 21
que ibant. * Qui autem in arce erant, mise-
rũt ad Tryphonem legatos: vt festinaret ve-
nire per desertũ, & mitteret illis alimonias. 22
* Et parauit Tryphon omnem equitatũ, vt
veniret illa nocte: erat autem nix multa val- 23
de, & non venit in Galaaditim. * Et cũ ap-
propinquasset Balcaman, occidit Ionathan, 24
& filios eius illic. * Et conuertit Tryphon, & 25
abijt in terram suam. * Et misit Simon, & ac-
D cepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea
in Modin ciuitate patrum eius. * Et planxe- 26
runt eum omnis Israel planctu magno, & lu-
xerunt eum dies multos. * Et ædificauit Si- 27
mõ super sepulchrũ patris sui, & fratrũ suo-
rum ædificium altum visu, lapide polito re-
tro, & ante: * Et statuit septem pyramidas, 28
vnam contra vnam patri, & matri, & qua-
tuor fratribus: * & his circumposuit colum- 29
nas magnas: & super columnas arma, ad me-
moriam æternam: & iuxta arma naues sculp-
tas, quæ viderentur ab omnibus nauigan-
bus mare. * hoc est sepulchrũ, quod fecit in 30
Modin, vsque in hunc diem. * Tryphon aũt 31
cum iter faceret cum Antiocho rege adole-
scente, dolo occidit eum. * Et regnauit loco 32
eius, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit
plagam magnam in terra. * Et ædificauit Si- 33
E mon præsidia Iudææ, muniens ea turribus
excelsis, & muris magnis, & portis, & seris:
& posuit alimẽta in munitionibus. * Et ele- 34
git Simon viros, & misit ad Demetrium re-
gẽ, vt faceret remissionẽ regioni: quia actus
omnes Tryphonis per direptionem fuerant
gesti. Et Demetrius rex ad verba ista respõ- 35
dit ei, & scripsit epistolam talem: * REX 36
Demetrius Simoni sũmo sacerdoti, & ami-
co regum, & senioribus, & Genti Iudæorum
salutem. * Coronam auream, & bahem, quã 37
misistis, suscepimus: & parati sumus facere
vobiscum pacem magnam, & scribere præ-
positis regis remittere vobis, quæ indulsi-
mus. * Quæcumque enim constituimus, vo- 38
bis cõstãt. * Munitiones, quas ędificastis, vo- 39
bis sint. * remittimus quoque ignorantias, & pec-

peccata vsque in hodiernum diem, & coro-
nam, quam debebatis: & si quid aliud: erat
tributariũ in Ierusalẽ, iam nõ sit tributariũ.
* Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter 40
nostros, conscribantur, & sit inter nos pax.
* Anno centesimo septuagesimò ablatũ est 41
iugum Gentium ab Israel. * Et cępit popu- 42
lus Israel scribere in tabulis, & gestis publi-
F cis, anno primo sub Simone summo sacer-
dote, magno duce, & principe Iudæorum.
* In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, 43
& circumdedit eam castris, & fecit machi-
nas, & applicuit ad ciuitatem, & percussit
turrem vnã, & comprehendit eam. * Et eru- 44
perant, qui erant intra machinam in ciuita-
tem: & factus est motus magnus in ciuitate.
* Et ascenderunt, qui erant in ciuitate cum 45
vxoribus, & filijs supra murum scissis tuni-
cis suis, & clamauerunt voce magna, postu-
lantes à Simone dextras sibi dari, & dixerũt:
* Non nobis reddas secundum malitias no- 46
stras, sed secundum misericordias tuas. * Et 47
flexus Simon non debellauit eos: eiecit ta-
G men eos de ciuitate, & mundauit ædes, in
quibus fuerant simulacra, & tunc intrauit in
eam cum hymnis benedicens Dominum:
* & eiecta ab ea omni immunditia, colloca- 48
uit in ea viros, qui legem facerent: & muni-
uit eam, & fecit sibi habitationem. * Qui au- 49
tem erant in arce Ierusalem, prohibebantur
egredi, & ingredi regionem, & emere, ac vẽ-
dere: & esurierũt valde, & multi ex eis fame
perierunt, * & clamauerunt ad Simonem, vt 50
dextras acciperent: & dedit illis: & eiecit eos
inde, & mundauit arcem à contaminationi-
bus: * & intrauerunt in eam tertia, & vigesi- 51
ma die secundi mensis, anno centesimo se-
ptuagesimo primo cum laude, & ramis pal-
marum, & cinyris: & cymbalis, & nablis, &
hymnis, & canticis, quia contritus est inimi-
cus magnus ex Israel. * Et constituit, vt om- 52
nibus annis agerentur dies hi cũ lætitia. * Et 53
muniuit montem templi, qui erat secus ar-
cem, & habitauit ibi ipse, & qui cũ eo erant.
* Et vidit Simon Ioannem filium suum, 54
quod fortis prælij vir esset: & posuit eũ du-
cem virtutum vniuersarum: & habitauit in
Gazaris.

CAP. XIIII.

ANno centesimo septuagesimo secundo 1
congregauit rex Demetrius exercitum A
suum, & abijt in Mediam ad contrahenda
sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem. * Et 2
audiuit Arsaces rex Persidis, & Mediæ, quia
intrauit Demetrius confines suos, & misit
vnum de principibus suis, vt cõprehenderet
eum viuũ, & adduceret eũ ad se. * Et abijt, 3
& percussit castra Demetrij: & comprehen-
dit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit
eum in custodiam. * Et siluit omnis terra Iu- 4
da omnibus diebus Simonis, & quæsiuit bo-
na genti suæ: & placuit illis potestas eius, &
gloria eius omnibus diebus. * Et cum omni 5
gloria sua accepit Ioppen in portum, & fecit
6 introitum in insulis maris, * Et dilatauit
7 fines gentis suæ, & obtinuit regionem. * Et
congregauit captiuitatem multam, & domi-
natus est Gazaræ, & Bethsuræ, & arci: et
abstulit immunditias ex ea, et non erat, qui
8 resisteret ei. * Et vnusquisque colebat terram
B suam cum pace: et terra Iuda dabat fructus
suos, et ligna camporum fructum suum.
9 * Seniores in plateis sedebant omnes, et de
bonis terræ tractabant, & [illegible] iuuenes indue-
10 bant se gloriam, et stolas belli. * Et ciuitati-
bus tribuebat alimonias, et constituebat eas
vt essent vasa munitionis quoadusq. nomi-
natũ est nomẽ gloriæ eius vsq. ad extremum
11 terræ. * Fecit pacem super terram, et lætatus
12 est Israel lætitia magna. * Et sedit vnusquis-
que sub vite sua, et sub ficulnea sua: et non
13 erat, qui eos terreret. * Defecit impugnans
eam super terram: reges contriti sunt in die-
14 bus illis. * Et confirmauit omnes humiles
populi sui, et legem exquisiuit, et abstulit
15 omnem iniquũ, et malum: * sancta glorifi-
16 cauit, et multiplicauit vasa sanctorum. * Et
auditũ est Romę, quia defunctus esset Iona-
thas: et vsque in Spartiatas: et cõtristati sunt
17 valde. * Vt audierũt autem, quod Simõ fra-
ter eius factus esset summus sacerdos loco
eius, et ipse obtineret omnem regionem, et
18 ciuitates in ea: * scripserunt ad eũ in tabulis
C æreis, vt renouarent amicitias, et societatem,
quam fecerant cum Iuda, et cum Ionatha
19 fratribus eius. * Et lectæ sunt in cõspectu ec-
clesiæ in Ierusalem. Et hoc exemplũ epistola-
20 rũ, quas Spartiatæ miserũt. * SPARTIANO
RVM principes, et ciuitates, Simoni sacerdo
ti magno, et senioribus, et sacerdotibus, et reli-
21 quo populo Iudæorũ, fratribus, salutẽ. * Le-
gati, qui missi sunt ad populũ nostrum, nun-
ciauerunt nobis de vestra gloria, et honore,
ac lætitia: et gauisi sumus in introitu eorum
22 * Et scripsimus, quæ ab eis erant dicta in cõ-
cilijs populi, sic: Numenius Anticchi, et An-
tipater Iasonis filius, legati Iudęorum, vene-
runt ad nos, renouãtes nobiscum amicitiam
23 pristinam. * Et placuit populo excipere vi-
ros gloriosè, et ponere exemplum sermo-
num eorum in segregatis populi libris, vt sit
ad memoriam populo Spartiatarum, Exem-
D plum autem horum scripsimus Simoni ma-
24 gno sacerdoti. * Post hæc autem misit Simõ
Numenium Romam, habẽtem clypeum au-
reum magnum, põdo mnarum mille, ad sta-
tuendam cum eis societatem. Cum autem
25 audisset populus Romanus * sermones istos
dixerũt: Quam gratiarum actionem redde-
26 mus Simoni, et filijs eius? * Restituit enim
ipse fratres suos, et expugnauit inimicos Is-
rael ab eis, et statuerunt ei libertatẽ, et descri-
pserunt in tabulis æreis, et posuerunt in titu-
27 lis in monte Sion. * Et hoc est exemplũ scri-
pturæ: OCTAVA decima die mẽsis Elul, an-
no centesimo septuagesimo secundo, anno
tertio sub Simone sacerdote magno in Asa-
28 ramel, * in cõuẽtu magno sacerdotũ, et po-
puli,

puli,& principum gentis,& seniorum regionis,nota facta sunt hæc: Quoniam frequenter facta sunt prælia in regione nostra.* Si- 29
mon autem Mathathiæ filius ex filijs Iarib, E
& fratres eius dederunt se periculo,& restiterunt aduersarijs gentis suæ,vt starent sancta ipsorum, & lex: & gloria magna glorificauerunt gentem suam.* Et congregauit Io- 30
nathas gentem suam,& factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suũ * Et voluerunt inimici eorum calcare, 31
& arterere regionẽ ipsorũ:& extendere manus in sancta eorum.* Tunc restitit Simon, 32
& pugnauit pro gente sua,& erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis suæ,& dedit illis stipendia: * & muniuit ci- 33
uitates Iudææ,& Bethsuram,quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hostium antea:& posuit illic præsidium viros Iudæos.
* Et Ioppen muniuit, quæ erat ad mare: 34
& Gazaram,quæ est in finibus Azoti,in qua hostes antea habitabant, & ﻫ collocauit illic Iudæos : & quæcumque apta erant ad
correptionem eorum,posuit in eis.* Et vi- 35
dit populus actum Simonis , & gloriam, quam cogitabat facere genti suæ, & posuerunt eum ducem suum,& principem sacerdotum, eo quod ipse fecerat hæc omnia, &
justitiam, & fidem, quam conseruauit genti suæ,& exquisiuit omni modo exaltare po F
pulum suum. * Et in diebus eius prospera- 36
tum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum,&qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce , de qua procedebant,& contaminabant omnia , quæ in
circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnam castitati: * & collocauit in ea 37
viros Iudæos ad tutamentum regionis,& ciuitatis,& exaltauit muros Ierusalem: * Et 38
rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium, * Secundum hæc fecit eum amicum 39
suum,& glorificauit eũ gloria magna.* Audiuit enim quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici,& socij,& fratres,& quia susceperunt legatos Simonis gloriosè: * & quia 41
Iudei,& sacerdotes eorum consenserunt eũ esse ducem suum, & summum sacerdotem.
in æternum, donec surgat propheta fidelis:
* & vt sit super eos dux,& vt cura esset illi 42
pro sanctis,& vt constituerent præpositos su- C
per opera eorũ,& super regionem, & super arma,& super præsidia: * & cura sit illi de 43
sanctis:& vt audiatur ab omnibus,& scribãtur in nomine eius omnes conscriptiones in regione : & vt operiatur purpura, & auro:
*& ne liceat vlli ex populo, & ex sacerdoti- 44
bus irritum facere aliquid horum,& contradicere his,quæ ab eo dicuntur,aut conuocare conuentum in regione sine ipso: & vesti-
ri purpura,& vti fibula aurea: * qui autẽ fe- 45
cerit extra hęc aut irritum fecerit aliquid horum,reus erit.* Et complacuit omni popu- 46
lo statuere Simonem , & facere secundum verba ista. * Et suscepit Simon,& placuit ei 47
vt sũmo sacerdotio fungeretur,& esset dux,
& princeps gentis Iudæorum , & sacerdo- 48
tum,& præesset omnibus. * Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis , &
ponere eas in peribolo sanctorum , in loco 49
celebri: * exemplum autem eorum ponere in ærario,vt habeat Simon,& filij eius.

CAP. XV.

1 A ET misit rex Antiochus filius Demetrij
epistolas ab insulis maris Simoni sacer
doti,& principi gentis Iudæorum,& vniuer
2 sæ genti:* & erant continentes hunc modũ:
REX Antiochus Simoni sacerdoti magno,
3 & genti Iudæorum salutem.*Quoniam qui
dem pestilentes obtinuerunt regnũ patrum
nostrorum, volo autem vendicare regnum,
& restituere illud sicut erat antea:& electam
feci multitudinem exercitus , & feci naues
4 bellicas.* Volo autem procedere per regio-
nẽ vt vlciscar in eos, qui corruperunt regionem nostram, & qui desolauerunt ciuitates
5 multas in regno meo.* Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes , quas remiserunt tibi
ante me omnes reges,& quęcumque alia do
6 na remiserunt tibi : * & permitto tibi facere percussurã proprij numismatis in regio-
7 ne tua: * Ierusalẽ autem sanctam esse,& li-
B beram, & omnia arma, quæ fabricata sunt,
& præsidia,quæ construxisti,quæ tenes,ma-
8 neant tibi.* Et omne debitum regis:& quæ futura sunt regi,ex hoc, & in totum tempus
9 remittuntur tibi.* Cũ autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te,& gentem tuam, & templum gloria magna,ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra.
10 * Anno centesimo septuagesimo quarto e-
xijt Antiochus in terram patrum suorum,
& conuenerunt ad eum omnes exercitus,ita
21 vt pauci relicti essent cum Tryphone, * Et
insecutus est eum Antiochus rex , & venit
12 Doram fugiens per maritimam. * sciebat
enim quòd congregata sunt mala in eum,
13 & reliquit eum exercitus.* & applicuit An-
C tiochus super Doram cum centum viginti
millibus virorum belligeratorum , & octo
14 millibus equitum: * & circuiuit ciuitatem,
& naues à mari accesserunt : & vexabant ciuitatem à terra, & mari , & neminem fine-
15 bant ingredi,vel egredi.* Venit autem Numenius,& qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma,habentes epistolas regibus , & regionibus scriptas , in quibus continebantur hæc:
16 * LVCIVS Consul Romanorũ,Ptolemęo
17 regi salutem.* Legati Iudæorum venerunt
ad nos amici nostri , renouantes pristinam
amicitiam, & societatem, missi à Simone principe Sacerdotum , & populo Iudæorũ.
18 * Attulerũt autem,& clypeũ aureum mna-
19 rum mille.* Placuit itaque nobis scribere re
gibus , & regionibus, vt non inferant illis
mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorum , & regiones eorum : & vt non ferant
20 auxiliũ pugnantibus aduersus eos.* Visum
21 autem est nobis accipere ab eis clypeum.* Si
qui

qui ergo pestilentes refugerũt de regione ip D
sorum ad vos,tradite eos Simoni principi sa
cerdotum , vt vindicet in eos secundum legem suam.* Hæc eadem scripta sunt Deme- 22
trio regi,& Attalo,&Ariarathi,& Arsaci,*& 23
in omnes regiones:& Lampsaco, & Spartiatis,& in Delum,& in Myndum,& in Sicyonem,& in Cariam,& in Samum,& in Pamphyliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo,& in Siden,& i Aradõ,& in Rhodon, & in Phaselidẽ, & in Gortynã,& Gnidum,& Cyprum,& Cyrenen.* Exemplum 24
autem eorum scripserunt Simoni principi
sacerdotum,& populo Iudæorum.* Antio- 25
chus autẽ rex applicuit castra in Doram secundo admouens ei semper manus, & machinas faciens : & concluſit Tryphonem,ne
procederet. * & misit ad eum Simon duo 26
millia virorum electorum in auxiliũ, & ar- F
gentum,& aurũ,& vasa copiosa:* & noluit 27
ea accipere, sed rupit omnia, quæ pactus est
cum eo antea,& alienauit se ab eo.* Et mi- 28
sit ad eum Athenobium vnũ de amicis suis
vt tractaret cum ipso,dicẽs: Vos tenetis Ioppen,& Gazaram,& arcem,quæ est in Ierusalem,ciuitates regni mei,* fines earum deso- 29
lastis,& fecistis plagam magnam in terra,&
dominati estis per loca multa in regno meo
* Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupa- 30
stis,& tributa locorum, in quibus dominati
estis extra fines Iudææ.* sin autẽ, date pro 31
illis quingenta talenta argenti,& exterminij,
quod exterminastis , & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta:sin autem veniemus,& expugnabimus vos.* Et venit Athe- 32
nobius amicus regis in Ierusalem, & vidit F
gloriam Simonis , & claritatem in auro,&
argento,& apparatum copiosum , & obstupuit,& retulit ei verba Regis.* Et respondit 33
ei Simon,& dixit ei: Neque alienam terram
sumpsimus , neque aliena detinemus , sed
hereditatẽ patrum nostrorum , quæ iniustè
ab inimicis nostris aliquo tempore possessa
est.* Nos verò tempus habentes,vindica- 34
mus hereditatem patrum nostrorum.* Nã 35
de Ioppe , & Gazara,quæ expostulas,ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra:horum damus talenta centum
Et non respondit ei Athenobius verbum, 36
*Reuersus autem cum ira ad regem,renun- G
ciauit ei verba ista , & gloriam Simonis, &
vniuersa,quæ vidit,& iratus est rex ira magna.* Tryphon autem fugit naui in Ortho- 37
siada.* Et constituit rex Cendebæum ducẽ 38
maritimum,& exercitum peditum,& equitum dedit illi.* Et mandauit illi mouere ca- 39
stra contra faciem Iudææ , & mandauit ei
ædificare Gedorem,& obstruere portas ciuitatis,& debellare populum. Rex autem per-
sequebatur Tryphonem.* Et peruenit Cen- 40
debæus Iamniam, & cœpit irritare plebem,
& conculcare Iudæam,& capiuare populũ,
& interficere.& ædificare Gedorẽ.* Et col- 41
locauit illic eqtes,& exercitũ,vt egressi pam
bularent viam Iudææ, sicut cõstituit ei rex.

CAP. XVI.

1 A ET ascendit Ioannes de Gazaris, & nun-
ciauit Simoni patri suo,quæ fecit Cen-
2 debæus in populo ipsorum. * Et vocauit Si-
mon duos filios seniores , Iudam , & Ioannem, & ait illis : Ego, & fratres mei,& domus patris mei expugnauimus hostes Israel
ab adolescentia vsque in hunc diem,& prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties. * Nunc autem senui, sed
3 estote loco meo,& fratres mei,& egressi pugnate pro gente nostra:auxilium verò de cę
4 lo vobiscum sit. * Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorũ, & equites,& profecti sunt ad Cendebæum,& dormierunt in Modin. * Et surrexerunt ma-
5 ne,& abierunt in campum, & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum , & equitum , & fluuius torrens erat inter medium
6 ipsorum.* Et admouit castra contra faciem
B eorum ipse , & populus eius , & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus, & viderũt
7 eum viri,& transierunt post eum. * Et diuisit populum , & equites in medio peditũ, erat autem equitatus aduersariorum copio-
8 sus nimis. * Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus,& castra eius:& ceciderunt ex eis multi vulnerati : residui autem in munitionem fugerunt.
9 * Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis : Ioannes autem insecutus est eos,donec
10 venit Cedron , quam ædificauit, * & fugerunt vsque ad turres , quæ erant in agris Azoti,& succendit eas igni . Et ceciderunt
ex illis duo millia virorum , & ﻫ reuersus
11 est in Iudæam in pace. * & Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho,& habebat argentum, & aurum mul-
12 tum.* erat enim gener summi sacerdo-
13 tis. * Et exaltatus est cor eius , & volebat obtinere regionem , & cogitabat dolum aduersus Simonem,& filios eius,vt tolleret eos
14 *Simon autem,perambulans ciuitates,quæ
C erant in regione Iudææ, & solicitudinem gerens earum,descendit in Iericho ipse,& Mathathias filius , & Iudas , anno centesimo septuagesimo septimo,mẽse vndecimo: hic
15 est mensis Sabath. * Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam , quæ vocatur Doch , cum dolo , quam ædificauit , & fecit eis conuiuium magnum ,& abscondit il-
16 lic viros. * Et cum inebriatus esset Simon, & filij eius,surrexit Ptolemæus cum suis,& sumpserunt arma sua, & intrauerunt in cõuiuium , & occiderunt eum,& duos filios
17 eius,& quosdam pueros eius,* & fecit decep-
tionem magnam in Israel,& reddidit ma-
18 la pro bonis : * scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi vt mitteret rei exercitum in auxiliũ, & traderet ei regionem , & ciuitates eo-
19 rum,& tributa.* Et misit alios in Gazam
tollere Ioannem, & tribunis misit epistolas,
vt

vt venirent ad ſe, & daret eis argentum, &
aurum, & dona. * Et alios miſit occupa- 20
re Ieruſalem, & montem templi. * Et 21
præcurrens quidam, nunciauit Ioanni in D
Gazara, quia perijt pater eius, & fratres
eius, & quia miſit te quoque interfici. * Vt 22
audiuit autem, vehementer expauit: &
comprehendit viros, qui venerant perde-
re eum, & occidit eos: cognouit enim
23 quia quærebant eum perdere. * Et cetera
ſermonum Ioannis, & bellorum eius,
& bonarum virtutum, quibus fortiter geſ-
ſit, & ædificij murorum, quos extruxit, &
24 rerum geſtarum eius: * ecce hæc ſcripta
ſunt in libro dierum ſacerdotij eius, ex quo
factus eſt princeps ſacerdotum poſt patrem
ſuum.

LIBER SECVNDVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

FRATRIBVS, qui ſunt per 1
Ægyptum, Iudæis, ſalu- A
tem dicunt fratres, qui
ſunt in Ieroſolymis, & Iu-
dæis, & qui in regione Iu-
dææ, & pacem bonam:
* Benefaciat vobis Deus, 2
& meminerit teſtamenti ſui, quod locutus
eſt Abraham, & Iſaac, & Iacob ſeruorum
ſuorum fidelium: * & det vobis cor omni- 3
bus, vt colatis eum, & faciatis eius volunta-
tem corde magno, & animo volenti. * A- 4
daperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præ-
ceptis ſuis, & faciat pacem. * Exaudiat ora- 5
tiones veſtras, & reconcilietur vobis, nec
vos deſerat in tempore malo. * Et nunc hic 6
ſumus orantes pro vobis. * Regnante Deme 7
trio, anno centeſimo ſexageſimo nono, nos B
Iudę ſcripſimus vobis in tribulatione, & im-
petu, qui ſuperuenit nobis in iſtis annis, ex
quo receſſit Iaſon à ſancta terra, & à regno.
* Portam ſuccenderunt, & effunderunt ſan- 8
guinem innocētem: & orauimus ad Domi-
num, & exauditi ſumus, & obtulimus ſacri-
ficium, & ſimilaginem, & accendimus lucer
nas, & propoſuimus panes. * Et nunc fre- 9
quentate dies ſcenopegiæ menſis Caſleu.
* Anno cēteſimo octogeſimo octauo, popu- 10
lus, qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa, Senatuſ C
que, & Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemęi
regis, qui eſt de genere chriſtorum ſacerdo-
tum, & his, qui in Ægypto ſunt, Iudæis ſalu-
tem, & ſanitatem. * De magnis periculis à 11
Deo liberati, magnificè gratias agimus ipſi,
vtpote qui aduerſus talem regem dimicaui-
mus. * Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos 12
qui pugnauerunt contra nos, & ſanctam ci-
uitatē: * Nam cum in Perſide eſſet dux ip- 13
ſe, & cum ipſo immenſus exercitus, cecidit
in templo Naneæ, conſilio deceptus ſacer-
dotum Naneæ. * etenim cū ea habitaturus 14
venit ad locum Antiochus, & amici eius, &
vt acciperet pecunias multas dotis nomine.
15 * Cumque propoſuiſſent eas ſacerdotes Na
D neæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra
16 ambitum fani, clauſerunt templum, * cum
intraſſet Antiochus apertoque occulto adi-
tu templi, mittētes lapides percuſſerunt du-
cem, & eos qui cum eo erant, & diuiſerunt
membratim, & capitibus amputatis foras
17 proiecerunt. * Per omnia benedictus Deus,
18 qui tradidit impios: * Facturi igitur quinta
& vigeſima die menſis Caſleu purificatio-
nem templi, neceſſarium duximus ſignifica
re vobis: vt & vos quoque agatis diem ſce-
nopegiæ, & diem ignis, qui datus eſt quādo
Nehemias ædificato templo, & altari, ob-
19 tulit ſacrificia. * Nam cum in Perſidem du-
E cerentur patres noſtri, ſacerdotes, qui tunc
cultores Dei erant, acceptum ignem de alta-
ri occultè abſconderunt in valle, vbi erat pu
teus altus, & ſiccus, & in eo conſtutati ſunt
eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus.
20 * Cum autem præteriſſent anni multi, &
placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege
Perſidis: nepotes ſacerdotum illorum, qui
abſconderant, miſit ad requirendum ignē,
& ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt
21 ignē, ſed aquā craſſam. * Et iuſſit eos hauri-
re, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita
erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa
aqua, & ligna, & quæ erant ſuperpoſita.
22 * Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit,
quo Sol refulſit, qui prius erat in nubilo, ac-
cenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mira-
23 rentur. * Orationem autem faciebāt omnes
ſacerdotes, dum conſummaretur ſacrificiū
Ionatha inchoante, ceteris autē reſponden-
24 tibus. * Et Nehemiæ erat oratio hunc habēs
F modum: DOMINE Deus omniū creator,
terribilis, & fortis, iuſtus, & miſericors, qui
25 ſolus es bonus rex, * ſolus præſtans, ſolus
iuſtus, & omnipotens, & æternus, qui libe-
ras Iſrael de omni malo, q. feciſti patres ele-
26 ctos, & ſanctificaſti eos: * accipe ſacrificium
pro vniuerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi
partem

partem tuam, & ſanctifica. * Congrega di- 27
ſperſionem noſtram, libera eos, qui ſeruiunt
Gentibus, & contemptos, & abominatos re-
ſpice: vt ſciant Gētes, quia tu es Deus noſter.
* Afflige opprimentes nos, & contumeliam 28
facientes in ſuperbia. * Conſtitue populum 29
"Deu.30 a.3.5. tuum in loco ſancto tuo, " ſicut dixit Moy-
Inf.2.d. ſes * Sacerdotes autem pſallebant hymnos, 30
11. vſquequo conſumptum eſſet ſacrificium. G
* Cum autem conſumptum eſſet ſacrificiū, 31
ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides ma-
iores perfundi. * Quod vt factum eſt, ex eis 32
flamma accenſa eſt: ſed ex lumine, quod re-
fulſit ab altari, conſumpta eſt. * Vt vero ma- 33
nifeſtata eſt res, renunciatum eſt regi Perſa-
rum, quod in loco, in quo ignem abſconde-
rant hi, qui tranſlati fuerant, ſacerdotes, aqua
apparuit, de qua Nehemias, & qui cum eo
erant, purificauerunt ſacrificia * Conſiderās 34
autem rex, & rem diligenter examinās, fecit
ei templum, vt probaret, quod factum erat,
* & cum probaſſet, ſacerdotibus donauit 35
multa bona, & alia, atque alia munera, & ac-
cipiens manu ſua, tribuebat eis. * Appellauit 36
autem Nehemias hunc locum Nephthar,
quod interpretatur Purificatio. Vocatur au-
tem apud plures Nephi.

CAP. II.

INuenitur autem in deſcriptionibus Iere- 1
miæ prophetę, quod iuſſit eos ignem acci- A
pere, qui tranſmigrabant, vt ſignificatum eſt,
& vt mandauit trāſmigratis. * Et dedit illis, 2
legem ne obliuiſcerentur præcepta Domini,
& vt non exerrarent mentibus videntes ſi-
mulachra aurea, & argentea, & ornamenta
eorum. * Et alia huiuſmodi dicens, hortaba- 3
tur ne legem amouerent à corde ſuo. * Erat 4
autem in ipſa ſcriptura, quomodo tabernacu
lum, & arcam iuſſit propheta diuino reſpon
ſo ad ſe facto comitari ſecum, vſquequo exijt
in montem, " in quo Moyſes aſcendit, & vi-
"Deu.34 a.1. dit Dei hereditatem. * Et veniens ibi Iere- 5
mias inuenit locum ſpeluncæ: & tabernacu- B
lum, & arcam, & altare incenſi intulit illuc,
& oſtium obſtruxit. * Et acceſſerunt quidam 6
ſimul, qui ſequebantur, vt notarent ſibi lo-
cum: & non potuerunt inuenire. * Vt autem 7
cognouit Ieremias, culpans illos, dixit: Quod
ignotus erit locus, donec congreget Deus cō-
gregationem populi & propitius fiat: * & 8
tunc Dominus oſtendet hæc, & apparebit
"3.Reg. 8.b.14. maieſtas Domini, & nubes erit, ſicut & Moy-
ſi manifeſtabatur, & " ſicut cum Salomon
"2.Par.6. 14. petijt, vt locus ſanctificaretur magno Deo,
manifeſtabat hæc. * Magnificè etenim ſapiē- 9
"Leu.9. a.24. tiam tractabat: & vt ſapientiam habens,
" obtulit ſacrificiū dedicationis, & conſum-
mationis templi. * Sicut & Moyſes orabat 10
ad Dominum, & deſcendit ignis de cælo, &
"2.Par.7. a.1. conſumpſit holocauſtum, ſic " & Salomon C
orauit, & deſcendit ignis de cęlo, & conſum-
"Leu.10 d.16.17. pſit holocauſtū. * Et dixit Moyſes, " eo quod 11
non ſit comeſtum, quod erat pro peccato,
12 conſumptum eſt. * Similiter & Salomon
13 octo diebus celebrauit dedicationem. * In-
ferebantur autem in deſcriptionibus, & com
mentarijs Nehemiæ hæc eadem: & vt con-
ſtruens bibliothecam congregauit de regio-
nibus libros, & Prophetarum, & Dauid, &
14 epiſtolas Regum, & de donarijs. * Similiter
autem, & Iudas ea, quæ deciderant per bel-
lum, quod nobis acciderat, congregauit om-
15 nia, & ſunt apud nos. * Si ergo deſideratis
16 hæc, mittite qui perferant vobis. * Acturi
D itaque purificationem ſcripſimus vobis: be-
17 ne ergo facietis hos dies. * Deus autem, qui
liberauit populum ſuum, & reddidit here-
ditatem omnibus, & regnum, & ſacerdotiū,
18 & ſanctificationem, * " ſicut promiſit in le- "Deu.30 a.3.5.
ge, ſperamus quod citò noſtri miſerebitur, &
congregabit de ſub cælo in locum ſanctum.
19 Eripuit enim nos de magnis periculis, & lo-
20 cum purgauit. * De Iuda verò Machabæo,
& fratribus eius, & de templi magni purifi-
21 catione, & de aræ dedicatione: * ſed & de
E prælijs, quæ pertinent ad Antiochum Nobi-
22 lem, & filium eius Eupatorem: * & de illu-
minationibus, quę de cælo factæ ſunt ad eos,
qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vni-
uerſam regionem, cum pauci eſſent, vindi-
carent, & barbaram multitudinem fugarēt,
23 * & famoſiſſimum in toto orbe templum
recuperarent, & ciuitatem liberarent, & le-
ges, quæ abolitæ erant reſtituerentur, Domi-
no cum omni tranquillitate proprio facto il-
24 lis. * Itemque ab Iaſon Cyrenæo quinque li-
bris comprehenſa tentauimus nos vno vo-
25 lumine breuiare. * Conſiderantes enim mul
F titudinem librorum, & difficultatem volen-
tibus aggredi narrationes hiſtoriarum propter
26 multitudinem rerum, * curauimus volen-
tibus quidem legere, vt eſſet animi oblecta-
tio: ſtudioſis verò, vt facilius poſſint memo-
riæ commendare: omnibus autem legenti-
27 bus vtilitas conferatur. * Et nobis quidem
ipſi, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepi-
mus, non facilem laborem, immo verò ne-
gocium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſū-
28 pſimus. * Sicut hi, qui præparant conuiuiū,
& quærunt aliorum voluntati parere pro-
pter multorum gratiam, libenter laborē ſu-
29 ſtinemus. * Veritatem quidem de ſingulis
auctoribus concedentes, ipſi autem ſecundū
30 datam formam breuitati ſtudentes. * Sicut
G enim nouæ domus architecto de vniuerſa
ſtructura curandum eſt: ei verò, qui pingere
curat, quæ apta ſunt ad ornatum, exquiren-
da ſunt: ita æſtimandum eſt, & in nobis.
31 * Etenim intellectum colligere, & ordinare
ſermonem, & curioſius partes ſingulas quaſ-
que diſquirere, hiſtoriæ congruit auctori:
32 breuitatem verò dictionis ſectari, & execu-
tiones rerum vitare, breuianti concedēdum
33 eſt. * Hinc ergo narrationem incipiemus: de
præfatione tantum dixiſſe ſufficiat, ſtultum
etenim eſt ante hiſtoriam effluere, in ipſa
autem hiſtoria ſuccingi.

CAP.

CAP. III.

I Gitur cum sancta ciuitas habitaretur in 1
omni pace, leges etiam adhuc optimè cu- A
stodirentur, propter Oniæ pontificis pieta-
tem, & animos odio habentes mala, * fie- 2
bat, & vt ipsi reges, & principes locũ summo
honore dignum ducerent, & templum ma-
ximis munerib̃us illustrarent: * ita vt Seleu- 3
cus Asiæ rex de redditibus suis præstaret
omnes sumptus ad ministerium sacrificiorũ
pertinentes. * Simon autem de tribu Benia- 4
min præpositus templi constitutus, conten-
debat, obsistente sibi principe sacerdotũ, ini-
quum aliquid in ciuitate moliri. * Sed cum 5
vincere Oniam non posset, venit ad Apollo-
nium Tharsææ filium, qui eo tempore erat
dux Cœlesyriæ, & Phœnicis: * & nunciauit 6
ei, pecunijs innumerabilibus plenum esse
ærarium Ierosolymis, & communes copias
immensas esse, quæ non pertinent ad ratio-
nem sacrificiorum: esse autem possibile sub
potestate regis cadere vniuersa. * Cumque 7
retulisset ad regem Apollonius de pecunijs, B
quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum,
quæ erat super negocia eius, misit cum man-
datis, vt prædictam pecuniam transporta-
ret. * Statimque Heliodorus iter est aggres- 8
sus, specie quidem quasi per Cœlesyriam, &
Phœnicen ciuitates esset peragraturus, reue-
ra autem regis propositũ perfecturus. * Sed 9
cum venisset Ierosolymam, & benignè à
summo sacerdote in ciuitate esset exceptus,
narrauit de dato indicio pecuniarum: &,
cuius rei gratia adesset, aperuit: interrogabat
autem, si verè hæc ita essent. * Tunc sum- 10
mus sacerdos ostendit deposita esse hæc, &
victualia viduarum, & pupillorum: * quæ- 11
dã verò esse Hircani Tobiæ viri valdè emi-
nentis: in his, quæ detulerat impius Simon:
vniuersa autem argenti talenta esse quadrin
12 genta, & auri ducenta, * decipi verò eos, qui
credidissent loco, & templo, quod per vni-
uersum mundum honoratur, pro sui vene-
ratione, & sanctitate omninò impossibile es-
13 se. * At ille pro his, quæ habebat in manda- C
tis à rege, dicebat omni genere regi ea esse
14 deferenda. * Constituta autem die intrabat
de his Heliodorus ordinaturus. Non modi-
ca verò per vniuersam ciuitatem erat trepi-
15 datio. * Sacerdotes autem ante altare cum
stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuo-
cabant de cælo eum, qui de depositis legem
posuit, vt his, qui deposuerant ea, salua custo-
16 diret. * Iam verò qui videbat summi sacer-
dotis vultum, mente vulnerabatur: facies
enim, & color immutatus declarabat inter-
17 num animi dolorẽ, * circumfusa enim erat
mœstitia quædã viro, & horror corporis, per
quem manifestus aspicientibus dolor cordis
18 eius efficiebatur. * Alij etiam gregatim de
domibus confluebant, publica supplicatio-
ne obsecrantes, pro eo, quod in contemptum
19 locus esset venturus. * Accinctæque mulie- D
res cilicijs pectus, per plateas confluebant:
sed & virgines, quæ conclusæ erant, procurre-
bant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quæ-
20 dam verò per fenestras aspiciebant: * vniuer
sæ autem protendentes manus in cælum,
21 deprecabantur, * erat enim misera commi-
xtæ multitudinis & magni sacerdotis in ago-
22 ne constituti expectatio. * Et hi quidem in-
uocabant omnipotentem Deum, vt credita
sibi his, qui crediderant, cum omni integri-
23 tate conseruarentur. * Heliodorus autem,
quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse
cum satellitibus circa ærarium præsens.
24 * Sed spiritus omnipotentis Dei magnam
fecit

fecit suæ offensionis euidentiam, ita vt om- E
nes, qui ausi fuerãt parere ei, ruentes Dei vir-
tute, in dissolutionem, & formidinem conu-
erterentur. * Apparuit enim illis quidam 25
equus terribilem habens sessorem, optimis
operimentis adornatus: isque cum impetu
Heliodoro priores calces elisit, qui autem ei
sedebat, videbatur arma habere aurea. * Alij 26
etiam apparuerunt duo iuuenes virtute de-
cori, optimi gloria, speciosique amictu: qui
circumsteterũt eum, & ex vtraque parte fla-
gellabant, sine intermissione multis plagis
verberantes. * Subito autem Heliodorus cõ- 27
cidit in terram, eumque multa caligine circ-
umfusum rapuerunt, atque in sella gestato-
ria positum eiecerunt. * Et is, qui cum mul- 28
tis cursoribus, & satellitibus prædictum in-
gressus est erarium, portabatur nullo sibi au-
xilium ferente, manifesta Dei cognita virtu-
te: * & ille quidem per diuinam virtutem 29
iacebat mutus, atque omni spe, & salute pri-
uatus. * Hi autẽ Dominum benedicebant, 30
quia magnificabat locum suum: & templũ, F
quod paulò ante timore, ac tumultu erat ple
num, apparente omnipotente Domino, gau-
dio, & lætitia impletum est. * Tunc verò ex 31
amicis Heliodori quidam rogabant, confe-
stim Oniam, vt inuocaret Altissimum, vt vi-
tam donaret ei, qui in supremo spiritu erat
constitutus. * Considerans autem summus 32
sacerdos ne fortè rex suspicaretur malitiam
aliquam ex Iudæis circa Heliodorum con-
summatam, obtulit pro salute viri hostiam
salutarem. * Cũque summus sacerdos exo- 33
raret, ijdẽ iuuenes eisdem vestibus amicti,
astãtes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerdo-
ti gratias age: nam propter eum Dominus ti-
bi vitam donauit, * tũ autem à Deo flagel- 34
latus, nuncia omnibus magnalia Dei, & pote
statem. Et his dictis, non comparuerunt.
* Heliodorus autem, hostia Deo oblata, & 35
votis magnis promissis ei, qui viuere illi cõ- G
cessit, & Oniæ gratias agens, recepto exerci-
tu, repedabat ad regem. * Testabatur autem 36
omnibus ea, quæ sub oculis suis viderat ope-
ra magni Dei. * Cum autem rex interroga- 37
ret Heliodorum, quis esset aptus adhuc se-
mel Ierosolymam mitti, ait: * Si quem ha- 38
bes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte
illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen
euaserit: eo quod in loco sit verè Dei quæ-
dam virtus. * Nam ipse, qui habet in cælis 39
habitationem, visitator, & adiutor est loci il-
lius, & venientes ad malefaciendum percu-
rit, ac perdit, * igitur de Heliodoro, & ærarij 40
custodia ita res se habet.

CAP. IIII.

SImon autem prædictus pecuniarum, & 1
patriæ delator, male loquebatur de Onia, A
tamquam ipse Heliodorum instigasset ad
hæc, & ipse fuisset incentor malorum: * pro- 2
uisoremque ciuitatis, ac defensorem gentis
suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insi-
3 diatorem regni dicere. * Sed, cum inimicitiæ in tantum procederent, vt etiã per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent:
4 * considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vtpotè ducem Cœlesyriæ, & Phœnicis, ad augendam ma-
5 litiam Simonis, ad regem se contulit, * non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudi-
6 nis considerans. * Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacẽ rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua.
7 * Sed post Seleuci vitæ excessum cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur ambiebat Iason frater Onię summũ
8 sacerdotium: * adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reddi-
9 tibus alijs talenta octoginta, * super hac promitrebat, & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasiũ, & ephe- B
biam sibi constituere, & eos, qui in Ierosoly-
10 mis erant, Antiochenos scribere. * Quod cũ rex annuisset, & obtinuisset principatũ, statim ad gentilem ritũ contribules suos trans-
11 ferre cœpit, * & amotis his, quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, per Ioannem patrẽ Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia, & societate functus est legatione legitima, ciuiũ iura destituens,
12 prauaq; instituta sanciebat. * Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & opti mos quosque epheborum in lupanaribus po
13 nere. * Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gẽtilis, & alienigenæ conuersationis, propter impij, & non sacerdotis Iasonis nefarium, & inau-
14 ditum scelus: * ita vt sacerdotes iam nõ circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis festinarent participes fieri palestræ, & præbitionis eius
15 iniustæ, & in exercitijs disci, * & patrios qui- C
dem honores nihil habentes, Græcas glorias
16 optimas arbitrabantur: * quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum institutis æmulari, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes, & perem-
17 ptores habuerant, * in leges enim diuinas impiè agere impune non cedit: sed hoc tem-
18 pus sequens declarabit. * Cum autem quinquẽnalis agon Tyri celebraretur, & rex præ-
19 sens esset, * misit Iason facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi, qui asportauerant ne iti sacrificijs erogarentur, quia non opor-
20 teret, sed in alios sumptũ eas deputari. * Sed hæ oblatæ sunt quidem ab eo, qui miserat, in sacrificium Herculis: propter præsentes autem datæ sunt in fabricam nauium trire-
21 mium. * Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cum cognouisset Antiochus alienum se à negocijs regni effectum, proprijs vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymã.

* Et

* Et magnificè ab Iasone, & ciuitate susce- 22
ptus, cum facultatum luminibus, & laudibus D
ingressus est: & inde in Phœnicen exercitum
conuertit. * Et post triennij tempus misit Ia- 23
son Menelaum supradicti Simonis fratrem
portantem pecunias regi, & de negotijs ne-
cessarijs responsa perlaturum. * At ille com- 24
mendatus regi, cum magnificasset faciem
potestatis eius, in semetipsum retorsit sum-
mum sacerdotium, superponens Iasoni ta-
lenta argenti trecenta. * Acceptisque à rege 25
mandatis, venit, nihil quidem habens dignũ
sacerdotio: animos verò crudelis tyranni, &
feræ beluæ iram gerens * Et Iason quidem, 26
qui proprium fratrem captiuauerat, ipse de-
ceptus profugus in Ammanitem expulsus
est regionem. * Menelaus autem principa- 27
tum quidem obtinuit: de pecunijs verò re-
gi promissis, nihil agebat, cum exactionem
faceret Sostratus, qui arci erat præpositus:
*nam ad hunc exactio vectigalium pertine- 28
bat: quam ob causam vtrique ad regem sunt
euocati. * Et Menelaus amot⁹ est à sacerdo- 29
tio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostra-
tus autem prælatus est Cyprijs. * Et cum 30
hæc agerentur, contigit, Tharsenses, & Mal- E
lotas seditionẽ mouere, eo quod Antiochi-
di regis concubinæ dono essent dati. * Festi- 31
nanter itaque rex venit sedare illos, relicto
suffecto vno ex omnibus suis Andronico.
* Ratus autem Menelaus accepisse se tem- 32
pus opportunum, aurea quædam vasa è tẽ-
plo furatus donauit Andronico, & alia ven-
diderat Tyri, & p vicinas ciuitates. * Quod 33
cum certissimè cognouisset Onias, arguebat
eum, ipse in loco tuto se continens Antio-
chiæ secus Daphnem. * Vnde Menelaus ac- 34
cedens ad Andronicum, rogabat, vt Oniam
interficeret. Qui cum venisset ad Oniam, &
datis dextris cũ iureiurando (quamuis
esset ei suspectus) suasisset de asylo procede-
re, statim eum peremit, non veritus iustitiã.
* Ob quam causam non solum Iudæi, sed 35
aliæ quoque nationes indignabantur, & mo-
leste ferebant de nece tãti viri iniusta. * Sed 36
regressum regem de Ciliciæ locis adierunt
Iudæi apud Antiochiam, simul, & Græci:
conquerentes de iniqua nece Oniæ. * Con- 37
tristatus itaque animo Antiochus propter
Oniam, & flexus ad misericordiam, lacry-
mas fudit, recordatus defuncti sobrietatem,
& modestiam. * accensisq. animis Andro- 38
nicum purpura exuitum, per totam ciuitatẽ F
iubet circumduci: & in eodem loco, in quo
in Oniam impietatem commiserat, sacrile-
gum vita priuari, Domino illi condignam
retribuente pœnam. * Multis autem sacrile- 39
gijs in templo à Lysimacho commissis Me-
nelai consilio, & diuulgata fama, congrega-
ta est multitudo aduersum Lysimachum
multo iam auro exportato. * Turbis autem 40
insurgẽtibus, & animis ira repletis, Ly sima-
chus armatis ferè trib. millibus iniuris ma-
nibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate
pariter, & dementia prouecto. * Sed, vt in 41
tellexerunt conatũ Lysimachi, alij lapides,
alij fustes validos arripuere: quidam verò
42 cinerem in Lysimachum iecere. * Et multi
G quidem vulnerati, quidam autẽ, & prostra-
ti, omnes verò in fugam conuersi sunt: ip-
sum etiam sacrilegum secus ærarium inter-
43 fecerunt. * De his ergo cœpit iudicium ad-
44 uersus Menelaum agitari. * Et cũ venisset
rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt
45 missi tres viri à senioribus. * Et cũ supera-
retur Menelaus, promisit Ptolemæo multas
46 pecunias dare ad suadendum regi. * Itaque
Ptolemæus in quodam atrio positum quasi
refrigerandi gratia regem adijt, & deduxit à
47 sententia: * & Menelaum quidem vniuer-
sæ malitiæ reum criminibus absoluit: mi-
seros autem, qui, etiam si apud Scythas cau-
sam dixissent, innocentes iudicarentur, hos
48 morte damnauit. * Citò ergo iniustam pœ-
nam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, &
49 sacris vasis causam profecuti sunt. * Quam
ob rem Tyrij quoque indignati, erga sepul-
50 turam eorum liberalissimi extiterũt. * Me-
nelaus autem, propter eorum, qui in poten-
tia erant, auaritiam, permanebat in potesta-
te, crescens in malit à ad insidias ciuium.

CAP. V.

4 A EOdem tempore Antiochus secundam
profectionem parauit in Ægyptum.
2 * Contigit autẽ per vniuersam Ierosolymo-
rum ciuitatem videri diebus quadraginta
per aera equites discurrentes, auratas stolas
habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos,
3 *& cursus equorum per ordines digestos, &
congressiones fieri cominus, & scutorum
motus, & galeatorum multitudinem gladijs
districtis, & telorum iactus, & aureorum ar
morum splendorem, omnisque generis lori-
4 catum. * Quapropter omnes rogabãt in bo-
5 num monstra conuerti. * Sed cum falsus ru-
mor exisset, tamquam vita excessisset Antio
chus, assumptis Iason nõ minus mille viris,
repente aggressus est ciuitatem: & ciuibus
ad murum conuolantibus ad vltimum ap-
prehensa ciuitate, & Menelaus fugit in arce:
6 * Iason verò non parcebat in cæde ciuibus
suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum
cognatos malum esse maximum, arbitrans
hostium, & non ciuium se trophæa captu-
7 rum. * Et principatum quidem non obti-
B nuit, finem verò insidiarum suarum cõfu-
sionem accepit, & profugus iterum abijt in
8 Ammaniten. * Ad vltimum, in exitium sui
conclusus ab Areta Arabum tyranno fugiẽs
de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus,
vt refuga legum, & execrabilis, vt patriæ, &
9 ciuium hostis, in Ægyptũ extrusus est: * &
qui multos de patria sua expulerat, peregre
perijt, Lacedæmonas profectus, quasi pro co
10 gnatione ibi refugium habiturus: * & qui
insepultos multos abiecerat, ipse, & illamen-
tatus, & insepultus abijcitur, sepultura ne-
que peregrina vtus, neque patrio sepulchro
participans. * His itaque gestis, suspicatus 11
est rex societatem deserturos Iudæos: & ob
hoc profectus ex Aegypto efferatis animis,
ciuitatem quidem armis cepit. * Iussit au- 12
tem militibus interficere, nec parcere occur-
santibus, & per domos ascendentes trucida-
re. * Fiebant ergo cædes iuuenum, ac senio- 13
rum, & mulierum, & natorum exterminia,
virginumque, & paruulorum neces. * Erant 14
autem toto triduo octoginta millia interfe-
cti, quadraginta millia vincti, non minus
autem venundati: * Sed nec ista sufficiunt: 15
ausus est etiam intrare templum vniuersa C
terra sanctius, Menelao ductore, qui legum,
& patriæ fuit proditor: * & scelestis mani- 16
bus sumens sancta vasa, quæ ab alijs regi-
bus, & ciuitatibus erant posita ad ornatum
loci, & gloriam, contrectabat indignè,
& contaminabat. * Ita alienatus mente An- 17
tiochus, non considerabat quòd propter pec-
cata habitantium ciuitatem, modicum Deus
fuerat iratus: propter quod & accidit cir-
ca locum despectio: * alioquin nisi contigis- 18
6 sup. 3 e set eos multis peccatis esse inuolutos, " sicut
25.27. Heliodorus, qui missus est à Seleuco rege ad
expoliandum ærarium, etiam hic statim ad-
ueniens flagellatus, & repulsus vtique fuisset
ab audacia. * Verum non propter locum, gen 19
tem: sed propter gẽtem, locum Deus elegit.
* Ideoq. & ipse locus particeps factus est po 20
puli malorum, postea autem fiet socius bo-
norum, & qui derelictus in ira Dei omnipo-
tentis est, iterum in magni Domini reconci-
liatione cũ summa gloria exaltabitur. * Igi- 21
tur Antiochus mille, & octingentis ablatis D
de templo talentis, velociter Antiochiam re-
gressus est, existimans se præ suprebia terram
ad nauigandum, pelagus verò ad iter agen-
dum deducturum propter mentis elationẽ.
* Reliquit autem, & præpositos ad affli- 22
gendam gentem: Ierosolymis quidem Phi-
lippum genere Phrygem, moribus crudelio-
rem eo ipso, à quo constitutus est * in Gari- 23
zim autem Andronicum, & Menelaum,
qui grauius, quàm ceteri imminebant ciui-
bus. * Cumque appositus esset contra 24
Iudæos, misit odiosum principem Apol-
lonium cũ exercitu viginti, & duobus milli-
bus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis in-
terficere, mulieres, ac iuuenes vendere. * Qui 25
cum venisset Ierosolymam, pacem simulãs,
quieuit vsque ad diem sanctum sabbati: &
tunc feriatis Iudæis arma capere suis præce-
pit. * Omnesque qui ad spectaculum proces- 26
serant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis
discurrens, ingentem multitudinem pere-
mit. * Iudas autem Machabæus, qui deci- 27
mus fuerat, secesserat in desertum locum, ibi
que inter feras vitam in montibus cum
suis agebat: & fœni cibo vescentes, demoraban-
tur, ne participes essent coinquinationis.

CAP. VI.

1 A SEd non post multum tempotis misit rex
senẽ quendam Antiochenum, qui com-
pelleret Iudæos, vt se transferent à patrijs,
2 & Dei legibus: * contaminare etiam quòd in
Ierosolymis erat tẽplũ, & cognominare Iouis
Olympij: & in Garizim, prout erant hi, qui
3 locũ inhabitãt, Iouis hospitalis. * Pessima aũt
4 & vniuersis grauis erat malorum incursio. *
nam templum luxuria, & comessationibus
Gentium erat plenum, & scortantium cum
meretricibus: sacratisque ædibus mulieres se
vltrò ingerebant, introferentes ea, quæ non
5 licebat. * Altare etiam plenum erat illicitis,
6 quæ legibus prohibebantur. * Neque autem
B sabbata custodiebantur, neque dies solẽnes
patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum
7 se esse quisquam confitebatur. * Ducebãtur
autẽ cum amara necessitate in die natalis re-
gis ad sacrificia: &, cum Liberi sacra celebrarẽ
tur, cogebantur hedera coronati Libero cir-
8 cuire. * Decretum autem exijt in proximas
Gẽtilium ciuitates, suggerẽtibus Ptolemæis,
vt pari modo, & ipsi aduersus Iudæos agerẽt,
9 vt sacrificarent: * eos autem, qui nollent tran-
sire ad instituta Gentium, interficerent: erat
10 ergo videre miseriã. * Duæ enim mulieres
delatæ sunt natos suos circũcidisse, quas, in-
fantibus ad vbera suspensis, cum publicè per
ciuitatem circumduxissent, per muros præ-
11 cipitauerunt. * Alij verò, ad proximas coeũ-
C tes speluncas, & latẽter sabbati diem celebrã-
tes, cum indicati essent Philippo, flãmis suc-
censi sunt, eo quòd verebantur propter reli-
gionem, & obseruantiam, manu sibimet auxi
12 liũ ferre. * Obsecro aũt eos, qui hunc librum
lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduer-
sos casus, sed reputent, ea, quæ acciderunt,
non ad interitum, sed ad correptionem esse
13 generis nostri. * Etenim multo tẽpore non si-
nere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni bene ficij est in
14 diciũ. * Nõ enim sicut in alijs nationibus, Do
minus patienter expectat, vt eas, cũ Iudicij
dies aduenerit, in plenitudine peccatorũ pu-
15 niat: * ita & in nobis statuit, vt, peccatis no-
D stris in finẽ deuolutis, ita demum in nos vin
16 dicet. * Propter quod numquam quidẽ a no
bis misericordiam suam amouet: corripiens
verò in aduersis populũ suum non deselin-
17 quit. * Sed hæc nobis ad commonitionem le
gentium dicta sint paucis. Iam autem veniẽ
18 dum est ad narrationem. * Igitur Eleazarus
vnus de primoribus scribarũ, vir ætate proue-
ctus, & vultu decorus, aperto ore hiãs cõ-
pellebatur carnem porcinam manducare.
19 * At ille gloriosissimã mortem magis, quam
odibilem vitam cõplectens, voluntate præi-
20 bat ad supplicium. * Iatuens autem, quem-
ad modũ oporteret accedere, patienter sustinẽs, destinauit nõ admittere illicita propter
21 vitæ amorem. * Hi autem qui astabant,
E iniqua miseratione commoti: propter anti-

quam viri amicitiam, tollentes eum secreto
rogabant afferri carnes, quibus vesci ei lice-
bat, vt simularetur manducasse, sicut rex im
perauerat de sacrificij carnibus. * vt, hoc fa- 22
cto, à morte liberaretur: & propter veterem
viri amicitiam, hanc in eo faciebant huma-
nitatem.* At ille cogitare cœpit ætatis, ac se- 23
nectutis suæ eminentiam dignam, & inge-
nitæ nobilitatis canitiem, atque à puero opti-
mæ conuersationis actus, & secundum san-
ctæ, & à Deo conditæ legis constituta, respon
dit citò dicens, præmitti se velle in infernũ.
* Non enim ætati nostræ dignum est, in- 24
quit, fingere: vt multi adolescentium, arbi- F
trantes Eleazarum nonaginta annorum trã-
siisse ad vitam alienigenarum: * & ipsi pro- 25
pter meam simulationem, & propter modi-
cum corruptibilis vitæ tempus decipiantur,
& per hoc maculam, atque execrationem
meæ senectuti conquiram. * Nam, etsi in 26
præsenti tempore supplicijs hominum eri-
piar, sed manum Omnipotentis nec viuus,
nec defunctus effugiam. * Quamobrem for 27
titer vita excedendo, senectute quidem di-
gnus apparebo: * adolescentibus autẽ exem- 28
plum fortè relinquam, si prompto animo,
ac fortiter pro grauissimis, ac sanctissimis le-
gibus honesta morte perfungar. His dictis,
confestim ad supplicium trahebatur. * Hi 29
autem, qui eum ducebant, & paulo ante fue- G
rant mitiores, in iram conuersi sunt propter
sermones ab eo dictos, quos illi per arrogan-
tiam prolatos arbitrabantur. * Sed, cum 30
plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Do-
mine, qui habes sanctam scientiam, manife-
stè tu scis, quia, cum à morte possem libera-
ri, duros corporis sustineo dolores: secundũ
animam verò propter timorem tuum liben-
ter hæc patior. * Et iste quidem hoc modo 31
vita decessit, nõ solum iuuenibus, sed & vni-
uersæ genti memoria mortis suæ ad exem-
plum virtutis, & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

COntigit autem & septẽ fratres vnà cum 1
matre sua apprehẽsos compelli à rege A
edere contra fas carnes porcinas, flagris, &
taureis cruciatos. * Vnus autem ex illis, qui 2
erat primus, sic ait: Quid quæris, & quid vis
discere à nobis? parati sumus mori, magis,
quam patrias Dei leges præuaricari. * Iratus 3
itaque rex iussit sartagines, & ollas æneas
succendi: quibus statim succensis, * iussit 4
ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguã:
&, cute capitis abstracta, summas quoque
manus, & pedes ei præscindi, ceteris eius fra-
tribus, & matre inspicientibus. * Et, cum iam 5
per omnia inutilis factus esset, iussit ignem
admoueri, & adhuc spirãtem torreri in sar-
tagine: in qua cum diu cruciaretur, ceteri B
vnà cum matre inuicem se hortabantur mo-
ri fortiter, * dicentes: Dominus Deus aspi- 6
ciet veritatem, & consolabitur in nobis,
[a] quemadmodum in protestatione cantici
declarauit Moyses: Et in seruis suis conso-
7 labitur. * Mortuo itaq. illo primo, hoc mo-
dò, sequentem deducebant ad illudendum:
&, cute capitis eius cum capillis abstracta, in-
terrogabant, si manducaret prius, quam to-
to corpore per membra singula puniretur.
8 * At ille, respondens patria voce, dixit: Non
faciã. Propter quod & iste, sequenti loco, pri-
9 mi tormenta suscepit: * & in vltimo spiritu
constitutus, sic ait: Tu quidem scelestissime
in præsenti vita nos perdis: sed Rex mundi
defunctos nos pro suis legibus in æternæ vi-
10 tæ resurrectione suscitabit. * Post hunc ter-
tius illuditur, & linguam postulatus citò pro
11 tulit, & manus constanter extendit: * & cum
C fiducia ait: E cælo ista possideo. sed propter
Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam
12 ab ipso me ea recepturũ spero: * ita vt rex,
& qui cum ipso erant, mirarentur adolescen-
tis animum, quod tamquam nihilum duce-
13 ret cruciatus. * Et hoc ita defuncto, quartũ
14 vexabant similiter torquentes * Et, cum iam
esset ad mortem, sic ait: Potius est ab homi-
nibus morti datos spem expectare à Deo, ite-
rum ab ipso resuscitandos: tibi enim resur-
15 rectio ad vitam nõ erit. * Et cum admouis-
sent quintum, vexabant eum. At ille, respi-
16 ciens in eum, * dixit: Potestatem inter ho-
mines habens, cũ sis corruptibilis, facis quòd
vis: noli autem putare genus nostrum à Deo
17 esse derelictum. * tu autem patienter susti-
D ne, & videbis magnam potestatem ipsius,
18 qualiter te, & semẽ tuũ torquebit. * Post hũc
ducebant sextum, & is mori incipiẽs, sic ait:
Noli frustra errare: nos .n. propter nosme-
tipsos hæc patimur, peccantes in Deum no-
strum, & digna admiratione facta sunt in no
19 bis: * tu autem ne existimes tibi impunè fu-
turũ, quod contra Deum pugnare tentaue-
20 ris. * Supra modum autem mater mirabilis,
& bonorum memoria digna, quæ pereuntes
septem filios sub vnius diei tempore conspi-
ciẽs, bono animo ferebat propter spem, quã
21 in Deum habebat: * singulos illorum horta-
batur voce patria fortiter, repleta sapientia:
& femineæ cogitationi masculinum animũ
22 inferens, * dixit ad eos: Nescio qualiter in
vtero meo apparuistis: neque enim ego spi-
ritum, & animam donaui vobis, & vitam, &
singulorum membra non ego ipsa compe-
23 gi, * sed enim mundi Creator, qui formauit
hominis natiuitatem, quique omnium inue-
nit originem, & spiritum vobis iterum cum
misericordia, reddet & vitam, sicut nũc vos-
24 metipsos despicitis propter leges eius. * An
E tiochus autẽ, contemni se arbitratus, simul
& exprobrantis voce despecta, cum adhuc
adolescentior superesset, non solum verbis
hortabatur, sed & cum iuramento affirma-
bat se diuitem, & beatum facturum, & trãs-
latum à patrijs legibus amicum habiturum,
25 & res necessarias ei præbiturum. * Sed ad
hæc cum adolescens nequaquam inclinare-
tur, vocauit rex matrem, & suadebat ei vt
ado-

[a] Deut. 32. c. 36.

adolescenti fieret in salutem. * Cum autem 26
multis eam verbis esset hortatus promisit
suasuram se filio suo. * Itaque inclinata ad 27
illum, irridens crudelem tyrannum, ait pa-
tria voce, Fili mi, miserere mei, quæ te in vte-
ro nouem mensibus portaui, & lac triennio
dedi, & alui, & in ætatem istam perduxi.
* Peto, nate, vt aspicias ad cælum, & terram, 28
& ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligas, F
quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum
genus: * ita fiet, vt non timeas carnificem 29
istum, sed dignus fratribus tuis effectus par-
ticeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione
cum fratribus tuis te recipiam. * Cum hæc 30
illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem susti
netis? non obedio præcepto regis, sed præ-
cepto legis, quæ data est nobis per Moysen.
* Tu verò, qui inuentor omnis malitiæ fa- 31
ctus es in Hebræos, non effugies manum
Dei.* Nos enim pro peccatis nostris hæc pa- 32
timur. * Et si nobis propter increpationem, 33
& correptionem Dominus Deus noster mo-
dicum iratus est: sed iterum reconciliabitur
seruis suis. * Tu autem, ò sceleste, & om- 34
nium hominum flagitiosissime, noli frustra
extolli vanis speb. in seruos eius inflamma-
tus. * nondum enim omnipotentis Dei, & 35
omnia inspicientis, iudicium effugisti. * Nam G
fratres mei, modico nunc dolore sustenta- 36
to sub testamento æternæ vitæ effecti sunt:
tu verò iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœ-
nas exolues. * Ego autem, sicut & fratres 37
mei, animam, & corpus meum trado pro pa
trijs legibus: inuocans Deum maturius gen-
ti nostræ propitium fieri, teque cum tormẽ-
tis, & verberibus cõfiteri, quod ipse est Deus
solus. * In me verò, & in fratribus meis de- 38
sinet omnipotentis ira, quæ super omne ge-
nus nostrum iustè superducta est. * Tunc 39
rex accensus ira in hunc super omnes crude-
lius desæuit, indignè ferens se derisum. * Et 40
hic itaque mundus obijt, per omnia in Do-
mino confidens. * Nouissimè autem post 41
filios, & mater consumpta est. * Igitur de 42
sacrifici s, & de nimijs crudelitatibus satis
dictum est.

CAP. VIII.

IVdas verò Machabæus, & qui cum illo 1
erant, & introibant latenter in castella: & A
conuocantes cognatos, & amicos, & eos, qui
permãserunt in Iudaismo, assumentes, edu-
xerunt ad se sex millia virorum. * Et inuo- 2
cabant Dominum, vt respiceret in populum,
qui ab omnibus calcabatur: & misereretur
templo, quod contaminabatur ab impijs:
* misereretur etiam exterminio ciuitatis, 3
quæ esset illi complananda, & vocem sangui-
nis ad se clamantis audiret: * memorare- 4
tur quoque iniquissimas mortes paruulo-
rum innocentium, & blasphemias nomini
suo illatas, & indignaretur super his. * At 5
Machabæus, congregata multitudine, into- B
lerabilis gentibus efficiebatur: ira enim Do-
6 mini in misericordiam conuersa est. * Et su-
perueniens castellis, & ciuitatibus improui-
sus, succendebat eas: & opportuna loca oc-
cupans, non paucas hostium strages dabat:
7 * maximè autem noctibus ad huiuscemodi
excursus ferebatur, & fama virtutis eius vbi-
8 que diffundebatur. * Videns autem Philip-
pus paulatim virum ad profectum venire,
ac frequentius res ei cedere prosperè, ad Pto-
lemæum ducem Cœlesyriæ, & Phœnicis scri
9 psit, * vt auxilium ferret regis negotijs. At ille
velociter misit Nicanorem Patrocli de pri-
moribus amicum, datis eis de permixtis gen-
tibus, armatis non minus viginti millibus,
vt vniuersum Iudæorum genus deleret, ad-
C iuncto ei & Gorgia viro militari, & in belli-
10 cis rebus experientissimo. * Constituit autẽ
Nicanor, vt regi tributum, quod Romanis
erat dandum, duo millia talentorum de ca-
11 ptiuitate Iudæorum suppleret: * statimque
ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad
coemptionem Iudaicorum mancipiorum,
promittens se nonaginta mancipia talento
distracturum, non respiciens ad vindictam,
quæ eum ab omnipotente esset consecutura.
12 * Iudas autem vbi comperit, indicauit his,
qui secum erant, Iudæis Nicanoris aduentũ.
13 * Ex quibus quidam formidantes, & nõ cre
dentes Dei iustitiæ, in fugam vertebantur:
14 * alij verò si quid eis supererat vendebant, si-
mulque Dominum deprecabantur vt eripe-
ret eos ab impio Nicanore, qui eos prius quã
15 cominus veniret, vendiderat. * & si non pro
D pter eos, propter testamentum tamen, quòd
erat ad patres eorum, & propter inuocatio-
nem sancti, & magnifici nominis eius super
16 ipsos. * Conuocatis autem Machabæus se-
ptem millibus, qui cum ipso erant, rogabat
ne hostibus reconciliarentur, neque metue-
rent iniquè venientium aduersum se hostiũ
multitudinem, sed fortiter contenderent,
17 * ante oculos habentes contumeliam, quæ
loco sancto ab his iniustè esset illata, iterum-
que, & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, ad
18 huc etiam veterum instituta conuulsa. * Nã
illi quidẽ armis confidunt, ait, simul, & auda
cia: nos autem in omnipotente Domino,
qui potest, & venientes aduersum nos, & vni
uersum mundum vno nutu delere, confidi-
19 mus. * Admonuit autem eos, & de auxilijs
Dei, quæ facta sunt erga parentes: & [a] quod
E sub Sennacherib centum octoginta quinque
20 millia perierunt: * & de prælio, quod eis ad-
uersus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes
vbi ad rem ventum est, Macedonibus socijs
hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt
centum viginti millia propter auxilium il-
lis datum de cælo, & beneficia pro his pluri-
21 ma consecuti sunt. * His verbis constantes
effecti sunt, & pro legibus, & patria mori pa-
22 rati. * Constituit itaque fratres suos duces
vtrique ordini, Simonem, & Iosephum, & Io
nathan, subiectis vnicuique millenis, & quin
23 gentenis. * Ad hoc etiam ab Esdra lecto il-
lis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei,

[a] 4. Reg. 16. g. 35. Tob. 1. d. 21. Eccl. 48. d. 24. 1. Mac. 7 f. 41. Isa. 37. g. 36.

in prima acie ipse dux commisit cum Nica-
nore. * Et facto sibi adiutore omnipotente, 24
interfecerunt super nouem millia hominũ:
maiorem autem partem exercitus Nicanoris
vulneribus debilem factam fugere compu-
lerunt. * Pecunijs verò eorum, qui ad em- 25
ptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos vs- F
quequaque persecuti sunt, * sed reuersi sunt 26
hora conclusi: nam erat ante sabbatum: quá
ob causam non perseuerauerunt insequen-
tes. * Arma autem ipsorum, & spolia congre 27
gantes, sabbatum agebant: benedicentes Do-
minum, qui liberauit eos in isto die, miseri-
cordiæ initium stillans in eos. * Post sabbatũ 28
verò debilibus, & orphanis, & viduis diuise-
runt spolia: & residua ipsi cum suis habuere.
* His itaque gestis, & communiter ab omni- 29
bus facta obsecratione, misericordem Do-
minum postulabant, vt in finem seruis suis
reconciliaretur. * Et ex his, qui cum Timo- 30
theo, & Bacchide erant contra se contendé-
tes, super viginti millia interfecerunt, & mu-
nitiones excelsas obtinuerunt: & plures præ-
das diuiserunt, æquam portionem debilibus
pupillis, & viduis, sed & senioribus facientes.
* Et cum arma eorum diligenter collegissent, 31
omnia composuerunt in locis opportunis, re-
sidua verò spolia Ierosolymam detulerunt:
* & Philarchen, qui cum Timotheo erat, in- 32
terfecerunt, virum scelestum, qui in multis G
Iudæos afflixerat: * Et cum epinicia agerent 33
Ierosolymis, eum, qui sacras ianuas incende-
rat, id est, Callisthenem, cum in quoddam
domicilium refugisset, incenderunt, digna ei
mercede pro impietatibus suis reddita. * Fa- 34
cinorosissimus autem Nicanor, qui mille ne-
gociantes ad Iudæorum venditionem addu-
xerat, * humiliatus auxilio Domini ab his, 35
quos nullos existimauerat, deposita veste
gloriæ, per mediterranea fugiens solus venit
Antiochiam, summam infelicitatem de in-
teritu sui exercitus consecutus. * Et qui pro- 36
miserat Romanis se tributum restituere de
captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nũc
protectorem Deum habere Iudæos, & ob ip-
sum inuulnerabiles esse, eo quod sequerétur
leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

EOdem tempore Antiochus inhonestè re- 1
uertebatur de Perside. * Intrauerat enim A
in eam, quæ dicitur Persepolis, & tẽtauit ex- 2
poliare templum, & ciuitatem opprimere:
sed multitudine ad arma concurrente, in fu-
gam versi sunt: & ita contigit, vt Antiochus
post fugam turpiter rediret. * Et cum venis- 3
set circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Ni-
canorem, & Timotheum gesta sunt. * Elatus 4
autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illo-
rum, qui se fugauerant, posse in Iudæos re-
torquere: ideoque iussit agitari currum suũ,
sine intermissione agens iter, cælesti eum iu-
dicio perurgente, eò quod ita superbè locu-
tus est se venturum Ierosolymam, & con-
geriem sepulchri Iudæorum eam facturum.
5 * ‖Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus ‖2. Par. 16. c. 9.
Israel, percussit eum insanabili, & inuisibili
plaga. Vt enim finiuit huncipsum sermo-
nem, apprehendit eum dolor dirus visce-
6 rum, & amara internorum tormenta: * &
quidem satis iustè, quippe qui multis, & no-
uis cruciatibus aliorum torserat viscera, li-
7 cet ille nullo modo à sua malitia cessaret. *
Super hoc autem superbia repletus ignem
spirans animo in Iudæos, & præcipiens acce-
lerari negocium, contigit illum impetu eun-
tem de curru cadere, & graui corporis colli-
8 sione membra vexari: * Isque qui sibi videba-
B tur etiam fluctibus maris imperare, supra
humanum modum superbia repletus, &
montium altitudines in statera appendere,
nunc humiliatus ad terram in gestatorio
portabatur, manifestam Dei virtutem in se-
9 metipso contestans: * ita vt de corpore im-
pij vermes scaturirent, ac viuentis in dolo-
ribus carnes eius effluerent, odore etiam il-
10 lius, & fœtore exercitus grauaretur, * & qui
paulo ante sidera cæli contingere se arbitra-
batur, eum nemo poterat propter intoleran-
11 tiam fœtoris portare. * Hinc igitur cæpit
ex graui superbia deductus ad agnitionem
sui venire, diuina admonitus plaga, per
momenta singula doloribus suis augumen-
12 ta capientibus: * & cum nec ipse iam fœto-
rem suum ferre posset, ita ait: Iustum est
subditum esse Deo, & mortalem non pa-
13 ria Deo sentire. * Orabat autem hic scele-
stus Dominum, à quo non esset misericor-
14 diam consecuturus. * Et ciuitatem, ad quam
festinans veniebat, vt eam ad solum dedu-
ceret, ac sepulchrum congestorum faceret,
15 nunc optat liberam reddere: * & Iudæos,
C quos nec sepultura quidem se dignos habi-
turum, sed auibus ac feris diripiendos tradi-
turum, & cum paruulis exterminaturum
dixerat, æquales nunc Atheniensibus factu-
16 rum pollicetur: * templum etiam sanctum,
quod prius expoliauerat, optimis donis or-
naturum, & sancta vasa multiplicaturum,
& pertinentes ad sacrificia sumptus de red-
17 ditibus suis præstaturum. * super hæc, &
Iudæum se futurum, & omnem locum ter-
ræ perambulaturum, & prædicaturum Dei
18 potestatem. * Sed non cessantibus doloribus
(superuenerat enim in eum iustum Dei iu-
dicium) desperans scripsit ad Iudæos in
modum deprecationis epistolam hæc conti-
nentem:
19 * OPTIMIS ciuibus Iudæis, plurimam
salutem, & benè valere, & esse felices, rex
20 & princeps Antiochus. * Si benè valetis, &
filij vestri, & ex sententia vobis cuncta sunt,
21 maximas agimus gratias. * Et ego in infir-
mitate constitutus, vestri autem memor be-
nignè reuersus de Persidis locis, & infirmita-
te graui apprehensus, necessarium duxi pro
22 communi vtilitate curam habere; * non de-
spe-

sperans memetipsum, sed spem multam ha-
bens effugiendi infirmitatem. * Respiciens 23
autem quod, & pater meus, quibus tempo- D
ribus in locis superioribus ducebat exerci-
tum, ostendit, qui post se susciperet princi-
patum: * vt si quid contrariũ accideret, aut 24
difficile nunciaretur, scientes hi, qui in regio-
nibus erãt, cui esset rerum summa derelicta,
non turbarentur. * Ad hæc, considerans de 25
proximo potentes quosque, & vicinos tem-
poribus insidiantes, & euentum expectan-
tes, designaui filium meum Antiochum re-
gem, quem sæpe recurrens in superiora re-
gna multis vestrum commendabam, & scrip
si ad eum quæ subiecta sunt. * Oro itaque 26
vos, & peto memores beneficiorum publicè
& priuatim, vt vnusquisque cõseruet fidem
ad me, & ad filium meum. * Confido enim, 27
eũ modestè, & humanè acturum, & sequen-
tem propositum meum, & communem vo-
bis fore. * Igitur homicida, & blasphemus 28
pessimè percussus, & vt ipse alios tractaue-
rat, peregrè in montibus miserabili obitu vi-
ta functus est. * Transferebat autem corpus 29
Philippus collactaneus eius: qui, metuens fi-
lium Antiochi, ad Ptolemæum Philometo-
rem in Ægyptum abijt.

CAP. X.

MAchabæus autem, & qui cum eo erant, 1
Domino se protegente, templum qui- A
dem, & ciuitatem recipit: * aras autem, quas 2
alienigenæ per plateas extruxerant, itemque
delubra demolitus est, * & purgato templo, 3
aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus
igne concepto sacrificia obtulerunt post bié-
nium, & incensum, & lucernas, & panes pro-
positionis posuerunt: * Quibus gestis, rogabãt 4
Dñm prostrati in terram, ne amplius talibus
malis inciderent: sed & si quando peccassent,
vt ab ipso mitius corriperentur, & non bar-
baris, ac blasphemis hominibus traderentur.
* Qua die autem tẽplum ab alienigenis pol- 5
lutum fuerat, contigit eadem die purificatio-
nẽ fieri, vigesimaquinta mensis, qui fuit Cas-
leu. * Et cum lætitia diebus octo egerunt in 6
modum tabernaculorum, recordantes quod B
ante modicum temporis diem solemnem ta-
bernaculorum in montibus, & in speluncis
more bestiarũ egerant. * Propter quod thyr- 7
sos, & ramos virides, & palmas præferebant
ei, qui prosperauit mundari locum suum. * 8
Et decreuerunt communi præcepto, & de-
creto, vniuersæ genti Iudæorum, omnibus
annis agere dies istos. * Et Antiochi quidem, 9
qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se
habuit. * Nunc autem de Eupatore Antio- 10
chi impij filio, quæ gesta sunt narrabimus,
breuiãtes mala, quæ in bellis gesta sunt. * Hic 11
enim suscepto regno, constituit super nego-
cia regni Lysiam quendam, Phœnicis, & Sy- C
riæ militiæ principem. * Nam Ptolemæus, 12
qui dicebatur Macer, iusti tenax, erga Iudæos
esse constituit, & præcipuè propter iniquita-
tem, quæ facta erat in eos, & pacificè agere cũ
13 eis. * Sed ob hoc accusatus ab amicis apud
Eupatorem, cum frequenter proditor audi-
ret, eò quod Cyprum creditam sibi à Philo-
metore deseruisset, & ad Antiochum Nobi-
lem translatus etiam ab eo recessisset, vene-
14 no vitam finiuit. * Gorgias autem, cum esset
dux locorum, assumptis aduenis frequenter
15 Iudæos debellabat: * Iudæi verò, qui tene-
bant opportunas munitiones, fugatos ab Ie-
rosolymis suscipiebant, & bellare tentabant.
16 * Hi verò, qui erant cum Machabæo, per o-
D rationes Dominum rogantes, vt esset sibi ad-
iutor, impetum fecerunt in munitiones Idu-
17 mæorum, * multaque vi insistentes, loca ob-
tinuerunt, occurrentes interemerunt, & om-
nes simul non minus viginti millibus truci-
18 dauerunt. * Quidam autem, cum confugis-
sent in duas turres valdè munitas, omnem
19 apparatum ad repugnandum habentes, *
Machabæus ad eorum expugnationem, re-
licto Simone, & Iosepho, itemque Zachæo:
eisque, qui cum ipsis erant satis multis, ipse
ad eas: quæ amplius perurgebant, pugnas cõ-
20 uersus est. * Hi verò, qui cum Simeone erãt,
E cupiditate ducti, à quibusdam, qui in turri-
bus erant suasi sunt pecunia, & septuaginta
millibus drachmis acceptis, dimiserũt quos-
21 dam effugere. * Cum autem Machabæo
nunciatum esset, quod factum est, principi-
bus populi congregatis, accusauit, quod pe-
cunia fratres vendidissent, aduersarijs eo-
22 rum dimissis. * Hos igitur proditores factos
interfecit, & confestim duas turres occupa-
23 uit. * Armis autem, ac manibus omnia pro-
sperè agendo in duabus munitionibus, plus
24 quam viginti millia peremit. * At Timo-
thæus, qui prius à Iudæis fuerat superatus,
conuocato exercitu peregrinæ multitudinis,
& congregato equitatu Asiano, aduenit, qua-
25 si armis Iudæam capturus: * Machabæus au-
tem, & qui cum ipso erant, appropinquante
illo, deprecabantur Dñm, caput terra asper-
26 gentes, lumbosq. cilicijs præcincti, * ad alta-
ris crepidinem prouoluti, vt sibi propitius, i-
nimicis autem eorum esset inimicus, & ad-
27 uersarijs aduersaretur, sicut lex dicit. * Et ita
F post orationem sumptis armis, longius de ci-
uitate procedentes, & proximis hostibus ef-
28 fecti resederunt. * Primò autem Solis ortu
vtrique commiserunt: isti quidem victoriæ,
& prosperitatis spõsorem cum virtute Dñm
habentes: illi autem ducem belli animũ ha- Su. 5. a. 5
29 bebant. * Sed, cum vehemens pugna esset, ap
paruerunt aduersarijs de cælo viri quinq. in
equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis
30 præstantes: * ex quibus duo Machabæũ me-
dium habentes, armis suis circumseptum in-
columen conseruabant: in aduersarios autẽ
tela, & fulmina iaciebãt, ex quo & cæcitate cõ
31 fusi, & repleti perturbatione cadebant. * In-
terfecti sunt autẽ viginti millia quingenti, &
32 equites sexcẽti. * Timothæus verò confugit

In Gazaram præsidium munitum, cui præe-
rat Cheræas. * Machabeus autem, & qui cum 33
eo erant, lætantes obsederunt præsidiū die- G
bus quatuor. * At hi, qui intus erant, loci fir- 34
mitate confisi supra modum maledicebant,
& sermones nefandos iactabant. * Sed cum 35
dies quinta illucesceret, viginti iuuenes ex his,
qui cum Machabæo erant, accēsi animis pro-
pter blasphemiam, viriliter accesserunt ad
murum, & feroci animo incedentes ascende-
bant: * sed & alij similiter ascendētes, turres, 36
portasque succendere aggressi sunt, atque ip-
sos maledicos viuos concremare. * Per conti- 37
nuum autem biduum præsidio vastato, Ti-
mothæum occultantem se in quodam reper-
tum loco peremerunt: & fratrem illius Che-
ræam, & Apollophanem occiderunt. * Quib, 38
gestis, in hymnis, & confessionibus benedi-
cebant Dominum, qui magna fecit in Israel,
& victoriam dedit illis.

CAP. XI.

SEd paruo post tēpore, Lysias procurator 1
regis, & propinquus, ac negociorum præ- A
positus, grauiter ferens de his, quæ acciderāt,
* congregatis octoginta millibus, & equitatu 2
vniuerso, veniebat aduersus Iudæos, existi-
mans se ciuitatem quidem captam Gentibus
habitaculum facturum, * templum verò in 3
pecuniæ quæstum, sicut cetera delubra Gen-
tium, habiturum, & per singulos annos væ-
nale sacerdotium: * nusquam recogitans Dei 4
potestatem, sed mente effrænatus in multi-
tudine peditum, & in millibus equitū, & in o-
ctoginta elephantis confidebat. * Ingressus 5
autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quę
erat in angusto loco, ab Ierosolyma interual-
lo quinque stadiorum, illud præsidium ex-
pugnabat. * Vt autem Machabæus, & qui cū 6
eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cū B
fletu, & lacrymis rogabant Dominum, & om-
nis turba simul, vt bonum angelum mitteret
ad salutem Israel. * Et ipse primus Macha- 7
bæus, sumptis armis, ceteros adhortatus est
simul secum periculum subire, & ferre auxi-
lium fratribus suis. * Cūque pariter prompto 8
animo procederent, Ierosolymis apparuit
præcedens eos eques in veste candida, armis
aureis hastam vibrans. * Tunc omnes simul 9
benedixerunt misericordem Dominum, &
conualuerunt animis: non solum homines,
sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos
parati penetrare: * Ibant igitur prompti, de 10
cælo habentes adiutorem, & miserantem su- C
per eos Dominum. * Leonum autem more 11
impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex
eis vndecim millia peditum, & equitum mil-
le sexcentos: * vniuersos autem in fugam ver- 12
terunt, plures autem ex eis vulnerati nudi e-
uaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens
euasit. * Et quia non insensatus erat, secū ipse 13
reputans, factam erga se diminutionem, &
intelligens inuictos esse Hebræos, omnipo-
tentis Dei auxilio innitentes, misit ad eos, * 14
promisitque se consensurum omnibus, quę
iusta sunt, & regem compulsurum amicum
15 fieri. * Annuit autem Machabæus precibus
Lysiæ, in omnibus vtilitati cōsulēs: & quę-
cumq. Machabæus scripsit Lysiæ de Iudęis,
16 ea rex concessit. * Nam erant scriptæ Iudęis
epistolæ à Lysia quidem hunc modum con-
tinentes.
17 LYSIAS populo Iudæorum salutem. *
D Ioannes, & Abesalom, qui missi fuerant à vo
bis, tradentes scripta, postulabant vt ea, quæ
18 per illos significabantur implerē. * Quæcūq:
igitur regi potuerunt perferri, exposui: &
19 quæ res permittebat, concessi. * Si igitur in
negocijs fidem conseruaueritis, & deinceps,
20 bonorum vobis causa esse tentabo. * De cete-
ris autē per singula verbo mandaui & istis:
& his, qui à me missi sunt, colloqui nobiscū.
21 * Bene valete, Anno centesimo quadrage-
E simo octauo mensis Dioscori, die vigesima,
& quarta.
22 * Regis autem epistola ista continebat:
23 REX Antiochus Lysiæ fratri salutem, * Pa-
tre nostro inter deos translato, nos volentes
eos, qui sunt in regno nostro sine tumultu a-
24 gere, & rebus suis adhibere diligentiam, * au
diuimus Iudæos non consensisse patri meo
vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed
tenere velle suum institutum, ac propterea
25 postulare à nobis concedi sibi legitima sua. *
Volentes igitur hanc quoque gentem quietā
esse, statuentes iudicauimus, templum resti-
tui illis, vt agerent secundum suorum maio-
26 rum consuetudinem. * Benè igitur feceris, si
miseris ad eos, & dexterā dederis, vt cogni-
ta nostra voluntate, bono animo sint, & vtili-
tatibus proprijs deseruiant.
27 * Ad Iudæos verò regis epistola talis
erat:
F REX Antiochus senatui Iudæorum, &
28 ceteris Iudæis salutem. * Si valetis sic estis
29 vt volumus, sed & ipsi benè valemus: * Adijt
nos Menelaus, dicens velle vos descendere
30 ad vestros, qui sunt apud nos. * His igitur
qui commeant, vsque ad diem trigesimum
31 mensis Xanthici, damus dextras securitatis:
vt Iudæi vtantur cibis, & legibus suis, sicut
& prius: & nemo eorum vllo modo mole-
stiam patiatur de his, quæ per ignorantiam
32 gesta sunt. * Misimus autem, & Menelaum,
33 qui vos alloquatur. * Valete: Anno centesimo
quadragesimo octauo, Xanthici mensis quin
tadecima die.
34 * Miserunt autem etiam Romani episto-
lam ita se habentem.
QVINTVS Memmius, & Titus Manilius
legati Romanorum, populo Iudæorum salu
35 tem. * De his, quæ Lysias cognatus regis cō-
G cessit vobis, & nos concessimus. * De quibus
36 autem ad regem iudicauit referendum, cō-
festim aliquem mittite, diligentius inter vos
conferētes, vt decernamus, sicut congruit vo-
37 bis: nos enim Antiochiam accedimus. * Ideo-
que festinate rescribere, vt nos quoque scia-
38 mus, cuius estis voluntatis. * Bene valete. An-
no

no centesimo quadragesimo octauo, quinta-
decima die mensis Xanthici.

CAP. XII.

HIs factis pactionibus, Lysias pergebat 1
ad regem, Iudæi autem agriculturæ o- A
peram dabant. * Sed hi, qui resederūt, Timo- 2
theus, & Apollonius Gennæi filius, sed & Hie
ronymus, & Demophon super hos, & Nica-
nor Cypriarches, non sinebant eos in silen-
tio agere, & quietè. * Ioppitę verò tale, quod- 3
dā flagitiū perpetrauēt: rogauerunt Iudęos,
cum quibus habitabant, ascendere scaphas,
quas parauerant, cū vxoribus, & filijs, quasi
nullis inimicitijs inter eos subiacentibus.
* Secundum commune, itaque decretum ci- 4
uitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisq. causa
nihil suspectum habentibus: cum in altum
processissent, submerserūt nō minus ducen-
tos. * Quam crudelitatem Iudas in suæ gen- 5
tis homines factā, vt cognouit, præcepit viris
qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice
Deo. * venit aduersus interfectores fratrum, 6
& portum quidem noctu succendit, scaphas
exussit, eos autē, qui ab igne refugerant, gla-
dio peremit. * Et cū hæc ita egisset, discessit 7
quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppi- B
tas eradicaturus. * Sed cum cognouisset, & 8
eos, qui erāt Iamniæ, velle pari modo facere
habitātibus secū Iudæis, * Iamnitis quoq. no- 9
cte superuenit, & portum cū nauib succēdit,
ita, vt lumen ignis appareret Ierosolymis à
stadijs ducentis quadraginta. * Inde cū iam 10
abijssent nouē stadijs, & iter facerent ad Ti-
motheum, commiserunt cum eo Arabes
quinque millia viri, & equites quingenti.
* Cumq. pugna valida fieret: & auxilio Dei 11
prosperè cessisset, residui Arabes victi, pete-
bant à Iuda dextram sibi dari, promittentes
se pascua daturos, & in ceteris profuturos.
* Iudas autem, arbitratus verè in multis eos 12
vtiles, promisit pacem: dextrisq. acceptis, di-
scessere ad tabernacula sua. * Aggressus est 13
autem, & ciuitatem quādam firmam ponti-
bus, murisq. circumseptam, quæ à turbis ha- C
bitabatur gentiū promiscuarum, cui nomen
Casphin. * Hi verò, qui intus erant, confidē- 14
tes in stabilitate murorum, & apparatu ali-
moniarum, remissius agebant, maledictis
lacessentes Iudam, & blasphemantes, ac lo-
quentes, quæ fas non est. * Machabæus au- 15
tem, inuocato magno mundi Principe, qui
Iosu. 6. sine arietibus, & machinis [a] temporibus Ie-
su præcipitauit Iericho, irruit ferociter mu-
ris: * & capta ciuitate per Domini voluntatē 16
innumerabiles cędes fecit: ita vt adiacēs sta-
gnum stadiorum duorū latitudinis, sangui-
ne interfectorū fluere videretur. * Inde di- 17
scesserunt stadia septingenta quinquaginta,
& venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur
Tubianæi, Iudęos: * & Timotheum quidem 18
in illis locis non comprehenderunt, nulloq.
negocio perfecto regressus est, relicto in quo
dam loco firmissimo præsidio. * Dositheus 19
autem, & Sosipater, qui erant duces cū Ma-
chabæo, peremerunt à Timotheo relictos in
20 præsidio, decē millia viros. * At Machabæus
ordinatis circum se sex millibus, & constitu-
tis per cohortes, aduersus Timotheum pro-
cessit, habentem secum centum viginti mil-
lia peditum, equitumque duo millia quin-
21 gentos. * Cognito autem Iudæ aduentu,
D Timotheus præmisit mulieres, & filios, & re-
liquum apparatum, in præsidium, quod Car-
nion dicitur: erat enim inexpugnabile, &
accessu difficile propter locorum angustias.
22 * Cumq. cohors Iudæ prima apparuisset, ti-
mor hostibus incussus est, ex præsentia Dei,
qui vniuersa conspicit, & in fugam versi sunt
alius ab alio, ita vt magis à suis deijcerentur,
& gladiorum suorum ictibus debilitarētur.
23 * Iudas autem vehementer instabat puniēs
profanos, & prostrauit ex eis triginta millia
24 virorum. * Ipse verò Timotheus inci-
dit in partes Dosithei, & Sosipatris: & mul-
tis precibus postulabat, vt viuus dimittere-
tur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes
haberet, ac fratres, quos morte eius decipi
25 eueniret. * Et cum fidem dedisset restitu-
turum se eos secundū constitutum, illæsum
26 eū dimiserunt propter fratrum salutē. * Iu-
E das autem egressus est ad Carnion, interfe-
27 ctis vigintiquinque millibus. * Post horum
fugā, & necem, mouit exercitum ad Ephron
ciuitatē munitam, in qua multitudo diuer-
sarum gentium habitabat: & robusti iuuenes
pro muris consistentes fortiter repugnabant:
in hac autem machinæ multæ, & telorum
28 erat apparatus. * Sed, cū Omnipotentē inuo-
cassent, qui potestate sua vires hostium con-
fringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis, qui in-
tus erant, vigintiquinque millia prostraue-
29 runt. * Inde ad ciuitatem Scytharū abierūt,
quæ ab Ierosolymis sexcentis stadijs aberat.
30 * Cōtestātibus autem his, quia apud Scytho-
politas erant, Iudęis, quòd benignè ab eis ha-
berentur, etiam tēporibus infelicitatis, quòd
31 modestè secum egerint: * gratias agentes
F eis, & exhortati etiam de cetero erga genus
suum benignos esse, venerunt Ierosolymam
32 die solemni septimanarum instante. * Et
post Pentecosten abierunt contra Gorgiam
33 præpositum Idumææ. * Exiuit autem cum
peditibus tribus millibus, & equitibus qua-
34 dringentis. * Quibus congressis, cōtigit pau-
35 cos ruere Iudæorum. * Dositheus vero qui-
dam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiam
tenebat: & cum vellet illum capere viuum,
eques quidam de Thracibus irruit in eum,
humerumq. eius amputauit: atque ita Gor-
36 gias effugit in Maresa. * At illis, qui cum Es-
drin erant, diutius pugnantibus, & fatigatis,
inuocauit Iudas Dominum adiutorē, & du-
37 cem belli fieri: * incipiens voce patria, &
cū hymnis clamorem extollens, fugam Gor-
38 giæ militibus incussit. * Iudas autem colle-
cto exercitu venit in ciuitatem Odollam: &
cum septima dies superueniret, secundum
cōsuetudinem purificati, in eodem loco sab-

batum egerunt. * Et sequenti die venit cum 39
suis Iudas, vt corpora prostratorũ tolleret,
& cum parentibus poneret in sepulchris pa-
ternis. * Inuenerunt autem sub tunicis inter- 40
fectorum de donarijs idolorum, quæ apud G
*Deut.7. d.25. lamniam fuerunt, " à quibus lex prohibet
Iudæos: omnibus ergo manifestum factum
est, ob hanc causam eos corruisse. * Omnes 41
itaque benedixerunt iustum iudicium Do-
mini, qui occulta fecerat manifesta. * Atque 42
ita ad preces cõuersi, rogauerunt, vt id, quod
factum erat, delictum obliuioni traderetur.
At verò fortissimus Iudas hortabatur popu-
lum conseruare se sine peccato sub oculis vi-
dentes, quæ facta sunt pro peccatis eorum,
qui prostrati sunt. * Et facta collatione, duo- 43
decim millia drachmas argenti misit Ierosol-
ymam offerri pro peccatis mortuorum sa-
crificium, bene, & religiosè de resurrectione
cogitans (* nisi enim eos, qui cecidérant, re- 44
surrecturos speraret, superfluum videretur,
& vanum orare pro mortuis) * & quia con- 45
siderabat, quòd hi, qui cũ pietate dormitio-
nem acceperant, optimam haberent repos-
tam gratiam. * Sancta ergo, & salubris est 46
cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis
soluantur.

CAP. XIII.

ANno cẽtesimo quadragesimonono, co- 1
gnouit Iudas Antiochum Eupatorem A
venire cum multitudine aduersus Iudæam,
* & cum eo Lysiam procuratorẽ, & præpo- 2
situm negociorum, secum habentem peditũ
centum decem millia, & equitum quinque
millia, & elephantos viginti duos, currus
cum falcibus trecentos. * Commiscuit au- 3
tem se illis, & Menelaus, & cum multa falla-
cia deprecabatur Antiochũ, non pro patriæ
salute, sed sperans se constitui in principa-
tum. * Sed Rex regũ suscitauit animos An- 4
tiochi in peccatorem: & suggerente Lysia B
hunc esse causam omnium malorum, iussit
(vt eis est consuetudo) apprehensum in eo-
dem loco necari. * Erat autem in eodem 5
loco turris quinquaginta cubitorum, agge-
stum vndique habens cineris: hæc prospe-
ctum habebat in præceps. * inde in cine- 6
res deijci iussit sacrilegum, omnibus eum
propellentibus ad interitum. * Et tali lege 7
præuaricatorem legis contigit mori, nec ter-
ræ dari Menelaum. * Et quidem satis iu- 8
ste: nam quia multa erga aram Dei delicta C
commisit, cuius ignis, & cinis erat sanctus
ipse in cineris morte damnatus est. * Sed rex 9
mẽte effrænatus veniebat, nequiorem se pa-
tre suo Iudæis ostensurus, * Quibus Iudas 10
cognitis, præcepit populo, vt die, ac nocte Do
minum inuocarent, quo, sicut semper, &
nunc adiuuaret eos: * quippe qui lege, & 11
patria, sanctoque templo priuati vererentur: ac populum, qui nuper paululum respi-
rasset, ne fineret blasphemias rursus nationi-
bus subdi. * Omnibus itaq. simul id facien- 12
D tibus, & petentibus à Domino misericor-
diam cum fletu, & ieiunijs, per triduum cõ-
tinuum prostratis, hortatus est eos Iudas, vt
13 se præpararent. * Ipse verò cum senioribus
cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iudicio committere exitum
14 rei. * Dans itaque potestatem omnium Deo
E mundi creatori, & exhortatus suos, vt fortiter dimicarẽt, & vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starẽt,
15 circa Modin exercitum constituit. * Et dato signo suis Dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quatuor millia, & maximum elephantorum cum his, qui su-
16 perpositi fuerant: * summoque metu, ac perturbatione hostium castra replentes, re-
17 bus prospere gestis, abierunt. * Hoc autem factum est die illucescente, adiuuante eum
18 Domini protectione. * Sed rex, accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem
19 locorum tentabat: * & Bethsuræ, quæ erat
F Iudæorum præsidium munitum, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat, mino-
20 rabatur. * His autem, qui intus erant, Iu-
21 das necessaria mittebat. * Enunciauit autem mysteria hostibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehensus
22 est, & conclusus. * Iterum rex sermonem habuit ad eos, qui erant in Bethuris: dex-
23 tram dedit: accepit: abijt, * commisit cum Iuda, superatus est. Vt autem cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ, qui relictus
G erat super negocia, mente consternatus Iudæos deprecans, subditusq. eis, iurat de omnibus, quibus iustum visum est: & recon-
ciliatus obtulit sacrificium, honorauit tem-
24 plum, & munera posuit, * Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide vsq.
25 ad Gerrenos ducem, & principem. * Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indi-
26 gnantes ne fortè fœdus irrumperent. * Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusque est Antiochiam: & hoc modo regis profectio, & reditus processit.

CAP. XVI.

1 SEd post triennij tempus cognouit Iudas,
A & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & nauibus, per
portum Tripolis ascendisse ad loca oppor-
2 tuna, * & tenuisse regiones aduersus Antio-
3 chum, & ducem eius Lysiam. * Alcimus autem quidã, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus cõmixtionis, considerans nullo modo sibi esse
4 salutem, neque accessum ad altare. * venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc, & thallos, qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit.

* Tempus autem opportunũ dementiæ suę 5
nactus, conuocatus à Demetrio ad consi-
lium, & interrogatus quibus rebus, & con-
silijs Iudæi niterentur, * respondit: Ipsi, qui 6
dicuntur Assidæi Iudæorum, quibus præ-
est Iudas Machabæus, bella nutriunt, & se-
ditiones mouent, nec patiuntur regnum es-
se quietum: * nam & ego defraudatus paren- 7
tum gloria (dico autem summo sacerdotio)
huc veni: * primò quidem vtilitatibus regis 8
fidem seruans, secundò autem etiam ciui- B
bus consulens: nam illorum prauitate vni-
uersum genus nostrum non minimè vexa-
tur. * Sed oro his singulis ò rex cognitis, & 9
regioni, & generi secundum humanitatem
tuam peruulgatam omnibus prospice. *
nam, quamdiu superest Iudas, impossibi- 10
le est, pacem esse negocijs. * Talibus autem 11
ab hoc dictis, & cęteri amici, hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflammauerunt
Demetrium. * Qui statim Nicanorem præ- 12
positum elephantorum ducem misit in Iu-
dæam: * datis mandatis, vt ipsum quidem 13
Iudam caperet: eos verò, qui cum illo erant,
dispergeret, & constitueret Alcimum maxi-
mi templi summum sacerdotem. * Tunc gẽ- 14
tes, quæ de Iudæa fugerant Iudam, gregatim se Nicanori miscebant, miserias, & cla-
des Iudæorum prosperitates rerum suarum
existimantes. * Audito itaque Iudæi Nica- 15
noris aduentu, & conuentu nationum, con- C
spersi terra rogabant eum, qui populũ suum
constituit, vt in æternum custodiret, quique
suam portionem signis euidẽtibus protegit.
* Imperante autem duce, statim inde moue- 16
runt, conuerteruntque ad castellum Dessau.
* Simon verò frater Iudæ commiserat cum 17
Nicanore: sed conterritus est repentino ad-
uentu aduersariorum. * Nicanor tamen, au- 18
diens virtutẽ comitum Iudæ, & animi ma-
gnitudinem, quam pro patria certaminibus
habebant, sanguine iudicium facere ver-
tebat. * Quam ob rem præmisit Possidonium, 19
& Theodotium, & Matthiam, vt darẽt dex-
tras, atque acciperent. * Et cum diu de his 20
consilium ageretur, & ipse dux ad multitu-
dinem retulisset, omnium vna fuit senten-
tiã amicitijs annuere. * Itaque diem consti- 21
tuerunt, qua secretò inter se agerent: & sin-
gulis sellæ prolatæ sunt, & positæ. * Præcepit 22
autem Iudas armatos esse locis opportunis,
ne fortè ab hostibus repẽte mali aliquid ori-
retur: & congruum colloquium fecerunt.
* Morabatur autem Nicanor Ierosolymis, 23
nihilq. iniquè agebat, gregesque turbarum, D
quæ congregatæ fuerant, dimisit. * Habebat 24
autem Iudam semper chartum ex animo, &
erat viro inclinatus. * Rogauitq. eum duce- 25
re vxorem, filiosq. procreare. Nuptias fecit:
quiete egit, communiterq. viuebant. * Alci- 26
mus autem, videns charitatem illorum ad-
inuicem, & conuentiones, venit ad Deme-
trium, & dicebat: Nicanorem rebus alienis
assentire, Iudamque regni insidiatorem suc-
cessorem sibi destinasse, * Itaque rex exaspe- 27
ratus, & pessimis huius criminationibus ir-
ritatus, scripsit Nicanori, dicens, grauiter
quidem se ferre de amicitiæ conuentione,
iubere tamen Machabæum citius vincẽtum
28 mittere Antiochiam. * Quibus cognitis, Ni-
canor consternabatur, & grauiter ferebat, si
ea, quæ conuenerant, irrita faceret, nihil læ-
29 sus à viro, * sed, quia regi resistere non pote-
rat, opportunitatem obseruabat, qua præce-
30 ptum perficeret. * At Machabæus, videns se-
cum austerius agere Nicanorem, & consue-
tum occursum ferocius exhibentem, intelli-
E gens non ex bono esse austeritatem istam,
paucis suorum congregatis, occultauit se à
31 Nicanore. * Quod cũ ille cognouit fortiter
se à viro præuentum, venit ad maximum, &
sanctissimũ tẽplũ: & sacerdotibus solitas ho-
32 stias offerentibus, iussit sibi tradi virũ, * qui-
bus cum iuramẽto dicentibus nescire se vbi
esset, qui quærebatur, extendens manum ad
33 templum, * iurauit, dicens: Nisi Iudam mihi
vinctum tradideritis, istud Dei fanũ in pla-
nitiem deducam, & altare effodiam, & tem-
34 plum hoc Libero patri consecrabo. * Et his
dictis abijt. Sacerdotes autem protendentes
manus in cælum, inuocabant eum, qui sem-
per propugnator esset gẽtis ipsorum, hæc di-
35 centes: * Tu Domine vniuersorum, qui nul-
F lius indiges, voluisti templum habitationis
36 tuæ fieri in nobis. * Et nunc sancte sancto-
rum omnium Domine, conserua in æternũ
impollutam domum istã, quæ nuper mun-
37 data est: * Razias autẽ quidam de seniorib⁹
ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir a-
mator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affe
38 ctu pater Iudæorũ appellabatur. * Hic mul-
tis temporibus continentiæ propositum te-
nuit in Iudaismo, corpusq. & animam trade-
39 re contentus pro perseuerantia. * Volens au-
tem Nicanor manifestare odium, quod ha-
bebat in Iudæos, misit milites quingentos, vt
40 eum comprehenderent, * putabat enim, si il-
lum decepisset, se cladem Iudæis maximam
41 illaturum. * Turbis autem irruere in domũ
eius, & ianuam disrumpere, atque ignem ad
mouere cupientibus, cum iam cõprehende-
42 retur, gladio se peritit: * eligens nobiliter mo-
G ri potius, quam subditus fieri peccatoribus,
& contra natales suos indignis iniurijs agi.
43 * Sed, cum per festinationem non certò ictu
plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrum-
perent, recurrẽs audacter ad murum, præci-
44 pitauit semetipsum viriliter in turbas: * qui-
bus velociter locum dantibus casui eius: ve-
45 nit per mediam ceruicem: * & cum adhuc
spirarret, accensus animo, surrexit: & cum
sanguis eius magno fluxu deflueret, & gra-
uissimis vulneribus esset saucius, cursu tur-
46 bam pertransijt: * & stans supra quandam
petram præruptam, & iam exãguis effectus
complexus intestina sua, vtrisque manibus
proiecit super turbas inuocans dominatorem vitæ, aspiritus, vt hæc illi iterum red-
deret: atque ita vita defunctus est.

CAP. XV.

NIcanor autem, vt comperit Iudam esse 1
in locis Samariæ, cogitauit cum omni A
impetu die sabbati committere bellum.* Iu 2
daeis verò, qui illum per necessitatem sequebantur, dicentibus: Ne ita ferociter, & barbare feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, & honora eum, qui vniuersa conspicit:* ille infelix interrogauit, si est potens 3
in cælo, qui imperauit agi diem sabbatorũ?
* Et respondentibus illis: Est Dominus vi- 4
uus ipse in cælo potens, qui iussit agi septimam diem:* At ille ait: Et ego potens sum 5
super terram, qui impero sumi arma, & negocia regis impleri. * Tamen nõ obtinuit vt
consilium perficeret.* Et Nicanor quidem 6
cum summa superbia erectus, cogitauerat cõmune trophæum statuere de Iuda.* Ma- 7
chabeus, autem semper cõfidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum. * & 8
hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mẽte haberent adiu- B
toria sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab
Omnipotẽte sibi affuturam victoriam.* Et 9
allocutus eos de lege, & prophetis, admonẽs
etiam certamina, quæ fecerant prius, promptiores constituit eos:* & ita animis eorum 10
erectis simul ostendebat Gentiũ fallaciam,
& iuramentorum præuaricationem.* Sin- 11
gulos autem illorum armauit, nõ clypei, & hastæ munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, exposito digno fide somnio, p quod vniuersos lętificauit.* Erat au- 12
tem huiuscemodi visus: Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum, & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protenden
tem, orare p omni populo Iudęorũ:* Post 13
hoc apparuisse & alium virũ ætate, & gloria C
mirabilem, & magni decoris habitudine circa illũ:* Respondentem verò Oniam dixis- 14
se: hic est fratrum amator, & populi Israel:
hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sãcta ciuitate, Ieremias propheta Dei.
* Extendisse autem Ieremiam dexteram, & 15
dedisse Iudæ gladium aureum: dicentem:
* Accipe sanctũ gladiũ munus à Deo, in quo 16
deijcies aduersaries populi mei Israel.* Ex- 17
hortari itaque Iudæ sermonibus bonis val- D
de, de quibus extolli posset animus, & animi iuuenum confortati, statuerunt dimicare, & contigere fortiter: vt virtus de negocijs indicaret, eo quod ciuitas sancta, & templum periclitarentur.* Erat enim pro vxo- 18
ribus, & filijs, nemque pro fratribus, & cognatis minor solicitudo: maximus verò, & primus pro sanctitate timor erat tẽpli.* sed 19
& eos, qui in ciuitate erant, non minima solicitudo habebat pro his, qui cõgressuri erãt.
* Et, cum iam omnes sperarent iudicium fu 20
turum, hostesque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ, equitesque opportu-
no in loco compositi,* considerans Macha- 21
bæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui nõ
secundum armorum potentiam, sed prout 22
ipsi placet, dat dignis victoriam.* Dixit au-
E tem inuocans hoc modo: " Tu Domine, "Sup.8.
qui misisti angelum tuũ sub Ezechia rege Iu e.19.
da, & interfecisti de castris Sennacherib cen- 23
tum octoginta quinque millia:* & nunc dominator cęlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magni- 24
tudinis brachij tui, * vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita peroranit.
25 * Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cũ
26 tubis, & canticis admouebant.* Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo per ora- 27
tiones congressi sunt: * manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati.
28 * Cumq; cessassent, & cum gaudio redirent,
F cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis
29 suis.* Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Do- 30
minum benedicebant.* Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore, & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri.* Quò cum peruenisset, cõ- 31
uocatis contribulibus, & sacerdotibus ad al-
32 tare, accersijt & eos, qui in arce erant.* Et
ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria, quam extendens contra domum sanctã om- 33
nipotẽtis Dei, magnificè gloriatus est.* Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particularim auibus dari: manum autem
34 dementis contra templum suspendi.* Omnes igitur cęli benedixerunt Dominum, dicentes: Benedictus qui locum suum incon- 35
taminatum seruauit.* Suspendit autẽ Ni-
G canoris caput in summa arce, vt euidens es- 36
set, & manifestum signum auxilij Dei.* Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate 37
præterire:* habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quod dicitur va
38 ce Syriaca, pridie Mardochai diei.* Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego
39 quoq; in his faciam finem sermonis.* Et si quidem bene, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim: sin autem minus dignè, con-
40 cedendum est mihi.* Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alterutis autem vti, delectabile: ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAPVT PRIMVM.

"Luc. 3. c. 31. "Gen. 21 a. 3. "Gen. 25 d. 26. "Gen. 29 d. 35. "Gen. 38 g. 29. "1. Par. 2. a. 5. Ruth. 4. d. 18. "Num. 7. b. 12. "1. Reg. 16. Ruth 4. d. 18. "2. Reg. 12. f. 24. "3. Reg. 11. g. 43. "5. Reg. 14. g. 31.

LIBER generationis Iesu 1
Christi filij" Dauid, filij A
Abraham.
* " Abraham genuit 2
Isaac.
" Isaac autem genuit Ia-
cob.
" Iacob autem genuit Iudam, & fratres
eius.
* " Iudas autem genuit Phares, & Zaram 3
de Thamar.
" Phares autem genuit Hefron.
Hefron autem genuit Aram.
* Aram autem genuit Aminadab. 4
" Aminadab autem genuit Naasson.
Naasson autem genuit Salmon.
* Salmon autem genuit Booz de Rahab. 5
Booz autem genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Iesse.
" Iesse autem genuit Dauid regem.
* " Dauid autem rex genuit Salomonem ex 6
ea quæ fuit Vriæ.
* " Salomon autem genuit Roboam. 7
" Roboam autem genuit Abiam. B
" Abias autem genuit Asa.

8 * Asa autem genuit Iosaphat. "3. Reg.
Iosaphat autem genuit Ioram. 15. b. 9.
Ioram autem genuit Oziam.
9 * " Ozias autem genuit Ioatham.
" Ioatham autem genuit Achaz. "2. Para.
Achaz autem genuit Ezechiam. 26. d. 23.
10 * " Ezechias autem genuit Manassen. "2. Para.
" Manasses autem genuit Amon. 27. d. 9.
Amon autem genuit Iosiam. 2. Par. 28
11 * " Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres d. 27.
eius in transmigratione Babylonis. "2. Para.
12 * Et post transmigrationem Babylonis: Ie- 32. g. 33.
chonias genuit Salathiel. "2. Para.
Salathiel autem genuit Zorobabel. 33. d. 20.
13 * Zorobabel autem genuit Abiud. & 25.
Abiud autem genuit Eliacim. "2. Para.
Eliacim autem genuit Azor. 36. a. 1. 2.
14 * Azor autem genuit Sadoch.
Sadoch autem genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud.
15 * Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan.
C Mathan autem genuit Iacob.
16 * Iacob autem genuit Ioseph virum Marię,
de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Om-

"omnes itaque generationes ab Abraham 17
vsque ad Dauid generationes quatuorde-
cim:& à Dauid vsque ad transmigrationem
Babylonis, generationes quatuordecim: &
a trāsmigratione Babylonis vsque ad Chri-
stum, generationes quatuordecim.

"Luc 7. c. 27. * Christi autem generatio sic erat:"Cum es- 18
set desponsata mater eius Maria Ioseph,an-
tequam conuenirent, inuenta est in vtero
habēs de Spiritu sancto.* Ioseph autem vir 19
eius cum esset iustus,& nollet eam traduce-
re:voluit occultè dimittere eā.* Hæc autem 20
eo cogitāte, ecce Angelus Domini apparuit D
in somnis ei, dicens: Ioseph filij Dauid,noli
timere accipere Mariam coniugem tuam:
quod enim in ea natum est, de Spiritu san-
21 cto est.* pariet autē filium:"& vocabis no- "Luc.1.
men eius IESVM: ipse enim saluum faciet c.31.
22 populum suum à peccatis eorum.* Hoc au Acto4.
tem totū factum est, vt adimpleretur quod b.12.
dictum est à Domino per Prophetam dicen "Isa.7.c.
23 tē.* " Ecce virgo in vtero habebit,& pariet 14.

filium

filium: & vocabunt nomē eius Emmanuel,
quod est interpretatum Nobiscum Deus.
* Exurgens autem Ioseph à somno, fecit si- 24
cut præcepit ei Angelus Domini, & accepit
25 coniugem suam * Et non cognoscebat eam
donec peperit filium suum primogenitum:
& vocauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

Luc.7.c. 27. CVm ergo nat⁹ esset Iesus in Bethlehē Iu 1
da in dieb⁹ Herodis regis, ecce Magi ab A
oriēte venerūt Ierosolymā,* dicētes: Vbi est 2
qui natus est rex Iudæorū? vidimus.n. stellā
eius in oriēte,& venimus adorare eū. * Au- 3
diēs aūt Herodes rex, turbatus est,& omnis
Ierosolyma cū illo.* Et cōgregans oēs princi 4
pes sacerdotū, & Scribas populi, sciscitabatur
5 ab eis vbi Christ⁹ nasceretur:* At illi dixerūt
ei: In Bethlehē Iudæ:Sic.n scriptum est per
6 Prophetā.*" Et tu Bethlehem terra Iuda ne- " Mich.
quaquam minima es in principibus Iuda: ex 5.a.2.
te enim exiet dux,qui regat populum meum Ioan.7.
7 Israel. * Tunc Herodes clam vocatis Magis f.42.
diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ
8 apparuit eis: * & mittens illos in Bethlehem
B dixit: Ite,& interrogate diligenter de puero,

& cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. * Qui cum audissent regem, abierunt, & ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dũ veniens staret supra, vbi erat puer. * Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valdè. * Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: " & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrha. * Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viã reuersi sunt in regionẽ suam. * Qui cũ recessissent, ecce angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque

" Ps. 71. b. 10.

dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quẽrat puerum adsperdendum eũ. * Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & recessit in Ægyptum: * & erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: " Ex Ægypto vocaui filium meũ. * Tunc Herodes videns quoniam illusus est à Magis, iratus est valdè, & mittens occidit omnes pueros: qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra secundum tempus, quod exquisierat à Magis. * Tunc adimpletum est, quod dictũ est per Ieremiam prophetam dicentem. * " Vox in Rama audita est ploratus, & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. * Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, * dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. * Qui consurgens, accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel. * Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, recessit in partes Galilææ. * Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

" Osee 11. a. 2.

" Ier. 21. d. 15.

CAP. III.

1 IN diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, * & di-
2 cens: " Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. * Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: " Vox clamantis in deserto: Parate
3 viam Domini: rectas facite semitas eius. * Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ,
4 & mel siluestre. * " Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, * & baptizabantur ab eo
5 in Iordane, confitentes peccata sua. * Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit
6 eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? * Facite ergo
7 fructum dignum pœnitentiæ. * Et ne velitis dicere intra vos: " Patrem habemus Abraham, dico enim vobis, quoniam potens
8 est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. * Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem
9 mittetur. * " Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiã: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum di-

* Mat. 3. a. 4. Luc. 3. a.
" Isa. 40. a. 3.
" Mat. 3. a. 3. Luc. 3. a.
" Io. 8. e. 39.
" Mat. 3. a. 8.

Luc. 3. d. 16. Ioan. 1. d. 26. Act. 1. b. 5.
" Mat. 1. b. 9. Luc. 3. e. 21.

gnus calceamẽta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. * Cuius ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. * " Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. * Ioannes autem prohibebat eum, dicẽs: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. * Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. * " Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

" Luc. 9. e. 35. 2. Pet. 1. d. 17.

CAP. IIII.

Mar. 1. b. 12.

1 TVnc Iesus ductus est in desertum à spi-
2 ritu, vt tentaretur à diabolo. * Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadragin-
3 ta noctibus, postea esurijt. * Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides
4 isti panes fiant. * Qui respondens dixit: Scriptum

Luc. 4. a. 1.

ptum est. " Non in solo pane viuit homo,
sed in omni verbo, quod procedit de ore
Dei. * Tunc assumpsit eum diabolus in san- 5
ctam ciuitatem, & statuit eum super pinna-
culum templi, * & dixit ei: Si filius Dei es, 6
" Ps. 90. c. 11. mitte te deorsum. Scriptum est enim. " Quia
angelis suis mandauit de te, & in manibus
tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pe-
dem tuum. * Ait illi Iesus: Rursus scriptum 7
" Deut. 6. a. 14. est. " Non tentabis Dominum Deum tuum.
* Iterum assumpsit eum diabolus in mon- 8
tem excelsum valde, & ostendit ei omnia B
regna mundi, & gloriam eorum, * & dixit 9
ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adorauer-
is me. * Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana. 10
" Deut. 6. b. 13. Scriptum est enim, " Dominum Deum tuum
adorabis, & illi soli seruies. * Tunc reliquit 11
eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, &
ministrabant ei. * Cum autem audisset Ie- 12
" Mar. 1. c. 14. sus quòd Ioannes traditus esset, " secessit in
Galilæam: * & relicta ciuitate Nazareth, ve- 13
Luc. 4. c. 14. nit, & habitauit in Capharnaum maritima,
in finibus Zabulon, & Nephthalim, * vt 14
Ioan. 4. f. 43. adimpleretur, quod dictum est per Isaiam
prophetam. * " Terra Zabulon, & terra 15
" Isa. 9. a. 1. Nephthalim, via maris trans Iordanem Ga-
lilææ gentium, * populus, qui sedebat in te- 16
nebris, vidit lucem magnam: & sedentibus C
in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.
" Mar. 1. b. 15. * " Exinde cepit Iesus prædicare, & dicere, 17
Pœnitentiam agite, appropinquauit enim
regnum cælorum. * Ambulans autem Iesus 18
iuxta mare Galilææ, " vidit duos fratres, Si-
" Marc. 1. b. 16. monem, qui vocatur Petrus, & Andreã fra-
trem eius, mittentes rete in mare, (erant
Luc. 5. a. 1. enim piscatores) * & ait illis: Venite post 19
me, & faciam vos fieri piscatores hominũ.
* At illi continuò relictis retibus secuti sunt 20
21 eum. * Et procedens inde, vidit alios duos
fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fra-
trem eius in naui cum Zebedeo patre eorum
22 reficientes retia sua: & vocauit eos. * Illi au-
tem statim relictis retib. & patre, secuti sunt
23 eum. * Et circuibat Iesus totam Galilæam,
D docens in synagogis eorum, & prædicans
euangelium regni, & sanans omnem languo-
24 rem, & omnem infirmitatem in populo. * Et
abijt opinio eius in totam Syriam, & obtule-
runt ei omnes malè habentes, varijs languo-
ribus, & tormentis comprehensos, & qui de-
monia habebant, & lunaticos, & paralyticos,
25 & curauit eos. * " & secutæ sunt eum turbæ " Mar. 3.
multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem. a. 7. Luc. 6. c. 17.

CAP. V.

1 VIdens autem Iesus turbas, ascendit in
A montem, & cum sedisset, accesserũt ad
2 eum discipuli eius, * & aperiens os suum do-
3 cebat eos dicens. * " Beati pauperes spiritu, " Luc. 6.
4 quoniam ipsorum est regnum cælorum. * " d. 20.
Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã. " Ps. 36. a
5 * Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabun- 11.
6 tur. * " Beati, qui esuriunt, & sitiunt iusti- " Isa. 61.
7 tiam, quoniam ipsi saturabuntur. * Beati mi- a. 3.
sericordes, quoniam ipsi misericordiam con-
8 sequentur. * " Beati mundo corde, quoniam " Ps. 23.
9 ipsi Deum videbunt. * Beati pacifici, quoniã a. 4.
10 filij Dei vocabuntur. * " Beati, qui persecu- " 1. Pet.
tionem patiuntur propter iustitiam, quoniã 2. d. 20.
11 ipsorum est regnum cælorum. * Beati estis & 3. c. 14
cũ maledixerint vobis, & persecuti vos fue- & 4. d.
12 rint, & dixerint omne malum aduersum vos 14.
mentientes, propter me, * gaudete, & exul-
tate, quoniam merces vestra copiosa est in
cœ-

cælis, sic enim persecuti sunt prophetas, qui
fuerunt ante vos. * Vos estis sal terræ. " Quod 13
" Mar. 9. g. 50. si sal euanuerit, in quo saletur? ad nihilum
Luc. 14. g. 34. valet vltra, nisi vt mittatur foras, & con-
culcetur ab hominibus: * Vos estis lux mũ- 14
di. Non potest ciuitas abscondi supra mon-
tem posita. * " neque accendunt lucernam, 15
" Mar. 4. c. 21. & ponunt eam sub modio, sed super cande-
Luc. 8. c. 16 labrũ, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.
& 11. e. 33. * " Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt 16
" 1. Pe. 2. c. 12. videant opera vestra bona, & glorificent pa-
trem vestrum, qui in cælis est. * Nolite pu- 17
tare quoniam veni soluere legem, aut pro-
phetas: non veni soluere, sed adimplere.
* " Amen quippe dico vobis, donec tran- 18
" Lu. 16. d. 17. seat cœlum, & terra, iota vnũ, aut vnus apex C
non præteribit a lege, donec omnia fiant.
* " Qui ergo soluerit vnum de mandatis i- 19
" Iac. 2. b. 10. stis minimis, & docuerit sic homines, mini-
mus vocabitur in regno cælorum: qui autem
fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in
regno cælorum. * Dico enim vobis, quia 20
" Luc. 11. c. 39. nisi abundauerit iustitia vestra " plus quam
Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis
in regnum cælorum. * Audistis quia dictũ 21
" Exo. 20. e. 13. est antiquis: " Non occides: qui autem occi-
Deu. 5. b. 17. deri, reus erit iudicio. Ego autem dico vo- 22
bis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus
erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, ra-
cha: reus erit concilio. Qui autem dixerit,
fatue reus erit gehennæ ignis. * Si ergo of- 23
fers munus tuum ad altare, & ibi recordatus D
fueris, quia frater tuus habet aliquid aduer-
sũ te. * relinque ibi munus tuũ ante altare, & 24
vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ve-
" Luc. 12. g. 58. niens offeres munus tuum. * " Esto conten- 25
tiens aduersario tuo citò dum es in via cum
eo: ne forte tradat te aduersario " iudici, & iu-
dex tradat te ministro: & in carcerem mitta- 26
ris. * Amen dico tibi, non exies inde, donec
27 reddas nouissimum quadrantem. * Audistis
quia dictum est antiquis. " Non mœchabe- " Exo. 20.
28 ris. * Ego autem dico vobis: quia omnis, qui c. 14.
viderit mulierem ad concupiscendum eam,
29 iam mœchatus est eam in corde suo. * " Quod " Inf. 18.
si oculus tuus dexter scandalizat te eruẽ eũ, b. 9.
E & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat Mar. 9. g
30 vnum membrorum tuorum, quam totũ cor 47.
pus tuum mittatur in gehennam. * Et si dex " Deu. 24
tra manus tua scãdalizat te, abscinde eam, & a. 1. inf.
proijce abs te; expedit enim tibi vt pereat 19. b. 7.
vnũ membrorum tuorũ, quam totum cor- Mat. 14.
31 pus tuum eat in gehennam. * Dictum est au a. 4.
tem. * Quicumque dimiserit vxorem suam, Luc. 16.
32 det ei libellum repudij. * Ego autem dico d. 18.
vobis: Quia omnis, qui dimiserit vxorem suã 1. Cor. 7.
excepta fornicationis causa, facit eam mœ- b. 10.
chari: & qui dimissam duxerit, adulterat. " Leu. 19.
33 * Iterum audistis quia dictum est antiquis, b. 11.
" Non periurabis: reddes autem Domino iu- Exo. 20.
34 ramenta tua. * Ego autem dico vobis, nõ iu b. 7.
rare omninõ, neque per cælum, quia thronus Deu. 3. b.
35 Dei est; * neque per terram, quia scabellum 11.
F est pedum eius: neque per Ierosolymã, quia " Iac. 5. e.
36 ciuitas est magni regis: * neq. per caput tuum 12.
iurauerit, quia non potes vnum capillum al- " Exo. 21
37 bum facere, aut nigrum. * " Sit autem sermo d. 24.
vester, est, est: non, non, quod autem his abũ- Deu. 19.
38 dantius est, à malo est. * Audistis quia dictũ d. 21.
est: " Oculum pro oculo, & dentem pro den- Leu. 24.
39 te. * Ego aũt dico vobis, non resistere malo. " d. 20.
Sed si quis te percusserit in dexteram maxil- " Luc. 6.
40 lam tuam præbe illi, & alteram. * " & ei, qui d. 29.
vult tecum iudicio contendere, & tunicã tuã " 1. Cor.
41 tollere, dimitte ei, & pallium. * & quicumque 6. b. 7.
te angariauerit mille passus, vade cũ illo, &

alia duo. * " Qui petit à te, da ei, & volenti 42
mutuari à te, ne auertaris. * Auditis quia di- 43
ctum est: " Diliges proximum tuum, & odio
habebis inimicum tuũ. * Ego autẽ dico vo- 44
bis: Diligite inimicos vestros, benefacite his
qui oderunt vos: " & orate pro persequentib.
& calumniantibus vos: * vt sitis filij patris 45
vestri, qui in cęlis est: qui solem suum oriri
facit super bonos, & malos: & pluit super iu-
stos, & iniustos. * Si enim diligitis eos, qui 46
vos diligunt, quam mercedem habebitis: nõ-
ne, & publicani hoc faciunt? * Et si salutaue- 47
ritis fratres vestros tantum, quid amplius fa-
citis? nonne & ethnici hoc faciunt? * Estote 48
ergo vos perfecti, sicut & pater vester cæle-
stis perfectus est.

" Deu. 15 b. 6. " Leu. 19. d. 18. " Luc. 6. d. 27. Ro. 12. d. 20. Act. 7. g. 60. Luc. 23. e. 34.

CAP. VI.

A Ttendite ne iustitiam vestrã faciatis co- 1
ram hominibus, vt videamini ab eis: alio-
quin mercedẽ non habebitis apud patrẽ ve-
strũ, qui in cęlis est. * Cũ ergo facis eleemosy- 2
nam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ
faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorifi-
centur ab hominibus: Amen dico vobis, rece-
perunt mercedẽ suam. * Te aũt faciente elee 3
mosynã, nesciat sinistra tua quid faciat dex-
tera tua: * vt sit eleemosyna tua in absco- 4
dito, & pater tuus, qui videt in abscondito,
reddet tibi. * Et cum oratis, non eritis sicut 5
hypocritæ, qui amant in synagogis, & in an-
gulis platearum stantes orare, vt videantur
ab hominibus: amen dico vobis, receperunt
mercedem suam. * Tu autem cum oraueris, 6
intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora
patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui
videt in abscondito, reddet tibi. * Orantes 7
autem, nolite multum loqui, sicut ethnici, pu-
tant enim quod in multiloquio suo exaudiã-
tur. * Nolite ergo assimilari eis, scit enim 8
pater vester, quid opus sit vobis, antequam
petatis eum. * Sic ergo vos orabitis, " Pater 9
nostER, qui es in cælis: sanctificetur nomen
tuum. * Adueniat regnum tuum. Fiat vo- 10
luntas tua, sicut in cælo, & in terra. * Pa- 11
nem nostrum supersubstantialem da nobis
hodie. * Et dimitte nobis debita nostra, sicut 12
& nos dimittimus debitoribus nostris. * Et 13
ne nos inducas in tentationem. Sed libera
nos à malo. Amen. * " Si enim dimiseritis 14
hominibus peccata eorum, dimittet, & vo-
bis pater vester cęlestis delicta vestra. * Si au- 15
tem non dimiseritis hominibus: nec pater
vester dimittet vobis peccata vestra. * Cum 16
autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ
tristes, exterminant enim facies suas, vt ap-
pareant hominibus ieiunantes. Amen dico
vobis, quia receperunt mercedem suam. * 17
Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, 18
& faciem tuam laua, * ne videaris homini-
bus ieiunans, sed patri tuo, qui est in ab-
scondito: & pater tuus, qui videt in ab-
scondito reddet tibi. * Nolite thesaurizare vobis 19
thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demo-

" Luc. 11, a. 2. " Inf. 18. d. 33. Mar. 11. c. 27. Eccl. 28. a. 3. 4. 5.

C litur: & vbi fures effodiunt, & furantur.
20 * " Thesaurizate autem vobis thesauros in
cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demoli-
tur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. 1. Ti. 6.
21 * Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est, & cor d. 19.
22 tuum. * " Lucerna corporis tui est oculus " Luc. 11,
tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum c. 34.
23 corpus tuum lucidum erit. * Si autem ocu-
lus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum
tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te
est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ e-
24 runt: * " Nemo potest duobus dominis ser- " Luc. 16,
uire: aut enim vnum odio habebit, & c. 13.
alterum diliget: aut vnum sustinebit, & al-
terum contemnet. Non potestis Deo serui-
25 re, & mammonæ. * " Ideo dico vobis, ne so- " Luc. 12,
licitis sitis animæ vestrę quid mãducetis, ne- c. 22.
que corpori vestro, quid induamini. Nonne 1. Pet. 5,
anima plus est quam esca: & corpus plus b. 7.
26 quam vestimentum? * Respicite volatilia cę- Ps. 54. d.
D li, quoniam non serunt, neque metunt, neque 25.
congregant in horrea: & pater vester cælestis Phil. 4.
pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? b. 6.
27 * Quis autem vestrum cogitans potest adij- 1. Tim.
28 cere ad staturam suam cubitum vnum? * Et b. 7.
de vestimento quid soliciti estis? Considera-
te lilia agri quomodo crescunt: non laborãt,
29 neque nent. * Dico autẽ vobis, quoniam nec
Salomon in omni gloria sua coopertus est si-
30 cut vnum ex istis. * Si autem fœnum agri,
quod hodie est, & cras in clibanum mittitur,
Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fi-
31 dei? * Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid
manducabimus, aut quid bibemus, aut quo
32 operiemur? * hæc enim omnia gentes inqui-
runt. Scit enim pater vester, quia his omnib⁹
33 indigeris. * Quærite ergo primum regnum
Dei, & iustitiã eius: & hæc omnia adijcientur
34 vobis. * Nolite ergo solliciti esse in crastinũ.
Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. suf-
ficit diei malitia sua.

CAP. VII.

1 NOlite iudicare, vt non iudicemini. * In Luc. 6. f.
2 quo enim iudicio iudicaueritis, iudica- 37.
A bimini: " & in qua mensura mensi fueritis, re- Rom. 2.
3 metietur vobis. * Quid autẽ vides festucam a. 1.
in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo " Mar. 4.
4 non vides? * Aut quomodo dicis fratri tuo. c. 24.
Sine eijciam festucam de oculo tuo: & ecce
5 trabs est in oculo tuo? * Hypocrita, eijce pri- " Inf. 11.
mum trabem de oculo tuo, & tunc videbis c. 22.
6 eijcere festucam de oculis fratris tui. * Nolite Mar. 11.
dare sanctum canibus: neque mittatis mar- c. 24.
garitas vestras ante porcos, ne forte cõculcẽt Luc. 11.
eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. b. 9.
7 * " Petite, & dabitur vobis: quærite, & inue- Io. 14. b.
B nietis: pulsate, & aperietur vobis. * Omnis e- 13.
8 nim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & Iac. 1. a.
9 pulsanti aperietur. * Aut quis est ex vobis ho- 6.
mo, quem si petierit filius suus panem, num-
10 quid lapidẽ porriget ei? * Aut si piscẽ petierit,
num-

numquid serpentem porriget ei? * Si ergo 11
vos: cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs
vestris: quanto magis pater vester, qui in cæ-
Luc. 6. g. 11. lis est, dabit bona petentibus se? * " Omnia 12
Tob. 4. c. 16. ergo quæcumque vultis vt faciant vobis ho-
mines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, &
Luc. 13. a. 24. Prophetæ. * " Intrate per angustam portam: 13
quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit
ad perditionem, & multi sunt, qui intrãt per
eam. * Quam angusta porta, & arcta via est, 14
Luc. 6. g. 44. quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inue-
niunt eam? * " Attendite à falsis prophetis, 15
C qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,
16 intrinsecus autem sunt lui rapaces: * à fructi-
bus eorum cognoscetis eos. Numquid colli-
17 gunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? *
Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: ma-
18 la autem arbor malos fructus facit. * Non po-
test arbor bona malos fructus facere: neque
19 arbor mala bonos fructus facere: * " Omnis " Sup. 3.
arbor, quæ non facit fructum bonum, exci- c. 10.
20 detur, & in ignem mittetur. * Igitur ex fru- " Inf. 25.
21 ctibus eorum cognoscetis eos. * " Non omnis, a. 1.
qui dicit mihi: Domine, Domine intra-

bit in regnum cælorum: sed qui facit volun-
tatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit
in regnum cælorum. * Multi dicent mihi 22
in illa die: Domine, Domine, nonne in nomi-
Act. 19. c. 13. ne tuo prophetauimus, & " in nomine tuo dę-
monia eiecimus, & in nomine tuo virtutes
multas fecimus? * Et tũc cõfitebor illis: Quia 23
Psal. 6. c. 9. nũquam noui vos: discedite à me, qui opera-
Inf. 25. d. 41. mini iniquitatem. * " Omnis ergo, qui audit 24
Luc. 13. f. 27. verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro D
Luc. 6. g. 48. sapienti, qui ædificauit domum suam supra
Rom. 2. e. 13. petram, * & descendit pluuia, & venerunt 25
Iac. 1. d. 22. flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domum illam, & non cecidit: fundata enim
erat super petram. * Et omnis, qui audit ver- 26
Mar. 1. c. 22. ba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro
Luc. 4. c. 32. stulto, qui ædificauit domum suam super a-
renam: * & descendit pluuia, & venerunt 27
flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius
magna. * Et factum est: cum consummasset 28
Iesus verba hæc admirabantur turbæ super
doctrina eius. * " Erat enim docens eos sicut 29
potestatem habẽs, & non sicut Scribæ eorũ,
& Pharisæi.

CAP. VIII.

1 CVm autem descendisset de monte, se-
A quutæ sunt eum turbæ multæ: " * & " Mar. 1.
2 ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: c. 40.
3 Domine, si vis, potes me mundare. * Et ex- Luc. 4. c.
tendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: 12.
Volo. Mundare. Et confestim mundata est
4 lepra eius. * Et ait illi Iesus: Vide, nemini
dixeris: sed vade, " ostende te sacerdoti, " Leu. 14.
& offer munus, quod præcepit Moyses, in a. 2.
5 testimonium illis. * Cum autem introis- Luc. 7. a.
set Capharnaum, accessit ad eum Centu- 1.
6 rio, rogans eum, * & dicens: Domine,
puer meus iacet in domo paralyticus, &
7 malè torquetur. * Et ait illis Iesus: Ego ve-
8 niam, & curabo eum. * Et respondens Luc. 7. a.
Centurio, ait: " Domine non sum dignus 5.
vt intres sub tectum meum: sed tantum dic
9 verbo, & sanabitur puer meus. * Nam &
B ego homo sum sub potestate constitutus,
habens sub me milites, & dico huic: Va-
de, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo
10 meo, Fac hoc, & facit. * Audiens autem Ie-
sus miratus est, & sequentibus se dixit:

Amen dico vobis, non inueni tantam fidem
in Israel.* Dico autem vobis, quod multi " abi 11
Oriente, & Occidente venient, & recumbet
cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cæ-
lorum:* filij autē regni eijcientur in tenebras 12
exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.
* Et dixit Iesus Cēturioni: Vade, & sicut cre- 13
didisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa ho-
ra. * Et cum venisset Iesus in domum Pe- 14
tri, vidit socrum eius iacentem, & febricitā-
tem:* & tetigit manum eius, & dimisit eam 15
febris, & surrexit, & ministrabat eis.* " Vespe- 16

" Mar. 1. c. 11.

" Mar. 1. d. 22.

re autem facto obtulerunt ei multos demo-
nia habēres: & eijciebat spiritus verbo: & oes
17 *malē habentes curauit:* vt adimpleretur,
quod dictum est per " Isaiam prophetam, di-
centem: ipse infirmitates nostras accepit: &
18 ægrotationes nostras portauit. * Videns
C autem Iesus turbas multas circum se iussit,
19 ire trans fretū. * Et accedens vnus scriba, ait
20 illi: Magister, sequar te, quocūq. ieris. * Et di-
cit ei Iesus. " Vulpes foueas habēt, & volucres
21 cæli nidos: filius autem hominis non habet,
vbi caput reclinet.* Alius autē de discipulis

" Isa. 53. a. 4. 1. Petr. 2. d. 24.

" Luc. 9. g. 54.

eius

eius ait illi: Dñe, permitte me primum ire, &
sepelire patrem meum.* Iesus autem ait illi: 22
Sequere me, & dimitte mortuos sepelire
mortuos suos.* " Et ascendente eo in nauicu- 23
lam, secuti sunt eum discipuli eius: * & ecce 24
motus magnus factus est in mari, ita vt na-
uicula operiretur fluctibus, ipse verò dor-
miebat.* Et accesserunt ad eū Discipuli eius, 25
& suscitauerunt eum, dicentes: Dñe, salua
nos perimus.* Et dicit eis Iesus: Quid timi- 26
di estis, modicæ fidei? Tunc surgens, impe-
rauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas
magna.* Porrò homines mirati sunt, dicen- 27
tes. Qualis est hic, quia venti, & mare obediūt
ei?* " Et cum venissent trās fretum in regio- 28
nem Gerasenorum, occurrerunt ei duo ha-
bentes dæmonia, de monumentis exeuntes,
sæui nimis, ita vt nemo posset transire per
29 viam illam.* Et ecce clamauerunt, dicentes:
Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc,
30 ante tempus torquere nos? * " Erat autē non
longè ab illis grex multorum porcorum pa-
31 scens. * Dæmones autem rogabant eum, di-
centes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem
32 porcorum. * Et ait illis: Ite. At illi exeuntes
abiebant in porcos, & ecce impetu abijt totus
grex per præceps in mare, & mortui sunt in
33 aquis.* Pastores autem fugerunt: & venien-
tes in ciuitatem, nunciauerunt omnia, & de
34 eis, qui dæmonia habuerant. * Et ecce tota ci
uitas exijt obuiam Iesu: & visu eo rogabant,
vt transiret à finibus eorum.

* Mar. 4. d. 30. Luc. 8. d. 22.

* Mar. 5. a. 1. Luc. 8. d. 26.

" Mar. 5. a. 11. Luc. 8. d. 32.

" Mar. 3. b. 17. Luc. 8. e. 37.

CAP. IX.

Mar. 2. a. 3. Lu. 5. d. 18.

ET ascendens in nauiculam, transfreta- 1
uit, & venit in ciuitatem suam.* Et ecce A
offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. 2
Et videns Iesus fidem illorum, dixit paraly-
tico: Confide fili, remittuntur tibi peccata
tua.* Et ecce quidam de Scribis dixerunt in- 3
tra se. Hic blasphemat.* Et cum vidisset Ie- 4
sus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogi-
tatis mala in cordibus vestris?* Quid est fa- 5
cilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua:
an dicere: Surge, & ambula?* Vt autem scia- 6
tis, quia filius hominis: habet potestatem
in terra dimittendi peccata, tunc ait Paraly-
tico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in do-
mum tuam.* Et surrexit, & abijt in domum 7
suā. * Videntes autem turbæ timuerunt, & 8
glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem
talem hominibus.* " Et cum transiret inde 9

* Mar. 2. b. 14.

IB Iesus, vidit hominem sedentem in telonio.
Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. 10
Et surgens, secutus est eum. * Et factum
est discumbente eo in domo, ecce multi pu-
blicani, & peccatores venientes discumbe-
11 bant cum Iesu, & discipulis eius. * Et vi-
dentes Pharisæi, dicebant discipulis eius:
Quare cum publicanis, & peccatoribus man-
12 ducat Magister vester? * At Iesus audiens,
ait: Non est opus valentibus medicus, sed
13 malē habentibus. * Euntes autem discite
quid est. " Misericordiam volo, & non sa-
crificium. Non enim veni vocare iustos,
14 " sed peccatores. * Tunc accesserunt ad
eum discipuli Ioannis, dicentes: " Quare
nos, & Pharisæi ieiunauimus frequenter: di-
15 scipuli autem tui non ieiunant? * Et ait il-
lis Iesus: Numquid possunt filij sponsi lu-
gere: quamdiu cum illis est sponsus? Ve-
niant autem dies cum auferetur ab eis spon-
16 sus: & tunc ieiunabunt. * Nemo autem

Luc. 5. f. 27.

" Osee 6. e. 6. Infr. 12. a. 7.

" 1. Tim. 1. c. 27.

" Mar. 2. c. 18.

Luc. 5. f. 33.

immittit commiſſuram panni rudis in ve-
ſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem
eius à veſtimento: & peior ſciſſura fit.* Neq. 17
mittunt vinum nouum in vtres veteres, alio-
quin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, C
Mar. 5. b. 22. & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres
nouos mittunt: & ambo conſeruãtur.* "Hęc 18
Luc. 8. f. 43. illo loquente ad eos, ecce princeps vnus acceſ-
ſit, & adorabat eũ, dicens: Dñe, filia mea mo-
do defuncta eſt, ſed veni: impone manum
tuam ſuper eam, & viuet.* Et ſurgens Ieſus, 19
Mar. 5. c. 24. ſequebatur eum, & diſcipuli eius.* "Et ecce 20
mulier quæ ſanguinis fluxũ patiebatur duo-
Luc. 8. f. 43. decim annis acceſſit retro, & tetigit fimbriam
veſtimenti eius.* Dicebat enim intra ſe. Si te- 21
tigero tantum veſtimentum eius: ſalua ero.* 22
At Ieſus conuerſus, & videns eam, dixit: Cõ-
fide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua fa-
23 cta eſt mulier ex illa hora.* Et cum veniſſet
Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibici-
24 nes, & turbam tumultuantem, dicebat:* Re-
cedite: non eſt enim mortua puella, ſed dor-
25 mit. Et deridebant eum.* Et cum eiecta eſ-
ſet turba, intrauit, & tenuit manum eius. Et
26 ſurrexit puella.* Et exijt fama hæc in vni-
27 uerſam terram illam.* Et tranſeunte inde
Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes, &
28 dicentes: Miſerere noſtri, fili Dauid.* Cum
D autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eũ
cæci. Et dicit eis Ieſus: Creditis, quia hoc poſ
29 ſum facere vobis. Dicunt ei: Vtiq. Dñe.* Tũc
tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidẽ
30 veſtrã fiat vobis.* Et aperti ſunt oculi eorũ:
& cõminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne
31 quis ſciat.* Illi autem exeuntes, diffamaue-
32 runt eum in tota terra illa.* Egreſſis autem

Inf. 12. b. 22. illis, "ecce obtulerunt ei hominem mutum,
dæmonium habentem.* Et eiecto dęmonio, 33
Luc. 11. b. 14. locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicẽ-
tes: Numquam apparuit ſic in Iſrael.* Pha- 34
riſæi, autem dicebant: In principe dæmonio-
Mat. 6. c. 6. rum eijcit demones.* "Et circuibat Ieſus om- 35
nes ciuitates, & caſtella docens in ſynagogis
eorum, & prædicans euangelium regni, & cu-
rans omnem languorem, & omnem infirmi-
tatem.* Videns autem turbas, miſertus eſt 36
eis: quia erant vexati, & iacentes ſicut oues nõ
habentes paſtorem.* Tunc dicit diſcipulis 37
ſuis. "Meſſis quidem multa operarij autem
Luc. 10. a. 2. pauci.* Rogate ergo Dominum meſſis, vt 38
mittat operarios in meſſem ſuam.

CAP. X.

Mar. 3. b. 13. ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, 1
dedit illis poteſtatem ſpirituum immũ- A
dorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem Luc. 6 b. 13. & 9. a. 1. & 10 a. 1.
2 languorem, & omnem infirmitatem.* Duo-
decim autem Apoſtolorum nomina ſunt
hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus,
3 & Andreas frater eius,* Iacobus Zebedæi,
& Ioannes frater eius, Philippus, & Bartho-
lomæus, Thomas, & Matthæus publicanus,
4 Iacobus Alphæi, & Thaddæus.* Simon
Chananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tra-
5 didit eum.* Hos duodecim miſit Ieſus: pręci-
piens eis, dicens: in viam gentium ne
abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne Mar. 6. a. 8.
6 intraueritis:* ſed potius ite "ad oues,
7 quæ perierunt domos Iſrael.* Euntes au- Luc. 9. a. 3. & 10. a. 4.
tem prædicate, dicentes: Quia approquin-
8 quauit regnum cælorum.* Infirmos curate
mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dęmo- Act. 13. g. 46.
9 nes eijcite: gratis accepiſtis gratis date.* No-
B lite poſſidere aurum, neque argentum, ne-
que

que pecuniam in zonis veſtris,* non peram 10
in via, neque duas tunicas, neque calcea-
menta, neque virgam: dignus enim eſt ope-
rarius cibo ſuo.* In quamcumque autem ci- 11
uitatem, aut caſtellum intraueritis, inter-
rogate, quis in ea dignus ſit: & ibi manete
donec exeatis.* Intrantes autem in do- 12
mum ſalutate eam, dicentes: Pax huic do-
mui.* Et ſiquidem fuerit domus illa digna, 13
veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non
fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos.
* Et quicumque non receperit vos, neque 14
audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de
domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pe-
dibus veſtris.* Amen dico vobis: Tolerabi- 15
lius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæo-
Luc. 10. a. 3. rum: in die iudicij, quam illi ciuitati.* "Ecce 16
ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.
Eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpentes, & ſim-
plices ſicut columbæ.* Cauete autem ab ho- 17
Luc. 12. b. 11. minibus. "Tradent enim vos in concilijs,
& in ſynagogis ſuis flagellabunt vos:* & ad 18
pręſides, & ad reges ducemini propter me in
teſtimonium illis, & gentibus.* Cum au- 19
tem tradent vos, nolite cogitare quomodo,
aut quid loquamini: dabitur enim vobis in
illa hora, quid loquamini:* non enim vos 20
eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris ve-
ſtri, qui loquitur in vobis.* Tradet autem 21
frater fratrem in mortem, & pater filium: & C
inſurgent filij in parentes, & morte eos affi-
cient:* & eritis odio omnibus propter no- 22
men meum: qui autem perſeuerauerit vſ-
que in finem, hic ſaluus erit.* Cum autem 23
perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in
aliam. Amen dico vobis, non conſumma-
Luc. 6. f. 40. bitis ciuitates Iſrael, donec veniat Filius ho-
minis.* "Non eſt diſcipulus ſuper magi- 24
ſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.
25 * ſufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter e- Ioan. 13. b. 16. & 15. c. 20.
ius: & ſeruo, ſicut dominus eius. Si Pa-
trem familias Beelzebub vocauerunt: quan-
26 to magis domeſticos eius?* Ne ergo timue-
ritis eos: "Nihil enim eſt opertum, quod
non reuelabitur: & occultum, quod non Mar. 4. c. 22.
27 ſcietur.* Quod dico vobis in tenebris, dici-
te in lumine: & quod in aure auditis, præ- Luc. 8. c. 17. & 12. a. 2.
28 dicate ſuper tecta.* Et nolite timere eos,
qui occidunt corpus, animam autem non
poſſunt occidere: ſed potius timete eum, Act. 27. f. 36.
qui poteſt, & animam, & corpus perdere in
29 gehennam,* "Nonne duo paſſeres aſſe ve- 2. Re. 14. c. 11.
neunt: & vnus ex illis non cadet ſuper ter-
30 ram ſine patre veſtro?* Veſtri autem ca- Mar. 8. d. 38.
31 pilli capitis omnes numerati ſunt.* Noli-
te ergo timere: multis paſſeribus meliores Luc. 9. c. 26. & 12. b. 8.
32 eſtis vos.* "Omnis ergo, qui confitebi-
tur me coram hominibus, confitebor, &
ego eum coram patre meo, qui in cælis eſt: 2. Ti. 2. b. 12.
33 * qui autem negauerit me coram homini-
bus, negabo, & ego eum coram Patre meo, Luc. 12. f. 51.
34 qui in cælis eſt.* Nolite arbitrari, quia pa-
D cem venerim mittere in terram: non veni Mic. 7. b. 6.
35 pacem mittere, ſed gladium.* "Veni
enim ſeparare "hominem aduerſus patrem Luc. 14. f. 26.
ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam,
36 & nurum aduerſus ſocrum ſuam:* & ini- Mar. 8. d. 34.
37 mici hominis, domeſtici eius.* "Qui
amat patrem, aut matrem plus quam me, Inf. 16. d. 24.
non eſt me dignus, & qui amat filium, aut
38 filiam ſuper me, non eſt me dignus.* "Et Luc. 9. c. 24 & 14. f. 26. & 16. g. 33.
qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur
39 me, non eſt me dignus.* Qui inuenit ani-
mam ſuam, perdet illam: & qui "perdide- Ier. 12. d. 25.
rit animam ſuam propter me, inueniet eam.
40 * Qui recipit vos, me recipit: & qui me re-
cipit,

cipit, recipit eum, qui me misit. * Qui reci- 41
pit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.
[g] Luc. 10. c. 16. Ioan. 13. c. 20. Marc. 9. f. 41. * [h] Et quicumque potum dederit vni ex mi- 42
nimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAP. XI.

ET factum est, cum cõsummasset Iesus, 1
præcipiens duodecim discipulis suis, A
transijt inde, vt doceret, & prædicaret in ci-
[a] Luc. 7. c. 18. uitatibus eorum. * [i] Ioannes autem cum au- 2
disset in vinculis opera Christi, mittẽs duos
de discipulis suis * ait illi. Tu es qui vẽturus 3
es, an alium expectamus? * Et respõdens Ie- 4
sus ait illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ
[b] Isa. 35. b. 5. & 6. a. 1. audistis, & vidistis. * [k] Cæci vident, claudi 5
ambulant, leprosi mundantur, surdi au-
diunt, mortui resurgunt, pauperes euangeli-
zantur: * & beatus est, qui non fuerit scanda- 6
[c] Luc. 7. c. 24. lizatus in me. * [l] Illis autem abeuntibus, cœ- 7
pit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid
existis in desertum videre? arundinem vẽto agitatam? * Sed quid existis videre? ho- 8
minem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt. * Sed 9
quid existis videre prophetam? Etiam dico B
vobis, & plus quam prophetam. * Hic est 10
[d] Mal. 3. a. b. 1. Marc. 1. a. 2. Luc. 7. d. 27. enim, de quo scriptum est: [m] Ecce ego mitto
angelum meum à ante faciem tuam, qui præ-
parabit viam tuam ante te. * Amen dico vo- 11
bis, non surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in re-
gno cælorum, maior est illo. * A diebus aũt 12
Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælo-
rum vim patitur, & violenti rapiunt illud,
* Omnes enim prophetæ, & lex vsq. ad Ioan- 13
nem prophetauerunt: * & si vultis recipere. 14
[e] Mal. 4. b. 5. [n] Ipse est Elias, q̃ vẽturus est. * Qui habet au- 15
res audiendi, audiat. * Cui autem similem 16
æstimabo generationem istam? Similis est C
pueris sedentibus in foro: qui clamantes co-
æqualibus, * dicunt: Cecinimus vobis, & 17
non saltastis: lamentauimus, & non plan-
xistis. * Venit enim Ioannes neque man- 18
ducans, neque bibens, & dicunt: Dæmo-
nium habet. * Venit filius hominis man- 19
ducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vo-
rax, & potator vini, publicanorum, & pec-
catorum amicus. Et iustificata est sapientia
à filijs suis. * Tunc cœpit exprobrare ci- 20
uitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ vir-
tutes eius, quia non egissent pœnitentiam.
[f] Luc. 10. d. 23. * [o] Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: 21
quia, si in Tyro, & Sidone factæ essent virtu-
tes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio,
& cinere pœnitentiam egissent. * Veruntа- 22
men dico vobis Tyro, & Sidoni remissius
erit in die iudicij, quàm vobis. * Et tu Ca- 23
pharnaum, numquid vsque in cælum exal- D
taberis? vsque in infernum descendes, quia,
si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ
factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in 24
hanc diem. * Veruntamen dico vobis, quia
terræ Sodomorum remissius erit in die iu- 25
dicij, quàm tibi. * In illo tempore respon-
dens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Do-
mine cæli, & terræ, quia abscondisti hæc à sa-
pientibus, & prudentibus, & reuelasti ea
26 paruulis. * Ita Pater: quoniam sic fuit pla- 27
citum ante te. * Omnia mihi tradita sunt
à Patre meo. [p] Et nemo nouit Filium nisi Pa- [p] Ioan. 6. c. 16. & 7. d. 28. & 8. b. 19. & 10. c. 15.
ter: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & 28
cui voluerit filius reuelare. * Venite ad me
omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego 29
reficiam vos. * [q] Tollite iugum meum super [q] Ier. 6. d. 16.
vos, & discite à me, quia mitis sum, & humi-
lis corde: & inuenietis requiem animabus
30 vestris. * [r] Iugum enim meum suaue est, & [r] 1. Ioan. 5. a. 3.
onus meum leue.

CAP. XII.

1 A IN illo tempore abijt Iesus per sata sab- Marc. 2.
bato: discipuli autem eius esurientes d. 23.
cœperunt vellere spicas, & manducare. Luc. 6.
2 * Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ec- a. 1.
ce discipuli tui faciunt, quod non licet face-
re sabbatis. * Et ille dixit eis: Non legistis
3 [s] quid fecerit Dauid, quando esurijt, & [s] 1. Reg.
4 qui cum eo erant: * quomodo introuit in 21. a. 4.
domum Dei, & panes propositionis co-
medit, quos non licebat ei edere, neque his
qui cum eo erant, [t] nisi solis sacerdoti- [t] Nu. 28. b. 9.
5 bus? * Aut non legistis in lege, [u] quia sab- [u] Leu. 24. b. 8.
batis sacerdotes in templo sabbatum vio-
6 lant, & sine crimine sunt? * Dico autem
7 vobis, quia templo maior est hic. * Si au- [x] Osee 6. c. 6.
tem sciretis, quid est: [x] Misericordiam vo-
lo, & non sacrificium: numquam condem-
8 nassetis innocentes: * Dominus enim est fi-
9 lius hominis etiam sabbati. * Et cum inde
10 transisset, venit in synagogam eorum. * Et
ecce homo manum habens aridam, & in-
terrogabant eum, dicentes: Si licet sabba-
11 tis curare? vt accusarent eum. * Ipse au-
tem dixit illis: [y] Quis erit ex vobis homo, [y] Marc. 3. a. 1.
qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc Luc. 6.
sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leua- a. 6.
12 bit eam? * Quanto magis melior est ho- Deu. 22. a. 1.
mo oue? Itaque licet sabbatis benefacere.
13 * Tunc ait homini: Extende manum tuam.
Et extendit, & restituta est sanitati sicut al-
14 tera. * Exeuntes autem Pharisæi, consi-
B lium faciebant aduersus eum, quo mo-
15 do perderent eum. * Iesus autem sciens re-
cessit inde: & secuti sunt eum multi, & cura-
16 uit eos omnes: * & præcepit eis ne ma-
17 nifestum eum facerent. * Vt adimpleretur
quod dictum est per Isaiam prophetam di-
18 centem. * [z] Ecce puer meus, quem elegi, [z] Isa. 42. a. 1.
dilectus meus, in quo bene complacuit ani-
mæ meæ. Ponam spiritum meum super
19 eum, & iudicium gentibus nunciabit. * Non
contendet, neque clamabit, neque audiet ali-
20 quis in plateis vocem eius: * arundinem
quassatam non confringet, & linum fumi-
gans

gans non extinguet, donec eijciat ad victo-
riam iudicium: * & in nomine eius Gentes 21
sperabunt. * Tunc oblatus est ei dæmonium 22
habens, cæcus, & mutus, & curauit eum ita
vt loqueretur, & videret. * Et stupebãt om- 23
nes turbæ, & dicebant: Numquid hic est fi-
lius Dauid. * [a] Pharisæi autem audientes di- 24
xerunt: Hic non eijcit dæmones nisi in Beel-
zebub principe dęmoniorum. * Iesus autem 25
sciens cogitationes eorum, dixit eis: [b] Om-
ne regnum diuisum contra se, desolabitur:
& omnis ciuitas, vel domus diuisa contra
se, non stabit. * Et si satanas satanam eijcit, 26
aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit
regnum eius? * Et si ego in Beelzebub eij- 27
cio dæmones, filij vestri in quo eijciunt?
Ideo ipsi iudices vestri erunt. * Si autem ego 28
in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur per-
uenit in vos regnum Dei. * aut quomo- 29
do potest quisquam intrare in domum for-
tis, & vasa eius diripere, nisi prius alliga-
uerit fortem? & tunc domum illius diri-
piet. * Qui non est mecum, contra me est: 30
& qui non congregat mecum, spargit. C
* [c] Ideo dico vobis: Omne peccatum, & 31
blasphemia remittetur hominibus, spiritus
autem blasphemię non remittetur. * Et qui- 32
cumque dixerit verbum contra filium ho-
minis, remittetur ei: qui autem dixerit
contra Spiritum sanctum, non remittetur
ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.
* Aut facite arborem bonam, & fructum 33
eius bonum: aut facite arborem malam, &
fructum eius malum: siquidem ex fru-
ctu arbor agnoscitur. * Progenies vipera- 34
rum, quomodo potestis bona loqui, cum si-
tis mali? [d] ex abundantia enim cordis os
loquitur. * Bonus homo de bono the- 35
sauro profert bona: & malus homo de ma-
36 lo thesauro profert mala. * Dico autem vo-
bis, quoniam omne verbum otiosum, quod
locuti fuerint homines, reddant rationem
37 de eo in die iudicij. * Ex verbis enim tuis
iustificaberis, & ex verbis tuis condemna-
38 beris. * Tunc responderunt ei quidam de
Scribis, & Pharisęis, dicentes: Magister,
39 volumus à te signum videre. * Qui respon-
dens ait illis: [e] Generatio mala, & adul- [e] Inf. 16. a. 4.
tera signum quærit: & signum non dabi-
40 tur ei, nisi signum [f] Ionæ prophetæ. * Si- Luc. 11.
cut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus c. 19.
diebus, & tribus noctibus: sic erit Filius [g] 1. Cor.
hominis in corde terræ tribus diebus, & 1. d. 22.
41 tribus noctibus. * [h] Viri Niniuitæ surgent Ionæ 2.
D in iudicio cum generatione ista, & con- a. 2.
demnabunt eam, quia pœnitentiam ege- [i] Ion. 3.
runt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus b. 5.
42 quàm Ionas hic. * Regina austri surget in iu-
dicio cum generatione ista, & condemna-
bit eam: [k] quia venit à finibus terræ au- [k] 3. Reg.
dire sapientiam Salomonis, & ecce plus 10. a. 1.
43 quam Salomon hic. * [l] Cum autem immun- 2. Par. 9.
dus spiritus exierit ab homine ambulat per a. 1.
loca arida, q̃ uærens requiem, & non inue- Luc. 11.
44 nit. * Tunc dicit: Reuertar in domum c. 24.
meam, vnde exiui: Et veniens inuenit eam
vacantem, scopis mundatam, & ornatam
45 * Tunc vadit, & assumit septem alios spiri-
tus secum nequiores se, & intrantes habi-
tant ibi: [m] & fiunt nouissima hominis il- [m] 1. Pet. 2.
lius peiora prioribus. Sic erit & generatio- d. 20.
46 ni huic pessimæ. * [n] Adhuc eo loquente ad Marc. 3.
turbas: ecce mater eius, & fratres stabant d. 31.
47 foris, quærentes loqui ei. * Dixit autẽ ei qui- Luc. 8.
dam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant c. 20.
48 quærentes te. * At ipse respondens dicenti si-
bi,

bi,ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? * Et extendens manum in disci- 49
pulos suos, dixit: Ecce mater mea,& fratres
so mei.*Quicumque enim fecerit voluntatem
Patris mei,qui in cælis est: ipse meus frater,
& soror, & mater est.

CAP. XIII.

[a] Mar.4. a.1. Luc. 8. a.4.

IN illo die exiens Iesus de domo,sedebat 1
secus mare.* [a] Et congregatæ sunt ad eũ 2
turbæ multæ,ita vt in nauiculã ascendẽs se- A
deret,& omnis turba stabat in littore,*& lo 3
cutus est eis multa in parabolis,dicens Ecce
exijt qui seminat,seminare.* Et dum semi- 4
nat, quædam ceciderunt secus viam,& vene
runt volucres cęli,& comederunt ea. * Alia 5
antem ceciderunt in petrosa, vbi non habe-
bant terrã multam: & cõtinuo exorta sunt,
6 quia non habebant altitudinem terræ,* Sole
autem orto æstuauerunt: & quia non habe-
7 bant radicem,aruerunt.* Alia autem cecide
runt in spinas,& creuerunt spinæ,& suffoca
8 uerunt ea.* Alia autem ceciderũt in terram
bonam:& dabant fructum, aliud cẽtesimũ,
9 aliud sexagesimum,aliud trigesimum.*Qui
10 habet aures audiendi,audiat.* Et accedẽtes

disci-

discipuli dixerunt ei:Quare in parabolis lo- B
queris eis?* Qui rñdens,ait illis:Quia vobis 11
datum est nosse mysteria regni cælorũ: illis
[a] Isa. 25. c. 29. aũt non est datum.* Qui enim hẽt,dabitur 12
ei,& abundabit: qui aũt non habet,& quod
habet auferetur ab eo.* Ideo in parabolis lo- 13
quor eis:quia videntes non vident,& audiẽ
tes non audiunt,neq.intelligunt.* Et adim- 14
[a] Is. 6.c. 9. pletur in eis prophetia Isaiæ dicentis:[a] Audi
tu audietis, & nõ intelligetis:& videntes vi-
Marc. 4. b.14. debitis,& nõ videbitis.* Incrassatũ est enim 15
Luc.8.b. 10. cor populi huius, & auribus grauiter audie-
runt,& oculos suos clauserũt: ne qñ videãt
Ioan.12. f.40. oculis, & auribus audiant, & corde intelli-
gant,& cõuertantur,& sanẽ eos.* Vestri au- 16
Act. 28. f.26. tem beati oculi quia vident, & aures vestræ,
quia audiunt.* [b] Amen quippe dico vobis, 17
Rom.11 b.8. quia multi prophetæ, & iusti cupierunt vi- C
Luc.8.b. 11. dere quæ videtis,& non videtunt:& audire
quæ auditis,& nõ audierunt.* Vos ergo au 18
dite parabolã seminantis.* Omnis,qui au- 19
[a] Luc.10. d.14. dit verbum regni,& nõ intelligit, venit ma-
lus,& rapit qd seminatũ est ĩ corde eius:hic
20 est,qui secus viã seminatus est.*Qui aũt su
per petrosa seminatus est, hic est,qui verbũ
audit,& continuo cum gaudio accipit illud:
21 * non habet aũt in se radicẽ, sed est tẽpora-
lis,facta aũt tribulatione,& persecutione ,p-
22 per verbum, continuo scandalizatur:*Qui
aũt seminatus est in spinis , hic est , qui ver-
bum audit,& solicitudo sæculi istius, & fal-
lacia diuitiarum suffocat verbũ,& sine tru-
23 cũ efficitur,*Qui verò in terrã bonã semi-
natus est,hic est qui audit verbum,& intelli
git,& fructũ affert, & facit aliud quidẽ cen-
tesimũ,aliud aũt sexagesimum, aliud verò
24 trigesimũ.* [b] Aliam parabolã proposuit il-
lis,dicens:Simile factum est regnũ cælorum [b] Marc. 4. c. 26.
homini , qui seminauit bonum semen in a-
25 gro suo.*cũ autem dormirent homines,ve
nit inimicus eius,& super seminauit zizania
26 in medio tritici,& abijt:* Cum aũt creuisset

herba,& fructum secisset,tunc apparuerunt D
& zizania.* Accedẽtes aũt serui patris fami- 27
lias,dixerunt ei, Dñe,nonne,bonum semen
seminasti in agro tuo? Vnde ergo hẽt zizania? * Et ait illis:Inimicus homo fecit:Ser- 28
ui aũt dixerunt ei , Vis,imus,& colligimus
ea?* Et ait: Non:ne forte colligẽtes zizania, 29
eradicẽtis simul cum eis,& triticum.* Sinite 30
vtraq.crescere vsq ad messem,& in tempo-
re messis dicã messoribus , Colligite primũ
zizania , & alligate ea in fasciculos ad cõbu-
rendum,triticum autem congregate in hor-
[a] Mar.4. d.30. Luc. 13. c. 18. reum meum.* [a] Aliam parabolam propo- 31
suit eis dicens: Simile est regnum cælorum
grano sinapis,quod accipiens homo semina-
uit in agro suo:* quod minimum quidẽ est 32
omnibus seminibus: cum aũt creuerit, ma-
E ius est omnibus oleribus: & fit arbor,ita vt
volucres cæli veniant , & habitent in ramis
33 eius *Aliam parabolam locutus est eis.[a] Si- [a] Luc. 13. c. 21.
mile est regnum cælorum fermẽto,quod ac-
ceptũ mulier abscõdit in farinæ satis tribus
34 donec fermẽtatum est totum.* Hæc omnia
locutus est Iesus in parabolis ad turbas: &
35 sine parabolis nõ loquebatur eis:*vt imple-
retur quod dictum erat per Prophetã dicẽ-
tem.[a] Aperiam in parabolis os meum,eru- [a] Ps. 77. a.2.
ctabo abscondita à constitutione mundi. Mar.
36 * Tunc,dimissis turbis,venit in domum:& d.33.
accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes:
Edissere nobis Parabolam zizaniorũ agri.
37 * Qui respondens ait illis:Qui seminat bo-
nem

num semen, est Filius hominis * Ager aut, 38
est mūdus. Bonū verò semen, hi sunt filij re-
gni. Zizania aūt, filij sunt nequā.* Inimicus 39
" Ap. 14. aūt, qui seminauit ea, est diabolus. " Messis
c. 15. verò consummatio sæculi est.* Messores aūt
angeli sunt.* Sicut ergo colliguntur zizania, 40
& igni cōburuntur, sic erit in consummatio-
ne sæculi. * mittet filius hominis angelos 41
suos, & colligent de regno eius omnia scāda- F
la, & eos qui faciunt iniquitatē: * & mittent 42
" Sap. 3. eos in caminū ignis. Ibi erit fletus, & stridor
b. 7. dentiū.* " Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in 43
Dan. 12. regno Patris eorū. Qui habet aures audiēdi,
a. 3. audiat.* Simile est regnum cælorum thesau-44
ro abscōdito in agro: quē qui inuenit homo,
abscondit, & præ gaudio illius vadit, & ven-
dit vniuersa quæ habet, & emit agrum illū.
* Iterū simile est regnū cælorum homini ne-45
gociatori, quærenti bonas margaritas.* Inuē 46
ta aūt vna pretiosa margarita, abijt, & vēdi-
dit omnia quæ habuit, & emit eā.* Iterū si- 47
mile est regnum cælorum sagenæ missæ in
mare, & ex omni genere piscium congregan-

48 ti,* q̃, cum impleta esset, educentes, & secus
littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, ma-
49 los aūt foras miserunt.* Sic erit in consum-
matione sæculi: exibunt angeli, & separabūt
50 malos de medio iustorū,* & mittent eos in
caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor den-
51 tiū.* Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiā
G * Ait illis: iō omnis scriba doctus in regno
52 cælorū, similis est homini patrifamilias, qui
53 profert de thesauro suo noua, & vetera:* Et
factū est, cum consummasset Iesus parabo-
54 las istas, transijt inde. * Et veniens in patriā
suam, docebat eos in synagogis eorū, ita vt
mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia
55 hæc, & virtutes? * " Nonne hic est fabri fi- " Mar. 6.
lius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fra- a. 1.
tres eius, Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Luc. 4.
56 Iudas:* & sorores eius, nonne oēs apud nos c. 16.
57 sunt? Vnde ergo huic omnia ista? * Et scan- Ioan. 6.
dalizabantur in eo. Iesus aūt dixit eis: Non c. 42.
est propheta sine honore nisi in patria sua,
58 & in domo sua * Et non fecit ibi virtutes
multas propter incredulitatem illorum.

CAP. XIV.

IN illo tēpore audiuit Herodes tetrarcha 1
Mar. 6. famam Iesus:* & ait pueris suis: Hic est 2
b. 14. Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis: & A
Luc. 9. a. iō virtutes operātur in eo:* " Herodes enim 3
7. tenuit Ioannem, & alligauit eū: & posuit in
" Mar. 6. carcerem propter Herodiadē vxorem fra-
c. 17. tris sui.* Dicebat enim illi Ioannes: Non licet 4
Luc. 3. d. tibi habere eam.* Et volens illum occidere, 5
19. timuit populum. " quia sicut prophetam eū
" Inf. 21. habebant.* Die aūt natalis Herodis saltauit 6
c. 26. filia Herodiadis in medio, & placuit Hero-
di. * Vnde cum iuramento pollicitus est ei 7

8 dare quodcūq. postulasset ab eo.* At illa præ-
monita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in
9 disco caput Ioannis Baptistæ.* Et contrista-
tus est rex: propter iuramentū aūt, & eos, q
10 pariter recumbebant, iussit dari.* Misitq. &
11 decollauit Ioannē in carcere.* Et allatū est
caput eius in disco, & datū est puellæ, & attu
12 lit matri suæ.* Et accedentes discipuli eius, " Luc. 9.
B tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: & b. 10.
13 venientes nūciauerūt Iesu.* " Qd cū audis- Mar. 6.
set Iesus, secessit inde in nauicula, in locū de d. 37.
sertū seorsum: & cū audissent turbæ, secutæ Ioan. 6.
14 sūt eū pedestres de ciuitatib.* Et exiēs vidit b. 9.
turbā multā, & misert⁹ ē eis, & curauit lāgui-
dos

dos eorum.* Vespere aūt facto, accesserunt 15
ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est
locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas,
vt euntes in castella, emant sibi escas.* Iesus 16
autem dixit eis: Non habent necesse ire: date
illis vos manducare.* Responderunt ei: Nō 17
habemus hic nisi quinque panes, & duos pi-
sces. * Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. 18
* Et cum iussisset turbam discūbere super 19
fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus
piscibus, aspiciens in cælum, benedixit, &
fregit, & dedit discipulis panes, discipuli au-
tem turbis * Et manducauerunt omnes, & 20

C saturati sunt Et tulerūt reliquias, duodecim
21 cophinos fragmentorum plenos. * Mandu-
cantium autem fuit numerus, quinque mil-
lia virorum, exceptis mulieribus, & paruu-
22 lis.* " Et statim compulit Iesus discipulos
ascendere in nauiculam, & præcedere eum " Mar. 6.
23 trans fretum, donec dimitteret turbas.* Et f. 45.
dimissa turba, " ascendit in montem solus Io. 6. b. 9.
orare. Vespere autem facto solus erat ibi: " Io. 6. b.
24 * nauicula autem in medio mari iactabatur 17.
25 fluctibus: erat enim cōtrarius vētus * Quar
ta autē vigilia noctis, venit ad eos ambulans
26 super mare. * Et videntes eum super mare

ambu-

ambulantē,turbati sunt,dicentes: Quia phā-
tasma est. Et pre timore clamauerunt.* Sta- 27
timque Iesus locutus est eis, dicens: Habete
fiduciam: ego sum, nolite timere.* Respon- 28
dens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iu D
be me ad te venire super aquas.* At ipse ait: 29
veni. Et descendens Petrus de nauicula, am-
bulabat super aquam, vt veniret ad Iesum.
* Videns verò ventum validum, timuit: & 30
cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domi-
ne, saluum me fac.* Et continuo Iesus extē- 31
dens manum, apprehendit eum: & ait illi:
Modicæ fidei, quare dubitasti? * Et cum 32
ascendissent in nauiculam, cessauit ventus.
* Qui autem in nauicula erant, venerunt, & 33
adorauerunt eum dicentes: Verè filius Dei
es.* " Et cum transfretassent, venerunt in 34
" Mar.6. g 53. terram Genesar. * Et cum cognouissent eū 35
viri loci illius, miserunt in vniuersam regio-
nem illam, & obtulerunt ei omnes male ha-
36 bentes: * & rogabant eum, vt vel fimbriam
vestimenti eius tangerent. Et quicumque te-
tigerunt, salui facti sunt.

CAP. XV.

1 TVnc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Mar.7.a 1.
2 Scribæ, & Pharisæi, dicentes: * Quare " Ex.20. c.12.
A discipuli tui transgrediuntur traditionem Deu.5.b 16.
seniorum? non enim lauant manus suas cum Eph 6.a 2.
3 panem manducant. * Ipse autem respōdens " Ex.21. c.16.
ait illis: Quare & vos transgredimini man- Leu.20. b.9.
datum Dei propter traditionem vestram? Pro.20. e.20.
4 Nam Deus dixit: * " Honora patrem, & ma-
trem, & " Qui maledixerit patri, vel matri,
5 morte moriatur. * Vos autem dicitis: Qui-

cumq. dixerit patri, vel matri. Munus quod-
cumque est ex me, tibi proderit: * & non ho- 6
norificabit patrem suum, aut matrem suam:
& irritum fecistis mandatum Dei propter
traditionem vestrā. * Hypocritæ, bene pro- 7
" Isa.29. d.13. phetauit de vobis Isaias, dicens: * " Populus 8
hic labijs me honorat: cor autem eorum lō- B
Mar.7.a 6. gè est à me. * Sine causa autem colunt me, 9
docentes doctrinas, & mandata hominum.
* Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audi- 10
te, & intelligite. * Non quod intrat in os, co- 11
inquinat hominem: sed quod procedit ex
ore, hoc coinquinat hominem. * Tunc acce- 12
dentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia
" Ioā.15. a 2. Pharisæi audito verbo hoc, scādalizati sunt?
* At ille respondens ait: " Omnis plantatio, 13
" Luc.6. f.39. quam non plantauit Pater meus cœlestis era-
dicabitur. * Sinite illos: " cæci sunt, & du- 14
Mar.7. c.17. ces cæcorum cæcus autem si cæco ducatum
præstet, ambo in foueam cadunt. * Respon- 15
dens autē Petrus dixit ei: Edissere nobis pa-
16 rabolam istam. * At ille dixit: Adhuc &
17 vos sine intellectu estis? * Non intelligitis
quia omne, quod in os intrat, in ventrem va-
18 dit: & in secessum emittitur? * Quæ autem
procedunt de ore, de corde exeunt, & ea co-
19 inquinant hominem: * de corde enim exeūt
C cogitationes malæ, homicidia, adulteria, for-
nicationes, furta, falsa testimonia, blasphe-
20 miæ, * hæc sunt, quæ coinquinant hominē.
Non lotis autem manibus manducare, non
21 coinquinat hominem. * Et egressus inde Ie-
22 sus secessit in partes Tyri, & Sidonis. * " Et " Mar.7. c.15.
ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa
clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fi-
li Dauid: filia mea male à dæmonio vexa-
23 tur. * Qui non respondit ei verbum. Et acce-
dentes discipuli eius rogabant eum dicen-
tes: Dimitte eam: quia clamat post nos.
24 * Ipse autem respondens ait; Non sum mis-
sus

" Sup.10. a.6. sus nisi " ad oues, quæ perierunt domus Is-
Io.10.a. 3. rael. * At illa venit, & adorauit eum, dicens 25
Domine, adiuua me. * Qui respondens ait: 26
Non est bonum sumere panem filiorum, &
mittere canibus. * At illa dixit: Etiam Do- 27
mine: nam & catelli edunt de micis quæ ca-
dunt de mensa dominorū suorum. * Tunc 28
respōdens Iesus, ait illi: O mulier, magna est
fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia
eius ex illa hora, * Et cum transisset inde Ie- 29
sus, venit secus Mare Galilææ: & ascendens
in montem, sedebat ibi. * " Et accesserunt 30
" Isa.35. b.9. ad eum turbæ multæ, habentes secum mu- D
tos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: &
proiecerūt eos ad pedes eius, & curauit eos:
* ita vt turbæ mirarentur videntes mutos 31
loquentes, claudos ambulantes, cæcos viden-
" Mar.8. a.1. tes: & magnificabant Deum Israel. * " Iesus 32
autem, conuocatis discipulis suis, dixit: Mise-
reor turbæ, quia triduo iam perseuerant me-
cum, & non habent quod manducent: & di-
mittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.
* Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in 33
deserto panes tantos, vt saturemus turbam
tantam? * Et ait illis Iesus: Quot habetis pa- 34
nes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisci-
culos. * Et præcepit turbæ, vt discumberent 35
super terram. * Et accipiens septem panes, 36
& pisces, & gratias agens, fregit, & dedit di-
scipulis suis, & discipuli dederunt populo.
* Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et 37
quod superfuit de fragmentis tulerunt se-
ptem sportas plenas. * Erant autem qui mā- 38
ducauerunt, quatuor millia hominum, extra
paruulos, & mulieres. * Et dimissa turba, 39
ascendit in nauiculam: & venit in fines Ma-
gedan.

CAP. XVI.

Mar. 8. b.12. ET accesserūt ad eum Pharisæi, & Saddu 1
cæi tentantes: & rogauerunt eum, vt si- A
Luc. 12. g.54. gnum de cælo ostenderet eis. * At ille respō- 2
dens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenum
erit, rubicundum est enim cælum. * Et ma- 3
ne: Hodie tempestas, rutilat enim triste cæ-
lum. * Faciem ergo cæli dijudicare nostis: si- 4
gna autem temporum non potestis scire?
" Sup.12. g.39. " Generatio mala, & adultera signum quæ-
rit: & signum non dabitur ei, " nisi signum
" Ionę 2. Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt. * Et cū 5
venissent discipuli eius trans fretum obliti
sunt panes accipere. * Qui dixit illis. " Intue- 6
" Mar.8. b.14. mini, & cauete à fermento Pharisæorum, &
Sadducæorum. * At illi cogitabant intra se 7
Luc. 12. a.1. dicentes: Quia panes non accepimus. * Sciens 8
autem Iesus, dixit: Quid cogitatis intra vos
modicæ fidei, quia panes non habetis? * Nō- 9
dum intelligitis, neque recordamini " quin- B
" Sup.14. c.17. que panum in quinque millia hominum, &
Io.6.b.9. quot cophinos sumpsisti? * neque " septem 10
" Sup.15. d.34. panum in quatuor millia hominum, & quot
sportas sumpsistis? * Quare non intelligitis, 11
quia nō de pane dixi vobis: Cauete à fermen
to Pharisæorum, & Sadducæorum? * Tunc 12
intellexerunt, quia non dixerit cauendum à
fermento panum, sed à doctrina Pharisæo-
13 rum, & Sadducæorum. * " Venit autem Ie- " Mar. 8 c.27.
sus in partes Cæsareæ Philippi: & interroga- Luc.9.c. 18.
bat discipulos suos, dicens: Quem dicunt ho-
14 mines esse Filium hominis? * At illi dixe-
runt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem
Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnū ex pro-
15 phetis. * Dicit illis Iesus. Vos autem quem
C me esse dicitis? * Respondens Simon Petrus
16 dixit: " Tu es Christus filius Dei viui: * Re- " Io.6. g. 69.
17 spondens autem Iesus dixit ei: Beatus es
Simō Bar-iona: quia caro, & sanguis non re-
uelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.
18 * " Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super " Io.1. f. 42.
hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &
portæ inferi non præualebunt aduersus eā.
19 * " Et tibi dabo claues regni cælorum. Et " Isa.22. g.24.
quodcumque ligaueris super terram, erit li-
gatum, & in cælis: & quodcumque solueris Io.20. c. 23.
20 super terram, erit solutum & in celis. * Tūc
præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent,
21 quia ipse esset Iesus Christus. * Exinde cę-
pit Iesus ostendere discipulis suis, quia opor-
teret eum ire Ierosolymam, & multa pati à
senioribus, & Scribis, & principibus sacerdo-
22 tum, & occidi, & tertia die resurgere * Et as-
D sumens eum Petrus, cœpit increpare illum
dicens: Absit à te Domine: non erit tibi hoc.
23 * Qui cōuersus, dixit Petro: " Vade post me " Mar.8. d.33.
satanā, scandalum es mihi, quia non sapis ea,
24 quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominū. * Tunc
Iesus dixit discipulis suis. " Si quis vult post " Sup.10. d.38.
me venire abneget semetipsum, & tollat cru
25 cem suam, & sequatur me. * " Qui enim vo- Luc.9.g. 23.& 14. f.17. & 17.g.33.
luerit animam suam saluam facere, perdet
eam, qui autem perdiderit animam suam
26 propter me, inueniet eam. * Quid enim pro-
dest homini, si mundum vniuersum lucre- " Io.12. d.25.
tur, animæ verò suę detrimentum patiatur?
Aut quam dabit homo commutationem
27 pro anima sua? * Filius enim hominis ven-
turus est in gloria Patris sui cum Angelis
suis, " & tunc reddet vnicuique secundum " Act.17. g.31.
28 opera eius. * Amen dico vobis, " sunt quidā " Ro. 2. a 6.
de hic stantibus, qui non gustabunt mor-
tem, donec videant Filium hominis venien- " Mar.9. a.1.
tem in regno suo. Luc.9.c. 27.

CAP. XVII.

1 A ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum, Mar.9. a.2.
& Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & Luc.9. d.28.
duxit illos in montem excelsum seorsum:
2 * & transfiguratus est ante eos. Et resplen-
duit facies eius sicut Sol: vestimenta autem
3 eius facta sunt alba sicut nix. * Et ecce appa-
ruerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquē-
4 tes. * Respondens autem Petrus, dixit ad Ie-
sum: Domine, bonum est nos hic esse, si vis,
faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum,
5 Moysi vnum, & Eliæ vnum. * Adhuc eo
loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos,
* Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius " 2.Petr. 1.d 17.
meus dilectus, in quo mihi bene complacui
6 ipsum audite. * Et audientes discipuli ceci- Sup.3. d 17.
derunt in faciem suam, & timuerunt valdè.
* Et

* Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis: 7
Surgite, & nolite timere. * Leuantes autem 8
oculos suos, neminem viderunt, nisi solum
Iesum. * Et descendentibus illis de monte, 9
præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis B
visionem, donec Filius hominis à mortuis
resurgat. * Et interrogauerunt eum discipu- 10
li, dicentes: "Quid ergo scribæ dicunt, quod
Eliam oporteat primum venire? At ille re- 11
spondens, ait eis: Elias quidem venturus est,
& restituet omnia. * dico autem vobis, 12
"quia Elias iam venit, & non cognouerunt
eum, "sed fecerunt in eo quæcumque volue-

"Matt.9. b.11. Mal.4.b. 5. "Sup.11. b.14. "Sup.14. a.9.

runt. Sic, & filius hominis passurus est ab
13 eis. * Tunc intellexerunt discipuli, quia de
14 Ioanne Baptista dixisset eis. * "Et cum ve-
nisset ad turbam, accessit ad eum homo ge-
nibus prouolutus ante eum, dicens: Domine
miserere filio meo, quia lunaticus est, & ma-
lè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò
15 in aquam, * & obtuli eum discipulis tuis,
16 & non potuerunt curare eum. * Respondés
autem Iesus, ait: O generatio incredula, &
peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo
17 patiar vos? Afferte huc illum ad me. * Et in-
C crepauit illũ Iesus, & exijt ab eo dæmonium,

"Mar.9. e.17. Luc.9.e. 33.

&

& curatus est puer ex illa hora. * Tunc acces- 18
serũt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt:
Quare nos non potuimus eijcere illum? * Di- 19
xit illis Iesus: Propter incredulitatem ve-
stram. "Amen quippe dico vobis, si habue-
ritis fidem, sicut granũ sinapis, dicetis monti
huic. Transi hinc illuc, transibit, & nihil im-
possibile erit vobis. * Hoc autem genus nõ 20
eijcitur nisi per orationem, & ieiunium. * Cõ- 21
uersantibus autẽ eis in Galilæa, & dixit illis
Iesus. * Filius hominis tradendus est in ma-
nus hominum: * & occident eum, & tertia 22
die resurget. Et contristati sunt vehementer.

"Lu.17. b.6. "Mar.9. e.31. Lu.9.e. 44. Inf.20.c. 18.

23 * Et cũ venissent Capharnaum, accesserunt
D qui didrachma accipiebant, ad Petrũ, & di-
xerunt ei: Magister vester non soluit didra-
24 chma? * Ait. Etiam Et cum intrasset in do-
mum præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi
videtur Simon? Reges terræ à quibus acci-
piunt tributũ, vel censum? à filijs suis, an ab
25 alienis? * Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi
26 Iesus: Ergo liberi sunt filij. * Vt autem non
scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte ha
mum: & eum piscem, qui primus ascende-
rit, tolle: et aperto ore eius, inuenies staterem:
illum sumens, da eis pro me, & te.

"Psal.33. a.8.

CAP. XVIII.

Mar.9.e 34. Luc.9.f. 46. Inf.19.b 14. 1.Cor.14 d. 20.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesũ, 1
dicentes: Quis putas, maior est in regno A
cælorum? * Et aduocans Iesus parvulum, 2
statuit eum in medio eorum, * & dixit: A- 3
men dico vobis, nisi conuersi fueritis, & effi-
ciamini sicut parvuli, nõ intrabitis in regnũ
cælorum. * Quicũque ergo humiliauerit se 4
sicut parvulus iste, hic est maior in regno cę-
lorum. * Et qui susceperit vnum parvulum 5
talẽ in nomine meo, me suscipit. * "qui au- 6
tem scandalizauerit vnum de pusillis istis,
qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur
mola asinaria in collo eius, & demergatur
in profundum maris. * Væ mundo à scan- 7
dalis. Necesse est enim vt veniant scandala:
verumtamen væ homini illi, per quem scã-
dalum venit. * "Si autem manus tua, vel pes 8
tuus scandalizat te abscinde eum, & proij-
ce abs te, bonũ tibi est ad vitam ingredi de-
bilem, vel claudum, quam duas manus, vel
duos pedes habentem mitti in ignem æter-
num. * Et si oculus tuus scandalizat te, erue 9
eum, & proijce abs te; bonum tibi est cum B

Mar.9.e 34. Luc.9.f. 46. Inf.19.b 14. 1.Cor.14 d. 20. "Mar.9. f.42. Luc.15. a.4. Luc.17. a.1. "Sup.5. c.30. Marc.9. g.43.

vno oculo in vitã intrare, quam duos ocu-
10 los habentem mitti in gehennam ignis. * Vi-
dete ne contemnatis vnum ex his pusillis: di-
co enim vobis, "quia angeli eorum in cælis
semper vident faciem patris mei: qui in cælis
11 est. * "Venit enim filius hominis saluare
12 quod perierat. * Quid vobis videtur? si
fuerint alicui centum oues, & erraverit vna
ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in
montibus, & vadit quærere eam, quæ errá-
13 uit? * & si contigerit vt inueniat eam: amen
dico vobis, quia gaudet super eam magis,
quam super nonaginta nouem, quæ non er-
14 rauerunt. * Sic non est voluntas ante Patrẽ
vestrum, qui in cęlis est, vt pereat vnus de pu
15 filijs istis. * "Si autem peccauerit in te frater
tuus, vade, & corripe eũ inter te, & ipsum so
lum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ
16 * si autem te non audierit, adhibe tecũ ad-
C huc vnum, vel duos, * vt in ore duorum, vel
17 trium testium stet omne verbum. * Quod si
non audierit eos: dic ecclesiæ, si autem eccle-
siam non audierit: sit tibi sicut "ethnicus, &
18 publicanus. * "Amen dico vobis, quæcum-
que alligaueritis super terram, erunt liga-

"Lu. 19. b. 10. "Luc.17 a.3. Leu. 19. d. 17. Eccl. 19. b.13. Iac. 5.d. 19. "Deu.19. b. 15. 2.Co.13. a.1. Heb.10. e.28. Ioan.8.e 17. "2.The. 3.d.14. 1.Cor.5. b.9. "Io. 20. e.23.

ta,& in cælo : & quæcumque solueritis super
terram,erunt soluta,& in cælo. * Iterum di- 19
co vobis, quia si duo ex vobis consenserint
super terram, de omni re quâcumque petie-
rint, fiet illis à patre meo,q̃ in cęlis est. * Vbi 20
enim sunt duo, vel tres congregati in nomi-
ne meo,ibi sum in medio eorum.* Tunc ac- 21
cedens Petrus ad eum,dixit: [a] Domine quo-
ties peccabit in me frater meus , & dimittam
ei? vsque septies ? * Dicit illi Iesus: Non dico 22
tibi vsque septies:sed vsq. septuagies septies.
* Ideò assimilatum est regnum cælorum ho 23
mini regi, qui voluit rationem ponere cum
seruis suis . * Et cum cæpisset rationem po- 24
nere,oblatus est ei vnus , qui debebat ei decẽ
millia talenta . * Cum autem non haberet 25
vnde redderet, iussit eum dominus eius ve-
numdari,& vxorem eius, & filios, & omnia,
quæ habebat , & reddi . * Procidens autem 26
seruus ille, orabat eum , dicens : Patientiam D
habe in me,& omnia reddam tibi. * Miser- 27
tus autem dominus serui illius,dimisit eum,
& debitum dimisit ei.* Egressus autem ser- 28
uus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui
debebat ei centum denarios:& tenens suffo-
cabat eum,dicens: Redde quod debes . * Et 29
procidens conseruus eius , rogabat eum di-
cens: Patientiam habe in me , & omnia red-
dam tibi . * Ille autem noluit: sed abijt , & 30
misit eum in carcerem donec redderet debi-
tum,* Videntes autem conserui eius quæ fie 31
bant, contristati sunt valdè : & venerunt , &
narrauerunt domino suo omnia , quæ facta
fuerant.* Tunc vocauit illum dominus suus:32
& ait illi : Serue nequam,omne debitum di-
misi tibi quoniam rogasti me: * nonne ergo 33
oportuit,& te misereri conserui tui , sicut &
ego tui misertus sum ? * Et iratus dominus 34
eius tradidit eum tortoribus , quoadusque
35 redderet vniuersum debitum.* Sic & Pater
meus cælestis faciet vobis , si non remiseri-
tis vnusquisque fratri suo de cordib. vestris.

[a] Luc.17. a.4.

CAP. XIX.

1 ET factum est , cum consummasset Iesus
sermones istos , migrauit à Galilæa , & [a] Mat.14
[b] * venit in fines Iudææ , trans Iordanem , a.1.
2 * & secutæ sunt eum turbæ multæ , & cura- [b] Mat.19
3 uit eos ibi . * [c] Et accesserunt ad eum Phari- a.2.
sæi tentantes eum,& dicentes : Si licet homi-
ni dimittere vxorem suam , quacumque ex
4 causa?* Qui respondens,ait eis: Non legistis, [a] Gen.1.
quia [d] qui fecit hominem ab initio , mascu- d.27.
5 lum,& feminam fecit eos ? & dixit : * [e] Pro- [b] Gen.2.
pter hoc dimittet homo patrem,& matrem, d.21.
& adhærebit vxori suæ , & erunt duo in car- Ephe.5.
6 ne vna . * itaque iam non sunt duo, sed vna g.31.
caro . Quod ergo Deus coniunxit,homo non 1.Cor.6.
7 separet . * Dicunt illi : [f] Quid ergo Moyses d.16.
mandauit dare libellum repudij: & dimitte- [c] Deu.24
8 re. * Ait illis:Quoniam Moyses ad duritiam a.1.
Bcordis vestri permisit vobis dimittere vxores [d] Sup.5.6
9 vestras:ab initio autem non fuit sic , * [g] Dico 32.
autem vobis,quia quicumque dimiserit vxo- Mat.10.
rem suam,nisi ob fornicationem,& aliam du b.11.
xerit, mœchatur : & qui dimissam duxerit, Luc. 16.
10 mœchatur . * Dicunt ei discipuli eius: Si ita d.18.
est causa hominis cum vxore, non expedit 1.Cor.7.
11 nubere . * Qui dixit illis: Non omnes capiũt b.18.
12 verbum istud,sed quibus datum est. * Sunt
enim eunuchi , qui de matris vtero sic nati
sunt:& sunt eunuchi,qui facti sunt ab homi-
nibus:& sunt eunuchi qui se ipses castrauer-
unt propter regnum cælorum.Qui potest ca [h] Mar.10
13 pere capiat. * [i] Tunc oblati sunt ei paruuli , b.13.
vt manus eis imponeret,& oraret . Discipuli Luc. 18.
14 autem increpabant eos. * Iesus verò ait eis , c.15.

Sinite

[a] Sup.18. a.3.
[b] Mar.10 b.17. Luc.18. d.16.
[c] Exo.20 c.13.

[a] Sinite paruulos , & nolite eos prohibere ad
me venire:talium est enim regnum cælorũ.
* Et cum impositisset eis manus, abijt inde. 15
* [b] Et ecce vnus accedens,ait illi. Magister bo- 16
ne, quid boni faciam vt habeam vitam æter-
nam ? * Qui dixit ei:Quid me interrogas de 17
bono? Vnus est bonus,Deus.Si autem vis ad
vitam ingredi,serua mãdata.* Dicit illi:Quę? 18
Iesus autem dixit:[c] Non homicidium facies: C
Non adulterabis: Non facies furtum : Non
falsum testimonium dices : * Honora patrẽ 19
tuum, & matrem tuam , & diliges proximũ
tuum sicut teipsum . * Dicit illi adolescens : 20
Omnia hæc custodiui à iuuentute mea,quid
adhuc mihi deest? * Ait illi Iesus: Si vis perfe 21
ctus esse vade,vende quæ habes , & da pau-
peribus,& habebis thesaurum in cælo: & ve-
ni,sequere me.* Cum audisset autem adole- 22
scens verbum abijt tristis: erat enim habens
multas possessiones . * Iesus autem dixit 23
discipulis suis : Amen dico vobis,quia diues
difficilè intrabit in regnum cælorum.
24 Et iterum dico vobis. Facilius est camelum
per foramen acus transire , quam diuitẽ in-
25 trare in regnum cælorum . * Auditis autem
D his , discipuli mirabantur valdè, dicentes :
26 Quis ergo poterit saluus esse:* Aspiciens au-
tem Iesus dixit illis: Apud homines hoc im-
possibile est:apud Deum autem omnia possi
27 bilia sunt.* Tunc respondens Petrus , dixit
ei : Ecce nos reliquimus omnia , & secuti su-
28 mus te : quid ergo erit nobis? * Iesus autem
dixit illis:Amen dico vobis,quod vos,qui se-
cuti estis me,in regeneratione cũ sederit fi-
lius hominis in sede maiestatis suæ,sedebitis
& vos super sedes duodecim,iudicantes duo
29 decim tribus Israel. * Et omnis,qui reliquerit domum,vel fratres,aut sorores,aut patrẽ, [a] Inf. 20 b.16.
aut matrem,aut vxorem,aut filios,aut agros Mar.10.
propter nomen meum,centuplum accipet,& d.31.
30 vitam æternam possidebit . * [b] Multi au- Luc. 13.
tem erunt primi nouissimi , & nouissimi f. 30. & 18.c.
primi .

CAP. XX.

1 SIMILE est regnum cœlorum homini patri-
familias, qui exijt primo mane conduce- A
re operarios in vineam suam . * Conuentio- 2
ne autem facta cũ operarijs ex denario diur-
no,misit eos in vineam suam . * Et egressus 3
circa horam tertiam, vidit alios stantes in fo-
ro otiosos, * & dixit illis : Ite , & vos in vi- 4
neam meam,& quod iustum fuerit dabo vo
bis . * Illi autem abierunt. Iterum autem 5
exijt circa sextam, & nonam horam : & fecit
similiter . * Circa vndecimam verò exijt , & 6
inuenit alios stantes , & dicit illis : Quid hic
statis tota die otiosi ? * Dicunt ei . Quia ne- 7
mo nos conduxit. Dicit illis:Ite & vos in vi-
8 neam meam. * Cum sero autem factũ esset,
dicit dominus vineæ procuratori suo : Voca
operarios,& redde illis mercedem incipiens
9 à nouissimis vsque ad primos. * Cum venis-
B sent ergo,qui circa vndecimam horam vene
10 rant,acceperunt singulos denarios.* Venien-
tes autem, & primi , arbitrati sunt quod plus
essent accepturi :acceperunt autem,& ipsi sin
11 gulos denarios . * Et accipientes murmura-
12 bant aduersus patremfamilias,* dicentes:Hi
nouissimi vna hora fecerũt,& pares illos no-
bis fecisti, qui portauimus pondus diei,& æ-
13 stus.* At ille respondens vni eorum , dixit .
Amice,non facio tibi iniuriam: nonne ex de-
14 nario conuenisti mecum?* Tolle quod tuum
est,& vadè:volo autẽ,& huic nouissimo da-

re ſicut & tibi.* Aut non licet mihi quod vo- 15
lo, facere? an oculus tuus nequã eſt, quia ego
[a] Sup.19. d.30. bonus ſum? * [a] Sic erunt nouiſſimi primi, & 16
Mar.10. d.38. & primi nouiſſimi: multi enim ſunt vocati,
paucí verò electi.* [b] Et aſcendens Ieſus Iero- 17
[b] Lu.13. f.31. ſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſe-
Mar.10. d.31. cretò, & ait illis:* Ecce aſcendimus Ieroſoly- 18
Lu.18.e.31. mam, & filius hominis tradetur principibus
[c] Mar.10. e.35. ſacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eũ
morte, & tradent eum Gentibus ad illuden- 19
dum,* & flagellandum, & crucifigendum, & C
tertia die reſurget.* [c] Tunc acceſſit ad eum 20
mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, ado-
rans, & petens aliquid ab eo.* Qui dixit ei: 21
Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij
mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſini-
ſtram in regno tuo.* Reſpondens autem Ie- 22
ſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibe-
re calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt
ei: Poſſumus.* Ait illis: Calicẽ quidem meũ 23
bibetis: ſedere autem ad dexteram meã, vel
ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed qui-
[d] Marc. 10.g.41. bus paratum eſt à Patre meo.* [d] Et audien- 24
tes decem, indignati ſunt de duobus fratri-
25 bus.* Ieſus autem vocauit eos ad ſe, & ait:
Scitis, quia principes gentium dominantur [e] Luc.22. c.25.
eorum: & qui maiores ſunt, potestatẽ exer-
26 cent in eos.* Non ita erit inter vos: ſed qui-
D cumque voluerit inter vos maior fieri, ſit
27 veſter miniſter: * & qui voluerit inter vos
28 primus eſſe, erit veſter ſeruus, * [e] ſicut filius
hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtra- [f] Phil.2. a.7.
re, & dare animam ſuam, redemptionẽ pro
29 multis.* [f] Et egredientibus illis ab Iericho, [g] Mar.1. g.46.
30 ſecuta eſt eum turba multa,* & ecce duo cę- Luc. 18. f.35.
ci ſedentes ſecus viam, audierunt, quia Ieſus
transiret: & clamauerunt, dicentes: Domine
31 miſerere noſtri fili Dauid.* Turba autem
increpabat eos, vt tacerent. At illi magis cla-
mabant, dicentes: Domine, miſerere noſtri,
32 fili Dauid.* Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, &
33 ait: Quid vultis, vt faciam vobis?* Dicũt illi:
34 Domine, vt aperiantur oculi noſtri.* Miſer-
tus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eo-
rum. Et confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt
eum.

CAP. XXI.

Mar.11. a.1. Luc. 19. e.20. ET cum appropinquaſſent Ieroſolymis, 1
& veniſſent Bethphage ad Montem oli-
uetis: tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, * di- 2
cens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt,
& ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pul-
lum cum ea: ſoluite, & adducite mihi: * & ſi 3
[h] Iſa.62. d.11. Zach. 9. b.9. Io.12.b.15. quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Domi-
nus his opus habet: & confeſtim dimittet
eos.* Hoc autem totum factum eſt, vt adim- 4
pleretur quod dictum eſt per Prophetam di-
centem.* [h] Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus ve- 5
nit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam, &
pullum filium ſubiugalis. * Euntes autem 6
diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus.
7 * Et adduxerunt aſinam, & pullum: & impo-
ſuerunt ſuper eos veſtimẽta ſua, & eum de-
8 ſuper ſedere fecerunt. * Plurima autem tur-
ba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij au- [i] Pſ.117. d.26.
tem cędebant ramos de arboribus, & ſterne-
9 bant in via, * turbæ autem, quæ præcedebant, Mar.11. b.9.
& quæ ſequebantur, clamabant, dicentes: [k] Luc. 19. g.38.
Hoſanna filio Dauid: benedictus, qui venit
10 in nomine Domini: Hoſanna in altiſſimis.*
Et cum intraſſet Ieroſolymam, commota eſt
11 vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic?* Popu-
B li autẽ dicebãt: Hic eſt Ieſus propheta à Na- [l] Io.2.c. 14.
12 zareth Galilęæ:* [l] Et intrauit Ieſus in tem-
plum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & emen-

[a] Deut. 14. c.25. Iſa.36. c.7. Ier.7.b.11. ementes in templo, & menſas nummulariorũ, & cathedras vendentium columbas euertit: * & dixit eis: Scriptum eſt. [a] Domus mea do- 13
mus orationis vocabitur, vos autem feciſtis
illam ſpeluncam latronum.* Et acceſſerunt 14
ad eum cæci, & claudi in templo, & ſanauit
eos.* Videntes principes ſacerdotum, & Scri- 15
bæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes
in templo, & dicentes: Hoſanna filio Dauid:
indignati ſunt, * & dixerunt ei: Audis quid 16
[b] Pſal.8. b.3. iſta dicunt? Ieſus autem dixit eis: Vtique
numquam legiſtis [b] Quia ex ore infantium, &
17 lactentium perfeciſti laudem?* Et relictis il-
lis, abijt foras extra Ciuitatem in Bethaniã:
18 ibiq. manſit.* Mane autẽ reuertens in Ciui- [m] Mar.11. b.13.
19 tatem, eſurijt.* [m] Et videns ſici arborem vnã
ſecus viã, venit ad eã: & nihil inuenit in ea,
niſi folia tũ, & ait illi: Numquam ex te fru- [n] Mar.11. c.20.
ctus naſcatur in ſempiternũ: Et arefacta eſt
20 continuo ficulnea.* [n] Et videntes diſcipuli,
21 mirati ſunt, dicentes: Quõ continuò aruit?*
Reſpondens autem Ieſus, ait eis: Amen dico
vobis: ſi habueritis fidẽ, & non hæſitaueritis,
nõ ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti



huic dixeritis, Tolle,& iacta te in mare,fiet.
*"Et omnia quæcumq. petieritis in oratione 22
"Sup.7. credẽtes, accipietis. * Et cũ venisset in tem- 23
a.7. plum accesserunt ad eum docenté,principes
1. Ioa.3. sacerdotum,& seniores populi,dicentes: " In
d.22. qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hãc
"Mar.11 potestaté?* Rñdẽs Iesus dixit eis:Interroga- 24
d.24. bo vos,& ego vnum sermonem: quem si di-
Luc. 20. xeritis mihi,& ego vobis dicam in qua pote-
a.2. state hæc facio. * Baptismus Ioannis vnde 25
erat? è cælo,an ex hominibus? At illi cogita- C
bant inter se,dicentes.* Si dixerimus,è cælo, 26
dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi?
Si autẽ dixerimus, ex hominibus, timemus
"Sup.14. turbam "omnes enim habebant Ioannem si-
a.5. cut prophetam.* Et respondentes Iesu,di- 27
xerunt: Nescimus. Ait illis, & ipse: Nec ego
dico vobis,in qua potestate hęc facio.* Quid 28
autem vobis videtur? Homo quidam habe-
bat duos filios, & accedens ad primum, di-
xit: Fili, vade hodie,operare in vinea mea.* 29
Ille autem respondens,ait: Nolo. Postea au-
30 tem pęnitentia motus,abijt.* Accedẽs autem
ad alterum,dixit similiter. At ille respondẽs
31 ait: Eo,dñe,& non iuit,* quis ex duobus fe-
cit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Di-
cit illi Iesus: Amen dico vobis, quia publica-
ni, & meretrices præcedent vos in regnum
32 Dei.* Venit enim ad vos Ioannes in via iu-
stitiæ, & non credidistis ei,publicani autẽ, &
meretrices crediderunt ei: vos autẽ videntes
nec pęnitentiam habuistis postea, vt credere-
33 tis ei *Aliam parabolam audite."Homo erat "Mar.12
D pater familias,qui plantauit vineam, & sepẽ au
circumdedit ei,& fodit in ea torcular,& ędi- L 9c. 20.
ficauit turrim,& locauit eam agricolis, & pe- b..
34 regrè profectus est. * Cum autem tempus If.5.a.b.
fructuum appropinquasset,misit seruos suos Ier.2.d.
35 ad agricolas,vt acciperent fructus eius. * Et 21.
agricolæ, apprehensis seruis eius alium ceci-
derunt, alium occiderunt, alium verò lapi-
36 dauerunt. * Iterum misit alios seruos p u-
37 res prioribus,& fecerunt illis similiter.* No-
uissimè aũt misit ad eos filium suum,dicẽs:

Verebuntur filium meum.* Agricolę autem 38
videntes filium, dixerunt intra se. " Hic est
"Inf.26. heres, venite,occidamus eum,& habebimus
a.3.& 27 hereditatem eius.* Et apprehẽsum eum eie- 39
a.2. cerunt extra vineam,& occiderunt.* Cũ er- 40
Ioan.12. ga venerit dominus vineæ, quid faciet agri-
g.53. colis illis?* Aiunt illi: Malos male perdet: & 41
"Ps.117. vineam suam locabit alijs agricolis, qui red-
d.22. dant ei fructum temporibus suis.* Dicit illis 42
Act.4.b. Iesus: Numquam legistis in Scripturis:"Lapi-
11. dem, quem reprobauerunt ædificantes, hic
Rom. 9. factus est in caput anguli? A Dño factum est
g.33. illud,& est mirabile in oculis nostris: * ideò 43
1. Pet.2. dico vobis, quia auferetur à vobis regnum
a.7. Dei:& dabitur genti facienti fructus eius. * 44
Et qui ceciderit super lapidem istum, con-
fringetur: super quem verò ceciderit,conte-
45 ret eum.* Et cum audissent principes sacer-
dotum, & Pharisæi parabolas eius,cognoue-
46 runt,quod de ipsis diceret.* Et quærentes eũ
tenere,timuerunt turbas: quoniam sicut pro-
phetam eum habebant.

CAP. XXII.

1 ET respondens Iesus, dixit iterum in pa- Luc. 16.
2 rabolis eis, dicens: * Simile factum est d.16.
A regnum cælorum homini regi, qui fecit nu- Apoc.19
3 ptias filio suo. * Et misit seruos suos vocare b.9.
4 inuitatos ad nuptias,& nolebãt venire.* Ite-
rũ misit alios seruos,dicens. Dicite inuitatis:
Ecce prãdium meũ paraui, tauri mei,& alti-
lia

lia occisa sunt,& omnia parata: venite ad nu-
ptias. * Illi autem neglexerunt: & abierunt, 5
alius in villam suã,alius verò ad negociatio-
nem suam: * reliqui verò tenuerunt seruos 6
eius,& contumelijs affectos occiderũt.* Rex 7
autem cum audisset,iratus est: & missis exer
citibus suis, perdidit homicidas illos, & ci-
uitatem illorum succendit. * Tunc ait ser- 8
uis suis: Nuptię quidem paratæ sunt,sed qui
inuitati erant, non fuerunt digni: * ite ergo 9
ad exitus viarum, & quoscumque inueneri-
tis,vocate ad nuptias. * Et egressi serui eius 10
in vias,congregauerunt omnes,quos inuene- B
rũt,malos, & bonos:& impletæ sunt nuptiæ
discumbentium.* Intrauit autẽ rex,vt vide- 11
ret discumbentes, & vidit ibi hominem non
vestitum veste nuptiali. * Et ait illi: Amice, 12
"Sup. 8. quomodo huc intra"(i) non habens vestẽ nu-
b.12. & ptialem? At ille obmutuit: * Tunc dixit rex 13
13. f. 42. ministris: " Ligatis manibus, & pedibus
Infr. 25. eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi
c.30. erit fletus, & stridor dentium* Multi enim 14
"Mar.12 sunt vocati, pauci verò electi. * " Tunc ab- 15
b.13. euntes Pharisæi, consilium inierunt,vt cape-
16 rent eum in sermone. * Et mittunt ei disci- Luc. 20.
pulos suos cum Herodianis dicentes: Magi- d.20.
ster, scimus, quia verax es, & viam Dei in
veritate doces, & non est tibi cura de ali-
quo: non enim respicis personam hominum
17 * dic ergo nobis,qd tibi videtur,licet cẽsum
18 dare Cæsari,an non?* Cognita autem Iesus
nequitia eorũ,ait: Quid me tentatis hypocri-
19 tæ?* ostendite mihi numisma census: At illi
20 obtulerunt ei denarium. * Et ait illis Iesus:
21 Cuius est imago hęc,& superscriptio?* Dicũt
ei: Cæsaris. Tunc ait illis," Reddite ergo,quæ "Ro.13.
sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. c.7.
22 * Et audiẽtes mirati sunt, & relicto eo abie-
C runt. * In illo die accesserunt ad eum Sad-
23 ducæi,qui dicunt non esse resurrectionem:
24 & interrogauerunt eum,* dicẽtes: Magister, "Mar.12
Moyses dixit:" Si quis mortuus fuerit nõ ha- b.15.
bens filium, vt ducat frater eius vxorem il- Luc. 20.
25 lius, & suscitet semen fratri suo.* Erant au- d.28.
tem apud nos septem fratres, & primus, v- Act. 23.
xore ducta, defunctus est: & non habens se- a.6.
26 men,reliquit vxorem suam fratri suo. * Si- Deu. 25.
militer secundus, & tertius vsque ad sept. b.6.



mum.* Nouissimè autem omnium,& mu- 27
lier defuncta est.* In resurrectione ergo cu- 28
ius erit de septem vxor? oẽs enim habuerũt
eam.* Respondens autem Iesus,ait illis:* Er- 29
ratis nescientes Scripturas, neque virtutem
Dei. * In resurrectione enim neque nubent, 30
neque nubẽtur: sed erunt sicut Angeli Dei in
cęlo.* De resurrectione autem mortuorum 31
"Exo. 3. non legistis, quod dictum est à Deo dicente
b.6. vobis:*" Ego sum Deus Abraham, & Deus 32
"Mar.12 Isaac,& Deus Iacob? Non est Deus mortuo- D
c.28. rum,sed viuẽtium.* Et audientes turbę,mi- 33
Luc. 10. rabantur in doctrina eius. * " Pharisæi autẽ 34
g.27. audientes,quod silentiũ imposuisset Saddu-
35 cæis,conuenerunt in vnum:* & interrogauit
eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum:
36 * Magister,quod est mãdatum magnum in
37 Lege? * Ait illi Iesus:" diliges Dñm Deum "Deut.6.
tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, a.5.
38 & in tota mente tua. * Hoc est maximũ,&
39 primum mandatum.* Secundum aũt simi-
le est huic: " Diliges proximum tuum, sicut "Leu.19
40 teipsum. * In his duobus mandatis vniuer- d.18.
41 sa lex pendet,& prophetę.* Congregatis au- Mar.12.
42 tem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, * di- d.31.
cens: Quid vobis videtur de Christo? cuius Luc. 20.
43 filius est? Dicunt ei: Dauid.* Ait illis: Quo- d.41.
modo ergo Dauid in spiritu vocat eum Do-

ᵃ Ps.109. a.1. minum,dicens:*ᵃ Dixit Dominus Domino 44
meo:sede à dextris meis,donec ponā inimi-
cos tuos scabellum pedum tuorum?* Si er- 45
go Dauid vocat eum Dominum, quomodo
filius eius est? * & nemo poterat ei respon- 46
dere verbum:neque ausus fuit quisquam ex
illa die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

TVnc Iesus locutus est ad turbas, & ad 1
discipulos suos, * dicens:Super cathe- 2
ᵇ 2. Esd. 8. a.4. dram Moysi sederunt ᵇ Scribæ, & Pharisæi. A
* Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, 3
seruate,& facite : secundum opera verò eo-
rum nolite facere : dicunt enim, & non fa-
ᶜ Luc.11. g.46. ciunt. * ᶜ Alligant enim onera grauia,& im- 4
portabilia, & imponunt in humeros homi-
Act. 15. c.10. num:digito autem suo nolunt ea mouere.
* Omnia verò opera sua faciūt vt videātur 5
Deut. 6. b.8. ab hominibus: ᵈ dilatant enim phylacteria
sua,& magnificant fimbrias.* Amant autē 6
Nu. 15. g.38. primos recubitus in cœnis,& primas cathe-
dras in synagogis,*& salutationes in foro,& 7
ᵉ Mar.12 d.38. & vocari ab hominibus Rabbi.* ᶠ Vos autē 8
nolite vocari Rabbi. vnus est enim Magi-
Luc. 11. f.43. & 20. g.46. ster vester,omnes autē vos fratres estis.*ᵍ Et 9
patrem nolite vocare vobis super terram:
vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est.
ʰ Iac. 3. a.1. * Nec vocemini magistri:quia Magister ve- 10
ster vnus est, Christus. * Qui maior est ve- 11
ⁱ Mal.1. b.6. strum,erit minister vester.* ⁱ Qui autem se 12
exaltauerit,humiliabitur:& qui se humilia- B
ᵏ Luc.14 c.11. & 18. c.14. uerit,exaltabitur.* Væ autem vobis Scribæ, 13
& Pharisæi Hypocritæ:quia clauditis regnū
cælorum ante homines:vos enim non intra-
ˡ Mar.12 d.40 tis,nec introeuntes sinitis intrare * Væ vo- 14
Luc. 20. g.47. bis Scribæ,& Pharisæi hypocritæ, ˡ quia co-
meditis domos viduarum,orationes longas
orantes:propter hoc amplius accipietis iudi-
cium.* Væ vobis Scribæ,& Pharisæi hypo- 15
critæ:quia circuitis mare,& aridam,vt facia-
tis vnum proselytum: & cum fuerit factus,
facitis eū filium gehennæ duplo,quàm vos.
* Væ vobis duces cæci,qui dicitis:Quicum- 16
que iurauerit per templum,nihil est:qui au-
tē iurauerit in auro templi,debet.* Stulti,& 17
cæci:Quid enim maius est,aurū,an templū,
quod sanctificat aurū?* Et quicūq; iurauerit 18
in altari,nihil est: quicumq; autem iurauerit
in dono,q̄ est sup illud,debet.* Cæci:Quid 19
enim maius est,donū,an altare,quod sancti-
ficat donū?* Qui ergo iurat i altari,iurat in 20
eo,& in omnibus,quæ super illud sunt. * & C
quicumq; iurauerit in templo, iurat in illo, 21
& in eo qui habitat in ipso:* & qui iurat in 22
cælo,iurat in thro- no Dei, & in eo, qui sedet
ᵐ Luc.11. f.42. super eum:* ᵐ Væ vobis Scribæ,& Pharisæi 23
hypocritæ:qui decimatis mentā, & anethū,
& cyminum, & reliquistis quæ grauiora sūt
legis,iudicium, & misericordiā,& fidē,hæc
oportuit facere,& illa non omittere. * Du- 24
ces cæci, excolantes culicem , camelum autē
glutiētes.* Væ vobis Scribæ,& Pharisæi hy- 25
pocritæ,quia mundatis quod deforis est cali-
cis,& paropsidis:intus autem pleni estis rapi-
26 na,& immunditia. * Pharisæe cæce, munda
prius,quod intus est calicis, & paropsidis, vt
27 fiat id,quod deforis est,mundū.* Væ vobis
Scribæ, & Pharisæi hypocritæ : quia similes
estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent
hominib. speciosa, intus verò plena sunt os-
28 sibus mortuorum,& oī spurcitia,* sic & vos
à foris : quidē paretis hominibus iusti : intus
29 autē pleni estis hypocrisi,& iniquitate.* Væ
vobis Scribæ,& Pharisæi hypocritæ;qui ædi-
ficatis sepulchra prophetarū, & ornatis mo-
30 numenta iustorum,*& dicitis : Si fuissemus
in diebus patrum nostrorum, non essemus
31 socij eorū in sanguine prophetarum : * itaq;
D testimonio estis vosmetipsis, q̄a filij estis eo-
32 rum,qui prophetas occiderunt.* Et vos im-
33 plete mensuram patrum vestrorum.* ⁿ Ser- ⁿ Sup.3. b.7.
pentes genimina viperarum , quomodo fu-
34 gietis à iudicio gehēnæ:* Ideo ecce ego mit-
to ad vos prophetas, & sapientes, & scribas;
& ex illis occidetis , & crucifigetis , & ex eis
flagellabitis in synagogis vestris, & perse-
35 quemini de ciuitate in ciuitatem,*vt veniat
super vos omnis sanguis iustus , qui effusus
est super terrā ᵒ à sanguine Abel iusti vsque
ad sanguinē ᵖ Zachariæ,filij Barachiæ,quem ᵒ Gen.4. b.8.
36 occidistis inter templum, & altare . * Amen Heb.11.
dico vobis, venient hæc omnia super genera- a.4.
37 tionem istam. * Ierusalem Ierusalem, quæ ᵖ 2. Par.
occidis prophetas , & lapidas eos, qui ad te 24. f.21.
missi sunt , quoties volui congregare filios Luc. 13.
tuos,quemadmodum gallina congregat pul- g.34.
38 los suos sub alas , & noluisti ? * Ecce relin-
39 quetur vobis domus vestra deserta . * Dico
enim vobis, nō me videbitis amodo, donec
dicatis : Benedictus,qui venit in noīe Dñi.

CAP. XXIV.

1 ET egressus Iesus de templo ibat. Et ac- Mar.13.
A cesserunt discipuli eius , vt ostenderēt ei a.1.
2 ædificationes templi. * Ipse autem respon- Luc.21.
dens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amē di- b.5.
cō vobis , non relinquetur hic lapis super la- ᵃ Luc.19.
3 pidem,qui non destruatur.* ᵃ Sedēte autem g.44.
eo super Montem oliueti, accesserunt ad eū
discipuli secretò, dicentes : Dic nobis, quan-
dō hæc erunt?& quod signum aduentus tui,
4 & consummationis sæculi?* ᵇ Et respondens ᵇ Eph.5.
Iesus, dixit eis : Videte ne quis vos seducat, b.6.
5 * multi enim venient in nomine meo , dicē- Col.2.d.
tes : Ego sum Christus: & multos seducent. 18.
6 * Audituri enim estis prælia,& opiniones
præliorum. Videte ne turbemini,oportet.n.
7 hæc fieri , sed nondum est finis. * consurget
enim gens in gentem, & regnum in regnum
& erunt pestilentiæ , & fames, et terræmo-
8 tus per loca . * hæc autem omnia initia sunt ᶜ Ioa.15.
9 dolorum.* ᶜ Tunc tradent vos in tribulatio- e.20. &
nem, et occident vos : et eritis odio omnibus 16.a.2.
10 gentibus propter nomen meum . * Et tunc Sup. 10.
B scandalizabuntur multi,et inuicem tradent, c.17.
11 et odio habebunt inuicē * Et multi pse do- Luc.21.
12 prophetæ surgent, et seducent multos. * Et c.12.
quo-

quoniā abundauit iniquitas, refrigescet cha-
ritas multorum,* qui autem perseuerauerit 13
vsque in finem hic saluus erit.* Et prædica- 14
bitur hoc Euangeliū regni in vniuerso orbe,
in testimonium omnibus gentibus : & tunc
veniet consummatio. * Cum ergo videritis 15
abominationem desolationis, quæ dicta est
ᵈ Mar.13 b.14. ᵈ à Daniele propheta, stantem in loco san-
Luc. 21. d.20. ctō,qui legit, intelligat, * tunc qui in Iudæa 16
sunt,fugiant ad montes: *& qui in tecto,nō 17
Dan.9. g.27. descendat tollere aliquid de domo sua: * & 18
qui in agro , non reuertatur tollere tunicam
suam.* Væ autem prægnantibus,& nutrien- 19
tibus in illis diebus.* Orate autē,vt non fiat 20
ᵉ Acto.1. b.12. fuga vestra in hieme , ᵉ vel sabbato,* erit.n. 21
tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab ini-
tio mundi vsque modo,neque fiet * Et nisi 22
breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua om-
nis caro : sed propter electos breuiabuntur
ᶠ Mar.13 c.21. dies illi.* ᶠ Tunc si quis vobis dixerit : Ecce 23
Luc. 17. c.23. hic est Christus,aut illic:nolite credere.* Sur-24
gent enim pseudochristi , & pseudoprophe-
tæ:& dabunt signa magna,& prodigia,ita vt
in errorem inducantur (si fieri potest) etiam
electi. * Ecce prædixi vobis. * Si ergo dixe- 25
ᵍ Lu.17. g.36. rint vobis . Ecce in deserto est, nolite exire : 26
ecce in penetralibus , nolite credere . * Sicut 27
ʰ Mar.13 c.24. enim fulgur exit ab Oriente , & paret vsque
in Occidentem: ita erit & aduentus Filij ho-
Luc. 21. e.25. minis.* ᵍ Vbicumq; fuerit corpus, illic con-28
gregabuntur,& aquilæ.*ʰ Statim autem post C
Ezec.32. b.7. tribulationem dierū illorum, Sol obscurabi- 29
Isa.13. b.10. tur , & luna non dabit lumen suum , & stel-
læ cadent de cælo. & virtutes cælorum com-
Ioel 3. c.15. mouebuntur: * & tunc parebit signum Filij 30
hominis in cælo : & tunc plangent oēs tribus
Apoc. 1. b.7. terræ : & videbunt Filium hominis venien-
tem in nubibus cæli cū virtute multa, & ma-
iestate. * ⁱ Et mittet angelos suos cum tuba, 31
& voce magna : & congregabunt electos ⁱ 1. Cor.
eius à quatuor ventis, à summis cælorum vs- 15. g.52.
32 que ad terminos eorum.* Ab arbore autem
fici discite parabolam : cum iam ramus eius
tener fuerit , & folia nata, scitis quia prope
33 est æstas :*ita & vos cum videritis hæc om-
34 nia, scitote,quia prope est in ianuis. * Amen
dico vobis, quia non præteribit generatio
35 hæc, donec omnia hæc fiant . * ᵏ Cælum, & ᵏ Mar.13
terra transibunt , verba autē mea non præte- d.31.
36 ribunt.* De die autē illa, & hora nemo scit,
37 neque angeli cælorum,nisi solus Pater.* ˡ Si- ˡ Luc.17
cut autē in diebus Noe , ita erit, & aduentus f.26.
38 Filij hominis . * sicut enim erant in diebus Gen.7.
D ante diluuium comedentes, & bibentes, nu- b.5.
bentes,& nuptui tradentes, vsq;ad eū diem,
39 quo intrauit Noe in arcam , * & non cogno-
uerunt donec venit diluuium , & tulit oēs:
40 ita erit,& aduētus Filij hominis. * Tūc duo
erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relin-
41 quetur.* duæ molētes in mola: vna assume-
42 tur,& vna relinquetur. * Vigilate ergo,quia
nescitis qua hora Dominus vester venturus
43 sit.* Illud aūt scitote, ᵐ quoniam si sciret pa- ᵐ 1. Thes.
terfamilias qua hora fur venturus esset, vigi- 4. d.17.
laret vtique, & non sineret perfodi domum Mar.13.
44 suā.* Ideo,& vos estote parati: quia qua ne- d.32.
45 scitis hora Filius hominis venturus est.* Quis Luc. 12.
putas , est fidelis seruus , & prudens, quem e.39.
constituit dñs suus super familiam suam ,
46 vt det illis cibum in tempore? * ⁿ Beatus ille ⁿ Apo.16
seruus,quem cum venerit dominus eius, in- c.15.
47 uenerit sic facientem:* amē dico vobis,quo-
niam super omnia bona sua constituet eum .
48 * Si autem dixerit malus seruus ille in cor-
de suo: Moram facit dominus meus venire:
49 * & cœperit percutere conseruos suos,man-
50 ducet autem,& bibat cum ebriosis:* veniet
dominus serui illius in die, qua nō sperat, &
hora,

hora, quia ignorat: * & diuidet eũ, partemq́ 51
eius ponet cum hypocritis " illic erit fletus,
& stridor dentium.

"Sup.13. f.42. Infr.25. c.30.

CAP. XXV.

TVnc simile erit regnum cælorum decẽ 1
virginibus: quæ accipientes lampades A
suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ.
*Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quin- 2
que prudentes: * sed quinque fatuæ, acceptis 3
lampadibus, non sumpserunt oleum secum:
* prudentes verò acceperunt oleum in vasis 4
suis cum lampadibus. * Moram autem fa- 5
ciente sponso dormitauerunt omnes, & dor-
mierũt: * Media autem nocte clamor factus 6
est: Ecce sponsus venit, exite obuiã ei. * Tunc 7
surrexerunt oẽs virgines illæ, & ornauerunt
lampades suas. * Fatuæ autẽ sapiẽtibus dixe- 8
runt: Date nobis de oleo vestro: quia lampa-
des nostræ extinguũtur. * Responderũt pru- 9
dentes, dicentes: Ne fortè nõ sufficiat nobis,
& vobis, ite potius ad vendentes; & emite
vobis. * Dum autem irent emere, venit spõ- 10
sus: & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo
ad nuptias, & clausa est ianua. * Nouissimè 11
verò veniunt, & reliquæ virgines, dicentes:
Domine, Domine, aperi nobis. * At ille re- 12
spondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.
*" Vigilate itaque, quia nescitis diẽ, neque ho- 13
rã. *" Sicut enim homo peregrè proficiscẽs, vo- 14
cauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.
* Et vni dedit quinque talenta, alij aũt duo, 15
alij verò vnum, vnicuique secundum pro-
priam virtutem, & profectus est statim.
* Abijt autem qui quinque talenta accepe- 16
rat, & operatus est in eis, & lucratus est B
alia quinque. * Similiter, & qui duo accepe- 17
rat, lucratus est alia duo. * Qui autem vnum 18
acceperat, abiens fodit in terram, & abscon-
dit pecuniam domini sui. * Post multum 19
verò temporis venit dominus seruorum il-
lorum, & posuit rationem cum eis. * Et ac- 20
cedens, qui quinque talenta acceperat, obtu-
lit alia quinque talenta, dicens: Domine,
quinq́ talenta tradidisti mihi, ecce alia quin-
que superlucratus sum. * Ait illi Dominus 21
eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super
pauca fuisti fidelis, super multa te constituã,
intra in gaudium Domini tui. * Accessit au- 22
tem, & qui duo talenta acceperat, & ait: Do-
mine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia
duo lucratus sum. * Ait illi Dominus eius: 23
Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca
fuisti fidelis, super multa te constituam, in-
tra in gaudium Domini tui. * Accedens au- 24
tem, & qui vnum talentum acceperat, ait:
Domine, scio, quia homo durus es, metis vbi
non seminasti, & congregas, vbi non sparsi-
sti: * & timens abij, & abscondi talentum tuũ 25
in terra, ecce habes, quod tuum est. * Respon- C
dens autem Dominus eius, dixit ei: Ser- 26
ue male, & piger, sciebas, quia meto vbi non
semino, & congrego, vbi non sparsi: * opor- 27
tuit ergo te committere pecuniam meam

"Mar.13. d.33. "Luc.19. b.12.

nummularijs, & veniens ego recepissem vti-
28 que quod meũ est cum vsura. * Tollite ita-
que ab eo talentum, & date ei, qui habet de-
29 cem talenta. * " omni enim habenti dabi-
tur, & abundabit: ei autem, qui non habet,
30 & quod videtur habere, auferetur ab eo. * Et
inutilem seruum eijcite in tenebras exterio-
31 res: illic erit fletus, & stridor dentium. * Cũ
autem venerit Filius hominis in maiestate
sua, & omnes angeli cum eo, tũc sedebit su-
32 per sedem maiestatis suæ: * & congregabũ-
tur ante eum omnes gentes, & separabit eos
ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœ-
33 dis: * & statuet oues quidem à dextris suis,
34 hœdos autem à sinistris. * Tunc dicet rex
his, qui à dextris eius erunt: Venite benedi-
cti Patris mei, possidete paratum vobis re-
35 gnum a constitutione mundi. * " esuriui
enim, & dedistis mihi manducare: sitiui,
& dedistis mihi bibere: hospes eram, & col-
36 legistis me: * nudus, & cooperuistis me; "
infirmus, & visitastis me: in carcere eram,
37 & venistis ad me. * Tunc respondebunt
D ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidi-
mus esurientem, & pauimus te: sitientem,
38 & dedimus tibi potum? * quando autem te
vidimus hospitem, & collegimus te: aut nu-
39 dum, & cooperuimus te? * aut quando te
vidimus infirmum: aut in carcere, & veni-
40 mus ad te? * Et respondens rex, dicet illis:
Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex
his fratribus meis minimis, mihi fecistis.
41 * Tunc dicet, & his, qui à sinistris erunt: "
Discedite â me maledicti in ignem æternũ,
42 qui paratus est diabolo, & angelis eius. * esu-
riui enim, & non dedistis mihi manducare:
43 sitiui, & non dedistis mihi potum: * hospes
eram, & non collegistis me: nudus, & non
cooperuistis me: infirmus, & in carcere, &
44 non visitastis me. * Tunc respondebũt ei, &
ipsi, dicentes: Domine quando te vidimus
esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut
nudum, aut infirmum aut in carcere, & nõ
45 ministrauimus tibi? * Tunc respondebit il-
lis dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non
fecistis vni de minoribus his, nec mihi feci-
46 stis. * " Et ibunt hi in supplicium æternum:
iusti autem in vitam æternam.

"Sup.13. b.12. Mar. 4. c.25. Luc. 8.c. 18.& 19. d.26.
" Isa. 58. b.7. Ezec.18. b.7. " Eccl. 7. d.38.
" Psal. 5. c.9. Sup.7.d. 23. Luc. 13. f.27.
" Ioan.5. c.25 Dan. 12. a.2.

CAP. XXVI.

1 ET factum est: cum cõsummasset Iesus
A sermones hos omnes, dixit discipulis
2 suis: * " scitis quia post biduum Pascha fiet,
& Filius hominis tradetur, vt crucifigatur.
3 * Tunc cõgregati sunt principes sacerdotũ,
& seniores populi in atrium principis sacer-
4 dotum, qui dicebatur Caiphas: * & consiliũ
fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occide-
5 rent. * Dicebant autem: Non in die festo, ne
6 fortè tumultus fieret in populo. * " Cum au-
tem Iesus esset in Bethania in domo Simo-
7 nis leprosi, * accessit ad eum mulier ha-
bens alabastrum vnguenti pretiosi, & effu-
8 dit super caput ipsius recumbentis. * Viden-
tes

"Mar.14 a. . Luc. 22. a 1. " Ioa.11. a.2.& 12 a.3. Mar. 14. a.1.

tes aũt discipuli, indignati sunt dicentes: Vt
quid perditio hęc: * potuit enim istud venũ- 9
dari multo, & dari pauperibus. * Sciens aũt 10
Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulie-
ri? opus enim bonũ operata est in me: * nam 11
semper pauperes habetis vobiscũ: me autẽ
non semper habetis: * Mittens enim hęc vn- 12
guentũ hoc in corpus meũ: ad sepeliendum
me fecit. * Amen dico vobis, vbicumq́ prędi- 13
catum fuerit hoc euangelium in toto mun-
do, dicetur, & quod hæc fecit in memoriã eius.
* " Tunc abijt vnus de duodecim: qui dice- 14
batur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdo- B
tũ: * & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego 15
vobis eũ tradã? At illi cõstituerunt ei trigin-
ta argenteos. * Et exinde quærebat opportu- 16
nitatẽ, vt eũ traderet. * " Prima aũt die Azy- 17
morũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicen-
tes. Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?

"Mar.14 b.10. Luc. 22. a.1. "Mar.14 b.12. Luc. 22. a.7.

18 * At Iesus dixit: Ite in ciuitatẽ ad quendã, &
dicite ei: Magister dicit: Tẽpus meum prope
est, apud te facio Pascha cũ discipulis meis.
19 * Et fecerunt discipuli sicut constituit illis
20 Iesus, & parauerunt Pascha. * " Vespere aũt
facto, discumbebat cũ duodecim discipulis
21 suis: * Et edentibus illis, dixit: Amẽ dico vo-
22 bis, quia vnus vestrũ me traditurus est. * Et
cõtristati valde cęperunt singuli dicere: Nũ-
23 quid ego sum Domine? * At ipse respondẽs
ait: Qui intingit mecũ manũ in paropside,
24 hic me tradet: * Filius quidem hominis va-
C dit, " sicut scriptum est de illo: væ aũt homi-
ni illi, per quem Filius hominis tradetur: bo-
num erat ei, si natus non fuisset homo ille.
25 * Respõdens autem Iudas, qui tradidit eũ,
dixit. Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu
26 dixisti. * " Cœnantibus autem eis, accepit Ie-
sus panem, & benedixit, ac fregit, deditque

" Mar.14. b.17. Luc. 22. b.14. Ioan.13. b.21.
"Ps.40.c. 10.
" 1. Cor. 11.c.14.

discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite:
hoc est corpus meum. * Et accipiens cali- 27
cem gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite
ex hoc omnes. * Hic est enim sanguis meus 28
noui testamenti, qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. * Dico autem 29
vobis: non bibam amodo de hoc genimine
vitis vsque in diem illum, cum illud bibam
vobiscum nouum in regno Patris mei. * Et 30
hymno dicto, exierunt in Montem oliueti.
* Tunc dicit illis Iesus: * " Omnes vos scãda- 31
lum patiemini in me, in ista nocte Scriptum
est enim: Percutiam pastorem, & dispergen-
tur oues gregis. * Postquam autẽ resurrexe- 32
ro, præcedam vos in Galilæam: Respon- 33
dens autẽ Petrus, ait illi: * Et si omnes scan-
dalizati fuerint in te, ego numquam scanda-
lizabor. * Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia 34

"Mar.14 c.27. Ioan. 16. ... Zac. 13. c.7. Mar. 16. b.7.

in hac nocte antequam Gallus cantet ter me
35 negabis. * Ait illi Petrus. " Etiam si oportue-
rit me mori tecum, non te negabo. Similiter
36 & omnes discipuli dixerunt. * Tunc venit
Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Geth-
D semani, & dixit discipulis suis: Sedete hic, do
37 nec vadam illuc, & orem. * Et assumpto Pe-
tro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit cõtrista-
38 ri, & mæstus esse. * Tunc ait illis: Tristis est
anima mea vsque ad mortem: sustinete hic,
39 & vigilate mecum. * Et progressus pusillũ,
procidit in faciem suam, orans, & dicens: Pa-
ter mi, si possibile est, transeat à me calix
iste, verumtamen non sicut ego volo, sed si-
40 cut tu. * Et venit ad discipulos suos, & in-
uenit eos dormientes, & dicit Petro: sic non
41 potuistis vna hora vigilare mecum? * Vigi-
late, & orate vt non intretis in tentationem.
Spiri-

" Io.13. d.38. Mar.14. d.31. Luc. 22. d.39.



Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ in-
firma * Iterum ſecundo abijt, & orauit di- 42
cens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſ-
re niſi bibam illum, fiat voluntas tua. * Et 43
venit iterum, & inuenit eos dormiẽtes: erãt
enim oculi eorum grauati * Et relictis illis, 44
iterum abijt, & orauit tertio eundem ſermo
nem dicens. * Tunc venit ad diſcipulos ſuos 45
& dicit illis: Dormite iam, & requieſcite ecce
"Mat. 14 e.43. appropinquauit hora, & Filius hominis tra-
detur in manus peccatorũ. * Surgite eamus: 46
Luc. 22. e.47. ecce appropinquauit qui me tradet. * " Ad- 47
huc eo loquente, ecce Iudas vnus de duode-
Ioan. 18, a.3. cim venit, & cum eo turba multa cum gla- E
dijs, & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdo-
tum, & ſenioribus populi. * Qui autem tra- 48
didit eũ, dedit illis ſignũ, dicens: Quemcũ-
que oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ. * Et 49
cõfeſtim accedẽs ad Ieſum, dixit: Aue Rab-
bi Et oſculatus eſt eũ. * Dixitq; illi Ieſus: A- 50
mice, ad quid veniſti? Tũc acceſſerũt, & ma-
nus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum.
* Et ecce vnus ex his, qui erant cũ Ieſu, extẽ- 51
dens manũ, exemit gladiũ ſuũ, & percutiẽs
ſeruum principis ſacerdotũ amputauit au-
riculã eius. * Tunc ait illi Ieſus: Cõuerte gla- 52
dium tuũ in locum ſuũ: "oẽs enim qui acce-
"Gen. 9. a.6. perint gladiũ, gladio peribunt. * An putas, 53
quia non poſſum rogare patrẽ meũ, & exhi-
Apo. 13. c. 13. bebit mihi mõ pluſquã duodecim legiones
angelorũ. * "Qũo ergo implebuntur Scriptu- 54
"Iſa 53. c 10. ræ, quia ſic oportet fieri? * In illa hora dixit 55
Ieſus turbis. Tamquã ad latronẽ exiſtis cum
"Thre 4 d. 20. gladijs, & fuſtib. cõprehendere me: quotidie
apud vos ſedebã docens in tẽplo, & nõ me 56
"Mar. 14 f. 53. tenuiſtis. * Hoc aũt totum factũ eſt, " vt ad- F
implerentur Scripturæ prophetarum. Tũc
Luc. 22. f. 54. diſcipuli oẽs, "relicto eo, fugerũt. * At illi te- 57
nentes Ieſum, duxerunt ad Caiphã principẽ

ſacerdotum, vbi Scribæ, & ſeniores conuene Ioan. 18. c. 24.
58 rant. * Petrus aũt ſequebatur eũ a lõge, vſq;
in atriũ principis ſacerdotũ. Et ingreſſus in-
trò, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem
59 * Principes aũt ſacerdotum, & oẽ concilium
quærebant falſum teſtimonium contra Ie-
60 ſum, vt eum morti traderent: * & non inue
nerunt cũ multi falſi teſtes acceſſiſſent. No-
61 uiſſimè aũt venerũt duo falſi teſtes, * & di- "Ioan. 2. d. 19.
xerunt: Hic dixit: " Poſſum deſtruere tẽplũ
62 Dei, & poſt triduum reædificare illud. * Et
ſurgens princeps ſacerdotũ, ait illi: Nihil re-
ſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtifi-
63 cantur? * Ieſus aũt tacebat Et princeps ſacer
dotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum,
vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei.
64 * Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. verumtñ dico
vobis, "amodò videbitis filiũ hominis ſedẽ- "Sup. 16. d. 27.
tem a dextris virtutis Dei, & venientem in
65 nubibus cæli. * Tunc princeps ſacerdotum 1. Theſ. 4. d 14.
G ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit
quid adhuc egemus teſtibus? ecce nũc audi- Rom. 14 b. 10.
66 ſtis blaſphemiam: * quid vobis videtur? At
illi reſpondentes dixerunt Reus eſt mortis.
67 * " Tunc expuerunt in faciem eius, & cola- "Iſa. 50. c. 6.
phis eum ceciderunt, alij autem palmas in
68 faciem eius dederunt, * dicẽtes: Prophetiza Mar. 14. g. 65.
69 nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? * "Pe-
trus verò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad "Luc. 22. f. 55.
eum vna ancilla, dicens: Et tu cũ Ieſu Gali-
70 læo eras * At ille negauit coram omnib. di- Ioan. 18. c. 25.
71 cens: Neſcio quid dicis. * Exeunte autẽ illo
ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui
72 erant ibi: Et hic erat cũ Ieſu Nazareno: * Et
iterum negauit cũ iuramento Quia non no-
73 ui hominem. * Et poſt puſillum acceſſerunt
qui ſtabant, & dixerunt Petro: Verè, & tu ex
illis es: nã & loquela tua manifeſtũ te facit.
74 * Tunc cœpit deteſtari, & iurare, quia nõ no-
uiſſet

uiſſet hominem. Et continuo gallus cãtauit.
* Et recordatus eſt. Petrus verbi Ieſu, quod 75
dixerat: Prius quam gallus cantet, ter me ne-
gabis. Et egreſſus foras, fleuit amare.

CAP. XXVII.

MAne autem facto, conſilium inierunt 1
oẽs principes ſacerdotum, & ſeniores A
populi aduerſus Ieſum, vt eum morti trade
rent. * " Et vinctum adduxerunt eũ, & tradi 2
"Mar. 15 a.16. derunt Pontio Pilato præſidi. * Tunc videns 3
Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſ-
Luc. 23. a.1. ſet: penitentia ductus, retulit triginta argen-
Io 18. c. 28. teos principibus ſacerdotum, & ſenioribus,
* dicens: Peccaui, tradẽs ſanguinem iuſtum. 4
At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.
* Et proiectis argenteis in templo, receſſit: 5
"Act. 1. c.13. " & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. * Principes 6
autem ſacerdotum, acceptis argenteis, dixe-
runt: Non licet eos mittere in corbonam:
quia pretium ſanguinis eſt. * Conſilio autem 7
inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepul
"Act. 1. c.19. turam peregrinorum * " Propter hoc voca- 8
tus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt, ager ſan- B
guinis, vſque in hodiernum diem. * Tunc 9
impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiã
"Zac. 11 c.12. prophetam, dicentem: " Et acceperunt trigin-
ta argenteos pretium appretiati, quem ap-
pretiauerunt à filijs Iſrael: * & dederunt 10
eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Do-
11 minus. * Ieſus autem ſtetit ante præſidem,
" & interrogauit eum præſes, dicens: " Tu es "Mar. 15 a 2.
12 Rex Iudæorum? Dicit illi Ieſus: Tu dicis. * Et
cum accuſaretur a principibus ſacerdotum, "Luc. 23 a.3.
13 & ſenioribus, nihil reſpondit. * Tunc dicit
illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te Io. 18. f. 28.
14 dicunt teſtimonia? * Et non reſpondit ei ad
vllum verbum, ita vt miraretur præſes ve-
15 hementer. * Per diem autem ſolemnem
conſueuerat præſes populo dimittere vnum
16 vinctum, quem voluiſſent, * Habebat au-
tem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur
17 Barabbas. * Congregatis ergo illis, dixit Pi-
latus: Quem vultis dimittam vobis: Barab-
18 bã, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? * Sciebat
enim, quod per inuidiam tradidiſſent eum.
19 * Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad
eum vxor eius, dicẽs: Nihil tibi, & iuſto illi,
multa n paſſa ſum hodie per viſum propter
20 eum * " Principes autẽ ſacerdotũ, & ſenio- "Mar. 15 b.11.
C res perſuaſerunt populis, vt peterent Barab-
21 bam, Ieſum verò perderent. * Reſpõdens au Luc. 23. b.18.
tem præſes, ait illis: Quẽ vultis vobis de duo-
22 bus dimitti? At illi dixerũt: Barabbã. * Dicit Io. 18. g. 41.
illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui
23 dicitur Chriſtus? * Dicũt omnes: Crucifiga- Act. 3. b. 14.
tur. Ait illi præſes: Quid enim mali fecit? At
illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.
24 * Videns autẽ Pilatus, quia nihil proficeret,
ſed magis tumultus fieret accepta aqua, lauit
manus coram populo, dicens: Innocens ego

ſũ à [illegible] iuſti huius, vos vide[illegible] * Et 25
reſpondens vniuerſus populus, dixit: Sãguis
eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. * Tũc 26
dimiſit illis Barabbam: Ieſum autem flagel-
latũ tradidit eis, vt crucifigeretur. * Tũc mi 27
"Mar. 15 b.16. lites præſidis ſuſcipiẽtes Ieſum in prætoriũ.
"congregauerunt ad eum vniuerſam cohor-

[illegible] cocci- Io. 19. d. 18.
29 neam circumdederunt ei, * & plectentes co- Pſal. 21. d. 17.
D ronam de ſpinis, poſuerũt ſuper caput eius,
& arundinem in dextera eius. Et genu flexo
ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iu-
30 dæorum. * Et expuentes in eum acceperunt
31 arundinem, & percutiebant caput eius. * Et
poſt-

"Mat.1. posquam illuserunt ei, exuerunt eum chla-
b.21. myde, & induerunt eum vestimentis eius,
Luc. 23. & duxerunt eum, vt crucifigerent:* " Exeũ- 32
d.26. tes autem inuenerunt hominem Cyrenæũ,
nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt " Marc.
33 tolleret crucem eius.* " Et venerunt in lo- 15.6.21.
cum, qui dicitur Golgotha, quod est Calua- Luc. 23.
34 riæ locus. * Et dederunt ei vinum bibere d.26.
Ioan.19.
d.17.

cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit
bibere. * Postquam autem crucifixerunt eũ 35
diuiserunt vestimenta eius, sortem mitten-
tes, vt impleretur, quod dictum est per Pro-
phetam dicentem:" Diuiserunt sibi vesti-
" Marc. menta mea, & super vestem meam mise-
15.c.24. runt sortem. * Et sedentes seruabant eum. 36
Luc. 23. * Et imposuerunt super caput eius causam 37
f.34. ipsius scriptam: HIC EST IESVS E
Ioan.19. REX IVDÆORVM. * Tunc cruci- 38
d.18. fixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dex-
tris, & vnus à sinistris. * Prætereuntes au- 39
tem blasphemabant eum mouentes capita
sua, * & dicentes: " Vah qui destruis tem- 40
" Jo.2.d. plum Dei, & in triduo illud reædificas: sal-
19. ua temetipsum: si filius Dei es, descende de
cruce. * Similiter, & principes sacerdotum 41
illudentes cum Scribis, & senioribus dice-
bant: * Alios saluos fecit, seipsum non 42
potest saluum facere:" si rex Israel est, de-
Sap.2. scendat nunc de cruce, & credimus ei: * " 43
d.18. confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum:
" Ps.21. dixit enim: Quia filius Dei sum. * Idip- 44
a.9. sum autem, & latrones, qui crucifixi erant
cum eo, improperabant ei. * A sexta au- 45
tem hora tenebræ factæ sunt super vniuer-
sam terram vsque ad horam nonam. * Et 46
circa horam nonam clamauit Iesus voce
" Ps.21. magna, dicens:" Eli Eli, lama sabacthani?
a.1. hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid de-
reliquisti me? * Quidam autem illic stan- 47
tes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.
* Et continuò currens vnus ex eis acceptam 48
spongiam impleuit aceto, & imposuit arun- F
49 dini, & dabat ei bibere. * Ceteri verò di-
cebant. Sine videamus an veniat Elias li-
50 berans eum. * Iesus autem iterum cla- " 2.Par.
51 mans voce magna, emisit spiritum. *" Et 3.d.14.
ecce velum templi scissum est in duas par-
tes à summo vsque deorsum, & terra mota
52 est, & petræ scissæ sunt, * & monumenta
aperta sunt: & multa corpora sanctorũ, qui
53 dormierant, surrexerunt. * Et exeuntes de
monumentis post resurrectionem eius, ve-
nerunt in sanctam ciuitatem, & apparue-
54 runt multis. * Centurio autem, & qui cum
eo erant, custodientes Iesum, viso terræmo-
tu, & his, quæ fiebant, timuerunt valdè, di-
55 centes: Verè Filius Dei erat iste. * Erant
autem ibi mulieres multæ à longè, quæ se-
cutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:
56 * Inter quas erat Maria Magdalene, & Ma-
ria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filio- " Mat.19
57 rum Zebedæi. * " Cum autem sero factum d.42.
G esset, venit quidam homo diues ab Arima- Luc.23.
thæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipu- g.50.
58 lus erat Iesu, * hic accessit ad Pilatum, & Ioan.19.
petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit red- e.38.
59 di corpus. * Et accepto corpore, Ioseph in-
60 uoluit illud in sindone munda, * & posuit
illud in monumento suo nouo, quod exci-
derat in petra. Et aduoluit saxum magnum
61 ad ostium monumenti, & abijt. * Erat au-
tem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria
62 sedentes contra sepulchrum. * Altera au-
tem die, quæ est post Parasceuen, conuene-
runt principes sacerdotum, & Pharisæi ad
63 Pilatum, * dicentes: Domine recordati su-
mus,

mus, quia seductor ille dixit adhuc viuens:
Post tres dies resurgam. * Iube ergo custo- 64
dir sepulchrum vsque in diem tertium: ne
fortè veniant discipuli eius, & furentur eũ,
& dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit
65 nouissimus error peior priore. * Ait illis
Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite
66 sicut scitis. * Illi autem abeuntes, munie-
runt sepulchrum signantes lapidem, cum
custodibus.

CAP. XXVIII.

Mat.16. VEspere autem sabbati, quæ lucescit in 1
b6. prima sabbati, venit Maria Magdale- A
Io.20.c. ne, & altera Maria videre sepulchrum. * Et 2
17. ecce terræmotus factus est magnus. Ange-
lus enim Domini descendit de cælo; & ac-
cedens reuoluit lapidem, & sedebat super
3 eum:* erat autem aspectus eius sicut fulgur:
4 & vestimentum eius sicut nix. * Præ timo-
re autẽ eius exterriti sunt custodes, & facti
5 sunt velut mortui. * Respondens autem
Angelus dixit mulieribus: Nolite timere
vos: scio enim, quòd Iesum, qui crucifixus
est,

est, quæritis: non est hic: surrexit enim, si- 6
cut dixit, venite, & videte locum, vbi posi- B
tus erat Dominus. * Et citò euntes, dicite 7
discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedit
vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ecce præ-
dixi vobis. * Et exierunt citò de monumen- 8
to cum timore, & gaudio magno, currentes
nunciare discipulus eius. * Et ecce Iesus oc- 9
currit illis, dicens: Auete. Illæ autem acces-
serunt, & tenuerunt pedes eius, & adoraue-
runt eum. * Tunc ait illis Iesus: Nolite ti- 10
mere, ite, nunciate fratribus meis, vt eant in C
Galilæam, ibi me videbunt. * Quæ cum a- 11
bijssent, ecce quidam de custodibus vene-
runt in ciuitatem, & nunciauerunt principi-
bus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant:
* Et congregati cum senioribus consilio ac- 12
cepto pecuniam copiosam dederunt mili-
13 tibus, * dicentes: Dicite, quia discipuli eius
nocte venerunt, & furati sunt eũ, nobis dor-
14 mientibus. * Et si hoc auditum fuerit à præ-
side, nos suadebimus ei, & securos vos facie-
15 mus. * At illi accepta pecunia, fecerunt sicut
erant edocti. Et diuulgatum est verbũ istud
16 apud Iudæos, vsque in hodiernum diem. *
D Vndecim autem discipuli abierunt in Gali-
læam in montem, vbi constituerat illis Iesus.
17 * Et videntes eum adorauerunt: quidam au-
18 tem dubitauerunt. * Et accedens Iesus locu-
tus est eis, dicens: Data est mihi omnis pote-
19 stas in cælo, & in terra, * "euntes ergo docete "Mar.16 d.15.
omnes gentes: baptizantes eos in nomine Pa-
20 tris, & Filij, & Spiritus sancti: * docentes eos
seruare omnia quæcumque mandaui vobis:
& ecce ego vobiscum sum omnibus diebus,
vsque ad consummationem sæculi.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT PRIMVM.

Mat.3.a 1. "Mal.3. a.1. Isa.40.a 3. Ioan. 1. c.15. "Lu.3.a 4. Mat.3.a 5. "Leu.11. c.22. Mat.3.c 12. "Luc.3. c.16. Ioan. 1. d.27. Act.1.a. 5.&2.a. 4.&11.c 26&19. a.4.

INITIVM Euangelij Ie- 1
su Christi, filij Dei. * Sicut A
scriptum est in Isaia pro- 2
pheta." Ecce ego mitto an-
gelum meum ante faciem
tuam, qui præparabit viam
tuam ante te. * Vox clamã- 3
tis in deserto. Parate viam Domini, rectas fa-
cite semitas eius. * Fuit Ioãnes in deserto ba- 4
ptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ
in remissionem peccatorum. * " Et egredie- 5
batur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroso-
lymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in
Iordanis flumine, confitentes peccata sua.
* " Et erat Ioãnes vestitus pilis cameli, & zo- 6
na pellicea circa lumbos eius, " & locustas, &
mel siluestre edebat. Et prædicabat dicens:
* Venit fortior me post me: cuius non sum 7
dignus procũbens soluere corigiam calcea-
mentorũ eius. * Ego baptizaui vos aqua, ille 8
verò baptizabit vos Spiritu sancto. * Et factũ 9
est, in diebus illis venit Iesus à Nazareth Ga-
lilææ; & baptizatus est a Ioanne in Iordane.
10 * Et statim ascendẽs de aqua, vidit cælos a-
B pertos, " & Spiritum tãquam columbã descen
11 dentẽ, & manentẽ in ipso. * Et vox facta est
de cælis: Tu es filius meus dilectus, in te cõ-
12 placui. * " Et statim Spiritus expulit eum in
13 desertũ. * Et erat in deserto quadraginta die
bus, & quadraginta noctibus: & tentabatur a
satana: eratq. cum bestijs, & angeli ministra-
14 bant illi. * " Postquam aũt traditus est Ioãnes,
venit Iesus in Galilæã, prædicans Euangeliũ
15 regni Dei: * & dicens: Quoniã impletum est
tẽpus, & appropinquauit regnum Dei: pœni-
16 temini, & credite Euangelio. * " Et prætereiẽs
secus mare Galilææ, vidit Simonẽ, & Andreã
fratrẽ eius, mittentes retia in mare, (erãt.n. pi
17 scatores) * & dixit eis Iesus: Venite post me,
18 & faciã vos fieri piscatores hominũ. * Et pro
19 tinus relictis retibus, secuti sunt eũ. * Et pro-
gressus inde pusillũ, vidit Iacobum Zebedæi,
& Ioannem fratrẽ eius, & ipsos componẽtes
20 retia in naui: * & statim vocauit illos. Et reli-
cto patre suo Zebedæo in naui cum mercena-
21 rijs, secuti sũt eũ. * " Et ingrediũtur Caphar-

" Luc. 3. e.22. Io. 1. d. 32. " Mat. 4. a.1. Luc.4.a. 1. " Mat.4. b.12. Luc.4.c. 14. Ioan.4.f 43. " Mat.4. c.13. Luc.5.a. 2. " Mat.4. b.13. Luc.4.c. 31.

naum: & statim sabbatis ingressus in syna-
gogã, docebat eos.* " Et stupebant super do- 22
Mat. 7. d. 28. ctrina eius: erat enim docens eos, quasi pote- C
stătem habens, & non sicut Scribæ. * " Et 23
Luc. 4. c. 32. erat in synagoga eorum homo in spiritu im-
mũdo, & exclamauit, dicens: * Quid nobis 24
& tibi Iesu Nazarene: venisti perdere nos?
scio qui sis, Sanctus Dei. * Et cõminatus est ei 25
Iesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine
* Et discerpens eum spiritus immũdus, & ex 26
clamans voce magna exijt ab eo. * Et mirati 27
sunt omnes, ita vt conquirerẽt inter se dicẽ-
tes: Quidnam est hoc? quę nam doctrina hæc
noua? quia in potestate etiam spiritibus im-
mũdis imperat, & obediunt ei. * Et processit 28
rumor eius statim in oẽm regionẽ Galilææ.
Mat. 8. b. 14. * " Et protinus egredientes de synagoga, ve- 29
nerunt in domum Simonis, & Andreæ cum
Luc. 4. f. 42. Iacobo, & Ioanne * Decumbebat autem so- 30
crus Simonis febricitãs: & statim dicunt ei de
illa: Et accedens eleuauit eam, apprehen- 31
sa manu eius: & cõtinuò dimisit eam febris.
& ministrabat eis. * Vespere autẽ facto cum 32
occidisset Sol, afferebant ad eum omnes ma
le habentes, & dæmonia habentes: * & erat 33
omnis ciuitas congregata ad ianuam. * Et cu 34
rauit multos: qui vexabantur varijs languo-
ribus, " & dæmonia multa eijciebat, & non Luc. 4. f. 42.
35 sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. * Et
D diluculo valdè surgens, egressus abijt in de-
36 sertum locum, ibiq. orabat. * Et prosecutus
37 est eũ Simõ, & qui cũ illo erant. * Et cũ inue
nissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quæ-
38 runt te. * Et ait illis Eamus in proximos vi-
cos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc
39 enim veni * Et erat prædicans in synagogis
eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eij- Mat. 8. a. 2.
40 ciens. * " Et venit ad eum leprosus deprecãs
eum: & genuflexo dixit ei: Si vis, potes me Luc. 15. c. 12.
41 mundare. * Iesus autem misertus eius, ex-
tendit manum suam, & tangens eum ait il-
42 li: Volo: Mũdare. * Et cum dixisset, statim
43 discedit ab eo lepra, & mũdatus est. * Et cõ-
44 minatus est ei, statimq. eiecit illum: * & di-
cit ei: Vide nemini dixeris: sed vadè ostende
te principi sacerdotum, & offer pro emun- Luc. 14. a. 3.
datione tua. " quæ præcepit Moyses in testi-
45 monium illis. * At ille egressus cœpit prædi-
care, & diffamare sermonem, ita vt iam non
posset manifestè introire in ciuitatem, sed
foris in desertis locis esset, & conueniebant
ad eum vndique.

CAP. II.

Mat. 9. a. 1. Luc. 5. d. 18.
ET iterum intrauit Capharnaũ post dies, 1
* & auditum est quod in domo esset, & 2
conuenerunt multi, ita vt non caperet neque A
ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Et ve- 3
nerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à
quatuor portabatur. * Et cũ non possent of- 4
ferre eum illi præ turba, nudauerunt tectum
vbi erat; & patefacientes submiserunt graba-
tum, in quo paralyticus iacebat. * Cum au- 5
tem vidisset Iesus fidem illorum, ait paraly-
6 tico: Fili dimittuntur tibi peccata tua. * Erant
autem illic quidam de Scribis sedentes, & co-
7 gitantes in cordibus suis. * Quid hic sic lo-
quitur? blasphemat. " Quis potest dimittere Iob. 14. a. 4. Isa. 43. d. 25.
8 peccata, nisi solus Deus? * Quo statim cogni-
to Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra
se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus
9 vestris? * Quid est facilius dicere paralytico:
Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, tol
10 le grabatum tuum, & ambula? * Vt autem
B sciatis, quia Filius hominis habet potestatem
in terra dimittendi peccata, (ait paralytico)
tibi

* tibi dico Surge, tolle grabatum tuum, & va- 11
de in domum tuam. * Et statim surrexit ille: 12
& sublato grabato, abijt coram omnibus, ita
vt mirarẽtur omnes, & honorificarent Deũ,
dicentes: Quia nunquã sic vidimus. * Et egres- 13
sus est rursus ad mare, omnisq. turba venie-
Mat. 9. a. 9. bat ad eum, & docebat eos. * " Et cum præte- 14
riret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telo-
Luc. 5. f. 27. nium, & ait illi: Sequere me. Et surgens secu-
tus est eum. * Et factum est, cum accumberet 15
in domo illius, multi publicani, & peccatores
simul discumbebant cum Iesu, & discipulis
eius: erant enim multi, qui & sequebantur
eum. * Et Scribæ, & Pharisæi videntes, quia 16
manducaret cum publicanis, & peccatori- C
bus, dicebant discipulis eius: Quare cum pu-
blicanis, & peccatoribus manducat, & bibit
1. Ti. 1. c. 15. Magister vester? * " Hoc audito Iesus ait il- 17
lis: Non necesse habent sani medico, sed qui
male habent: non enim veni vocare iustos,
sed peccatores. * Et erant discipuli Ioan- 18
nis: & Pharisæi ieiunantes: & veniunt, & di-
cunt illi: Quare discipuli Ioannis, & Phari-
sæorum ieiunant, tui autem discipuli non ie-
iunant? * Et ait illis Iesus: Numquid possunt 19
filij nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis
est, ieiunare? Quanto tempore habent secum
Mat. 9. b. 15. sponsum, non possunt ieiunare. * " Venient 20
autem dies cum auferetur ab eis sponsus: &
Luc. 5. f. 35. tunc ieiunabunt in illis diebus. * Nemo as- 21
sumentum panni rudis assuit vestimento
veteri alioquin aufert supplementum no-
uum à veteri, & maior scissura fit. * Et ne- 22
mo mittit vinum nouum in vtres veteres: D
alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum
effundetur, & vtres peribunt: sed vinum no-
Mat. 12. a. 1. uum in vtres nouos mitti debet. * " Et factũ 23
est iterum cum Dominus sabbatis ambula-
ret per sata, & discipuli eius cœperunt pro-
24 gredi, & vellere spicas. * Pharisæi autem di
cebant ei: Ecce, quid faciunt sabbatis quod Luc. 6. a. 1.
25 non licet? * Et ait illis. " Numquam legistis
quid fecerit Dauid, quando necessitatem ha- 1. Reg. 21. b. 6.
buit, & esurijt ipse, & qui cum eo erant?
26 * quomodo introiuit in domum Dei sub
Abiathar principe sacerdotum, & panes pro-
positionis manducauit, quos non licebat mã-
ducare, " nisi sacerdotibus, & dedit eis, Leu. 24. b. 9.
27 qui cum eo erant? * Et dicebat ei. Sabbatum
propter hominem factum est, & non homo
28 propter sabbatum. * Itaq. Dominus est filius
hominis, etiam sabbati.

CAP. III.

1 ET introiuit iterum in synagogam: & erat Mat. 12. a. 9.
A ibi homo habens manum aridam. * Et Luc. 6. b. 16.
2 obseruabant eum, si sabbatis curaret, vt accu-
3 sarent illum. * Et ait homini habenti manũ
4 aridam: Surge in medium. * Et dicit eis: Li-
cet sabbatis benefacere, an male? animam sal
5 uam facere, an perdere? At illi tacebant. * Et
circumspiciens eos cum ira, contristatus su-
per cæcitate cordis eorum dicit homini: Ex-
tende manum tuam. Et extendit, & restituta Mat. 12. b. 14.
6 est manus illi. * " Exeuntes autem Pharisæi,
statim cum Herodianis consilium faciebant
aduersus eum quomodo eum perderent.
7 * Iesus autem cum discipulis suis secessit ad
mare, & multa turba à Galilæa, & Iudæa se-
8 cuta est eum, * & ab Ierosolymis, & ab Idu-
mæa, & trans Iordanẽ, & qui circa Tyrũ, &
Sidonẽ, multitudo magna audiẽtes, quę facie
9 bat, venerunt ad eũ. * Et dixit discipulis suis
B vt nauicula sibi deseruiret propter turbam,
10 ne comprimerent eum, * multos enim sana-

bat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerẽt
quotquot habebant plagas. * Et spiritus im- 11
mundi, cum illum videbant, procidebant ei:
& clamabant dicentes: * Tu es filius Dei. Et 12
vehementer comminabatur eis, ne manifes-
tarent illum. * Et ascendens in montem vo- 13
Mat.10 a.1. Luc.6. b.13. cauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad
eum. * Et fecit vt essent duodecim cum illo: 14
& vt mitteret eos prædicare. * Et dedit illis 15
potestatem curandi infirmitates, & eijciendi
dæmonia. * Et imposuit Simoni nomen Pe- 16
trus: * & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fra- 17
trem Iacobi, & imposuit eis nomina Boaner-
ges, quod est: Filij tonitrui: * & Andream, & 18
Philippum, & Bartholomæum, & Matthęũ, C
& Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thad-
dæum, & Simonem Chananæum, * & Iudã 19
Iscariotem, qui tradidit illum. * Et veniunt 20
ad domum: & conuenit iterum turba, ita, vt
non possent, neque panem manducare. * Et 21
cum audissent sui, exierunt tenere eum: di-
cebant enim: Quoniam in furorem versus
est. * Et scribæ, qui ab Ierosolymis descende- 22
Mat.9. d.34. rant, dicebant: Quoniam Belzebub habet, &
quia in principe dæmoniorum eijcit dæmo-
nia. * Et conuocatis eis in parabolis dicebat 23
illis: Quomodo potest satanas satanam eijce-
re? * Et si regnum in se diuidatur, nõ potest 24
regnum illud stare. * Et si domus super se- 25
metipsam dispertiatur, non potest domus il- 26
la stare. * Et si satanas consurrexerit in seme-
tipsum dispertitus est, & non poterit stare,
sed finem habet. * Nemo potest vasa fortis 27
ingressus in domum diripere, nisi prius
fortem alliget, & tũc domum eius diripiet. *
Mat.12 c.31. Luc.12. b.10. Ioan.5. d.36. D Amen dico vobis, quoniam omnia dimittũ-
tur filijs hominum peccata, & blasphemiæ, 28
quibus blasphemauerint, * qui autẽ blasphe-
mauerit in Spiritum sanctum, nõ habebit re-
missionem in æternum, sed reus erit æterni 29
delicti * Quoniam dicebant: Spiritũ immun
tur habet. * Et veniunt mater eius, & fra- 30 31
tres: & foris stantes miserunt ad eum vocan-
tes eum, * & sedebat circa eum turba: & di- 32
cunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris,
quærunt te. * Et respondens eis, ait: Quæ est 33 34
mater mea, & fratres mei? * Et circũspiciens
eos: qui ĩ circuitu eius sedebãt, ait: Ecce mater
mea, & fratres mei. * Qui n. fecerit voluntatẽ 35
Dei, hic frater meus, & soror mea, & mr̃ est.

CAP. IV.

Mat.13. a.1. Luc.3.a. 4. ET iterũ cepit docere ad mare: & congre- 1
gata est ad eũ turba multa, ita vt nauim A
ascendẽs sederet in mari, & omnis turba cir-
ca mare super terram erat: * & docebat eos 2
in parabolis multa, & dicebat illis in doctri-
na sua: * Audite: ecce exijt seminans ad semi- 3
nandum. * Et dum seminat, aliud cecidit cir- 4
ca viam, & venerunt volucres cæli, & come-
derunt illud. * Aliud verò cecidit super pe- 5
trosa, vbi non habuit terram multam, & sta-
tim exortum est, quoniam non habebat alti-
tudinem terræ: * & quando exortus est sol, 6
exæstuauit: & eo quod non habebat radi-
cem, exaruit. * Et aliud cecidit in spinas: 7
& ascenderunt spinæ, & suffocauerunt il-
lud, & fructum non dedit. * Et aliud cecidit 8
in terram bonam: & dabat fructum ascendẽ-
tem, & crescentem, & afferebat vnum trigin-
ta, vnum sexaginta, & vnum centum. * Et di- 9 10
cebat: Qui habet aures audiendi, audiat. * Et
cum esset singularis, interrogauerũt eum hi 11
qui cum eo erãt duodecim, parabolã. * Et di-
B cebat eis. Vobis datum est nosse misterium
regni Dei, illis autem, qui foris sunt, in pa-
rabolis omnia fiunt: * vt videntes videant, 12
& non videant, & audientes audiant, & non
intelligant: nequando cõuertantur, & dimit-
tantur eis peccata. * Et ait illis: Nesciti s para- 13
Isa.6.c. 9. Mat. 13. b.14. lo. 12. f. 40. Act. 28 f.26. Rom.11 b.8. bolam hanc? & quõ omnes parabolas cogno- 14
scetis? * Qui seminat, verbum seminat. * Hi 15
autem sunt, qui circa viam, vbi seminatur
verbum, & cum audierint, confestim venit
satanas, & aufert verbum, quod seminatum
est in cordibus eorum. * Et hi sunt similiter, 16
qui super petrosa seminantur: qui cum au-
dierint verbum, stati m cũ gaudio accipiunt
illud: * & non habent radicem in se, sed tẽ- 17
porales sunt: deinde orta tribulatione, & per-
secutione propter verbum, confestim scan-
dalizantur. * Et alij sunt, qui in spinis semi- 18
1. Tim. 6.c.17. nantur hi sunt, qui verbum audiunt, * & æ- 19
rumnæ sæculi, & deceptio diuitiarum, & circa
reliqua concupiscentiæ introeuntes suffo-
cant verbum, & sine fructu efficitur. * Et hi 20
sunt, qui super terram bonam seminati sunt, C
qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructi-
ficant, vnum triginta, vnum sexaginta, & v-
num centum. * Et dicebat illis: Numquid 21
venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub
Mat.5. b.15. Luc.8.c. 16.& 11. c.33. lecto? nonne, vt super candelabrum ponatur? 22
* Non est enim aliquod absconditum, quod
non manifestetur: nec factum est occultum:
sed vt in palam veniat. * Si quis habet aures 23
audiendi, audiat. * Et dicebat illis: Videte, 24
Mat.10 c.26. Luc.8.c. 17. quid audiatis. In qua mensura mensi fuer-
ritis remetietur vobis, & adijcietur vobis. * 25
Qui enim habet, dabitur illi, & qui nõ habet,
etiam quod habet auferetur ab eo. * Et dice- 26
Mat.7. a.2. Luc.6.f. 38. bat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si
homo iaciat sementem in terram, * & dor- 27
miat, & exurgat nocte, & die, & semen ger-
minet, & increscat dum nescit ille. * Vltrõ. n. 28
Mat.13 b.12. & 25.c.29. Luc.8.c. 18.& 19 d.26. terra fructificat, primum herbam, deinde spi-
cam, deinde plenum frumentum in spica. * 29
Et cum produxerit fructus, statim mittit fal-
cem, quoniam adest messis. * Et dicebat: Cui 30
assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ
comparabimus illud? * Sicut granum sinapis, 31
Mat.13 c.34. quod cum seminatum fuerit in terra, minus D
est omnibus seminibus, quæ sunt in terra: * 32
& cum seminatum fuerit, ascendit, & fit ma-
jus omnibus oleribus, & facit ramos magnos,
ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habi-
tare. * Et talibus multis parabolis loquebatur 33
eis verbum, prout poterant audire: * sine pa- 34
rabola autem non loquebatur eis, seorsum
autem discipulis suis disserebat omnia. * Et 35
Mat.8. c.25. Luc.8.c. 22. ait illis in illa die, cum sero esset factum:
Transeamus contra. * Et dimittentes turbã, 36
assumunt eum, ita vt erat in naui: & alię na-
ues erant cum illo. * Et facta est procella ma- 37
gna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt
impleretur nauis. * Et erat ipse in puppi su- 38
per ceruical dormiens: & excitant eum, & di-
cunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia
perimus? * Et exurgens comminatus est ven- 39
to, & dixit mari, Tace: obmutesce. Et cessauit
ventus: & facta est tranquillitas magna. * Et 40
ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fi-

dem? Et timuerunt timore magno, & dice-
bant ad alterutrum: Quis putas est iste, quia
& ventus, & mare obediunt ei?

CAP. V.

1 ET venerunt trans fretum maris in regio- Matt. 8. d.28.
2 nem Gerasenorum. * Et exeũti ei de na- Luc.8.d 26.
A ui, statim occurrit de monumentis homo in
3 spiritu immundo, * qui domicilium habebat
in monumentis, & neq. catenis iam quisquã
4 poterat eum ligare: * quoniam sæpe compe-
dibus, & catenis vinctus, ditupisset catenas,
& compedes comminuisset, & nemo pote-
5 rat eum domare, * & semper die, ac nocte in
monumentis, & in montibus erat, clamans,
6 & concidens se lapidibus. * Videns autem Ie
7 sum à longè, cucurrit, & adorauit eum: * &
clamans voce magna dixit: Quid mihi, & ti-
bi Iesu, fili Dei Altissimi? adiurõ te per Deũ,
8 ne me torqueas. * Dicebat enim illi: Exi spi-
9 ritus immunde ab homine. * Et interroga-
bat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei:
Legio mihi nomen est, quia multi sumus.
10 * Et deprecabatur eum multum, ne se ex-
11 pelleret extra regionem. * Erat autem ibi cir-
ca montem grex porcorum magnus, pascens
12 * Et deprecabantur eum spiritus, dicentes:
Mitte nos in porcos vt in eos introeamus.
13 * Et concessit eis statim Iesus. Et exeũtes spi
B ritus immundi introierunt in porcos: &
magno impetu grex præcipitatus est in ma-
re ad duo millia, & suffocati sunt in mari.
14 * Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nũ-
ciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egres-
15 si sunt videre quid esset factum: * & venitũt
ad Iesum: & videtillum, qui à dæmonio ve-
xabatur, sedentem, vestitum, & sanę mentis,
16 & timuerunt. * Et narrauerunt illis, qui vi-
derant, qualiter factum esset ei, qui dæmo-
17 nium habuerat, & de porcis. * Et rogare cœ-
perunt eum vt discederet de finibus eorũ.
18 * Cumque ascenderet nauim, cepit illum de-
precari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt es-
19 set cum illo, * & non admisit eum, sed ait il-
li: Vade in domum tuam ad tuos, & annun-
cia illi quanta tibi Dñs fecerit, & misertus
20 sit tui * Et abijt, & cępit prædicare in Deca-
poli, quãta sibi fecisset Iesus: & omnes mira-
21 bantur. * Et cum transcendissset Iesus in na-
ui rursum trans fretũ, conuenit turba multa
22 ad eum, & erat circa mare. * Et venit qui- Mat.9. c.18.
C dam de archisynagogis nomine Iairus: & vi- Luc.8. f. 42.
23 dens eum, procidit ad pedes eius, * & depre-
cabatur eum multum, dicens: Quonjam fi-
lia mea in extremis est, Veni, impone manũ
24 super eam, vt salua sit, & viuat. * Et abijt cũ
illo, & sequebatur eum turba multa, & com-
25 primebant eum. * Et mulier, quæ erat in
26 profluuio sanguinis annis duodecim, * &
fuerat multa perpessa à compluribus medi-
cis: & erogauerat omnia sua, nec quicquam
profecerat, sed magis deterius habebat:
27 * cum audisset de Iesu, venit in turba retro,
28 & tetigit vestimentum eius: * dicebat enim:

Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua
ero.* Et confestim siccatus est fons sanguinis 29
eius: & sensit corpore quia sanata esset à pla-
ga.* Et statim Iesus in semetipso cognoscens 30
virtutē, quæ exierat de illo conuersus ad tur-D
bam aiebat: Quis tetigit vestimēta mea?* Et 31
dicebant ei discipuli sui: Vides turbam com-
primentem te, & dicis: Quis me tetigit? * Et 32
circūspiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.* 33
Mulier verò timens, & tremens, sciens quod
factum esset in se, venit, & procidit ante eum
& dixit ei omnem veritatem.* Ille autē di- 34
* Luc.7. g.50. xit ei: "Filia, fides tua te saluam fecit: vade in
pace, & esto sanata à plaga tua.* Adhuc eo lo- 35
quente, veniunt à barchisynagogo, dicentes:
Quia filia tua mortua est, quid vltra vexas
Magistrum?* Iesus autem audito verbo qd 36
dicebatur, ait archisynagogo, Nolo timere: tā-
tūmodo crede.* Et non admisit quemquam 37
se sequi nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem
fratrem Iacobi. * Et veniunt in domum ar- 38
chisynagogi, & videt tumultum, & flentes, &
eiulantes multū.* Et ingressus, ait illis. Quid 39
turbamini, & ploratis? puella non est mortua,
sed dormit.* Et irridebant eum. Ipse verò e- 40
iectis omnibus assumit patrem, & matrem
puellæ, & qui secum erant, & ingreditur, vbi
puella erat iacens.* Et tenēs manum puellę, 41
ait illi: Thalitha cumi, quod est interpretatū:
Puella (tibi dico) surge, * confestim surrexit 42
puella, & ambulabat: erat autem annorum
duodecim: & obstupuerunt stupore magno.
* Et præcepit illis vehementer, vt nemo id 43
sciret: & dixit dari illi manducare.

CAP. VI.

Mat.13. g.54. Luc.4. c.13. Io.4.f.54 ET egressus inde abijt in patriam suam: & 1
sequebantur eum discipuli sui,* & facto A
2 sabbato cœpit in synagoga docere: & multi
audientes admirabantur in doctrina eius di-
centes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sa-
pientia, quæ data est illi: & virtutes tales, quæ
3 per manus eius efficiuntur.* "Nonne hic est "Ioan.6, c.42.
faber filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, &
Iudæ, & Simonis? nonne, & sorores eius hic
nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo.
4 * Et dicebat illis Iesus: "Qui non est prophe- " Mat.13 g.57.
ta sine honore, nisi in patria sua, & in domo
5 sua, & in cognatione sua. * Et non poterat Luc.4.d 24.
ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infir- Io.4.f.44
6 mos impositis manibus curauit, * & mireba- "Mat.10
tur propter incredulitatem eorum, & circui- a.1.
7 bat castella in circuitu docens.* " Et vocauit Sup.3.b. 14.
duodecim: & cœpit eos mittere binos, & da- Luc.9.a.
bat illis potestatem spirituum immū dorum. 1.
8 * Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi "Act.12.
virgam tantum: non peram, nō panem, neq. b.8.
9 in zona æs,* "sed calceatos sandalijs, & ne in- "Mat.10
10 duerentur duabus tunicis. * Et dicebat eis: b.14.
B Quocumq. introieritis in domum: illic mane- Luc.9.a.
11 te, donec exeatis inde: * quicumq. non rece- 3.
perint vos, nec audierint vos, "exeuntes inde, Act. 13.
excutite puluerem de pedibus vestris in te- g. 51. &
12 stimonium illis.* Et exeuntes prædicabāt, vt 18. a.b.
13 pœnitentias agerent: "& dæmonia multa eij- "Iac.5.d.
ciebant, " & vngebant oleo multos ægros, & 14.
14 sanabāt.* "Et audiuit rex Herodes, (manifes- "Mat.14
tū .n. factū est nomen eius) & dicebat: Quia a.1.2.
Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: & p- Luc.9.a.
15 pterea virtutes operantur in illo.* Alij autem 7.
dicebant. Quia Elias est. Alij verò dicebant: " Luc.3.
16 Quia prophēta est, quasi vnus ex prophetis.* d.19.
C Quo audito Herodes ait: Quē ego decollaui
17 Ioannē, hic à mortuis resurrexit. * Ipse enim
Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & vinxit
eum in carcere propter Herodiadem vxorē

Phi-

Philippi fratris sui, quia duxerat eam. * Di- 18
"Leu.18. c.16. cebat enim Ioannes Herodi: " Non licet tibi
habere vxorem fratris tui.* Herodias autem 19
insidiabatur illi & volebat occidere eum nec
poterat.* Herodes enim metuebat Ioānem, 20
sciens eum virum iustum, & sanctum: & cu-
stodiebat eum, & audito eo multa faciebat,
& libenter eum audiebat. * Et cum dies op- 21
portunus accidisset, Herodes natalis sui cœ-
nam fecit principibus, & tribunis, & primis
Galilææ * cumque introisset filia ipsius He- 22
rodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, si-
mulque recumbentibus: rex ait puellæ. Pete
à me quod vis, & dabo tibi: * & iurauit illi: 23
Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimi-
diūm regni mei. * Quæ cum exisset, dixit 24
matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput D
Ioannis Baptistæ. * Cumq. introisset statim 25
cum festinatione ad regem, petiuit dicens:
Volo, vt protinus des mihi in disco caput
Ioannis Baptistæ. * Et contristatus est rex: 26
propter iusiurandum, & propter simul di-
scumbentes noluit eam contristare: * sed 27
misso spiculatore præcepit afferri caput eius
in disco. Et decollauit eum in carcere, * & 28
attulit caput eiū in disco: & dedit illud puel-
læ, & puella dedit matri suæ. * Quo audito, 29
discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus
eius: & posuerunt illud in monumento.* Et 30
conuenientes apostoli ad Iesum, renunciau-
erunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.
Mat. 14. d.11. * Et ait illis: " Venite seorsum in deserum 31
Luc.9.b. locum, & requiescite paululum. Erant enim
10. qui veniebant, & redibant multi: & nec spa-
tium manducandi habebant.* Et ascenden- 32
tes in nauim, abierunt in desertum locum
seorsum. * Et viderunt eos abeuntes, & co- 33
gnouerunt multi: & pedestres de omnibus E
ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuene-
runt eos.* " Et exiens vidit turbam multam 34
"Matt 9. d. 36. & 14.c.14. Iesus: & misertus est super eos, quia erant
sicut oues non habentes pastorem, & cœpit
illos docere multa.* Et cum iam hora mul- 35
tā fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes:
Desertus est locus hi, & iam hora præterijt:
Luc. 9.b. 12. Ioan. 6. a.9. * " dimitte illos, vt eūtes in proximas villas 36
& vicos, emant sibi cibos, quos manducent:
* Et respondens ait illis: Date illis vos man- 37
ducare. Et dixerunt ei: Eūtes emamus ducē-
tis denarijs panes, & dabimus illis mandu-
care:* Et dicit eis: Quot panes habebitis? ite, 38
& videte. Et cum cognouissent, dicūt: Quin-
que, & duos pisces? * Et præcepit illis, vt ac- 39
cūbere facerent omnes secundū contubernia
super viride fenū.* Et discubuerunt in par- 40
tes per centenos: & quinquagenos. * Et ac- 41
ceptis quinque panibus, & duobus piscibus, F
intuens in cælum, benedixit, & fregit pa-
nes, & dedit discipulis suis, vt ponerent an-
te eos: & duos pisces diuisit omnibus. * Et 42
manducauerunt omnes, & (saturati sunt.
* Et sustulerunt reliquias, fragmentorum 43
duodecim cophinos plenos, & de piscibus.
* Erant autem, qui manducauerunt quinque 44
millia virorum. * Et statim coegit discipu- 45
los suos ascendere nauim, vt præcederent eū
trans fretum ad Bethsaidam, dū ipse dimit-
46 ret populum.* Et cum dimisisset eos, abijt
47 in montem orare. * Et cum sero esset, erat
nauis in medio mari, & ipse solus in terra.
48 * " Et videns eos laborantes in remigando, "Mat.24.
(erat enim ventus contrarius eis) & circa c.25.
quartam vigiliam noctis venit ad eos am-
bulans supra mare: & volebat præterire
49 eos. * At illi, vt viderunt eum ambulantem
supra mare, putauerunt phantasma esse, &
50 exclamauerunt. * Omnes enim viderunt
G eum, & conturbati sunt. Et statim locutus
est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum,
51 nolite timere.* Et ascēdit ad illos in nauim
& cessauit ventus Et plus magis intra se stu-
52 pebant: * non enim intellexerūt de panibus,
53 erat enim cor eorum obcæcatum,* " Et cum "Mat. 14
transfretassent, venerunt in terram Genesa- d.34.
54 reth, & applicuerunt. * Cumq. egressi essent
55 de naui, continuò cognouerunt eum: * &
percurrentes vniuersam regionem illam,
cœperunt in grabatis eos, qui se male habe-
bant, circumferre, vbi audiebant eum esse.
56 * Et quocumque introibat, in vicos, vel in
villas, aut ciuitates, in plateis ponebant in-
firmos, & deprecabantur eum, vt vel fim-
briam vestimenti eius tangeret, & quotquot
tangebant eum, salui fiebant.

CAP. VII.

1 A ET conueniunt ad eum Pharisæi, & qui-
dam de Scribis, venientes ab Ierosoly-
2 mis. * " Et cū vidissent quosdam ex discipu- " Mat.15
lis eius cōmunibus manibus, idest, non lotis, a.2.
3 manducare panes, vituperauerūt.* Pharisæi
enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint
manus, non manducant, tenētes traditionem
4 seniorum: * & à foro nisi baptizentur, non
comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita
sunt illis seruare, baptismata calicium, & vr-
5 ceorum, & æramentorum, & lectorum: * &
interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare
discipuli tui non ambulant iuxta traditio-
nem seniorum, sed communibus manibus
6 manducant panem? * At ille respondens, di-
xit eis: Bene prophetauit Isaias de vobis hy-
pocritis, sicut scriptum est: " Populus hic la- " Isa.29.
bijs me honorat, cor autem eorum longè est d.12.
7 à me, * in vanum autem me colunt, doctes
8 doctrinas, & præcepta hominū.* Relinquen-
B tes enim mandatum Dei, tenetis traditio-
nem hominum, baptism ata vrceorū, & cali- "Exo.20.
9 cum: & alia similia his facitis multa: * Et a.12.
dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum "Deut.5.
10 Dei, vt traditionē vestram seruetis.* Moy- b.16.
ses enim dixit: " Honora patrem tuum, & Eph. 6.
matrē tuam. Et. " Qui maledixerit patri, vel a.2.
11 matri, morte moriatur.* Vos autem dicitis: Exo. 21.
Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, c.16.
(quod est donum) quodcumque ex me, tibi Leu. 20.
12 profuerit: * & vltra non dimittitis eū quid- b.9.
13 quā facere patri suo, aut matri, * rescinden- Prou. 20
tes verbum Dei per traditionem vestram, c.20.

quam tradidistis, & similia huiusmodi multa facitis.* Et aduocans iterum turbam, di- 14
Mat.15 b.10. cebat illis: Audite me omnes: & intelligite.
* Nihil est extra hominem, & introiens in 15
eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ
de homine procedũt illa sunt, quæ communi-
cant hominem. * Si quis habet aures au- 16
diendi, audiat.* Et cum introisset in domũ 17
a turba: interrogabant eum discipuli eius pa-
rabolam. * Et ait illis: Sic & vos impruden- 18
tes estis? Non intelligitis, quia omne extrin-
secus introiens in hominem, non potest eum
communicare:* quia non intrat in cor eius, 19
sed in ventrẽ vadit, & in secessum exit, pur-
gans omnes escas? *Dicebat autem, quoniam 20
quæ de homine exeunt, illa communicant
Gen.6. a.5. hominem.* Ab intus enim de corde homi- 21
num malæ cogitationes procedunt, adulte-
ria, fornicationes, homicidia, furta, auari- 22
tiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus ma-
lus, blasphemia, superbia, stultitia. * Omnia 23
hæc mala ab intus procedunt, & communi-
Mat.15 c.24. cant hominem.* Et inde surgens abijt in 24
fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum,
neminem voluit scire, & non potuit latere.
* Mulier enim statim, vt audiuit de eo, cui 25
filia habebat spiritum immundum, intra-
uit, & procidit ad pedes eius. * Erat n. mu- 26
lier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et roga-
bat eum, vt dæmonium ejceret de filia eius.
* Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non 27
est enim bonum sumere panem filiorum,
& mittere canibus. * At illa respondit, & di- 28
xit illi: Vtique Domine, nam & catelli come-
dunt sub mensa de micis puerorum.* Et ait 29
illi: Propter hunc sermonem vade, exijt dæ-
monium à filia tua. * Et cũ abijsset domũ 30
suam, & inuenit puellam iacentem supra le-
31 ctum, & dæmonium exijsse. * Et iterum
exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem
ad Mare Galilææ inter medios fines Deca-
32 poleos. * Et adducũt ei surdũ, & mutum, Mat.9.
& deprecabantur eũ, vt imponat illi manũ. d.33.
33 * Et apprehendens eũ de turba sursum, mi- Luc. 11.
sit digitos suos in auriculas eius: & expuens, b.4.
34 tetigit linguam eius: * Et suspiciens in cælũ,
ingemuit, & ait illi: Ephpheta, quod est ada
35 perire. * Et statim apertæ sunt aures eius, &
solutum est vinculum linguæ eius, & loque-
36 batur rectè.* Et præcepit illis, ne cui dicerẽt.
Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis
37 plus prædicabãt: * & eo amplius admirabãt-
tur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fe-
cit audire, & mutos loqui.

CAP. VIII.

1 IN diebus illis iterũ cum turba multa es- Mat.15.
A set, nec haberent quod manducarent con- d.32.
2 uocatis discipulis, ait illis: * Misereor super
turbam: quia ecce iã triduo sustinent me, nec
3 habent, quod mãducent: * & si dimisero eos
ieiunos in domũ suam, deficient in via: qui-
4 dam enim ex eis de longe venerunt. * Et re-
spõderũt ei discipuli sui: vnde illos quis po-
5 terit hic saturare panibus in solitudine? * Et
interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui
6 dixerũt: Septem.* Et præcepit turbæ discum-
bere super terrã. Et accipiens septem panes,
gratias agẽs fregit, & dabat discipulis suis, vt
7 apponerent, & apposuerunt turbę.* Et habe-
bant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, &
8 iussit apponi.* Et mãducauerunt, & saturati
sunt, & sustulerũt, quod superauerat de frag
9 mentis, septem sportas. * Erant autem qui
manducauerant, quasi quatuor millia: & di-
10 misit eos. * Et statim ascendens nauim

cum

cũ discipulis suis, venit in partes Dalmanu- B
Mat.16 a.1. tha. * Et exierunt Pharisæi, & cœperunt 11
conquirere cum eo, quærentes ab illo signũ
Luc. 11. g.54. de cælo, tentantes eum.* Et ingemiscens spi- 12
ritu, ait: Quid generatio ista signum quærit?
Amen dico vobis, si dabitur generationi isti
signum. * Et dimittens eos, ascendit iterum 13
Mat.16 a.5. nauim, & abijt trans fretum.* Et obliti sunt 14
panes sumere: & nisi vnum panẽ non habe-
bant secũ in naui.* Et præcipiebant eis, dicẽs: 15
Videre, & cauete à fermento Pharisæorum,
& fermento Herodis.* Et cogitabãt ad alte- 16
rutrum, dicentes: Quia panes non habemus.
* Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogita- 17
tis, quia panes non habetis? nondum cogno-
scitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis
cor vestrum?* oculos habentes non videtis, 18
Sup. 6. f.41. & aures habentes non auditis?* Nec recor-
Ioan.6. b.11. damini,* quando quinq. pane fregi in quin- 19
que millia: quot cophinos fragmentorum
plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim.
* Quando, & septem panes in quatuor mil- 20
lia: quot sportas fragmentorũ tulistis? Et di- C
cunt ei: Septẽ.* Et dicebãt eis: Quomodo nõ- 21
dum intelligitis?* Et veniũt Bethsaidam, & 22
adducunt ei cęcum, & rogabant eum, vt illũ
tangeret.* Et apprehensa manu cæci, eduxit 23
eũ extra vicũ: & expuens in oculos eius im-
positis manibus suis, interrogauit eũ si quid
videret.* Et aspiciẽs ait: Video homines ve- 24
lut arbores ambulãtes.* Deinde iterũ impo- 25
suit manus super oculos eius: & cepit videre
& restitutus est ita, vt clarè videret oĩa.* Et 26
misit illum in domum suam, dicens: Vade
in domũ tuam: & si in vicũ introieris, nemi-
27 ni dixeris.* Et egressus est Iesus, & discipu- Mat.16
li ei⁹ in castella Cæsareæ Philippi: & in via in a.13.
terrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem Luc. 9.
28 me dicunt esse homines?* Qui respõderunt c.13.
illi, dicentes: Ioannem Baptistam, alij Eliam,
29 alij verò quasi vnũ de prophetis.* Tũc dicit
illis. Vos verò quem me esse dicitis? Respõ-
30 dens Petrus, ait ei: Tu es Christus.* Et cõmi-
31 natus est eis, ne cui dicerẽt de illo. * Et cepit
D docere eos, quoniam oportet filium hominis
pati multa, & reprobari à senioribus, & à sũ-
mis sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post
32 tres dies resurgere.* Et palã verbum loque-
batur. Et apprehẽdens eũ Petrus, cepit incre-
33 pare eũ.* Qui conuersus, & videns discipulos
suos, comminatus est Petro, dicens: Vade re-
tro me satana, quoniã nõ sapis, quæ Dei sũt,
34 sed quæ sunt hominum.* Et cõuocata turba Mat.16
cum discipulis suis, dixit eis: Si quis vult me d. 38. &
sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem 16.d.24.
35 suam, & sequatur me.* Qui enim voluerit Luc.9.c.
animam suam saluam facere, perdet eam: 23.et 14.
qui autem perdiderit animã suam propter f. 27. &
me, & Euangelium, saluam faciet eam. 17.g 33.
36 * Quid enim proderit homini, si lucretur Ioan.12.
mundum totum: & detrimentũ animæ suæ d.25.
37 faciat?* Aut quid dabit homo commutatio- Mat.10
38 nis pro anima sua?* Qui enim me confu- d 33.
sus fuerit, & verba mea in generatione ista Luc.9.c.
adultera, & peccatrice, & filius hominis con- 26.& 12.
fundetur eũ, cum venerit in gloria patris sui b.9.
39 cum angelis sanctis.* Et dicebat illis. Amen Matth.
dico vobis, quia sunt quidã de hic stantibus, 16.d.27.
qui non gustabunt mortem, donec videant Luc.9.c.
regnum Dei veniens in virtute. 27.

CAP. IX.

Mat.17. 9.1. ET post dies sex assumit Iesus Petrum, & 1
A Iacobum, & Ioannem, & ducit illos in mon- Luc. 9.
tem excelsum seorsum solos, & transfigura- 2
tus est coram ipsis.* Et vestimenta eius facta d.28.

sunt

sunt splendentia, & candida nimis velut nix
qualia fullo non potest super terrã candida
facere.* Et apparuit illis Elias cum Moyse: 3
& erant loquentes cum Iesu.* Et respondẽs 4
Petrus, ait Iesu Rabbi, bonum est nos hic es-
se: & faciamus tria tabernacula, Tibi vnum,
& Moysi vnum, & Eliæ vnum.* Non enim 5
sciebat quid diceret: erãt enim timore exter-
riti: * & facta est nubes obumbrans eos, & 6
venit vox de nube, dicẽs: Hic est filius meus B
charissimus: audite illum.* Et statim circũ- 7
spicientes, neminem amplius viderunt, nisi
Iesum tantum secum.* "Et descendentibus 8
"Mat. 17 b. 9. illis de monte præcepit illis ne cuiquam quæ
vidissent, narrarent: nisi cum Filius hominis
à mortuis resurrexerit.* Et verbum conti- 9
nuerunt apud se: conquirentes quid esset:
"Mal. 4. b. 5. Cum à mortuis resurrexerit.* Et interroga- 10
bant eum, dicentes: "Quid ergo dicunt Pha-
risæi, & Scribæ, quia Eliam oportet venire
primum?* Qui respondens, ait illis: Elias cũ 11
venerit primo, restituet omnia, & quomodo
"Isa. 53. a. 3. "scriptum est in Filium hominis, vt multa
patiatur, & contemnatur.* Sed dico vobis 12
quia, & Elias venit, (& fecerunt illi quæcum- C
"Mat. 17 b. 12. que voluerũt) "sicut scriptum est de eo.* Et 13
veniẽs ad discipulos suos, vidit turbam ma-
gnam circa eos, & Scribas conquirentes cum
illis.* Et confestim omnis populus videns 14
Iesum, stupefactus est, & expauerunt, & ac-
"Luc. 9. c. 37. currentes salutabant eum.* Et interrogauit 15
eos: Quid inter vos conquiritis?* "Et respon- 16
dens vnus de turba, dixit: Magister, attuli fi-
lium meum ad te habentẽ spiritum mutũ:
* qui vbicumque eum apprehẽderit, allidit 17
illum, & spumat, & stridet dentibus, & are-
scit: & dixi discipulis tuis, vt eijcerent illum,
& non potuerunt.* Qui respondens eis, di- 18
xit: O generatio incredula, quamdiu apud
vos ero? quamdiu vos pariar? afferte illum
ad me.* Et attulerunt eum. Et cum vidisset 19
eum, statim spiritus cõturbauit illum: & eli-
sus in terram, volutabatur spumans.* Et in- 20
terrogauit patrem eius: Quantum temporis D
est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infan
tia.* & frequẽter eum in ignem, & in aquas 21
misit vt eũ perderet: sed si quid potes, adiu-
ua nos, misertus nostri.* Iesus autem ait illi: 22
Si potes credere, omnia possibilia sũt credẽ-
ti.* Et continuo exclamans pater pueri, cũ 23
lacrymis aiebat: Credo, Domine adiua incre-
dulitatem meam.* Et cum videret Iesus 24
concurrentẽ turbam, comminatus est spiri-
tui immundo, dicens illi: Surde, & mute spi-
ritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & am-
plius ne introeas in eum.* Et exclamans, & 25
multum discerpens eum, exijt ab eo, & fa-
ctus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent:
Quia mortuus est.* Iesus autem tenens ma- 26
num eius, eleuauit eum, & surrexit.* Et cũ 27
introisset in domũ, discipuli eius secretò in- E
terrogabant eum: Quare nos non potuimus
"Mat. 17 d. 22. eijcere eũ?* Et dixit illis: Hoc genus in nul- 28
lo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio,
*"Et inde profecti prætergrediebantur Ga- 29
30 lilæam: nec volebat quemquam scire.* "De-
cebat autem discipulos suos, & dicebat illis: "Luc. 9. c. 21.
Quoniam filius hominis tradetur in manus
hominum, & occident eum, & occisus tertia
31 die resurget.* At illi ignorabant verbum: &
32 timebant interrogare eum.* Et venerũt Ca-
pharnaum. Qui cum domi esset, interroga-
33 bat eos. Quid in via tractabatis?* At illi tace-
bant. siquidem in via inter se disputauerãt,
34 "quis eorum maior esset.* Et residens voca- "Mat. 18 a. 1.
uit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus Luc. 9. f. 40.
esse, erit omnium nouissimus, & omnium
35 ministet.* Et accipiẽs puerum, statuit eum
in medio eorum: quem cum complexus es-
36 set: ait illis:* Quiquis vnum ex huiusmodi
F pueris receperit in nomine meo, me recipit:
& quicumque me susceperit, non me suscipit, "Luc. 9. f. 49.
37 sed eum, qui misit me.* "Respondit illi
Ioannes, dicens: Magister, vidimus quẽdam
in nomine tuo eijcientem dæmonia: qui nõ
38 sequitur nos, & prohibuimus eũ.* Iesus au- "1. Cor. 12. a. 3.
tem ait: Nolite prohibere eum. "nemo est
enim, qui faciat virtutem in nomine meo, &
39 possit citò male loqui de me.* qui enim nõ
40 est aduersus vos, ⊕ vobis est.* "Quisquis "Mat. 10 d. 42.
enim potum dederit vobis calicem aquæ in "Mat. 18 a. 6.
nomine meo, quia Christi estis: amen dico Luc. 17. a. 2.
41 vobis, non perdet mercedẽ suam.* "Et quis- "Mat. 15 d. 30. & 18. a. 6.
quis scandalizauerit vnũ ex his pusillis cre- Luc. 17. a. 2.
dentibus in me: bonum est ei magis si cir-
daretur mola asinaria collo eius, & in mare
42 mitteretur.* "Et si scandalizauerit te manus
G tua, abscinde illam: bonũ est tibi debilẽ in-
troire in vitam, quam duas manus habentẽ
ire in gehennam, in ignem inextinguibilem:
43 * vbi vermis eorũ non moritur, & ignis nõ
44 extinguitur.* Et si pes tuus te scandalizat,
amputa illum: bonum est tibi claudum in-
troire in vitam æternam, quam duos pedes
habentem mitti in gehennam ignis inextin-
45 guibilis.* "vbi, vermis eorum non moritur "Isa. 66. g. 24.
46 & ignis non extinguitur.* Quod si oculus
tuus scandalizat te, eijce eum: bonum est ti-
bi luscum introire in regnũ Dei, quam duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis:
47 * vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis nõ "Leui. 2. d. 13.
48 extinguitur.* "Omnis enim igne salietur, & "Mat. 5. b. 12. Luc. 14. g. 24.
49 omnis victima sale salietur.* "Bonum est
sal: quod si sal insulsum fuerit: in quo illud
condietis? Habere in vobis sal, & pacem ha-
bete inter vos.

CAP. X.

1 ET inde exurgens venit in fines Iudææ Mat. 19. a. 1.
A vltra Iordanem: & conueniunt iterum
turbæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum
2 docebat illos.* Et accedentes Pharisęi inter-
rogabant eum: Si licet viro vxorem dimitte-
3 re tentantes eum.* At ille respondens dixit
4 eis: Quid vobis præcepit Moyses?* Qui dixe- "Deu. 24 a. 1.
rũt: "Moyses permisit libellum repudij scri-
bere, & dimittere.* Quibus respondens Ie-
5 sus, ait: Ad duritiam cordis vestri scripsit vo-
6 bis præceptum istud,* ab initio autem crea-
turæ

"Gen. 1. d. 27. turæ "masculum, & feminam fecit eos Deus
Gen. 1. d. 14. *Propter hoc relinquet hõ patrẽ suũ, & ma- 7
trem, & adhærebit ad vxorẽ suam:* & erũt 8
Mat. 19. a. 4. duo in carne vna. Itaq. iam non sunt duo,
1. Cor. 6. d. 16. sed vna caro.* Q̃ ergo Deus coniunxit, hõ 9
Eph. 5. g. 31. nõ separet.* Et in domo iterũ discipuli eius 10
de eodẽ interrogauerunt eum.* Et ait illis: 11
Quicumq. dimiserit vxorẽ suã, & aliam du- B
xerit, adulterium cõmittit super eam:* Et si 12
vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit
mœchatur.* Et offerebant illi paruulos vt 13
tangeret illos. Discipuli aũt comminabãtur
offerẽtibus.* Quos cum videret Iesus indi- 14
gnẽ tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire
ad me, & ne prohibueritis eos: talium.n. est
regnũ Dei.* Amen dico vobis: Quisquis nõ 15
receperit regnum Dei velut paruulus, nõ in-
trabit in illud.* Et cõplexans eos, & impo- 16
nens manus super illos benedicebat eos.* Et 17
"Matth. 19. d. 16. Luc. 18. d. 18. cum egressus esset in viam, procurrens qui-
dam genuflexo ante eũ, rogabat eũ. "Magi-
ster bone, quid faciã vt vitam æternã perci-
piam?* Iesus aũt dixit ei: Quid me dicis bo- 18
"Exo. 20 a. 13. num? Nemo bonus, nisi vnus Deus,* "Præ- 19
cepta nosti: Ne adulteres, Ne occidas, Ne
fureris, Ne falsum testimonium dixeris. Ne
fraudẽ feceris, Honora patrẽ tuũ, & matrẽ.
* At ille respõdens, ait illi: Magister, hæc om- 20
nia obseruaui à iuuentute mea.* Iesus autẽ 21
intuitus eũ dilexit eũ, & dixit ei. Vnum ti-
bi deest: vade, quæcumq. habes vende, & da
pauperibus, & habebis thesaurum in cælo:
& veni, sequere me.* Qui cõtristatus in ver- 22
bo, abijt mœrens: erat enim habens multas
possessiones.* Et circumspiciẽs Iesus, ait di- 23
cipulis suis: Quã difficile qui pecunias ha-
bent regnum Dei introibunt:* Discipuli aũt 24
obstupescebant in verbis eius. At Iesus rur-
sus respondens ait illis. Filioli, quàm diffici-
le est, confidentes in pecunijs, in regnũ Dei
25 introire.* Facilius est camelũ per foramen
D acus trãsire, quam diuitem intrare in regnũ
26 Dei.* Qui magis admirabantur, dicentes ad
27 semetipsos. Et quis potest saluus fieri?* Et
intuens: illos Iesus, ait: Apud homines
impossibile est, sed non apud Deum: om- "Mat. 19 d. 27.
28 nia enim possibilia sunt apud Deum.* "Et Luc. 18. e. 28.
cepit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus
29 omnia, & secuti sumus te.* Respondens Iesus,
ait: Amen dico vobis: Nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut filios, aut agros ꝑ me, & 30 propter Euangelium.* qui non accipiat centies tãtũ, nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in sęculo futuro vi- 31 tam æternam.* "Multi aũt erunt primi no- "Mat. 19 d. 30.
E uissimi, & nouissimi primi.* Erant autẽ in "Luc. 18. f. 31.
32 via ascendentes Ierosolymam: & præcede-
bat illos Iesus, & stupebant, & sequentes ti-
mebant "Et assumens iterum duodecim, ce-
33 pit illis dicere, quę essent ei euentura.* Quia
ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius ho-
minis tradetur principibus sacerdotum, &
Scribis, & seniorib us, & dãnabunt eũ mor-
34 te, & tradent eũ gentibus:* & illudent ei, &
conspuent eũ, & flagellabunt eum, & interfi- "Mat. 19 c. 20.
35 cient eum: & tertia die resurget.* "Et acce-
dunt ad eũ Iacobus, & Ioannes filij Zebedęi
dicentes: Magister, volumus vt quodcumq.
36 petierimus facias nobis.* At ille dixit eis.
37 Quid vultis vt faciam vobis?* Et dixerunt:
F Da nobis vt vnus ad dexterã tuã, & alius ad
38 sinistrã tuã sedeamus in gloria tua.* Iesus
autem ait eis. Nescitis quid petatis: potestis
bibere calicem, quem ego bibo: aut baptis-
mo,

mo, quo ego baptizor, baptizari? * At illi di- 39
xerunt ei: Possumus Iesus autem ait eis: Ca-
licem quidem, quem ego bibo, bibetis: & ba-
ptismo quo ego baptizor baptizabimini: * se- 40
dere autem ad dexteram meam, vel ad sini-
stram, non est meum dare vobis, sed quibus
paratum est. * Et audientes decem cœperũt 41
indignari de Iacobo, & Ioanne * Iesus autẽ 42
vocans eos, ait illis " Scitis quia hi, qui viden-
tur principari gentibus, dominantur eis, &
principes eorum potestatem habent ipsorũ.
* Non ita est autem in vobis, sed quicumq. 43
voluerit fieri maior, erit vester minister. * & 44
quicumq. voluerit in vobis primus esse, erit
omnium seruus: * Nam & Filius hominis 45
non venit, vt ministraretur ei, sed vt mini-
straret, & daret animam suã redemptionẽ
pro multis. * " Et veniunt Iericho: & profici- 46
scente eo de Iericho & discipulis eius, & plu-
rima multitudine, filius Timæi Bartimæus
47 cæcus, sedebat iuxta viam mẽdicans. * Qui
cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cœ-
pit clamare: & dicere: Iesu fili Dauid, mise-
48 rere mei. * Et comminabantur ei multi, vt
taceret. At ille multo magis clamabat, Fili
49 Dauid miserere mei. * Et stans Iesus præce-
pit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes
50 ei: Animæquior esto: surge: vocat te: * Qui
proiecto vestimento suo exiliens, venit ad
51 eũ. * Et respõdens Iesus dixit illi: Quid tibi
vis faciam? Cæcus autẽ dixit ei: Rabboni, vt
52 videam: * Iesus autem ait illi. Vade, fides
tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & se-
quebatur eum in via.

" Luc. 22. e. 25.

" Matt. 9. 20. d. 2.

" Luc. 14. f. 35.

CAP. XI.

ET cum appropinquarent Ierosolymæ. 1
& Bethaniæ ad montem oliuarum mit- A
tit duos ex discipulis suis. * & ait illis Ite in 2
castellum, quod contra vos est, & statim in-
troeuntes illuc, inuenietis pullum ligatũ, su-
per quem nemo adhuc hominum sedit: solu-
ite illũ, & adducite. * Et si quis vobis dixe- 3
rit: Quid facitis, dicite, quia domino necessa-
rius est, & continuò illum dimittet huc. * Et 4
abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante
ianuam foris in biuio: & soluunt eum. * Et 5
quidã de illic stantibus dicebant illis: Quid
facitis soluentes pullum? * Qui dixerunt eis 6
quia præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis
*" Et duxerũt pullũ ad Iesum, & imponũt, 7
illi vestimenta sua, & sedit super eũ. * Mul 8
ti aũt vestimenta sua straverunt in via: alij
aũt frondes cædebant de arboribus, & ster-
nebant in via. * Et qui præibãt, & qui seque- 9
bantur clamabant, dicentes. Hosanna: *" Be- B
nedictus, qui venit in nomine Domini: be-
nedictum quod venit regnum patris nostri
11 Dauid: Hosanna in excelsis. * " Et introiuit
Ierosolymam in templum, & circumspectis
omnibus, cum iam vespera esset hora, exijt
12 in Bethaniam cum duodecim. * Et alia die
13 cum exirent à Bethania, esurijt. *" Cumque
vidisset à lõge ficum habentem folia, venit
si quid fortè inueniret in ea, & cum venisset
ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim
14 erat tempus siccorum. * Et respõdens dixit
ei: iam non amplius in æternum ex te fruc-
tum quisquam manducet: Et audiebãt di-
15 scipuli eius: * Et veniunt Ierosolymam. Et
cum introisset in templum, cepit eijcere vẽ-
dentes, & ementes in templo: & mensas nũ-
mulariorum, & cathedras vendentium co-
16 lumbas euertit. * & non sinebat vt quisquã
17 transferret vas per templũ: * & docebat di-
cens

Matt. 11 a. 1. Luc. 19. c. 29.

" Ioã. 12. b. 14.

" Matth. 21. b. 9. Luc. 19. g. 38. Psal. 117. d. 25.

" Matth. 21. b. 10.

" Matth. 21. b. 19.

" Isa. 56. c. 7. Ier. 7. b. 11. cens eis. Nonne scriptum est: " Quia domus
mea, domus orationis vocabitur omnibus C
gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam
latronum. * Quo audito principes sacerdo- 18
tum, & Scribæ quærebant quomodo eum
perderent, timebãt enim eum, quoniam vni-
uersa turba admirabatur sup doctrina eius.
* Et cũ vespera facta esset, egrediebatur de 19
ciuitate. * Et cum mane transirent, viderũt: 20
ficum aridam factam à radicibus. * Et recor- 21
datus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui
maledixistis, aruit * Et respondens Iesus ait: 22
illis: " Habete fidem Dei, * amen dico vo- 23
bis, quia quicumque dixerit huic monti: Tol-
lere, & mittere in mare, & non hæsitauerit
in corde suo, sed crediderit, quia quodcum-
que dixerit, fiat, fiet ei * Propterea dico vo- 24
bis, omnia quæcumque orantes petitis, cre-
dite, quia accipietis, & euenient vobis. * " Et 25
cum stabitis ad orandũ, dimittite si quid ha-
betis aduersus aliquẽ: vt & Pater vester qui
in cælis est, dimittat vobis peccata vestra.
26 * Quod si vos non dimiseritis: nec Pater ve-
D ster, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata
27 vestra. * " Et veniunt rursus Ierosolymam.
Et cum ambularet in templo, accedunt ad
eum summi sacerdotes, & Scribæ, & senio-
28 res: * & dicunt ei: In qua potestate hæc fa-
cis? & quis dedit tibi hanc potestatẽ, vt ista
29 facias? * Iesus autem respondens, ait illis:
Interrogabo vos & ego vnum verbum, & re-
spondete mihi: & dicam vobis, in qua pote-
30 state hæc faciam. * Baptismus Ioannis, de
cælo erat, an ex hominibus? Respondete mi-
31 hi. * At illi cogitabant secum, dicentes: Si
dixerimus, De cælo, dicet, Quare ergo non
32 credidistis ei? * Si dixerimus, Ex hominibus,
timemus populum, omnes enim habebant
33 Ioannem, quia verè propheta esset. * Et re-
spondente, dicunt Iesu: Nescimus. Et re-
spondens Iesus ait illis: Neque ego dico vo-
bis, in qua potestate hæc faciam.

" Mat. 7. a. 7. & 21 c. 22.

" Luc. 11. b. 9. Mat. 6. b 14. & 18 d. 35.

" Luc. 20. a. 1.

CAP. XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam 1
passuauit homo, & circumdedit septũ, A
& fodit lacum, & ædificauit turrim, & loca-
uit eam agricolis, & peregrè profectus est.
* Et misit ad agricolas in tempore seruum, 2
vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.
* Qui apprehensum eum ceciderunt, & di- 3
miserunt vacuum. * Et iterum misit ad il- 4
los alium seruum: & illũ in capite vulnera-
uerunt, & contumelijs affecerunt. * Et rur- 5
sum alium misit, & illum occiderunt: & plu-
res alios: quosdam cædentes, alios verò occi-
dentes. * Adhuc ergo vnum habens filium 6
charissimum, & illum misit ad eos nouissi-
mum, dicens? Quia reuerebuntur filium
7 meum. * Coloni autem dixerunt ad inuicẽ:
Hic est heres: venite, occidamus eum: & no-
8 stra erit hereditas. * Et apprehendẽtes eum
9 ceciderunt, & eiecerunt extra vineã. * Quid
ergo faciet Dominus vineæ: Veniet, & per-
10 det colonos: & dabit vineam alijs. * Nec
scripturam hanc legistis. " Lapidem, quem
reprobauerunt ædificantes, hic factus est in
11 caput anguli: * A Domino factum est
12 istud, & est mirabile in oculis nostris? * Et
quærebant eum tenere: & timuerunt turbã,
cognouerunt enim quoniam ad eos parabo-
13 lam hãc dixerit. Et relicto eo abierunt. * Et
mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis, &
14 Herodianis, vt eũ caperent in verbo. * Qui
ve-

Mat. 21. d. 33. Luc. 10. b. 9. Isa. 5. a. 1 Ier. 2. d. 21.

" Psal. 117. d. 21. Isa. 28. d 16. Act. 4. b. 11. Ro. 9. g. 33. 1. Pet. 2. a. 8.

" Mat. 21. d. 42.

" Matt. 22. b. 15. Luc. 20. d. 20.

venientes dicunt ei: Magister, scimus, quia ve B
rax es, & non curas quemquam: nec enim vi-
des in faciem hominum, sed in veritate viã
Dei doces, licet dari tributum Cæsari, an non
dabimus? * Qui sciens versutiam illorũ, ait 15
illis: Quid me tentatis? afferte mihi denariũ,
vt videam. * At illi attulerunt ei. Et ait illis: 16
Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt
eis Cesaris * Respondens autem Iesus dixit 17
illis: "Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæ- "Ro. 13. c.7.
sari, & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur su-
per eo. * " Et venerũt ad eum Sadducęi, qui 18 "Mat.22 c.23.
dicunt resurrectionem nõ esse, & interroga- Luc. 20. d.27.
bant eum dicentes. * Magister, Moyses no- 19
bis scripsit, "vt si cuius frater mortuus fuerit, "Deut.5. b.5.
& dimiserit vxorem, & filios non reliquerit,
accipiat frater eius vxorem ipsius, & resusci-
tet semen fratri suo. * Septem ergo fratres 20
erant: & primus accepit vxorem, & mortuus
est non relicto semine. * Et secũdus accepit 21
eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semẽ.
Et tertius similiter. * Et acceperunt eam si- 22
militer septem: & non reliquerunt semen.
Nouissima omnium defuncta est, & mulier.
* In resurrectione ergo cum resurrexerint, 23
cuius de his erit vxor? septẽ enim habuerũt
eam vxorem. * Et respondens Iesus, ait illis: 24
Nonne ideo erratis non scientes scripturas,
neque virtutem Dei? * Cum enim à mortuis 25
resurrexerint, neque nubent, neque nuben-
tur, sed sunt sicut Angeli in cęlis. * De mor- 26
tuis autem, quod resurgant, non legistis in li- C
bro Moysi super rubũ quomodo dixerit illi
Deus, inquirens: " Ego sum Deus Abraham, "Exo.3. b.6.
& Deus Isaac, & Deus Iacob? * Nõ est Deus 27 Mat 22. d.32.
mortuorum, sed viuorum. Vos ergo mul- "Mat 22 d.34.
tum erratis. * " Et accessit vnus de Scribis, 28
qui audierat illos conquirentes, & videns
quoniam bene illis responderit, interrogauit
eum, quod esset primum omnium mãdatũ.
* Iesus autẽ respondit ei: Quia primum om- 29
nium mandatum est: " Audi Israel, Domi- "Deu.6. a.7.
nus Deus tuus, Deus vnus est: * & diliges 30
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua, & ex tota mente tua, &
ex tota virtute tua. Hoc est primum mãda- Leu.19. d.18.
tum. * " Secundum autem simile est illi: Di- 31
liges proximum tuum tamquam teipsum.
Maius horum aliud mandatum nõ est. * Et 32 Mat.22. d.39.
ait illi Scriba: Bene Magister, in veritate dixi- Rom.13 c.9.
sti, quia vnus est Deus, & non est alius prẽter
eum. * Et vt diligatur ex toto corde, & ex 33 Gal.5.c.
toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota 14.
fortitudine: & diligere proximum tamquam Iac.2. b. 8.
seipsum, maius est omnibus holocaustoma-
tibus, & sacrificijs. * Iesus autẽ videns, quod 34
sapienter respondisset, dixit illi: Non es longẽ à regno Dei. Et nemo iam audebat eũ in-
terrogare: * Et respõdens Iesus dicebat, do- 35 "Mat.22 d.42.
cens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Luc. 20. g.41.
Christum filiũ esse Dauid? * Ipse enim Da- 36 Ps.109. n.2.
uid dicat in Spiritu sancto. " Dixit Dominus D
Domino meo, sede à dextris meis, donec po-
nam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum.
* Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum, & 37
vnde est filius eius? Et multa turba eum li- 38
benter audiuit. * Et dicebat eis in doctrina
sua: " Cauete à Scribis, qui volunt in stolis "Mat.23 a.b.
ambulare, & saluari in foro, * & in primis 39
cathedris sedere in synagogis, & primos di- Luc. 11. f.43. &
scubitus in cœnis: * aut deuorant domos vi- 20.g.46.
duarum sub obtẽtu prolixæ orationis: hiac- "Luc.21 a.1.
cipient prolixius iudicium. * " Et sedens Ie- 41
sus contra gazophylacium aspiciebat quo-
modo turba iactaret æs in gazophylacium,
& multi diuites iactabant multa. * Cum ve- 42
nisset autẽ vidua vna pauper, misit duo mi-
nuta, quod est quadrans, * & conuocans di- 43
scipulos suos, ait illis. Amen dico vobis, quo-
niam vidua hæc pauper plus omnibus mi-
sit, qui miserunt in gazophylacium. * Om- 44
nes enim ex eo, quod abundabat illis, mise-
runt: hæc verò de penuria sua omnia, quæ
habuit misit totum victum suum.

CAP. XIII.

1 ET cũ egrederetur de templo, ait illi vnus Mat.24. a.1.
A ex discipulis suis: Magister, aspice qua- Luc.19.
2 les lapides, & quales structuræ. * Et respon- g.44. &
dens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas 21. b.5.
ædificationes? Non relinquetur lapis super
3 lapidem, qui non destruatur. * Et cum sede-
ret in Monte oliuarum contra templum, in-
terrogabant eum separatim Petrus, & Iaco-
4 bus, & Ioannes, & Andreas: * Dic nobis, quan-
do ista fient? & quod signum erit, quando
5 hæc omnia incipient consummari? * Et re-
spondens Iesus cepit dicere illis: " Videte ne "Eph.5. b.6.
6 quis vos seducat: * multi enim venient in no- 2 Thes.
mine meo dicentes: quia ego sum: & multos 2. a.3.
7 seducent. * Cum audieritis autem bella, &
opiniones bellorum, ne timueritis: oportet
8 enim hæc fieri: sed nondum finis. * Exurget
B enim gens contra gentem, & regnum super
regnum, & erunt terræmotus per loca, & fa-
9 mes initium dolorum hæc. * Videte autem
vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs,
& in synagogis vapulabitis, & ante præsides,
& reges stabitis propter me, in testimonium
10 illis. * Et in omnes gentes primum oportet
11 prædicari Euangelium. * " Et cum duxerint "Mat.10 b.19.
vos tradentes, nolite præcogitare quid loqua- Luc. 12.
mini: sed quod datũ vobis fuerit in illa ho- b.11. &
ra, id loquimini, non enim vos estis loquen- 21.d.14.
12 tes, sed Spiritus sanctus. * Tradet autem fra-
ter fratrem in mortem, & pater filium: &
consurgent filij in parẽtes, & morte afficient
13 eos. * Et eritis odio omnibus propter nomẽ
meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic
14 saluus erit. * " Cũ autem videritis abomina- "Dan.9. a.27.
tionem desolationis stantem, vbi non debet, Mat 24. b.16.
qui legit, intelligat: tunc qui in Iudęa sunt, fu- Luc. 21. d.21.
15 giant in mõtes: * & qui super tectum, ne de-
scẽdat in domum, nec introeat, vt tollat quid
16 de domo sua: * & qui in agro erit, nõ reuer-
C tatur retrò tollere vestimentum suum. * Væ
17 autem prẽgnantibus, & nutrientibus in illis
18 diebus. * Orate verò, vt hieme nõ fiãt. * E-
19 runt enim dies illi tribulationes tales, quales
non fuerunt ab initio creaturæ, quam condi-
dit Deus vsque nunc, neque fient. * Et nisi 20
breuiasset Dominus dies, non fuisset salua
omnis caro: sed propter electos, quos elegit,
breuiauit dies: * " Et tunc si quis vobis dixe- 21
rit: Ecce hic est Christe, ecce illic, ne credide-
ritis. * Exurgẽt enim pseudochristi, & pseu- 22
dopropheræ, & dabunt signa, & portenta ad
seducendos, si fieri potest, etiam electos. * 23
Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia.
* " Sed in illis diebus post tribulationem il- 24 "Mat.24 b.23. Luc. 21. b.8.
lam Sol contenebrabitur, & luna non dabit
splendorem suũ: * & stellæ cæli erunt deci- 25
dẽtes, & virtutes, quæ in cælis sunt, moueburtur. * Et tunc videbunt filium hominis ve- 26
nientem in nubibus cũ virtute multa, & glo-
ria. * " Et tunc mittet Angelos suos, & con- 27 "Mat.24 c.31.
gregabit electos suos à quatuor ventis, à sũ-
mo terræ vsque ad summum cæli. * A fi u 28
autẽ discite parabolam. Cum iã ramus eius
tenet fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis
quia in proximo sit æstas: * sic & vos cũ vi- 29
deritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit
in ostijs. * Amen dico vobis, quoniam non 30
transibit generatio hæc, donec omnia ista
fiant. * Cælum & terra transibunt, verba au- 31
tem mea non transibunt. * De die autem il- 32
lo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo,
neque Filij, nisi Pater. * " Videte, vigilate, & 33 "Mat.24 d.42.
orate, nescitis enim, quando tẽpus sit. * Sicut 34
homo qui peregrè profectus reliquit domũ
suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet.
Vigilate ergo (nescitis enim, quando domi- 35
nus domus veniat: sero an media nocte, an
galli cantu, an mane) * ne cum venerit repẽ- 36
te, inueniat vos dormientes. * Quod autem 37
vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

CAP. XIV.

1 ERat autẽ Pascha, & Azyma post biduũ: Mat. 26. a.2.
A & quærebant summi sacerdotes, & Scri- Luc. 22.
bæ quomodo eum dolo tenerent, & occide- a.1.
2 rent. * Dicebant autem: Non in die festo, ne Mat. 26.
3 fortè tumultus fieret in populo. * " Et cum a.6.
esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & Ioan.12.
recumberet: venit mulier habens alabastrũ a.1.
vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto ala-
4 bastro, effudit super caput eius. * Erant autẽ
quidam indignè ferẽtes intra semetipsos, &
dicentes: Vt quid perditio ista vnguenti fa-
5 cta est? * Poterat enim vnguentum istud ve-
nundari plus quam trecentis denarijs, & da-
6 ri pauperibus. Et fremebant in eam. * Iesus
autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti
7 estis? Bonum opus operata est in me, * sem-
per enim pauperes habetis vobiscum: & cũ
volueritis, potestis illis benefacere: me au-
8 tem non semper habetis. * Quod habuit hoc,
fecit: præuenit vngere corpus meum in se-
9 pulturam. * Amen dico vobis: Vbicumque
prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur
10 in memoriam eius. * " Et Iudas Iscariotes "Mat.26
B vnus de duodecim abijt ad summos sacer- b.14.
11 dotes, vt proderet eũ illis. * Qui audiẽtes gau-
isi sunt, & promiserunt ei pecuniam se da-
turos. Et quærebat quomodo illũ opportu-
12 nè traderet. * " Et primo die Azymorum, "Mat.26
quando Pascha immolabant dicunt ei disci- b.16.
puli: Quo vis eamus, & parentis tibi, vt man- Luc.22.
13 duces Pascha? * Et mittit duos ex discipulis a.6.
suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occur-
ret vobis homo lagenam aquæ baiulans, se-
14 quimini eum: * & quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi
est

est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis
meis manducem?* Et ipse vobis demõstra- 15
bit cœnaculum grande, stratum: & illic pa-
rate nobis *Et abierunt discipuli eius, & ve- 16
nerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut di-
xerat illis, & parauerunt Pascha. *" Vespere 17
autem facto, venit cum duodecim: * Et di- 18
scumbentibus eis, & manducantibus, ait
IESVS: Amen dico vobis, quia vnus ex vo-
bis tradet me, qui manducat mecum. * At 19
illi cœperunt contristari, & dicere ei singu-
latim: Numquid ego? * Qui ait illis: Vnus 20
ex duodecim, qui intingit mecum manum
21 in catino. * Et Filius quidem hominis vadit
C" sicut scriptum est de eo: væ autem homi-
ni illi, per quem Filius hominis tradetur: bo-
22 num erat ei, si non esset natus homo ille. *
" Et manducantibus illis, accepit Iesus pa-
nem, & benedicens fregit, & dedit ei, & ait:
23 Sumite, hoc est corpus meum. * Et accepto
calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex
24 illo omnes. * Et ait illis: Hic est sanguis
meus noui testamenti, qui pro multis effun-
25 detur. * Amen dico vobis, quia iam non bi-
bam de hoc genimine vitis, vsque in diem
illum, cum illud bibam nouũ in regno Dei.

" Mat. 26 b. 20. Luc. 22. b. 14. Io. 13. c. 21.

" Ps. 40. c. 10. Act. 1. c. 10. " Mat. 26 b. 24. 1. Co. 11. c. 24.

* Et

* Et hymno dicto exierunt in Montem oliua- 26
rum. * Et ait Iesus: " Omnes scandalizabi- 27
mini in me in nocte ista: quia scriptum est.
" Percutiam pastorem, & dispergentur oues.
* Sed postquam resurrexero, præcedam vos 28
in Galilæam. * Petrus autem ait illi: Et si 29
omnes scandalizati fuerint in te: sed non
ego. * Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia 30
tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vo-
cem bis dederit, ter me es negaturus * At il- 31
le amplius loquebatur: Et si opportuerit me D
simul commori tibi, non te negabo: Simili-
ter autem & omnes dicebant. * " Et venium 32
in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait
discipulis suis: Sedete hic donec orem. * Et 33
assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem se-
cũ: & cœpit pauere, & tædere. * Et ait il- 34
lis: Tristis est anima mea vsque ad mortem:
sustinete hic, & vigilate. * Et cum processis- 35
set paululum, procidit super terram, & ora-
bat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora: * & 36
dixit: Abba pater omnia tibi possibilia sunt
transfer calicem hunc à me, sed nõ quod ego
volo, sed quod tu * Et venit, & inuenit eos 37
dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis?
non potuisti vna hora vigilare? * Vigilate, & 38
orate vt non intretis in tẽtationem Spiritus
quidẽ promptus est, caro verò infirma. * Et 39
iterum abiens orauit eundem sermonem,
dicẽs. * Et reuersus, denuo inuenit eos dor- 40
mientes, (erant enim oculi eorum grauati) E
& ignorabant quid responderent ei. * Et ve- 41
nit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requie-
scite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis
tradetur in manus peccatorum. * Surgite, ea- 42
mus. ecce qui me tradet, prope est. * Et ad- 43
huc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus
de duodecim, & " cum eo turba multa cum
gladijs, & lignis, à summis sacerdotibus, &
Scribis, & senioribus. * Dederat autem tra- 44
ditor eius signum eis, dicens: Quemcumque
osculatus fuero, ipse est tenete eum, & ducite
cautè * Et cum venisset, statim: accedens ad 45
eum, ait: Aue Rabbi: & osculatus est eum.
* At illi manus iniecerunt in eum, & tenue- 46
runt eum. * Vnus autem quidam de circũ- 47
stantibus educens gladium, percussit seruum
summi sacerdotis: & amputauit illi auricu-
lam. * Et respondens Iesus, ait illis: Tamquã 48
ad latronem existis cum gladijs, & lignis cõ-
prehendere me? * quotidie eram apud vos 49
in templo, docens, & non me tenuistis. Sed
vt impleantur Scripturæ. * " Tunc discipuli 50
eius relinquentes eum, omnes fugerunt * A- 51
dolescens autem quidam sequebatur eum
amictus sindone super nudo: & tenuerunt
eum. * At ille reiecta sindone, nudus profu- 52
git ab eis. * " Et adduxerunt Iesum ad sum- F
mum sacerdotem: & conuenerunt omnes 53
sacerdotes, & Scribæ, & seniores * Petrus au- 54
tem à longè secutus est eum vsque intro in
atrium summi sacerdotis: & sedebat cum
ministris ad ignem, & calefaciebat se * " Sũ- 55
mi verò sacerdotes, & omne concilium quæ-
rebat aduersus Iesum testimonium, vt eum
56 morti traderent, nec inueniebant. * Multi
enim testimoniũ falsum dicebant aduersus
eum: & conuenientia testimonia non erant.
57 * Et quidam surgentes, falsum testimoniũ
58 ferebant aduersus eum, dicentes. * Quoniã
nos audiuimus eum dicentem: " Ego dissol
uam templum hoc manu factum, & per tri-
duum aliud non manu factum ædificabo.
59 * Et non erat conueniens testimonium il-
60 lorum. * Et exurgens summus sacerdos in
medium, interrogauit Iesum, dicens: Non re
spondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciun-
61 tur ab his? * Ille autẽ tacebat, & nihil respon
dit Rursum summus sacerdos interrogabat
eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei be-
62 nedicti? * Iesus autem dixit illi: Ego sum: " & G
videbitis Filium hominis sedentem à dex-
tris virtutis Dei, & venientem cum nubibus
63 cœli. * Summus autem sacerdos scindens ve-
stimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus te
64 stes? * Auditis blasphemiam: quid vobis vi-
detur? Qui omnes condemnauerunt eũ esse
65 reum mortis. * Et cœperunt quidã conspuere
eũ, & velare faciem eius, & colaphis eũ, cœde-
re, & dicere ei. Prophetiza, & ministri alapis
66 eũ cædebant. * " Et cum esset Petrus in atrio
deorsũ, venit vna ex ancillis summi sacerdo-
67 tis, * & cum vidisset Petrũ calefacientem se,
aspiciens illum, ait. Et tu cum Iesu Nazareno
68 eras. * At ille negauit, dicẽs: Neque scio, neq.
noui, quid dicas. Et exijt foras ante atrium, &
69 gallus cãtauit. * " Rursus autem cum vidis-
set illum ancilla, cœpit dicere circumstãtibus,
70 Quia hic ex illis est. * At ille iterum negauit.
" Et post pusillum rursus qui astabant, dice-
bant Petro: Verè ex illis es, nam & Galilæus
71 es. * Ille autem cœpit anathematizare, & iu-
rare. Quia nescio hominem istum, quem di-
72 citis. * Et statim gallus iterum cantauit " Et
recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei
Iesus: Prius quam gallus cantet bis, ter me
negabis. Et cepit flere.

" Ioa. 16. g. 41. " Zac. 13. c. 7.

" Mat. 26 d. 36. Luc. 22. d. 40.

" Mat. 26. c. 30.

" Mat. 20. g. 69. Luc. 22. f. 55. Io. 18. c. 17.

" Mat. 26 g. 71. " Luc. 22 g. 58. Io. 18. e. 25. " Mat. 26 g. 75. Io. 13. d. 38.

" Io. 1. d. 19.

CAP. XV.

1 ET confestim, mane consilium facientes
summi sacerdotes, cum senioribus, & Mat. 27.
Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesũ, a 1.
2 duxerunt, & tradiderũt Pilato. * Et interro- Luc. 22.
gauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorũ? At il- g. 66.
3 le respondens, ait illi, Tu dicis. * " Et accusa- Io. 18. e.
4 bant eum summi sacerdotes in multis. * Pi- 28.
latus autem rursum interrogauit eũ, dicens: " Mat. 27
Non respondes quidquã? vide in quantis te b. 12.
5 accusant. * Iesus autem amplius nihil respõ Luc. 27.
6 dit, ita vt miraretur Pilatus. * Per diem autẽ a. 6.
festũ solebat dimittere illis vnũ ex vinctis, Ioa. 18. f.
7 quemcumque petissent. * Erat autẽ qui diceba 33.
tur Barabbas, qui cũ seditiosis erat vinctus,
8 qui in seditione fecerat homicidium: * Et cũ
ascendisset turba, cepit rogare, sicut semper
9 faciebat illis. * Pilatus autem respondit eis,
& dixit, Vultis dimittam vobis regẽ Iudæo-
10 rum? * Sciebat enim quod per inuidiam tra-
11 didissent eum summi sacerdotes. * Põtifices

 au-

autem concitauerunt turbam, vt magis Ba- B
Mat.27 c.22. rabbam dimitteret eis. * Pilatus autem ite- 12
Luc. 23. b.14. rum respondens, ait illis: Quid ergo vultis fa-
Io.18.g. 39.&19. a.2. ciam regi Iudæorum? * At illi iterum cla- 13
mauerunt: Crucifige eum. * Pilatus verò di- 14
cebat illis: Quid enim mali fecit? At illi ma-
gis clamabant: Crucifige eum. * Pilatus au- 15
tē volens populo satisfacere dimisit illis Ba-
rabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt
Mat. 27. d. 28. crucifigeretur. * Milites autem duxerunt 16
eum in atrium prætorij, & conuocant totam
Io. 19.a. 2. cohortem, * & induunt eum purpura, & im 17
ponunt ei plectentes spineam coronam. * Et 18
cæperunt salutare eum: Aue rex Iudæorū.
* Et percutiebant caput eius arūdine, & cō- 19
spuebant eum, & ponentes genua, adorabant
eum. * Et postquam illuserunt ei, exuerunt 20
illum purpura, & induerunt eum vestimen-
tis suis: & educunt illum, vt crucifigerent
Mat.27 d.32. eum. * Et angariauerunt prætereuntem 21
quempiam Simonem Cyrenæum venientē
Luc.23. d.26. de villa, patrem Alexandri, & Rufi, vt tolle-
ret crucem eius. Et perducunt illum in Gol- 22
gotha locum: quod est interpretatum Calua-
riæ locus. * Et dabant ei bibere myrrhatum 23
Mat.27 d.33. vinum: & non accepit. * Et crucifigentes 24
eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes C
Luc. 23. e.33. sortem super eis, quis quid tolleret. * Erat au 25
tē hora tertia: & crucifixerunt eum. * Et erat 26
Io.19.d 17. titulus causę eius inscriptus REX IVDÆO-
RVM. * Et cum eo crucifigunt duos latro- 27
nes: vnum à dextris, & alium à sinistris eius.
* Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cū 28
Isa. 53. d.12. iniquis reputatus est. * Et prætereuntes bla- 29
sphemabant eum, mouētes capita sua, & di-
Io.2.d. 19. centes: Vah, qui destruis templum Dei, &
in tribus diebus reædificas: * saluum fac te- 30
metipsum descendens de cruce. * Similiter 31
& summi sacerdotes illudentes, ad alterutrū
cum Scribis dicebant: Alios saluos fecit seipsū
non potest saluum facere. * Christus rex 32
Israel descendat nūc de cruce, vt videamus,
& credamus. Et qui cum eo crucifixi erant,
conuiciabantur ei. * Et facta hora sexta, tene- 33
bræ factæ sunt per totam terrā vsque in ho-
ram nonam. * Et hora nona exclamauit Ie- 34
sus voce magna, dicens. Eloi, eloi, lamma-
Ps.21.a 1. sabacthani? quod est interpretatum: Deus,
meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? D
Mat. 27. c.46. * Et quidam de circumstantibus audientes, 35
dicebant: Ecce Eliam vocat. * Currens au- 36
tem vnus, & implens spongiam aceto, circū-
ponensq. calamo, potum dabat ei, dicens: Si-
nite, videamus si veniat Elias ad deponendū
eum. * Iesus autem emissa voce magna expi 37
rauit. * Et velū templi scissum est in duo, 38
à summo vsque deorsum. * Videns autem 39
Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic cla-
Mat.27 f.55. mans expirasset, ait: Verè hic homo Filius
Dei erat. * Erant autem, & mulieres de lō- 40
Luc. 8. a.2. gè aspicientes: inter quas erat Maria Magda-
lene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph ma
Mat.27 g.57. ter, & Salome: * & cum esset in Galilæa, se- 41
quebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ
multæ, quæ simul cum eo ascenderant Iero-
42 solymam. * Et cum iam sero esset factum
(quia erat parasceue, quod est ante sabbatū) Luc. 23.
43 * venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decu- g.50.
rio, qui & ipse erat expectans regnū Dei, & Io. 19.g.
audacter introiuit ad Pilatū, & petijt corpus 38.
44 Iesu. * Pilatus autem mirabatur, si iam obijs-
set. Et accersito centurione, interrogauit eum
45 si iam mortuus esset: * Et cum cognouisset à
46 centurione, donauit corpus Ioseph. * Ioseph
autem mercatus sindonem, & deponens eū
inuoluit sindone, & posuit eum in monu-
mēto, quod erat excisum de petra, & aduol-
47 uit lapidem ad ostium monumenti. * Ma-
ria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspi-
ciebant vbi poneretur.

CAP. XVI.

1 ET cum transisset sabbatum, Maria Mag- Mat.28.
A dalene, & Maria Iacobi, & Salome eme a.1.
runt aromata vt venientes vngerent Iesum. Luc. 24.
2 * Et valdè mane vna sabbatorum, veniunt a.1.
3 ad monumentum, orto iam Sole. * Et dice- Ioan.20.
bant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapi- a.1.
4 dem ab ostio monumenti? * Et respiciētes
viderunt reuolutum lapidem. Erat quippè
5 magnus valdè. * Et introeuntes in monu- Mat.28.
mentum viderūt iuuenem sedentem in dex a.5.
tris, coopertum stola candida, & obstupue- Luc. 24.
6 runt. * Qui dicit illis: Nolite expauescere: Ie- a.4.
B sum quæritis Nazarenum, crucifixum: sur- Ioan.20.
rexit, non est hic, ecce locus vbi posuerunt c.12.
7 eū. * Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro,
quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum vide
8 bitis, sicut dixit vobis. * At illæ exeuntes, fu- Sup.14.
gerunt de monumento: inuaserat enim eas c.28.
tremor, & pauor: & nemini quidquam dixe-
9 runt: timebant enim. * Surgens autem mane,
prima sabbati, apparuit primo Mariæ Mag Io.20.d
10 dalene, de qua eiecerat septem dæmonia. * Il 16.
la vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant,
11 lugentibus, & flentibus. * Et illi audientes
quia viueret, & visus esset ab ea, non credide Luc.24.
12 runt. * Post hæc autem duobus ex his am- b.13.
C bulantibus ostensus est in alia effigie, eunti-
13 bus in villam: * & illi euntes nunciauerunt
14 ceteris: nec illis crediderunt. * Nouissimè re
cumbentibus illis vndecim apparuit: & ex-
probrauit incredulitatem eorū, & duritiam
cordis: quia ijs, qui viderant eum resurrexis-
15 se, non crediderunt. * Et dixit eis: Euntes in
mundum vniuersum prædicate Euangeliū
16 omni creaturæ. * Qui crediderit, & baptiza-
D tus fuerit, saluus erit: qui verò non credide-
17 rit, condemnabitur. * Signa aūt eos, qui cre
diderint, hæc sequētur: In nomine meo dæ
18 monia eijcient: linguis loquentur nouis: * ser Act.16.
pentes tollent: & si mortiferū quid biberint, d.18.&
non eis nocebit: super ęgros manus imponēt, 2.a.4.&
19 & bene habebunt. * Et Dominus quidem Ie 10.g.46.
sus postquam locutus est eis, assumptus est Act.28.
20 in cęlum, & sedet a dextris Dei. * Illi autem 58.
profecti prædicauerunt vbique Domino Luc.24.
cooperante, & sermonem confirmante, se- g.51.
quentibus signis.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.



CAPVT PRIMVM.

QVONIAM quidem multi 1
conati sunt ordinare narra- A
tionem, quæ in nobis cōple
tæ sunt, rerū: * sicut tradide 2
runt nobis, qui ab initio ipsi
viderūt, & ministri fuerūt
sermonis: * visum est, & mi 3
hi, assecuto omnia à principio diligenter, ex
ordine tibi scribere, optime Theophile, * vt 4
cognoscas eorū verborum, de quibus erudi-
tus es, veritatem. * Fuit in diebus Herodis, 5
regis Iudææ, sacerdos quidā nomine Zacha-
1. Par. 24.a.10. rias de vice Abia, & vxor illius de filiabus
Aaron, & nomen eius Elisabeth. * Erant autē 6
iusti ambo ante Deum, incedentes in omni-
bus mandatis, & iustificationib. Domini sine
querela, * & non erat illis filius, eo quod esset 7
Elisabeth sterilis, & ambo processissent in
diebus suis. * Factum est aūt, cum sacerdotio 8
fungeretur in ordine vicis suæ ante Deū, * se- 9
Exo.30. a.7. cundū consuetudinem sacerdotij, sorte exijt
vt incensum poneret, ingressus in templum
Leu. 16. d.17. Dñi: * & oīs multitudo populi erat orans 10
foris hora incensi. * Apparuit autem illi An- 11
12 gelus Dñi, stans à dextris altaris, incensi. * Et
Zacharias turbatus est videns, & timor irruit
13 super eum. * Ait autem ad illū Angelus: Ne
B timeas Zacharia, quoniā exaudita est depre-
catio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi fi-
14 liū, & vocabis nomen eius Ioannē: * & erit
gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiui
15 tate eius gaudebunt: * erit enim magnus co-
ram Dño: & vinum, & siceram non bibet, &
Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero ma-
16 tris suæ: * & multos filiorū Israel conuertet
17 ad Dominū Deum ipsorum: * & ipse præce-
det ante illū in spiritu, & virtute Eliæ: vt cō- Mal. 4.
uertat corda patrū in filios. & incredulos ad b.6.
18 prudentiā iustorū, parare Dño plebem per- Mat. 11.
fectā. * Et dixit Zacharias ad Angelū: Vnde b.14.
hoc sciam? ego enim senex, & vxor mea pro-
19 cessit in diebus suis. * Et respondens Ange-
lus dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante
Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi
20 euangelizare. * Et ecce erit tacens, & non po-
teris loqui vsque in diē, quo hæc fiant, pro eo
quod non credisti verbis meis, quæ imple-
21 buntur in tempore suo. * Et erat plebs expe-

ctans Zachariam:& mirabantur quod tarda-
ret ipse in templo.* Egressus autem non po- 22
terat loqui ad illos,& cognouerunt quod vi- C
sionem vidisset in tẽplo. Et ipse erat innuens
illis,& permansit mutus.* Et factum est,vt 23
impleti sunt dies officij eius abijt in domum
suam:* post hos autem dies concepit Elisa- 24
beth vxor eius, & occultabat se mensibus
25 quinque, dicens: * Quia sic fecit mihi Do-
minus in diebus,quibus respexit auferre op-
26 probrium meum inter homines * In men-
se autem sexto,missus est Angelus Gabriel à
Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Na-
27 zareth,*ad Virginem desponsatam viro,cui

nomen erat Ioseph de domo Dauid, & no-
men Virginis Maria.* Et ingressus Angelus 28
ad eam dixit: Aue gratia plena Dominus
tecum: Benedicta tu in mulieribus. * Quæ 29
cum audisset, turbata est in sermone eius,
30 & cogitabat qualis esset ista salutatio. * Et
ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti " Isa.7.
31 enim gratiam apud Deum; * " ecce conci c.14
pies in vtero, & paries filium, & " vocabis "Inf.2.
32 nomen eius IESVM. * hic erit magnus, 21.

& Filius Altissimi vocabitur,& dabit illi Do-
minus Deus sedem Dauid patris eius, "& re- D
"Dan. 7. gnabit in domo Iacob in æternum,*& regni 33
d.14. & eius non erit finis.* Dixit autem Maria ad 34
27. Angelum:Quomodo fiet istud,quoniam vi-
Mach.4. rum non cognosco?* Et respondens Ange- 35
c.7. lus dixit ei:Spiritus sanctus superueniet in te,
& virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque
& quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur
Filius Dei * Et ecce Elisabeth cognata tua,& 36
ipsa concepit filium in senectute sua: & hic
mẽsis sextus est illi,quę vocatur sterilis:*quia 37
non erit impossibile apud Deum omne ver-
bum.* Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Do- 38
mini,fiat mihi secundum verbum tuum. Et
discessit ab illa Angelus. * Exurgens autem 39
Maria in diebus illis abijt in montana cum
festinatione,in ciuitatem Iuda.* Et intrauit 40
in domum Zachariæ,& salutauit Elisabeth.
*Et factum est,vt audiuit salutationem Ma- 41
riæ Elisabeth,exultauit infans in vtero eius: E
& repleta est Spiritu sancto Elisabeth:* & ex- 42
clamauit voce magna,& dixit: Benedicta tu
inter mulieres,& benedictus fructus ventris
tui * Et vnde hoc mihi vt veniat mater Do- 43
mini mei ad me?* Ecce enim vt facta est vox 44
salutationis tuæ in auribus meis,exultauit in
gaudio infans in vtero meo, * & beata,quæ 45
credidisti quoniam perficientur ea, quæ di-
cta sunt tibi à Domino.* Et ait Maria. 46
Magnificat anima mea Dominum:*& e- 47
xultauit spiritus meus in Deo salutari meo.
* Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: 48
ecce enim ex hoc beata me dicent omnes ge-
nerationes
*Quia fecit mihi magna qui potens est:& 49
sanctum nomen eius.
* Et misericordia eius à progenie in pro- 50
genies timentibus eum.
"Isa. 51. *Fecit potentiam in"brachio suo:dispersit 51
b.9. superbos mente cordis sui.
Psl.32.b. * Deposuit potentes de sede,& exaltauit 52
10. humiles.
" Psl.33. *"Esurientes impleuit bonis:& diuites di- 53
a.11. misit inanes. F
1. Reg.2 *Suscepit Israel puerum suum,recordatus 54
b.5. misericordiæ suæ.
" Isa.41. *Sicut locutus est ad patres nostros,"Abra- 55
b 8. ham & semini eius in sæcula
Psl.131.c *Mansit autem Maria cum illa quasi men- 56
11. sibus tribus:& reuersa est in domum suam.
Ge 17.c. * Elisabeth autem impletum est tempus pa- 57
9. & 22. riendi,& peperit filium * Et audierunt vici- 58
c.16. ni,& cognati eius,quia magnificauit Dñs mi-
sericordiã suam cũ illa, & congratulabantur
ei.* Et factum est in die octauo,venerũt cir- 59
cumcidere puerum, & vocabant eum nomi-
ne patris sui Zachariam. * Et respondens 60
mater eius,dixit: Nequaquam,sed vocabitur
Ioannes.* Et dixerunt ad illam:Quia nemo 61
est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomi-
ne.* Innuebant autem patri eius,quem vel- 62
" Sup.b. let vocari eum. * Et postulans pugillarem 63
14. scripsit, "dicens:Ioannes est nomen eius. Et
mirati sunt vniuersi.* Apertũ est aũt illico os 64
eius, & lingua eius, & loquebatur benedicẽs
65 Deũ.* Et factus est timor super oẽs vicinos
eorũ:& super omnia montana Iudææ diuul-
66 gabantur omnia verba hæc:*& posuerũt oẽs
G qui audierant in corde suo,dicẽtes: Quis pu-
tas puer iste erit? Etenim manus Domini e-
67 rat cum illo * Et Zacharias pater eius reple-
tus est Spiritusancto:& prophetauit, dicens: "Psl.73.c.
68 *"Benedictus Dominus Deus Israel, quia 12. &
visitauit,& fecit redemptionem plebis suæ: 131.d.17
69 * Et erexit cornu salutis nobis in domo Da- " Ier.23.
uid pueri sui. a.6 & 30
70 *" Sicut locutus est per os Sanctorum, qui b.10.
à sæculo sunt,prophetarum eius.
71 * Salutem ex inimicis nostris,& de manu
omnium qui oderunt nos.
72 * Ad faciendam misericordiam cum pa-
tribus nostris: & memorari testamenti sui
sancti.
73 * "Iusiurandum, quod iurauit ad Abrahã "Ge.22.
patrem nostrum,daturum se nobis. c.16.
74 * Vt sine timore, de manu inimicorũ no- Ier.21. f.
strorum liberati seruiamus illi. 33.
75 * In sanctitate, & iustitia coram ipso om- Hebr. 6.
nibus diebus nostris. c. 13. d.
76 * Et tu puer propheta Altissimi vocaberis, 17.
præibis enim ante faciem Domini parare
vias eius.
77 *"Ad dandam sciẽtiam salutis plebis eius, " Mal.4.
in remissionem peccatorum eorum: a.5.
78 * Per viscera misericordiæ Dei nostri: in Sup.b.17
quibus visitauit nos,"oriens ex alto: "Zach.2.
79 * Illuminare his, qui in tenebris, & in vm- d.9.
bra mortis sedent: ad dirigendos pedes no- Mal.4.a.
stros in viam pacis. 2.
80 * Puer autem crescebat,& confortabatur
spiritu,& erat in desertis,vsq. in diem osten-
sionis suæ ad Israel.

CAP. II.

1 FActũ est aũt in diebus illis, exijt edictũ à
A Cæsare Augusto,vt describeretur vniuer
2 sus orbis. * Hæc descriptio prima facta est à
3 præside Syriæ Cyrino,*& ibant oẽs vt profi
4 terentur singuli in suã ciuitatẽ.* Ascendit au
tẽ & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth
in Iudæam in ciuitatem Dauid,quæ vocatur "Mic.5.
"Bethlehem,eo qđ esset de domo,& familia a.2.
5 Dauid,* vt profiteretur cũ Maria desponsa- Matt. 2.
6 ta sibi vxore prægnante.* Factũ est autem,cũ a.6.
7 essent ibi,impleti sunt dies vt pareret.* Et pe
perit filiũ suum primogenitũ,& pannis eum
inuoluit,& reclinauit eum in præsepio: quia
8 non erat eis locus in diuersorio. * Et pasto-
B res erant in regione eadẽ vigilantes,& custo-
dientes vigilias noctis super gregem suum.
9 * Et ecce angelus Dñi stetit iuxta illos,& cla-
ritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt ti-
10 more magno. * Et dixit illis angelus: Nolite
timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiũ
11 magnum quod erit omni populo:* quia na-
tus est vobis hodie Saluator,qui est Christus
12 Dominus in ciuitate Dauid * Et hoc vobis
signũ: Inuenietis infantem pannis inuolutũ

& positum in præsepio.* Et subito facta est 13
cum angelo multitudo militiæ cælestis lau-
dantium Deum,& dicentium:* Gloria in al- 14
tissimis Deo, & in terra pax hominibus bo-
næ voluntatis.* Et factum est, vt discesserũt 15
ab eis Angeli in cælum: pastores loqueban-
tur ad inuicem: Transeamus vsq; Bethlehẽ,
& videamus hoc verbum, quod factum est,
quod Dominus ostendit nobis.* Et venerũt 16
festinantes,& inuerunt Mariam, & Ioseph, C
& infantem positum in præsepio.* Viden- 17
tes autem cognouerunt de verbo, quod di-
ctum erat illis de puero hoc.* Et omnes, 18
qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ
19 dicta erant à pastoribus ad ipsos.* Maria au-
tem conseruabat omnia verba hæc, conferẽs
20 in corde suo.* Et reuersi sunt pastores glo-
rificantes, & laudantes Deum in omnibus,
quæ audierant, & viderant sicut dictum est
21 ad illos.* "Et postquam consummati sunt "Ge.17.
dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum b.12.
est nomen eius "Iesus, quod vocatum est ab Leui.12.
angelo prius, quam in vtero conciperetur. a.3.
22 * Et postquam impleti sunt dies purgationis "Sup.d.
eius "secundum legem Moysi, tulerunt il- 31.
lum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, Mat.1.
c.31.
"Leu.12.
a.6.

sicut

"Exo.13 * sicut scriptum est in lege Domini. * Quia 23
a.2. omne masculinum adaperiens vuluam,san-
Num.8. D ctum Domino vocabitur,* & vt darent ho 24
e.16. stiam secundũ quod dictum est" in lege Do-
"Leu.12 mini par turturum, aut duos pullos colum-
e.8. barum. * Et ecce homo erat in Ierusalem, 25
cui nomen Simeon,& homo iste iustus,& ti-
moratus, expectans consolationem Israel, &
Spiritus sanctus erat in eo. * Et responsum 26
acceperat à Spiritu sancto, non visurum se
mortem,nisi prius videret Christum Domi-
ni.* Et venit in spiritu in templum. Et cum 27
inducerent puerum Iesum parentes eius, vt
facerent secundum cõsuetudinem legis pro
eo:* & ipse accepit eum in vlnas suas,& be- 28
nedixit Deum,& dixit:
* Nunc dimittis seruum tuũ Domine: se- 29
cundum verbum tuum in pace:
E
* Quia viderũt oculi mei salutare tuum, 30
* Quod parasti ante faciem omnium po- 31
pulorum.
* Lumẽ ad reuelationem gentium,& glo- 32
riam plebis tuæ Israel.
* Et erat pater ei",& mater mirãtes super 33
his,quæ dicebantur de illo.* Et benedixit il- 34
lis Simeõ, & dixit ad Mariam matrem eius:
"Isa.8.c. "Ecce positus est hic in ruinam,& in resurre-
14. ctionem multorum in Israel: & in signum,

35 cui contradicetur:* & tuam ipsius animam
per transibit gladius, vt reuelentur ex multis Rom.9.
36 cordib" cogitationes * Et erat Anna prophe- g.32.
tissa,filia Phanuel,de tribu Aser: hęc proces- 1.Pet.1.
serat in diebus multis, & vixerat cum viro a.2.
37 suo annis septem à virginitate sua.* Et hæc
F vidua vsque ad annos octoginta quatuor:
quæ non discedebat de templo, ieiunijs, &
38 obsecrationibus seruiens nocte, ac die.* Et
hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur
Domino: & loquebatur de illo omnibus,
39 qui expectabant redemptionem Israel.* Et
vt perfecerunt omnia secundum legem Do-
mini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem
40 suam Nazareth.* Puer autem crescebat, &
confortabatur plenus sapientia: & gratia
41 Dei erat in illo.* Et ibant parentes eius per
omnes annos in Ierusalem, "in die solemni "Exo.23
42 Paschæ.* Et cum factus esset annorũ duo- c.15. &
decim ascendentibus illis Ierosolymã secun- 34.d.17.
43 dum consuetudinem diei festi,* cõsumma- Deu.16.
tisq. diebus, cum redirent,remansit puer Ie- a.1.
sus in Ierusalem, & non cognouerunt paren-
44 tes eius.* Existimantes autem illum esse in
G comitatu, venerunt iter diei, & requirebant
45 eum inter cognatos,& notos.* Et non inue-
nientes, regressi sunt in Ierusalem,requiren-
46 tes eum.* Et factum est, post triduũ inuene-

runt illum in templo sedẽtem,in medio do-
ctorum, audientem illos, & interrogantem
eos.* Stupebant autem omnes, qui eum au- 47
diebant, super prudentia, & responsis eius.
* Et videntes admirati sunt. Et dixit mater 48
eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce
pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.
* Et ait ad illos: Quid est,q; me q̃rebatis,ne- 49
sciebatis,quia in his, q̃ patris mei sunt, opor-
tet me esse?* Et ipsi nõ intellexerunt verbũ, 50
51 quod locutus est ad eos.* Et descendit cum
eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis.
Et mater eius conseruabat omnia verba hęc
52 in corde suo.* Et Iesus proficiebat sapiẽtia,
& ætate, & gratia apud Deum,& homines.

CAP. III.

1 A Anno autem quintodecimo imperij Ti-
berij Cæsarijs, procurante Pontio Pila-
to Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Hero-

de Philippo autem fratre eius tetrarcha Itu-
rææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania
[b] Act.4. a.6. Abilinæ tetrarcha, * [a] sub principibus sa- 2
cerdotum Anna, & Caipha: factum est
[b] Mat.3. a.1. verbum Domini super Ioannem, Zachariæ
filium, in deserto. * [a] Et venit in omnem re- 3
gionem Iordanis, prædicans baptismum pœ-
Marc. 1. a.4. nitentiæ in remissionem peccatorum, * sicut 4
[a] Isa. 40. a.3. scriptum est in Libro sermonum Isaiæ pro-
phetæ: [a] Vox clamantis in deserto: Parate B
Ioan.1. c.23. viam Domini: rectas facite semitas eius:
*omnis vallis implebitur: & omnis mons, & 5
collis humiliabitur: & erunt praua in dire-
cta: & aspera in vias planas: * & videbit om- 6
nis caro salutare Dei. * Dicebat ergo ad tur-7
bas, quæ exibant, vt baptizarentur ab ipso:
[b] Matt.3. b.7. [b] Genimina viperarũ quis ostendit vobis fu-
gere à ventura ira? * Facite ergo fructus di- 8
gnos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: Pa-
trem habemus Abraham. Dico n. vobis, quia
potes est Deus de lapidibus istis suscitare fi-
lios Abrahæ. * Iam enim securis ad radicem 9
arborum posita est. Omnis ergo arbor non
faciẽs fructum bonum, excidetur, & in ignẽ
mittetur. * Et interrogabant eũ turbæ, dicen- 10
tes: Quid ergo faciemus? * Respondens autẽ 11
[a] 1. Io.3. c.17. dicebat illis: [a] Qui habet duas tunicas, det C
Iac. 2. a. 25. non habenti: & qui habet escas, similiter fa-
ciat. * Venerũt autem, & publicani, vt bapti- 12
zarentur, & dixerunt ad illũ: Magister, quid
faciemus? * At ille dixit ad eos: Nihil am- 13
plius, quam quod constitutum est vobis; fa-
ciatis. * Interrogabant autem eum, & mi- 14
lites, dicentes: Quid faciemus, & nos? Et
ait illis: Neminem concutiatis, neque calum-
niam faciatis: & cõtenti estote stipendijs ve-
stris. * Existimante autem populo, & cogitan- 15
tibus omnibus in cordibus suis de Ioane, ne D
fortè ipse esset Christus; * respondit Ioan- 16
nes, dicens omnibus: [a] ego quidem aqua [a] Mat.3.
baptizo vos: veniet autem fortior me, cui- c.11.
ius non sum dignus soluere corigiam calcea- Marc.1.
mentorum eius: [a] ipse vos baptizabit in Spi- b.8
17 ritu sancto, & igni: * cuius ventilabrum Io. 1. d.
in manu eius, & purgabit aream suã, & con- 26.
gregabit triticum in horreum suum, paleas [a] Act.1.
18 autem cõburet igni inextinguibili. * Multa c.16. &
quidem, & alia exhortans euangelizabat po- 17.
19 pulo: * [a] Herodes autem tetrarcha cum a.4.
corriperetur ab illo de Herodiade vxore fra- Mat.3.
tris sui, & [b] de omnibus malis, quæ fecit Hero- 12.
20 des, * adiecit, & hoc super omnia, & inclusit [a] Mat.14
21 Ioannem in carcere. * [a] Factum est autem a.3.
cum baptizaretur omnis populus, & Iesu ba- Marc.6.
E ptizato, & orante, apertum est cælum: * & c.17.
22 descendit Spiritus sanctus corporali specie [a] Mat.3.
sicut columba in ipsum: & vox de cælo fa- d.13.
cta est: [a] Tu es filius meus dilectus, in te cõ- Marc.1.
23 placui mihi. * Et ipse Iesus erat incipiens b.9.
quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioan.1.
24 Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, * qui e.31.
fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui [a] Mat.3.
25 fuit Ioseph, * qui fuit Mathathiæ, qui fuit A- d.17. &
F mos, q̃ fuit Nahũ, qui fuit Hesli, q̃ fuit Nag- 17.a.5.
26 ge: * qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, Inf. 9.
qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, 35.
27 * qui fuit Ioãna, qui fuit Resa, qui fuit Zoro- 2 Petri.
28 babel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, * qui d.19.
fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, q̃
29 fuit Elmadã, qui fuit Her, * qui fuit Iesu, qui
fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat,
30 qui fuit Leui, * qui fuit Simeon, qui fuit Iu-
da: qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit
31 Eliakim, * qui fuit Melca, qui fuit Menna,
G qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit
32 David, * q̃ fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit
Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33 * qui fuit Arminadab, qui fuit Aram, qui fuit
Efron,

Efrõ, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, * qui fuit 34
Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui
fuit Thare, qui fuit Nachor, * qui fuit Sarug, 35
qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit He-
ber, qui fuit Sale, * qui fuit Cainan, qui fuit 36
Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui
37 fuit Lamech, * qui fuit Mathusale, qui fuit
Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui
38 fuit Cainan, * qui fuit Henos, qui fuit Seth,
qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAP. IV.

Matt. 4. a.1. I Esus autẽ plenus Spiritu sancto regressus 1
Marc. 1. b.12. est à Iordane: & agebatur à Spiritu in de- A
sertũ, * dieb. quadraginta, & tẽtabatur à dia- 2
bolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & 3
consummatis illis esuriit. * Dixit autem
illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic
[b] Deut.8. a.3. vt panis fiat. * Et respondit ad illum Iesus: 4
Scriptum est: [b] Quia non in solo pane vi-
Mat. 4. a.4. uit homo, sed in omni verbo Dei. * Et dixit 5
illum diabolus in montẽ excelsum, & osten-
ditilli omnia regna orbis terræ in momen-
to temporis, * & ait illi: Tibi dabo potestatẽ 6
hanc vniuersam, & gloriã illorũ: quia mi-
hi tradita sunt, & cui volo do illa. * Tu ergo 7
si adoraueris coram me, erunt tua omnia.
[b] Deut.16 c.13. & 10.d.20. * Et respondens Iesus dixit illi: [b] Scriptum 8
est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi B
soli seruies. * Et duxit illum in Ierusalem, & 9
statuit eum super pinnam templi, & dixit il-
li: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.
[a] Ps. 90. c.11. * [a] Scriptum est enim, q̃ Angelis suis man- 10
dauit de te, vt conseruent te. * & quia in ma- 11
[b] Deut.6. c.16. nibus tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ
pedem tuum. * Et respondens Iesus, ait illi: 12
Dictum est: [b] Non tentabis Dominũ Deum
[a] Mat.4. b.13. tuum. * Et consummata omni tentatione, 13
diabolus recessit ab illo, vsq. ad tempus. * [a] Et 14
Marc. 1. b.14. regressus est Iesus in virtute Spiritus in Ga-
[a] Mat.13 c.54. lilæam, & fama exijt per vniuersam regionẽ C
de illo. * Et ipse docebat in synagogis eorũ, 15
& magnificabatur ab omnibus. [b] * Et venit 16
Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secũ- Marc. 6.
dum cõsuetudinem suam die sabbati in sy- a.1.
17 nagogam, & surrexit legere. * Et traditus Ioan.4.
est illi Liber Isaiæ prophetæ. Et vt reuolutit f.45.
18 libriũ, inijenit locum vbi scriptũ erat: * [a] Spi- [a] Isa. 61.
ritus Domini super me: propter quod vnxit a.1.
me, euãgelizare pauperibus misit me, sana-
19 re contritos corde, * prædicare captiuis re-
missionem, & cæcis visum, dimittere confra-
ctos in remissionem, prædicare annum Do-
20 mini acceptum, & diem retributionis. * Et
Dcum plicuisset librum, reddidit ministro, &
sedit. Et omnium in synagoga oculi erant
21 intendẽtes in eum. * Cepit autem dicere ad
illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura
22 in auribus vestris. * Et omnes testimonium
illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ,
quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant:
23 Nõne hic est filius Ioseph? * [a] Et ait illis: Vtq̃
dicetis mihi hanc similitudinem: Medi-
24 cè cura teipsum: quanta audiuimus facta in
Capharnaum, fac & hic in patria tua. * Ait
autem: Amen dico vobis, quia nemo pro-
25 phetа acceptus est in patria sua. * In veri-
tate dico vobis, [a] multæ viduæ erant in die- [a] 3. Reg.
b. 8 Eliæ in Israel, quãdo clausum est cælum 17.a.9.
annis tribus, & menses sex: cum facta esset
26 fames magna in omni terra: * & ad nullam
illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sido-
27 niæ, ad mulierem viduã. * [a] Et multi leprosi [a] 4. Reg.
E erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo 5.d.14.
28 eorũ mundatus est nisi Naaman Syrus. * Et
repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audi-
dien-

dientes.* Et surrexerunt,& eiecerunt illum 29
extra ciuitatem:& duxerunt illum vsque ad
supercilium montis,super quem ciuitas illo-
rum erat ædificata, vt præcipitarent eum.
* Ipse auté transiens per medium illorum, 30
"Matt.4. ibat.*" Et descendit in Capharnaum ciuita- 31
b.13. tem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis.
Mar.1.c. * Et stupebant in doctrina eius,quia in po- 32
21. testate erat sermo ipsius.*" Et in synagoga 33
Mar.7.d. erat homo habens, dæmonium immundũ
24. & exclamauit voce magna, * dicens: Sine, 34
" Mar.1. quid nobis, & tibi Iesu Nazarene ? venisti F
c.23. perdere nos? scio te quis sis,Sãctus Dei.* Et 35
increpauit illum Iesus,dicens: Obmutesce,&
exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmo-
nium in medium exijt ab illo, nihilq. illum
nocuit. * Et factus est pauor in omnibus, 36
& colloquebantur ad inuicem, dicentes:
Quod est hoc verbum,quia in potestate,&
virtute imperat immundis spiritibus,& ex-
eunt?* Et diuulgabatur fama de illo in om- 37
nem locum regionis. * Surgens autem le- 38
sus de synagoga,introiuit in domum Simo-
"Matt.8. nis," Socrus autem Simonis tenebatur ma- G
b.14. gnis febribus: & rogauerunt illum pro ea.
Mar.1.c. * Et stans super illam imperauit febri:& di- 39
30. misit illam. Et continuò surgens,ministra-
bat illis.* Cum autem Sol occidisset:omnes, 40
qui habebant infirmos varijs languoribus,
ducebant illos ad eum. At ille singulis ma-
nus imponens,curabat eos. * Exibât autem 41
" Mar.1. dæmonia à multis clamantia, & dicentia:
d.34. Quia tu es filius Dei: & increpans non sine-
bat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Chri-
stum.* Facta autem die egressus ibat in de- 42
sertum locum,& turbæ requirebant eum,&
venerunt vsque ad ipsum:& detinebant illũ
ne discederet ab eis.* Quibus ille ait: Quia 43

& alijs ciuitatibus oportet me euangelizare
44 regnum Dei: quia ideo missus sum. * Et
erat prædicans in synagogis Galilææ.

CAP. V.

1 FActum est autem, cum turbæ irruerent
A in eum, vt audirent verbum Dei,& ipse
2 stabat secus stagnum Genesareth.*" Et vidit
duas naues stantes secus stagnum: piscato- " Mat.4.
res autem descenderant, & lauabant retia. c.18.
3 * Ascendens autem in vnã nauim, quæ erat Mat.1.c.
Simonis rogauit eum à terra reducere pusil- 26.
lum. Et sedens docebat de nauicula turbas,
4 * Vt cessauit autem loqui,dixit ad Simoné:
Duc in altum,& laxate retia vestra in captu
5 ram * Et respondens Simon,dixit illi: Præ-
ceptor, per totam noctem laborantes,nihil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.
6 * Et cum hoc fecissent, concluserunt pisciũ
B multitudinem cõpiosam,rumpebatur auté
7 rete eorum. * Et annuerunt socijs,qui erant
in alia naui vt venirent, & adiuuarent eos.
Et venerunt, & impleuerunt ambas nauicu
8 las,ita vt pene mergerentur.* Quod cum vi-
deret Simon Petrus,procidit ad genua Iesu,
dicens: Exi à me,quia homo peccator sum,
9 Domine: * Stupor enim circũdederat eum,
& omnes, qui cum illo erant, in captura pi-
10 scium,quam ceperant:* Similiter autem Ia-
cobum,& Ioannem, filios Zebedæi,qui erát
socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: No-
li timere: ex hoc iam homines eris capiens.
11 * Et subductis ad terrã nauibus,relictis om
C nibus secuti sunt eum.*" Et factum est,cum
12 esset in vna ciuitatum,& ecce vir plenus le- "Matt.8.
pra,& videns Iesum, & procidẽs in faciem, a.2.
rogauit eum,dicẽs: Domine,si vis,potes me Mar.1.d
13 mundare.* Et extendens manũ,tetigit eum 40.
dicẽs: Volo: Mundare. Et cõfestim lepra di-

scessit

scessit ab illo.* & ipse præcepit illi vt nemi- 14
ni diceret:sed, Vade,ostende te sacerdoti,&
"Leu.14. offer pro emundatione tua," sicut præcepit
2.4. Moyses,in testimonium illis.* Perambula- 15
bat autem magis sermo de illo:& conuenie-
bant turbæ multæ vt audirent, & curarẽtur
ab infirmitatibus suis. * Ipse aũt secedebat 16
in desertum,& orabat.* Et factũ est in vna 17
dierum,& ipse sedebat docens. Et erát Pha- D
risæi sedentes,& legis doctores,qui venerát
ex omni castello Galilææ,& Iudææ,& Ieru-
salem: & virtus Dñi erat ad sanandum eos:
"Matt.9. *" Et ecce viri portantes in lecto hominẽ, 18
a.2. qui erat paralyticus:& quærebant eũ inferre
Mar.2.a. & ponere ante eũ.* Et non inuenientes qua 19
3. parte illũ inferrẽt præ turba, ascenderũt su-
pra tectũ, & per tegulas summiserunt eum
cũ lecto in mediũ ante Iesum.* Quorũ fidẽ 20
vt vidit,dixit: Homo remittuntur tibi pec-
cata tua.* Et cœperũt cogitare Scribæ,& Pha- 21
risæi,dicẽtes: Quis est hic,qui loquitur blas- E
phemias? Quis potest dimittere peccata,nisi
solus Deus? * Vt cognouit aũt Iesus cogita- 22
tiones eorum,rñdens,dixit ad illos: Quid co
gitatis in cordibus vestris?* Quid est facilius 23
dicere: Dimittuntur tibi peccata:an dicere:
Surge,& ambula?* Vt autem sciatis quia Fi- 24
lius hominis habet potestaté in terra dimit-
tendi peccata,(ait paralytico) Tibi dico,sur-
ge,tolle lectũ tuũ,& vade in domum tuam.
* Et confestim consurgens coram illis, tulit 25
lectum, in quo iacebat: & abijt in domũ suã
magnificãs Deum.* Et stupor apprehendit 26

omnes,& magnificabant Deum. Et repleti
sunt timore,dicentes: Quia vidimus mirabi
27 lia hodie.* " Et post hæc exijt,& vidit pu- " Mat.9.
blicanũ nomine Leui, sedentẽ ad Teloniũ, d.9.
28 & ait illi. Sequere me. * Et relictis omnibus Mar.2.c.
29 surgens secutus est eũ.* & fecit ei conuiuiũ 24.
F magnũ Leui in domo sua,& erat turba mul
ta publicanorũ,& aliorũ, qui cum illis erant
30 discumbentes.*" Et murmurabant Phari- " Mar.2.
sæi, & Scribæ eorum dicentes ad discipulos c.18.
eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus
31 manducatis,& bibitis? * Et respondens Ie-
sus,dixit ad illos: Nõ egent qui sani sunt me
32 dico,sed qui male habent.* Non veni voca-
33 re iustos,sed peccatores ad pœnitentiã.* At
illi dixerunt ad eũ: Quare discipuli Ioannis
ieiunant frequẽter, & obsecrationẽs faciunt,
similiter & Pharisæorum: tui aũt edunt,&
34 bibunt?* Quibus ipse ait: Numquid potestis
filios sponsi, dum cum illis est sponsus, fa-
35 cere ieiunare?* Venient aũt dies:cum abla-
G tus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt
36 in illis diebus.* Dicebat autem,& similitu-
dinem ad illos: Quia nemo commissuram à
nouo vestimento immittit in vestimentum
vetus:alioquin & nouũ rumpit,& veteri nõ
37 conuenit cõmissura à nouo.* Et nemo mit
tit vinũ nouũ in vtres veteres: alioquin rũ-
pet vinum nouum vtres, & ipsum effunde-
38 tur,& vtres peribunt,* sed vinum nouum
in vtres nouos mittendum est,& vtraq. con-
39 seruantur. * Et nemo bibens vetus, statim
vult nouum,dicit enim: Vetus melius est.

CAP. VI.

Mat.12. a.1. Mar.2.d 23.

FActum est autem in sabbato secundo, 1
primo cum transiret per sata, vellebant A

discipuli eius spicas, & manducabant con-
2 fricantes manibus * Quidam aũt Pharisæo-
rum dicebant illis: quid facitis quod non li-
3 cet in sabbatis.* Et respondens Iesus ad eos
dixit:

dixit: Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid,cũ
" 1. Reg. eſuriſſet ipſe,& qui cum illo erant?" * Quo- 4
21. b 6. modo intrauit in domum Dei,& panes pro-
poſitionis ſumpſit, & manducauit, & dedit
his,qui cum ipſo erant: quos non licet man-
" Leu. 24. ducare"niſi tantum ſacerdotibus?* Et dice- 5
b. 9. bat illis: Quia Dominus eſt Filius hominis,
Exo. 29. etiam ſabbati.* Factum eſt autem,& in alio 6
c. 32. ſabbato, vt intraret in ſynagogam, & doce-
"Mat. 12. ret." Et erat ibi homo,& manus eius dextra
b. 10. erat arida. * Obſeruabant autem Scribæ,& 7
Mar. 3. a Phariſæi ſi in ſabbato curaret: vt inuenirét B
2. vnde accuſarent eum *Ipſe verò ſciebat co- 8
gitationes eorum: & ait homini,qui habe-
bat manum aridam: Surge,& ſta in mediũ.
Et ſurgens ſtetit. * Ait autem ad illos Ieſus: 9
Interrogo vos ſi licet ſabbatis benefacere,an
male;animã ſaluam facere,an perdere?* Et 10
circumſpectis omnibus dixit homini: Extẽ-
de manum tuam. Et extẽdit:& reſtituta eſt
manus eius. * Ipſi aũt repleti ſunt inſipiẽtia. 11
& colloquebantur ad inuicem, quidnam fa-
cerent Ieſu. * Factum eſt autem in illis dieb. 12
exijt in montem orare, & erat pernoctãs in
" Mat 10. oratione Dei *"Et cum dies factus eſſet, vo- 13
a. 1. cauit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex
Mar...b. ipſis(quos & Apoſtolos nominauit)* Simo- 14
13. nem, quem cognominauit Petrum, & An-
dream fratrem eius Iacobum,& Ioannem,
Philippum,& Bartholomæum,* Matthæũ, 15
& Thomam; Iacobum Alphæi,& Simonẽ, C
qui vocatur zelotes,*& Iudam Iacobi,& Iu- 16
dam Iſcariotem,qui fuit proditor.* Et de- 17
ſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri,
& turba diſcipulorum eius, & multitudo
copioſa plebis ab omni Iudæa,& Ieruſalem,
& maritima,& Tyri,& Sidonis,*qui vene- 18
rant vt audirent eum, & ſanarentur à lan-
guoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritib
immundis,curabantur.* Et omnis turba quæ- 19
rebat eum tangere:quia virtus de illo exibat
" Matt. 5. & ſanabat omnes * " Et ipſe eleuatis oculis 20
a. 2. in diſcipulos ſuos,dicebat: Beati pauperes:
" Matt. 5. quia veſtrum eſt regnum Dei.* " Beati,qui 21
a. 11. nunc eſuritis:quia ſaturabimini. Beati, qui
nunc fletis:quia ridebitis * Beati eritis cum 22
vos oderint homines, & cum ſeparauerint
vos,& exprobrauerint, & eiecerint nomen
veſtrum tamquam malum propter Filium
hominis * Gaudete ĩ illa die,& exultate:ec- 23
ce enim merces veſtra multa eſt in cælo: ſe- D
cundum hæc enim faciebant Prophetis pa-
tres eorum.* Verumtamen væ vobis diuiti- 24
" Amo. 6. bus, quia habetis conſolationem veſtram.
a. 1. * " Væ vobis,qui ſaturati eſtis:quia eſurietis 25
Eccl. 31. Væ vobis,qui ridetis nunc: quia lugebitis,&
a. 8. flebitis * Væ cum benedixerint vobis homi- 26
Iſa. 65. c. nes:ſecundum hæc enim faciebant pſeudo-
12. prophetis patres eorum. * Sed vobis dico, 27
" Matt. 5. qui auditis: Diligite inimicos veſtros, bene-
g. 44 facite his,qui oderũt vos * Benedicite male- 28
" 1. Cor dicentibus vobis, & orate pro calumniãti-
6 b. 7. bus vos.* " Et qui te percutit in maxillam, 29
Mat. 7. b. præbe,& alteram " Et ab eo, qui aufert tibi
12. veſtimentum, etiam tunicam noli prohibe-
30 re. * Omni autem petenti te, tribue: & qui
31 aufert quæ tua ſunt,ne repetas.* " Et prout " Tob. 4. c. 16
vultis vt faciant vobis homines, & vos faci-
32 te illis ſimiliter.* " Et ſi diligitis eos,qui vos " Mat. 5.
diligunt,quæ vobis eſt gratia?nam & pecca- g. 46.
33 tores diligentes ſe diligunt * Et ſi benefece-
E ritis his, qui vobis benefaciunt: quæ vobis
eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciũt
34 *"Et ſi mutuum dederitis his, à quibus ſpe " Mat 5.
ratis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & g. 42.
peccatores peccatoribus fœnerantur, vt reci-
35 piant æqualia.* Verumtamen diligite inimi Deu. 15.
cos veſtros: benefacite, & mutuum date,ni- b. 8.
hil inde ſperantes: & erit merces veſtra mul
ta,& eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus
36 eſt ſuper ingratos,& malos * Eſtote ergo
miſericordes ſicut, & Pater veſter miſeri-
37 cors eſt. * Nolite iudicare,& non iudicabi-
mini,nolite condemnare, & non condem-
38 nabimini. Dimittite,& dimittemini. * Date,
& dabitur vobis: menſuram bonã, & cõfer-
tã,& coagitatã, & ſupereffluentẽ dabunt in
ſinũ veſtrum " Eadem quippe mẽſura,qua " Matt. 7.
39 menſi fueritis,remetietur vobis. * Dicebat a. 2.
autem illis,& ſimilitudinem: Numquid po- Mar. 4. c.
teſt cæcus cæcum ducere? Nõne ambo in fo- 24.
40 ueam cadunt? * " Non eſt diſcipulus ſuper " Mat. 10
F magiſtrum: perfectus autem omnis erit,ſi c. 24.
41 ſit ſicut magiſter eius.*" Quid autem vides Io. 13. b.
feſtucam in oculo fratris tui, trabem autẽ, 16.
42 quæ in oculo tuo eſt,non conſideras? * Aut " Matt. 7.
quomodo potes dicere fratri tuo: Frater ſi- a. 3.
ne eijciam feſtucam de oculo tuo:ipſe in ocu
lo tuo trabem non videns? Hypocrita eijce
primum trabem de oculo tuo: & tunc per-
ſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris
43 tui * " Non eſt enim arbor bona,quæ facit "Matt. 7.
fructus malos: neq arbor mala faciens fru- c. 16 &
44 ctum bonum * Vnaquæque enim arbor de 12. c. 33.
fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpi-
nis colligunt ficus:neq. de rubo vindemiant
45 vuã. * Bonus homo de bono theſauro cor-
G dis ſui profert bonum: & malus hõ de ma-
lo theſauro profert malum. Ex abundan-
46 tia enim cordis os loquitur. * Quid autem
vocatis me" Domine,Domine:& non facitis " Matt. 7.
47 quæ dico? * Omnis,qui venit ad me,& au- d 21.
dit ſermones meos,& facit eos: oſtendã vo- Rom. 2.
48 bis cui ſimilis ſit. * ſimilis eſt homini ædifi- b. 13.
canti domum, qui fodit in altum, & poſuit Iac. 1. b.
fundamentum ſuper petram, inundatione 12.
autem facta, illiſum eſt flumen domui illi,
& non potuit eam mouere: fundata enim
49 erat ſuper petram.* Qui autem audit,& nõ
facit: ſimilis eſt homini ædificanti domum
ſuam ſuper terram ſine fundamento: in
quam illiſus eſt fluuius, & continuò cecidit;
& facta eſt ruina domus illius magna.

CAP. VII.

1 CVm aũt impleſſet omnia verba ſua in
A aures plebis,intrauit Capharnaũ.* Cen Mar. 8. a
2 turionis autẽ cuiuſdam ſeruus male habẽs, 3.
erat

erat moriturus:qui illi erat pretioſus.* Et cũ 3
audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iu-
dæorum,rogans eum, vt veniret, & ſaluaret
ſeruum eius.* At illi cũ veniſſent ad Ieſum. 4
rogabant eũ ſolicitè,dicentes ei: Quia dignus
eſt,vt hoc illi præſtes, * diligit n. gentem no- 5
ſtrã;& ſynagogam ipſe ædificauit nobis *Ie- 6
ſus autẽ ibat cum illis. Et cũ iam non longè
eſſet à domo, miſit ad eum Cẽturio amicos
" Mat. 8. dicens: " Domine noli vexari: Nõ enim ſum
a. 8. dignus,vt ſub tectũ meum intres, * propter 7
quod & meipſum non ſum dignus arbitra-
tus,vt venirem ad te: ſed dic verbo,& ſana-
bitur puer meus, * nã & ego homo ſum ſub 8
poteſtate conſtitutus, habẽs ſub me milites: B
& dico huic vade,& vadit:& alij veni,& ve-
nit:& ſeruo meo, fac hoc, & facit * Quo au- 9
dito Ieſus miratus eſt: & conuerſus ſequen-
tibus ſe turbis dixit: Amen dico vobis, nec
in Iſrael tantã fidem inueni.* Et reuerſi,qui 10
miſſi fuerãt domũ,inuenerunt ſeruum, qui
languerat,ſanum. * Et factum eſt: deinceps 11
ibat in ciuitatem,quæ vocatur Nain: & ibant
cũ eo diſcipuli eius,& turba copioſa. * Cum 12
autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce
defunctus efferebatur filius vnicus matris
ſuæ,& hæc vidua erat:& turba ciuitatis mul-
ta cum illa.* Quam cum vidiſſet Dominus, 13
miſericordia motus ſuper eã, dixit illi: Noli
flere * Et acceſſit,& tetigit loculum.(Hi au- 14
tem,qui portabant,ſteterunt.) Et ait: Adole-
ſcẽs,tibi dico ſurge * Et reſedit qui erat mor- 15
tuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri C
ſuæ. * Accepit autẽ omnes timor,& magni- 16
" Inf. 24. ficabant Deum, dicentes: " Quia propheta
c. 19. magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſi-
Ioa. 4. c. tauit plebem ſuam * Et exijt hic ſermo in 17
19. vniuerſam Iudæam de eo, & in omnẽ circa
regionem. * Et nunciauerũt Ioanni diſcipu- 18
19 li eius de omnibus his *" Et cõuocauit duos " Mar. 11
de diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum a. 2.
dicens: Tu es qui venturus es,an alium expe
20 ctamus?* Cum autem veniſſent ad eũ viri,
dixerũt: Ioannes Baptiſta miſit nos ad te di-
cens: Tu es, qui venturus es an alium expe-
21 ctamus?* (In ipſa autem hora multos cura-
uit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus ma-
22 lis,& cæcis multis donauit viſum.) * Et re-
ſpondens, dixit illis: Euntes renunciate Ioan- " Iſa. 35.
D ni quæ audiſtis, & vidiſtis: " Quia cæci vi- b. 5.
dent,claudi ambulant, leproſi mundantur,
ſurdi audiunt, morti reſurgũt, pauperes e-
23 uangelizantur:*& beatus eſt quicumq. non
24 fuerit ſcãdalizatus in me * Et cum diſceſſiſ-
ſent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere
ad turbas: Quid exiſtis in deſertum videre?
25 arundinem vento agitatam?* Sed quid exi-
ſtis videre? hominem mollibus veſtimentis
indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt,&
26 delicijs,in domibus regum ſunt. * Sed quid
exiſtis videre? prophetam? Vtique dico vo-
27 bis,& pluſquam Prophetã: *" hic eſt,de quo " Mal. 3.
ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meũ an- a. 1.
te faciem tuam,qui præparabit viam tuã an-
28 te te.* Dico n. vobis Maior inter natos mu- Mat. 11.
lierum propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt, b. 10.
qui autem minor eſt in regno Dei, maior eſt Mar. 1.
29 illo. * Et omnis populus audiens & publica- a. 2.
E ni,iuſtificauerunt Deum,baptizati baptiſmo
30 Ioannis.* Phariſæi autem,& legis periti cõ-
ſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos, nõ ba-
31 ptizati ab eo.* Ait autem Dñs:" Cui ergo ſi- " Mat. 11.
miles dicam homines generationis huius? b. 16.
32 & cui ſimiles ſunt?* Similes sũt pueris ſedẽ- " Mat. 3.
tibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & a. 4.
dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non Mar. 1.
33 ſaltaſtis, lamẽtauimus,& nõ ploraſtis.* " Ve- a. 6.
nit enim Ioannes Baptiſta, neq. manducans
pa-

panem, neque bibens vinũ, & dicitis: Dæmonium habet. * Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. * Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. * Rogabat 36 autem illum quidam de Pharisæis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. * " Et ecce mulier, quæ erat 37 in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrũ vnguenti: * & stans retrò secus pedes eius, 38 lacrimis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. * Videns autem 39 Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tãgit eum: quia peccatrix est. * Et respondens Iesus, dixit ad il- 40 lum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. * Duo debitores erant 41 cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. * Non 42 habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligitis? * Re- 43 spondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui G plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. * Et conuersus ad mulierem, dixit Simo- 44 ni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrimis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. * Osculum mihi non dedisti: 45 hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. * Oleo caput meum 46 non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. * Propter quod dico tibi: Remit- 47 tuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. * Dixit autem ad illam. " Re- 48

" Matth. 26.a.7. Mar. 14. a.3. Ioan. 12. a.3.

49 mittuntur tibi peccata. * Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est " Mat.9.
50 hic, qui etiam peccata dimittit? * Dixit autẽ a.2.
ad mulierem: Fides tua te saluam fecit vade in pace.

CAP. VIII.

1 A ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei: & duodecim
2 cum illo, * & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus. " Mat.16
" Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua se- c.9.
3 ptem dæmonia exierant, * & Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. * Cum autem turba plurima con-
4 uenirent, & de ciuitatibus properarent ad " Mat.13
5 eum, dixit per multitudinem: *" Exijt qui se- a.1.
minat seminare semen suum: & dum semi- Mat.4.
nat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum a.2.
6 est, & volucres cœli comederunt illud. * Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit,
7 quia non habebat humorem. * Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffo- " Isa.6.c.
S cauerunt illud. * Et aliud cecidit in terram 9.
bonam: & ortum fecit fructum centuplum. " Mat.13.
Hæc dicens clamabat: Qui habet aures au- b.14.
9 diendi, audiat. * Interrogabant autem eum Mat.4.b
10 discipuli eius, quæ esset hæc parabola. * Qui- 12.
B bus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, ceteris autem in parabolis: Io.12.f.
" vt videntes non videant, & audientes non 40.
11 intelligant. * Est autem hæc parabola: Se- Act. 28.
12 men est verbum Dei. * Qui autem secus viã f.16.
hi sunt, qui audiunt: deinde venit diabolus, Rom.11
& tollit verbum de corde eorum, ne creden- b.8.
13 tes salui fiant. * Nam qui supra petram: qui

cum

cum audierunt, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. * Quod autẽ in spinas cecidit: hi sunt, 14 qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocãtur, & non referunt fructum. * Quod autem in 15 bonam terram hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *" Nemo autem 16 lucernã accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. *" Non est 17 enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod nõ cognoscatur, & in palam veniat. *" Videte ergo quomodo audia- 18 tis? Qui enim habet, dabitur illi: & quicum- C que non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. *" Venerunt autem ad il- 19 lum mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. * Et nũciatum est illi: 20 Mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te videre. * Qui respõdens, dixit ad eos: Ma- 21 ter mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. *" Factum est au- 22 tem in vna dierum: & ipse ascendit in naviculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. * Et nauigãtibus illis obdormiuit, & descen 23 dit procella venti in stagnum, & complebãtur, & periclitabantur. * Accedentes autem 24 suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens: increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit: & facta est tãquillitas. * Dixit autem illis: Vbi est fides 25 vestra? Qui timentes, mirati sunt ad inuicẽ, D dicentes: Quis putas hic est, quia & ventis, & mari imperat, & obediunt ei? * Et nauiga- 26 uerunt ad regionem Gerasænorum, quæ est contra Galilæam. * Et cum egressus esset 27 ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neqũe in domo manebat, sed in monumentis. * Is, vt 28 vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi est Iesu Fili Dei Altissimi? obsecro te, ne me torqueas. * Præcipiebat enim spiritui im- 29 mundo, vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. * Interrogauit autem illum Iesus, dicens: 30 Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eũ. * Et 31 rogabant illum ne imperaret illis, vt in abyssum irent. * Erat autem ibi grex porcorum 32 multorum pascentium in mõte: & rogabãt E eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. * Exierunt ergo dæmonia ab 33 homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. * Quod vt viderunt factum, qui 34 pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas. * Exierunt autem videre 35

" Mat.5. b.15. Mat.4. c.21. " Mat.10 c.26. Mat.4. c.22. " Matth. 13.b.12. & 25.c. 29. " Matth. 12.d.46. Mat.5. d.31. " Mat.8. d.23. Mat.4. d.36.

quod factum est, & venerũt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pe- 36 des eius, & timuerunt. * Nunciauerunt aũt illis, & qui viderant, quomodo sanus factus 37 esset à legione: * & rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorũ, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. 38 * Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Ie- 39 sus, dicens. * Redi in domum tuã, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset 40 Iesus. * Factum est autem cum redijsset Iesus, excepit illum turba, erant enim omnes 41 expectantes eum. *" Et ecce venit vir cui no F men Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum, vt in- 42 traret in domum eius, * quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis compri- 43 mebatur. * Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, 44 nec ab vllo potuit curari: * accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & cõfestim 45 stetit fluxus sanguinis eius: * Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimũt, & affligunt 46 & dicis: Quis me tetigit? * Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de 47 me exijsse. * Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes G eius: & ob quã causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum 48 confestim sanata sit. * At ipse dixit ei: Filia, 49 fides tua saluam te fecit: vade in pace. * Adhuc illo loquente, venit quidam ad principẽ synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia 50 tua, noli vexare illum. * Iesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli time- 51 re, crede tãtum, & salua erit. * Et cum venisset domum, non permisit intrare secũ quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, 52 & patrem, & matrem puellæ. * Flebant autẽ omnes, & plangebant illam. At ille dixit: 53 Nolite flere, non est mortua puella, sed dor- 54 mit. * Et deridebant eum, sciẽtes quod mortua esset. * Ipse autem tenens manum eius 55 clamauit, dicens: Puella, surge. * Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò. Et iussit illi dari manducare. * Et stupuerunt 56 parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent, quod factum erat.

" Mat.9. a.21. Mat.5. b.22.

CAP. IX.

1 A CONuocatis autem duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt lãguores curarẽt. Mat.10. a.1.
2 * Et misit illos prædicare regnum Dei, & sa- Mat.3. c.13.
3 nare infirmos. *" Et ait ad illos, Nihil tuleri- " Mat.10 a.9.
tis in viã, neque virgam, neque peram, ne-
que

que panem, neque pecuniam, neque duas tu-
nicas habeatis.* Et in quamcumque domum 4
intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.
Act. 13. g. 51. * Et quicumque non receperint vos, " exeun-
tes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum 5
vestrorum excutite in testimonium super
illos. * Egressi autem circuibant per castel- 6
Mat. 14 a. 1. la euangelizantes, & curantes vbique. *" Au- 7
diuit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ
Marc. 6. d. 14. fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod dicere-
tur * à quibusdam: Quia Ioannes surrexit à 8
mortuis: à quibusdam verò: Quia Elias ap-
paruit: ab alijs autem: Quia propheta vnus
de antiquis surrexit. * Et ait Herodes: Ioan- 9
nem ego decollaui: Quis est autem iste, de
quo ego talia audio? Et quærebat videre eũ.
* Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæ 10
cumque fecerunt: & assumptis illis secessit
seorsum in locum desertum, qui est Bethsai-
dæ. * Quod cum cognouissent turbæ, secutæ 11
sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis
de regno Dei. & eos, qui cura indigebant, sa-
nabat. * Dies autem cœperat declinare. Et ac- 12
Mat. 14 b. 15. cedentes duodecim dixerunt illi: " Dimitte B
turbas, vt euntes in castella, villasq. quæ circa
Marc. 6. d. 36. sunt, diuertant, & inueniãt escas: quia hic in
loco deserto sumus. * Ait autem ad illos: 13
Vos date illis manducare. At illi dixerunt,
" Ioan. 6. a. 9. " Non sunt nobis plus quam quinque panes,
& duo pisces: nisi forte nos eamus, & em-
amus in omnem hanc turbam escas. * Erant 14
autem fere viri quinque millia. Ait autem ad
discipulos suos: Facite illos discumbere per
conuiuia quinquagenos. * Et ita fecerunt. Et 15
discumbere fecerunt omnes. * Acceptis autẽ 16
quinque panibus, & duobus piscibus, respe-
xit in cælum, & benedixit illis, & fregit, & di-
stribuit discipulis suis, vt ponerent ante tur-
bas. * Et manducauerunt omnes, & saturati 17
sunt. Et sublatũ est quod superfuit illis, frag-
18 mentorum cophini duodecim. *" Et factum
est cum solus esset orans erãt cum illo, & di-
scipuli: & interrogauit illos dicẽs: Quem me
19 dicunt esse turbæ? * At illi responderunt, &
dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem
Eliam, alij verò quia vnus Propheta de prio-
20 ribus surrexit. * Dixit autem illis: Vos autem
quem me esse dicitis? Respondens Simõ Pe-
21 trus dixit: Christum Dei. * At ille increpans
22 illos, præcepit ne cui dicerent hoc, * dicens:
" Quia oportet filium hominis multa pati,
& reprobari à senioribus, & principibus sa-
cerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die
23 resurgere. * " Dicebat autem ad omnes: Si
C quis vult post me venire, abneget semetip-
sum, & tollat crucem suam quotidie, & se-
24 quatur me. * Qui enim voluerit animam
suam saluam facere, perdẽ illam: nam qui
perdiderit animam suam propter me saluã
25 faciet illam, * quid enim proficit homo, si
lucretur vniuersum mundum
26 * " Nam qui me erubuerit, & meos sermo-
nes: hunc Filius hominis erubescet cum ve-
nerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorũ
27 Angelorum. * " Dico autem vobis verè:
sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt
28 mortem, donec videant regnum Dei. * " Fa-
D ctum est autem post hæc verba fere dies o-
cto & assumpsit Petrum, & Iacobum & Ioã-
29 nem, & ascendit in montem vt oraret. * Et
facta est, dũ oraret, species vultus eius alte-
30 ra: & vestitus eius albus, & refulgens. * Et
ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant
31 autem Moyses, & Elias, * visi in maiestate,
& dicebant excessum eius, quem completu-
32 rus erat in Ierusalem. * Petrus verò, & qui
cum illo erant, grauati erant somno. Et eui-
gilan-

" Mat. 16 b. 13. Mat. 8. c. 27.

" Mat. 17 d. 23. Mat. 8. e. 31.

" Mat. 10 d. 38. & 16. d. 24. Mat. 8. d. 34. Inf. 14. f. 27. & 17. g. 33. Ioan. 12. d. 25.

" Mat. 10 d. 33. Mat. 8. d. 38. 2. Ti. 2. b. 12.

" Mat. 16 d. 28. Mat. 9. a. 1.

" Mat. 17 a. 1. Mat. 9. a. 2.

gilantes viderunt maiestatem eius, & duos
viros, qui stabant cum illo. * Et factum est 33
cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum:
Præceptor, bonum est nos hic esse: & facia-
mus tria tabernacula, vnum Tibi, & vnum
Moysi, & vnum Eliæ: nesciens quod diceret.
* Hæc autem illo loquente, facta est nubes, 34
& obumbrauit eos, & timuerunt, intrantibus
illis in nubem. * Et vox facta est de nu- 35
be, dicens: " Hic est Filius meus dilectus,
" 2. Pe. 1. c. 17. ipsum audite. * Et cum fieret vox, inuen- E
tus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & ne- 36
mini dixerunt in illis diebus quid quam ex
his, quæ viderant. * " Factum est autem in 37
sequẽti die, descendentibus illis de monte,
occurrit illis turba multa. * Et ecce vir de 38
" Matth. 17. b. 24. Mar. 9. c. 17. turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro
te, respice in filium meum, quia vnicus est
mihi: * ecce spiritus apprehendit eum, & 39
subitò clamat & elidit, & dissipat eum cum
spuma, & vix discedit dilanians eum: * & 40
rogaui discipulos tuos vt eijcerent illum, &
non potuerunt. * Respondens autem Iesus, 41
dixit: O generatio infidelis, & peruersa, vs-
quequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc
huc filium tuum. * Et cum accederet, elisit 42
illum dæmonium, & dissipauit. * Et increpa- 43
uit Iesus spiritum immundum, & sanauit
puerum, & reddidit illum patri eius. * Stupe- 44
bant autem omnes in magnitudine Dei;
omnibusque mirantibus in omnibus, quæ fa- F
ciebant, dixit ad discipulos suos: Ponite vos
in cordib. vestris sermones istos. Filius enim
hominis futurũ est, vt tradatur in manus ho
minum. * At illi ignorabant verbũ istud, & 45
erat velatũ ante eos vt non sentirent illud:
& timebant eum interrogare de hoc verbo.
" Mat. 18 a. 1. Mar. 9. c. 33. * " Intrauit autẽ cogitatio in eos, quis eorum 46
maior esset. * At Iesus videns cogitationes 47
cordis illorum, apprehendit puerum, & sta-
tuit illum secus se, * & ait illis: Quicumque 48
susceperit puerum istũ in nomine meo, me
recipit: & quicumque me receperit, recepit
eum, qui me misit. Nam qui minor est inter
vos omnes, hic maior est. * Respõdens autẽ 49
Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quendã
in nomine tuo eijcientem dæmonia, & pro-
hibuimus eum, quia nõ sequitur nobiscum.
* Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere: qui 50
enim non est aduersum vos, pro vobis est.
* Factum est autem dum complerẽtur dies 51
assumptionis eius, & ipse faciem suam firma
uit vt iret in Ierusalem. * Et misit nuncios ante 52
te conspectum suum: & euntes intrauerunt
in ciuitatem Samarit morum vt pararent illi.
* Et non receperũt eum, quia facies eius erat 53
euntis in Ierusalem: * Cum vidissent autem 54
discipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt: G
Domine, vis dicimus vt ignis descẽdat de cæ
lo, & consumat illos? * Et conuersus increpa 55
uit illos, dicens: Nescius cuius spiritus estis.
" Mat. 8. c. 19. Ioan. 3. a. 1. * " Filius hominis nõ venit animas perdere, 56
sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.
* Factum est autem: ambulantibus illis in 57
via, dixit quidam ad illum. Sequar te quocũ-
58 que ieris. * Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem ho-
59 minis non habet vbi caput reclinet. * Ait autem ad alterum: Sequere me, ille autem di-
60 xit: Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. * Dixitque ei Iesus.
Sine vt mortui sepeliãt mortuos tuos: tu au-
61 tem vade, & annuncia regnum Dei. * Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi
primum renunciare his, quæ domi sunt.
62 * Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manũ suam ad aratrum, & respicient retro, aptus est regno Dei.

CAP. X.

1 A POST hæc autem designauit Dominus, &
alios septuaginta duos, & misit illos bi-
nos ante faciem suam in omnem ciuitatem,
2 & locum, quò erat ipse venturus. * Et dice-
bat illis: " Messis quidem multa, operarij au- " Mat. 9. d. 37.
tem pauci. Rogate ergo dominum messis vt
3 mittat operarios in messem suam. * Ite " ecce " Mat. 10 a. 10.
4 ego mitto vos sicut agnos inter lupos. *" No- " Mar. 6. a. 8.
lite portare sacculum, neque peram, neq. cal-
ceamenta. & neminem per viã salutaueritis. " 4. Reg. 4. c. 29.
5 *" In quamcumq. domum intraueritis, pri-
6 mum dicite. Pax huic domui, * & si ibi fuerit
filius pacis, requiescet super illũ pax vestra:
7 sin autem, ad vos reuertetur. * In eadem au-
B tem domo manete edentes, & bibentes quæ
apud illos sunt: " dignus est enim operarius " Mat. 10 a. 10.
merced e tua. Nolite transire de domo in do Deu. 24. c. 14.
8 mum. * Et in quamcumque ciuitatem intra-
ueritis, & susceperint vos, mãducate quæ ap- 1. Tim. 5 c. 18.
9 ponuntur vobis, * & curate in firmos, qui in
illa sunt, & dicite illis; Appropinquauit in
10 vos regnum Dei. * In quamcumque autem
ciuitatem intraueritis, & non susceperint " Act. 13. g. 51.
11 vos, exeuntes in plateas eius, dicite. *" Etiam
puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate ve-
stra, extergimus in vos: tamen hoc scitote,
12 quia appropinquauit regnũ Dei: * Dico vo-
bis, quia Sodomis in die illa remissius erit,
13 quam illi ciuitati. *" Væ tibi Corozain, væ ti " Mat. 12 c. 26.
C bi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ
fuissent virtutes, quæ factæ sũt in vobis, olim
14 in cilicio, & cinere sedentes pæniterent. * Ve
rumtamen Tyro, & Sidoni remissius erit in
15 iudicio, quam vobis. * Et tu Capharnnũ vs-
que ad cælũ exaltata, vsque ad infernum de-
16 mergeris. *" Qui vos audit, me audit: & qui
vos spernit, me spernit. Qui autem me sper-
17 nit, spernit eum, qui misit me. * Reuersi " Matth. 10. d. 40. Io. 13. c. 20.
sunt autem septuaginta duo cum gaudio, di-
centes: Domine, etiam dæmonia subijciun-
18 tur nobis in nomine tuo. * Et ait illis: Vide-
bam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.
19 * Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra
D serpentes, & scorpiones, & super omnem
20 virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. * Ve
rumtamen in hoc nolite gaudere, quia spi-
ritus vobis subijciuntur: gaudete autem,
quod nomina vestra scripta sunt in cælis. " Mat. 11 d. 25.
21 *" In ipsa hora exultauit Spiritu sancto, &

dixit: Confiteor tibi pater, Domine cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te. * Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. * 23 Et conuersus ad discipulus suos, dixit: " Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. * Dico 24 enim vobis, quod multi prophetæ, & regis E voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audie-

" Matth. 23.d.16.

25 runt. * " Et ecce quidã Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciẽ 26 do vitam æternam possidebo? * At ille dixit ad eum: In lege quid scriptũ est? quomodo 27 legis? * Ille respondens dixit: " Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximũ tuum 28 sicut teipsum. * Dixitque illi: Rectẽ respõdi- 29 sti: hoc fac, & viues. * Ille aũt volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus 30 proximus? * Suscipiens autem Iesus, dixit:

" Matth. 21.d.37. Mat.12. c.28. " Deu.6. a.5.

Homo quidã descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. * Accidit autem vt 31 sacerdos quidam descenderet eadem via, & Fviso illo præteriuit. * Similiter & Leuita, cũ 32 esset secus locum, & videret eum, pertrãsijt. * Samaritanus autem quidam iter faciens, 33 venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. * Et appropians alligauit vulnera 34 eius, infundens oleũ, & vinum: & imponens illum in iumentũ suum, duxit in stabulũ, & curam eius egit. * Et altera die protulit duos 35 denarios, & dedit stabulario: & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. * Quis horũ 36 trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui G incidit in latrones? * At ille dixit: Qui fe- 37 cit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. * Factum est 38 autem, dum iterent, & ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. * 39 & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbũ illius. * Martha autem satagebat circa fre- 40

quens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me ad- 41 iuuet. * Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga 42 plurima. * Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

1 A Et factum est: cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipu lis eius ad eũ: Domine, doce nos orare, sicut 2 docuit, & Ioannes discipulos suos. * Et ait illis: Cum oratis, dicite. " Pater sanctificetur 3 nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. * Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. 4 * Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et 5 ne nos inducas in tentationem. * Et ait ad il los: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, 6 cõmoda mihi tres panes, * quoniam amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo quod 7 ponam ante illum, * & ille de intus respondens

" Mat.6. b.9.

dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. * Et si ille perseuerauerit pulsans: dico 8 vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod A-B micus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet ne- cessarios. * " Et ego dico vobis: Petite, & dabi 9 tur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. * Omnis enim, qui petit ac- 10

Mat 7.a. 7 & 21.c 22.

cipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti ape- 11 rietur. * Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut pi- scem: numquid pro pisce serpentem dabit il- 12 li? * Aut si petierit ouum: numquid por- 13 riget illi scorpionem? * Si ergo vos cum si- tis mali nostis bona data dare filijs vestris quanto magis Pater vester de cælo dabit spi- 14 ritum bonum petentibus se? * Et erat eij- ciens dæmonium, & illud erat mutum. Et

Mat. 7.b. c. 24. Io. 14.b. 13. Iac. 1. a. 5. Mar.7.b 9. " Mat.9. d. 38. & 12.b.22. Mar.3.c. 22.

cum eiecisset dæmonium, locutus est mu- tus, & admiratæ sunt turbæ. * Quidam au- 15 tem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. * Et alij ten- 16 tantes, signum de cælo quærebant ab eo. * 17 Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, di- xit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. * Si autem & Satanas in seipsum diuisus est 18 quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia: * Si autem 19 ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij ve- stri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri C erunt. * Porrò si in digito Dei eijcio dæmo- 20 nia: profectò peruenit in vos regnum Dei. * Cum fortis armatus custodit atrium suũ, 21 in pace sunt ea, quæ possidet. * Si autem for- 22 tior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. * Qui non est mecum, 23 contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. * Cum immundus spiritus exie- 24 rit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meã vnde exiui. * Et 25 cum venerit, inuenit eam scopis munda- tam, & ornatam. * Tunc vadit, & assumit 26 septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima ho- 27 minis illius peiora prioribus. * Factum est D autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. 28 * At ille dixit: Quinimmo beati, qui au- diunt verbum Dei, & custodiunt illud. 29 * Turbis autem concurrentibus cœpit dice- re: " Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, 30 nisi signum Ionæ prophetæ. * " Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit, & Filius 31 hominis generationi isti. * " Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis hu- ius, & condemnabit illos, quia venit à fini- bus terræ audire sapientiam Salomonis: & 32 ecce plus quam Salomon hic. * Viri Ni- niuitæ surgent in iudicio cum generatione hac: & condemnabunt illam: quia pœni- tentiam egerunt ad prædicationem Ionæ, 33 & ecce plus quam Ionas hic. * " Nemo lu- cernã accendit, & in abscondito ponit, ne- que sub modio: sed supra candelabrũ, vt qui 34 ingrediuntur, lumen videant. * " Lucer- na corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam 35 corpus tuũ tenebrosum erit. * Vide ergo ne

" Mat.12. c.39. " Ion. 2. a.2. " 3. Reg. 10.a.1. 2. Par.9. a.1. " Ion.3.b 5. " Mat. 5. b.15. Mar.4.c. 21. " Mat.6. c.21.

lumen,quod in te est,tenebræ sint. * Si ergo 36
corpus tuum totum lucidum fuerit,non habens aliquam partem tenebratum,erit lucidũ totum,& sicut lucerna fulgoris illuminabit te.
* Et cum loqueretur, rogauit illum quidam 37
Pharisæus,vt pranderet apud se. Et ingressus recubuit. * Pharisæus autem cœpit intra se re- 38
putans dicere,quare non baptizatus esset ante prandium. * Et ait Dñs ad illum: " Nunc 39
vos Pharisæi,quod deforis est calicis,& catini,mundatis:quod autem intus est vestrum, plenum est rapina,& iniquitate. * Stulti,non. 40
ne, qui fecit,quod deforis est,etiam id, quod deintus est,fecit? * Verumtamen quod su- 41
perest,date eleemosynam,& ecce omnia mũda sunt vobis. * Sed vę vobis Pharisæis,quia 42
decimatis menthã,& rutam,& omne olus,& præteritis iudicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere,& illa non omittere. * 43
" Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis,& salutationes in foro. * Væ vobis,quia estis,vt monumenta,quę 44
nõ apparent,& homines ambulantes supra, nesciunt. * Respondẽs aũt quidã ex Legispe- 45

" Mat. 23 c. 25.
" Inf 20. g. 45. Mar. 12. d. 38. Mat. 23. a. 6.

ritis,ait illi: Magister, hæc dicens etiã contu- 46
meliã nobis facis: * At ille ait: Et vobis Legisperitis væ: " quia oneratis homines oneribus, quæ portare nõ possunt,& ipsi vno digito ve 47
stro nõ tangitis sarcinas. * Væ vobis,qui ędificatis monuměta Prophetarũ: patres autem 48
vestri occiderũt illos. * Profectò testificami- G ni,quod consentitis operibus patrum vestrorum,qm̃ ipsi quidem eos occiderunt,vos aũt 49
ædificatis eorũ sepulchra. * Propterea & sapientia Dei dixit: Mittã ad illos Prophetas,& Apostolos,& ex illis occident,& persequẽtur: 50
* vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum,qui effusus est à constitutione mundi,à 51
generatione ista, * " à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare, & ædem. Ita dico vobis,requiretur ab hac ge 52
neratione. * Væ vobis Legisperitis,quia tulistis clauem scientiæ,ipsi non introistis,& eos, 53
qui introibant,prohibuistis. * Cum autẽ hæc ad illos diceret,cœperunt Pharisæi,& Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere 54
de multis, * insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

" Mat. 23. a. 4.
" Gen. 4. b. 8. 2. Paral. 24. f. 22.

CAP. XII.

MVltis autem turbis circumstantibus,ita 1
vt se invicem conculcarent,cœpit dicere ad discipulos suos: " Attendite à fermento
Pharisæorum, quod est hypocrisis. * Nihil 2
autem opertum est,quod non reueletur,neq. absconditum,quod non sciatur. * Quoniam 3
quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurẽ locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. * Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his,qui occidunt
corpus,& post hæc non habent amplius quid
faciant * Ostendam autem vobis quem ti- 5
meatis: timete eum,qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam, ita
dico vobis, hunc timete. * Nonne quinque 6
passeres væneunt dipondio,& vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? * Sed & ca- 7
pilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris e- 8
stis vos. * " Dico autem vobis: Omnis,quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram
Angelis Dei: * qui autem negauerit me corã 9
hominib. negabitur corã Angeli Dei. * " Et om-

" Mat. 10 c. 32. Mat. 8. d. 38. 1. Tim. 2. b. 12.
" Mat. 11 c. 33.

Mat. 5. b. 18.

omnis, qui dicit verbum in Filium hominis remittetur illi: ei autem,qui in Spiritum sanctum blasphemauerit,non remittetur. * Cũ 11
autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus,& potestates nolite soliciti esse qualiter,aut quid respondeatis,aut quid dicatis.
* Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa 12
hora quid oporteat vos dicere. * Ait autẽ ei 13
quidam de turba: Magister, dic fratri meo,vt diuidat mecum hereditatem. * At ille dixit 14
illi: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? * Dixitque ad illos: Vi- 15
dete,& cauete ab omni auaritia: quia non in C abũdantia cuiusquam vita eius est ex his,quę possidet. * Dixit autem similitudinem ad il- 16
los dicens. " Hominis cuiusdam diuitis vbe-
res fructus ager attulit: * & cogitabat intra se 17
dicens: Quid faciã,quia non habeo quò congregem fructus meos? * Et dixit: Hoc faciam: 18
Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia,quæ nata sunt mihi, & bona mea, * & dicam animæ meæ: Anima, 19
habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce,comede,bibe,epulare. * Dixit autẽ 20
illi Deus Stulte: hac nocte animam tuam,repetent à te: quæ autem parasti,cuius erunt?
* Sic est qui sibi thesaurizat,& non est in 21
Deum diues. * Dixitque ad discipulos suos: 22
Ideò dico vobis: " Nolite solicitę esse animæ
vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini * Anima plus est,quã esca,& cor- 23
pus plus quam vestimentum. * Considerate 24
coruos,quia non seminãt,neq. metunt,quib. non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? * Quis autem vestrum cogitando potest 25
adijcere ad staturam suam cubitum vnum? D
* Si ergo neque quod minimum est potestis, 26
quid de ceteris solicitis estis? * Considerate 27
lilia quomodo crescunt: non laborant,neque nent: dico autem vobis,nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.
* Si autem fœnũ,quod hodie est in agro, & 28
cras in clibanũ mittitur,Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? * Et vos nolite 29
quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli: * hæc enim omnia 30
gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigeris. * Veruntamen 31
quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. * Nolite 32
timere pusillus grex, quia complacuit patri
vestro dare vobis regnum * " Vendite: quæ 33
possideris,& date eleemosynam. Facite vobis sacculos,qui non veterascunt,thesaurum nõ deficientem in cælis: quo fur non appropiat, E
neque tinea corrumpit. * Vbi n. thesaurus 34
vester est,ibi & cor vestrum erit. * Sint lumbis 35
vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * & vos similes hominibus ex- 36
pectantibus dominum suum,quando reuertatur à nuptijs: vt cum venerit,& pulsauerit, confestim aperiant ei. * Beati serui illi,quos 37
cum venerit dominus,inuenerit vigilantes: amen dico vobis,quod præcinget se,& faciet
illos discumbere, & transiens ministrabit il- 38
lis. * Et si venerit in secunda vigilia,& si in
tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati
sunt serui illi * " Hoc autem scitote,quoniam 39
si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. * Et vos estote parati: quia qua 40
hora nõ putatis. Filius hominis veniet. * Ait 41
F autẽ ei Petrus: Domine ad nos dicis hanc pa-
rabolam: an & ad omnes? * Dixit autem Do- 42
minus; " Quis, putas,est fidelis dispensator, & prudens,quem constituit Dñs super familiam suam,vt det illi in tempore tritici men- 43
suram? * Beatus ille seruus,quem cum vene-
rit Dñs,inuenerit ita facientem. * Vere dico 44
vobis,quoniam supra omnia, quæ possidet, constituit illum. * Quod si dixerit seruus il- 45
le in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos,& ancil- 46
las,& edere, & bibere, & inebriari, * veniet
dñs serui illius in die,qua nõ sperat, & hora, qua nescit,& diuidet eum, partemq. eius cũ
infidelibus ponet. * Ille autem seruus, qui 47
cognouit voluntatem dñi sui,& non præparauit, & non fecit secundum voluntatem
eius, vapulabit multis: * qui autem non co- 48
gnouit,& fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omnis autem, cui multum datum est, multũ quæ rit ab eo,& cui cõdemnauerũt multum plus petent ab eo. * Ignem veni mittere 49
in terram, & quid volo nisi, vt accendatur? 50
G Baptismo autem habeo baptizari: & quomo- 51
do coarctor, vsque dum perficiatur? " Putatis,quia pacem veni dare in terram? Non,di- 52
co vobis, sed separationem: * erunt enim ex
hoc quinq. in domo vna diuisi, tres in duos, 53
& duo in tres * diuidentur: pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & 54
nurus in socrum suam. * " Dicebat autem, & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita 55
fit, * & cum austrum flantem, dicitis: Quia 56
æstus erit: & fit * Hypochritæ, faciem cæli, & terræ nostis probare: hoc autem tẽpus quo- 57
modo non probatis? * Quid autem, & à vo- 58
bis ipsis non iudicatis quod iustum est? * "
Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. * Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

Mat. 6. c. 20. & 19. c. 21.

" Mat. 14 d. 43.
" Apo. 18 c. 15.
" Mat. 10 a. 34.
" Mat. 16 a. 2.
" Mat. 5. d. 25.

CAP. XIII.

1 A DErant autem quidam ipso in tempo-
A re, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cũ sacrificijs eo- 2
rum. * Et respondens dixit illis: Putatis, q̃ hi Galilæi præ omnib. Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? * Non, dico vobis: 3
sed nisi pœnitentiã habueritis, omnes similiter peribitis. * Sicut illi decem, & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos:

eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præ-
ter omnes homines habitantes in Ierusalẽ?
* Non, dico vobis: sed si pœnitetiam non e- 5
geritis, omnes similiter peribitis. * Dicebat au-
tem, & hanc similitudinem: Arborem fici
habebat quidam plantatam in vinea sua, &
venit quærens fructum in illa, & non inue-
nit. * Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce 7
anni tres sunt, ex quo venio quærens fructũ
in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo B
illam: vt quid etiam terram occupat? * At il- 8
le respondens, dicit illi: Domine dimitte il-
lam, & hoc anno, vsque dum fodiam circa
illam, & mittam stercora: * & siquidem fece- 9
rit fructum, sin autem, in futurum succides
eam. * Erat autem docens in synagoga eorũ 10
sabbatis. * Et ecce mulier, quæ habebat spiri- 11
tum infirmitatis annis decem, & octo: & erat
inclinata, nec omninò poterat sursum respi-
re. * Quam cũ videret Iesus, vocauit eam ad 12
se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate C
tua. * Et imposuit illi manus, & confestim e- 13
recta est, & glorificabat Deum. * Respondẽs 14
autem archisynagogus, indignãs quia sabba-
to curasset Iesus dicebat turbæ: Sex dies sũt,
in quibus oportet operari: in his ergo venite,
& curamini, & non in die sabbati. * Respon- 15
dens autem ad illum Dominus dixit: Hypo-
critæ, vnusquisque vestrum sabbato non sol-
uit bouem suum, aut asinum à præsepio, &
ducit adaquare? * Hanc autẽ filiam Abrahæ, 16
quam alligauit satanas, ecce decem, & octo
annis non opportuit solui à vinculo isto die
sabbati? * Et cũ hæc diceret erubescebant om- 17
nes aduersarij eius: & omnis populus gaude- D
bat in vniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo.
Mat. 13 d. 31. * "Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, 18
Mat. 4. c 30. & cui similes æstimabo illud? * Simile est gra- 19
no sinapis, quod acceptũ homo misit in hor-
tum suum, & creuit, & factum est in arborẽ
magnam: & volucres cæli requieuerunt in ra-
Mat. 13 c. 33. mis eius. * "Et iterum dixit: Cui simile æsti- 20
mabo regnum Dei? * Simile est fermento, 21
quod acceptum mulier abscondit in farinæ
sata tria, donec fermentaretur totum. * Et 22
ibat per ciuitates, & castella docens, & iter fa-
ciens in Ierusalem. * Ait autem illi quidam: 23
Domine, si pauci sunt, qui saluãtur? Ipse au- E
tem dixit ad illos. * "Contendite intrare per 24
Mat. 7. b. 13. angustam portam: quia multi, dico vobis
quærent intrare, & non poterunt. * " Cum 25
Mat. 25 a. 10. autem intrauerit pater familias, & clauserit
ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostiũ,
dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens
dicet vobis: Nescio vos vnde sitis: * tunc in- 26
cipietis dicere: Manducauimus coram te, & F
bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et di-
Mat. 7. c. 23. & 25. d. 41. cet vobis: * Nescio vos vnde sitis, " di- 27
Psal. 6. c. 9. scedite à me omnes operarij iniquitatis. * 28
Ibi erit fletus, & stridor dentium: cum vide-
ritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & oẽs Pro-
phetas in regno Dei, vos autem expelli foras.
* Et venient ab Oriente, & Occidente, & A- 29
quilone, & Austro, & accumbent in regno
Dei. * "Et ecce sunt nouissimi, qui erunt pri- 30
31 mi, & sunt primi, qui erũt nouissimi. * In ip- "Mat. 19
sa die accesserunt quidã Pharisæorum, dicẽ- d. 30. &
tes illi: Exi, & vade hinc: quia Herodes vult 20. b. 16.
32 te occidere: * Et ait illis. Ite, & dicite vulpi il- Mat. 10.
G li: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio d. 31.
33 hodie, & cras, & tertia die consummor. * Ve-
rumtamen oportet me hodie, & cras, & se-
quenti die ambulare, quia non capit prophe-
34 tam perire extra Ierusalem. * "Ierusalem, Ie- "Mat. 23
rusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas d. 37.
eos, qui mittuntur ad te, quoties volui cõgre-
35 gare filios tuos, quemadmodum auis nidum
suũ sub pennis, & noluisti? * Ecce relinque-
tur vobis domus vestra deserta. Dico autem
vobis, quia non videbitis me, donec veniat
cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomi-
ne Domini.

CAP. XIIII.

1 A ET factum est cum intraret Iesus in do-
mum cuiusdam principis Pharisæorum
sabbato mandaucare panem, & ipsi obserua-
2 bant eum. * Et ecce homo quidam hydropi-
3 cis erat ante illum. * Et respondens Iesus di-
xit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si
4 licèt sabbato curare? * At illi tacuerunt. Ipse
verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit.
5 * Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum
B asinus, aut bos in puteum cadet, & non con-
6 tinuò extrahet illum die sabbati? * Et non po-
7 terant ad hæc respondere illi. * Dicebat autẽ,
& ad inuitatos parabolam, intendens quo-
modo primos accubitus eligerent, dicens ad
8 illos. * Cum inuitatus fueris ad nuptias, non
discumbas in primo loco, ne fortè honora-
9 tior te sit inuitatus ab illo, & veniens is, * qui
te, & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum:
& tunc incipias cum rubore nouissimum lo-
10 cum tenere: * sed cum vocatus fueris, vade,
recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit,
qui te inuitauit, dicat tibi: " Amice, ascende su-
perius. Tunc erit tibi gloria coram simul di- "Pro. 25.
11 scumbentibus: * " quia omnis, qui se exaltat, a. 7.
humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Mat. 23.
12 * Dicebat autem, & ei, qui se inuitauerat: " b. 12.
C " Cum facis prandium, aut cœnam, noli vo- "Inf. 18.
care amicos tuos, neque fratres tuos, neq. co- c. 14.
gnatos, neque vicinos diuites: ne fortè te, & "Tob. 4.
13 ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio, * sed b. 7.
cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, Pro. 3. b.
14 claudos, & cæcos: * & beatus eris, quia non 9.
habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi
15 in resurrectione iustorum. * Hæc cum au-
D disset quidam de simul discumbentibus, di-
xit illi. Beatus, qui manducabit panem in re-
16 gno Dei. * At ipse dixit te: " Homo quidã fe-
17 cit cœnam magnam, & vocauit multos. * Et
misit seruum suum hora cœnæ dicere inui- "Mat. 11.
tatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. a. 2.
18 * Et cœperunt simul omnes excusare. Pri- Apoc. 19
mus dixit ei: Villã emi, & necesse habeo exire, b. 9.
19 & videre illã; rogo te habe me excusatũ. * Et
alter

alter dixit, Iuga bouum emi quinque, & eo
probare illa: rogo te habe me excusatum.
* Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non 20
possum venire. * Et reuersus seruus nuncia- 21
uit hæc domino suo. Tunc iratus paterfami- E
lias, dixit seruo suo: Exi citò in plateas, & vi-
ces ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæ-
cos, & claudos introduc huc. * Et ait seruus: 22
Domine, factũ est, vt imperasti, & adhuc lo-
cus est. * Et ait dominus seruo: Exi in vias, 23
& sepes, & cõpelle intrare, vt impleatur do-
mus mea. * Dico autem vobis, quòd nemo 24
virorum illorũ, qui vocati sunt, gustabit cœ-
nam meam. * Ibant autem turbæ multæ cũ 25
eo: & conuersus dixit ad illos. * "Si quis venit 26
"Mat. 10 d. 37. ad me, & nõ odit patrem suum, & matrem, F
& vxorem, & filios, & fratres, & sorores, ad-
huc autem, & animam suã, non potest meus
"Mat. 10 d. 38. & 16. d. 24. Marc. 8. d. 34. esse discipulus. * "Et qui non baiulat crucem 27
suam, & venit post me, non potest meus esse
discipulus. * Quis enim ex vobis volens tur- 28
rim ædificare, nõ prius sedens, cõputat sum-
ptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perfi-
ciendum, * ne posteaquam posuerit funda- 29
mentum, & non potuerit perficere, omnes
qui vident, incipiant illudere ei, * dicentes: 30
Quia hic homo cœpit ædificare, & non po- G
tuit consummare? * Aut quis rex iturus cõ- 31
mittere bellum aduersus alium regem, non
sedens prius cogitat, si possit cũ decem mil-
libus occurrere ei, qui cum viginti millibus
venit ad se? * alioquin adhuc illo longè agen- 32
te, legationem mittens rogat ea, quæ pacis
sunt. * Sic ergo omnis ex vobis, qui non re- 33
nuntiat omnibus, quæ possidet, non potest
"Mat. 5. b. 15. Marc. 9. b. 50. meus esse discipulus. * " Bonum est sal. Si 34
autem sal euanuerit, in quo cõdietur? * Neq. 35
in terrã, neque in sterquilinium vtile est, sed fo
ras mittet. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

1 A ERant autem appropinquantes ei publi-
cani, & peccatores, vt audirent illum.
2 * Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, di-
centes: Quia hic peccatores recipit, & man-
3 ducat cũ illis. * Et ait ad illos parabolã istam
4 dicens: * Quis ex vobis homo, qui habet cen-
tum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nõne
dimittit nonagintanouem in deserto, & va-
5 dit ad illam, quæ perierat, donec inueniat
eam? * Et cum inuenerit eam, imponit in hu-
6 meros suos gaudens: * & veniens domũ con-
B uocat amicos, & vicinos, dicens illis: Cõgra-
tulamini mihi, quia inueni ouem meã, quæ
7 perierat? * Dico vobis, quòd ita gaudium
erit in cælo super vno peccatore pœniten-
tiam agente, quam super nonagintanouem
8 iustis, qui non indigent pœnitentia. * Aut
quæ mulier habens drachmas decem, si per-
diderit drachmam vnam, nõne accendit lu-
cernam, & euerrit domum, & quærit diligẽ-
9 ter, donec inueniat? * Et cum inuenerit con-
uocat amicas, & vicinas, dicens: Congratu-
lamini mihi, quia inueni drachmam, quam
10 perdideram? * Ita dico vobis, gaudium erit
C coram angelis Dei super vno peccatore pœ-
11 nitentiam agente. * Ait autem: Homo qui-
12 dam habuit duos filios: * & dixit adolescẽ-
tior ex illis patri: Pater, da mihi portionem
substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit il-
13 lis substantiam. * Et non post multos dies,
cõgregatis omnibus, adolescentior filius pe-
regrè profectus est in regionem lõginquam,
& ibi dissipauit substantiam suam viuendo
14 luxuriosè. * Et postquã omnia consummas-
set, facta est fames valida in regione illa, &
15 ipse cœpit egere. * Et abijt, & adhæsit vni ci-
D uium regionis illius. Et misit illũ in villam

suã, vt pasceret porcos. * Et cupiebat imple- 16
re vẽtrem suum de siliquis, quas porci man-
ducabant: & nemo illi dabat. * In se autem 17
reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo
patris mei abundant panibus: ego autem hic
fame pereo! * Surgam, & ibo ad patrem 18
meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cęlum,
& coram te: * iam non sum dignus vocari 19
filius tuus: fac me sicut vnũ de mercenarijs
tuis. * Et surgens venit ad patrem suũ. Cum 20
autem adhuc lõgè esset, vidit illum pater ip- E
sius, & misericordia motus est, & accurrens
cecidit super collũ eius, & osculatus est eum.
* Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cęlũ, & co- 21
ram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.
* Dixit autem pater ad seruos suos: Cito 22
proferte stolam primam, & induite illum,
& date anulum in manum eius, & calcea-
menta in pedes eius: * & adducite vitulum 23
saginatum, & occidite, & manducemus, & F
epulemur: * quia hic filius meus mortuus 24
erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et
cęperunt epulari. * Erat autem filius eius se- 25
nior in agro: & cũ veniret, & appropinqua-
ret domui, audiuit symphoniam, & chorũ:
* & vocauit vnum de seruis, & interrogauit 26
quid hæc essent. * Isque dixit illi: Frater tuus 27
venit, & occidit pater tuus vitulum sagina-
tum, quia saluum illũ recepit. * Indignatus 28
est autẽ, & nolebat introire. Pater ergo illius G
egressus, cępit rogare illum. * At ille respon- 29
dens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio ti-
bi, & numquam mandatum tuum præteri-
ui: & numquam dedisti mihi hœdum, vt cũ
amicis meis epularer: * sed postquam filius 30
tuus hic, qui deuorauit substantiam suam
cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulũ
saginatum. * At ipse dixit illi: Fili, tu semper 31
mecum es, & omnia mea tua sunt: * epula- 32
ri autem, & gaudere oportebat, quia frater
tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat,
& inuentus est.

CAP. XVI.

1 A Dicebat autẽ, & ad discipulos suos: Ho-
mo quidam erat diues, qui habebat
villicum: & hic diffamatus est apud illum
2 quasi dissipasset bona ipsius. * Et vocauit il-
lum, & ait illi: Quid hoc audio de te? red-
de rationem villicationis tuæ: iam enim
3 non poteris villicare. * Ait autem villicus
intra se: Quid faciam, quia dominus meus
aufert à me villicationem? fodere non va-
4 leo, mendicare erubesco. * Scio quid faciam,
vt, cũ amotus fuero à villicatione, recipiant
5 me in domos suas. * Conuocatis itaque sin-
B gulis debitoribus domini sui, dicebat primo:
6 Quantum debes domino meo? * At ille di-
xit. Centum cados olei. Dixitque illi: Accip-
e cautionem tuam: & sede citò, scribe
7 quinquaginta. * Deinde alij dixit: Tu verò
quantum debes: Qui ait: Centum coros tri-
tici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe
8 octoginta. * Et laudauit Dominus villicum
iniq; itatis, quia prudenter fecisset: quia filij
huius sæculi prudentiores filijs lucis in ge-
9 neratione sua sunt. * Et ego vobis dico: facite
vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt,
cũ defeceritis, recipiãt vos in ęterna tabernacula.
10 * Qui fidelis est in minimo, & in ma-
C iori fidelis est: & qui in modico iniquus est,
11 & in maiori iniquus est. * Si ergo in iniquo
mammona fideles non fuistis: quod verum
12 est, quis credet vobis? * Et si in alieno fideles
non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vo-
13 bis? * ‖ Nemo seruus potest duobus do-
minis seruire: aut enim vnum odiet, & alte-

‖ Mat. 6. c. 24.

rum diliget: aut vni adhærebit, & alterum
contemnet: non potestis Deo seruire, & mã-
monæ. * Audiebant autem omnia hæc Pha- 14
risæi, qui erant auari: & deridebant illum. D
* Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos co- 15
ram hominibus: Deus autẽ nouit corda ve-
stra: quia quod hominibus altum est, abomi-
‖ Matth. 11. b. 12. ‖ Matt. 5. c. 32. Mat. 10. b. 11. ‖ 1. Cor. 7. b. 10.
natio est ante Deum. * ‖ Lex, & prophetæ vs- 16
que ad Ioannem: ex eo regnum Dei euange-
lizatur, & oĩs in illud vim facit. * ‖ Facilius 17
est autem cęlum, & terram præterire, quam
de Lege vnum apicem cadere. * ‖ Omnis, 18
qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit,
mœchatur: & qui dimissam à viro ducit,
mœchatur. * Homo quidam erat diues, qui 19
induebatur purpura, & bysso: & epulabatur
quotidie splendidè. * Et erat quidam medi- 20
cus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam
eius, vlceribus plenus, * cupiens saturari de 21
micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & ne-
mo illi dabat: sed & canes veniebant, & lin-
gebant vlcera eius, * Factum est autem, vt 22
moreretur mendicus, & portaretur ab An- F
gelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem
& diues, & sepultus est in inferno. * Eleuãs 23
autem oculos suos, cum esset in tormentis,
vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu
eius: * & ipse clamãs dixit: Pater Abraham, 24
miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat
extremũ digiti sui in aquã, vt refrigeret lin-
guam meam, quia crucior in hac flamma.
* Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare quia re- 25
cepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter
mala: nunc autẽ hic consolatur, tu verò cru-
ciaris, * & in his omnibus inter nos, & vos 26
chaos magnũ firmatum est: vt hi, qui volũt
hinc transire ad vos, non possint, neque inde
huc transmeare. * Et ait: Rogo ergo te pa- 27
ter, vt mittas eum in domum patris mei: *
habeo enim quinq; fratres, vt testetur illis, ne
& ipsi veniant in hunc locum tormentorũ.
29 * Et ait illi Abrahã: Habent Moysen, & pro- 30
phetas: audiant illos. * At ille dixit: Non,
pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit
31 ad eos, pœnitentiam agent. * Ait autem illi:
Si Moysen, & prophetas non audiunt, neque
si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

1 A Et ait ad discipulos suos: Impossibile est
vt non veniant scandala: væ autem illi, Mat. 18. a. 7.
2 per quem veniũt. * Vtilius est illi si lapis mo- Marc. 9. f. 41.
laris imponatur circa collum eius, & proi-
ciatur in mare, quam vt scandalizet vnum
3 de pusillis istis. * Attendite: ‖ Si peccaue- ‖ Mat. 18 b. 21.
rit in te frater tuus, increpa illum, & si peni- Leu. 19. d. 17.
4 tentiam egerit, dimitte illi. * Et si septies in Eccl. 19. b. 13.
die peccauerit in te, & septies in die cõuersus
fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi.
5 * Et dixerũt Apostoli Domino: Adauge no- ‖ Matth.
B bis fidem. * ‖ Dixit autem Dominus. Si ha- 17. c. 20.
6 bueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis
huic arbori moro: Eradicare, & transplan-
7 tare in mare: & obediet vobis. * Quis autem
vestrũ habens seruum arantem, aut pascen-
8 tem, qui regresso de agro dicat illi: Statim
transi, recumbe: * & non dicat ei: Para quod
cęnem, & præcinge te, & ministra mihi do-
nec manducem, & bibam, & post hæc tu
9 manducabis, & bibes? * Numquid gratiam
C habet seruo illi, quia fecit, quæ ei imperaui-
10 uerat? * Non puto. Sic & vos cum feceritis
omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Seru-
i inutiles sumus: quod debuimus facere, fe-
11 cimus. * Et factum est, dum iret in Ierusalẽ,

transibat per mediam Samariam, & Gali-
læam.* Et cum ingrederetur quoddam ca- 12
stellum, occurrerũt ei decem viri leprosi, qui
steterũt à longe:* & leuauerunt voce, dicen- 13
tes: Iesu præceptor, miserere nostri. * Quos 14
vt vidit, dixit: " Ite, ostendite vos sacerdoti-
bus. Et factum est, dum irent, mundati sunt
* Vnus autem ex illis, vt vidit quia munda- 15
tus est, regressus est cũ magna voce magni-
ficans Deum,* & cecidit in faciem ante pe- 16
des eius, gratias agens: & hic erat Samarita-
nus * Respondens autem Iesus, dixit: Non 17
ne decem mũdati sunt? & nouem vbi sunt?
* Non est inuentus qui rediret, & daret glo 18
riam Deo, nisi hic alienigena. * Et ait illi: Sur- 19
ge, vade: quia fides tua te saluũ fecit. * Inter- 20
rogatus autem à Pharisæis: Quando venit
regnũ Dei? respondens eis dixit: Non venit
regnum Dei cum obseruatione: * neque di- 21
cent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce n. regnum
Dei intra vos est. * Et ait ad discipulos suos: 22
Veniet dies quando desideretis videre vnũ
die Filij hominis, & non videbitis. * " Et di- 23
cent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire,
neque sectemini. * nã, sicut fulgur coruscãs 24
de sub cælo in ea, quæ sub cælo sunt, fulget:
ita erit Filius hominis in die sua. * Primum 25
autem oportet illum multa pati, & reproba-
ri a generatione hac. * " Et sicut factũ est 26
in diebus Noe, ita erit & in dieb. Filij homi-
nis * Edebant, & bibebãt: vxores ducebant, 27
& dabantur ad nuptias, vsque in diem, qua
intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, &
perdidit omnes. * " Similiter sicut factũ est 28
in diebus Lot: Edebam, & bibebant: emebãt,
& vendebant: plantabant, & ædificabant:
* qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit 29
ignem, & sulphur de cælo, & omnes perdi-
dit: * secundũ hæc erit qua die Filius homi- 30
nis reuelabitur. * In illa hora qui fuerit in te- 31
cto, & vasa eius in domo, ne descẽdat tolle-
re illa: & qui in agro, similiter non redeat re-
tro. * Memores estote vxoris Lot. * " Quicũ- 32
que quæsierit animam suam saluam facere, 33
perdet illam: & quicumque perdiderit illã
viuificauit eam. * Dico vobis: " in illa nocte 34
erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, &
alter relinquetur: * duæ erunt molentes in 35
vnum: vna assumetur, & altera relinquetur:
duo in agro: vnus assumetur, & alter relin-
quetur. * Respondentes dicunt illi: Vbi Do- 36
mine? * Qui dixit illis: Vbicumque fue- 37
rit corpus, illuc congregabuntur, & Aquilæ.

" Leu. 14 a. 2.

" Mat. 24 b. 25. Mar. 13. c. 21.

" Mat. 24 d. 37. Gen. 7. b. 5.

" Gen. 19 c. 25.

" Sup. 9. c. 24. Mat. 10. d. 39. Mat. 8. d. 35. Ioa. 12. d. 25.

" Mat. 24 d. 40. 1. Th. 4. d. 17.

CAP. XVIII.

DIcebat autem, & parabolam ad illos, 1
quoniam oportet semper orare, & non A
deficere, * dicens: Iudex quidam erat in qua- 2
dam ciuitate, qui Deum non timebat, & ho-
minem nõ reuerebatur. * Vidua autem quæ 3
dam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eũ,
dicens: Vindica me de aduersario meo. * Et 4
nolebat per multum tẽpus. Post hæc autem
dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec ho-
minẽ reuereor: * tamen quia molesta est mi-
hi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissi-
mo veniens sugillet me. * Ait autem Domi-
nus: Audite quid iudex iniquitatis dicit:
7 * Deus autem non faciet vindictam electo-
B rum suorum clamantiũ ad se die, ac nocte,
8 patientiam habebit in illis. * Dico vobis quia
citò faciet vindictam illorum. Verumtamẽ
Filius hominis veniens, putas, inueniet fidẽ
9 in terra? * Dixit autem & ad quosdã, qui in
se confidebant tamquam iusti, & asperna-
10 bantur ceteros, parabolam istam: * Duo ho-
mines ascenderunt in templum vt orarent:
11 vnus Pharisæus, & alter publicanus. * Phari-
C sæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias
ago tibi, quia nõ sum sicut ceteri hominum
raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic pu-
12 blicanus. * ieiunio bis in sabbato: decimas
13 do omnium, quæ possideo. * Et publicanus
à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum
leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens:
14 Deus propitius esto mihi peccatori. * Dico
vobis, descendit hic iustificatus in domum
suam ab illo, " quia omnis, qui se exaltat, hu-
miliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.
15 * " Afferebant autem ad illum, & infantes,
vt eos tangeret. Quod cum viderent discipu-
16 li, increpabant illos. * Iesus autẽ conuocans
illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & no
lite vetare eos, talium est enim regnum Dei.
17 * Amen dico vobis: Quicumq. non accepe-
rit regnum Dei sicut puer, non intrabit in il-
18 lud. * " Et interrogauit eum quidã princeps,
D dicens: Magister bone, quid faciens vitam
19 æternam possidebo? * Dixit autem ei Iesus:
Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi so-
20 lus Deus. * Mandata nosti: " Non occides:
Non mæchaberis: Non furtum facies: Non
falsum testimonium dices: Honora patrem
21 tuum, & matrem. * Qui ait: Hæc omnia cu-
stodiui à iuuẽtute mea. * Quo audito, Iesus
ait ei: Adhuc vnũ tibi deest: omnia quæcun-
que habes vende, & da pauperibus, & ha-
bebis thesaurũ in cælo: & veni, sequere me.
23 * His ille auditis, contristatus est: quia diues
24 erat valde. * Videns autem Iesus illũ tristẽ
E factum dixit: Quam difficile, qui pecunias
25 habent, in regnum Dei intrabunt. * Facilius
est enim camelũ per foramen acus transire,
26 quam diuitem intrare in regnũ Dei * Et di-
xerunt qui audiebant: Et quis potest saluus
27 fieri? * Ait illis: Quæ impossibilia sunt
apud homines, possibilia sunt apud Deum.
28 * Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus
29 omnia, & secuti sumus te. * Qui dixit eis:
F Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit do-
mum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem,
30 aut filios propter regnum Dei, * & non reci-
piat multo plura in hoc tempore, & in sæcu-
31 lo venturo vitam æternã. * " Assumpsit au-
tem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascen-
dimus Ierosolymam, & consummabuntur
omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Fi-
32 lio hominis. * tradetur enim Gentibus, & il-
lude-

Eccl. 18. c. 21. 1. Th. 5. d. 17.

" Sup. 14 b. 11. Mat. 23. b. 12.

" Mat. 19 b. 13. Mat. 10. b. 13.

" Mat. 19 b. 16. " Exod. 20. c. 1.

" Mat. 20 b. 17. Mar. 10. c. 32.

Iudetur, & flagellabitur, & conspuetur: * & 33
postquam flagellauerint, occident eum, &
tertia die resurget * Et ipsi nihil horum in- 34
tellexerunt, & erat verbum istud absconditum
ab eis, & non intelligebant quæ dice-
bantur. * " Factum est autem, cum appro- 35
pinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat se-
36 cus viam, mendicans. * Et cum audiret tur-
bam prætereuntem, interrogabat quid hoc
37 esset. * Dixerunt autem ei, quod Iesus Naza-
38 renus transiret. * Et clamauit, dicens: Iesu fi-
G li Dauid miserere mei. * Et qui præibant, in-
39 crepabant eum vt taceret. Ipse verò multo
magis clamabat.

" Mat. 20 d. 29. Mar. 10. g. 46.

Fili Dauid miserere mei * Stans autem Ie- 40
sus iussit illum adduci ad se. Et cum appro-
pinquasset, interrogauit illum, * dicẽs: Quid 41
tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt vi-
deam. * Et Iesus dixit illi: Respice fides tua 42
tẽ saluum fecit. * Et confestim vidit, & se- 43
quebatur illum magnificans Deum. Et om-
nis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus perambulabat Iericho. * Et 1
ecce vir nomine Zachæus: & hic prin-
ceps erat publicanorum, & ipse diues, * & A
quærebat videre Iesum, quis esset: & nõ po- 3
terat præ turba, quia statura pusillus erat.
* Et præcurrens ascendit in arborem sycо- 4
morum, vt videret eum, quia inde erat trã-
sitturus. * Et cum venisset ad locum, suspi- 5
ciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Za-
chæe festinans descẽde: quia hodie in domo
tua oportet me manere * Et festinans descẽ- 6
dit, & excepit illum gaudẽs. * Et cum vide- 7
rent omnes, murmurabant, dicẽtes quod ad
hominem peccatorem diuertisset. * Stãs au- 8
tem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce di- B
midium bonorum meorum, Domine, do
pauperibus: & si quid aliquem defraudaui,
reddo quadruplũ. * Ait Iesus ad eum: Quia 9
hodie salus domui huic facta est: eo quod &
ipse filius sit Abrahæ. * " Venit enim Filius 10
hominis quærere, & saluum facere quod pe-
11 rierat. * Hæc illis audientibus adijciens, dixit
parabolam, eo quod esset prope Ierusalẽ:
& quia existimarent quod confestim regnũ
12 Dei manifestaretur. * Dixit ergo: " Homo q-
dam nobilis abijt in regionẽ longinquã acci-
13 pere sibi regnum, & reuerti. * Vocatis autẽ
decem seruis suis, dedit eis decem mnas, &
14 ait ad illos: Negotiamini dum venio. * Ci-
C ues autem eius oderant eum, & miserunt le
gationem post illũ, dicentes: Nolumus hunc
15 regnare super nos. * Et factũ est vt rediret
accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus
dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque
16 negotiatus esset. * Venit autẽ primus dicẽs:
17 Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. *
Et ait illi: Euge bone serue, qa in modico fui
sti fidelis, eris potestatẽ habens super decem
18 ciuitates. * Et alter venit, dicẽs: Dñe, mna tua
19 fecit quinq. mnas. * Et huic ait: Et tu esto su-
20 per quinque ciuitates: * Et alter venit, dicẽs:
Domine, ecce mna tua, quam habui repositã
21 in sudario: * timui enim te, qa homo austẽ-
D rus es: tollis quod nõ posuisti, & metis quod
22 non seminasti. * Dicit ei: De ore tuo te iudi-
co, serue nequã: sciebas quod ego homo au-
sterus sum, tollens qd non posui, & metens
23 quod non seminaui: * & quare non dedisti
pecuniam meam ad mensam, vt ego veniẽs
24 cum vsuris vtique exegissem illam? * Et astã-
tibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date il-
li,

" Mat. 25 b. 13.

" Mat. 18 b. 12.

li, qui decem mnas habet.* Et dixerunt ei: 25
Domine, habet decem mnas.* "Dico autem 26
vobis, quia omni habenti dabitur, & abun-
dabit: abeo autem, qui non habet, & quod
habet auferetur ab eo.* Veruntamen inimi- 27
cos meos illos, qui noluerit me regnare su-
per se, adducite huc: & interficite ante me.* 28
Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosoly
mam.* Et factum est," cum appropinquas- 29
set ad Bethphage, & Bethaniam ad mõtem,

"Sup 8. c. 18. & Mat. 13. b. 12. & 25. c. 20. Marc. 4. c. 25. "Mat. 21 a. 1. Mat. 11. a. 1.

qui vocatur Olivieti, misit duos discipulos 30
suos,* dicens: Ite in castellum, quod contra
est: in quod introeuntes, inuenietis pullum
asinæ alligatum, cui nemo vnquam homi- 31
num sedit: soluite illum, & adducite.* Et si
quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic
dicetis ei: Quia Dominus operam eius desi- 32
derat.* Abierunt autem qui missi erant:
& inuenerunt, sicut dixit illis, stantem pul- 33
lum.* Soluentibus autem illis pullum, di-

xerunt Domini eius ad illos: Quid soluitis
pullum?* At illi dixerunt: Quia Dominus 34
"Ioã. 12. b. 14. eum necessarium habet." Et duxerunt il- 35
lum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua F
supra pullum, imposuerunt Iesum.* Eunte 36
autem illo, substernebant vestimenta sua in
via.* Et cum appropinquaret iam ad descẽ- 37
sum montis olivieti, cœperunt omnes turbæ
discipulorum gaudentes laudare Deum vo-
ce magna super omnibus, quas viderant, vir-
tutibus,* dicentes: Benedictus, qui venit rex 38
in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in
excelsis.* Et quidam Pharisæorum de tur- 39
bis, dixerunt ad illum: Magister, increpa
discipulos tuos.* Quibus ipse ait: Dico vo- 40
bis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.
* Et vt appropinquauit, videns ciuitatem 41
fleuit super illam, dicens:* Quia si cogno- 42
uisses, & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad
pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab
oculis tuis.* Quia venient dies in te: & cir- 43
"Mat. 24 a. 2. cumdabunt te inimici tui vallo, & circum-
dabunt te: & coangustabunt te vndique:* 44
Mar. 13. a. 2. & ad terram proternent te, & filios tuos, G
qui in te sunt," & non relinquent in te lapi-
Inf. 21. b 6. dem super lapidem: eo quod non cognoue-
ris tempus visitationis tuæ.* " Et ingressus 45

in templum, cœpit eijcere vendentes in "Mat. 21
46 illo, & ementes,* dicens illis: Scriptum b. 12.
est: Quia domus mea domus orationis est. Mat. 11.
Vos autem fecistis illam speluncam latro- b. 17.
47 num.* Et erat docens quotidie in templo. Isa. 56. c.
Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & 7.
Principes plebis quærebant illum perdere: Ier. 7. b.
48 * & non inueniebant quod facerent illi Om 11.
nis enim populus suspensus erat, audiens Mat. 21. c. 23.
illum. Mat. 11. d. 27.

CAP. XX.

1 ET factum est in vna dierum, docente il
A lo populum in templo, & euangelizan-
te, conuenerunt principes sacerdotũ, & Scri-
2 bæ cum senioribus,* & aiunt dicentes ad il-
lũ: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut:
3 Quis est, qui dedit tibi hãc potestatem?* Re
spondens autem Iesus, dixit ad illos: Interro
gabo vos, & ego vnum verbum Respõdete
4 mihi:* Baptismus Ioãnis de cælo erat, an ex
5 hominibus?* At illi cogitabant intra se, dicẽ-
tes: Quia si dixerimus, de cælo, dicet, Quare
6 ergo non credidistis illi?* Si autẽ dixerimus,
Ex hominib. plebs vniuersa lapidabit nos:
certi sunt enim, Ioannem prophetam esse.
* Et

* Et responderunt se nescire vnde esset.* Et 7
Iesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua 8
potestate hæc facio.* Cœpit autem dicere ad 9
plebem parabolam hanc: "Homo plantauit B
vineam, & locauit eam colonis: & ipse pere- 10
grè fuit multis temporibus.* Et in tempore
misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ
darent illi: Qui cęsum dimiserunt eũ inanẽ.

Mat. 12. a. 11. Isa. 5. a. 1. Ier. 2. d. 21. "Mat. 21 d. 33.

* Et addidit alterum seruũ mittere. Illi au- 11
tẽ hinc quoque cædentes, & afficientes con-
tumelia, dimiserunt inanem.* Et addidit 12
tertium mittere: qui & illum vulnerantes
eiecerunt.* Dixit autem Dominus vineæ: 13
Quid faciam? mittam filium meum dilectũ:
forsitan, cũ hũc viderint, verebuntur.* Quẽ 14
cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se,
dicentes: Hic est heres, occidamus illum, vt
nostra sit hereditas.* Et eiectum illũ extra 15
vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis do C
minus vineæ?* veniet, & perdet colonos 16
istos, & dabit vineam alijs. Quo audito dixe-
runt illi: Absit.* Ille autẽ aspiciens eos ait: 17
Quid est ergo hoc, quod scriptum est?" Lapi
"Ps. 117. d. 21. Act. 4. b. 11. dem, quem reprobauerunt ædificantes, hic fa
ctus est in caput anguli?* Omnis, qui cecide- 18
rit super illum lapidem, conquassabitur: su-
per quem autem ceciderit, cõminuet illum.
Rom. 9. g. 33. 1. Pet. 2. a. 8. * Et quærebant principes sacerdotũ, & Scri- 19
bæ mittere in illũ manus illa hora: & timue-
runt populum: cognouerunt enim quod ad
ipsos dixerit similitudinẽ hanc.* " Et obser- 20
Isa. 28. d. 16. uantes miserunt insidiatores, qui se iustos si- D
mularent, vt caperent eũ in sermone, vt tra-
"Mat. 22 b. 15. derent illum principatui, & potestati præsi-
dis.* Et interrogauerunt eum, dicentes: Ma- 21
Mar. 12. b. 13. gister, scimus quia rectè dicis, & doces: & nõ
accipis personam, sed viam Dei in veritate
doces:* licet nobis tributum dare Cæsari, an 22
non?* Considerans autem dolum illorum, 23
dixit ad eos: Quid me tentatis?* Ostendite 24
mihi denarium: Cuius habet imaginem, &
inscriptionem? Respondentes dixerunt ei:

Cæsaris.* Et ait illis: "Reddite ergo q̃ sunt "Ro. 13. a. 7.
26 Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Et
non potuerunt verbum eius reprehendere
E coram plebe: & mirati in respõso eius, tacue-
27 runt." Accesserunt autem quidam Saddu- "Mat. 22 c. 23.
cæorum, qui negant esse resurrectionem, &
28 interrogauerunt eum,* dicentes: Magister, Mar. 12. b. 18.
Moyses scripsit nobis:" Si frater alicui" mor- "Deu. 15 b. 5.
tuus fuerit habẽs vxorem, & hic sine liberis
fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, &
29 suscitet semen fratri suo:* septem ergo fra-
tres erant: & primus accepit vxorem, & mor
30 tuus est sine filijs.* Et sequens accepit illã,
31 & ipse mortuus est sine filio.* Et tertius ac-
cepit illã: Similiter & omnes septem, & non
32 reliquerunt semen, & mortui sunt.* Nouis-
33 sime omniũ mortua est & mulier.* In resur
rectione ergo, cuius eorum erit vxor? siquidẽ
34 septem habuerunt eam vxorẽ.* Et ait illis
F Iesus: Filij huius sæculi nubunt, & tradũtur
35 ad nuptias:* illi verò, qui digni habebuntur
sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq.
36 nubent, neque dicent vxores:* neque enim
vltra mori poterunt: æquales enim Angelis
sunt, & filij sunt Dei: cum sint filij resurre-
37 ctionis.* Quia verò resurgant mortui, &
Moyses ostendit secus rubum," sicut dicit "Exo b. 6.
Dũm, Deum Abraham, & Deum Isaac, &
38 Deũ Iacob.* Deus autem non est mortuo-
rum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei.
39 * Respondentes autem quidam Scribarum,
40 dixerunt ei: Magister, bene dixisti.* Et am-
plius nõ audebant eum quidquam interro-
41 gare.* Dixit autẽ ad illos: Quomodo dicũt
Chri-

Christum, filiũ esse Dauid? * & ipse Dauid 42
"Mat.22 dixit in libro Psalmorum: " Dixit Dominus C
e 44. Domino meo, sede a dextris meis, * donec 43
Mar.12. ponam inimicos tuos, scabellum pedũ tuo-
d 36. rum? * Dauid ergo Dominum illum vocat: 44
Ps.109. & quomodo filius eius est? * Audiente au 45
a. 1. tem omni populo, dixit discipulis suis: * " 46
Matt. Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in
23. a. 6 stolis, & amant salutationes in foro, & pri-
Mar. 12. mas cathedras in synagogis, & primos discu-
d.36. bitus in conuiuijs: * qui deuorant domos vi- 47
Sup. 11. duarum, simulantes longam orationem. Hi
f.43. accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

Mar.12. RESpiciens autem vidit eos, qui mitte- 1
d.42. bant munera sua in gazophylacium, di- A
uites. * Vidit autem, & quandã viduam pau 2
perculam mittentem æra minuta duo. * Et 3
dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pau-
per, plus quam omnes misit. * Nam omnes 4
hi ex abundanti sibi miserunt in munera
Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnẽ
victum suum, quem habuit, misit. * Et qui- 5
busdam dicẽtibus de templo, quod bonis la-
pidibus, & donis ornatum esset, dixit: * Hęc, 6
"Mat.24 quæ videtis," venient dies, in quibus non re-
a.1. linquetur lapis super lapidem, qui non de- B
Mar.13. struatur. * Interrogauerunt autem illum, di- 7
a.1. centes: Præceptor, quãdo hæc erunt, & quod
Sup. 19. signum cum fieri incipient? * Qui dixit: Vi- 8
g.44. dete ne seducamini: multi enim venient in
nomine meo, dicentes quia ego sum: & tem-
pus appropinquauit: nolite ergo ire post eos.
* Cum autem audieritis prælia, & seditio- 9
nes, nolite terreri: oportet primum hæc C
fieri, sed nondum statim finis. * Tunc dice- 10
bat illis: Surget gens contra gentem, & re-
gnum aduersus regnum. * Et terræmotus 11
magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fa-
mes, terroresque de cælo, & signa magna
erunt. * Sed ante hæc omnia inijcient vobis 12
manus suas, & persequentur tradentes in sy-
nagogas, & custodias, trahentes ad reges, &
præsides propter nomen meum: * contin- 13
get autem vobis in testimonium. * Ponite 14
ergo in cordibus vestris non præmeditari
quemadmodum respondeatis, * ego enim 15
dabo vobis os, & sapientiam, cui non pote- D
runt resistere, & contradicere omnes aduer-
sarij vestri. * Trademini autem à parẽtibus, 16
& fratribus, & cognatis, & amicis, & morte
afficient ex vobis: * & eritis odio omnibus 17
propter nomen meum: * & capillus de ca- 18
pite vestro non peribit. * In patientia vestra 19
possidebitis animas vestras. * " Cum autem 20
"Mat.24 videritis circumdari ab exercitu Ierusalem,
b.15. tunc scitote, quia appropinquauit desolatio
Mar.13. eius: * tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad 21
b.14. montes: & qui in medio eius, discedant: &
Dan.9. qui in regionibus, non intrent in eam: * quia 22
g.27. dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia,
quæ scripta sunt. * Væ autẽ prægnantibus, 23
& nutriẽtibus in illis diebus, erit enim pres- E
sura magna super terrã, & ira populo huic.
24 * Et cadent in ore gladij, & captiui ducen-
tur in omnes Gentes, & Ierusalem calcabi-
tur a Gentibus: donec impleantur tempora
25 nationum. * " Et erunt signa in Sole, & lu- "Mat 24
na, & stellis, & in terris pressura Gentiũ præ c.29.
26 cõfusione sonitus maris, & fluctuum: * are- Mar.13.
scentibus hominibus prę timore, & expecta c.24.
tione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam Is 13. b.
27 virtutes cælorum mouebuntur: * & tunc vi- 10.
E debunt filium hominis venientem in nube Ezec.32.
28 cum potestate magna, & maiestate. * His au- b 7.
tem fieri incipientibus respicite, & leuate ca- Iocl 3 e.
pita vestra," quoniam appropinquat redem- 15.
29 ptio vestra. * Et dixit illis similitudinem. " Ro.8.
30 Videte ficulneam, & omnes arbores: * cum d 23.
producunt iam ex se fructum, scitis quoniã
31 propè est æstas. * Ita & vos cũ videritis hæc
fieri, scitote quoniam propè est regnũ Dei.
32 * Amen dico vobis, quia non præteribit ge-
33 neratio hæc, donec omnia fiant. * Cælum,
& terra transibunt: verba autem mea non
34 transibunt. * Attendite autem vobis, ne for-
G tè grauẽtur corda vestra in crapula, & ebrie-
tate, & curis huius vitæ: & superueniat in
35 vos repentina dies illa, * tamquam laqueus
enim superueniet in omnes, qui sedent su-
36 per faciem omnis terræ. * Vigilate itaque,
omni tempore orantes, vt digni habeamini
fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare
37 ante Filium hominis. * Erat autem diebus
docens in templo: noctibus verò exiens mo-
38 rabatur in monte, qui vocatur Oliueti. * Et
omnis populus manicabat ad eum in tem-
plo audire eum.

CAP. XXII.

1 APpropinquabat autem dies festus Azy- Mat 26.
A morum, qui dicitur Pascha: * & quære- a.2.
2 bant principes sacerdotum, & scribæ, quo- Mar.14.
modo Iesum interficerent: timebãt verò ple a.1.
3 bem. * " Intrauit autem satanas in Iudam, "Mat.26
qui cognominabatur Iscariotes, vnum de b.14.
4 duodecim, * & abijt, & locutus est cum prin Mar.14.
cipibus sacerdotum, & magistratibus, quem- b.10.
5 admodũ illũ traderet eis. * Et gauisi sunt, &
6 pacti sunt pecuniam illi dare: * Et spopõdit.
Et quærebat opportunitatem, vt traderet il-
7 lum sine turbis. * Venit autem dies Azymo-
8 rum, in qua necesse erat occidi pascha. * Et
misit Petrum, & Ioannem, dicẽs: Euntes pa-
9 rate nobis pascha, vt manducemus. * At illi
10 dixerunt: Vbi vis paremus? * Et dixit ad
B eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem,
occurret vobis homo quidam amphoram
aquæ portans: sequimini eum in domum,
11 in quam intrat, * & dicetis patrifamilias do-
mus: Dicit tibi Magister. Vbi est diuerso-
rium, vbi pascha cum discipulis meis mãdu-
12 cem? * Et ipse ostendet vobis cœnaculum "Mat 26
13 magnum stratum, & ibi parate. * Euntes au b. 20.
tem inuenerunt sicut dixit illis, & paraue- Mar.14.
14 runt pascha. * " Et cum facta esset hora, di- b 17.
15 scubuit, & duodecim Apostoli cum eo. * &
ait

ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha
manducare vobiscum, antequã patiar. * Di- 16
co enim vobis, quia ex hoc non manducabo
illud, donec impleatur in regno Dei. * Et ac- 17
cepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, &
diuidite inter vos, * dico enim vobis, quod 18
non bibam de generatione vitis, donec re-
"1.Cor. gnum Dei veniat. * " Et accepto pane gra- 19
11.c.24. tias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est
corpus meum, quod pro vobis datur, hoc fa- C
cite in meam commemorationem. * Simi- 20
liter & calicem, postquam cœnauit, dicens:
Hic est calix nouum testamẽtum in sangui-
"Mat.26 ne meo, qui pro vobis fundetur. * " Verum 21
b.21. tamen ecce manus tradentis me, mecum est
Mar.14. in mensa. * Et quidem Filius hominis," se- 22
b.20. cundum quod definitum est, vadit: verum-
Io.13.c. tamen væ homini illi, per quem tradetur.
18. * Et ipsi cęperũt quærere inter se, quis esset 23
" Ps.40. ex eis, qui hoc facturus esset. * Facta est aũt, 24
c.10. & contentio inter eos, quis eorum videretur
"Mat.20 esse maior. * Dixit autem eis: " Reges Gen- 25
d.25. tium dominantur eorum, & qui potestatem
"Mar.10 habent super eos, benefici vocantur. * Vos 26
f.52. autem non sic: sed qui maior est in vobis,
fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut
ministrator. * Nam quis maior est, qui recũ- 27
bit, an qui ministrat? nonne qui recumbit?
Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui
ministrat: * vos autem estis, qui permansi- 28
stis mecum in tentationibus meis. * Et ego 29
dispono vobis sicut disposuit mihi Pater
meus regnum, * vt edatis, & bibatis super 30
mensam meam in regno meo: & sedeatis su
per thronos iudicantes duodecim tribus Is-
rael. * Ait autem Dominus: Simon, Simon, 31
ecce satanas expetiuit vos, vt cribaret sicut
triticum; * ego autem rogaui pro te, vt non 32
D deficiat fides tua: & tu aliquando conuer-
33 sus confirma fratres tuos. * Qui dixit ei Do-
mine, tecum paratus sum, & in carcerem, & "Mat.26.
34 in mortem ire. * " At ille dixit: Dico tibi Pe- c.34.
tre, non cantabit hodie gallus, donec ter ab- Mar. 14.
35 neges nosse me. Et dixit eis: * " Quando mi- c.30.
si vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, "Mat.10.
36 numquid aliquid defuit vobis? * At illi di- b.9.
xerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui
habet sacculum, tollat similiter & peram: &
qui non habet, vẽdat tunicam suam, & emat
37 gladium. * Dico enim vobis, quoniam adhuc
hoc, quod scriptũ est oportet impleri in me:
" Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, " Isa.53.
38 quæ sunt de me, finem habent. * At illi di- d 12.
xerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille di Mat.26.
39 xit eis: Satis est. * Et egressus ibat secundum c.36.
consuetudinem in montem oliuarum. Secu- Mar.14.
40 ti sunt autem illum, & discipuli. * Et cũ per- c.32.
E uenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intre- Io.18.a.
41 tis in tentationem. * " Et ipse auulsus est ab 1.
eis quantum iactus est lapidis: & positis ge- "Mat.26
42 nibus orabat, * dicens: Pater si vis, transfer d 39.
calicem istum à me: Verumtamen non mea Mar 14.
43 voluntas, sed tua fiat. * Apparuit autem illi d.35.
Angelus de cælo confortans eum. Et factus
44 in agonia, prolixius orabat. * Et factus est su-
dor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in
45 terram. * Et cum surrexisset ab oratione, &
uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dor-
46 mientes præ tristitia. * Et ait illis: Quid dor-
mitis? surgite, orate, ne intretis in tentatio- " Mat 26
47 nem. * " Adhuc eo loquente ecce turba: & e.47.
qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, an Mar.14.
tecedebat eos: & appropinquauit Iesu vt os- e.42.
48 cularetur eum. * Iesus autem dixit illi: Iuda, Io.18. a,
49 osculo Filium hominis tradis? * Videntes 3.
autem hi, qui circa ipsum erant, quod futu-
rum

rum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus
in gladio? * Et percussit vnus ex illis seruum 50
principis sacerdotum, & amputauit auricu F
lam eius dexteram. * Respondens autem Ie- 51
sus ait: Sinite vsque huc Et cum tetigisset au-
riculam eius, sanauit eum. * Dixit autem Ie- 52
sus ad eos, qui venerãt ad se, principes sacer-
dotum, & magistratus templi, & seniores:
Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fu-
stibus? * Cum quotidie vobiscum fuerim in 53
templo, non extendistis manus in me: sed
hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.
[a] Mat.26 f.57. Mar.14. f.43. Io. 18. c. 14. * [a] Comprehendentes autem eum, duxerũt 54
ad domum principis sacerdotum: Petrus ve-
rò sequebatur à longe. * Accenso autem 55
igne in medio atrij, & circumsedentibus il-
lis, erat Petrus in medio eorum. * Quem cũ 56
[a] Mat.26 g 69. Mar.14. g 66. Io. 15. 25. vidisset ancilla quædam sedentem ad lumẽ,
& eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo
erat. * At ille negauit eum, dicens: Mulier, 57
non noui illum. * Et post pusillum alius vi- 58
dens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò
ait: O homo, non sum. * [a] Et interuallo fa- 59
[a] Io. 18. e.26. cto quasi horæ vnius, alius quidam affirma-
bat, dicens: Verè & hic cum illo erat: nam & G
Galilæus est. * Et ait Petrus: Homo, nescio 60
quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente
cantauit gallus. * Et conuersus Dominus re- 61
spexit Petrum. Et recordatus est Petrus ver-
[a] Ma.26. e.34. Mar.14, c 30 Io.13.d. 38. bi Domini, sicut dixerat: [a] Quia prius quam
gallus cãtet, ter me negabis. * Et egressus fo- 62
ras Petrus fleuit amarè. * Et viri, qui tenebãt 63
illum, illudebant ei, cædentes. * Et velaue- 64
runt eum, & percutiebant faciem eius: & in-
terrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis
est, qui te percussit? * Et alia multa blasphe- 65
[a] Ma.27. a.1. Mar.15. a 1. Io. 18. c. 28. mantes dicebant in eum. * [a] Et vt factus est 66
dies, conuenerunt seniores plebis, & princi-
pes sacerdotum, & Scribæ, & duxerũt illum
in concilium suum, dicentes: Si tu es Chri-
stus, dic nobis * Et ait illis: Si vobis dixe- 67
ro non credetis mihi: * si autem & interro- 68
gauero, nõ respondebitis mihi, neque dimit-
tetis. * Ex hoc autem erit Filius hominis se- 69
dens à dextris virtutis Dei. * Dixerunt autẽ 70
omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos
dicitis, quia ego sum. * At illi dixerunt: Quid 71
adhuc desideramus testimonium? ipsi enim
audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

ET surgens omnis multitudo eorum, du- 1
xerunt illum ad Pilatum. * Cœperunt au- 2
tem illum accusare, dicentes: Hunc inueni- A
[a] Mat.22 b.21. Mar.12. b 17. mus subuertentem gentem nostram, [a] &
prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentẽ
se Christum regem esse. * [a] Pilatus autem in- 3
terrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorũ?
[a] Mat.27 b.11. Mar.15. a.2. Io. 18. f. 33. At ille respondens ait: Tu dicis. * Ait autem 4
Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas:
Nihil inuenio causæ in hoc homine. * At il- 5
li inualescebant, dicentes: Commouet po-
pulum docens per vniuersam Iudæam, inci-
piens à Galilæa vsque huc. * Pilatus autem 6
audiens Galilæam, interrogauit si homo Ga-
7 lilæus esset * Et vt cognouit, quod de Hero
dis potestate esset, remisit eum ad Herodem
8 qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. * He
B rodes autẽ viso Iesu, gauisus est valdè, erat
enim cupiens ex multo tempore videre eũ,
eo quod audierat multa de eo, & sperabat si-
9 gnum aliquod videre ab eo fieri. * Interro-
gabat autem eum multis sermonibus At ip-
10 se nihil illi respondebat * Stabant autem
principes sacerdotum, & Scribæ constanter
11 accusantes eum. * Spreuit autem illum He-
rodes cum exercitu suo: & illusit indutum
12 veste alba, & remisit ad Pilatum. * Et facti
sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die: nã
13 antea inimici erant ad inuicem. * Pilatus au-
tem conuocatis principibus sacerdotum, &
14 magistratibus, & plebe, * dixit ad illos; Ob-
tulistis mihi hunc hominem, quasi auerten-
tem populum, & ecce ego coram vobis inter-
rogans, [a] nullam causam inueni in homine
15 isto ex his, in quibus eum accusatis; * Sed ne- [a] Io.18. g. 33. & 19.a.4.
C que Herodes: nam remisi vos ad illum, & ec
16 ce nihil dignum morte actum est ei. * Emẽ-
17 datum ergo illum dimittam. * Necesse aũt
habebat dimittere eis per diem festum vnũ.
18 * Exclamauit autem simul vniuersa turba,
dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barab-
19 bam, * qui erat propter seditionem quandã
factam in ciuitate & homicidium, missus in
20 carcerem. * Iterum autem Pilatus locutus
21 est ad eos, volens dimittere Iesum. * At illi
succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige
22 eum. * Ille autẽ tertio dixit ad illos: [a] Quid [a] Mat.27 c.23. Mar.15. b.14.
enim mali fecit iste? nullam causam mortis
inuenio in eo: corripiam ergo illum, & di-
23 mittam. * At illi instabant vocibus magnis
D postulantes, vt crucifigeretur: & inualesce-
24 bant voces eorum. * Et Pilatus adiudicauit
25 fieri petitionem eorum * Dimisit autem il-
lis eum, qui propter homicidium, & seditio-
nem missus fuerat in carcerem, quem pete-
bant, Iesum verò tradidit voluntati eorum.
26 * [a] Et cum ducerent eum, apprehenderunt [a] Mat.27 d.31. Mar.15. b.21.
Simonem quendam Cyrenensem venientẽ
de villa: & imposuerunt illi crucem porta-
27 re post Iesum. * Sequebatur autem illũ mul-
ta turba populi, & mulierum: quæ plange-
28 bant, & lamentabantur eũ. * Conuersus au-
tem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Ierusalem, no-
lite flere super me, sed super vos ipsas flete,
29 & super filios vestros. * Quoniã ecce veniẽt
dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ven- [a] Isa.2.d. 19. Osee 10. b.8. Apoc.6. d.16.
tres, qui non genuerunt, & vbera, quæ nõ la-
30 ctauerunt. * Tunc incipient dicere monti-
E bus. [a] Cadite super nos, & collibus: Operi-
31 te nos. * Quia si in viridi ligno hæc faciunt,
32 in arido quid fiet? * Ducebantur autem &
alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.
33 * [a] Et postquam venerunt in locum, qui vo- [a] Mat.27 d.33. Mar.15. b.22. Io.19.c. 17.
catur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & la-
trones, vnum à dextris, & alterũ à sinistris.
34 * Iesus autem dicebat; Pater, dimitte illis:
nõ enim sciunt quid faciunt. Diuidẽtes verò
35 vestimenta eius, miserunt sortes. * Et stabat
popu-

populus spectans, & deridebant eum princi-
pes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se
saluum faciat, si hic est Christus Dei electus.
* Illudebant autem ei, & milites accedentes, 36
& acetum offerentes ei, * & dicentes: Si tu 37
es rex Iudæorum, saluum te fac. * Erat autẽ 38
& superscriptio scripta super eum literis Græ F
cis & Latinis, & Hebraicis. Hic est Rex Iu-
dæorum. * Vnus autem de his, qui pende- 39
bant, latronibus, blasphemabat eum, dicens:
Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, &
nos. * Respondens autem alter increpabat 40
eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in
eadem damnatione es. * Et nos quidem iu- 41
stè, nam digna factis recipimus: hic verò ni-
hil mali gessit * Et dicebat ad Iesum: Domi- 42
ne, memento mei, cum veneris in regnum
tuum. * Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: 43
Hodie mecum eris in paradiso. * Erat autẽ 44
ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vni-
uersam terram vsque in horam nonam. * Et 45
obscuratus est Sol, & velum templi scissum
est medium. * Et clamans voce magna Ie- 46
[a] Ps. 30. a.6. sus ait: [a] Pater, in manus tuas commendo
spiritum meum. Et hæc dicens expirauit.
* videns, autem Centurio quod factum fue 47
rat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic ho- G
mo iustus erat. * Et omnis turba eorũ, qui 48
simul aderant ad spectaculum istud, & vide-
bant quæ fiebant percutientes pectora sua re
uertebantur. * Stabant autem omnes noti 49
eius a longè: & mulieres, quæ secutæ eum
[a] Mat.27 g 57. Mar. 15. d.45. Io. 19 g. 38. erant à Galilæa hæc videntes. * [a] Et ecce vir 50
nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus,
& iustus: * hic non consenserat consilio, & 51
actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iu-
dææ, qui expectabat, & ipse regnũ Dei. * hic 52
accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu:
53 * & depositum inuoluit sindone, & posuit
eum in monumento exciso in quo nondum
54 quisquã positus fuerat. * Et dies erat parasce-
55 ues, & sabbatũ illucescebat. * Subsecutæ au-
tem mulieres, quæ cum eo venerant de Gali
læa, viderunt monumentũ, & quemadmo-
56 dũ positum erat corpus eius. * Et reuertẽtes
parauerunt aromata, & vnguenta, & sabba-
to quidem siluerunt secundum mandatum.

CAP. XXIV.

1 VNa autẽ sabbati valdè diluculo vene- Mat. 28. a. 1.
A rant ad monumentum, portãtes, quæ Mar.16. a. 2.
2 parauerant, aromata: * & inuenerunt lapi- Io. 20. a. 1.
3 dem reuolutum à monumento * Et ingressæ
4 non inuenerunt corpus Domini Iesu. * Et
factum est, dum mente consternatæ essent
de isto, ecce duo viri steterũt secus illas in ve-
5 ste fulgenti. * Cum timerent autem, & de-
clinarent vultum in terram, dixerunt ad il-
las: Quid quæritis viuentem cum mortuis?
6 * non est hic, sed surrexit: recordamini qua-
liter locutus est vobis, cum adhuc in Gali-
7 læa esset, * dicens: [a] Quia oportet filium [a] Mat. 17 d.23. Mar.9.e 31. Sup.9.e. 21.
hominis tradi in manus hominum pecca-
torum, & crucifigi, & die tertia resurgere.
8 * Et recordatæ sunt verborum eius. * Et re-
9 gressæ à monumento nunciauerunt hæc om
nia illis vndecim, & cæteris omnibus.
10 * Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna,
B & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum eis
11 erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. * Et
visa sunt ante illos, sicut deliramentum ver-
12 ba ista: & non crediderunt illis. * Petrus
autem surgens cucurrit ad monumentum:
& procumbens vidit linteamina sola posita,
& abijt secum mirans quod factum fue-
13 rat. * [a] Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in [a] Mar.16 c.12.
castellum, quod erat in spatio stadiorum

sexa-

sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus.
* & ipsi loquebantur ad inuicem de his om- 14
nibus, quæ acciderant. * Et factum est, dum 15
fabularentur, & secum quærerent, & ipse Ie-
sus appropinquans ibat cum illis: * oculi 16
autem illorum tenebantur ne eum agnosce-
rent. * Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, 17
quos confertis ad inuicem ambulantes, & C
estis tristes? * Et respondens vnus, cui no- 18
men Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus
es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta
sunt in illa his diebus? * Quibus ille dixit, 19
Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui
fuit vir propheta, potens in opere, & sermo-
ne coram Deo, & omni populo. * Et quo- 20
modo eum tradiderunt summi sacerdotes,
& principes nostri in damnationem mortis,
& crucifixerunt eum. * nos autem speraba- 21
mus, quia ipse esset redempturus Israel, &
nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie
quod hæc facta sunt. * Sed & mulieres quæ- 22
dam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lu- D
cē fuerunt ad monumentum, * &, non inuē- 23
to corpore eius, venerunt, dicentes se etiam
visionem angelorum vidisse, qui dicūt eum
viuere. * Et abierunt quidam ex nostris ad 24
monumentum, & ita inuenerunt, sicut mu-
lieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt.
* Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi cor- 25
de ad credendum in omnibus, quæ locuti
sunt Prophetæ. * Nonne hæc oportuit pati 26
Christum, & ita intrare in gloriam suam?
* Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophe- 27
tis, interpretabatur illis in omnibus scriptu-
ris, quæ de ipso erant. * Et appropinquaue- 28
runt castello, quò ibant: & ipse se finxit lon-
gius ire. * Et cogerunt illum, dicentes: Ma- 29
ne nobiscum, quoniam aduesperascit, & in- E
clinata est iam dies. Et intrauit cum illis,
30 * Et factum est, dum recumberet cū eis, ac-
cepit panem, & benedixit, ac fregit, & proxi-
31 gebat illis. * Et aperti sunt oculi eorum, &
cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis
32 eorum. * Et dixerunt ad inuicem: Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis, dum loque
33 retur in via, & aperiret nobis Scripturas? * Et
surgentes eadem hora regressi sunt in Ieru-
salem, & inuenerunt congregatos vndecim
34 & eos, qui cum illis erant, * dicentes: Quod
surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.
35 * Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, &
quomodo cognouerūt eum in fractione pa-
36 nis. * " Dum autem hæc loquuntur, stetit Ie- " Mar. 16
sus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: c. 14.
37 ego sum, nolite timere. * Conturbati verò, Io. 20, 19.
& conterriti, existimabant se spiritum vide-
38 re. * Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogita-
F tiones ascendunt in corda, vestra? * Videte
39 manus meas, & pedes, quia ego ipse sū: pal-
pate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa
40 non habet, sicut me videtis habere. * Et cum
hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes.
41 * Adhuc aūt illis non credentibus, & mirātī-
bus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, ap
42 manducetur? * At illi obtulerunt ei partem
43 piscis assi, & fauum mellis. * Et cum man-
ducasset coram eis, sumens reliquias dedit
44 eis. * Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quę lo
cutus sum ad vos, cū adhuc essem vobiscum
quoniam necesse est impleri omnia, quæ scri
pta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psal-
45 mis de me. * Tunc aperuit illis sensum vt
46 intelligerent Scripturas * & dixit eis. " Quo " Psal. 18.
G niam sic scriptum est, & sic oportebat Chri- b. 7.
stum pati, & resurgere à mortuis tertia die,
47 * & prædicari in nomine eius pœnitentiam,
& remissionem peccatorum in omnes gen- " Act. 3.
48 tes, incipientibus ab Ierosolyma. * " Vos a. 8.

autem

Io. 14 d autem testes estis horum. * " Et ego mitto 49
15. promissum Patris mei in vos, vos autem se-
dete in ciuitate, quoadusque induamini vir-
tute ex alto. * Eduxit autem eos foras in Be- " Act. 1.
thaniam, & eleuans manibus suis benedixit a. 4.
51 eis. * " Et factū est, dum benediceret illis, re- Mar. 16.
d. 19.



cessit ab eis, & ferebatur in cælum. * Et ipsi 52
adorantes regressi sunt in Ierusalem cū gau- 53
dio magno: * & erant semper in templo,
laudantes, & benedicentes Deum. Amen.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT PRIMVM.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ.* Hoc erat in principio apud Deũ. * Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, *in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: * & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprehenderũt.* [a] Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum, *non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine, *[b] erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. * in mundo erat, [c] & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* In propria venit, & sui eum non receperunt, * quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius:* qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* [d] Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis. * Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat, quẽ dixi: Qui post me venturus est: ante me factus est: quia prior me erat.* [e] Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia: * quia lex per Moysen data est gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* [f] Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. * Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, & Leuitas ad eum, vt interrogarent eũ: [g] Tu quis es?* Et confessus est, & nõ negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus. * Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. * Dixerunt ergo ei: Quis es vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de teipso? * Ait: [h] Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. * Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.* Et interrogauerunt eũ, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? * Respondit eis Ioannes, dicens: [i] Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, * [k] ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigam calceamẽti. * Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizans.* Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi,* Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, * & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.* Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: [l] Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. * Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto:* Et ego vidi: & testimoniũ perhibui, quia hic est Filius Dei.* Altera die iterum stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo.* Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei.* Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.* Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister,) vbi habitas.* Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserũt die illo: hora autem erat quasi decima.* Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Ioãne, & secuti fuerant eum.* Inuenit hic primum fratrẽ suum Simonem, & dicit ei. Inuenimus Messiam (quod est interpretatũ Christus.)* Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autẽ eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: * In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me.* Erat autẽ Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ, & Petri.* Inuenit Philippus Nathanael & dicit ei: Quem scripsit [m] Moyses in lege, & [n] Prophetæ, Inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.* Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse: Dicit ei Philippus: Veni, & vide. * Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus nõ est.* Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.* Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel.* Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.* Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cælũ apertũ, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filiũ hominis.

[a] Mat. 3. a. 2. Mar. 1. a. 2.
[b] Inf. 3. c. 19.
[c] Heb. 11 a. 8.
[d] Mat. c. 16. Luc. 1. a. 7.
[e] 1. Tim. 6. d. 15.
[f] 1. Io. c. 1. a.
[g] Isa. a. 3. Mat. 3. a. 3. Luc. 3. a. 4.
[h] Mat. 3. a. 3. Mar. 1. a. 3. Luc. 3. a. 4.
[i] Mat. 3. a. 11. Mar. 1. a. 7. Luc. 3. a. 16. Act. 1. a. 5. & 2. a. 5. & 11. a. 16. & 19. a. 4.
[k] Mat. 3. a. 16. Mar. 1. a. 10. Luc. 3. d. 21.
[l] Ge. 49. b. 10. Deu. 18. c. 18.
[m] Isa. 40. c. 10. & 45. b. Ier. 23. a. 5. Ezec. 34. f. 23. & 37. f. 24. Dan. 9. f. 24. a. 5.

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. * Vocatus est autem, & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. * Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. * Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. * Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite,

cite. * Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex 6
positæ secundum purificationem Iudæorũ,
capientes singulæ metretas binas, vel ternas
*Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et im- 7
pleuerunt eas, vsque ad summum.* Et dicit 8
ei Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino.
Et tulerunt. * Vt autem gustauit architiclinus 9
aquam vinum factam, & non sciebat vnde
esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, * 10
& dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum, vsq. adhuc.* Hoc fecit initiũ signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.* Post hoc descendit Capharnaum 11 12
ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. * 13
Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam, * & inuenit in templo 14
vendentes, boues, & oues, & columbas, & nũmularios sedentes.* Et cum fecisset, quasi 15
flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues, & nũmulariorũ effudit æs, & mensas subuertit.* Et his, qui 16
columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis.* Recordati sũt verò discipuli 17
eius, quia scriptum est. "Zelus domus tuæ comedit me.* Responderunt ergo Iudæi, & di- 18
xerunt ei. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? * Respondit Iesus, & dixit eis. [b] Solu- 19
uite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Dixerunt ergo Iudæi: Quadragin- 20
ta, & sex annis ædificatum est templum hoc, D & tu in tribus diebus excitabis illud? * Ille 21
autem dicebat de templo corporis sui.* Cũ 22
ergo resurrexisset à mortuis, recordati sũt discipuli eius, quia hoc dicebat, & "crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus.* Cũ 23
autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat.* Ipse autẽ Iesus 24
non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, * & quia opus ei non erat, vt 25
quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat, quid esset in homine.

" Ps. 68. b. 10.

[b] Mat. 26 f. 21. & 27. e. 40. Mar. 14. f. 58. & 15. e. 29.

" Ps. 3. b. 6. & 56. c. 9.

CAP. III.

ERat autem homo ex Pharisæis, Nicode- 1
mus nomine, princeps Iudæorum.* Hic 2
venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, sci- A
mus, quia à Deo venisti magister, nemo enim
potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit
Deus cum eo.* Respondit Iesus, & dixit ei: 3
Amen, amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit
denuo, non potest videre regnum Dei.* Di- 4
cit ad eum Nicodemus: Quomodo potest
homo nasci, cum sit senex? numquid potest
in ventrem matris suæ iterato introire, & re-
naici? * Respondit Iesus, Amen, amen dico 5
tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu
6 sancto, non potest introire in regnum Dei. *
Quod natum est ex carne, caro est: & quod
7 natum est ex spiritu, spiritus est.* Non mire-
8 ris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo *
Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis,
"sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est "Ps. 134.
9 omnis, qui natus est ex spiritu. * Respondit a. 8.
Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt
10 hæc fieri? * Respondit Iesus, & dixit ei: Tu
B es magister in Israel, & hæc ignoras?* Amen,
11 amen dico tibi, quia quod scimus loquimur,
quod vidimus testamur, & testimonium no-
12 strum non accipitis.* Si terrena dixi vobis,
& non creditis: quomodo, si dixero vobis ce-
13 lestia, credetis?* Et nemo ascendit in cælum,
nisi qui descẽdit de cælo. Filius hominis, qui
14 est in cælo. * "Et sicut Moyses exaltauit ser- "Nu. 21.
15 pentem in deserto, ita exaltari oportet Filiũ c. 9.
16 hominis:* vt omnis, qui credit in ipsum, non
pereat, sed habeat vitam æternam.* "Sic enim "1. Io. 4.
Deus dilexit mundum, vt Filium suum vni- b. 9.
genitum daret: vt omnis, qui credit in eum,
17 non pereat, sed habeat vitam æternam.* Nõ
misit Deus Filium suum in mundum, vt iu-
dicet mundum, sed vt saluetur mundus per
18 ipsum. * Qui credit in eum, non iudicatur:
qui autem non credit, iam iudicatus est, quia
C non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. *
19 Hoc est autem iudicium: "quia lux venit in "Sup. 1.
mundum, & dilexerunt homines magis te- a. 1.
nebras, quam lucem: erant enim eorum ma-
20 la opera. * Omnes enim, qui malè agit, odit
lucem, & non venit ad lucem, vt non argua-
21 tur opera eius: * qui autem facit veritatem,
venit ad lucem, vt manifestentur opera eius,
22 quia in Deo sunt facta.* Post hæc venit Ie-
sus, & discipuli eius in terram Iudæam, & il-
23 lic demorabatur cum eis: "& baptizabat.* E- "Inf. 4.
rat autem, & Ioãnes baptizãs in Ænon, iux- 1.
ta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & ve-
24 niebant, & baptizabantur.* Nondum n. mis-
25 sus fuerat Ioannes in carcerem. * Facta est
autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iu-
26 deis de Purificatione * Et venerunt ad Ioã-
nem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecũ trãs
Iordanem, "cui tu testimonium perhibuisti, " Sup.
27 ecce hic baptizat, & oẽs veniũt ad eum.* Re- d. 13.
D spondit Ioannes, & dixit: Nõ potest hõ ac-
28 cipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo,
Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, "quod "Sup.
dixerim: Non sũ ego Christus: sed quia mis- c. 25.
29 sus sum ante illũ. * Qui habet sponsam, spon-
sus est: amicus autem sponsi, qui stat, & au-
dit eum, gaudio gaudet propter vocem spõ-
30 si. Hoc ergo gaudium meũ impletum est. *
Illum oportet crescere, me autem minui,
31 * Qui de sursum venit, super omnes est. Qui
est de terra, de terra est, & de terra loquitur.
32 Qui de cælo venit, super oẽs est. * Et quod
viuit, & audiuit, hoc testatur: & testimoniũ,
33 eius nemo accipit. * Qui accepit eius testimo-
34 nium, "signauit, quia Deus verax est.* Quem "Rom.
enim misit Deus, verba Dei loquitur, non n. a. 4.
35 ad mensuram dat Deus spiritũ.* Pater diligit

[a] 1. Io. 5. b. 10.

git Filium, & omnia dedit in manu eius.* 36
"Qui credit in filium habet vitã æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IV.

VT ergo cognouit Iesus, quia audierunt 1
Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos A
facit, "& baptizat, quam Ioannes, * (quam- 2
quam Iesus non baptizaret, sed discipuli e-
ius) * reliquit Iudæam, & abijt iterum in Ga- 3
lilæam. * oportebat autem eum transire per 4
Samariam.* Venit ergo in ciuitatẽ Samariæ, 5
quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, " quod "Ge. 33.
6 dedit Iacob Ioseph filio suo.* Erat autẽ ibi d. 19. &
fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, 48. d. 22.
sedebat sic super fontem. Hora erat quasi Ios. 24.
7 sexta: * Venit mulier de Samaria haurire a- g. 32.
8 quam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. (* Disci-
puli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos
9 emerent.) * Dicit ergo ei mulier illa Samari-
B tana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere
à me poteris, quæ sum mulier Samaritana?
non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.
10 * Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ
Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibe-
re: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi

[b] Sup. 3. c. 22.

aquam viuam.* Dicit ei mulier: Domine, ne- 11
que in quo haurias habes, & puteus altus
est: vnde ergo habes aquam viuam?* Num- 12
quid tu maior es patre nostro Iacob, qui de-
dit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij
eius, & pecora eius? * Respondit Iesus, & 13
dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet
iterum: qui autem biberit ex aqua, quam
ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed a- 14
qua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ
salientis in vitam æternam. * Dicit ad eum 15
mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt C
non sitiam: neque veniam huc haurire.* Di- 16
cit ei Iesus: Vade, vocа virum tuum, & veni
huc.* Respondit mulier, & dixit: Non ha- 17
beo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia
non habeo virum: * quinque enim viros ha- 18
buisti, & nunc, quem habes, non est tuus
vir, hoc vere dixisti.* Dicit ei mulier: Do- 19
mine, video, quia Propheta es tu. * Patres 20
nostri in monte hoc adorauerunt, & vos di-
cis, "quia Ierosolymis est locus, vbi adora- "4. Reg.
re oportet.* Dicit ei Iesus: Mulier crede mi- 21 17. g. 41.
hi, quia venit hora, quando neque in monte
hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Pa- 22
trem. "vos adoratis, quod nesciti: nos ado- "4. Reg.
ramus, quod scimus, quia salus ex Iudæis est. 17. g. 41.
23 * Sed venit hora, & nunc est, quando ve-
ri adoratores adorabũt Patrem in spiritu, &
veritate. Nam, & Pater tales quærit, qui ado- 24
rent eum. * " Spiritus est Deus: & eos, qui "1. Cor.
D adorant eum, in spiritu, & veritate oportet 3. d. 17.
25 adorare. * Dicit ei mulier: Scio quia Messias
venit, (qui dicitur Christus.) cum ergo vene-
26 rit ille, nobis annunciabit omnia. * Dicit
27 ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum. * Et
continuò venerunt discipuli eius, & mirabã-
tur, quia cum muliere loquebatur. Nemo ta-
men dixit: Quid quæris, aut quid loqueris
28 cum ea? * Reliquit ergo hydriam suam
mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis ho-
29 minibus: * Venite, & videte hominem, qui
dixit mihi, omnia quæcumque feci: numquid
30 ipse est Christus? * Exierunt ergo de ciui-
31 tate, & veniebant ad eum. * Interea roga-
bant eum discipuli, dicentes: Rabbi, man-
32 duca. * Ille autem dixit eis: Ego cibum ha-
33 beo manducare, quem vos nesciti.* Dice-

[c] Deus 12

bant ergo discipuli ad inuicem : Numquid E
aliquis attulit ei manducare?*Dicit ei Iesus: 34
Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius,
qui misit me, vt perficiam opus eius.* Non- 35
ne vos dicitis, quod adhuc quatuor men-
ses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis:
Leuate oculos vestros, & videte regiones,
"Mat.9. d.37. Luc.10. a.2.
"quia albæ sunt iam ad messem.* Et qui me- 36
tit, mercedem accipit, & congregat fructum
in vitam æternam: vt, & qui seminat, simul
gaudeat, & qui metit. * In hoc enim est ver- 37
bum verum: quia alius est, qui seminat, &
alius est, qui metit. * Ego misi vos metere, 38
quod vos non laborastis? alij laborauerunt,
& vos in labores eorum introistis. * Ex ciui- 39
tate autem illa multi crediderũt in eum Sa-
maritanorum, pp verbũ mulieris testimo-
niũ perhibentis: Quia dixit mihi omnia quę-
cumque feci. * Cũ venissent ergo ad illũ Sa- 40
maritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et F
mansit ibi duos dies. * Et multò plures cre- 41
diderunt in eum propter sermonem eius.
* Et mulieri dicebant: Quia iam nõ propter 42
tuam loquelam credimus: ipsi enim audiui-
mus, & scimus, qa hic est verè Saluator mũ-
"Mat.13 g.57.
di.* Post duos autẽ dies exijt inde: & abijt, 43
in Galilæam. * " Ipse enim Iesus testimoniũ 44
perhibuit, quia Propheta in sua patria hono-
"Mat. a.4. Luc.4. c.24.
45 rem non habet.*"Cum ergo venisset in Ga-
lilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia
vidissent, quæ fecerat Ierosolymis in die fe-
"Mat. b.12. Marc.1. b.14. Luc.4. c.14. Sup.2. a.9.
46 sto: & ipsi enim venerãt ad diem festũ.* Ve-
nit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit
aquã vinum. Et erat quidam regulus, cuius
47 filius infirmabatur Capharnaum. * Hic cũ
G audisset, quia Iesus adueniret à Iudęa in Ga
lilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt de-
scenderet, & sanaret filium eius: incipiebat
48 enim mori. * Dixit ergo Iesus ad eum: nisi
49 signa, & prodigia videritis, nõ creditis. * Di-
cit ad eum regulus: Domine, descende prius
50 quam moriatur filius meus. * Dicit ei Ie-
sus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo
51 sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat.* Iam
autem eo descendente, serui occurrerunt ei,
& nunciauerunt dicentes, quia filius eius vi-
52 ueret. * Interrogabat ergo horam ab eis, in
qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia
53 heri hora septima reliquit eum febris.* Co-
gnouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua
dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & credidit
54 ipse, & domus eius tota. * Hoc iterum se-
cundum signum fecit Iesus, cum venisset à
Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

Leu. 23. a.5. Deu.16. a.1.
POst hæc erat dies festus Iudæorum, & 1
ascẽdit Iesus Ierosolymam. * Est autem 2
Ierosolymis Probatica piscina, quæ cogno- A
minatur Hebraicè Bethsaida, quinque porti-
cus habẽs. * In his iacebat multitudo magna 3
languentiũ, cęcorum, claudorum, aridorum
expectantium aquæ motum. * Angelus au- 4
tem Domini descẽdebat secundum tempus
in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior
descendisset in piscinam post motionem a-
quæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur
5 infirmitate. * Erat autem quidam homo ibi
triginta, & octo annos habens in infirmitate
6 sua. * Hunc cum vidisset Iesus iacentem, &
B cognouisset, quia iam multum tempus ha-
7 beret, dicit ei: Vis sanus fieri? * Respondit ei
languidus: Domine, hominem non habeo,
vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in
piscinam: dum venio enim ego, alius ante
8 me descendit.*Dicit ei Iesus: Surge, tolle gra-
batum tuum, & ambula:* Et statim sanus fa- 9
ctus est homo ille: & sustulit grabatũ suum,
& ambulabat. Erat autem sabbatum in die
illo. * Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus 10
"Ex.20. b.11. Ier.17. c.24.
fuerat: " Sabbatum est, non licet tibi tollere
grabatum tuum: Respondit eis.*Qui me sa- 11
num fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum
tuum, & ambula.*Interrogauerunt ergo eũ: 12
Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle gra-
batũ tuum, & ambula?* Is autem, qui sanus 13
fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus
enim declinauit à turba constituta in loco.
* Postea inuenit eum Iesus in templo, & di- 14
xit illi: Ecce sanus factus es: iam noli pecca- C
re, ne deterius tibi aliquid contingat. * Abijt 15
ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus es-
set, qui fecit eum sanum. * Propterea perse- 16
quebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat
in sabbato.* Iesus autem respondit eis: Pa- 17
ter meus vsque modò operatur, & ego ope-
ror.* Propterea ergo magis quærebant eum 18
Iudæi interficere: quia non solum soluebat
sabbatum, sed & patrẽ suum dicebat Deum,
æqualem se faciens Deo: Respondit itaque
Iesus, & dixit eis:* Amen, amen dico vobis: 19
non potest Filius à se facere quidquam, nisi
quod viderit Patrem facientem: quæcumq.
enim ille fecerit, hæc & Filius similiter fa-
cit.*Pater enim diligit Filium, & omnia de- 20
monstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his de- D
mõstrabit ei opera, vt vos miremini. * Sicut 21
enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic
& Filius, quos vult, viuificat. * Neque enim 22
Pater iudicat quemquam: sed omne iudiciũ
dedit Filio,*vt omnes honorificent Filium, 23
sicut honorificant Patrem, qui nõ honorifi-
cat Filium, non honorificat Patrem, qui mi-
sit illum.* Amen, amen dico vobis, quia qui 24
verbum meum audit, & credit ei, qui misit
me, habet vitam æternam, & in iudiciũ non
venit, sed transijt à morte in vitam.*Amen, 25
amen dico vobis, quia venit hora, & nunc
est, quãdo mortui audient vocem Filij Dei:
& qui audierint, viuent. * Sicut enim Pater 26
habet vitam in semetipso: sic dedit, & Filio E
habere vitam in semetipso: * & potestatem 27
dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis
est.* Nolite mirari hoc, quia venit hora, in 28
"Ma.25. d.46.
qua omnes, qui in monumentis sunt, audiẽt
vocem Filij Dei:* " & procedent, qui bona 29
fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò
mala egerunt, in resurrectionem Iudicij,
* Nõ possum ego à meipso facere quidquã. 30
Sicut audio, iudico: & iudicium meum iu-
stum est: quia non quæro voluntatem meã,
sed voluntatem eius, qui misit me. * Si ego 31
testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ
"Mat.3. d.17. Sup.1. g.15.
meum non est verum.*" Alius est, qui testi- 32
monium perhibet de me, & scio, quia verũ
est testimoniũ, quod perhibet de me. * Vos 33
misistis ad Ioannem: & testimonium perhi- F
buit veritati.* Ego autem nõ ab homine te- 34
stimonium accipio: sed hæc dico, vt vos salui
sitis,*Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos 35
autem voluistis ad horam exultare in luce
36 eius. * Ego autem habeo testimoniũ maius
Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater,
vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, te-
stimonium perhibent de me, quia Pater mi-
"Mat.9. d.19. & 17.a.5. "Deu.4. b.12.
37 sit me:* & qui misit me Pater, "ipse testimo-
nium perhibuit de me: neque vocẽ eius vm-
quam audistis, "neque speciem eius vidistis:
38 * & verbum eius non habetis in vobis ma-
nens: quia quem misit ille, huic vos non cre-
39 ditis.* Scrutamini Scripturas, quia vos puta-
G tis in ipsis vitam æternã habere, & illæ sunt,
40 quæ testimonium perhibent de me,*& non
41 vultis venire ad me, vt vitã habeatis.* Cla-
42 ritatem ab hominibus non accipio.* Sed co-
gnoui vos, quia dilectionem Dei non habe-
43 tis in vobis. * Ego veni in nomine Patris
mei, & non accipitis me: si alius venerit in
44 nomine suo, illũ accipietis. * Quomodo vos
potestis credere, qui gloriam ab inuicem acci-
"1.Co.4. a.3. Gen.3. c.15.22. d.18.49. b.10. Deu.18. c.15.
pitis: " & gloriam, quæ à solo Deo est, non
45 quæritis.* Nolite putare, quia ego accusatu-
rus sim vos apud Patrem, est qui accusat vos
46 Moyses, in quo vos speratis.* Si enim crede-
retis Moysi, crederetis forsitan, & mihi: " de
47 me enim ille scripsit. * Si autem illius literis
nõ creditis: quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

Mat.14. b.13. Marc.6. c.32. Luc.9.b.10.
1 POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ,
2 quod est Tiberiadis, * & sequebatur eũ
A multitudo magna, quia videbant signa, quæ
3 faciebat super his, qui infirmabantur. * Su-
bijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cũ
4 discipulis suis. * Erat autem proximum Pa-
5 scha dies festus Iudæorum.* Cum subleuas-
set ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multi-
tudo maxima venit ad eum, dixit ad Philip-
pũ. Vnde ememus panes, vt manducent hi?
6 * Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim
7 sciebat quid esset facturus.*Respõdit ei Phi
lippus: Ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis, vt vnusquisq. modicum quid
8 accipiat:*Dicit ei vnus ex discipulis eius, An-
9 dreas frater Simonis Petri: * Est puer vnus
hic, qui habet quinque panes hordeaceos, &
duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?
10 * Dixit ergo Iesus: Facite homines discum-
B bere. Erat autem fœnum multum in loco.
Discubuerunt ergo viri, numero quasi quin-
11 que millia * Accepit ergo Iesus panes: & cũ
gratias egisset, distribuit discumbentibus: si-
militer, & ex piscibus quantum volebant.
12 * Vt autẽ impleti sunt, dixit discipulis suis:
Colligite, quæ superauerunt fragmenta, ne
13 pereant:* Collegerunt ergo, & impleuerunt
duodecim cophinos fragmẽtorum ex quin-
que panibus hordeaceis, quę superfuerũt his,
14 qui manducauerant. * Illi ergo homines cũ
vidissent, quod Iesus fecerat signũ, dicebant:
Quia hic est verè propheta, qui venturus est
15 in mundum. * Iesus ergo cum cognouisset,
quia venturi essent, vt raperent eum, & face-
"Mat.14 c.23. Marc.6. f.46.
rent eum regem, " fugit iterum in montem
16 ipse solus.* Vt autẽ sero factum est, descen-
17 derunt discipuli eius ad mare * Et cũ ascen-
dissent nauim, venerunt trans mare in Ca-
phar-

pharnaũ:& tenebræ iam factæ erant:& non
venerat ad eos Iesus. * Mare autem, vento 18
magno flante, exurgebat.* Cũ remigassent 19
ergo quasi stadia viginti quinque aut trigin- C
ta, vident Iesum ambulantem supra mare,
& proximum naui fieri,& timuerunt *Ille 20
autẽ dicit eis: Ego sum, nolite timere.* Vo- 21
luerunt ergo accipere eum in nauim: & sta-
tim nauis fuit ad terrã, in quam ibant.* Al- 22
tera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit
quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, &
quia nõ introisset cum discipulis suis Iesus
in nauim, sed soli discipuli eius abissent:
*aliæ verò superuenerunt naues à Tiberia- 23
de iuxta locum, vbi mãducauerant panem,
gratias agẽte Domino:* Cum ergo vidisset 24
turba quia Iesus non esset ibi, neque discipu
li eius, ascenderunt in nauiculas,& venerũt
Capharnaum quærẽtes Iesum.* Et cum in- 25
uenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rab
bi, quãdo huc venisti?* Respõdit eius Iesus, 26
& dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis
me non quia vidistis signa, sed quia mandu-
castis ex panibus,& saturati estis. * Opera- 27
mini nõ cibum, qui perit, sed qui permanet D
in vitam æternam, quem Filius hominis da-
"Sup. 1. bit vobis." Hunc enim Pater signauit Deus.
c. 32. *Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus vt 28
Mat. 3. d operemur opera Dei?* Respondit Iesus,& 29
17.& 17. dixit eis. Hoc est opus Dei, vt credatis in eũ
a. 5 quem misit ille.*Dixerunt ergo ei: Quod er- 30
"Ioan. 3 go tu facis signũ vt videamus, & credamus
d. 23. tibi? quid operaris?* Patres nostri manduca- 31
"Exo. 16. uerũt manna in deserto, sicut scriptum est:
c. 14. "Panem de cælo dedit eis manducare.*Di- 32
Nu. 11. xit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis:
b. 7. Nõ Moyses dedit vobis panem de cælo, sed
Pater meus dat vobis panem de cęlo verũ.
33 * Panis enim Dei est, qui de celo descendit, Psal. 77.
34 & dat vitam mundo.* Dixerũt ergo ad eũ: c. 24.
35 Domine, semper da nobis panẽ hũc.*Dixit Sap. 16. c
autem ei Iesus: Ego sum panis vitæ: "q̃ ve- 20.
nit ad me, non esuriet: & qui credit in me, "Ecc. 24.
36 non sitiet vnquam.*Sed dixi vobis quia & c. 29.
37 vidistis me,& non creditis. * Omne, quod
dat mihi Pater, ad me veniet & eum, qui ve
38 nit ad me, non eijciam foras:* quia descẽdi
de cælo, nõ vt faciam voluntatem meã, sed
39 voluntatem eius qui misit me.* Hęc est au-
E tem voluntas eius, qui misit me, Patris: vt
omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo,
40 sed resuscitẽ illud in nouissimo die. * Hæc
est autem volũtas Patris mei, qui misit me:
vt omnis, qui videt Filium, & credit in eũ,
habeat vitam æternã, & ego resuscitabo eũ
41 in nouissimo die * Murmurabant ergo Iu-
dæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis vi-
42 uus, qui de cælo descendi, * & dicebant. "Mat 13
"Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos g 55.
nouimus patrẽ,& matrẽ? Quomodo ergo
43 dicit hic: Quia de cælo descendi:* Respon-
dit ergo Iesus,& dixit eis: Nolite murmu-
44 rare in inuicẽ:*nemo põt venire ad me, nisi
Pater, qui misit me, traxerit eum:& ego resu
45 scitabo eũ in nouissimo die.* Est scriptum
in Prophetis: " Et erunt oẽs docibiles Dei. "Isa. 54.
Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit c. 18.
46 ad me.* Non quia Patrem vidit quisquam,
47 " nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem.* A- "Mat. 11
F men, amen dico vobis: Qui credit in me ha- d. 27.
48 bet vitam æternam. * Ego sum panis vitæ. "Exo. 16
49 * " Patres vestri manducauerunt manna in c. 13.
50 deserto,& mortui sunt.* Hic est panis de cę
lo descendẽs: vt si quis ex ipso manducaue-
51 rit, nõ moriatur.* Ego sum panis viuus, qui
52 de cælo descendi.* Si quis manducauerit ex
hoc

hoc pane, viuet in æternum, & panis, quem
ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Li- 53
tigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes:
Quomodo potest hic nobis carnẽ suam da-
re ad manducãdum? *Dixit ergo eis Iesus: 54
Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueri-
tis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius san-
guinem, non habebitis vitam in vobis.*Qui 55
manducat meam carnem, & bibit meũ san-
guinẽ, habet vitam æternam: & ego resusci-
"1. Cor. tabo eum in nouissimo die.* " Caro enim 56
11. f. 27. mea, verè est cibus:& sanguis meus, verè est
potus.*qui manducat meam carnem,& bi- 57
bit meum sanguinem, in me manet,& ego
in illo, * Sicut misit me viuens Pater:& ego 58
viuo propter Patrem: & qui manducat me,
& ipse viuet propter me.* Hic est panis, qui 59
de cęlo descendit. Nõ sicut manducauerunt
patres vestri manna, & mortui sunt. Qui
manducat hunc panem, viuet in æternum.
* Hæc dixit in synagoga docens in Caphar- 60
naum.* Multi ergo audiẽtes, ex discipulis e- 61
ius, dixerũt: Durus est hic sermo,& quis po- G
test eum audire?* Sciens autem Iesus apud 62
semetipsum, quia murmurarent de hoc di-
"Sup. 3. scipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?
b. 13. *Si ergo videritis " Filium hominis ascen- 63
dentem vbi erat prius?*Spiritus est, qui vi- 64
uificat: caro nõ prodest quidquã, verba, quæ
ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.
*Sed sunt quidam ex vobis, qui nõ credunt. 65
Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non
credentes,& quis traditurus esset eum.* Et 66
dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo po
test venire ad me, nisi fuerit ei datum à Pa-
tre meo.* Ex hoc multi discipulorum eius 67
abierunt retro:& iam non cum illo ambula-
bãt.* Dixit ergo Iesus ad duodecim: Num- 68
quid & vos vultis abire?* Respondit ergo ei 69
Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus?
"Mat. 16 verba vitæ æternæ habes,*" & nos credidi- 70
c 16. mus,& cognouimus, quia tu es Christus Fi-
Mar. 8. c lius Dei.* Respõdit eis Iesus: Nõne ego vos 71
29. duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus
Luc. 9. b est?* Dicebat autẽ Iudam Simonis Iscario- 72
20. tem: hic enim erat traditurus eum, cum es-
set vnus ex duodecim.

CAP. VII.

POst hęc autem ambulabat Iesus in Ga- 1
lilæam, non enim volebat in Iudæam A
ambulare: quia quærebant eum Iudæi inter-
ficere.* Erat autẽ in proximo dies festus Iu- 2
"Leu. 23 dæorum, "Scenopegia.* Dixerunt autem ad 3
f. 32. eum fratres eius. Transi hinc,& vade in Iu-
dæam, vt & discipuli tui videant opera tua,
quę facis.* Nemo quippe in occulto quid fa- 4
cit,& quærit ipse in palam esse: si hæc facis,
manifesta teipsum mundo * Neq. enim fra- 5
tres eius credebãt in eum.* Dicit ergo eis Ie- 6
sus: Tempus meum nondum aduenit: tem-
pus autem vestrum semper est paratum.
* Non potest mundus odisse vos: me autem 7
odit: quia ego testimonium perhibeo de illo
8 quod opera eius mala sunt. * Vos ascendite
B ad diem festum hunc, ego autem nõ ascen-
do ad diem festum illum: quia meum tem-
9 pus nondum impletum est. * Hæc cum di-
10 xisset, ipse mansit in Galilæa.* Vt autem a-
scenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit
ad diem festum, non manifestè, sed quasi in
11 occulto.* Iudæi ergo quærebant eum in die
12 festo,& dicebant: Vbi est ille?* Et murmur
multum erat in turba de eo. Quidam enim
dicebant: Quia bonus est. Alij autem dice-
13 bant: Non, sed seducit turbas.* Nemo tamẽ
palam loquebatur de illo propter metũ Iu-
14 dæorum.* Iam autem die festo mediãte, a-
15 scendit Iesus in templum, & docebat. * Et
mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic
16 literas scit, cum non didicerit.* Respondit
C eis Iesus,& dixit: Mea doctrina nõ est mea,
17 sed eius, qui misit me.* Si quis voluerit vo-
luntatem eius facere: cognoscet de doctrina
vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.
18 * Qui à semetipso loquitur, gloriam pro-
priam quærit: qui autem quærit gloriã eius,
qui misit eum, hic verax est,& iniustitia in il
19 lo non est.*" Nonne Moyses dedit vobis le "Exo. 24
20 gem:& nemo ex vobis facit legem? * Quid a. 3.
me quæritis interficere? Respondit turba,& Sup. 5. c.
dixit: Dæmonium habes: quis te quærit in- 18.
21 terficere?* Respõdit Iesus,& dixit eis: Vnũ
22 opus feci,& omnes miramini: * Propterea
"Moyses dedit vobis circumcisionem. (non
quia ex Moyse est, " sed ex patribus) & in
23 sabbato circumciditis hominem. * Si circũ- " Leu. 12
D cisionem accipit homo in sabbato, vt non a. 3.
soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia "Gen. 17
24 totum hominẽ sanũ feci in sabbato?* " No- b. 10.
li te iudicare secundum faciem, sed iustũ iu- " Deu. 1.
25 dicium iudicate. * Dicebant ergo quidã ex c. 16.
Ierosolymis: Nonne hic est, quem quærunt
26 interficere? * Ecce palam loquitur,& nihil
ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt prin-
27 cipes, quia hic est Christus?* Sed hunc sci-
mus vnde sit: Christus autem cum venerit,
28 nemo scit vnde sit.* Clamabat ergo Iesus in
templo docens,& dicens: Et me scitis,& vn-
de sim scitis: & a me ipso non veni, sed est
29 verus, qui misit me, quem vos nescitis.* Ego
scio eum: quia ab ipso sum,& ipse me misit.
30 * Quærebant ergo eum apprehendere, &
E nemo misit in illũ manus, quia nondũ ve-
31 nerat hora eius.* De turba autem multi cre
diderunt in eum,& dicebant. Christus cum
venerit, numquid plura signa faciet, quam q̃
32 hic facit:* Audierunt Pharisæi turbã mur-
murantem de illo hæc: & miserunt princi-
pes,& Pharisæi ministros, vt apprehenderẽt
33 eum.* Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ
tempus vobiscum sum:& vado ad eum, qui
34 me misit.* "Quæretis me,& nõ inuenietis: " Inf. 13.
35 & vbi ego sum, vos nõ potestis venire.*Di- d. 35.
xerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic
iturus est, quia non inueniemus eum? num-
quid in dispersionem Gentium iturus est,&
36 docturus Gentes? * Quis est hic sermo, quẽ
F dixit: Quæretis me, & nõ inuenietis:& vbi
sum

" Le. 23. f. 27. fum ego,vos nō poteſtis venire?* In nouiſ- 37
ſimo autē "die magno feſtiuitatis ſtabat Ie-
" De. 18. c. 15. ſus,& clamabat,dicens:Si quis ſitit,veniat ad
me,& bibat.* " Qui credit in me,ſicut dicit 38
Ioel 2.g. 28. Scriptura,flumina de vētre eius fluent aquę
viuæ.* Hoc autē dixit de Spiritu, quem ac- 39
Act. 2.c. 27. cepturi erant credētes in eum: nondū enim
erat Spiritus datus,quia Ieſus nondum erat
glorificatus.* Ex illa ergo turba cum audiſ- 40
ſent hos ſermones eius,dicebant:Hic eſt ve-
re propheta.* Alij dicebāt: Hic eſt Chriſtus 41
Quidam autem dicebant:Numquid à Gali-
" Mich. 5. a.2. Mat.2.a 6. læa venit Chriſtus?*" Nonne Scriptura dicit: 42
Quia ex ſemine Dauid,& de Bethlehem ca-
ſtello,vbi erat Dauid,venit Chriſtus?*Diſ- 43
ſenſio itaque facta eſt in turba propter eum.
* Quidam autem ex ipſis volebant appre- 44
hendere eum:ſed nemo miſit ſuper eū ma- G
nus.* Venerūt ergo miniſtri ad Pontifices, 45
& Phariſæos. Et dixerunt eis illi : Quare nō
adduxiſtis illum?*Reſponderunt miniſtri: 46
Numquam ſic locutus eſt homo , ſicut hic
homo. * Reſponderunt ergo eis Phariſæi: 47
Numquid & vos ſeducti eſtis?* Numquid 48
ex principibus aliquis credidit in eum , aut
ex Phariſæis?* ſed turba hæc,quæ non no- 49
uit legem,maledicti ſunt. * Dixit Nicode- 50
mus ad eos," ille, qui venit ad eum nocte q
vnus erat ex ipſis.* Numquid lex noſtra iu- 51
" Sup. 3. a.2. dicat hominē,niſi prius audierit ab ipſo,"&
cognouerit quid faciat? * Reſponderunt,& 52
" De.17. b.8.& 19 b.15. dixerunt ei : Numquid , & tu Galilæus es?
Scrutare Scripturas , & vide quia à Galilæa
propheta non ſurgit.* Et reuerſi ſunt vnuſ- 53
quiſque in domum ſuam.

CAP. VIII.

IEſus autem perrexit in montem Oliueti: 1
*& diluculo iterum venit in templum,& 2
omnis populus venit ad eum,& ſedēs doce- A
bat eos.*Adducunt autem Scribæ,& Phari- 3
ſæi mulierem in adulterio deprehenſam:&
ſtatuerunt eam in medio, * & dixerunt ei: 4
Magiſter,hæc mulier modò deprehenſa eſt
" Leu. 20 b.10. in adulterio.*" In lege autem Moyſes man- 5
dauit nobis huiuſmodi lapidare . Tu ergo
quid dicis? * Hoc autem dicebant tentantes 6
eum,vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem
inclinans ſe deorſum,digito ſcribebat in ter-
ra.* Cum ergo perſeuerarent interrogantes 7
" Deu.17 b.27. eum,erexit ſe,& dixit eis: " Qui ſine peccato
eſt veſtrum , primus in illam lapidem mit-
tat.* Et iterum ſe inclinans,ſcribebat in ter- 8
ra.* Audientes autem vnus poſt vnum exi- 9
bant incipientes à ſenioribus:& remanſit ſo
lus Ieſus,& mulier in medio ſtans. * Erigēs 10
autem ſe Ieſus,dixit ei: Mulier,vbi ſunt,qui
te accuſabant?nemo te condemnauit?* Quę 11
dixit: Nemo,Domine. Dixit autē Ieſus: Nec B
ego te condemnabo: Vade,& iā amplius no-
li peccare.*Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus 12
" 1.Io. 1. b.5. dicens: " Ego ſum lux mundi:qui ſequitur
me,non ambulat in tenebris,ſed habebit lu-
men vitæ.*Dixerūt ergo ei Phariſæi:Tu de 13
te ipſo teſtimonium perhibes:teſtimonium
14 tuum non eſt verum.* Reſpondit Ieſus,&
dixit eis: Et ſi ego teſtimonium perhibeo de
meipſo , verū eſt teſtimonium meum:quia
ſcio vnde veni,& quò vado: vos autem ne-
15 ſcitis vnde venio,aut quò vado.* Vos ſecū-
dum carnem iudicatis: ego non iudico quē-
16 quam:* & ſi iudico ego,iudicium meum ve
rum eſt, quia ſolus non ſum:ſed ego, & qui
17 miſit me, Pater.* Et in lege veſtra ſcriptum
eſt,"quia duorum hominum teſtimoniū ve " De. 17. b.6.& 19 c.15. Mat.18. b.16. 2. Cor. 13.a.1. Heb.10. e.20.
18 rum eſt.* Ego ſum,qui teſtimonium perhi
beo de me ipſo:& teſtimonium perhibet de
19 me,qui miſit me, Pater. * Dicebant ergo ei:
Vbi eſt Pater tuus? Reſpōdit Ieſus: Neq me
ſcitis,neq. Patrem meū : ſi me ſciretis,forſi-
20 tan,& Patrem meum ſciretis. * Hæc verba
C locutus eſt Ieſus in gazophylacio , docens in
templo:& nemo apprehendit eum,quia nec
21 dum venerat hora eius *Dixit ergo iterum
eis Ieſus: Ego vado,& quæretis me,& in pec
cato veſtro moriemini . Quò ego vado,vos
22 non poteſtis venire. * Dicebant ergo Iudæi:
Numquid interficiet ſemetipſum, qa dixit:
23 Quò ego vado,vos non poteſtis venire?* Et
dicebat eis; Vos de deorſum eſtis,ego de ſu
pernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis,ego nō
24 ſum de hoc mundo.* Dixi ergo vobis quia
moriemini in peccatis veſtris : ſi enim non
credideritis quia ego ſum,moriemini in pec
25 cato veſtro. * Dicebant ergo ei: Tu quis es?
Dixit eis Ieſus: Principium,qui & loquor vo
26 bis.* Multa habeo de vobis loqui,& iudica-
re,ſed qui me miſit,verax eſt:& ego quæ au
27 diui ab eo, hæc loquor in mundo. * Et non
cognouerūt,quia Patrem eius dicebat Deū.
28 *Dixit ergo eis Ieſus: Cum exaltaueritis Fi-
lium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſū,
& à meipſo facio nihil," ſed ſicut docuit me " Rom. 3.a.4.
29 Pater,hæc loquor:*& qui me miſit,mecum
D eſt,& non reliquit me ſolum:quia ego q pla-
30 cita ſunt ei,facio ſemper.* Hæc illo loquen-
31 te,multi crediderunt in eum.*Dicebat ergo
Ieſus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos : Si
vos manſeritis in ſermone meo , verè diſci-
32 puli mei eritis:*& cognoſcetis veritatem,&
33 veritas liberabit vos.* Reſponderunt ei. Se-
men Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus
vmquam : quomodo tu dicis: Liberi eritis?
34 *Reſpondit eis Ieſus Amen,amen dico vo
bis." quia omnis, qui facit peccatum,ſeruus " Rom. 6.c.15. 2. Pet.2. d.19.
35 eſt peccati.*ſeruus autem non manet in do
mo in æternum:filius autem manet in æter
36 num.* ſi ergo vos filius liberauerit, verè li-
37 beri eritis,* Scio quia filij Abrahæ eſtis:ſed
E q̄ritis me interficere,quia ſermo meus non
38 capit in vobis.* Ego quod vidi apud Patrē
meum,loquor: & vos quæ vidiſtis apud pa-
39 trē veſtrum,facitis.* Rn̄derunt, & dixerūt
ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus:
Si filij Abrahæ eſtis , opera Abrahæ facite .
40 * Nunc autem quæritis me interficere, ho-
minem , qui veritatem vobis locutus ſum,
quam audiui à Deo : hoc Abraham nō fecit
41 * Vos facitis opera patris veſtri . Dixerunt
itaque ei: Nos ex fornicatione nō ſumus na-
ti.vnum

ti: vnum patrem habemus Deum . * Dixit 42
ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet:dili-
geretis vtique me , ego enim ex Deo proceſ-
ſi,& veni: neque enim à me ipſo veni: ſed il-
le me miſit . * Quare loquelam meam non 43
" 1.Io.3. b.8. cognoſcitis ? Quia non poteſtis audire ſer-
monem meum . * " Vos ex patre diabolo 44
eſtis : & deſideria patris veſtri vultis facere ,
F ille homicida erat ab initio , & in veritate
non ſtetit:quia non eſt veritas in eo: cum lo-
quitur mendacium , ex proprijs loquitur ,
45 quia mendax eſt,& pater eius.* Ego autem
46 ſi veritatem dico,non creditis mihi . * Quis
ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem

" 1.Io.4. a.6. dico vobis, quare non creditis mihi?* " Qui 47
ex Deo eſt, verba Dei audit . Propterea vos
non auditis,quia ex Deo non eſtis.* Reſpō- 48
derūt ergo Iudæi,& dixerunt ei: Nonne be-
ne dicimus nos , quia Samaritanus es tu , &
dæmonium habes * Reſpondit Ieſus: Ego 49
dæmonium non habeo: ſed honorifico Pa-
trem meum,& vos inhonoraſtis me. * Ego 50
autem non quæro gloriam meā: eſt qui quæ-
rat,& iudicet. * Amen, amen dico vobis : ſi 51
quis ſermonem meum ſeruauerit , mortem
non videbit in æternum . * Dixerunt ergo 52
Iudæi: Nunc cognouimus,quia dæmonium G
habes. Abraham mortuus eſt,& Prophetæ :
& tu dicis : Si quis ſermonem meum ſerua-
uerit , non guſtabit mortem in æternum . * 53
Numquid tu maior es patre noſtro Abra-
ham, qui mortuus eſt ? & Prophetæ mortui
ſunt. Quem teipſum facis? * Reſpondit Ie- 54
ſus : Si ego glorifico me ipſum , gloria mea
nihil eſt : eſt Pater meus , qui glorificat me ,
quem vos dicitis , quia Deus veſter eſt , * & 55
non cognouiſtis eum: ego autem noui eum :
Et ſi dixero , quia non ſcio eum , ero ſimilis
vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem
eius ſeruo. * Abrahā pater veſter exultauit, 56
vt videret diem meum: vidit,& gauiſus eſt.
* Dixerunt ergo Iudæi ad eum : Quinqua- 57
ginta annos nondum habes,& Abraham vi-
diſti?* Dixit eis Ieſus: Amen,amen dico vo- 58
bis,antequam Abrahā fieret,ego ſum.* Tu- 59
lerunt ergo lapides,vt iacerent in eum:Ieſus
autem abſcondit ſe, & exiuit de templo .

CAP. IX.

1 ET præteriens Ieſus vidit hominem cæcū
2 à natiuitate : * & interrogauerunt eum
A diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit , hic, aut
3 parentes eius,vt cæcus naſceretur? * Reſpō-
dit Ieſus : Neque hic peccauit, neq. parentes
eius:ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo .
4 * Me oportet operari opera eius , qui miſit
me, donec dies eſt: venit nox,quando nemo
5 poteſt operari , * quamdiu ſum in mundo ,
6 lux ſum mundi.* Hæc cū dixiſſet,expuit in
terram,& fecit lutum ex ſputo, & liniuit lu-
7 tum ſuper oculos eius, * & dixit ei: Vade la-
B ua in natatoria Siloe (quod interpretatur
Miſſus) Abijt ergo,& lauit,& venit videns.
8 * Itaque vicini , & qui viderant eum prius ,
quia mendicus erat,dicebant: Nonne hic eſt
qui ſedebat , & mendicabat ? Alij dicebant :
9 Quia hic eſt.* Alij autem: Nequaquam, ſed
ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat: Quia ego ſū .
10 * Dicebāt ergo ei: Quomodo aperti ſunt ti-
11 bi oculi? * Reſpondit:ille homo, qui dicitur
Ieſus, lutum fecit : & vnxit oculos meos, &
dixit mihi : Vade ad natatoria Siloe, & laua.
12 Et abij,laui,& video . * Et dixerunt ei: Vbi
13 eſt ille? Ait: Neſcio. * Adducunt eū ad Pha-
14 riſæos,qui cæcus fuerat,* Erat autem ſabba-
tum

tũ quando lutum fecit Iesus, & aperuit ocu- C
los eius. * Iterum ergo interrogabant eum 15
Pharisæi, quomodo vidisset. Ille autem di-
xit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & 16
lui, & video. * Dicebant ergo ex Phari-
sæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui
sabbatum non custodit. Alij autem dice-
bant: Quomodo potest homo peccator hæc
signa facere? Et schisma erat inter eos. * Di- 17
cunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de il-
lo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit:
Quia propheta est. * Non crediderunt er- 18
go Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidis-
set, donec vocauerunt parentes eius, qui vi-
derat: * & interrogauerunt eos, dicẽtes: Hic 19
est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus D
natus est? Quomodo ergo nunc videt? * Re- 20
sponderunt eis parentes eius, & dixerunt:
Scimus quia hic est filius noster, & quia cæ-
cus natus est: * quomodo autem nunc vi- 21
deat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos,
nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem ha-
bet: ipse de se loquatur. * Hæc dixerũt parẽ- 22
tes eius, quoniã timebant Iudæos: iam enim E
conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confi-
teretur esse Christum, extra synagogam fie-
ret. * Propterea parentes eius dixerũt: Quia 23
ætatem habet, ipsum interrogate. * Vocauẽ- 24
runt ergo rursum hominem, qui fuerat cæ-
cus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos sci-
mus, quia hic homo peccator est. * Dixit er- 25
go eis ille: Si peccator est, nescio: vnum scio,
quia cæcus cum essem, modò video. * Dixe- 26
runt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo ape-
27 ruit tibi oculos? * Respondit eis: Dixi vo-
bis iam, & audistis quid iterum vultis, audi-
re? numquid & vos vultis discipuli eius fie-
28 ri? * Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu
discipulus illius sis: nos autem Moysi disci-
29 puli sumus. * Nos scimus, quia Moysi locu-
F tus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit.
30 * Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc
enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit,
31 & aperuit meos oculos: * scimus autẽ, quia
peccatores Deus non audit: sed si quis Dei
cultor est, & voluntatem eius facit, hunc ex-
32 audit. * A sæculo non est auditum, quia quis
33 aperuit oculos cæci nati. * Nisi esset hic à
34 Deo, non poterat facere quidquam. * Respõ-
derunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es
totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum fo-
35 ras. * Audiuit Iesus quia ejecerunt eum fo-
G ras, & cum inuenisset eum dixit ei: Tu cre-
36 dis in Filium Dei? * Respondit ille, & dixit:
37 Quis est, Domine, vt credam in eum? * Et
dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur
38 tecum, ipse est. * At ille ait: Credo Domine.
39 Et procidens adorauit eum. * Et dixit Ie-
sus: In iudicium ego in hunc mundum ve-
ni: vt qui non vident videant, & qui vident
40 cæci fiant. * Et audierunt quidam ex Phari-
sæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei:
41 Numquid, & nos cæci sumus? * Dixit eis Ie-
sus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum,
nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum
vestrum manet.

CAP. X.

A Men amen dico vobis: qui non intrat 1
per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit A
ali undè, ille fur est, & latro. * Qui autem in- 2
3 trat per ostium, pastor est ouium. * Huic o-
stiarius aperit, & oues vocem eius audiunt,
& proprias oues vocat nominatim, & edu-
4 cit eas. * Et cum proprias oues emiserit ante
eas vadit: & oues illum sequũtur, quia sciunt
vo-

vocem eius. * Alienũ autem non sequũtur, 5
sed fugiunt ab eo: quia non nouerũt vocem
alienorum. * Hoc prouerbium dixit eis Ie- 6
sus. Illi autem non cognouerunt, quid loque-
retur eis. * Dixit ergo eis iterũ Iesus: Amen, 7
amen dico vobis, quia ego sum ostiũ ouium.
* Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & 8
latrones, & non audierunt eos oues. * Ego 9
sum ostium. Per me si quis introierit, salua-
bitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua
inueniet. * Fur non venit nisi, vt furetur, & 10
mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam ha-
beant, & abundantius habeant. * Ego sum 11
pastor bonus. " Bonus pastor animam suam C
dat pro ouibus suis. * Mercenarius autem, 12
& qui non est pastor, cuius non sunt oues
propriæ, videt lupum venientem, & dimit-
tit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit
oues: * mercenarius autem fugit, quia mer- 13
cenarius est, & non pertinet ad eum de oui-
bus. * Ego sum pastor bonus: & cognosco 14
oues meas, & cognoscunt me meæ. * " Sicut 15
nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: &
animam meam pono pro ouibus meis. * Et 16
alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: D
& illas oportet me adducere, & vocem meã
audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.
* Propterea me diligit Pater: " quia ego po- 17
no animam meam: vt iterum sumam eam.
* Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam 18
à me ipso, & potestatem habeo ponendi eã,
& potestatem habeo iterum sumendi eam:
Hoc mandatum accepi à Patre meo. * Dis- 19
sensio iterum facta est inter Iudæos propter
sermones hos. * Dicebant autem multi ex 20
ipsis: Demonium habet, & insanit: quid eum
auditis? * Alij dicebant: Hæc verba non sunt 21
dæmonium habentis: numquid dæmonium
potest cęcorum oculos aperire? * " Facta sũt 22
aũt Encænia in Ierosolymis, & hiems erat.
* Et ambulabat Iesus in templo, in porticu 23
Salomonis. * Circumdederunt ergo eũ Iu- 24
dæi, & dicebant ei: Quousque animam no- E
stram tollis? si tu es Christus dic nobis palã.
* Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non 25
creditis, opera, quæ ego facio in nomine Pa-
tris mei, hæc testimonium perhibent de me:
* sed vos non creditis, quia non estis ex oui- 26
bus meis. * Oues meæ vocem meã audiũt: 27
& ego cognosco eas, & sequuntur me: * & 28
ego vitam æternam do eis: & non peribunt
in æternum. & non rapiet eas quisquam de
manu mea. * Pater meus, quod dedit mihi, 29
maius omnibus est: & nemo potest rapere de F
manu Patris mei. * Ego, & Pater vnum su- 30
mus. * Sustulerũt ergo lapides Iudæi, vt la- 31
pidarent eum. * Respondit eis Iesus: Multa 32
bona opera ostẽdi vobis ex Patre meo, pro-
pter quod eorum opus me lapidatis? * Re- 33
sponderunt ei Iudæi: De bono opere non la-
pidamus te, sed de blasphemia, & quia tu
homo cum sis, facis teipsum Deũ. * Respon- 34
dit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege ve-
stra: " quia Ego dixi, dij estis? * Si illos dixit 35
deos, ad quos sermo Dei factus est, & nõ po-
test solui scriptura: * quem Pater sanctifica- G
uit, & misit in mundũ vos dicitis: Quia bla- 36
sphemas, quia dixi, Filius Dei sum. * Si non 37
facio opera Patris mei, nolite credere mihi.
* Si aũt facio: & si mihi non vultis credere, 38
operibus credite, vt cognoscatis, & credatis,
quia Pater in me est, & ego in Patre. * Quæ- 39
rebant ergo eum apprehendere, & exiuit de
manibus eorum. * Et abijt iterum trans Ior- 40
danem in eum locum, vbi erat Ioannes ba-
ptizans primũ? & mansit illic: * Et multi ve- 41
nerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes
quidem signum fecit nullum. * Omnia au- 42
tem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera
erant. Et multi crediderunt in eum.

" Isa. 10. c. 11. Ezc. 34. c. 23. & 37. f. 24.

" Mat. 11 d. 27. Luc. 10. d. 22.

" Isa. 53. b. 7.

" Mac. 4. f. 56. g. 9.

Ps. 81. b. 6.

CAP. XI.

A Erat autem quidam languens Lazarus à 1
Bethania, de castello Mariæ, & Marthę
sororis eius. * (Maria autem erat, " quæ vn- 2
xit Dominum vnguento, & exterſit pedes
eius capillis suis: cuius frater Lazarus infir- 3
mabatur.) * Miserunt ergo sorores eius ad
eũ dicentes: Dũe, ecce quem amas infirma- 4
tur. * Audiens autem Iesus dixit eis: Infir-
mitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria
Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam. * Di- 5
ligebat autem Iesus Martham, & sororem
eius Mariam, & Lazarum. * Vt ergo audiuit, 6
quia infirmabatur, tunc quidem mansit in
eodem loco duobus diebus, * deinde post 7
hæc dixit discipulis suis: Eamus in Iudæam
iterum. * Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc 8
quærebant te Iudæi lapidare, & iterum va-
dis illuc? * Respondit Iesus: Nonne duode- 9
B cim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in
die, non offendit, quia lucem huius mundi
10 videt: * si autẽ ambulauerit in nocte, offen-
11 dit, quia lux non est in eo. * Hæc ait, & post
hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit:
12 sed vado, vt ã somno excitem eum. * Dixe-
runt ergo discipuli eius: Domine, si dormit,
13 saluus erit. * Dixerat autem Iesus de morte
eius: illi autem putauerunt, quia de dormi-
14 tione somni diceret. * Tunc ergo Iesus dixit
15 eis manifeste: Lazarus mortuus est: * & gau
deo propter vos, vt credatis, quoniam non
16 eram ibi, sed eamus ad eum. * Dixit ergo
Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiſci-
pulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo.
17 * Venit itaq. Iesus: & inuenit eum quatuor
C dies iam in monumento habentem. * (Erat
18 autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi
19 stadijs quindecim.) * Multi autem ex Iu-
dæis venerant ad Martham, & Mariam, vt
20 consolarentur eas de fratre suo. * Martha
ergo, vt audiuit quia Iesus venit, occurrit il-
21 li: Maria autem domi sedebat. * Dixit ergo
Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, fra-
22 ter meus non fuisset mortuus: * sed & nũc
scio, quia quæcumque poposceris à Deo, da-
23 bit tibi Deus. * Dicit illi Iesus: Resurget fra-
24 ter tuus. * Dicit ei Martha: Scio quia resur-
get " in resurrectione in nouissimo die.

" Mat. 26 a. 7. Inf. 12. a. 3. Luc. 7. f. 37.

" Sup. 5. e. 29. Luc. 14. f. 14.

* Di-

* Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio,& vi- 25
ª Sup. 6. d.33. ta, ª qui credit in me, etiam si mortuus fue-
rit, viuet: * & omnis, qui viuit, & credit in 26
me,non morietur in æternum. Credis hoc?
* Ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia 27
tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc D
mundum venisti.* Et cũ hæc dixisset,abijt, 28
& vocauit Mariam sororem suam silentio,
dicens: Magister adest, & vocat te. * Illa,vt 29
audiuit,surgit citò,& venit ad eum:* nõ dũ 30
enim venerat Iesus in castellum: sed erat ad
huc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha.
* Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & 31
consolabantur eam,cum vidissent Mariam,
quia cito surrexit, & exijt, secuti sunt eã di-
centes: Quia vadit ad monumentum, vt plo-
ret ibi.* Maria ergo, cũ venisset vbi erat Ie- 32
sus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & di-
cit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mor-
tuus frater meus. * Iesus ergo, vt vidit eam 33
plorantem,& Iudæos, qui venerant cum ea,
plorantes,infremuit spiritu,& turbauit seip- E
sum, * & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt 34
ei:Domine,veni,& vide.* Et lacrymatus est 35
Iesus. * Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomo- 36
do amabat eum. * Quidam autem ex ipsis 37
ª Sup. 9. a.6. dixerunt: ª Non poterat hic,qui aperuit ocu-
los cæci nati, facere, vt hic non moreretur?
* Iesus ergo rursum fremens in semetipso, 38
venit ad monumentum, erat autem spelun-
ca: & lapis superpositus erat ei. * Ait Iesus: 39
Tollite lapidẽ. Dicit ei: Martha soror eius,
qui mortuus fuerat: Domine,iam fœtet,qua-
triduanus est enim.* Dicit ei Iesus: Nonne 40
dixi tibi quoniam si credideris, videbis glo-
riam Dei? * Tulerunt ergo lapidem: Iesus 41
autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater
gratias ago tibi quoniam audisti me, * ego 42
autem sciebam, quia semper me audis, sed F
propter populum, qui circũstat, dixi: vt cre-
dant,quia tu me misisti.* Hæc cum dixisset, 43
voce magna clamauit: Lazare veni foras. * 44
Et statim prodijt,qui fuerat mortuus,ligatus
pedes,& manus institis, & facies illius suda-
rio erat ligata. Dixit ei Iesus: Soluite eum,
& sinite abire. * Multi ergo ex Iudæis, qui 45
venerant ad Mariam, & Martham,& vide-
rant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.
* Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pha- 46
risæos,& dixerunt eis,quæ fecit Iesus.* Col- 47
legerunt ergo Pontifices, & Pharisæi conci-
lium, & dicebant: Quid facimus, quia hic
homo multa signa facit? * Si dimittimus 48
eum sic, omnes credent in eum: & venient
Romani, & tollent nostrum locum, & gen-
ª Inf.18. c.14. tem. * ª Vnus autem ex ipsis Caiphas no- 49
mine, cum esset Pontifex anni illius dixit
eis: Vos nescitis quidquam, * nec cogitatis, 50
quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo
pro populo, & non tota gens pereat. * Hoc 51
autem à semetipso non dixit: sed cum esset G
Pontifex anni illius,prophetauit: quod Iesus
moriturus erat pro gente, * & non tantum 52
pro gente, sed vt filios Dei, qui erant disper-
si, congregaret in vnum. * Ab illo ergo die 53
54 cogitauerunt vt interficerent eum. * Iesus
ergo iam non palam ambulabat apud Iu-
dæos, sed abijt in regione iuxta desertum,
in ciuitatem quæ dicitur Ephrem,& ibi mo
55 rabatur cum discipulis suis. * Proximum
autem erat Pascha Iudæorum: & ascende-
runt multi Ierosolymam de regione ante
56 Pascha,vt sanctificarent se ipsos:* Quære-
bant ergo Iesum: & colloquebantur ad inui
cem,in templo stantes: Quid putatis, quia
non venit ad diem festum? Dederant au-
tem Pontifices, & Pharisæi mãdatum, vt si
quis cognouerit vbi sit,indicet,vt apprehen
dant eum.

CAP. XII.

1 A IEsus ergo ante sex dies Paschæ venit Be Mat.26. a.6.
thaniã vbi Lazarus fuerat mortuus, quẽ
2 suscitauit Iesus.* Fecerunt autem ei cœnam Mat.14. a.3.
ibi:& Martha ministrabat, Lazarus vero v-
3 nus erat ex discũbentibus cũ eo.* Maria er-
go accepit librã vnguenti nardi pistici, pre-
tiosi,& vnxit pedes Iesu,& extersit pedes e-
ius capillis suis: & domus impleta est ex o-
4 dore vnguenti.* Dixit ergo vnus ex discipu
lis eius,Iudas Iscariotes, qui erat eũ traditu-
5 rus:* Quare hoc vnguentum non venijt tre-
6 centis denarijs,& datum est egenis? * Dixit
autem hoc,nõ quia de egenis pertinebat ad
eum,sed quia fur erat,& loculos habens,ea,
7 quæ mittebantur,portabat.* Dixit ergo Ie-
B sus: Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ
8 seruiet illud.* Pauperes enim semper habe-
tis vobiscum: me autẽ non semper habetis.
9 * Cognouit ergo turba multa ex Iudæis,quia
illic est: & venerunt, non propter Iesum tã-
tum,sed vt Lazarum viderent, quem susci-
10 tauit à mortuis. * Cogitauerunt autem
principes sacerdotum vt & Lazarum inter-
11 ficerent:* quia multi propter illum abibant
12 ex Iudæis,& credebant in Iesum. * In cra-
stinum autem turba multa, quæ venerat ad
diem festum, cũ audissent,quia venit Iesus
13 Ierosolymam:* acceperũt ramos palmarum
& processerunt obuiam ei, & clamabant:
Hosanna, benedictus, qui venit in nomine
14 Domini,Rex Israel.* ª Et inuenit Iesus a- ª Mat.21. a.7.
sellum, & sedit super eum, sicut scriptũ est.
15 * Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit Mar.11. a.7.
C sedens super pullum asinæ.* Hæc non co-
16 gnouerunt discipuli eius primum: sed quã- Luc.19. f.35.
do glorificatus est Iesus, tunc recordati sũt
quia hæc erant scripta de eo:& hæc fecerunt Zach.9. b.9.
17 ei.* Testimonium ergo perhibebat turba,
quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit
de monumento, & suscitauit eũ à mortuis,
18 * Propterea,& obuiã venit ei turba,quia au-
19 dierunt eum fecisse hoc signum.* Pharisæi
ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia
nihil proficimus? ecce mundus totus post
20 eum abijt.* erant autem quidam Gentiles
ex his, qui ascenderant vt adorarent in die
21 festo. * Hi ergo accesserunt ad Philippum,
qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabãt eũ
dicentes: Domine,volumus Iesum videre.
22 * Venit Philipp⁹,& dicit Andrææ, Andreas
rur-

sum,& Philippus dixerunt Iesu. * Iesus 23
autem respondit eis, dicens: Venit hora, D
vt clarificetur Filius hominis.* Amen,amen 24
dico vobis, nisi granum frumenti cadens in
terram,mortuum fuerit, * ipsum solum ma 25
net,si autem mortuum fuerit, multum fru-
ª Mat.10 d.39. & 16.d.25. ctum affert. ª Qui amat animam suam, per-
Mar.8.d det eã:& qui odit animam suam in hoc mun
35. do,in vitam æternam custodit eam.* Si quis 26
Luc. 9.c. 24 & 17. mihi ministrat,me sequatur: & vbi sum
f.33. ego, illic, & minister meus erit. Si quis
mihi ministrauerit, honorificabit eum
Pater meus. * Nunc anima mea turbata 27
est. Et quid dicam? Pater,saluifica me ex hac
hora. Sed propterea veni in horam hanc. * 28
Pater clarifica nomen tuum Venit ergo vox
de cælo: Et clarificaui,& iterum clarificabo.
* Turba ergo,quę stabat,& audierat,dicebat 29
tonitruum esse factum. Alij dicebant: Ange-
lus ei locutus est.* Respondit Iesus,& dixit: 30
Non propter me hæc vox venit, sed propter E
vos.* Nunc iudicium est mundi: nunc prin- 31
ceps huius mundi eijcietur foras. * Et ego si 32
exaltatus fuero à terra omnia traham ad me
ipsum,*(hoc autem dicebat, significans qua 33
morte esset moriturus)* Respondit ei turba: 34
Psal.109. Nos audiuimus ª ex lege, quia Christus ma-
a.4 & net in æternum,& quomodo tu dicis: Opor-
116.a.2. tet exaltari Filium hominis? Quis est iste Fi-
Isa.40.a. lius hominis? * Dixit ergo eis Iesus: Adhuc 35
8. modicũ lumen in vobis est. Ambulate dum
Eze.37. lucem habetis, vt non vos tenebræ compre-
25. hendãt:& qui ambulat in tenebris,nescit quò
vadat.* Dũ lucẽ habetis,credite in lucem, vt 36
filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abijt,
& abscondit se ab eis. * Cum autem tanta 37
signa fecisset coram eis, non credebant in
Isa.53. eum:* vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur, 38
a.1. quem dixit: ª Domine, quis credidit audi- F
tui nostro? & brachium Domini cui reue-
39 latum est?* Propterea non poterant credere
40 quia iterum dixit Isaias: * ª Excæcauit ocu- Ro.10.d 16.
los eorum, & indurauit cor eorum: vt non ª Isa.61. c.19.
videant oculis, & non intelligant corde, &
41 conuertantur,& sanẽ eos.* Hæc dixit Isaias Ro.11.b 8.
quando vidit gloriam eius, & locutus est de
42 eo. * Verumtamen,& ex principibus multi ª Mat.13. b.14.
crediderunt in eum: sed propter Pharisæos
non confitebantur, vt è synagoga non eijce- Mar.14. b.12.
43 rentur, * dilexerunt enim gloriam hominũ
44 magis,quàm gloriam Dei.* Iesus autem cla- Luc.8.b 10.
mauit, & dixit: Qui credit in me,non credit
45 in me,sed in eum qui misit me. * Et qui vi- Act.28.f 27.
46 det me, videt eum,qui misit me. * Ego lux
G in mundum veni,vt omnis,qui credit in me
47 in tenebris non maneat. * Et si quis audie-
rit verba mea,& nõ custodierit,ego non iudi
co eum,non enim veni vt iudicem mundũ,
48 sed vt saluificem mundum. * Qui spernit
me,& non accipit verba mea: habet qui iudi
cet eum, ª sermo,quem locutus sum,ille iu- ª Mar.16 b.16.
49 dicabit eum in nouissimo die.* Quia ego ex
me ipso non sum locutus, sed qui misit me
Pater,ipse mihi mandatũ dedit quid dicam,
50 & quid loquar.* Et scio quia mãdatum eius
vita æterna est. Quæ ergo loquor,sicut dixit
mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

1 A ANte diem festum Paschæ, sciens Iesus Mat.26. a.2.
quia venit hora eius vt transeat ex hoc
mundo ad Patrem:cum dilexisset suos, qui ª Mar.14. a.1.
2 erant in mundo,in finem dilexit eos.* Et cœ-
na facta,cum diabolus iam misisset in cor,vt Luc.22. a.1.
3 traderet eũ Iudas Simonis Iscariotæ.* sciens
quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia
4 a Deo exiuit, & ad Deum vadit: * surgit à
cœna, & posuit vestimenta sua: & cum ac-

cepiſſet linteum, præcinxit ſe. * Deinde mit- 5
tit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes
diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat
præcinctus. * Venit ergo ad Simonem Petrũ. 6
Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pe-
des? * Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego 7
facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea.
* Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in 8
æternum. Reſpóndit ei Ieſus: Si non lauero
te, non habebis partem mecum. * Dicit ei Si- 9
mon Petrus: Domine, non tantũ pedes meos,
ſed & manus, & caput. * Dicit ei Ieſus: Qui 10
lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed B
eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis, ſed
non omnes. * Sciebat enim quiſnam eſſet 11
qui traderet eum: propterea dixit: Non eſtis
mundi omnes. * Poſtquam ergo lauit pedes 12
eorũ, & accepit veſtimenta ſua: cũ recubuiſ-
ſet iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vo-
bis? * Vos vocatis me Magiſter, & Domine: 13
& bene dicitis, ſum etenim. * Si ergo ego la- 14
ui pedes veſtros, Dominus, & Magiſter: &
" Inf. 15. c. 20. Mat. 10. c.24. Luc. 6. f. 40.
vos debetis alter alterius lauare pedes. * Exẽ 15
plum enim dedi vobis, vt quemadmodum
ego feci vobis, ita & vos faciatis. * " Amen, 16
amen dico vobis: Non eſt ſeruus maior Do-
mino ſuo: neque apoſtolus maior eſt eo, qui
miſit illum. * Si hæc ſcitis, beati eritis ſi fece- 17
ritis ea. * Non de omnibus vobis dico: ego 18
ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur Scri-
" Pſ. 40. c. 10
ptura: " Qui manducat meum panem, leua-
bit contra me calcaneum ſuum. * Amodo 19
" Mat. 10. d. 40. Luc. 10. c. 16.
dico vobis, priuſquam fiat: vt cum factum C
fuerit, credatis, quia ego ſum. * " Amẽ, amen 20
dico vobis: Qui accipit ſi quem miſero, me ac-
cipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui
" Mat. 26 b. 13.
me miſit. * Cum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus 21
eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt, & dixit:
" Amen, amen dico vobis, Quia vnus ex vo-
22 bis tradet me. * Aſpiciebant ergo ad inuicẽ
Mat. 14. a. 1. Luc. 22. a. 4.
23 diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. * " Erat
ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in
24 ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. * Innuit er-
go huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt, de
" Luc. 22 b. 21.
25 quo dicit? * Itaque cum recubuiſſet ille ſu-
pra pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt?
26 * Reſpondit Ieſus: Ille eſt, cui ego intinctum
panem porrexero. Et cum intinxiſſet panẽ,
27 dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ. Et poſt buc-
cellam, introiuit in eum ſatanas: Et dixit ei Ie-
28 ſus: Quod facis, fac citius. * Hoc autem nemo
ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei.
29 * Quidam enim putabant, quia loculos ha-
D bebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea,
quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut
30 egenis vt aliquid daret. * Cũ ergo accepiſ-
ſet ille buccellam, exiuit continuò. Erat au-
31 tem nox. * Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nũc
clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarifi-
32 catus eſt in eo. * Si Deus clarificatus eſt in eo,
& Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & con-
" Sup. 7. e 34. Leu. 19. d. 18. " Mat. 22. d. 39. Inf. 15. b 12.
33 tinuò clarificabit eum. * Filioli, adhuc mo-
dicum vobiſcum ſum. " Quæretis me, & ſicut
dixi Iudæis: Quo ego vado, vos non poteſtis
34 venire: & vobis dico modò. * " Mandatum
nouum do vobis: Vt diligatis inuicem, ſicut
35 dilexi vos, vt & vos diligatis inuicẽ. * In hoc
cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi
36 dilectionem habueritis ad inuicem. * Dicit ei
Simon Petrus: Domine quò vadis? Reſpõdit
Ieſus: Quo ego vado, non potes me modò
" Mat. 26. d. 35. Mar. 14. c. 29. Luc. 22. c. 33.
37 ſequi: ſequeris autem poſtea. * Dicit ei Pe-
trus: Quare non poſſum ſequi modò? animã
38 meam pro te ponam. * Reſpondit ei Ieſus.
" Animã tuam pro me pones? Amen, amen
dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me
neges.

CAP.

CAP. XIV.

NOn turbetur cor veſtrum. Creditis in 1
Deum, & in me credite. * In domo pa- 2
tris mei manſiones multæ ſunt, ſi quo minus A
dixiſſem vobis. Quia vado parare vobis lo-
cum. * Et ſi abiero, & præparauero vobis lo- 3
cum: iterũ venio, & accipiã vos ad meipſum,
vt vbi ſum ego, & vos ſitis. * Et quò ego va- 4
do ſcitis, & viam ſcitis. * Dicit ei Thomas: Do 5
mine, neſcimus quò vadis: & quo modo poſ-
ſumus viam ſcire? * Dicit ei Ieſus: Ego ſum 6
via, & veritas, & vita, nemo venit ad Patrem
niſi per me. * Si cognouiſſetis me, & Patrem 7
meum vtique cognouiſſetis? & amodo co-
gnoſcetis eum, & vidiſtis eum. * Dicit ei Phi- 8
lippus, Domine: oſtende nobis Patrem, & ſuf
ficit nobis * Dicit ei Ieſus: Tanto tempore vo 9
biſcum ſum: & nõ cognouiſtis me? Philippe,
qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu
dicis: Oſtende nobis Patrem? * Non creditis 10
quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba, B
quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor.
Pater autem in me manens, ipſe facit opera.
* Nõ creditis quia ergo in Patre, & Pater in 11
me eſt? * Alioquin propter opera ipſa credi- 12
te. Amen amen dico vobis, qui credit in me,
opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora
" Inf. 16. c. 23. Mat. 7. a 8. & 21. b. 22. Mar. 11. c. 24.
horum faciet: quia ego ad Patrẽ vado. * " Et 13
quodcumque petieritis Patrem in nomine
meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Fi-
lio. * Si quid petieritis me in nomine meo, 14
hoc faciam. * Si diligitis me: mandata mea 15
ſeruate * Et ego rogabo Patrem, & alium pa- 16
raclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in
æternum. * Spiritum veritatis, quem mũdus 17
non poteſt accipere, quia non videt eum, nec
ſcit eum, vos autem cognoſcetis eũ, quia apud
vos manebit, & in vobis erit * Non relinquã 18
vos orphanos: veniam ad vos. * Adhuc mo- 19
dicum: & mundus me iam non videt. Vos au C
tem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis.
* In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in 20
Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. * 21
Qui habet mandata mea, & ſeruat ea: ille eſt,
qui diligit me. Qui autẽ diligit me, diligetur
à Patre meo: & ego diligam eum, & manife-
ſtabo ei meipſum. * Dicit ei Iudas, non ille 22
Iſcariotes: Domine, quid factũ eſt, quia ma-
nifeſtaturus es nobis teipſum, & non mũdo?
* Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit 23
me, ſermonem meũ ſeruabit, & Pater meus
diliget eum, & ad eum veniemus, & manſio-
nem apud eum faciemus: * qui non diligit 24
me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonẽ, D
quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius, qui mi
ſit me, Patris. * Hęc locutus ſum vobis apud 25
vos manens. * Paraclitus autem Spiritus 26
ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo,
ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis om
nia, quæcunque dixero vobis. * Pacem relin- 27
quo vobis, pacem meam do vobis: non quo
modo mundus dat, ego do vobis. Nõ turbe-
tur cor veſtrum, neque formidet. * Audiſtis 28
quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos.
Si diligeretis me, gauderetis, vtique, quia va-
29 do ad Patrem: quia Pater maior me eſt. * Et
nunc dixi vobis prius quam fiat: vt cũ factũ
30 fuerit, credatis. * Iã non multa loquar vobi-
ſcum, venit enim princeps mũdi huius, & in
31 me non habet quidquam. * Sed vt cognoſcat
Act. 2. & 22.
mundus quia diligo Patrẽ, & " ſicut mandatũ
dedit mihi Pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

1 EGo ſum vitis vera: & Pater meus agrico-
2 la eſt. * Omnem palmitem in me non
A ferentem fructum, tollet eum: & omnem,
" Sup. 13. b. 10.
qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum
3 plus afferat: * " Iam vos mundi eſtis propter
4 ſermonem, quẽ locutus ſum vobis. * Mane-
te in me, & ego in vobis. Sicut palmes non po
teſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit
5 in vite: ſic nec vos, niſi in me mãſeritis. * Ego
ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, &
ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſi-
6 ne me nihil poteſtis facere. * Si quis in me
non manſerit: mittetur foras ſicut palmes,
& areſcet, & colligent eum, & in ignem mit-
7 tent, & ardet. * Si manſeritis in me, & verba
mea in vobis mãſerint, quodcumque volue-
8 ritis petetis, & fiet vobis: * In hoc clarificatus
B eſt Pater meus, vt fructum plurimum affe-
9 ratis, & efficiamini mei diſcipuli. * Sicut di-
lexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in
10 dilectione mea. * Si præcepta mea ſeruaueri-
tis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego
Patris mei præcepta ſeruaui: & maneo in
11 eius dilectione: * Hæc locutus ſum vobis: vt
gaudium meum in vobis ſit, & gaudium ve-
12 ſtrum impleatur. * " Hoc eſt præceptum meũ
" Sup. 13. d. 34. Eph. 5. a 9. 1. Theſſ. 4. b. 9.
13 vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. * Maio-
rem hac dilectionem nemo habet, vt animã
ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici
mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.
14 * Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus ne
15 ſcit quid faciat dominus eius. * Vos autem
C dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui
16 à Patre meo, nota feci vobis: * Non vos me
" Mat. 28 d. 19.
elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos " vt
eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter
maneat, vt quodcumque petieritis Patrẽ in
" 1. Ioan. 3. a. 1. & 4. b. 7.
17 nomine meo, det vobis. * " Hæc mando vo-
18 bis, vt diligatis inuicẽ. * Si mũdus vos odit: ſci-
19 tote quia me priorem vobis odio habuit. * Si
de mũdo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat
diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed
ego elegi vos de mundo: propterea odit vos
" Sup. 13. b. 16. Mat. 10. c. 24. Mat. 24. a. 9.
20 mundus. * Mementote ſermonis mei, quem
ego dixi vobis " Non eſt ſeruus maior domi-
no ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequẽ-
tur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & ve-
21 ſtrum ſeruabunt. * Sed hæc omnia faciẽt vo-
bis propter nomẽ meum, quia neſciunt eum,
22 qui miſit me. * Si non veniſſem, & locutus
D fuiſſem eis, peccatum non haberent: nũc au-
tem excuſationẽ non habent de peccato ſuo.
23 * Qui me odit; & Patrem meum odit. * Si

opera non feciſſem in eis,quæ nemo alius fe- 24
cit,peccatum non haberent : nunc autẽ,& vi-
derunt,& oderunt & me,& Patrẽ meum. * 25
Sed vt adimpleatur ſermo, qui in lege eorũ
ſcriptus eſt:"Quia odio habuerunt me gratis.
* Cum autem venerit Paraclitus, quem ego 26
mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis,qui
à Patre procedit,ille teſtimonium perhibebit
de me : * & vos teſtimonium perhibebitis , 27
quia ab initio mecum eſtis.

" Pſ.24. c.19. Luc. 24. g.39.

CAP. XVI.

HÆc locutus ſum vobis,vt non ſcanda- 1
lizemini. * Abſque ſynagogis facient 2
vos : ſed venit hora , vt omnis,qui interficit A
vos , arbitretur obſequium ſe præſtare Deo ,
*& hæc facient vobis,quia non nouerunt Pa- 3
trem,neque me.*Sed hęc locutus ſum vobis: 4
vt cum venerit hora eorum reminiſcamini,
quia ego dixi vobis.* Hæc autem vobis ab ini- 5
tio non dixi , quia vobiſcum eram : Et nunc
vado ad eum,qui miſit me,& nemo ex vobis
interrogat me. Quo vadis?* Sed quia hæc lo- 6
cutus ſum vobis,triſtitia impleuit cor veſtrũ.
*Sed ego veritatem dico vobis,expedit vobis 7
vt ego vadam:ſi enim non abiero,Paraclitus
non veniet ad vos:ſi autem abiero , mittam
eum ad vos.* Et cum venerit ille,arguet mũ- 8
dum de peccato,& de iuſtitia,& de iudicio,* 9
de peccato quidem:quia non crediderunt in
me: * de iuſtitia verò : quia ad Patrem va- 10
do:& iam non videbitis me:*De iudicio au- 11
tem:quia princeps huius mundi, iam iudica- B
tus eſt. * Adhuc multa habeo vobis dicere , 12
ſed non poteſtis portare modò.* Cum autẽ 13
venerit ille Spiritus veritatis,docebit vos oẽm
veritatem.non enim loquetur à ſemetipſo :
ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ vẽ-
tura ſunt annunciabit vobis *Ille me clarifi- 14
cabit:quia de meo accipiet,& annunciabit vo-
bis. * Omnia quæcumque habet Pater,mea 15
ſunt: Propterea dixi:quia de meo accipiet,&
annunciabit vobis.* Modicum,& iam nõ vi- 16
debitis me: & iterum modicum,& videbitis
me,quia vado ad Patrem.* Dixerunt ergo ex 17
diſcipulis eius ad inuicem:Quid eſt hoc,quod
dicit nobis, Modicum ,& non videbitis me,
iterum modicum,& videbitis me,& quia va-
do ad Patrem?* Dicebant ergo:Quid eſt hoc, 18
quod dicit. Modicum?neſcimus, quid loqui- C
tur.* Cognouit autem Ieſus,quia volebat eũ 19
interrogare,& dixit eis:De hoc quæritis inter
vos,quia dixi, Modicum,& non videbitis me:
& iterum modicum,& videbitis me.* Amẽ, 20
Amen dico vobis: quia plorabitis , & flebitis
vos,mundus autem gaudebit:vos autem cõ-
triſtabimini,ſed triſtitia veſtra vertetur in
gaudium.* Mulier cũ parit,triſtitiam habet, 21
quia venit hora eius : cum autem pepererit
puerum,iam non meminit preſſuræ propter
gaudium:quia natus eſt homo in mundum:
* Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habe- 22
tis,iterum autem videbo vos,& gaudebit cor
veſtrum:& gaudium veſtrum nemo tollet à
23 vobis.* Et in illo die me non rogabitis,quid-
quam. "Amen,amẽ dico vobis:ſi quid petie-
24 ritis Patrem in nomine meo dabit vobis. *
Vſque modò non petiſtis , quidquam in no-
mine meo:Petite,& accipietis,vt gaudiũ ve-
25 ſtrum ſit plenum.* Hæc in prouerbijs locu-
D tus ſum vobis. Venit hora cũ iam nõ in pro-
uerbijs loquar vobis,ſed palam de Patre an-
26 nunciabo vobis,* in illo die in nomine meo
petetis : & non dico vobis, quia ego roga-
27 bo Patrẽ de vobis.* Ipſe.n.Pater amat vos,
quia vos me amaſtis,& credidiſtis,quia ego à
28 Deo exiui.* Exiui a Patre,& veni in mũdũ:
iterum relinquo mũdum,& vado ad Patrẽ.
29 *Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc palã lo-
30 queris,& prouerbium nullum dicis , * nunc
ſcimus,quia ſcis omnia,& non opus eſt tibi ,
vt quis te interroget : in hoc credimus,quia à
31 Deo exiſti . * Reſpondit eis Ieſus: Modò
32 creditis?* "Ecce venit hora,& iam venit , vt
diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me
ſolum relinquatis:& non ſum ſolus,quia Pa-
33 ter mecum eſt. * Hæc locutus ſum vobis,vt
in me pacem habeatis. In mundo preſſuram
habebitis:ſed confidite,ego vici mundum.

"Sup.16. b.13. Mat.7. 7.& 21. 22. Mar.11. c.24. Luc.11. b.9. Iac.1.a.5. Mat.26. c.31. Mar.14. c.31.

CAP. XVII.

1 HÆc locutus eſt Ieſus:& ſubleuatis ocu-
A lis in cęlum,dixit:Pater venit hora,cla-
rifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te:
2 * "Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,
vt omne, quod dediſti ei,det eis vitam æter-
3 nam.* Hæc eſt autem vita æterna:Vt cogno-
ſcãt te,ſolum Deum verum, & quem miſiſti
4 Ieſum Chriſtum * Ego te glorificaui ſuper
terram:opus conſummaui,quod dediſti mi-
5 hi,vt faciam : * & nunc clarifica me tu Pater
apud temetipſum,claritate,quã habui prius,
6 quam mũdus eſſet,apud te.* Manifeſtaui no
men tuum hominibus,quos dediſti mihi de
mundo:Tui erant,& mihi eos dediſti:& ſer-
7 monem tuum ſeruauerunt. * Nunc cogno-
uerunt,quia omnia, quæ dediſti mihi,abs te
8 ſunt, *quia verba,quæ dediſti mihi,dedi eis:
B & ipſi acceperunt,& cognouerunt verè, quia
9 à te exiui,& crediderunt,quia tu me miſiſti.*
Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo,ſed
10 pro his,quos dediſti mihi: qui tui ſunt: * &
mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt, & cla-
11 rificatus ſũ in eis:* Et iam non ſum in mun-
C do,& hi in mundo ſunt , & ego ad te venio.
Pater ſanĉte,ſerua eos in nomine tuo, quos
12 dediſti mihi: vt ſint vnum,ſicut,& nos.* Cũ
eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine
tuo. "Quos dediſti mihi , cuſtodiui:& nemo
ex eis periit,niſi filius perditionis ," vt Scri-
13 ptura impleatur.* Nunc autem ad te venio,
& hæc loquor in mundo,vt habeat gaudium
14 meum impletum in ſemetipſis. * Ego dedi
eis ſermonem tuum,& mundus eos odio ha
buit,quia non ſunt de mũdo, ſicut & ego nõ
15 ſum de mundo.* Non rogo vt tollas eos de
16 mundo,ſed vt ſerues eos à malo.* De mun-
do nõ ſunt,ſicut & ego non ſum de mundo.
*San-

"Mat.28. d.18. "Infr.18. b.9. "Pſ.108. b.8.

*Sanĉtifica eos in veritate. Sermo tuus veri- 17
tas eſt.* Sicut tu me miſiſti in mundum, & 18
ego miſi eos in mundum.* Et pro eis ego sã- 19
ĉtifico meipſum:vt ſint,& ipſi ſanĉtificati in
veritate.* Non pro eis,autem rogo tantum, 20
ſed & pro eis , qui credituri ſunt per ver-
bum eorum in me, * vt omnes vnum ſint , 21
ſicut tu Pater in me , & ego in te,vt & ipſi in
nobis vnum ſint,vt credat mundus , quia tu
me miſiſti.* Et ego claritatem,quam dediſti 22
mihi dedi eis:vt ſint vnum,ſicut & nos vnũ D
ſumus. * Ego in eis,& tu in me:vt ſint con- 23
ſummati in vnum,& cognoſcat mũdus,quia
tu me miſiſti,& dilexiſti eos,ſicut & me dile-
xiſti. * Pater, quos dediſti mihi,volo vt vbi 24
ſum ego,& illi ſint mecum: vt videant clari-
tatem meam,quam dediſti mihi,quia dilexi
ſti me ante conſtitutionem mundi . * Pater 25
iuſtè,mundus te non cognouit,ego autem te
cognoui,& hi cognouerunt,quia tu me miſi-
ſti.* Et notum feci eis nomen tuum,& notũ 26
faciam , vt dileĉtio, qua dilexiſti me, in ipſis
ſit, & ego in ipſis.

CAP. XVIII.

HÆc cum dixiſſet Ieſus,egreſſus eſt cum 1
diſcipulis ſuis trans Torrentem Cedrõ A
vbi erat hortus,in quem introiuit ipſe, & di-
2 ſcipuli eius.*Sciebat autem,& Iudas,qui tra-
debat eum,locum: quia frequenter Ieſus cõ-
3 uenerat illuc cum diſcipulis ſuis.*"Iudas er-
go cum accepiſſet cohortem, & à Pontificib.
& Phariſæis miniſtros,venit illuc cum later-
4 nis,& facibus,& armis. * Ieſus itaque ſciens
omnia,quę ventura erant ſuper eum,proceſ-
5 ſit,& dixit eis:Quem quæritis? * Reſponde-
runt ei.Ieſum Nazarenũ.Dicit eis Ieſus: Ego
ſum.Stabat autem,& Iudas,qui tradebat eũ,
6 cũ ipſis.* Vt ergo dixit eis: Ego ſum:abierunt
B retrorſum,& ceciderunt in terram.*Iterum
7 ergo interrogauit eos: Quẽ quæritis? Illi autẽ
8 dixerunt:Ieſum Nazarenum.* Reſpõdit Ie-
ſus:Dixi vobis:quia ego ſum:ſi ergo me quę-
9 ritis ſinite hos abire.* Vt impleretur ſermo,
quem dixit:"Quia quos dediſti mihi nõ per-
10 didi ex eis quemquam.*Simon ergo Petrus
habens gladium eduxit eum:& percuſſit põ-
tificis ſeruum, & abſcidit auriculã eius dex-
11 teram. Erat autem nomen ſeruo Malchus.*
C Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum
in vaginam. Calicẽ,quem dedit mihi Pater,
12 nõ bibam illum?* Cohors ergo,& tribunus,
& miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ie
13 ſum:& ligauerunt eum:* Et adduxerunt eũ

Mat.26. c.36. Mar.14. c.32. Luc. 22. d.30. 2.Re.15. e 23. "Mat.26 e.47. Mar.14. e.24. Luc. 22. e.47. "Sup.17. c.12.

ad " Annam primum , erat enim ſocer Cai-
phæ,qui erat pontifex anni illius. * Erat au- 14
tem Caiphas,"qui conſilium dederat Iudæis:
Quia expedit, vnum hominem mori pro po
pulo.* Sequebatur autem Ieſum Simon Pe- 15
trus,& alius diſcipulus. Diſcipulus autem il-
le erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu
in atrium pontificis. * Petrus autem ſtabat 16
ad oſtium foris. " Exiuit ergo diſcipulus a-
lius, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiarię,
17 & introduxit Petrum.*Dixit ergo Petro an-
cilla oſtiaria. Numquid,& tu ex diſcipulis es
18 hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. * Sta-
D bant autem ſerui,& miniſtri ad prunas,quia
frigus erat,& calefaciebant ſe,erat autem
19 cum eis,& Petrus ſtans, & calefaciens ſe. *
Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſci-
20 pulis ſuis, & de doĉtrina eius. * Reſpõdit ei
Ieſus : Ego palam locutus ſum mundo, ego
ſemper docui in ſynagoga,& in templo,quò

Luc.3. a.2. Sup.11. g.49. Mat.26. g.58. Mar.14. f.54. Luc. 22. f.34.

omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locu-
cus sum nihil. * Quid me interrogas? interro-21
ga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis:
ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. * Hæc autē 22
cum dixisset, vnus assistens ministrorū dedit
alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici?
* Respondit ei Iesus: "Si malè locutus sū te- 23
stimonium perhibe de malo: si autem benè,
quid me cædis? * Et misit eum Annas ligatū 24
ad Caipham pontificem. * Erat autem Simō 25
Petrus stans, & calefaciens se. " Dixerunt ergo
ei: Numquid & tu ex discipulis eius es? E
Negauit ille, & dixit: Nō sū. * Dicit ei vnus ex 26
seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit
Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in hor-
to cum illo? * Iterum ergo negauit Petrus, & 27
statim gallus cantauit. * Adducunt ergo Iesū 28
à Caiapha in prætorium. Erat autem mane, &
ipsi non introierunt in prætorium, " vt non
contaminarentur, sed vt manducarēt Pascha.
* Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: 29
Quam accusationem affertis aduersus homi-
nem hunc? * Responderunt, & dixerunt ei: 30
Si non esset hic malefactor, non tibi tradidis-
semus eum. * Dixit ergo eis Pilatus: Accipite 31
eum vos, & secundum legem vestram iudi-

"Mat. 26 f. 57. Mar. 14. f. 35 Luc. 22. f. 54
"Mat. 26 g. 69. Mar. 14. g. 67. Luc. 22. g. 56.
"Mat. 27 a. 2. Mar. 15. a. 1 Luc. 23 a. 1. Act. 10. c 28. & 11. a. 3.

cate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis nō
32 licet interficere, quemquam * "Vt sermo Ie-
su impleretur, quē dixit, significans qua mor-
33 te esset moriturus. * "Introiuit ergo iterum
in prætoriū Pilatus, & vocauit Iesum, & di-
34 xit ei: Tu es rex Iudæorum? * Respondit Ie-
sus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt ti-
35 bi de me? * Respondit Pilatus: Nūquid ego
Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradide-
36 rūt te mihi: quid fecisti? * Rūdit Iesus regnū
G meū non est de hoc mundo, si ex hoc mūdo
esset regnum meum: ministri mei vtiq. de-
certarent, vt non traderer Iudæis: nunc autē
37 regnum meum non est hinc. * Dixit itaq. ei
Pilatus: Ergo rex es tu? Rūdit Iesus: Tu dicis
quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, &
ad hoc veni in mundū, vt testimoniū perhi-
beā veritati: omnis, qui est ex veritate, audit
38 vocē meam. * Dicit ei Pilatus: Quid est veri-
tas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iu-
dæos: & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo
39 causam. * "Est autem consuetudo vobis vt v-
num dimittam vobis in Pascha: vultis ergo
40 dimittam vobis regem Iudæorū? * Clama-
uerunt ergo rursum oēs dicentes: Nō hunc,
sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

"Mat. 20 c. 19. "Mat. 27 b. 11. Mar. 15. a. 2. Luc. 23. a. 4.

CAP. XIX.

Mat. 27. c. 27. Mar. 11. b. 16.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & 1
flagellauit. * Et milites plectentes coro- 2
nam de spinis, imposuerūt capiti eius, & ve- A
ste purpurea circumdederunt eum. * Et ve- 3
niebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæo-
rum, & dabant ei alapas. * Exiuit ergo iterum 4
Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis
eum foras, vt cognoscaris quia nullam inue-
nio in eo causam. (* Exiuit ergo Iesus portās 5
coronam spineam, & purpureum vestimen-
6 tum:) Et dicit eis: Ecce homo. * Cum ergo vi-
disent eū Pontifices, & ministri, clamabant,
dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis
Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite:
7 ego enim non inuenio in eo causam. * Re-
sponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus,
B & secundum legem debet mori, quia filium
8 Dei se fecit. * Cum ergo audisset Pilatus hūc
9 sermonem, magis timuit. * Et ingressus est
prætorium iterū, & dixit ad Iesum: Vnde es
10 tu? Iesus autem responsum nō dedit ei. * Di-
cit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? ne-
scis

scis, quia potestatem habeo crucifigere te, &
potestatem habeo dimittere te? * Respon- 11
dit Iesus: Non haberes potestatem aduer-
sum me vllam, nisi tibi datum esset de super.
Propterea, qui me tradidit tibi, maius pecca-
rum habet: * Et exinde quærebat Pilatus di- 12
mittere eum. Iudæi autem clamabant dicen-
tes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsa-
ris. omnis enim, qui se regem facit, contra-
dicit Cæsari. * Pilatus autem cum audisset 13
hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit
pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostro-
tos, Hebraicè autē Gabbatha. * Erat autē pa- 14
raceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iu-
dæis. Ecce rex vester. * Illi autem clamabant: 15
Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus:
Regem vestrum crucifigam? Respondeunt
Pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsa-
rem. * Tunc ergo tradidit eis illum, vt cru- 16
cifigeretur, " Susceperunt autem Iesum, &
eduxerunt. * Et bajulans sibi crucem exiuit 17
in eū, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraicè
autem Golgotha: * vbi crucifixerunt eum, 18
& cum eo alios duos hinc, & hinc, medium,
autem Iesum. * Scripsit autem, & titulum 19
Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem D
scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.
* Hunc ergo titulum multi Iudæorum lege- 20
runt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi
crucifixus est Iesus: Et erat scriptū Hebrai-
cē, Græcē, & Latinē. * Dicebant ergo Pilato 21
Pontifices Iudæorum: Noli scribere, Rex
Iudæorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iu-
dæorum. * Respondit Pilatus. Quod scripsi, 22
scripsi. * Milites ergo cum crucifixissent eū, 23
" acceperunt vestimenta eius, (& fecerunt
quatuor partes: vnicuique militi partem)
& tunicam. Erat autem tunica inconsuti-
lis, desuper contexta per totum. * Dixerunt 24
ergo ad inuicem? Non scindamus eam,
sed sortiamur de illa cuius sit. Vt Scriptura E
impleretur, dicens: " Partiti sunt vestimen-
ta mea sibi: & in vestem meam miserūt sor-
tem. Et milites quidem hæc fecerunt. * Sta- 25
bant autem iuxta crucem Iesu mater eius,
& soror matris eius: Maria Cleophe, & Ma-
ria Magdalene. * Cū vidisset ergo Iesus ma- 26
trem, & discipulum stantem, quem dilige-
bat, dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus.
* Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. 27
Et ex illa hora accepit eam discipulus in suā.
* Postea sciens Iesus, quia omnia consum- 28
mata sunt. Vt consummaretur Scriptura, F
dixit: Sitio. * Vas ergo erat positum aceto ple- 29
num. Illi autem spongiam plenam aceto,
hyssopo circumponentes, obtulerunt ori
eius. * Cum ergo accepisset Iesus acetum, 30
dixit: Consummatum est. Et inclinato capi-
te tradidit spiritum. * Iudæi ergo, (quoniam 31
Parasceue erat,) vt non remanerent in cruce
corpora sabbato (erat enim magnus dies ille
Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frange-
rentur eorum crura, & tollerentur. * Vene- 32
runt ergo milites: & primi quidem fregerūt
crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo.

"Mat. 27 d. 35. Mar. 15. b. 24. Luc. 23. c. 34.
" Ps. 21. c. 19.

33 * Ad Iesum autem cum venissent, vt vide-
runt eum iam mortuum, non fregerunt
34 eius crura, * sed vnus militum lancea latus
eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, &
35 aqua. * Et qui vidit, testimonium perhibuit:
G & verum est testimonium eius. Et ille scit,
36 quia vera dicit: & vt vos credatis. * Facta
37 sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur. " Os
non comminuetis ex eo. * Et iterum alia
Scriptura dicit: " Videbunt in quem tranf-
38 fixerunt. * " Post hæc autem rogauit Pila-
tum Ioseph ab Arimathæa, (eo quòd esset
discipulus Iesu, occultus autem propter me
tum Iudæorum,) vt tolleret corpus Iesu. Et
permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus
39 Iesu. * Venit autem, & Nicodemus, " qui
venerat ad Iesum nocte primum, ferēs mix-
turam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum.
40 * Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerūt
illud linteis cum aromatibus, sicut mos est
41 Iudæis sepelire. * Erat autem in loco, vbi
crucifixus est, hortus: & in horto monu-
mentum nouum, in quo nōdum quisquam
42 positus erat. * Ibi ergo propter Parasceuen
Iudæorum, quia iuxta erat monumentum,
posuerunt Iesum.

" Ex. 12 d. 46. Num. 9. b. 12. "Zac. 12. c. 10. "Ma. 27. g. 57. "Mar. 15 d. 42. Luc. 23. g. 50. " Sup. 3. a. 2.

CAP. XX.

1 A VNa autem sabbati, Maria Magdalene
venit mane, cū adhuc tenebræ essent,
ad monumentum: & vidit lapidem sublatū
2 a monumento. * Cucurrit ergo, & venit ad
Simonem Petrum, & ad alium discipulum,
quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt
Dominum de monumento, & nescimus vbi
3 posuerunt eum. * Exijt ergo Petrus, & ille
alius discipulus, & venerunt ad monumen-
4 tum. * Currebant autem duo simul, & ille
alius discipulus præcucurrit citius Petro, &
5 venit primus ad monumentum. * Et cum se
inclinasset, vidit posita linteamina, non ta-
6 men introiuit. * Venit ergo Simon Petrus se-
B quens eum, & introiuit in monumentu, &
7 vidit linteamina posita, * & sudarium, quod
fuerat super caput eius, non cum linteamini-
bus positum, sed separatim inuolutum in
8 vnum locum. * Tūc ergo introiuit, & ille di-
scipulus, qui venerat primus ad monumen-
9 tū, & vidit, & credidit: * nondum enim scie-
bant Scripturam, quia oportebat eū à mor-
10 tuis resurgere. * Abierunt ergo iterum disci-
11 puli ad semetipsos. * " Maria autem stabat
C ad monumentum foris plorans: Dum ergo
fleret, inclinauit se, & prospexit in monu-
12 mentum: * & vidit duos angelos in albis, se-
dentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes,
13 vbi positum fuerat corpus Iesu. * Dicūt ei il-
li: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tule-
runt Dominum meum: & nescio vbi posue-
14 runt eum. * Hæc cum dixisset, conuersa est
retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non
15 sciebat, quia Iesus est. * Dicit ei Iesus: Mulier
D quid ploras? quem quæris? Illa existimans,
quia hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu

Mat. 28. a. 1. Mar. 16. a. 1. Luc. 24. a. 1.

"Mat. 28 a. 1. Mar. 15. b. 5. Luc. 24. a. 4.

su stulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum :
& ego eum tollam. * Dicit ei Iesus: Ma- 16
ria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni (quod di-
citur Magister) * Dicit ei Iesus: Noli me tan- 17
gere, nondum enim ascendi ad Patrem meũ: E
vade autẽ ad fratres meos, & dic eis: Ascen-
do ad Patrem meum, & Patrem vestrum,
Deum meum, & Deum vestrum. * Venit 18
Maria Magdalene annuncians discipulis:
Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.
"Mat.16 * " Cum ergo sero esset die illo, vna sabba- 19
c.14. torum, & fores essent clausæ, vbi erant disci-
Luc. 24. puli congregati propter metum Iudæorum:
f.36. venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis:
1. Cor. Pax vobis. * Et cum hoc dixisset, ostendit 20
15.a.5. eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo disci-
puli, viso Domino. * Dixit ergo eis iterum: 21
Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mit-
to vos. * Hæc cum dixisset, insufflauit: & 22
"Mat.18 dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: * " quo- 23
c.18. rum remiseritis peccata, remittuntur eis, & F
quorum retinueritis, retenta sunt. * Thomas 24
autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didy-
mus, non erat cum eis quando venit Iesus.
* Dixerũt ergo ei alij discipuli: Vidimus Do- 25
minũ. Ille aũt dixit eis: Nisi videro in mani-
bus eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ
in locũ clauorũ, & mittã manũ meã in latus
eius, nõ credã. * Et post dies octo, iterũ erãt 26
discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Ve-
nit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, &
dixit: Pax vobis. * Deinde dicit Thomæ: In- 27
fer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & af- G
fer manũ tuã, & mitte in latus meũ: & noli
esse incredulus, sed fidelis. * Rñdit Thomas 28
& dixit ei: Dñs meus, & Deus meus: * Dixit 29
ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti:
"Inf.21. beati qui nõ viderũt, & crediderũt. * " Mul- 30
g.25. ta quidẽ, & alia signa fecit Iesus in conspectu
discipulorum suorum, quæ non sunt scripta
31 in libro * hæc autẽ scripta sunt, vt credatis,
quia Iesus est Christus filius Dei: & vt cre-
dentes vitam habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

1 Postea manifestauit se iterũ Iesus discipu
A lis ad mare Tiberiadis: Manifestauit aũt
2 sic. * Erãt simul Simon Petrus, & Thomas, q
dr̃ Didymus, & Nathanael, qui erat in Cana
Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipu-
3 lis eius duo. * Dicit eis Simõ Petrus: Vado pi
scari. Dicũt ei: Venimus, & nos tecũ. Et exie-
runt, & ascenderũt in nauim: & illa nocte ni-
4 hil prendiderũt. * Mane autẽ facto stetit Ie-
sus in littore: non tñ cognouerunt discipuli,
5 quia Iesus est. * Dixit ergo eis Iesus: Pueri nũ
quid pulmẽtariũ habetis? Rñderunt ei: Nõ.
6 * Dicit eis: Mittite in dexterã nauigij rete: &
inuenietis. Miserunt ergo, & iam nõ valebãt
7 illud trahere præ multitudine piscium. * Di-
B xit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus
Petro: Dñs est. Simõ Petrus cũ audisset, quia
Dñs est, tunica succinxit se (erat.n nudus,) &
8 misit se in mare. * Alij aũt discipuli nauigio
venerũt: (nõ n. lõgè erãt à terra, sed quasi cu-
9 bitis ducentis) trahentes rete pisciũ. * Vt ergo
descẽderũt in terrã, viderũt prunas positas,
10 & piscẽ superpositũ, & panem. * Dicit eis Ie-
sus: Afferte de piscibus, quos prẽdidistis nũc.
11 * Ascẽdit Simõ Petrus, & traxit rete ĩ terrã,
plenũ magnis piscib. centũ quinquaginta tri-
12 bus. Et cũ tãti essent, nõ est scissum rete. * Di
C cit eis Iesus: Venite: prãdete. Et nemo aude-
bat discũbentiũ interrogare eũ: Tu quis es?
13 sciẽtes, quia Dñs est. * Et venit Iesus, & acci-
14 pit panẽ, & dat eis, & piscẽ similiter. * Hoc iã
tertio manifestatus est Iesus discipulis suis
15 cũ resurrexisset à mortuis. * Cũ ergo prãdis
sent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioan-
nis

nis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Dñe,
tu scis, qa amo te: Dicit ei: Pasce agnos meos.
* Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? 16
Ait illi: Etiam Domine: tu scis, quia amo te.
Dicit ei: Pasce agnos meos. * Dicit ei tertio: 17
Simon Ioannis, amas me? Contristatus
est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? &
"2. Pet. dixit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis, quia
2.c.14. amo te. Dixit ei: Pasce oues meas. * " A- 18
men, amen dico tibi: cum esses iunior, cin-
gebas te, & ambulabas vbi volebas: cum
autem senueris, extendes manus tuas, & a-
lius te cinget, & ducet quò tu non vis. * Hoc 19
autem dixit significans, qua morte clarifica- D
turus esset Deum. Et cum hoc dixisset, di-
cit ei: Sequere me. * Conuersus Petrus vi- 20
dit illum discipulum, quem diligebat Ie-
sus, sequentem, " qui & recubuit in cena "Sup.13
super pectus eius, & dixit: Domine quis est c.23.
21 qui tradet te? * Hũc ergo cũ vidisset Petrus,
22 dixit Iesu: Domine hic autem quid? * Dicit
Iesus: Sic eum volo manere donec veniam,
23 quid ad te? tu me sequere. * Exijt ergo sermo
iste inter fratres, quia discipulus ille nõ mo-
ritur. Et non dixit ei Iesus: Nõ moritur, sed:
Sic eũ volo manere donec veniam, quid ad
24 te? * Hic est discipulus ille, qui testimonium "Sup 20.
perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, a 30.
25 quia verũ est testimoniũ eius. * Sunt autem
& alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scriban-
tur per singula, nec ipsum arbitror mũdum
capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

ACTVS APOSTOLORVM.



CAPVT PRIMVM.

PRIMVM quidem ser- 1
monem feci de omnibus A
ò Theophile, quæ cœpit
Iesus facere, & docere * v- 2
que in diẽ, qua præcipiens
Apostolis per Spiritũ san-
ctum, quos elegit, assum-
ptus est: * quibus & præ- 3
buit seipsum viuum post passionem suam
in multis argumentis, per dies quadraginta
apparens eis, & loquẽs de regno Dei. * Et cõ-
Luc. 24 uescens, " præcepit eis ab Ierosolymis ne di- 4
49. scederent, sed expectarent promissionem
Io.14.d. Patris, " quam audistis (inquit) per os meum:
6. * quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos 5
Mat.3. autem baptizabimini Spiritu sancto nõ post
11. multos hos dies. * Igitur qui conuenerant, 6
interrogabant eum, dicentes: Domine si in
7 tempore hoc restitues regnum Israel? * Di- Marc. 1.
xit autem eis: Non est vestrum nosse tẽpo- b.8.
A ra, vel momenta, quæ Pater posuit in sua po- Luc. 3.
8 testate: * " sed accipietis virtutem superue- c.16.
nientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi Ioan. 1.
testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Sa- d.26.
9 maria, & vsque ad vltimum terræ. * Et cum "Infr. 2.
hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & a 2.
10 nubes suscepit eum ab oculis eorum. * Cũ- Luc. 24.
que intuerentur in cęlum euntem illum, ec- g.48.
ce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus
11 albis, * qui & dixerũt: Viri Galilæi quid sta-
tis aspicientes in cęlum? hic Iesus, qui assum-
ptus est à vobis in cęlum, sic veniet quemad-
modum vidistis eum euntem in cœlum.
12 * Tunc reuersi sunt Ierosolymam à monte,
qui

qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem,
sabbati habens iter. * Et cum introissent in 13
cœnaculum, ascenderunt vbi manebant Pe- C
trus, & Ioãnes, & Iacobus & Andreas, Philip
pus, & Thomas, Bartholome⁹, & Mattheus,
Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas
Iacobi* hi omnes erant perseuerantes vna- 14
nimiter in oratione cum mulieribus, & Ma-
ria matre Iesu, & fratribus eius.* In diebus 15
illis exurges Petrus in medio fratrum dixit
(erat autem turba hominum simul ferè cen
tum viginti.)* Viri fratres, oportet impleri 16
"Psa. 40. c. 9. Scripturã, "quã prædixit Spiritus sanctus per
os Dauid de Iuda, "qui fuit dux eorum, qui
"Io. 13. b. 18. comprehenderunt Iesum: *qui connumera- 17
tus erat in nobis, & sortitus est sortem mini-
"Mat. 27 a. 7. sterij huius.*" Et hic quidem possedit agrũ 18
de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit
medius, & diffusa sunt omnia viscera eius.
* Et notum factum est omnibus habitanti- 19
bus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille,
lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager san-
20 guinis *Scriptum est enim in libro Psalmo-
D rum: "Fiat cõmoratio eorum deserta, & nõ
sit qui inhabitet in ea: " & episcopatum eius "Ps. 68. c. 6.
21 accipiat alter.* Oportet ergo ex his viris, qui
nobiscum sunt cõgregati in omni tempore "Ps. 108. b. 8.
quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus
22 Iesus,* incipiens à baptismate Ioannis vsq.
in diem, qua assumptus est à nobis, testem
resurrectionis eius nobiscum fieri vnũ ex
23 istis.* Et statuerunt duos, Ioseph, qui voca-
batur Barsabas, qui cognominatus est Iu-
24 stus: & Mathiam.* Et orãtes dixerunt: Tu
domine, qui corda nostri omniũ, ostende.
25 quẽ elegeris ex his duobus vnũ * accipere lo.
cũ ministerij huius, & apostolatus, de quo p̃-
26 uaricat⁹ est Iudas, vt abiret ĩ locũ suũ. * Et
dederũt sortes eis, & cecidit sors sup Mathiã
& annumeratus est cũ vndecim Apostolis.

CAP. II.

"Mat. 3. c. 18. "Mat. 11 b. 8. Luc. 13. c. 16. Ioan. 7. d. 39. Sup. 1. a. 8. Inf. 11. b. 15. & 19. a. 6.

ET cum complerentur" dies Pẽtecostes, 1
erant omnes pariter in eodẽ loco: *"& A
factus est repente de cælo sonus, tanquam 2
aduenientis spiritus vehementis, & repleuit
totam domum, vbi erant sedentes. * Et ap- 3
paruerunt illis dispertitæ linguæ tamquam
ignis, seditque supra singulos eorum: *& re- 4
pleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt
loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus
dabat eloqui illis.* Erant autem in Ierusalẽ 5
habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni na-
tione, quæ sub cælo est: * Facta autem hac vo 6
ce, conuenit multitudo, & mente cõfusa est,
quoniam audiebat vnusquisq. lingua sua il-
los loquentes. * Stupebant autem omnes, & 7
mirabantur, dicentes: Nõne ecce oẽs isti, qui
8 loquuntur, Galilæi sunt.* & quomodo nos
B audiuimus vnusquisque linguam nostram,
9 in qua nati sumus?* Parthi, & Medi, & Ela-
mitæ, & qui habitant Mesopotamiã, Iudæã,
10 & Cappadociam, Pontum, & Asiam, * Phry
giam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes
Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & [illegible] aduenæ
11 Romani,* Iudæi quoque, & Proselyti, Cre-
tes, & Arabes: audiuimus eos loquentes no-
12 stris linguis magnalia Dei. * Stupebant au-
tem omnes, & mirabantur ad inuicẽ dicen-
13 tes: Quidnam vult hoc esse? * Alij autẽ irri-
dentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.
14 * Stans autem Petrus cum vndecim leuauit
vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, &
qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis
notum sit, & auribus percipite verba mea.
15 * Nõ enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt,
cum

cũ sit hora diei tertia, *sed hoc est, quod di- 16
"Ioel 2. g. 23. Isa. 44. a. 3. ctũ est per prophetam Ioel," * Et erit in no- 17
uissimis diebus (dicit Dominus) effundam C
de spiritu meo super omnem carnẽ, & pro-
phetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuue
nes vestri visiones videbunt, & seniores ve-
stri somnia somniabunt. * Et quidem super 18
seruos meos, & sup ancillas meas in diebus
illis effundam de spiritu meo, & propheta-
bunt, *& dabo prodigia in cælo sursum, & 19
signa in terra deorsum, sanguinem, & ignẽ,
& vaporem fumi, * Sol conuertetur in tene- 20
"Ro. 10. c. 13. bras, & Luna in sanguinem, antequã veniat
dies Domini magnus, & manifestus. * " Et 21
erit, omnis, quicumque inuocauerit nomen
Domini, saluus erit. * Viri Israelitæ, audite 22
verba hæc, Iesum Nazarenum, virũ appro-
batum a Deo in vobis, virtutibus, & prodi-
gijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in
medio vestri, sicut & vos scitis, *hũc defini- 23
to consilio, & præscientia Dei traditum, per
manus iniquorum affligentes interemistis,
* quem Deus suscitauit, solutis dolorib. in- 24
"Psal. 15 e. 18. ferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ D
ab eo.* Dauid enim dicit in eum, "Prouide- 25
bam Dominum in conspectu meo semper,
quoniam à dextris est mihi ne cõmouear,
* Propter hoc lætatum est cor meũ, & exul- 26
tauit lingua mea, insup & caro mea requie-
scet in spe, * Quoniam non derelinques ani- 27
mam meam in inferno, nec dabis Sanctum
tuum videre corruptionẽ.* Notas mihi fe- 28
cisti vias vitæ, & replebis me iucũditate cũ
facie tua * Viri fratres, liceat audẽter dicere 29
"3. Reg. 2. b. 10. ad vos de patriarcha Dauid, "quoniã defun-
ctus est, & sepultus, & sepulchrum eius est
apud nos vsque in hodiernum diem. * Pro- 30
pheta igitur cum esset, & sciret quia iureiu- E
rãdo "iurasset illi Deus de fructu lumbi eius
sedere super sedem eius. * prouidẽs locutus 31
"Ps. 131. c. 11. est de resurrectione Christi, quia "neque de-
relictus est ĩ inferno, neq. caro eius vidit cor
"Ps. 15. c. 10. Inf. 13. c. 25. ruptionem. * Hũc Iesum resuscitauit Deus, 32
cuius omnes nos testes sumus. * Dextera igi- 33
tur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sã-
cti accepta à Patre, effudit hunc, quem vos
"Ps. 109. a. 1. videtis, & auditis. * Non enim Dauid ascen- 34
dit in cælum: dixit autem ipse, " Dixit Dñs
Domino meo, sede à dextris meis * donec 35
ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ.
* Certissimè sciat ergo omnis domus Israel, 36
quia & Dominum eum, & Christum fecit
Deus, hunc Iesũ, quẽ vos crucifixistis. * His 37
autem auditis, compuncti sunt corde, & di- F
xerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos,
Quid faciemus, viri fratres? * Petrus verò ad 38
illos, Pœnitentiam (inquit) agite, & baptize-
tur vnusquisq. vestrũ in nomine Iesu Chri-
sti in remissionem peccatorum vestrorum,
& accipietis donum Spiritus sancti. * Vobis 39
enim est repromissio, & filijs vestris, & omni-
bus, qui longe sunt, quoscumq. aduocauerit
Dominus Deus noster. * Alijs etiam verbis 40
plurimis testificatus est, & exhortabatur eos,
dicens, Saluamini a generatione ista praua.
41 * Qui ergo receperunt sermonem eius, bapti
zati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ
42 circiter tria millia. * Erant autẽ perseueran-
tes in doctrina Apostolorum, & communi-
43 catione fractionis panis, & orationib. * Fie-
G bat autem omni animæ timor, multa quoq.
prodigia, & signa per Apostolos in Ierusalẽ
fiebant, & metus erat magnus in vniuersis.
44 * Omnes etiam, qui credebant, erãt pariter,
45 & habebant omnia cõmunia. * Possessiones
& substantias vendebant, & diuidebant illa
46 omnibus, put cuique opus erat. * Quotidie
quoque perdurantes vnanimiter in templo,
& frangentes circa domos panem, sumebãt
cibum cum exultatione, & simplicitate cor-
47 dis, *collaudantes Deum, & habentes gratiã
ad omnem plebem. Dominus autem auge-
bat qui salui fierent quotidie in idipsum.

CAP. III.

1 PEtrus autem, & Ioannes ascendebant in
A templum ad horam orationis nonam,
2 * Et quidã vir, qui erat claudus ex vtero ma.
tris suæ, baiulabatur, quem ponebant quoti-
die ad portã templi, quæ dicitur Speciosa, vt
peteret eleemosynam ab introeuntib. in tẽ-
3 plum. * Is cum vidisset Petrum, & Ioannẽ
incipientes introire in templum, rogabat vt
4 eleemosynam acciperet. * Intuens autem in
eum Petrus cũ Ioanne, dixit: Respice in nos.
5 * At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid
6 accepturum ab eis. * Petrus autem dixit: Ar-
gentum & aurum nõ est mihi: quod aũt ha-
beo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Na-
7 zareni surge, & ambula. * Et apprehensa ma
nu eius dextera, alleuauit eũ, & protinus cõ-
8 solidatæ sunt bases eius, & plantæ. * Et exi-
liens stetit, & ambulabat: & intrauit cũ illis
in templum ambulans, & exiliens, & laudãs
9 Deum. * Et vidit omnis populus eum ambu
10 lantem, & laudãtem Deum. * Cognoscebãt
B autem illũ, quod ipse erat, qui ad eleemosy
nam sedebat ad Speciosam portam templi:
& impleti sunt stupore, & extasi in eo, quod
11 contigerat illi: * Cum teneret autem Petrũ
& Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos
ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stu
12 pentes. * Videns autem Petrus, respõdit ad
populum: Viri Israelitæ quid miramini in
hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra vir
tute aut potestate fecerimus hunc ambulare
13 * Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Ia-
cob, Deus patrum nostrorum glorificauit fi-
lium suum Iesum, quem vos quidem tradi-
distis, & negastis ante faciẽ Pilati, iudicante
14 illo dimitti. * " Vos aũt sanctum, & iustum "Mar. 12. c. 20.
negastis, & petistis virum homicidam dona-
15 ri vobis: * auctorem verò vitæ interfecistis. Mar. 15. b. 11.
quem Deus suscitauit a mortuis, cuius nos
16 testes sumus. * Et in fide nominis eius hunc Luc. 23. c. 18.
C quem vos vidistis, & nostis, confirmauit no
men eius: & fides, quę per eum est, dedit in- Io. 18. g. 40.
tegram sanitatem istam in cõspectu omniũ
17 vestrum, * Et nũc fratres scio quia per igno
rantiam

rantiam fecistis, sicut & principes vestri.
* Deus autem, quæ prænunciauit per os om- 18
nium prophetarum, pati Christum suum,
sic impleuit.* Pœnitemini igitur, & conuer- 19
timini vt deleantur peccata vestra,* vt cum 20
venerint tempora refrigerij à conspectu Do
mini, & miserit eum, qui prædicatus est vo-
bis, Iesum Christum.* quem oportet quidē 21
cælum suscipere vsque in tempora resti-
tutionis omnium, quæ locutus est Deus per
os sanctorum suorum à sæculo Prophetarū
"Deu.18 * Moyses quidē dixit. "Quoniam Prophetā. 22
c.19. suscitabit vobis Dominus Deus vester de D
fratribus vestris, tamquā me, ipsum audie-
tis iuxta omnia quæcumque locutus fuerit
vobis * Erit aūt omnis anima, quæ non au- 23
dierit Prophetam illum, exterminabitur de
plebe.* Et omnes prophetæ à Samuel, & de 24
inceps, qui locuti sunt, annunciauerunt dies
istos.* Vos estis filij prophetarum, & testa- 25
menti, qd̄ disposuit Deus ad patres nostros,
"Gen.12 dicens Abraham: "Et in semine tuo benedi-
a.3. centur omnes familiæ terræ.* Vobis primū 26
Deus suscitans filium suum, misit eum be-
nedicentem vobis, vt conuertat se vnusquis-
que à nequitia sua.

CAP. IV.

LOquentibus autē illis ad populum, su- 1
peruenerunt sacerdotes, & magistra- A
tus templi, & Sadducæi, * dolentes quod do- 2
cerent populum, & annunciarent in Iesu re-
surrectionem ex mortuis:* & iniecerunt 3
eos manus, & posuerūt eos in custodiam in
crastinū: erat enim iam vespera.* Multi au- 4
tem eorum, qui audierant verbum, crediderunt, & factus est numerus, virorum quinq.
millia. * Factum est autem in crastinum, vt 5
congregarentur principes eorum, & senio-
res, & scribæ in Ierusalem, * & Annas prin- 6
ceps sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & B
Alexander, & quotquot erant de genere sa-
cerdotali.* Et statuētes eos in medio, inter- 7
rogabant: In qua virtute, aut in quo nomine
fecistis hoc vos?* Tunc repletus Spiritu san- 8
cto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, &
seniores audite:* Si nos hodie diiudicamur 9
in benefacto hominis infirmi, in quo iste
saluus factus est, * notū sit omnibus vobis, 10
& omni plebi Israel: quia in nomine Dñi no-
"Ps.117. stri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifi-
d.22. xistis, quē Deus suscitauit à mortuis, in hoc
Mat. 21. iste astat coram vobis sanus,* "Hic est lapis, 11
d.42. qui reprobatus est à vobis ædificantibus, q
Mar.12. factus est in caput anguli,* & nō est in alio 12
a.10. aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub C
Luc. 20, cælo datum hominibus, in quo oporteat nos
c.17. saluos fieri.* Videntes autem Petri constan- 13
Isa.28,d tiam, & Ioannis, comperto quod homines es-
16. sent sine literis, & idiotæ, admirabantur, &
1. Pet.2. cognoscebant eos, quoniā cum Iesu fuerant?
a.7. *hominem quoq. videntes stantem cum eis 14
Rom. 9. qui curatus fuerat, nihil poterant contradi-
g.33. cere,* Iusserunt autem eos foras extra cōci- 15
lium secedere: & conferebant ad inuicē, di- 16
centes: Quid faciemus hominibus istis? quo-
niam quidem notum signum factum est p
eos omnibus habitantibus Ierusalem: mani
festum est, & nō possumus negare.* Sed ne 17
amplius diuulgetur in populum, comminē-
mur eis, ne vltra loquantur in nomine hoc
vlli hominum.* Et vocantes eos, denuncia- 18
D uerunt ne omninò loquerentur, neque doce
rent in nomine Iesu.* Petrus vero, & Ioan- 19
nes respōdentes, dixerunt ad eos: Si iustum
est in cōspectu Dei, vos potius audire quā
Deum, iudicate.* non enim possumus quæ 20
vidimus, & audiuimus nō loqui * At illi cō- 21
minantes dimiserunt eos, non inuenientes
quō punirēt eos propter populum, quia om-
nes clarificabant id. quod factum fuerat in
eo quod acciderat.* Annorū enim erat am- 22
E plius quadraginta homo, in quo factū fue-
rat signum istud sanitatis.* Dimissi aūt ve- 23
nerunt ad suos, & annunciauerunt eis quā-
ta ad eos principes sacerdotū, & seniores di-
xissent.* Qui cum audissent, vnanimiter le- 24
uauerunt vōcem ad Deum, & dixerunt Do
mine, tu es qui fecisti cælum, & terram, ma-
re, & omnia, quæ in eis sunt.* q. Spiritu san- 25
cto per os patris nostri Dauid, pueri tui, dixi
sti: "Quare fremuerunt Gentes, & populi me "Ps.2.a.
ditati sunt inania?* Astiterunt reges terræ, 26 1.
& principes cōuenerunt in vnum aduersus
Dñm, & aduersus Christum eius? * cōuene- 27
F runt enim verē in ciuitate ista aduersus san
ctum puerum tuum Iesum, quē vnxisti, He
rodes, & Pontius Pilatus cum Gentibus, &
populis Israel, * facere quæ manus tua, & cō- 28
silium tuū decreuerunt fieri.* Et nunc Do- 29
mine respice in minas eorū, & da seruis tuis
cum omni fiducia loqui verbum tuum, * in 30
eo quod manum tuam extendas ad sanita-
tes, & signa, & prodigia fieri per nomen san
cti filij tui Iesu * Et cū orassent, motus est 31
locus, in quo erant congregati, & repleti sunt
omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbū
Dei cum fiducia.* Multitudinis autem cre- 32
dentium erat cor vnum, & anima vna, nec
quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid
suum esse dicebat, sed erant illis omnia cō-
munia * Et virtute magna reddebant Apo- 33
G stoli testimonium resurrectionis Iesu Chri
sti Dñi nostri, & gratia magna erat in omni-
bus illis.* Neq. enim quisquam egens erat 34
inter illos. Quotquot enim possessores agro-
rū, aut domorū erant, vendentes afferebāt
pretia eorū, quæ vendebāt, * & ponebant an 35
te pedes Apostolorum. Diuidebatur autem
singulis prout cuiq. opus erat.* Ioseph autē, 36
qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum Filius consola-
tionis) Leuites, Cyprius genere, * cum habe- 37
ret agrum, vēdidit eum, & attulit pretium,
& posuit ante pedes Apostolorum.

CAP. V.

1 A VIr autem quidam nomine Ananias, cū
Saphira vxore sua vendidit agrum, * & frau-

fraudauit de pretio agri, cōscia vxore sua: & 2
afferens partem quādam, ad pedes Apostolorum posuit.* Dixit autem Petrus: Anania, 3
cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? * Nō- 4
ne manens tibi manebat, & venū datum in
tua erat potestate? Quare posuisti in corde
tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus,
sed Deo.* Audiens autem Ananias hæc ver- 5
ba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor
magnus super omnes, qui audierunt. * Sur- 6
gentes autem iuuenes amouerūt eum, & es-
ferentes sepelierunt. * Factum est autem, 7
B quasi horarum trium spatium, & vxor ip-
sius, nesciens quod factum fuerat, introiuit.
* Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, si 8
tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam
tanti. * Petrus autem ad eam: Quid vtique 9
cōuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ec-
ce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuū
ad ostium, & efferēt te.* Confestim cecidit 10
ante pedes eius, & expirauit. Intrātes autem
iuuenes inuenerūt illam mortuam: & extu-
lerunt, & sepelierunt ad virū suum.* Et fa- 11
ctus est timor magnus in vniuersa ecclesia.
& in omnes, qui audierunt hęc.* Per manus 12
autem Apostolorum fiebant signa, & prodi-
gia multa in plebe Et erant vnanimiter om-
nes in porticu Salomonis. * Ceterorum au- 13
tem nemo audebat se coniungere illis: sed C
magnificabat eos populus. * Magis autem 14
augebatur credentium in Domino multitu-
do virorum, ac mulierum, * ita vt in plateas 15
eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac
grabatis, vt, veniente Petro, saltem vmbra il-
lius obumbraret quemquā illorum, & libe-
rarentur ab infirmitatibus suis.* Concurre- 16
bat autem, & multitudo vicinarum ciuitatū
Ierusalem afferentes ægros, & vexatos à spi-
ritibus immundis: qui curabantur omnes.
* Exurgens autem princeps sacerdotum, & 17
omnes, qui cum illo erant, (quæ est hæresis
Sadducæorum) rep etisunt zelo: * & iniece- 18
runt manus in Apostolos, & posuerunt eos D
in custodia publica.* Angelus autem Domi- 19
ni per noctem aperiens ianuas carceris, &
educens eos, dixit.* Ite, & stantes loquimini 20
in templo plebi omnia verba vitæ huius.
* Qui cum audissent, intrauerūt diluculo in 21
templū, & docebant Adueniens autem prin-
ceps sacerdotum, & qui cum eo erant, cōuo-
cauerunt concilium, & omnes seniores filio-
rum Israel: & miserunt ad carcerem, vt ad-
ducerēntur. * Cum autem venissent mini- 22
stri, & operto carcere non inuenissent illos,
reuersi nunciauerunt, * dicentes: Carcerem 23
quidem inuenimus clausum cum omni dili-
gentia, & custodes stantes ante ianuas: ape-
rientes autem neminem intus inuenimus.
* Vt autem audientes hos sermones magi- 24
stratus templi, & principes sacerdotum am-
bigebant de illis quidnam fieret.* Adueniēs 25
autem quidam nunciauit eis: Quia ecce viri,
quos posuistis in carcerem, sunt in templo
stantes, & docentes populum. * Tunc abijt 26
magistratus cum ministris, & adduxit illos
sine vi: timebant enim populum ne lapida-
tentur.* Et cum adduxissent illos, statuerūt 27
in concilio: Et interrogauit eos princeps sa-
cerdotum, * dicens: Præcipiendo præcepi- 28
mus vobis ne doceretis in nomine isto: & ec-
ce repletis Ierusalē doctrina vestra: & vul-
tis inducere super nos sanguinem hominis
istius. * Respondens autem Petrus, & Apo- 29
F stoli, dixerunt: Obedire oportet Deo ma-
gis, quam hominibus.* Deus patrū nostro- 30
rum suscitauit Iesum, quē vos interemistis,
suspendentes in ligno.* Hunc principem, & 31
saluatorē Deus exaltauit dextera sua ad dā-
dam pœnitentiam Israeli, & remissionem
peccatorum, * & nos sumus testes horum 32
verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit
Deus omnibus obedientibus sibi. * Hæc cū 33
audissent, dissecabantur, & cogitabant inter-
ficere illos. * Surgens autem quidam in con- 34
cilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legisdo-
ctor honorabilis vniuersæ plebi, iussit foras
ad breue homines fieri, * dixitque ad illos: 35
Viri Israelitæ attendite vobis super homini-
bus istis quid acturi sitis. * Ante hos enim 36
dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem,
G cui contensit numerus virorum circiter qua-
dringentorum: qui occisus est, & omnes, qui
credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad ni-
hilum. * Post hunc extitit Iudas Galilæus in 37
diebus professionis, & auertit populum post
se, & ipse perijt, & omnes, quotquot consen-
serunt ei, dispersi sunt. * Et nunc itaq. dico 38
vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite
illos: quoniam si est ex hominibus consilium
hoc, aut opus, dissoluetur: * si verò ex Deo 39
est, non poteritis dissoluere illud, ne forte &
Deo repugnare inueniamini Consenserunt
autem illi. * Et conuocantes Apostolos, cęsis 40
denunciauerunt ne omninò loquerentur in
nomine Iesu, & dimiserunt eos. * Et illi 41
quidem ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomi-
ne Iesu contumeliam pati. * Omni autem 42
die non cessabant in templo, & circa do-
mos docentes, & euangelizantes Christum
Iesum.

CAP. VI.

1 IN diebus autem illis, crescente numero
A discipulorū, factum est murmur Græcorū
aduersus Hebræos, eo quod despiceren-
tur in ministerio quotidiano viduæ eorum.
2 * Conuocantes autem duodecim multitudi-
nem discipulorum dixerunt: Non est æquū
nos derelinquere verbum Dei, & ministrare
3 mensis. * Considerate ergo fratres, viros ex
vobis boni testimonij septem, plenos Spiri-
tu sancto, & sapientia, quos cōstituamus su-
4 per hoc opus. * Nos verò orationi, & mini-
B sterio verbi instantes erimus. Et placuit ser-
5 mo coram omni multitudine. * Et elegerūt
Stephanum, virum plenum fide, & Spiritu
sancto, & Philippum, & Prochorum, & Na-
cano-

canorē & Timonem, & Parmenam, & Nico-
laum aduenam Antiochenum * Hos statue- 6
runt ante conspectum Apostolorum: & orā-
tes imposuerunt eis manus.* Et verbū Dñi 7
crescebat, & multiplicabatur numerus disci-
pulorum in Ierusalem valdè: multa etiam
turba sacerdotum obediebat fidei.* Stepha- 8
nus autem plenus gratia, & fortitudine facie-
bat prodigia, & signa magna in populo.* Sur-9
rexerunt autem quidam de synagoga, quæ C
appellatur Libertinorum, & Cyrenensiū, &
Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cili-
cia, & Asia, disputantes cum Stephano: * & 10
non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui,
qui loquebatur.* Tunc summiserunt viros, 11
qui dicerent se audiuisse eum dicētem ver-
ba blasphemiæ in Moysen, & in Deum.* Cō- 12
mouerunt itaque plebem, & seniores, & Scri- D
bas: & concurrentes rapuerunt eum, & adde-
xerunt in concilium,* & statuerunt falsos te-13
stes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui
verba aduersus locum sanctum, & legem,* 14
audiuimus enim eum dicentem: quoniam
Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum,
& mutabit traditiones, quas tradidit nobis
Moyses.* Et intuentes eum omnes, qui sede-15
bant in concilio, viderunt faciem eius tam-
quam faciem Angeli.

CAP. VII.

DIxit autem principes sacerdotum: Si hęc 1
ita se habent: * Qui ait: Viri fratres, & 2
patres audite: Deus glorię apparuit patri no- A
stro Abrahæ cum esset in Mesopotamia,
priusquam moraretur in Charan,* & dixit 3
ad illum: " Exi de terra tua, & de cognatio-
ne tua, & veni in terram, quam monstraue-
ro tibi. * Tunc exijt de terra Chaldæorum, 4
& habitauit in Charan. Et inde, postquam
mortuus est pater eius, transtulit illum in
terram istam, in qua nunc vos habitatis * Et 5
non dedit illi hereditatem in ea, nec passum
pedis: sed repromisit dare illi eam in pos-
sessionem, & semini eius post ipsum, cum
non haberet filium. * Locutus est autem ei 6
Deus: " Quia erit semen eius accola in terra
aliena, & seruituti eos subijcient, & male tra-
ctabunt eos annis quadringentis: * & gen-
tem cui seruierint, iudicabo ego, dixit Domi- 7
nus, & post hæc exibunt, & seruient mihi in
loco isto. * " Et dedit illi testamentum cir-
cumcisionis: " & sic genuit Isaac, & circumci-
dit eum die octauo: & " Isaac Iacob: & Ia-
cob duodecim Patriarchas. * Et Patriarchæ 9
æmulantes, " Ioseph vendiderunt in Ægy- B
ptum, & erat Deus cum eo:* & eripuit eum 10
ex omnibus tribulationibus eius: & " dedit
ei gratiam, & sapientiam in conspectu Pha-
raonis regis Ægypti, & constituit eum præ-
positum super Ægyptum, & super omnem
domum suam.* Venit autem fames in vni- 11
uersam Ægyptum, & Chanaā, & tribulatio
magna: & non inueniebant cibos patres no-
stri, * " Cum audisset autem Iacob esse fru- 12

" Gen.12 a.1.

" Ge.17. b.10.

" Gen.21 a.2.4.

" Gen.25 c.24. 26.

" Gen.29 f.32. & 35.c.32.

" Gen.37 f.28.

Gen.41. e 37.

" Gen.42 a.2.

mentum in Ægypto: misit patres nostros
13 primum: * " & in secundo cognitus est: Io- " Gen.41
seph à fratribus suis, & manifestatū est Pha- a.3.
14 raoni genus eius. * Mittēs autem Ioseph ac-
cersiuit Iacob patrem suum, & omnem co-
gnationem suam in animabus septuaginta-
15 quinque. * " Et descendit Iacob in Ægy- " Gen.46
ptum, & " defunctus est ipse, & patres no- a.5.
16 stri. * Et translati sunt in Sichem, & positi " Gen.49
sunt in sepulchro, " quod emit Abraham d.32.
pretio argentij à filijs Hemor filij Sichem. " Gen.50
17 * Cum autem appropinquaret tempus pro- b.7.
C missionis, quam confessus erat Deus Abra- Ios.34.
hæ, " creuit populus, & multiplicatus est g.32.
18 in Ægypto, * quoadusque surrexit alius Gen.23.
rex in Ægypto, qui non sciebat Ioseph. d.16.
19 * Hic circumueniens genus nostrum, affli- " Exo.1.
xit patres nostros, vt exponerent infantes a.7.
20 suos ne viuificarentur. * " Eodem tempore " Exo.1.
natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nu- a.2.
tritus est tribus mēsibus in domo patris sui. Heb.11.
21 * Exposito autē illo sustulit eum filia Pha- c.23.
22 raonis, & nutriuit eum sibi in filium. * Et
eruditus est Moyses omni sapientia Ægy-
ptiorum, & erat potens in verbis, & in ope-
23 ribus suis. * Cum autem impleretur ei qua-
draginta annorum tempus, ascendit in cor
24 eius, vt visitaret fratres suos filios Israel. *
Et cum vidisset quendam iniuriam patien-
tem, vindicauit illum: & fecit vltionē ei, qui
25 iniuriam sustinebat, percusso Ægyptio. * " " Exo.1.
Existimabat autem intelligere fratres, quo- b.12.
niam Deus per manum ipsius daret salutē
26 illis: at illi non intellexerunt.* " Sequēti verò
die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat " Exo.4
eos in pace, dicens: Viri, fratres estis, vt quid b.13.
27 nocetis alter utrum? * Qui autem iniuriā fa-
D ciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te
28 cōstituit principem, & iudicem super nos: *
numquid inter ficere me tu vis, quemadmo-
29 dum interfecisti heri Ægyptium? * Fugit
autem Moyses in verbo isto: & factus est ad-
uena in terra Madian, vbi genuit filios " Exo.3.
30 duos * Et expleris annis quadraginta, " ap- a.2.
paruit illi in deserto montis Sina Angelus in
31 igne flammæ rubi. * Moyses autem videns
admiratus est visum & accedente illo, vt cō-
sideraret, facta est ad eum vox Domini, di-
32 cēs: * Ego sum Deus patrum tuorum, Deus
Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tre-
factus autem Moyses, non audebat con-
33 siderare. * Dixit autem illi Dominus: Solue
calceamentum pedum tuorum: locus enim
34 in quo stas, terra sancta est. * Videns vidi af-
flictionem populi mei, qui est in Ægypto, &
gemitum eorū audiui, & descendi liberare
eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptū.
35 * Hunc Moysen, quem negauerunt dicētes: " Exo.7.
Quis te constituit principem, & iudicem? 8.9.10.
hunc Deus principem, & redemptorem mi- 11.14.
sit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in ru- " Exo.16
36 bo. * " Hic eduxit illos faciens prodigia, & si- a.1.
E gna in terra Ægypti, & in rubro mari, & in Deut.18
37 deserto annis quadraginta. * Hic est Moy- c.15.
ses, qui dixit filijs Israel, " Prophetam susci-

tabit

tabit vobis Deus de fratribus vestris, tam-
quam me ipsum audietis.* " Hic est, qui fuit 38
in Ecclesia in solitudine cum Angelo qui lo-
quebatur in monte Sina, & cum patribus no-
stris, qui accepit verba vitę dare nobis.* Cui 39
noluerunt obedire patres nostri: sed repule-
runt, & auersi sunt cordibus suis in Ægy-
ptum, * dicentes ad Aaron: " Fac nobis 40
Deos, qui præcedant nos: Moyses enim hic,
qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus
quid factum sit ei. * Et vitulum fecerunt in 41
diebus illis, & obtulerunt hostiam simula-
chro, & lætabantur in operibus manuum
suarum. * Conuertit autem Deus, & tradi- 42
dit eos seruire militiæ cęli, sicut scriptum est
in Libro Prophetarum: " Numquid victi-
mas, & hostias obtulistis mihi annis quadra-
ginta in deserto, domus Israel? * Et suscepi- 43
stis tabernaculum Moloch, & sidus Dei ve-
stri Rempham, figuras, quas fecistis, adorare
eas. Et transferam vos trans Babylonem. * 44
Tabernaculum testimonij fuit cum patribus
nostris in deserto, sicut disposuit illi Deus, F
" loquens ad Moysen, vt faceret illud secun-
dum formam, quam viderat.* " Quod & in- 45
duxerunt: suscipientes patres nostri cum Ie-
sua in possessionem Gentium: quas expulit
Deus à facie patrum nostrorum, vsque in
46 diebus Dauid, * " qui inuenit gratiam ante " 1. Reg.
Deum, " & petijt, vt inueniret tabernaculum 16 c.13.
47 Deo Iacob.* " Salomon autem ædificauit il- " Ps.131.
48 li domum. * " Sed non excelsus in manufa- a 5.
49 ctis habitat, sicut Propheta dicit: * " Cælum " 1. Par.
mihi sedes est: terra autem scabellum pedū 17. c.12.
meorum. Quam domum ædificabitis mihi, " 3. Re.6.
dicit Dominus? aut quis locus requietionis a.1.
50 meæ est? * Nonne manus mea fecit hęc om- " Inf 17.
51 nia? * Dura ceruice, & incircumcisis cordi- f.25.
bus, & auribus, vos semper Spiritui sancto Isa. 66.
52 resistitis, sicut Patres vestri, ita & vos.* Quę a.1.
G Prophetarum non sunt persecuti patres ve-
stri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de
aduentu iusti, cuius vos nunc proditores, &
53 homicidæ fuistis: * qui accepistis legem in
dispositione Angelorum, & non custodistis.
54 * Audientes autem hæc dilacerabantur cor-
55 dibus suis, & stridebant dentibus in eum. *
Cum autem esset plenus Spiritu sancto, in-
tendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Ie-
sum stantem à dextris Dei. Et ait: Ecce vi-
deo cælos apertos, & filium hominis stan-
56 tem à dextris Dei. * Exclamantes autem

" Exo.19 a.3.

" Exo.32 a.2.

" Amos 5 g.26.

" Exo.25 d.40.

" Heb.8. b.9.

Ios.3. d. 14.

voce magna continuerunt aures suas, &
impetum fecerunt vnanimiter in eum.* Et 57
eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant: &
testes deposuerunt vestimenta sua secus pe-
des adolescentis, qui vocabatur Saulus.* Et 58
lapidabant Stephanum inuocantem, & di-
centem: Domine Iesu suscipe spiritum meū.
* Positis autem genibus, clamauit voce ma- 59
gna, dicens: Domine ne statuas illis hoc pec-
catum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit
in Domino. Saulus autem erat consentiens
neci eius.

CAP. VIII.

1 FActa est autem in illa die persecutio ma-
A gna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, &
omnes dispersi sunt per regiones Iudęæ, &
2 Samariæ præter Apostolos * Curauerunt au-
tem Stephanum viri timorati, & fecerunt
3 planctum magnum super eum. * Saulus au-
tem deuastabat Ecclesiā per domos intrans,
& trahens viros, ac mulieres, tradebat in cu-
4 stodiam. * Igitur qui dispersi erant pertrā si-
bant, euangelizantes verbum Dei. * Philip-

pus autem descendens in ciuitatem Samariæ prædicabat illis Christum. * Intendebant 6
autem turbæ his, quæ à Philippo, dicebantur vnanimiter audientes, & videntes signa
quæ faciebat. * Multi enim eorum, qui habe- 7
bant spiritus immundos, clamãtes voce ma- B
gna exibant. * Multi autem paralytici, & 8
claudi curati sunt. * Factum est ergo gaudiũ 9
magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam
nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate
magus, seducens gentem Samariæ, dicens se
esse aliquem magnum: * cui auscultabant 10
omnes à minimo vsque ad maximũ, dicen-
tes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.
* Attendebant autem eum: propter quod 11
multo tempore magijs suis dementasset eos
* Cum verò credidissent Philippo Euange- 12
lizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi
baptizabantur viri, ac mulieres. * Tunc Si- 13
mon, & ipse credidit: & cum baptizatus es-C
set, adhærebat Philippo. Videns etiam signa,
& virtutes maximas fieri, stupens admira-
batur. * Cum autem audissent Apostoli, qui 14
erant Ierosolymis, quod recepisset Samaria
verbum Dei, miserũt ad eos Petrũ, & Ioan-
nem: * Qui cum venissent, orauerunt pro ip- 15
is, vt acciperent Spiritum sanctum. * Non- 16
dum enim in quemquam illorum venerat
sed baptizati tãtum erant in nomine Domi-
ni Iesu. * Tunc imponebant manus super il- 17
los, & accipiebant Spiritum sanctum * Cum 18
vidisset autem Simon, quia per impositionẽ
manus Apostolorum, daretur Spiritus san-
ctus, obtulit eis pecuniam, * dicens: Date 19
& mihi hanc potestatem, vt cuicumque im-D
posuero manus, accipiat Spiritum sanctum
Petrus autem dixit ad eum: * Pecunia tua 20
tecum sit in perditionem: quoniam donum
Dei existimasti pecunia possideri. * Non est 21
tibi pars, neque sors in sermone isto. cor
enim tuum nõ est rectum coram Deo. * Pœ- 22
nitentiam itaque age ab hac nequitia tua: &
roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc co-
gitatio cordis tui. * In felle enim amaritudi- 23
nis, & obligatione iniquitatis video te esse,
* Respondens autem Simon, dixit: Precami- 24
ni vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat
super me horum, quæ dixistis. * Et illi qui- 25
dem testificati, & locuti verbũ Domini, re-
diebant Ierosolymam, & multis regionibus E
Samaritãorum Euangelizabant. * Angelus 26
autem Domini locutus est ad Philippum, di-
cens: Surge, & vade contra meridiãum ad
viam, quæ descẽdit ab Ierusalem in Gazam:
hæc est deserta. * Et surgens abijt. Et ecce 27
vir Æthiops eunuchus potens Candacis Re-
giuæ Æthiopum, qui erat super omnes ga-
zas eius: venerat adorare in Ierusalem: * & 28
reuertebatur sedens super currum suum, le-
gensque Isaiam prophetam. * Dixit autem 29
Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad
currum istum. * Accurens autem Philippus, 30
audiuit eum legentem Isaiam prophetam, F
& dixit: Putasne intelligis, quæ legis? * Qui 31
ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostẽ-
derit mihi? Rogauitque Philippum vt ascẽ- 32
deret, & sederet secum. * Locus autem Scri-
pturæ, quam legebat, erat hic: " Tamquam " Isa. 53.
ouis ad occisionẽ ductus est: & sicut agnus c. 7.
coram tondente se, sine voce, sic non aperuit
os suum. * In humilitate iudicium eius sub- 33
latum est: Generationem eius quis enarrabit
quoniam tollitur de terra vita eius? * Respõ- 34
dens autem eunuchus Philippo, dixit: Obse-
cro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de
alio aliquo? * Aperiens autem Philippus os 35
suum, & incipiens à Scriptura ista, euange-
zauit illi Iesum. * Et dum irent per viã, ve- 36
nerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus
G Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? * Di- 37
xit autem Philippus: Si credis ex toto corde,
licet. Et respõdens ait: Credo. Filium Dei es-
se Iesum Christum. * Et iussit stare currũ: 38
& descenderunt vterq; in aquam, Philippus,
& Eunuchus, & baptizauit eum. * Cum au- 39
tem ascendissent de aqua, Spiritus Domini ra-
puit Philippum, & amplius non vidit eum
Eunuchus. Ibat autem per viam suam gau- 40
dens. * Philippus autem inuentus est in Azo-
to, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus
cunctis, donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

1 SAulus autem adhuc spirans minarum, &
A cædis in discipulos Domini, accessit ad
2 principem Sacerdotum, * & petijt ab eo epi- Gal. 1.
stolas in Damascũ ad synagogas: vt si quos 13.
inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vin-
3 ctos perduceret in Ierusalem. * " Et cum iter " Infra
faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: a. 6.
& subitò circumfulsit eum lux de cælo. 1. Cor.
4 * Et cadens in terram audiuit vocem dicen- 15 hab.
tem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? 2. Cor.
5 * Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: 12. a. 1.
Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum
6 est tibi contra stimulum calcitrare. * Et tre-
mens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis
7 facere? * & Dominus ad eum: Surge, & ingre-
B dere ciuitatẽ, & ibi dicetur tibi quid te opor-
teat facere. Viri autem illi, qui comitabantur
cum eo, stabant stupefacti, audiẽtes quidem
8 vocem, neminem autem videntes. * Surrexit
autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil
videbat. Ad manus autem illum trahentes,
9 introduxerunt Damascum. * Et erat ibi tri-
bus diebus non videns, & non manducauit,
10 neq. bibit. * Erat aũt quidam discipulus Da-
masci, nomine Ananias: & dixit ad illum in
visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego,
11 Domine: * Et Dominus ad eum: Surge, & va
de in vicũ, qui vocatur rectus: & quære in do-
mo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: ecce
12 enim orat. (* Et vidit virum Ananiã nomi-
ne, introeuntem, & imponentem sibi manus
13 vt visum recipiat.) * Respondit autem Ana-
C nias: Domine, audiui à multis de viro hoc,
quãta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem;
& hic

* & hic habet potestatem à principibus sa- 14
cerdotum alligandi omnes, qui inuocant no-
men tuum. * Dixit autem ad eum Domi- 15
nus: Vade, quoniam vas electionis est mihi
iste, vt portet nomẽ meum coram gentibus,
& regibus & filijs Israel. * Ego enim osten- 16
dam illi quanta oporteat eum pro nomine
meo pati. * Et abijt Ananias, & introiuit in 17
domum, & imponens ei manus, dixit: Sau-
le frater, Dominus misit me Iesus, qui appa-
ruit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & im-
pleatis Spiritu sancto. * Et confestim ceci- 18
derunt ab oculis eius tãmquam squamæ, &
visum recepit, & surgens baptizatus est. * Et 19
cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit
autem cum discipulis, qui erant Damasci, per D
dies aliquot. * Et continuò in synagogis præ 20
dicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei.
* Stupebant autem omnes, qui audiebãt. & 21
dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in
Ierusalem eos, qui inuocabant nomen istud:
& huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret
ad principes sacerdotum? * Saulus autem 22
multo magis conualescebat, & confundebat
Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans
quoniam hic est Christus. * Cum autem im- 23
plerentur dies multi, consilium fecerunt in
1. Cor. vnum Iudæi vt eum interficerẽt. * Notæ au- 24
Iud. 32. tem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. " Cu-
stodiebant autem & portas die, ac nocte, vt
eũ interficerent. * Accipientes autẽ eum di- 25
scipuli nocte: per murum dimiserunt eum,
submittentes in sporta. * Cum autem venis- 26
set in Ierusalem, tentabat se iungere discipu-E
lis, & omnes timebant eum, non credentes
quod esset discipulus. * Barnabas autẽ appre 27
hensum illum duxit ad Apostolos: & nar-
rauit illis quomodo in via vidisset Dñm, &
quia locutus est ei, & quomodo in Damasco
28 fiducialiter egerit in nomine Iesu. * Et erat
cum illis intrans, & exiens in Ierusalem, &
29 fiducialiter agens in nomine Domini. * Lo-
quebatur quoq. Gentibus, & disputabat cum
Græcis: illi autem quærebant occidere eum.
30 * Quod cum cognouissent fratres, deduxe-
runt eum Cæsaream, & dimiserunt Tarsũ.
31 * Ecclesia quidem per totam Iudæam, &
F Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædi-
ficabatur ambulans in timore Domini,
& consolatione sancti Spiritus replebatur.
32 * Factum est autem, vt Petrus cũ per tran-
siret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui ha-
33 bitabant Lyddæ. * Inuenit autem ibi ho-
minem quendam, nomine Æneam, ab an-
nis octo iacentem in grabato, qui erat para-
34 lyticus. * Et ait illi Petrus: Ænea, sanat te
Dominus Iesus Christus: surge, sterne tibi.
35 Et continuò surrexit. * Et viderunt eũ oes,
qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui con-
36 uersi sunt ad Dominum. * In Ioppe autem
fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quę
interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena
operibus bonis, & eleemosynis, quas facie-
37 bat. * Factum est autem in diebus illis, vt in
firmata moreretur. Quam cum lauissent,
38 posuerunt eam in cænaculo. * Cum autem
G prope esset Lydda ad Ioppen, discipuli au-
dientes quia Petrus esset in ea, miserũt duo
viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris ve-
39 nire vsque ad nos. * Exurgens autem Pe-
trus venit cum illis. Et cum aduenisset,
duxerunt illum in cænaculum: & circum-
steterunt illum omnes viduæ flentes, & o-
stendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat
illis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras:
Petrus ponens genua orauit: & conuersus

ad corpus,dixit, Tabitha,surge. At illa ape-
ruit oculos suos:& viso Petro,resedit.* Dās 41
autem illi manum,erexit eam. Et cum vo-
casset sanctos,& viduas, assignauit eam vi-
uam.* Notum autem factū est per vniuer- 42
sam Ioppen:& crediderūt multi in Domino.
* Factum est autem vt dies multos morare- 43
tur in Ioppe, apud Simonem quendam co-
riarium.

CAP. X.

VIr autem quidam erat in Cæsarea, no- 1
mine Cornelius, Cēturio cohortis,quę A
dicitur Italica, * religiosus, ac timens Deum 2
cum omni domo sua, faciens eleemosynas
multas plebi, & deprecans Deum semper:
* is vidit in visu manifestè, quasi hora diei 3
nona, Angelum Dei introeuntē ad se, &, di-
centem sibi, Corneli.* At ille intuens eum, ti- 4
more correptus, dixit: Quid est, Domine?
Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemo-
synæ tuæ ascenderūt in memoriam in con-
spectu Dei.* Et nunc mitte viros in Ioppen, 5
& accersi Simonem quendam, qui cognomi-
natur Petrus: * hic hospitatur apud Simonē 6
quendam coriarium, cuius est domus iuxta
mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.
* Et cū discessisset Angelus, qui loquebatur 7
illi, vocauit duos domesticos suos, & militē
metuentem Dominum ex his, qui illi pare-
bant. * Quibus cum narrasset omnia, misit 8
illos in Ioppen. * Postera autem die iter il- B
lis facientibus, & appropinquantibus ciuita- 9
ti, ascendit Petrus in superiora vt oraret cir-
ca horam sextam. * Et cum esuriret, voluit 10
gustare. Parantibus autem illis,cecidit super
eum mentis excessus: * & vidit cælum aper- 11
tum,& descendens vas quoddam, velut lin-
teum magnum, quatuor initijs submitti de
cælo in terram,*in quo erant omnia quadru 12
pedia,& serpentia terræ, & volatilia cæli.
* Et facta est vox ad eum: Surge Petre,occi- 13
de,& manduca. * Ait autem Petrus: Absit 14
Domine, quia nunquam manducaui omne
commune,& immundum.* Et vox iterum 15
secundò ad eum: Quod Deus purificauit,tu
commune ne dixeris.* Hoc autem factum 16
est per ter:& statim receptū est vas in cęlum.
* Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnā 17
esset visio,quam vidisset:ecce viri, qui missi C
erant à Cornelio,inquirentes domum Simo-
nis,astiterunt ad ianuam.* Et cum vocas- 18
sent,interrogabant,si Simō, qui cognomina-
tur Petrus,illic haberet hospitium. * Petro 19
autem cogitante de visione,dixit Spiritus ei:
Ecce viri tres quærunt te.* Surge itaque,de- 20
scende,& vade cum eis nihil dubitans: quia
ego misi illos. * Descendens autem Petrus 21
ad viros, dixit: Ecce ego sum, quem quæri-
tis: quæ causa est, propter quam venistis?
* Qui dixerunt:Cornelius Centurio, vir iu- 22
stus, & timens Deum, & testimonium ha-
bens ab vniuersa gente Iudæorum, respon-
sum accepit ab Angelo sancto accersire te in
23 domum suam,& audire verba abs te. * In-
troducens ergo eos,recepit hospitio. Sequen-
ti autem die surgens profectus est cum illis:
D & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sūt
24 eum.* Altera autem die introiuit Cæsa-
ream. Cornelius verò expectabat illos,con-
uocatis cognatis suis, & necessarijs amicis.
25 * Et factum est cū introiuisset Petrus,obuius
venit ei Cornelius,& procidēs ad pedes eius
26 adorauit.* Petrus verò eleuauit eū, dicens:
27 Surge,& ego ipse homo sum. * Et loquens
cum illo intrauit,& inuenit multos,qui con-
28 uenerant:* dixitque ad illos: Vos scitis quo-
modo abominatum sit viro Iudęo cōiungi,
aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostē-
dit Deus,neminem communem,aut immū-
29 dum dicere hominem. * Propter quod sine
dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo,
30 quam ob causam accersistis me?* Et Corne-
E lius ait: A nudiusquarta die vsque ad hanc
horā,orans eram hora nona in domo mea,
& ecce vir stetit ante me in veste cādida, &
31 ait:* Corneli,exaudita est oratio tua,& elee-
mosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspe-
32 ctu Dei.* Mitte ergo in Ioppen, & accersi
Simonem,qui cognominatur Petrus:hic ho-
spitatur in domo Simonis coriarij iuxta ma-
33 re.* Confestim ergo misi ad te:& tu bene fe-
cisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in cō-
spectu tuo adsumus audire omnia quæcum-
34 que tibi præcepta sunt a Domino.* Aperiēs
autem Petrus os suum,dixit: In veritate cō-
peri " quia nō est personarum acceptor Deus "Deu.19
35 * sed in omni gente,qui timet eū, & opera- d.17.
36 tur iustitiam,acceptus est illi. * Verbum mi 1.Par.19
F sit Deus filijs Israel, annuncians pacem per c.7.
Iesum Christum:(hic est omniū Dominus.) Iob.34.
37 * Vos scitis quod factum est verbū per vni- b.19.
uersam Iudæam:incipiens enim à " Galilæa Sap.6.b.
post baptismum, quod prædicauit Ioannes. 8.
38 * Iesum à Nazareth: quomodo vnxit eum Eccl.35.
Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertran- b.16.
sijt benefaciendo,& sanando omnes oppres- Rom.2.
sus à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. b.11.
39 * Et nos testes sumus omnium,quæ fecit in Gal.2.b.
regione Iudæorum,& Ierusalem,quē occide 6.
40 runt suspendētes in ligno:* Hunc Deus su- Eph.6.b
scitauit tertia die,& dedit eū manifestū fieri 9.
41 * non omni populo,sed testibus præordina- Col.3.d.
tis à Deo:nobis,qui manducauimus, & bibi- 25.
42 mus cū illo postquā resurrexit à mortuis.* 1.Pet.1.
Et pręcepit nobis prædicare populo,& testifi c.17.
G cari quia ipse est, qui cōstitutus est à Deo iu- "Luc.4.
43 dex viuorum, & mortuorum. * " Huic oēs c.14.
prophetæ testimonium perhibent remissio- "Ier.31.
nem peccatorū accipere per nomē eius om- f.34.
44 nes,qui credunt in eum.* Adhuc loquente Mic.7.d
Petro verba hæc,cecidit Spiritus sanctus su- 18.
45 per oēs,qui audiebant verbum.* Et obstu-
puerunt ex circumcisione fideles, qui vene-
rant cum Petro:quia & in nationes gratia Spi
46 ritus sancti effusa est. * Audiebant enim il-
los loquentes linguis,& magnificantes Deū.
47 * Tunc respondit Petrus: Numquid aquā
quis prohibere potest, vt nō baptizentur hi,
qui

qui Spiritum sanctum acceperunt sicut &
nos? * Et iussit eos baptizari in nomine Do- 48
mini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum, vt
maneret apud eos aliquot diebus.

CAP. XI.

AVdierunt autem Apostoli,& fratres,qui 1
erant in Iudęa:quoniam & Gentes rece- A
perunt verbum Dei.* Cum autem ascendis- 2
set Petrus Ierosolymam,disceptabant aduer-
sus illum,qui erant ex circumcisione,* dicen- 3
tes: Quare introisti ad viros præputium ha-
bentes,& manducasti cum illis? * Incipiens 4
autem Petrus exponebat illis ordinem, di-
cens: * Ego eram in ciuitate Ioppe orans,& 5
vidi in excessu mentis visionem,descendens
vas quoddam velut linteum magnum qua-
tuor initijs summitti de cælo, & venit vsque
ad me. * In quod intuens considerabam, & 6
vidi quadrupedia terræ, & bestias, & repti-
lia,& volatilia cæli. * Audiui autem,& vocē 7
dicentem mihi:Surge Petre, occide, & man-
duca.* Dixi autem: Nequaquam Domine: 8
quia commune,aut immundum numquam
introiuit in os meum. * Respondit autem 9
vox secundo de cælo:Quæ Deus mandauit,
tu ne cōmune dixeris.* Hoc autem factum 10
est per ter: & recepta sunt omnia rursum in B
cælum. * Et ecce viri tres confestim astite- 11
runt in domo, in qua eram, missi à Cæsarea
ad me. * Dixit autem Spiritus mihi,vt irem 12
cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem
mecum, & sex fratres isti, & ingressi sumus
in domum viri. * Narrauit autem nobis, 13
quomodo vidisset Angelum in domo sua,
stantem,& dicentem sibi:* Mitte in Ioppen, 14
& accersi Simonem, qui cognominatur Pe-
trus,qui loquetur tibi verba,in quibus saluus
eris tu,& vniuersa domus tua.* Cum autē 15
cępissem loqui, cecidit Spiritus sanctus su-
per eos,sicut & in nos in initio. * Recorda- 16
tus sum autem verbi Domini, sicut dicebat:
"Sup.10. " Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autē
a.5. baptizabimini Spiritu sancto.* Si ergo eandē 17
Mat.3.c. gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui
11. credidimus in Dominū Iesum Christum:
Mar.1.b ego quis eram, qui possem prohibere Deū?
8. * His auditis, tacuerunt: & glorificauerunt 18
Luc.3.c. Deum,dicentes: Ergo,& Gentibus pœniten- C
16. tiam dedit Deus ad vitam.* Et illi quidem, 19
Ioan.1.d qui dispersi fuerāt à tribulatione, quæ facta
26. fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsq.
Inf.19.a. Phœnicen,& Cyprum,& Antiochiam,nemi
4. ni loquentes verum, nisi solis Iudæis. * E- 20
rant autem quidam ex eis viri Cyprij,& Cy-
renæi, qui cum introissent Antiochiam, lo-
quebantur,& ad Græcos, annunciantes Do-
minum Iesum. * Et erat manus Domini cū 21
eis: multusque numerus credentium con-
uersus est ad Dominum. * Peruenit autem 22
sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat Ierosoly-
mis super istis: & miserunt Barnabam vs-
que ad Antiochiam.*Qui cum peruenisset, 23
& vidisset gratiam Dei, gauisus est; & hor- D
tabatur omnes in proposito cordis permane-
24 re in Domino: * quia erat vir bonus, & ple-
nus Spiritu sācto,& fide. Et apposita est mul
25 ta turba Domino.* profectus est autem Bar
nabas Tharsum, vt quæreret Saulum,quem
26 cum inuenisset,perduxit Antiochiam. * Et
annum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia
& docuerunt turbam multam,ita vt cogno-
minarentur primum Antiochiæ discipuli,
27 Christiani.* In his autem diebus superuene
runt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam:
28 * & surgens vnus ex eis nomine Agabus, si-
gnificabat per spiritum famem magnam
futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ fa-
29 cta est sub Claudio.* Discipuli autem,prout
quis habebat,proposuerunt singuli in ministe
rium mittere habitantibus Iudæa fratribus:
30 * quod & fecerunt,mittentes ad seniores per
manus Barnabæ,& Sauli.

CAP. XII.

1 EOdem autem tēpore misit Herodes rex
A manus,vt affligeret quosdam de Eccle-
2 sia. * Occidit autem Iacobum fratrem Ioan-
3 nis gladio.* Videns autem quia placeret Iu-
dæis, apposuit vt apprenderet & Petrum.
4 Erant autem dies Azymorum.* Quem cum
apprehendisset,misit in carcerem,tradēs qua
tuor quaternionibus militū custodiendum,
volens post Pascha producere eum populo.
5 * Et Petrus quidē seruabatur in carcere. Ora
tio autem fiebat sine intermissione ab Eccle-
6 sia ad Deum pro eo.* Cum autem productu
rus eum esset Herodes,in ipsa nocte erat Pe
trus dormiens inter duos milites,vinctus ca-
tenis duabus:& custodes ante ostiū custodie
7 bant carcerem.* Et ecce Angelus Domini asti
tit:& lumen refulsit in habitaculo:percussoq;
B latere Petri,excitauit eum,dicens:Surge velo
8 citer. Et ceciderūt catenæ de manibus eius.*
Dixit autē Angelus ad eum:Pręcingere,& cal-
cea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Cir-
9 cūda tibi vestimentū tuum, & sequere me.*
Et exiens sequebatur eū, & nesciebat quia ve
rū est,quod fiebat per angelum:existimebat
10 autem se visum videre.* Transeuntes autē
primam,& secundam custodiam, venerunt
ad portam ferream,quæ ducit ad ciuitatem:
quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes proces-
serunt vicum vnum: & continuò discessit
11 Angelus ab eo. * Et Petrus ad se reuersus
dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus
Angelum suum,& eripuit me de manu He-
rodis,& de omni expectatione plebis Iudęo
12 rum.* Consideransque venit ad domum
Mariæ matris Ioannis,qui cognominatus est
Marcus,vbi erant multi congregati, & oran-
13 tes: * pulsante autem eo ostium ianuæ,pro-
C cessit puella ad audiendum, nomine Rho-
14 de.* Et vt cognouit vocē Petri, pręgaudio
non aperuit ianuam, sed intrò currens nun-
15 ciauit stare Petrum ante ianuam.* At illi di-
xerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirma-

bat sic se habere. Illi autem dicebant: Ange-
lus eius est.* Petrus autem perseuerabat pul- 16
sans. Cum autem aperuissent, viderunt eũ,
& obstupuerunt.* Annuens autem eis manu 17
vt taceret, narrauit quomodo Dominus edu-
xisset eum de carcere, dixitque: Nunciate Ia-
cobo, & fratribus hæc. Et egressus abijt in a-
lium locum.* Facta autem die, erat non par- 18
ua turbatio inter milites, quidnam factum
esset de Petro.* Herodes autem eum requi- 19
risset eum, & non inuenisset, inquisitione fa-
cta de custodibus, iussit eos duci: descẽdens-
que à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus
est.* Erat autem iratus Tyrijs, & Sidonijs. At 20
illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso
Blasto, qui erat super cubiculum regis: postu-
labant pacem, eo quod alterentur regiones eo-
rum ab illo.* Statuto autem die Herodes ve- 21
stitus veste regia, sedit pro tribunali, & con-
cionabatur ad eos.* Populus autem acclama- 22
bat: Dei voces, & non hominis.* Confestim 23
autem percussit eum Angelus Domini, eo q̃
non dedisset honorem Deo: & consumptus
à vermibus expirauit.* Verbum autem Dñi 24
crescebat, & multiplicabatur.* Barnabas au- 25
tem, & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis"
expleto ministerio assumpto Ioanne, qui co-
gnominatus est Marcus.

"Sup. 11. d. 29.

CAP. XIII.

ERant autem in Ecclesia, quæ erat Antio- 1
chiæ, prophetæ, & doctores, in quibus A
Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, &
Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat He
rodis Tetrarchę collactaneus, & Saulus.* Mi- 2
nistrantibus autem illis Domino, & ieiunan-
tibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate
mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod
3 assumpsi eos.* Tunc ieiunantes, & orantes,
imponentesque eis manus, dimiserunt illos.
4 * Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abie-
runt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cy-
5 prum.* Et cum essent Salaminam, prædi-
cabant verbum Dei in synagogis Iudęorum.
Habebant autem, & Ioannem in ministerio.
6 * Et cũ perambulassent vniuersam insulam,
B vsque Paphum, inuenerunt quendam virũ
magum pseudoprophetam, Iudæum, cui
7 nomen erat Bariesu,* qui erat cũ Proconsu-
le Sergio Paulo viro prudente. Hic, accersitis
Barnaba, & Saulo desiderabat audire verbũ
8 Dei.* Resistebat autem illis Elymas magus,
(sic enim interpretatur nomen eius,) quærẽs
9 auertere Proconsulem à fide.* Saulus autẽ,
qui & Paulus, repletus Spiritusanẽto, intuẽs
10 in eum,* dixit: O plenè omni dolo, & omni
fallacia, fili diaboli, inimicè omnis iustitiæ,
11 non desinis subuertere vias Dñi rectas.* Et
nunc ecce manus Dñi super te, & eris cæcus,
non videns Solem, vsque ad tempus. Et con-
festim cecidit in eum caligo & tenebræ, &
12 circumiens quærebat, qui ei manum daret.*
Tunc Proconsul cum vidisset factum, cre-
13 dit admirãs super doctrina Dñi.* Et cum à
Papho nauigassent Paulus, & qui cũ eo erãt,
venerunt Pergen Pãphiliæ. Ioannes autẽ di-
14 scedens ab eis, reuersus est Ierosolymã.* Illi
C verò pertranseuntes Pergẽ, venerunt Anio-
chiam Pisidiæ, & ingressi synagogã die sab-
15 batorum, sederunt.* Post lectionem autem
legis Prophetarũ, miserunt principes synago
gæ ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in
vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.
16 * Surgẽs aũt Paulus, & manu silentium indi-
cẽs, ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deũ, au-
dite:

dite:* Deus plebis Israel elegit patres nostros 17
& plebem exaltauit cum essent incolæ" in ter-
ra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex
ea,* " & per quadraginta annorum tempus 18
mores eorum sustinuit in deserto.* Et de- 19
struens gentes septem in terra Chanaan: "sor-
te distribuit eis terram eorum,* quasi post 20
quadringentos, & quinquaginta annos": &
post hæc dedit Iudices, vsq; ad Samuel Pro
phetam.* Et exinde "postulauerunt regem: 21
& dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de
tribu Benkimin, annis quadraginta,* & amo- 22
to illo, "suscitauit illis Dauid regem: cui testi-
monium perhibens, dixit: "Inueni Dauid fi-
lium Iesse, virum secundum cor meum, qui
faciet omnes voluntates meas.* Huius Deus 23
ex semine "secundum promissionem eduxit
Israel saluatorem Iesum,* "prędicante Ioan- 24
ne ante faciem aduentus eius baptismum pę-
nitẽtiæ omni populo Israel.* Cum impleret 25
autem Ioannes cursum suum dicebat: Quem
me arbitramini esse, "non sum ego, sed ecce
venit post me, cuius non sum dignus calcea-
menta pedum soluere.* Viri fratres filij ge- 26
neris Abraham, & qui in vobis timent Deũ,
vobis verbum salutis huius missum est.* 27
Qui enim habitabant Ierusalem, & principes
eius hunc ignorantes, & voces prophetarũ,
quæ per omne sabbatum leguntur, iudican-
tes impleuerunt,* & nullam causam mortis 28
inuenientes in eo, "petierunt à Pilato, vt in-
terficerent eum.* Cumque consummassent 29
omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes
eum de ligno, posuerunt eum in monumen-
to.* "Deus verò suscitauit eum à mortuis 30
tertia die: qui visus est per dies multos his,* 31
qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in
Ierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad
plebem.* Et nos vobis annunciamus eam, 32
quæ ad patres nostros repromissio facta est:
* quoniam hanc Deus adimpleuit filijs no- 33
stris resuscitans Iesum, sicut, & in Psalmo se-
cundo scriptum est: Filius meus es tu, ego ho-
die genui te.* Quod autem suscitauit eum à 34
mortuis: amplius iam non reuersurum in
corruptionem, ita dixit: "Quia dabo vobis sã-
cta Dauid fidelia.* Ideoque, & alias dicit: " 35
Non dabis Sanctum tuum videre corruptio-
nem.* Dauid enim in sua generatione cũ ad- 36
ministrasset, voluntati Dei "dormiuit: & ap-
positus est ad patres suos, & vidit corruptio-
nem.* Quem verò Deus suscitauit à mor- 37
tuis, non vidit corruptionem.* Notum igi- 38
tur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis
remissio peccatorum annunciatur, & ab om- F
nibus, quibus non potuistis in lege Moysi iu-
stificari,* in hoc omnis, qui credit iustifica- 39
tur.* Videte ergo ne superueniat vobis, qđ 40
dictum est in Prophetis:* " Videte contem- 41
ptores, & admiramini, & disperdimini: quia
opus operor ego in diebus vestris, opus quod
nõ credetis, si quis enarrauerit vobis.* Exeũ- 42
tibus autem illis rogabant, vt sequenti sabba-
to loquerentur sibi verba hæc.* Cumque di- 43
missa esset synagoga, secuti sunt multi Iu-
dæorum, & colentium aduenarum, Pau-
lum, & Barnabam: qui loquentes suadebant
44 eis, vt permanerent in gratia Dei.* Sequenti
G verò sabbato penè vniuersa ciuitas conuenit
45 audire verbum Dei.* Videtes autem turbas
Iudæi repleti sunt zelo, & contradicebãt his,
46 quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes.*
Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixe-
runt: Vobis oportebat primum loqui verbũ
Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos
vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur
47 ad Gentes:* sic enim præcepit nobis Dñs: "
Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutẽ, " Isa. 49. b. 6.
48 vsque ad extremum terræ.* Audientes au-
tem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant
verbum Domini: & crediderunt quotquot
49 erant præordinati ad vitam æternam.* Dis-
seminabatur autem verbum Domini per v-
50 niuersam regionem.* Iudæi autem concita-
uerunt mulieres religiosas, & honestas, & pri
mos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem
in Paulum, & Barnabam: & eiecerunt eos de
51 finibus suis.* " At illi excusso puluere pedũ " Mar. 6. a. b. 11. Mat. 10. b. 24. Luc. 9. a. 4.
52 in eos, venerunt Iconium.* Discipuli quoq.
replebantur gaudio, & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

1 AFactum est autem Iconij, vt simul introi-
rent in synagogam Iudæorum, & loque-
rentur, ita vt crederet Iudæorum, & Græco-
2 rum copiosa multitudo.* Qui verò incredu-
li fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad iracun-
diam cõciauerunt animas Gentium aduer-
3 sus fratres.* Multo igitur tempore demora-
ti sunt, fiducialiter agentes in Domino, testi-
monium perhibente verbo gratiæ suæ, dante
signa, & prodigia fieri per manus eorum,
4 * Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & ,
quidam quidem erant cum Iudæis, quidam
5 verò cum Apostolis.* Cum autem factus es-
set impetus Gentilium, & Iudæorum cum
principibus suis, vt contumelijs afficerent, &
6 lapidarent eos, * intelligentes confugerunt
ad ciuitates Lycaoniæ Lystram, & Derben,
B & vniuersam in circuitu regionem, & ibi e-
7 uangelizantes erant.* Et quidam vir Lystris
infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero
8 matris suæ, qui numquam ambulauerat.*
Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intui-
tus eum, & videns quia fidem haberet, vt sa-
9 uus fieret,* dixit magna voce: Surge super pe
des tuos rectus. Et exiliuit, & ambulabat.
10 * Turbæ autem cum vidissent, quod fece-
rat Paulus, leuauerunt vocem suam Lycao-
nicè dicentes: Dij similes facti hominibus, de-
11 scenderunt ad nos.* Et vocabant Barnabam
Iouem, Paulum verò Mercurium, quoniam
12 ipse erat dux verbi.* Sacerdos quoq. Iouis,
qui erat ante ciuitatem, tauros, & coronas
ante januas afferens, cum populis volebat
13 sacrificare.* Quod vbi audierunt Apostoli
C Barnabas, & Paulus, conscissis tunicis suis e-
14 xiliuerunt in turbas clamantes,* & dicentes:

"Exo. 1. a. 1.
"Exo. 13 d. 21. 22. & 16. a. 3
"Ios. 14. a. 2.
"Iud. 3. b. 9.
"1. Reg. 8. a. 5. & 9. c. 16. & 10. a. 1.
"1. Reg. 16. c. 13.
"Psl. 88. b. 21.
"Isa. 11. a. 1.
"Mat. 3. a. 1.
Mar. 1. a. 2.
Luc. 3. a. 3.
"Ioan. 1. c. 20.
Mar. 15. b. 13.
Mat. 3. b. 7.
Luc. 23. c. 11. 23.
Io. 19. c. 16.
"Mat. 28
Mar. 16.
Luc. 24.
Ioan. 20.
"Psl. 15. b. 7.
"Isa. 55. a. 8.
"Psl. 15. b. 10.
"1. Reg. 2. b. 10.
"Abac. 1. b. 6

Viri,quid hæc facitis?& nos mortales sumus,
similes vobis homines annunciantes vobis
Ps.145. a.6. Apo.14. b.7. ab his vanis conuerti ad Deum viuum, "qui
fecit cælum,& terram,& mare,& omnia quę
in eis sunt:*qui in præteritis generationibus 15
dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Et 16
quidem non sine testimonio semetipsum re-
liquit benefaciens de cælo, dans pluuias, &
tẽpora fructifera implens cibo,& lætitia cor-
da nostra.* Et hæc dicentes, vix sedauerunt 17
turbas ne sibi immolarent.* Superuenerunt 18
autem quidam ab Antiochia,& Iconio Iudęi:
& persuasis turbis,lapidantesq. Paulum,tra-
xerunt extra ciuitatem,existimantes eũ mor-
tuum esse.* Circumdátibus autem eum di- 19
scipulis,surgens intrauit ciuitatem,& postera D
die profectus est cum Barnaba in Derben.* 20
Cumque euangelizassent ciuitati illi, & do-
cuissent multos reuersi sunt Lystram,& Ico-
nium,& Antiochiam,*confirmantes animas 21
discipulorum, exhortantesque, vt permane-
rent in fide: & quoniam per multas tribula-
tiones oportet nos intrare in regnum Dei.* 22
Et cum constituissent illis per singulas eccle-
sias presbyteros,& orassent cum ieiunationi-
bus,commendauerunt eos Domino,in quem
crediderunt *Transeuntesq. Pisidiam,vene- 23
runt in Pamphyliam,*& loquentes verbum 24
Domini in Perge, descenderunt in in Atta-
Sup.13. a.1. liam,*"& inde nauigauerunt Antiochiã,vn- 25
de erant traditi gratiæ Dei in opus,quod cõ-
pleuerunt.* Cum autem venissent,& con- 26
gregassent Ecclesiam,retulerunt quanta fecis-
set Deus cum illis,& quia aperuisset Gentib.
ostium fidei.* Morati sunt autem tempus 27
non modicum cum discipulis.

CAP. XV.

Gal.5. a.2. ET quidam descendentes de Iudæa,doce- 1
bant fratres:" Quia nisi circumcidamini A
secundum morem Moysi,non potestis salua-
ri.* Facta ergo seditione non minima Paulo, 2
& Barnabæ aduersus illos,statuerunt vt ascẽ-
derent Paulus,& Barnabas,& quidam alij ex
alijs ad Apostolos,& presbyteros in Ierusalẽ
super hac quæstione.* Illi ergo deducti ab 3
Ecclesia pertransibant Phænicen,& Samariã,
narrantes conuersionem Gentium: & facie-
bant gaudium magnum omnibus fratribus.
* Cum autem venissent Ierosolymam,susce- 4
pti sunt ab ecclesia,& ab Apostolis,& seniori-
bus annunciantes quanta Deus fecisset cum
illis.*Surrexerunt autem quidam de hæresi 5
Pharisæorum,qui crediderunt,dicentes:Quia
oportet circumcidi eos,pręcipere quoque ser- B
uare legem Moysi.* Conueneruntque Apo- 6
stoli,& seniores videre de verbo hoc.* Cum 7
autem magna conquisitio fieret,surgens Pe-
Sup.10. b.20. trus dixit ad eos:" Viri fratres, vos scitis quo-
niam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit,
per os meum audire Gentes verbum Euan-
gelij,& credere,* Et qui nouit corda Deus,te- 8
stimonium perhibuit, " dans illis Spiritum
9 Sanctum, sicut & nobis,* & nihil discreuit
inter nos,& illos,fide purificans corda eorũ. *Sup.1. g.45.*
10 * Nunc ergo,quid tentatis Deum,imponere
iugum super ceruices discipulorum, quod
neque patres nostri, neq. nos portare potui-
11 mus? * Sed per gratiam Domini Iesu Chri-
C sti credimus saluari,quẽadmodum, & illi. *
12 Tacuit autem omnis multitudo, & audie-
bant Barnabam,& Paulum narrantes quan-
ta Deus fecisset signa, & prodigia in Genti-
13 bus per eos. * Et postquam tacuerunt, re-
spondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite
14 me. * Simon narrauit quemadmodum pri-
mum Deus visitauit sumere ex Gentibus,po
15 pulum nomini suo. * Et huic concordant
16 verba Prophetarum,sicut scriptum est: * "
Post hæc reuertar, & reædificabo tabernacu- " *Ro.9. c.11.*
lum Dauid,quod decidit:& diruta eius reæ-
17 dificabo,& erigam illud,* vt requirant cete-
D ri hominum Dominum,& omnes gentes su-
per quas inuocatum est nomen meum,dicit
18 Dominus faciens hæc. * Notum à sæculo est
19 Domino opus suum. * Propter quod ego
iudico non inquietari eos, qui ex Gentibus
20 conuertuntur ad Deum. * Sed scribere ad
eos vt abstineant se à contaminationibus si-
mulachrorum, & fornicatione, & suffoca-
21 tis,& sanguine. * Moyses enim à tempori-
bus antiquis habet in singulis ciuitatibus,qui
eum prædicent in synagogis, vbi per omne
22 sabbatum legitur.* Tunc placuit Apostolis,
& senioribus cum omni Ecclesia eligere vi-
ros ex eis, & mittere Antiochiam cum Pau-
lo,& Barnaba, Iudam, qui cognominabatur
Barsabas,& Silam viros primos in fratribus,
23 * scribentes per manus eorum. Apostoli,&
E seniores fratres his,qui sunt Antiochiæ,&
Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex Gentibus,salu-
tem.
24 * Quoniam audiuimus,quia quidam ex no-
bis exeuntes,turbauerunt vos verbis,euertẽ-
tes animas vestras,quibus nõ mandauimus,
25 * placuit nobis collectis in vnum,eligere vi-
ros, & mittere ad vos cũ charissimis nostris
26 Barnaba,& Paulo,* hominibus,qui tradide-
rũt animas suas pro nomine Domini nostri
27 Iesu Christi. * Misimus ergo Iudam,& Si-
28 lam,qui ipsi vobis verbis referent eadem. *
F Visum est enim Spiritui sancto, & nobis ni-
hil vltra imponere vobis oneris, quam hæc
29 necessaria: * vt abstineatis vos ab immola-
tis simulachrorum, & sanguine, & suffocato
& fornicatione, à quibus custodientes vos,
30 benè agetis. Valete.* Illi ergo dimissi,descen
derunt Antiochiam: & congregata multitu-
31 dine tradiderunt epistolam.* Quam cum le-
32 gissent,gauisi sunt super consolatione. * Iu-
das autem, & Silas, & ipsi cum essent Pro-
phetæ verbo plurimo consolati sunt fratres
33 & confirmauerunt. * Facto autem ibi ali-
quanto tempore, dimissi sunt cũ pace à fra-
34 tribus ad eos,qui miserant illos.* Visum est
autem Silæ ibi remanere:Iudas autem solus
35 abijt Ierusalem. * Paulus autem, & Barna-
bas

bas demorabantur Antiochiæ docentes: & G
euangelizantes cum alijs pluribus verbum
Domini. * Post aliquot autem dies,dixit ad 36
Barnabam Paulus: Reuertentes visitemus
fratres per vniuersas ciuitates, in quibus
prædicauimus verbum Domini, quomodo
se habeãt.* Barnabas autem volebat secum 37
assumere,& Ioannem,qui cognominabatur
Marcus. * Paulus autem rogabat eum (vt 38
qui discessisset ab eis de Pamphylia, & non
isset cum eis in opus) non debere recipi.
* Facta est autem dissensio,ita vt discederẽt 39
ab inuicem, & Barnabas quidem assumpto
Marco nauigaret Cyprum, * Paulus ve- 40
rò electo Sila profectus est, traditus gratiæ
Dei à fratribus. * Perambulabat autem Sy- 41
riam,& Ciliciam, confirmans Ecclesias:præ-
cipiens custodire præcepta Apostolorum, &
seniorum.

CAP. XVI.

PEruenit autem Derben, & Lystram. Et 1
ecce discipulus quidam erat ibi nomine A
Timotheus,filius mulieris Iudęæ fidelis,pa-
tre Gentili. * Huic testimoniũ bonũ redde- 2
bant, qui in Lystris erant, & Iconio fratres.
* Hunc voluit Paulus secum proficisci: & 3
assumens circumcidit eum propter Iudæos,
qui erant in illis locis Sciebant enim omnes
quòd pater eius erat Gentilis. * Cum autem 4
pertransirent ciuitates,tradebant eis custodi-
re dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis
& senioribus,qui erant Ierosolymis.* Et Ec- 5
clesiæ quidem confirmabãtur fide, & abun-
dabant numero quotidie. * Transeuntes 6
autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, ve-
tati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei
in Asia.* Cum venissent autem in Mysiam, 7
B tentabant ire in Bithyniam, & non permisit
8 eos Spiritus Iesu. * Cum autem pertransis-
9 sent Mysiam, descenderunt Troadem: * &
visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Ma-
cedo quidam erat stans, & deprecans eum,
& dicens: Transiens in Macedoniam, adiu-
10 ua nos.* Vt autem visum vidit,statim quæ-
siuimus proficisci in Macedoniã, certi facti,
11 quod vocasset nos Deus euãgelizare eis.* Na-
uigantes autem à Troade, recto cursu veni-
mus Samothraciam, & sequenti die Neapo-
12 lim: * & inde Philippos,quæ est prima par-
tis Macedoniæ ciuitas colonia Eramus au-
tem in hac Vrbe diebus aliquot, conferẽtes.
13 * Die autem sabbatorũ egressi sumus foras
C portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio
esse: & sedẽtes loquebamur mulieribus,quæ
14 conuenerant. * Et quædam mulier nomine
Lydia,purpuraria ciuitatis Thyatirenorum,
colens Deum, audiuit: cuius Dominus ape-
ruit cor intendere his,quę dicebantur à Pau-
15 lo. * Cum autem baptizata esset, & domus
eius,deprecata est dicens: Si iudicastis me fi-
delem Domino esse, introite in domũ meã,
16 & manete. Et coegit nos. * Factum est autẽ
euntibus nobis ad orationem, puellam quã-
dam habentem spiritum pythonem obuiare
nobis,quæ quæstum magnum præstabat do-
17 minis suis diuinãdo.* Hęc subsecuta Paulũ
D & nos, clamabat dicens: Isti homines serui
Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam
18 salutis.* Hoc aũt faciebat multis diebus. Do-
lens autem Paulus, & conuersus,spiritui di-
xit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exi-
19 re ab ea. Et exijt eadem hora * Videntes au-
tẽ domini eius, quia exiuit spes quæstus eo-
rum apprehendentes Paulum, & Silam per-
20 duxerunt in forum ad principes: * & offe-
rentes eos magistratibus, dixerunt. Hi ho-

mines conturbant ciuitatem nostram, cum
sint Iudæi: * & annunciant morem, quem 21
non licet nobis suscipere neque facere, cum
simus Romani.* Et cucurrit plebs aduersus 22
eos: & magistratus, scissis tunicis eorum,
"iusserunt eos virgis cædi. * Et cum multas 23
plagas eis imposuissent, miserunt eos in car- E
cerem, præcipientes custodi, vt diligenter cu-
stodiret eos. * Qui cum tale præceptum, ac- 24
cepisset, misit eos in interiorem carcerem, &
pedes eorum strinxit ligno. * Media autem 25
nocte Paulus, & Silas orantes, laudabât Deū:
& audiebant eos, qui in custodia erant.* Su- 26
bito verò terræmotus factus est magnus, ita
vt mouerentur fundamenta carceris. Et sta-
tim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorū
vincula soluta sunt. * Expergefactus autem 27
custos carceris, & vidēs ianuas apertas carce-
ris euaginato gladio volebat se interficere,
æstimans fugisse vinctos.* Clamauit autem 28
Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali F
feceris: vniuersi enim hic sumus. * Petito- 29
que lumine, introgressus est: & tremefactus
procidit Paulo, & Silæ ad pedes: * & produ- 30
cens eos foras, ait: Domini, quid me opor-
tet facere, vt saluus fiam?* At illi dixerunt: 31
Crede in Dominum Iesum: & saluus eris tu,
& domus tua. * Et locuti sunt ei verbū Do- 32
mini cum omnibus, qui erant in domo eius.
* Et tollens eos in illa hora noctis, lauit pla- 33
gas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis
domus eius continuò. * Cumque perduxis- 34
set eos in domum suam, apposuit eis men-
sam, & lætatus est cum omni domo sua cre-
dens Deo. * Et cum dies factus esset, mise- 35
runt magistratus lictores, dicentes: Dimit- G
te homines illos. * Nunciauit autem custos 36
carceris verba hæc Paulo: Quia miserūt ma-
gistratus, vt dimittamini, nunc igitur exeun-
tes, ite in pace.* Paulus autem dixit eis: Cæ- 37
sos nos publicè, indemnatos, homines Ro-
manos miserunt in carcerem, & nunc occul-
te nos eijciunt? Non ita: sed veniant, * & ipsi 38
nos eijciant. Nunciauerunt autem magistra-
tibus lictores verba hæc. Timueruntque au-
dito, quod Romani essent: * & veniētes de- 39
precati sunt eos, & educentes rogabant, vt
egrederentur de vrbe.* Exeuntes autem de 40
carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fra-
tribus consolati sunt eos, & profecti sunt.

a 2. Cor. 11. f. 25. 1. Thess. 2. a 3. Phil. 1. b. 13.

CAP. XVII.

CVm autem perambulassent Amphipo- 1
lim, & Apolloniam, venerunt Thessa- A
lonicam, vbi erat synagoga Iudæorum.* Se- 2
cundum consuetudinem autem Paulus in-
troiuit ad eos, & p sabbata tria differebat eis
de Scripturis, *adaperiens, & insinuans, quia 3
Christum oportuit pati, & resurgere à mor-
tuis: & quia hic est Iesus Christus, quem ego
annuncio vobis.* Et quidam ex eis credide- 4
runt, & adiuncti sunt Paulo, & Silæ, & de co-
lentibus, Gentilibusque multitudo magna,
& mulieres nobiles non paucæ. * Zelantes 5
B autem Iudæi, assumentesque de vulgo vi-
ros quosdam malos, & turba facta, concita-
uerunt ciuitatem, & assistentes domui Iaso-
nis quærebant eos producere in populum.
6 * Et cum non inuenissent eos, trahebant Ia-
sonem, & quosdam fratres ad principes ci-
uitatis, clamantes: Quoniam hi, qui Vr-
7 bem concitant, & huc venerunt, * quos su-
scepit Iason, & hi omnes contra decreta Cæ-
saris faciunt, regem alium dicentes esse, Ie-
8 sum.* Cōcitauerunt autem plebem, & prin-
9 cipes ciuitatis audientes hæc. * Et accepta sa-
tisfactione à Iasone, & à ceteris, dimiserunt
10 eos.* Fratres verò confestim per noctem di-
C miserunt Paulum, & Silam in Beræam. Qui
cum venissent, in synagogam Iudæorum
11 introierunt.* Hi autem erant nobiliores eo-
rum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt
verbum cum omni auiditate, quotidie scru-
12 tantes Scripturas, si hæc ita se haberent.* Et
multi quidem crediderunt ex eis, & mulie-
rum Gentilium honestarū, & viri non pau-
13 ci. * Cum autē cognouissent in Thessaloni-
ca Iudæi, quia Berœæ prædicatum est à
Paulo verbum Dei, venerunt, & illuc com-
mouentes, & turbantes multitudinem.
14 * Statimque tunc Paulum dimiserunt fra-
tres, vt iret vsque ad mare: Silas autem, &
15 Timotheus remanserunt ibi. * Qui autem
deducebant Paulum, perduxerunt eum vs-
D que Athenas, & accepto mandato ab eo ad
Silam, & Timotheum, vt quam celeriter ve-
16 nirent ad illum, profecti sunt * Paulus autem
cum Athenis eos expectaret, incitabatur spi-
ritus eius in ipso, videns idololatriæ dedi-
17 tam ciuitatem. * Disputabat igitur in syna-
goga cum Iudæis, & colentibus, & in foro,
18 per omnes dies ad eos, qui aderant. * Qui-
dam autem Epicurei, & Stoici philosophi
differebant cum eo, & quidam dicebant:
Quid vult seminiuerbius, hic dicere? Alij
verò: Nouorum dæmoniorum videtur an-
nunciator esse: quia Iesum, & resurrectionē
19 anunciabat eis. * Et apprehensum eum ad
E Areopagum duxerunt, dicentes: Possumus
scire, quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, do-
20 ctrina? * noua enim quædam infers auribus
nostris: Volumus ergo scire quidnam velint
21 hæc esse: * Athenienses autem omnes, &
aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant,
nisi, aut dicere, aut audire aliquid noui.
22 * Stans autē Paulus in medio Areopagi, ait:
Viri Athenienses per omnia quasi supersti-
23 tiosiores vos video. * Præteriens enim, & vi-
dens simulachra vestra, inueni, & aram, in
qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod
ergo ignorantes colitis, hoc ergo annuncio
24 vobis. * "Deus, qui fecit mundum, & om-
nia, quæ in eo sunt, hic cæli, & terræ cum sit
Dominus, " non in manufactis templis ha- a Gen.
25 bitat, * nec manibus humanis colitur indi- a.1.
gens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & " Sup.
26 inspirationem, & omnia: * fecitque ex vno f.48.
F omne genus hominū inhabitare super vni-
uersam faciem terræ, definiens statuta tem-
pora,

pora, & terminos habitationis eorum, * quæ- 27
rere Deum si fortè attrectent eum, aut inue-
niant, quamuis non longè sit ab vnoquoque
nostrum. * In ipso enim viuimus, & moue- 28
mur, & sumus: sicut & quidā vestrorū Poe-
tarū dixerunt: Ipsius enim, & genus sumus.
* Genus ergo cum simus Dei, non debemus 29
æstimare auro, aut argento, aut lapidi, scul-
pturæ artis, & cogitationis hominis, Diuinū
esse simile. * Et tempora quidē huius igno- 30
rantiæ despiciens Deus, nunc annunciat ho- G
minibus, vt oēs vbique pœnitentiam agant,
* eo quod statuit diem, in quo iudicaturus 31
est orbem in æquitate, in viro, in quo sta-
tuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum
à mortuis.* Cum audissent autem resurre- 32
ctionem mortuorum, quidam quidem irri-
debant, quidam verò dixerunt: Audiemus
te de hoc iterum.* Sic Paulus exiuit de me- 33
dio eorum. * Quidam verò viri adhæren- 34
tes ei, crediderunt: in quibus, & Dionysius
Areopagita, mulier nomine Damaris, &
alij cum eis.

CAP. XVIII.

POst hæc egressus ab Athenis, venit Co- 1
rinthum: * & inueniens quendam Iu- 2
dæum nomine Aquilam, Ponticum genere, A
qui nuper venerat ab Italia, & Priscillā vxo-
rem eius, (eo quod præcepisset Claudius di-
scedere omnes Iudæos à Roma) accessit ad
eos. * Et quia eiusdem erat artis, manebat 3
apud eos, & operabatur: (erant autem, sceno
factoriæ artis.) * Et disputabat in synagoga 4
per omne sabbatū, interponens nomen Do-
mini Iesu, suadebatq. Iudæis, & Græcis.* Cū 5
venissent autem de Macedonia Silas, & Ti- B
motheus, instabat verbo Paulus, testificans
Iudæis esse Christum Iesum.* Cōtradicen- 6
tibus autem eis, & blasphemantibus, excu-
tiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis
vester super caput vestrum: mundus ego, ex
hoc ad Gentes vadam.* Et migrans inde, in- 7
trauit in domum cuiusdā, nomine Titi Iu-
sti, colentis Deum, cuius domus erat coniun-
cta synagogæ. * Crispus autem archisynago- 8
gus credidit Domino cum omni domo sua: C
& multi Corinthiorū audientes credebant,
& baptizabantur. * Dixit autem Dominus 9
nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed
loquere, & ne taceas: * propter quod ego sum 10
tecum: & nemo apponetur tibi, vt noceat te:
quoniam populus est mihi multus in hac ci-
uitate.* Sedit autem ibi annum, & sex men- 11
ses, docens apud eos verbum Dei.* Gallione 12
autē proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno D
animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eū
ad tribunal, * dicentes: Quia contra legem 13
hic persuadet hominibus colere Deum.* In- 14
cipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio
ad Iudæos: Si quidem esset iniquum aliquid,
aut facinus pessimū, ô viri Iudæi, rectè vos
sustinerem.* Si verò quæstiones sunt de ver- 15
bo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi vi-
16 deritis: Iudex ego horū nolo esse. * Et mina-
17 uit eos a tribunali.* Apprehendentes autem
E omnes Sosthenem principē synagogæ, per-
cutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum
18 Gallioni curæ erat. * Paulus verò cū adhuc
sustinuisset dies multos, fratribus valefaciē s
nauigauit in Syriam, (& cum eo Priscilla, &
Aquila) qui sibi "totonderat in Cenchris ca- " Nu. 6.
19 put: habebat enim votum.* Deuenitq. Ephe- c.18.
sum, & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus Infr. 21.
20 synagogam, disputabat cum Iudæis. * Ro- d.24.
gantibus autem eis, vt ampliori tēpore ma-
21 neret, non consensit, * sed valefaciens, & di-
cens: Iterum reuertar ad vos Deo volente,
22 profectus est ab Epheso. * Et descendens
F Cæsaream, ascendit, & salutauit Ecclesiam,
23 & descendit Antiochiam. * Et facto ibi ali-
quanto tempore profectus est, perambulans
ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiā,
24 confirmans omnes discipulos. * Iudæus au-
tem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus
genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, po-
25 tens in scripturis. * Hic erat edoctus viam
Domini: & feruens spiritu loquebatur, & do-
cebat diligenter ea, quæ sunt Iesu, sciens tā-
26 tum baptisma Ioannis. * Hic ergo cœpit fi-
G ducialiter agere in synagoga. Quem cū au-
dissent Priscilla, & Aquila, assumpserunt eū,
& diligentius exposuerunt ei viam Domini.
27 * Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati
fratres, scripserunt discipulis, vt susciperent
eum. Qui cum venisset, contulit multū his,
28 qui crediderant.* Vehemēter enim Iudæos
reuincebat publicè, ostendens per Scriptu-
ras, esse Christum Iesum.

CAP. XIX.

1 A FActum est autem, cum Apollo esset Co-
rinthi, vt Paulus peragratis superioribus
partibus veniret Ephesum, & inueniret quos-
2 dam discipulos: * dixitq ad eos: Si Spiritum
sanctum accepistis credentes? At illi dixerūt
ad eum. Sed neque si Spiritus sanctus est, au-
3 diuimus * Ille verò ait: In quo ergo baptiza-
ti estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptisma-
4 te.* Dixit autem Paulus: " Ioannes baptiza- " Matt. 3.
uit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: c.11.
In eum, qui venturus esset post ipsum, vt cre- Mar. 1.
5 derent, hoc est, in Iesum.* His auditis, bapti- a.8.
6 zati sunt in nomine Domini Iesu. * Et cum Luc. 3.
B imposuisset illis manus Paulus, venit Spiri- c.16.
tus sanctus super eos, & loquebantur linguis, Ioan. 1.
7 & prophetabant. * Erant autem omnes viri d.16
8 ferè duodecim. * Introgressus autē synago- Sup. 1.a.
gam, cum fiducia loquebatur per tres men- 5. & 11.
9 ses, disputans, & suadens de regno Dei.* Cū c.16.
autem quidam indurarentur, & non crede-
rent, maledicentes viam Domini corā mul-
titudine, discedētes ab eis, segregauit discipu
los, quotidie disputans in schola tyranni cu-
10 iusdam. * Hoc autē factū est per biennium,
ita vt omnes, qui habitabant in Asia, audirēt
11 verbū Domini, Iudæi atque Gentiles.* Vir-
tutesque nō quaslibet faciebat Deus per ma-
num

num Pauli: * ita vt etiam super languidos 12
deferrentur à corpore eius sudaria, & semi- C
cinctia,& recedebant ab eis languores,& spi-
ritus nequam egrediebantur.* Tentauerũt 13
autem quidam,& de circumeũtibus Iudæis
exorcistis, inuocare super eos, qui habebant
spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicen-
tes: Adiuro vos per Iesum,quẽ Paulus præ-
dicat.* Erant autem quidam Iudæi Sceuæ 14
principis sacerdotũ septem filij, qui hoc fa-
ciebant. * Respondens aũt spiritus nequam 15
dixit eis:Iesum noui,& Paulum scio,vos au
tem qui estis?* Et insiliens in eos homo,in 16
quo erat dæmonium pessimum , & domi-
natus amborũ,inualuit cõtra eos, ita vt nu-
di,& vulnerati effugerent de domo illa.* 17
Hoc aũt notum factum est omnibus Iudæis,D
atque Gentilibus , qui habitabant Ephesi:&
cecidit timor super omnes illos,& magnifi-
cabatur nomen Domini Iesu * Multiq. cre- 18
dentium veniebant confitentes , & annun-
ciantes actus suos.* Multi autem ex eis,qui 19
fuerãt curiosa sectati, contulerunt libros,&
combusserũt coram omnibus: & computa-
tis pretijs illorum , inuenerunt pecuniã de-
nariorum quinquaginta millium.*Ita forti- 20
ter crescebat verbum Dei, & cõfirmabatur.
* His autem expletis , proposuit Paulus in 21
Spiritu, transita Macedonia,& Achaia ire Ie-
rosolymam,dicens:quoniam postquam fue
ro ibi,oportet me,& Romam videre.* Mit- 22
tens autem in Macedoniam duos ex mini- E
strãtibus sibi, Timotheum,& Erastum,ipse
remansit ad tempus in Asia.* Facta est au- 23
tem illo tempore turbatio non minima de
via Dñi. * Demetrius enim quidã nomine, 24
argentarius , faciens ædes argenteas Dianæ,
præstabat artificibus nõ modicum quæstũ:
* quos cõuocans,& eos,qui huiusmodi erãt 25
opifices,dixit: Viri, scitis quia de hoc artifi-
cio est nobis acquisitio: * & videtis,& audi- 26
tis quia non solum Ephesi , sed penè totius
Asiæ, Paulus hic suadens auertit multã tur-
bam,dicens : Quoniam nõ sunt dij,qui ma-
nibus fiunt.* Non solũ autem hæc pericli- 27
tabitur nobis pars in redargutionem venire,
sed, & magnæ Dianæ templum in nihilum
reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas
eius,quam tota Asia & orbis colit.* His au- 28
ditis,repleti sunt ira, & exclamauerũt dicẽ- F
tes: Magna Diana Ephesiorum. * Et impleta 29
est ciuitas confusione, & impetum fecerunt
vno animo in theatrum, rapto Gaio,& Ari-
starcho Macedonibus,comitib. Pauli.* Pau- 30
lo aũt volente intrare in populum,non per-
miserunt discipuli.* Quidam autem,& de 31
Asiæ principibus,qui erant amici eius,mise-
runt ad eũ rogãtes ne se daret in theatrum:
*alij autem aliud clamabant. Erat enim Ec- 32
clesia confusa : & plures nesciebant qua ex
causa conuenissent.*De turba autem detra- 33
xerunt Alexandrũ, propellentibus eum Iu-
dæis. Alexander autem manu silẽtio postu-
lato,volebat reddere rationẽ populo.* Quẽ 34
vt cognouerũt Iudæum esse, vox facta vna
est omnium , quasi per horas duas claman-
35 tium : Magna Diana Ephesiorum * Et cum
sedasset scriba turbas,dixit: Viri Ephesij ,qs
enim est hominum qui nesciat Ephesiorum
ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Io-
36 uisque prolis? * Cum ergo his contradici nõ
G possit, oportet vos sedatos esse,nihil teme-
37 rè agere.* Adduxistis enim homines istos,
neque sacrilegos,neque blasphemãtes deam
38 vestram.* Quòd si Demetrius,& qui cum
eo sunt artifices , habent aduersus aliquem
causam,conuentus forenses aguntur,& pro-
39 consules sunt, accusent inuicem. * Si quid
autem alterius rei quæritis:in legitima Eccle
40 sia poterit absolui. * Nam & periclitamur
argui seditionis hodiernæ : cum nullus ob-
noxius sit (de quo possimus reddere ratio-
nem)concursus istius. Et cum hæc dixisset,
dimisit Ecclesiam .

CAP. XX.

1 POstquam autem cessauit tumultus,vo-
A catis Paulus discipulis , & exhortatus
eos,valedixit,& profectus est vt iret in Ma-
2 cedoniam.* Cum aũt perambulasset partes
illas,& exhortatus eos fuisset multo sermo-
3 ne,venit ad Græciam:*vbi cum fecisset mẽ-
ses tres,factæ sunt illi insidiæ à Iudæis naui-
gaturo in Syriam: habuitq. consilium vt re-
4 uerteretur per Macedoniã.* Comitatus est
autem eum Sopater Pyrrhi Berœensis, Thes
salonicensium verò Aristarchus , & Secun-
dus,& Gaius Derbeus,& Timotheus: Asia-
5 ni verò Tychicus, & Trophimus.* Hi cum
6 præcessissent,sustinuerũt nos Troade:* nos
B verò nauigauimus post dies Azymorum à
Philippis , & venimus ad eos Troadem in
diebus quinque , vbi demorati sumus dieb.
7 septem. * Vna autem Sabbati cum cõuenis-
semus ad frangẽdum panem, Paulus dispu-
tabat cum eis profecturus in crastinum, pro
traxitque sermonem vsque in mediam no-
8 ctem.* Erant autem lãpades copiosæ in cœ-
9 naculo,vbi eramus congregati.* Sedens au-
tem quidam adolescens nomine Eutychus
super fenestram,cũ mergeretur somno gra-
ui disputante diu Paulo,ductus somno ceci-
dit de tertio cœnaculo deorsum,& sublatus
10 est mortuus.* Ad quem cum descendisset
C Paulus, incubuit super eum : & complexus
dixit : Nolite turbari , anima enim ipsius in
11 ipso est.* Ascendens autẽ,frangensq. panẽ,
& gustans , satisque allocutus vsq. in lucem,
12 sic profectus est.* Adduxerunt autem pue-
rum viuentẽ, & consolati sunt nõ minimè.
13 * Nos autem ascendentes nauem,nauigaui-
mus in Asson , inde suscepturi Paulũ:sic.n.
disposuerat ipse per terram iter facturus.
14 * Cum autem conuenisset nos,in Asson,as-
15 sumpto eo,venimus Mitylenẽ.* Et inde na
uigantes,sequenti die venimus contra Chiũ
& alia applicuimus Samum, & sequenti die
16 venimus Miletum. *proposuerat enim Pau
lus trãsnauigare Ephesum,ne qua mora illi
fieret

fieret in Asia: Festinabat enim,si possibile si- D
bi esset, vt diem Pentecostes faceret Ieroso-
lymis:*A Mileto autem mittens Ephesum, 17
vocauit maiores natu Ecclesiæ. * Qui cum 18
venissent ad eum,& simul essent, dixit eis:
Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in
Asiam , qualiter vobiscum per omne tẽpus
fuerim, * seruiens Domino cum omni hu- 19
militate , & lacrymis, & tentationibus, quæ
mihi acciderunt ex insidijs Iudæorũ,* quo 20
modo nihil subtraxerim vtiliũ , quo minus
annunciarem vobis , & docerem vos publi-
cè,& per domos,* testificans Iudæis,atque 21
Gentilibus in Deum pœnitentiam,& fidem
in Dominum nostrum Iesum Christũ.* Et 22
nunc ecce alligatus ego spiritu,vado in Ieru- E
salem: quæ in ea ventura sint mihi, ignorãs:
*nisi quod Spiritus sanctus per omnes ciui- 23
tates mihi protestatur,dicens:quoniam vin-
cula , & tribulationes Ierosolymis me ma-
nẽt.* Sed nihil horum vereor:nec facio ani- 24
mam meam pretiosiorem quam me,dũmo-
do consummem cursum meum,& ministe-
rium verbi,quod accepi à Domino Iesu, te-
stificari Euangelium gratiæ Dei.* Et nunc 25
ecce ego scio quia amplius non videbitis fa-
ciem meã vos omnes,per quos transiui præ-
dicãs regnum Dei: * Quapropter contestor 26
vos hodierna die,quia mũdus sum à sangui
ne omnium.* Nõ enim subterfugi,quo mi- 27
nus annunciarem omne consilium Dei vo-
bis.* Attendite vobis,& vniuerso gregi,in 28
quo vos Spiritus sãctus posuit episcopos re- F
gere Ecclesiam Dei,quam acquisiuit sangui-
ne suo. * Ego scio quoniam intrabunt post 29
discessionem meam lupi rapaces in vos , nõ
parcentes gregi. * Et ex vobis ipsis exur- 30
gent viri loquentes peruersa, vt abducãt di-
scipulos post se.* Propter quod vigilate me- 31
moria retinentes quoniam per trienniũ no-
cte,& die non cessaui,cum lacrymis monẽs
vnumquemque vestrum.* Et nũc commẽ- 32
do vos Deo, & verbo gratiæ ipsius,qui potẽs
est ædificare,& dare hereditatem in sanctifi
catis omnibus.* Argẽtum,& aurum,aut ve 33
"1.Cor.4 stẽ nullius concupiui, sicut* ipsi scitis:" quo- 34
c.12. niam ad ea,quæ mihi opus erant, & his, qui
2.Thess. mecũ sũt,ministrauerũt manus istæ.*Om- 35
3.b.8. nia ostendi vobis,quoniã sic laborãtes,opor- G
tet suscipere infirmos , ac meminisse verbi
Dñi Iesu, quoniã ipse dixit: Beatius est ma-
gis dare,quam accipere.* Et cũ hæc dixisset, 36
positis genibus suis orauit cum omnibus il-
lis.* Magnus autẽ fletus factus est omnium 37
& procũbentes super collum Pauli, oscula-
bantur eum, * dolentes maximè in verbo, 38
quod dixerat, quoniã amplius faciẽ eius nõ
essent visuri. Et deducebãt eum ad nauem.

CAP. XXI.

CVm autẽ factum esset vt nauigaremus 1
abstracti ab eis , recto cursu venimus A
Coum,& sequenti die Rhodum,& inde Pa
taram.* Et cum inuenissemus nauẽ trãsfre- 2
tantẽ in Phœnicen , ascẽdẽtes nauigauimus.
3 * Cũ apparuissemus aũt Cypro,relinquẽtes
eam ad sinistram, nauigauimus in Syriã, &
venimus Tyrum:ibi enim nauis expositura
4 erat onus.*Inuentis autem discipulis,man-
simus ibi diebus septem : qui Paulo dicebãt
per Spiritum ne ascenderet Ierosolymam.
5 * Et expletis diebus profecti ibamus,dedu-
centibus nos omnib. cum vxoribus , & filijs
B vsque foras ciuitatem : & positis genibus in
6 littore,orauimus.* Et cũ vale fecissemus in-
uicem,ascendimus nauem:illi autem redie-
7 runt in sua.* Nos verò nauigatione expleta
à Tyro descendimus Ptolemaidam:& salu-
tatis fratribus, mãsimus die vna apud illos.
8 *Alia autem die profecti,venimus Cæsareã.
Et intrantes domum Philippi Euangelistæ,
"qui erat vnus de septem , mansimus apud "Sup. 6.
9 eum. * Huic autem erant quatuor filiæ vir- b.5.
10 gines prophetantes. * Et cum moraremur
per dies aliquot : superuenit quidã à Iudæa
11 propheta,nomine Agabus. * Is cum venis-
set ad nos,tulit zonam Pauli: & alligans sibi
pedes,& manus dixit: Hæc dicit Spiritus sã-
ctus: Virũ, cuius est zona hæc,sic alligabunt
in Ierusalem Iudæi,& tradent in manus Gẽ
12 tium.* Quod cum audissemus,rogabamus
C nos,& qui loci illius erant,ne ascenderet Ie-
13 rosolymam.*Tunc respondit Paulus,& di-
xit : Quid facitis flentes , & affligentes cor
meum: Ego enim non solum alligari sed,&
mori in Ierusalem paratus sum propter no-
14 men Domini Iesu.* Et cum ei suadere non
possemus, quieuimus,dicentes:Domini vo-
15 luntas fiat.* Post dies autem istos præpara-
16 ti,ascendebamus in Ierusalem. * Venerunt
autẽ , & ex discipulis à Cæsarea nobiscum,
adducentes secum apud quẽ hospitaremur
Mnasonem quendam Cyprium, antiquum
17 discipulum.*Et cum venissemus Ierosoly-
D mam,libenter exceperunt nos fratres.* Se-
18 quenti autem die introibat Paulus nobiscũ
ad Iacobum , omnesque collecti sunt senio-
19 res.* Quos cum salutasset,narrabat per sin-
gula,quæ Deus fecisset in Gentibus per mini
20 sterium ipsius.* At illi cũ audissent,magni-
ficabant Deum,dixeruntque ei : Vides fra-
ter,quot millia sunt in Iudæis, qui credide-
21 runt,& omnes æmulatores sunt legis.* Au-
dierũt autem de te,quia discessionẽ doceas
à Moyse eorum,qui per Gẽtes sunt, Iudæo-
rum:dicens non debere eos circumcidere fi-
lios suos , neque secundum consuetudinem
22 ingredi.* Quid ergo est? vtique oportet cõ-
uenire multitudinem:audiẽt enim te super
23 uenisse. * Hoc ergo fac quod tibi dicimus:
Sunt nobis viri quatuor , votum habentes
24 super se. * His assumptis,sanctificare cum
illis:& impende in illis " vt radant capita:& "Nu.6.c.
scient omnes,quia quæ de te audierunt,falsa 18.
sunt sed ambulas, & ipse custodiens legem. Sup. 18.
25 *De his autem,qui crediderunt ex Gẽtibus c.8.
E "nos scripsimus iudicantes vt abstineant se "Sup.15.
ab idolis,immolato, & sanguine,& suffoca- d. 20. c.
26 to,& fornicatione. * Tunc Paulus,assum- 29.
ptis

ptis viris,postera die purificatus cum illis in-
trauit in templum,annuncians expletionem
dierum purificationis,donec offerretur pro
vnoquoque eorũ oblatio * Dum autem se- 27
ptem dies consummarentur, hi,qui de Asia
erant,Iudæi,cum vidissent eum in templo,
concitauerunt omnem populum, & iniece-
runt ei manus,clamantes:* Viri Israelitę,ad 28
iuuate : hic est homo,qui aduersus populũ,
& legem,& locum hunc, omnes vbique do-
cens,insuper & Gentiles induxit in templũ,
& violauit sanctum locum istum.* Viderãt 29
enim Trophimum Ephesium in ciuitate cũ F
ipso, quem æstimauerunt quoniam in tem-
plum introduxisset Paulus.* Commotaque 30
est ciuitas tota,& facta est concursio populi.
Et apprehendentes Paulum,trahebant eum
extra templum,& statim clausæ sunt ianuę
* Quęrentibus autem eum occidere,nuncia- 31
tum est tribuno cohortis : Quia tota con-
funditur Ierusalem. * Qui statim assum- 32
ptis militibus, & centurionibus,decurrit ad
illos : Qui cum vidissent tribunum,& mili-
tes,cessauerunt percutere Paulum.* Tũc ac- 33
cedens tribunus apprehendit eum , & iussit
eum alligari catenis duabus: & interrogabat
quis esset,& quid fecisset.* Alij autem aliud 34
clamabant in turba. Et cum non posset cer- G
tum cognoscere præ tumultu, iussit duci eũ
in castra.* Et cum venisset ad gradus,conti- 35
git vt portaretur à militibus ꝓpter vim po-
puli.* Sequebatur enim multitudo populi, 36
clamans: Tolle eum.* Et cum cępisset indu- 37
ci in castra Paulus, dicit tribuno: Si licet mi-
hi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græcè no-
sti?* Nõne tu es Ægyptius,qui ante hos dies 38
tumultum concitasti, & eduxisti in desertũ
quatuor millia virorum sicariorum? * Et 39
dixit ad eum Paulus: Ego homo sum quidẽ
Iudæus à Tarso Ciliciæ non ignotę ciuitatis
municeps. Rogo autem te,permitte mihi lo-
qui ad populum.* Et cum ille permisisset, 40
Paulus stans in gradibus , annuit manu ad
plebem, & magno silẽtio facto, allocutus est
lingua Hebræa,dicens.

CAP. XXII.

Viri fratres,& patres, audite quã ad vos 1
nunc reddo rationẽ.* Cum audissent A
autem quia Hebręa lingua loqueretur ad il- 2
los,magis præstiterunt silentium. * Et dicit: 3
Ego sum vir Iudæus,natus in Tarso Ciliciæ
nutritus autem in ista ciuitate , secus pedes
Gamaliel eruditus iuxta veritatem paternæ
legis,æmulator legis,sicut & vos omnes estis
" Sup.8. a.3. hodie:*" qui hanc viam persecutus sum vs- 4
que ad mortem,alligans,& tradens in custo-
dias viros,ac mulieres,* sicut princeps sacer- 5
" Sup.9.a 2. dotum mihi testimonium reddit,& omnes
maiores natu,"à quibus & epistolas accipiẽs B
ad fratres Damascum pergebam,vt adduce-
rem inde vinctos in Ierusalem vt puniren-
tur.* Factum est autem,eunte me,& appro- 6
pinquante Damasco media die subito de cę-

7 lo circumfulsit me lux copiosa:* & decidens
in terram,audiui vocem dicentẽ mihi: Sau-
8 le,Saule,quid me persequeris? * Ego aũt re-
spondi: Quis es Domine? Dixitq ad me: Ego
9 sum Iesus Nazarenus,quẽ tu ꝑsequeris.* Et
C qui mecum erant,lumen quidem viderunt,
vocem autem non audierunt eius,qui loque
10 batur mecum.* Et dixi: Quid faciam Domi
ne? Dominus autem dixit ad me: Surgẽs va-
de Damascum : & ibi tibi dicetur de omni-
11 bus,quæ te oporteat facere.* Et cum nõ vi-
derem præ claritate luminis illius,ad manũ
12 deductus à comitibus veni Damascũ,* Ana
nias aũt quidam , vir secundum legem te-
stimonium habens ab omnibus cohabitan-
13 tibus Iudæis,* veniens ad me,& astãs dixit
D mihi:Saule frater respice. Et ego eadem ho-
14 ra respexi in eum.* At ille dixit:Deus patrũ
nostrorum præordinauit te , vt cognosceres
voluntatem eius, & videres iustum,& audi
15 res vocem ex ore eius; * quia eris testis illius
ad omnes homines eorum,quę vidisti,& au
16 disti.* Et nunc quid moraris? Exurge,& ba-
ptizare,& ablue peccata tua inuocato nomi
17 ne ipsius * Factum est autem reuertẽti mi-
hi in Ierusalem,& oranti in templo:fieri me
18 in stupore mentis,* & videre illum dicentẽ
E mihi:Festina,& exi velociter ex Ierusalem:
quoniam non recipient testimonium tuum
19 de me.* Et ego dixi Domine ipsi sciũt,"quia
ego eram concludens in carcerem , & cædẽs " Sup.8.a 3:
20 per synagogas eos,qui credebant in te: * &
cum funderetur sanguis Stephani testis tui,
"ego astabam,& consentiebam, & custodie-
21 bam vestimenta interficientium illum.* Et " Sup.7.b 58.
ad me: Vade quoniam ego in nationes longè
22 mittam te.* Audiebant autem eum vsq. ad
hoc verbum,& leuauerunt vocem suam di-
centes: Tolle de terra huiusmodi non enim
23 fas est eum viuere.* Vociferantibus aũt eis
F & proijcientibus vestimenta sua,& puluerẽ
24 iactantibus in aerem , * iussit tribunus in-
duci eum in castra , & flagellis cædi,& tor-
queri eum , vt sciret propter quam causam
25 sic acclamarent ei.* Et cum astrinxissent eũ
loris, dicit astanti sibi Centurioni Paulus: Si
hominem Romanum,& indemnatum licet
26 vobis flagellare?* Quo audito, Centurio ac-
cessit ad tribunum , & nunciauit ei,dicens:
Quid acturus es ? hic enim homo ciuis Ro-
27 manus est.* Accedẽs autem tribunus,dixit
illi:Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit:
28 Etiam.* Et respondit tribunus: Ego multa
G summa ciuitatem hanc consecutus sum.
29 Et Paulus ait: Ego autẽ,& natus sum.* Pro-
tinus ergo discesserunt ab illo, qui eum tor-
turi erant. Tribunus quoq timuit postquam
rescíuit,quia ciuis Romanus esset,& quia al-
30 ligasset eum.* Postera autem die volens sci
re diligentius,qua ex causa accusaretur à Iu-
dæis, soluit eum,& iussit sacerdotes conue-
nire, & omne concilium , producens Pau-
lum, statuit inter illos.

CAP.

CAP. XXIII.

Intendens autem in concilium Paulus ait 1
Viri fratres , ego omni conscientia bona A
conuersatus sum ante Deum vsque in ho-
diernum diem. * Princeps autem sacerdotũ 2
Ananias præcepit astantibus sibi percutere
os eius. * Tunc Paulus dixit ad eum: Percu- 3
tiet te Deus,paries dealbate. Et tu sedens iu-
dicas me secundum legem , & contra legem
iubes me percuti?* Et qui astabant dixerunt: 4
Summum sacerdotem Dei maledicis ? * Di- 5
xit autẽ Paulus: Nesciebam fratres:quia prin B
" Exo.22 d.28. ceps est sacerdotum . Scriptum est enim ? "
Principem populi tui non maledices. * Sciẽs 6
autem Paulus,quia vna pars esset Sadduceo-
rum , & altera Pharisæorum , exclamauit in
" Phil.3. b.5. concilio: Viri fratres,"ego Pharisæus sum,fi-
lius Pharisæorũ,de spe & resurrectione mor
tuorum ego iudicor. * Et cum hæc dixisset, 7
facta est dissensio inter Pharisæos,& Saddu-
" Mat. 22.c.32. cæos , & soluta est multitudo . * " Sadducæi 8
enim dicunt , non esse resurrectionem , ne-
que Angelum,neque Spiritum: Pharisæi au-
tem vtraque confitentur. * Factus est autem 9
clamor magnus. Et surgentes quidam Pha-
risæorum,pugnabãt,dicentes: Nihil mali in-
uenimus in homine isto : quid si Spiritus lo-
cutus est ei , aut Angelus ? * Et cum magna 10
dissensio facta esset , timens tribunus ne di- C
scerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites de-
scendere,& rapere eum de medio eorum,ac
deducere eum in castra . * Sequenti autem 11
nocte assistens ei Dominus,ait: Cõstans esto:
sicut enim testificatus es de me in Ierusalẽ ,
sic te oportet,& Romę testificari.* Facta au- 12
tem die collegerunt se quidam ex Iudæis,&
deuouerunt se dicentes , neque manducatu-
ros , neque bibituros, donec occiderent Pau-
lum.* Erant autem plus quam quadraginta 13
viri,qui hanc coniurationem fecerant ; * qui 14
accesserunt ad principes sacerdotum , & se- D
niores, & dixerunt: Deuotione deuouimus
nos nihil gustaturos, donec occidamus Pau-
lum:* Nunc ergo vos notum facite tribuno 15
cum concilio , vt producat illum ad vos , tã-
quam aliquid certius cognituri de eo. Nos
verò prius quàm appropiet,parati sumus in-
terficere illum . * Quod cum audisset filius 16
sororis Pauli insidias,venit,& intrauit in ca-
stra, nunciauitq. Paulo. * Vocans autẽ Pau- 17
lus ad se vnum ex Centurionibus,ait : Ado-
lescentem hunc perduc ad tribunum, habet
enim aliquid indicare illi . * Et ille quidem 18
assumẽs eum dixit ad tribunum,& ait: Vin-
ctus Paulus rogauit me hunc adolescentem
perducere ad te, habẽtem aliquid loqui tibi .
* Apprehendens autem tribunus manum 19
illius, secessit cum eo seorsum, & interroga- E
uit illum: Quid est,quod habes indicare mi-
hi?* Ille autem dixit: Iudæis conuenit roga- 20
re te , vt crastina die producas Paulũ in con-
cilium , quasi aliquid certius inquisituri sint
de illo;* tu verò ne credideris illis,insidian- 21

tur enim ei ex eis viri amplius,quam quadra
ginta, qui se deuouerũt non manducare,ne-
que bibere, donec interficiant eum , & nunc
parati sunt , expectantes promissum tuum .
22 Tribunus igitur dimisit adolescentem, prę-
F cipiens, ne cui loqueretur , quoniam hæc no-
23 ta sibi fecisset . * Et vocatis duobus Centu-
rionibus,dixit illis: Parate milites ducẽtos,vt
eant vsque Cæsaream , & equites septuagin-
ta , & lancearios ducentos à tertia hora no-
24 ctis: * & iumenta præparate, vt imponentes
Paulum, saluum perducerent ad Felicẽ prę-
25 sidem.(* Timuit enim ne fortè raperent eũ
Iudæi, & occiderent, ipse postea calumniam
sustineret , tanquam accepturus pecuniam)
26 * Scribens epistolam continentem hæc :
CLAVDIVS Lysias optimo Præsidi Felici
27 salutem . * Virum hunc comprehensum à
Iudæis, & incipientem interfici ab eis,super-
ueniens cum exercitu eripui , cognito quia
28 Romanus est . * Volensque scire causam ,
G quam obijciebant illi , deduxi eum in conci-
29 lium eorũ. * Quem inueni accusari de quæ-
stionibus legis ipsorum , nihil verò dignum
30 morte,aut vinculis habentem criminis. * Et
cum mihi perlatum esset de insidijs,quas pa-
rauerant illi, misi eum ad te denuncians : &
31 accusatoribus,vt dicant apud te, Vale. * Mi-
lites ergo secundum pręceptum sibi,assumẽ-
tes Paulum , duxerunt per noctem in Anti-
32 patridem . * Et postera die dimissis equiti-
bus , vt cum eo irent , reuersi sunt ad castra .
33 * Qui cum venissent Cæsaream , & tradi-
dissent epistolam præsidi, statuerunt ante il-
34 lum, & Paulum . * Cum legisset autem , &
interrogasset , de qua prouincia esset : & co-
35 gnoscens, quia de Cilicia . * Audiam te , in-
quit,cum accusatores tui venerint. Iussitque
in prætorio Herodis custodiri eum .

CAP. XXIIII.

1 Post quinque autem dies descendit prin-
A ceps sacerdotum, Ananias, cum seniori-
bus quibusdam, & Tertullo quodã oratore ,
2 qui adierunt præsidem aduersus Paulũ.* Et
citato Paulo cępit accusare Tertullus,dicens:
Cum in multa pace agamus per te, & multa
3 corrigantur per tuam prouidentiam, * sem-
per,& vbique suscipimus, optime Felix,cum
4 omni gratiarum actione , * Ne diutius au-
B tem te protraham , oro , breuiter audias nos
5 pro tua clementia.* Inuenimus hunc homi-
nem pestiferum , & concitantem seditiones
omnibus Iudęis in vniuerso orbe,& auctorẽ
6 seditionis sectæ Nazarenorum ; * qui etiam
templum violare conatus est,quem & appre
hensum voluimus secundũ legem nostram
7 iudicare.* Superueniens autem tribunus Ly
sias , cum vi magna eripuit eum de manibus
8 nostris , * iubens accusatores eius ad te ve-
C nire , à quo poteris ipse iudicans , de omni-
bus istis cognoscere , de quibus nos accusa-
9 mus eum . * Adiecerunt autem , & Iudæi ,
10 dicentes hæc ita se habere . * Respondit au-
tem

tem Paulus:(annuente sibi Præside dicere.)
Ex multis annis te esse iudicem genti huic
sciens,bono animo pro me satisfaciam.* Po- 11
tes enim cognoscere, quia non plus sunt mi-
hi dies,quam duodecim, ex quo ascendi ado
rare in Ierusalem: * & neque in templo in- 12
uenerunt me cum aliquo disputantem, aut D
concursum facientem turbæ, neque in syna-
gogis,*neque in ciuitate:neque probare pos- 13
sunt tibi,de quibus nunc me accusant.* Cō- 14
fiteor autem hoc tibi,quod secundum sectā,
quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri, &
Deo meo,credens omnibus, quæ in Lege, &
Prophetis scripta sunt: * spem habens in 15
Deum,quam & hi ipsi expectāt, resurrectio-
nem futuram iustorum,& iniquorum. * In 16
hoc & ipse studeo,sine offendiculo conscien-
tiam habere ad Deum, & ad homines sem-
per.* Post annos autem plures eleemosynas 17
" Sup.21. d.26. facturus in gentem meam, veni, & oblatio- E
nes,& vota,* " in quibus inuenerunt me pu 18
rificatum, in templo: non cum turba, neque
cum tumultu.* Quidam autem ex Asia Iu- 19
dæi, quos oportebat apud te præsto esse, &
accusare si quid haberent aduersū me:* aut 20
hi ipsi dicant si quid inuenerunt in me ini-
quitatis cum stem in concilio, * nisi de vna 21
hac solummodò voce, qua clamaui inter eos F
" Sup.23. b.6. stans: " Quoniam de resurrectione mortuo-
rum ego iudicor hodie à vobis.* Distulit au 22
tem illos Felix, certissimè sciens de via hac,
dicens: Cum tribunus Lysias descenderit,
audiam vos.* Iussitque Centurioni custodi- 23
re eum, & habere requiem, nec quemquam
de suis prohibere ministrare ei. * Post ali- 24
quot autem dies veniens Felix cum Drusil-
la vxore sua,quæ erat Iudæa, vocauit Paulū,
& audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum
Iesum. * Disputante autem illo de Iustitia, 25
& castitate,& de iudicio futuro,tremefactus G
Felix respondit: Quod nunc attinet, vade
tempore autem opportuno accersam te,* si- 26
mul & sperans, quod pecunia ei daretur à
Paulo,propter quod, & frequenter accersens
eum, loquebatur cum eo. * Biennio autem 27
expleto, accepit successorem Felix Porcium
Festum. Volens autem gratiam præstare Iu-
dæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

FEstus ergo cum venisset in prouinciam, 1
post triduum ascendit Ierosolymam à A
Cæsarea. * Adieruntq. eum principes sacer- 2
dotum, & primi Iudæorum aduersus Pau-
lum,& rogabant eum,* postulantes gratiam 3
aduersus eum,vt iuberet perduci eum in Ie-
rusalem, insidias tendentes, vt interficerent
eum in via. * Festus autem respondit serua- 4
ri Paulum in Cæsarea: se autem maturius
profecturum. * Qui ergo in vobis(ait) potē- 5
tes sunt,descendētes simul,si quod est in vi- B
ro crimen,accusent eum. * Demoratus autē 6
inter eos dies non amplius, quàm octo, aut
decem,descendit Cæsaream,& altera die se-
dit pro tribunali, & iussit Paulum adduci,
7 * Qui cum perductus esset, circumsteterunt
eum, qui ab Ierosolyma descenderant Iudęi
multas,& graues causas obijcientes, quas nō
8 poterant probare. * Paulo rationem redden-
te.Quoniam neque in legem Iudæorum,ne-
que in templum, neque in Cæsaream quid-
9 quam peccaui. * Festus autem volens gratiā
C pręstare Iudæis,respondens Paulo,dixit: Vis
Ierosolymam ascendere,& ibi de his iudica-
10 ri apud me? * Dixit autem Paulus: Ad tribu-
nal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari: Iu-
11 dæis non nocui, sicut tu melius nosti. * Si
enim nocui, aut dignum morte aliquid feci,
non recuso mori: si verò nihil est eorum,quę
hi accusant me,nemo potest me illis donare.
12 Cæsarem appello. * Tunc Festus cum con-
cilio locutus,respondit: Cæsarem appellasti?
13 ad Cæsarem ibis. * Et cum dies aliquot trā-
sacti essent: Agrippa rex, & Bernice descen-
derunt Cæsaream ad salutandum Festum.
14 * Et cum dies plures ibi demorarentur, Fe-
D stus regi indicauit de Paulo,dicens: Vir qui-
15 dam est derelictus à Felice vinctus,* de quo
cum essem Ierosolymis, adierunt me princi-
pes sacerdotum, & seniores Iudæorum, po-
16 stulantes aduersus illum damnationē: * Ad
quos respondi: Quia non est Romanis con-
suetudo damnare aliquem hominem prius
quam is, qui accusatur, præsentes habeat ac-
cusatores, locumque defendendi accipiat ad
17 abluenda crimina. * Cum ergo huc conue-
E nissent sine vlla dilatione,sequenti die sedēs
18 pro tribunali,iussi duci virum. * De quo, cū
stetissent accusatores, nullam causam defe-
rebant, de quibus ego suspicabar malum.
19 * Quæstiones verò quasdam de sua super-
stitione habebant aduersus eum, & de quo-
dam Iesu defuncto, quem affirmabat Pau-
20 lus viuere. * Hæsitans autem ego de huius-
F modi quæstione, dicebam si vellet in Ieroso-
21 lymam, & ibi iudicari de istis. * Paulo autem
appellante, vt seruaretur ad Augusti cogni-
tionem iussi seruari eum, donec mittam eū
22 ad Cæsarem. * Agrippa autem dixit ad Fe-
stum: Volebam & ipse hominem audire.
23 Cras,inquit:audies eum.* Altera autem die
cum venisset Agrippa, & Bernice cum mul-
ta ambitione, & introissent in adiutorium
cum tribunis, & viris principalibus ciuitatis,
24 iubente Festo,adductus est Paulus. * Et di-
cit Festus: Agrippa rex, & omnes, qui simul
adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo
omnis multitudo Iudæorum interpellauit
me Ierosolymis, petentes & acclamantes nō
25 oportere eum viuere amplius. * Ego verò
G comperi nihil dignum morte eum admisis-
se. Ipso autem hoc appellante ad Augustum,
26 iudicaui mittere.* De quo quid certum scri-
bam domino,non habeo. Propter quod pro-
duxi eū ad vos, & maxime ad te rex Agrip-
pa, vt interrogatione facta habeā, quod scri-
27 bam.* Sine ratione enim mihi videtur mit-
tere vinctum, & causas eius non significare.

CAP.

CAP. XXVI.

AGrippa verò ad Paulum ait: Permitti- 1
tur tibi loqui pro temetipso. Tunc Pau- A
lus extenta manu cœpit rationem reddere.
De omnibus, quibus accusor à Iudæis, * rex 2
Agrippa, æstimo me beatum, apud te cum
sim defensurus me hodie, * maxime te sciē- 3
te omnia, & quæ apud Iudæos sunt consue-
tudines, & quæstiones: propter quod obsecro
patienter me audias. * Et quidē vitam meam 4
à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea
in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi: * 5
præscientes me ab initio (si velint testimo- B
nium perhibere) quoniam secundum cer-
tissimam sectam nostræ religionis vixi Pha-
risæus. * Et nunc in spe, quæ ad patres no- 6
stros repromissionis facta est à Deo, sto iudi-
cio subiectus: * in quam duodecim tribus 7
nostrę nocte ac die deseruientes,sperant de-
uenire. De qua spe accusor à Iudæis, rex. * 8
Quid incredibile iudicatur apud vos,si Deus
mortuos suscitat?* Et ego quidem existima- 9
ueram, me aduersus nomen Iesu Nazareni
debere multa contraria agere,*" quod & fe- 10
" Sup.8. a.9. ci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in C
carceribus inclusi, à principibus sacerdotum
potestate accepta,& cum occiderentur,detu-
li sententiam.* Et per omnes synagogas fre- 11
quenter puniens eos, compellebam blasphe-
mare: & amplius insaniens in eos,perseque-
bar vsque in exteras ciuitates. * In quibus " 12
" Sup.9. a.2. dum irem Damascū cum potestate, & per-
missu principum sacerdotum, * die media 13
in via, vidi, rex, de cælo supra splendorem
Solis circumfulsisse me lumen, & eos, qui
mecum simul erant. * Omnesque nos cum 14
decidissemus in terram, audiui vocem lo-
quentem mihi Hebraica lingua: Saule, Sau- D
le,quid me persequeris? durum est tibi con-
tra stimulum calcitrare. * Ego autem dixi: 15
Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego
sum Iesus,quem tu persequeris. * Sed exur- 16
ge,& sta super pedes tuos:ad hoc enim appa-
rui tibi, vt constituam te ministrum, &
testem eorum, quæ vidisti,& eorum,quibus
apparebo tibi,* eripiens te de populo,& gen 17
tibus, in quas nunc ego mitto te, * aperire 18
oculos eorum,vt conuertantur à tenebris ad E
lucem, & de potestate satanæ ad Deum, vt
accipiant remissionem peccatorum, & sor-
tem inter sanctos per fidem, quæ est in me.
* Vnde rex Agrippa,non fuit incredulus cę- 19
lesti visioni:* " sed his,qui sunt Damasci pri 20
" Sup.13. &14. mum, & Ierosolymis, & in omnem regionē
Iudææ, & Gentibus annunciabam,vt pœni-
tentiam agerēt,& conuerterentur ad Deum,
digna pœnitentiæ opera facientes. * Hac ex 21
" Sup.21. f.31. causa me Iudæi,cum essem in templo, " cō- F
prehensum tentabant interficere. * Auxi- 22
lio autem adiutus Dei vsque in hodiernum
diem sto, testificans minori, atque maiori,
nihil extra dicēs,quam ea, quæ Prophetæ lo-
cuti sunt futura esse, & Moyses, * si passibi- 23
lis Christus, si primus ex resurrectione mor-
tuorum,lumen annunciaturus est populo,&
24 Gentibus. * Hæc loquente eo, & rationem
reddente, Festus magna voce dixit: Insanis
Paule:multæ te literæ ad insaniam conuer-
25 tunt.* Et Paulus: Non insanio(inquit)opti-
me Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba
26 loquor. * Scit enim de his rex, ad quem &
constanter loquor:latere enim eum nihil ho-
rum arbitror: Neque enim in angulo quid-
27 quam horum gestū est. * Credis rex Agrip-
28 pa prophetis? Scio quia credis. * Agrippa au-
G tem ad Paulum: In modico suades me Chri
29 stianum fieri. * Et Paulus: Opto apud Deū,
& in modico, & in magno, non tantum te,
sed etiam omnes,qui audiūt, hodie fieri ta-
les, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.
30 * Et exurrexit rex, & pręses, & Bernice, &
31 qui assidebant eis. * Et cum secessissent, lo-
quebantur ad inuicem, dicentes: Quia nihil
morte, aut vinculis dignū quid fecit homo
32 iste.* Agrippa autem Festo dixit: Dimitti po
terat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

1 VT autem iudicatum est nauigare eum
A in Italiam, & tradi Paulum cum reli-
quis custodijs centurioni nomine Iulio co-
2 hortis Augustæ, * " ascendentes nauem A- " 2. Cor.
drumetinam, incipiētes nauigare circa Asiæ 11. f.25.
loca, sustulimus, perseuerante nobiscum A-
3 ristarcho Macedone Thessalonicensi. * Se-
quenti autem die deuenimus Sidonem. Hu-
manè autem tractās Iulius Paulum, permi-
4 sit ad amicos ire,& curam sui agere. * Et in-
de cum sustulissemus, subnauigauimus Cy-
prum, propterea quod essent venti contra-
5 rij. * Et pelagus Ciliciæ, & Pamphyliæ na-
B uigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ:
6 * & ibi inueniens centurio nauem Alexan-
drinam nauigantem in Italiam, transposuit
7 nos in eam. * Et cum multis diebus tardè
nauigaremus, & vix deuenissemus contra
Gnidum prohibente nos vento, adnauiga-
8 uimus Cretæ iuxta Salmonē: * & vix naui-
gantes, venimus in locum quendam, qui vo-
catur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Tha-
9 lassa.* Multo autem tempore peracto,& cū
iam non esset tuta nauigatio, eo quod & ie-
iunium iam præterijsset, consolabatur eos
10 Paulus,* dicens eis: Viri,video quoniam cū
iniuria, & multo damno non solum oneris,
& nauis, sed etiam animarum nostrarum
11 incipit esse nauigatio.* Centurio autem gu-
C bernatori, & nauclero magis credebat,quam
12 his quæ à Paulo dicebantur. * Et cum aptus
portus non esset ad hiemandum, plurimi
statuerunt consilium nauigari inde, si quo-
modo possent, deuenientes Phęnicen, hie-
mare,portum Cretę respicientem ad Africū,
13 & ad Corū.* Aspirante autem Austro,æsti-
mantes propositum se tenere, cum sustulis-
14 sent de Asson,legebant Cretam.*Non post
multum autem misit se contra ipsam ven-

tus

tus Tryphonicus, qui vocatur Euro aquilo.
* Cumque arrepta esset nauis, & non posset 15
conari in ventum, data naue flatibus, fereba-
mur. * In insulam autem quandam de cur- 16
rêtes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix ob-
tinere scaphá. * Qua sublata, adiutorijs vte- 17
bantur accingentes nauem, timentes ne in D
Syrtim inciderent, summisso vase sic fere-
bantur. * Valida autem nobis tempestate ia- 18
ctatis, sequenti die iactum fecerunt: * & ter- 19
tia die suis manibus armamenta nauis pro-
iecerunt. * Neque autem Sole, neque sideri- 20
bus apparentibus per plures dies, & tempe-
state non exigua imminente, iam ablata
erat spes omnis salutis nostræ. * Et cum mul- 21
ta ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in me-
dio eorum, dixit: Oportebat quidem, ò viri,
audito me non tollere à Creta, lucriq facere
iniuriam hanc, & iacturam. * Et nunc sua- 22
deo vobis bono animo esse, amissio enim
nullius animæ erit ex vobis, præterquam na-
uis. * Astitit enim mihi hac nocte Angelus 23
Dei, cuius sum ego, & cui deseruio, * dicens: 24
Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assiste-
re: & ecce donauit tibi Deus omnes, qui na-
uigant tecum. * Propter quod bono animo 25
estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quê-
admodum dictum est mihi. * In insulam 26
autem quandam oportet nos deuenire. * Sed E
posteaquam quartadecima nox superuenit, 27
nauigantibus nobis in Adria circa mediam
noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi
aliquam regionem. * Qui & summittentes 28
bolidem, inuenerunt passus viginti: & pusil-
lum inde separati, inuenerunt passus quin-
decim. * Timentes autem ne in aspera loca 29
incideremus, de puppi mittentes anchoras
quatuor, optabant diem fieri. * Nautis ve- 30
rò quærentibus fugere de naui, cum misissêt
scapham in mare, sub obtentu, quasi incipe-
rent à prora anchoras extêdere, * dixit Pau- 31
lus Centurioni, & militibus. Nisi hi in naui
mãserint, vos salui fieri non potestis. * Tunc 32
absciderunt milites funes scaphæ, & passi
sunt eam excidere. * Et cum lux inciperet 33
fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, F
dicens: Quartadecima die hodie expectantes
ieiuni permanetis, nihil accipientes, * Pro- 34
pter quod rogo vos accipere cibum pro salu-
te vestra: quia nullius vestrũ capillus de ca-
pite peribit. * Et cũ hæc dixisset, sumens pa- 35
nem, gratias egit Deo in côspectu omnium:
& cum fregisset cœpit manducare, * Animæ- 36
quiores autem facti omnes, & ipsi sumpse-
rũt cibum. * Eramus verò vniuersæ animæ 37
in naui ducentæ septuaginta sex. * Et satiati 38
cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum
in mare. * Cum autem dies factus esset, ter- 39
ram non agnoscebant: sinum verò quendá G
considerabant habentem littus, in quem co-
gitabant, si possent, eijcere nauem. * Et cum 40
anchoras sustulissent, committebant se ma-
ri, simul laxãtes iuncturas gubernaculorum:
& leuato artemone secundum auræ flatum
tendebant ad littus. * Et cum incidissemus 41
in locũ dithalassum, impegerunt nauem: &
prora quidê fixa manebat immobilis, pup-
42 pis verò soluebatur à vi maris. * Militũ au-
tem consilium fuit vt custodias occiderent:
43 ne quis cum enatasset, effugeret. * Centurio
autem volens seruare Paulũ, prohibuit fie-
ri: iussitque eos, qui possent natare, emittere
44 se primos, & euadere, & ad terrã exire: * &
ceteros alios in tabulis ferebant: quosdã su-
per ea, quæ de naui erant: Et sic factum est,
vt omnes animæ euaderent ad terram.

CAP. XXVIII.

1 ET cum euasissemus, tunc cognôui-
A mus quia Melita insula vocabatur. Bar
bari verò præstabant non modicam huma-
2 nitatem nobis. * Accensa enim pyra, resi-
ciebant nos omnes propter imbrem, qui im-
3 minebat, & frigus. * Cum congregasset autê
Paulus sarmentorum aliquantam multitu-
dinem, & imposuisset super ignem, vipera à
calore cum processisset, inuasit manum e-
4 ius. * Vt verò viderunt Barbari pendentem
B bestiam de manu eius, ad inuicem dicebãt:
Vtique homicida est homo hic, qui cum e-
uaserit de mari, vltio non sinit eum viuere.
5 * Et ille quidem excutiens bestiam in ignê,
6 nihil mali passus est. * At illi existimabant
eum in tumorem conuertendum, & subitò
casurum, & mori. Diu autem illis expectan-
tibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, cô-
7 uertentes se, dicebant eum esse Deum. * In
locis autem illis erant prædia principis in-
sulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, tri-
8 duo benignè exhibuit. * Contigit autem, pa-
trem Publij febribus, & dysenteria vexatũ
iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cum o-
rasset, & imposuisset ei manus, saluauit eũ.
9 * Quo facto, omnes, qui in insula habebant
C infirmitates accedebant, & curabãtur: * qui
10 etiam multis honoribus nos honorauerũt,
& nauigantibus imposuerunt, quę necessa-
11 ria erant. * Post mêses autem tres nauigaui
mus in naui Alexandrina, quæ in insula hie-
12 mauerat, cui erat insigne Castrorũ. * Et cũ
venissemus Syracusam, mansimus ibi tri-
13 duo. * Inde circũ legentes deuenimus Rhe-
gium, & post vnum diem flante Austro, se-
14 cunda die venimus Puteolos, * vbi inuentis
fratrib. rogati sumus manere apud eos dies
15 septem: & sic venimus Romam. * Et inde
D cum audissent fratres, occurrerunt nobis vs-
que ad Appij forum, ac tres Tabernas. Quos
cum vidisset Paulus, gratias agens Deo acce-
16 pit fiduciam. * Cum autem venissemus Ro
mam, permissum est Paulo manere sibimet
17 cum custodiente se milite. * Post tertium
autem diê conuocauit primos Iudæorum.
Cumque conuenissent, dicebat eis: Ego, viri
fratres, nihil aduersus plebem faciens, aut
morem paternum, vinctus ab Ierosolymis
18 traditus sum in manus Romanorum, * qui
cum interrogationem de me habuissent, vo
luerunt me dimittere, eo quòd nulla esset
causa

causa mortis in me. * Contradicentibus au- 19
tem Iudæis, coactus sum appellare Cæsa- E
rem, non quasi gentem meam habens ali-
quid accusare. * Propter hanc igitur cau- 20
sam rogaui vos videre, & alloqui. Propter
spem enim Israel catena hac circumdatus
sum. * At illi dixerunt ad eum: Nos neque 21
literas accepimus de te à Iudęa, neque adue-
niens aliquis fratrum nunciauit, aut locutus
est quid de te malum. * Rogamus autem 22
à te audire quæ sentis: nam de secta hac no-
tum est nobis, quia vbique ei contradicitur.
* Cum constituissent autem illi diem, vene- 23
runt ad eum in hospitiũ plurimi, quibus ex-
ponebat testificans regnum Dei, suadensque
eis de Iesu ex Lege Moysi, & Prophetis à ma F
ne vsque ad vesperã. * Et quidam credebant 24
his, quæ dicebantur: quidam verò nô crede-
bant. * Cumq inuicem non essent consentiê- 25
tes, discedebant dicente Paulo vnum verbũ:
Quia bene Spiritus sanctus locutus est per
26 Isaiam prophetam ad Patres nostros, * di-
cens. "Vade ad populum istum, & dic ad eos: "Isa.6.c.
Aure audietis, & non intelligetis: & viden- 9.
27 tes videbitis, & non perspicietis. * Incrassa- Mat. 13.
G tum est enim cor populi huius, & auribus b.14.
grauiter audierunt, & oculos suos compres- Mar. 14.
serunt: ne fortè videant oculis, & auribus b.12.
audiant, & corde intelligant, & conuertan- Luc. 8.b
28 tur, & sanem eos. * Notum ergo sit vobis, 10.
quoniam Gentibus missum est hoc salutare Io. 12. f.
29 Dei, & ipsi audient: * Et cum hæc dixisset; 40.
exierunt ab eo Iudæi, multam habentes in- Rom.11
30 ter se quæstionem. * Mansit autem biennio b.8.
toto in suo conducto: & suscipiebat omnes
31 qui ingrediebantur ad eum. * prædicans re-
gnum Dei, & docens quæ sunt de Domino
Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohi-
bitione.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD ROMANOS.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, seruus Iesu Chri- 1
sti vocatus Apostolus, " se- A
gregatus in Euãgelium Dei,
* quòd ante promiserat per 2
Prophetas suos in Scripturis
sanctis * de Filio suo, qui fa- 3
ctus est ei ex semine Dauid
4 secundũ carnê, * qui prædestinatus est Filius
Dei in virtute secundũ spiritũ sanctificatio-
nis ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi
5 Dñi nostri: * per quê accepimus gratiam, &
Apostolatũ ad obediendũ fidei in omnibus
6 Gentibus pro nomine eius, * in quibus estis,
7 & vos vocati Iesu Christi: * omnib. qui sunt

Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vo
bis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Ie
su Christo. * Primum quidẽ gratias ago Deo 8
meo per Iesum Christum pro omnib. vobis,
quia fides vestra annunciatur in vniuerso
mundo. * Testis enim mihi est Deus, cui ser- 9
uio in spiritu meo in Euangelio filij eius, qđ B
sine intermissione memoriã vestri facio * sẽ- 10
per in orationibus meis: obsecrans, si quomo-
do tandem aliquando prosperum iter habeã
in voluntate Dei veniendi ad vos. * Deside- 11
ro enim videre vos: vt aliquid impertiar
vobis gratiæ spiritualis ad cõfirmandos vos:
* id est, simul consolari in vobis per eam, 12
quæ inuicem est, fidem vestram, atque meã.
* Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæ- 13
pe proposui venire ad vos, (& prohibitus
sum vsque adhuc) vt aliquem fructum ha-
beam, & in vobis, sicut & in ceteris gentibus.
* Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipien- 14
tibus debitor sum: * ita (quod in me) prom- 15
ptum est, & vobis, qui Romæ estis, euangeli-
zare. * Non enim erubesco Euangelium. 16
Virtus enim Dei est in salutem omni creden
ti, Iudæo primum, & Græco. * Iustitia enim 17
Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut
" Heb. 2. a. 4. Heb. 10. g. 38. Gal. 3. b. 11.
scriptum est: " Iustus autem ex fide viuit. * 18
Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnẽ C
impietatem, & iniustitiam hominum eorũ,
qui veritatem Dei in iustitia detinent: * 19
quia quod notum est Dei, manifestum est in
illis. Deus enim in illis manifestauit. * Inui- 20
sibilia enim ipsius, a creatura mundi per ea
quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sem
" Eph. 4. e. 17.
piterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt
sint inexcusabiles. * " Quia cum cognouis- 21
sent Deum, non sicut Deum glorificauerũt,
aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogi-
tationibus suis, & obscuratum est insipiens
cor eorum: * dicentes enim se esse sapien- 22
tes, stulti facti sunt. * Et mutauerunt 23
gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem
imaginis corruptibilis hominis, & volucrum,
& quadrupedum, & serpentium. * Propter 24
quod tradidit illos Deus in desideria cordis
eorum, in immunditiam: vt contumelijs af-
ficiant corpora sua in semetipsis: * qui com- 25
mutauerunt veritatem Dei in mendacium:
& coluerunt, & seruierunt creaturæ potius
quam Creatori, qui est benedictus in sæcu-
la. Amen. * Propterea tradidit illos Deus 26
in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorũ
immutauerũt naturalem vsum in eum vsũ,
qui est contra naturam. * Similiter autem 27
& masculi, relicto naturali vsu feminæ, exar D
serunt in desiderijs suis in inuicem, masculi
in masculos turpitudinem operantes, & mer
cedem, quam oportuit, erroris sui in semet-
ipsis recipientes. * Et sicut non probauerũt 28
Deum habere in notitia: tradidit illos Deus
in reprobum sensum: vt faciant ea, quæ non
conueniunt, * repletos omni iniquitate, ma- 29
litia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos
inuidia, homicidio, contentione, dolo, ma-
lignitate, susurrones, * detractores, Deo odi- 30
biles, contumeliosos, superbos, elatos, inuen-
tores malorum, parentibus non obedientes,
31 * insipientes, incompositos, sine affectione,
32 absque fœdere, sine misericordia * Qui cum
iustitiam Dei cognouissent, non intellexerũt:
quoniam qui talia agunt, digni sunt morte,
& non solum, qui ea faciunt, sed etiam, qui
consentiunt facientibus.

CAP. II.

1 PRopter quod inexcusabilis es ò homo " Mat. 7. a. 2.
A omnis, qui iudicas. " In quo enim iudi-
cas alterum, teipsum cõdemnas: eadem enim
2 agis quæ iudicas. * Scimus enim quoniam
iudicium Dei est secũdum veritatem in eos,
3 qui talia agunt. * Existimas autem hoc ò ho
mo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis
4 ea, quia tu effugies iudicium Dei? * An diui-
tias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimi-
tatis contemnis? ignoras quoniam benignitas
5 Dei ad pœnitentiam te adducit? * Secundum
autem duritiam tuam, & impœnitens cor,
thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelatio-
6 nis iusti iudicij Dei, * " qui reddet vnicuique
7 secundum opera eius: * ijs quidem, qui secun " Mat. 16. d. 27.
B dum patientiam boni operis, gloriam, & ho-
norem, & incorruptionem quærunt, vitam
8 æternam: * ijs autem, qui sunt ex contentio-
ne, & qui non acquiescunt veritati, credunt
9 autem iniquitati, ira, & indignatio. * Tri-
bulatio, & angustia in omnem animam ho-
minis operantis malum, Iudæi primum, &
10 Græci: * gloria autem, & honor, & pax om-
ni operanti bonum, Iudæo primum, & Græ-
11 co: * " non enim est acceptio personarum " Deu. 16. d. 17.
12 apud Deum. * Quicumque enim sine lege 2. Par. 19. c. 7.
peccauerunt, sine lege peribunt: & quicum- Iob. 34. b. 19.
que in lege peccauerunt, per legem iudica- Act. 10. e. 34.
13 buntur: * " Non enim auditores legis iusti
C sunt apud Deum, sed factores legis iustifica-
14 buntur. * Cum enim Gentes, quæ legem nõ
habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciũt,
eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt Mat. 7. d. 21.
15 lex: * qui ostendunt opus legis scriptum in
cordibus suis, testimonium reddente illis cõ- " Iac. 1. d. 21.
scientia ipsorum, & inter se inuicem cogita-
tionibus accusantibus, aut etiã defendentib.
16 * in die, cum iudicabit Deus occulta homi-
num, secũdum Euangelium meũ per Iesum
17 Christum. * Si autem tu Iudæus cognomi-
naris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo,
18 * & nosti voluntatem eius, & probas vtilio-
19 ra, instructus per legem, * confidis teipsum
esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in
20 tenebris sunt, * eruditorem insipientiũ, ma
gistrum infantium habentem formam sciẽ-
21 tiæ, & veritatis in lege. * Qui ergo alium do-
ces, teipsum non doces: qui prædicas non fu-
22 randum, furaris: * qui dicis non mœchan-
dum, mœcharis: qui abominaris idola, sacri- " Isa. 52. b. 5.
23 legium facis: Qui in lege gloriaris, per præ-
D uaricationem legis Deum inhonoras. * Eze. 36. e. 20.
24 (" Nomen enim Dei per vos blasphema-
25 tur inter Gentes, sicut scriptum est.) * Cir-
cum-

cumcisio quidem prodest, si legem obserues:
si autem præuaricator legis sis, circumcisio
tua præputium facta est. * Si igitur præpu- 26
tium iustitias legis custodiat: nonne præpu-
tium illius in circumcisionem reputabitur?
* & iudicabit id, quod ex natura est præpu- 27
tium, legem consummans te, qui per literam,
& circumcisionem præuaricator legis es? * 28
Non enim qui in manifesto Iudæus est: neq.
quæ in manifesto in carne, est circumcisio: * 29
sed qui in abscondito Iudæus est: & circum-
cisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus nõ
ex hominibus, sed ex Deo est.

CAP. III.

QVid ergo amplius Iudæo est? aut quæ 1
vtilitas circumcisionis? * Multum 2
per omnem modum. Primum quidem quia A
2. Tim. 2. c. 13. credita sunt illis eloquia Dei, * quid enim si 3
quidam illorum non crediderunt? " Num-
Io. 3. d. 33. quid incredulitas illorum fidem Dei euacua-
bit? Absit. * " Est autem Deus verax: omnis 4
Ps. 115. a. 11. autem homo mendax, sicut scriptum est:
" Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vin-
Ps. 50. a. 6. cas cum iudicaris. * Si autem iniquitas no- 5
stra iustitiam Dei cõmendat, quid dicemus?
Numquid iniquus est Deus, qui infert irã?
* (secundum hominem dico) Absit, alio- 6
quin quomodo iudicabit Deus hũc mundũ?
* Si enim veritas Dei in meo mendacio abũ- 7
dauit in gloriam ipsius: quid adhuc, & ego
tamquam peccator iudicor? * & non (sicut 8
blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos di
cere) faciamus mala vt veniãt bona: quorum
damnatio iusta est. * Quid ergo præcelli- 9
Gal. 5. 22. mus eos? Nequaquam " Causati enim sumus
Iudæos, & Græcos omnes sub peccato esse, B
Ps. 13. a. * sicut scriptum est: " Quia non est iustus 10
quisquam: * non est intelligens, non est re- 11
quirẽs Deum: * Omnes declinauerunt, simul 12
Ps. 5. c. 11. inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum,
non est vsque ad vnum. * " Sepulchrum pa- 13
tens est guttur eorum, linguis suis dolosè age
Ps. 139. 14. bant: Venenum aspidum sub labijs eorum:
* " Quorũ os maledictione, & amaritudine 14
Psal. 9. 7. plenum est: * " Veloces pedes eorũ ad effun- 15
dendum sanguinem: * Contritio, & infelici- 16
Isa. 56. b. 7. tas in vijs eorũ, * & viam pacis non cogno- 17
uerunt: * " Non est timor Dei ante oculos 18
Prou. 1. b. 16. eorum. * " Scimus autem quoniam quæcumq. 19
lex loquitur, ijs, qui in lege sunt, loquitur: vt C
Psal. 35. 2. omne os obstruatur, & subditus fiat omnis
mundus Deo: * quia ex operibus legis non iu 20
Gal. 2. d. 16. stificabitur omnis caro coram illo. Per legẽ
enim cognitio peccati. * Nunc autem sine le- 21
ge iustitia Dei manifestata est: testificata à le-
ge, & Prophetis. * Iustitia autem Dei per fidẽ 22
Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui
credũt in eum: nõ enim est distinctio: * Om 23
nes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.
* Iustificati gratis per gratiam ipsius, per re- 24
demptionem, quæ est in Christo Iesu. * quẽ 25
proposuit Deus propitiationem per fidem
in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ
suæ propter remissionem præcedentium de-
26 lictorum * in sustentatione Dei, ad ostensio-
nem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse
iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu
27 Christi. * Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa
D est. Per quam legem? Factorum? Nõ, sed per
28 legem fidei. * Arbitramur enim iustificari ho
29 minem per fidem sine operibus legis. * An
Iudæorum Deus tantum? nonne, & Gentiũ?
30 Immo & Gentium, * quoniam quidem v-
nus est Deus, qui iustificabat circumcisionẽ
31 ex fide, & præputium per fidem. * Legem
ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem
statuimus.

CAP. IV.

1 QVid ergo dicemus inuenisse Abraham
A patrem nostrum secundum carnem,
2 * Sic enim Abraham ex operibus iustificatus
est, habet gloriam, sed non apud Deum. " Ge. 15. b. 6.
3 * Quid enim dicit Scriptura? " Credidit A- Gal. 3. a. 6.
braham Deo: & reputatum est illi ad iusti- Iac. 2. d. 23.
4 tiam. * Ei autem, qui operatur, merces non
imputatur secundum gratiam, sed secundũ
5 debitum. * Ei verò, qui non operatur, creden
ti autem in eum qui iustificat impium repu-
tatur fides eius ad iustitiam secundum pro-
6 positum gratiæ Dei: * Sicut & Dauid dicit
beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert
7 iustitiam sine operibus: * " Beati, quorum re- " Psal. 31. a.
B missæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt
8 peccata. * Beatus vir, cui non imputauit Do-
9 minus peccatum. * Beatitudo ergo hęc in cir-
cumcisione tantum manet, an etiam in præ-
putio? Dicimus enim quia reputata est A-
10 brahæ fides ad iustitiam. * Quomodo ergo
reputata est? in circumcisione, an in præpu-
tio? Non in circumcisione, sed in præputio. " Ge. 17. b. 10. 11.
11 * " Et signum accepit circumcisionis, signacu-
lũ iustitiæ fidei, quæ est in præputio: vt sit pa
ter omnium credentium per præputiũ: vt re
12 putetur, & illis ad iustitiam, * & sit pater cir-
cumcisionis non ijs tantum, qui sunt ex cir-
cumcisione, sed & ijs, qui sectantur vestigia
fidei, quæ est in præputio patris nostri Abra-
13 hæ. * Non enim per legem promissio Abra-
C hæ aut semini eius vt heres esset mundi: sed
14 per iustitiam fidei. * Si enim qui ex lege, he-
redes sunt, exinanita est fides, abolita est pro
15 missio. * Lex enim iram operatur. Vbi enim
16 non est lex: nec præuaricatio. * Ideò ex fide,
vt secũdum gratiam firma sit promissio om
ni semini, non ei, qui ex lege est solũ, sed &
ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est om-
17 nium nostrum (* sicut scriptum est: " Quia " Gen. 17. a. 4.
patrem multarum gentium posui te) ante
Deũ: cui credidit, qui viuificat mortuos, &
vocat ea, quæ non sunt: tamquam ea quę sũt,
18 * qui contra spem in spem credidit, vt fieret
pater multarum gentium secundũ quod di-
19 ctum est ei. * Sic erit semen tuum. * Et non " Gen. 15. b. 5.
D infirmatus est fide, nec considerauit corpus
suum emortuum, cum iam ferè cẽtum esset

annorum, & emortuam vuluam Saræ: * In 20
repromissione etiam Dei non hæsitauit dif-
fidentia, sed confortatus est fide, dans glo-
riam Deo: * plenissimè sciens: quia quæcun- 21
que promisit, potens est, & facere. * Ideò & 22
reputatum est illi ad iustitiam. * Non est 23
autem scriptum tantum propter ipsum, quia
reputatum est illi ad iustitiam: * sed & pro- 24
pter nos, quibus reputabitur credentibus in
eum, qui suscitauit Iesum Christum Domi-
num nostrum à mortuis, * qui traditus est 25
propter delicta nostra, & resurrexit propter
iustificationem nostram.

CAP. V.

IVstificati ergo ex fide, pacem habeamus 1
ad Deum per Dominum nostrum Iesum A
Christum: * per quem, & habemus accessum 2
per fidem in gratiam istam, in qua stamus, &
gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. * Non 3
solum autem, sed & gloriamur in tribulatio-
nibus: scientes quod tribulatio patientiam o-
peratur: * patientia autē probationem, pro- 4
batio verò spem, * spes autem non confun- 5
dit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus
nostris per Spiritum sanctum, qui datus est
nobis. * Vt quid enim Christus, cum adhuc 6
infirmi essemus secundum tempus pro im- B
pijs mortuus est: * Vix enim pro iusto quis 7
moritur: nam pro bono forsitan, quis audeat
mori? * Commendat autem charitatem suam 8
Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccato-
res essemus, secundum tempus. * Christus 9
pro nobis mortuus est: multo igitur magis
nunc iustificati in sanguine ipsius, salui eri-
mus ab ira per ipsum. * Si enim cum inimici 10
essemus, reconciliati sumus Deo per mortem
filij eius: multo magis reconciliati, salui eri-
mus in vita ipsius. * Non solum autem: sed 11
& gloriamur in Deo per Dominum nostrum C
Iesum Christum, per quem nunc reconcilia-
tionem accepimus. * Propterea sicut per v- 12
num hominem peccatum in hunc mundum
intrauit & per peccatum mors, & ita in om-
nes homines mors pertransijt, in quo om-
nes peccauerunt. * Vsque ad legem enim pec- 13
catum erat in mūdo: peccatū aūt non imputa-
batur cum lex non esset. * Sed regnauit mors 14
ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos, qui
non peccauerunt in similitudinem præuari-
cationis Adæ, qui est forma futuri. * Sed non 15
sicut delictum, ita & donum: si enim vnius
delicto multi mortui sunt: multo magis gra-
tia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ie- D
su Christi in plures abundauit. * Et non si- 16
cut per vnum peccatum, ita & donū, nam iu-
dicium quidem ex vno in cōdemnationem:
gratia autem ex multis delictis in iustificatio-
nem. * Si enim vnius delicto mors regnauit 17
per vnum: multo magis abundantiam gratię,
& donationis, & iustitiæ accipientes, in vita
regnabunt per vnum Iesum Christum. * Igi- 18
tur sicut per vnius delictum in omnes homi
nes in condemnationem: sic & per vnius iu-

Eph.2.c.18.
Iac.1.a.3.
Heb.9.d.14.
1 Pet.3.c.18.

stitiam in omnes homines in iustificationem
19 vitæ. * Sicut enim per inobedientiam vnius
hominis: peccatores constituti sunt multi: ita
& per vnius obeditionem, iusti constituen-
20 tur multi. * Lex autem subintrauit, vt abun-
daret delictum. Vbi autem abundauit deli-
21 ctum, superabundauit gratia, * vt sicut re-
gnauit peccatum in mortem: ita & gratia re-
gnet per iustitiam in vitam æternam: per Ie-
sum Christum Dominum nostrum.

CAP. VI.

1 QVid ergo dicemus? permanebimus in
2 peccato vt gratia abundet? * Absit. Qui
A enim mortui sumus peccato, quomodo ad-
3 huc viuemus in illo? * An ignoratis, quia qui-
cumque baptizati sumus in Christo Iesu, in
4 morte ipsius baptizati sumus. * Consepul-
ti enim sumus cum illo per baptismum in
mortē: vt quomodo Christus surrexit à mor
tuis per gloriam Patris, ita & nos in nouita-
5 te vitæ ambulemus. * Si enim complantati
B facti sumus similitudinis mortis eius simul,
6 & resurrectionis erimus. * Hoc scientes, quia
vetus homo noster simul crucifixus est, vt
destruatur corpus peccati, & vltra non ser-
7 uiamus peccato. * Qui enim mortuus est iu-
8 stificatus est à peccato. * Si autem mortui su-
mus cum CHRISTO: credimus quia simul
9 etiam viuemus cum Christo: * scientes quod
Christus resurgens ex mortuis iam non mo-
10 ritur, mors illi vltra nō dominabitur. * Quod
enim mortuus est peccato, mortuus est se-
11 mel: quod autem viuit, viuit Deo, * ita, &
vos existimate, vos mortuos quidem esse
peccato, viuentes autem Deo, in Christo Iesu
12 Domino nostro. * Non ergo regnet peccatū
in vestro mortali corpore vt obediatis con-
13 cupiscentijs eius. * Sed neque exhibeatis mē-
bra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhi-
bete vos Deo, tamquam ex mortuis viuen-
14 tes: & membra vestra arma iustitiæ Deo. *
C Peccatum enim vobis non dominabitur: nō
15 enim sub lege estis, sed sub gratia. * Quid er-
go? peccabimus, quoniam non sumus sub le-
16 ge, sed sub gratia: Absit. * Nescitis quoniam
cui exhibetis vos seruos ad obediēdum, ser-
ui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mor-
17 tem, siue obeditionis ad iustitiam? * Gratias
autem Deo, quod fuistis serui peccati, obedi-
stis autem ex corde in eam formam doctri-
18 næ, in quam traditi estis. * Liberati autem à
19 peccato, serui facti estis iustitiæ * Humanū
dico, propter infirmitatem carnis vestræ: si-
cut. n. exhibuistis membra vestra seruire im-
mūditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nūc
D exhibete membra vestra seruire iustitiæ in
20 sanctificationem. * Cum enim serui essetis
21 peccati liberi fuistis iustitiæ. * Quē ergo fru-
ctum habuistis nunc in illis, in quibus nunc
22 erubescitis? * Nam finis illorum mors est. *
Nunc verò liberati a peccato, serui autē facti
Deo,

Gal.[?] b.17.
Colos.[?] b.12.
Eph.[?] c.23.
Heb.[?] a.1.
1. Pet.[?] a.1.
Io.8.d.34.
2. Pet.[?] d.19.

Deo, habetis fructum vestrum in sanctifica-
tionem, finem verò vitam æternam. * Stipē- 23
dia enim peccati, mors: Gratia autem Dei, vi-
ta æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim le- 1
gem loquor) quia lex in homine domi A
natur quanto tempore viuit? * Nam quæ sub 2
viro est mulier, viuente viro alligata est legi:
si autem mortuus fuerit vir eius soluta est à
lege viri. * Igitur, viuēte viro, vocabitur adul- 3
tera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus
fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non
sit adultera, si fuerit cum alio viro: * Itaq. fra- 4
tres mei, & vos mortificati estis legi per cor-
pus Christi: vt sitis alterius, qui ex mortuis
resurrexit, vt fructificemus Deo. * Cum enim 5
essemus in carne passiones peccatorum, quæ
per legem erant, operabantur in membris no-
stris, vt fructificarent morti, * nunc autem so- 6
luti sumus à lege mortis, in qua detinebamur,
ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non
in vetustate literæ. Quid ergo dicemus? lex 7
peccatum est? Absit. Sed peccatum nō cogno- B
ui, nisi per legem: nam concupiscentiam ne-
sciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. * 8
Occasione autem accepta, peccatum per mā-
datum operatum est in me omnem concupi-
scentiam. Sine lege enim peccatum mortuum
erat. * Ego autem viuebam sine lege aliquan- 9
do. Sed cum venisset mandatum, peccatum
reuixit * Ego autem mortuus sum: & inuen- 10
tum est mihi mandatum, quod erat ad vitā,
hoc esse ad mortem. * Nam peccatum occa- 11
sione accepta per mandatum, seduxit me, &
per illud occidit. * Itaq. lex quidem sancta, 12
& mandatum sanctum, & iustum, & bonū. C
* Quod ergo bonum est, mihi factū est mors? 13
Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum,
per bonum operatum est mihi mortem: vt
fiat supra modum peccans peccatum per
mandatum. * Scimus enim quia lex spiri- 14
tualis est: ego autem carnalis sum venunda-
tus sub peccato. * Quod enim operor, non in- 15
telligo, non enim quod volo bonum, hoc ago:
sed quod odi malum illud facio. * Si autem 16
quod nolo, illud facio consentio legi, quoniā
bona est. * Nunc autem iam non ego operor 17
illud, sed quod habitat in me peccatū. * Scio 18
enim quia non habitat in me, hoc est, in car-
ne mea, bonum. Nam velle, adiacet mihi:
perficere autem bonum, non inuenio. * Non 19
enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod D
nolo malum, hoc ago. * Si autem quod nolo, 20
illud facio: iam non ego operor illud, sed qđ
habitat in me peccatum. * Inuenio igitur le- 21
gem, volenti mihi facere bonum, quoniam
mihi malum adiacet: * cōdelector enim legi 22
Dei secūdum interiorem hominem: * video 23
autem aliam legem in membris meis repu-
gnantem legi mentis meæ, & captiuantem

1. Cor.[?] 39.
Exo.20.[?] 17.
Deu.5.c.[?]
1. Tim.[?] b.8.

me in lege peccati, quæ est in membris meis.
24 * Infelix ego homo, quis me liberabit de cor-
25 pore mortis huius? * Gratia Dei per Iesum
Christum Dominum nostrum. Igitur ego ip-
se mente seruio legi Dei; carne autem legi
peccati.

CAP. VIII.

1 NIhil ergo nunc damnationis est ijs, qui
A sunt in Christo Iesu: qui non secundū
2 carnem ambulant. * Lex enim spiritus vitæ
in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, &
3 mortis. * Nam quod impossibile erat legi, quo
infirmabatur per carnem: Deus filium suū
mittens in similitudinem carnis peccati, &
4 de peccato damnauit peccatum in carne, * vt
iustificatio legis impleretur in nobis, qui non
secundum carnem ambulamus, sed secundū
5 spiritum. * Qui enim secundum carnem sūt,
quæ carnis sunt, sapiunt, qui verò secundum
6 spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. *
B Nam prudentia carnis, mors est: prudentia
7 autem spiritus, vita, & pax, * quoniam sapiē-
tia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non
8 est subiecta: nec enim potest. * Qui autem in
9 carne sunt, Deo placere non possunt. * Vos
autem in carne non estis, sed in spiritu: si ta-
men spiritus Dei habitat in vobis. Si quis au-
tem Spiritum Christi non habet: hic non est
10 eius. * Si autem Christus in vobis est: corpus
quidem mortuum est propter peccatum, spi-
11 ritus verò viuit propter iustificationem. *
C Quod si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à
mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesū
Christum à Mortuis, viuificabit, & mortalia
corpora vestra, propter inhabitantem Spiri-
12 tū eius in vobis. * Ergo fratres debitores su-
mus non carni, vt secundum carnem viua-
13 mus. * Si enim secundum carnem vixeri-
tis, moriemini: si autem spiritu facta carnis
14 mortificaueritis, viuetis. * Quicumque enim
15 spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. * Non
enim accepistis spiritum seruitutis iterum in
timore, sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum, in quo clamamus: Abba (Pa-
16 ter.) * Ipse enim Spiritus testimonium red-
17 dit spiritui nostro quod sumus filij Dei. * Si
autem filij, & heredes: heredes quidem Dei,
coheredes autem Christi: si tamen compa-
18 timur, vt & conglorificemus. * Existimo. n.
D quod non sunt condignæ passiones huius
temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabi-
19 tur in nobis. * Nam expectatio creaturæ, re-
20 uelationem filiorum Dei expectat. * Vani-
tati enim creatura subiecta est non volens,
21 sed propter eum, qui subiecit eam in spe: *
quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute
corruptionis in libertatem gloriæ filiorum
22 Dei. * Scimus enim, quod omnis creatura in-
23 gemiscit, & parturit vsq. adhuc. * Non solū
autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus
habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptio-

2. Tim. 1.b.7.
Gal.4.a.5.

nem filiorum Dei expectantes,redemptioné
corporis nostri.* Spe enim salui facti sumus. 24
Spes autem, quæ videtur,non est spes: nam E
quod videt quis,quid sperat? Si autem quod 25
non videmus, speramus: per patientiā expe-
ctamus.*Similiter autem & Spiritus adiuuat 26
infirmitatem nostram:nam quid oremus,si-
cut oportet,nescimus:sed ipse Spiritus postu-
lat pro nobis gemitibus inenarrabilib. *Qui 27
autem scrutatur corda, scit quid desideret
Spiritus: quia secundum Deum postulat pro
sanctis.*Scimus autem quoniam diligentib. 28
Deum omnia cooperantur in bonum, ijs,qui
secundum propositum vocati sunt sancti.* 29
Nam quos præsciuit, & prædestinauit con-
formes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse pri-
mogenitus in multis fratribus.*Quos autem 30
prædistinauit,hos & vocauit,& quos vocauit, F
hos,& iustificauit:quos autem iustificauit,il-
los & glorificauit. * Quid ergo dicemus ad 31
hæc? si Deus pro nobis,quis contra nos? *Qui 32
etiam proprio Filio suo non pepercit,sed pro
nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō
etiam cum illo omnia nobis donauit?* Quis 33
accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iu-
stificat,*quis est qui cōdemnet? Christus Ie- 34
sus,qui mortuus est,immo qui & resurrexit,
qui est ad dextram Dei, qui etiam interpellat
pro nobis. * Quis ergo nos separabit à chari- 35
tate Christi?tribulatio?an angustia?an fames?
an nuditas?an periculum?an persecutio? an
"Psa.43. gladius? * (sicut scriptū est."Quia propter te 36
d.23. mortificamur tota die: æstimati sumus sicut
oues occisionis.)*Sed in his omnibus supera- G
mus propter eum,qui dilexit nos. * Certus 37
sum enim,quia neque mors, neq. vita,neq. 38
angeli,neque principatus,neque virtutes,ne-
que instantia,neque futura,neque fortitudo,
* neque altitudo, neque profundum, neque 39
creatura alia poterit nos separare à charitate
Dei,quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

Veritatem dico in Christo,non mentior: 1
testimonium mihi perhibente consciē- A
tia mea in Spiritu sancto, * quoniam tristitia 2
mihi magna est,& cōtinuus dolor cordi meo.
"Act.9.a * "Optabam enim ego ipse anathema esse à 3
2. Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati
1. Cor. mei secundum carnem,* qui sunt Israelitæ, 4
15.b.6. quorum adoptio est filiorum,& gloria,& te-
stamentum,& legislatio,& obsequium,&
promissa: * quorum patres,& ex quibus est 5
Christus secundum carnem, qui est super B
omnia Deus benedictus in secula. Amen. * 6
Non autem quod exciderit verbum Dei. Nō
"Gen.21 enim omnes,qui ex Israel sunt, ij sunt Israe-
b.12. litæ:*neque qui semen sunt Abrahæ,omnes 7
" Gal.4 filij:"sed in Isaac vocabitur tibi semen: * id- 8
d.28. est,non qui filij carnis,hi filij Dei:sed"qui fi-
"Gen.18 lij sunt promissionis, & æstimantur in semi-
b.10. ne.* Promissionis enim verbum hoc est:"Se- 9
cundum hoc tempus veniam,& erit Saræ fi- C

10 lius. * Non solum autem illa: "sed & Re- "Gen.25
becca ex vno concubitu habens Isaac patris e.24.
11 nostri.* Cum enim nondum nati fuissent,
aut aliquid boni egissent,aut mali:(vt secun-
12 dum electionem *propositum Dei maneret)
non ex operibus, sed ex vocante dictum est
13 ei:*"Quia maior seruiet minori, sicut scriptū "Gen.25
14 est:Iacob dilexi, Esau autem odio habui. * c.23.
Quid ergo dicemus? nūquid iniquitas apud Mal.1.a
15 Deum? Absit. * Moysi enim dicit:"Misere- 2.
D bor cuius misereor:& misericordiam præsta- "Exo.33
16 bo cuius miserebor. * Igitur non volentis, d.19.
17 neque currentis,sed miserentis est Dei.*Di- " Exo.9
cit enim Scriptura Pharaon:"Quia in hoc ip- d.18.
sum excitaui te, vt ostendam in te virtutem
meam, & vt annuncietur nomen meum in
18 vniuersa terra.* Ergo cuius vult miseretur,
19 & quem vult indurat. * Dicis itaque mihi:
Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius
20 quis resistit?*O homo,tu quis es, qui respō-
E deas Deo? " Numquid dicit figmentum ei, "Sap.15
21 qui se finxit:Quid me fecisti sic? * An nō ha- b.7.
bet potestatem figulus luti ex eadē massa fa- Isa.45.b
cere aliud quidem vas in honorem,aliud ve 9.
22 rò in contumeliam? * Quod si Deus volens Ier.18.a
ostendere iram, & notam facere potentiam 6.
suam sustinuit in multa patientia, vasa iræ,
23 apta in interitum, * vt ostenderet diuitias
gloriæ suæ in vasa misericordiæ,quæ præpa-
24 rauit in gloriam. * Quos & vocauit nos non
solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, si-
25 cut in Osee dicit: * " Vocabo non plebem "Osee 2
meam,plebem meam,& non dilectam,dile- d.23.
F ctam,& non misericordiam consecutam,mi- 1. Pet.2
26 sericordiam cōsecutam.* "Et erit in loco vbi b.10.
dictum est eis: Non plebs mea vos,ibi voca- "Osee 1
27 buntur filij Dei viui. * Isaias autem clamat b.10.
pro Israel:"Si fuerit numerus filiorum Israel " Isa.10
tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. e.22.
28 * Verbum enim consumans, & abbreuians
in æquitate: quia verbum breuiatum facit
29 Dominus super terram: * & sicut prædixit "Isa.1.c
G Isaias:"Nisi Dominus sabaoth reliquisset no- 9.
bis semen, sicut Sodoma facti essemus, & si-
30 cut Gomortha similes fuissemus.*Quid er-
go dicemus? Quod gentes,quæ non sectabā-
tur iustitiam,apprehenderunt iustititiam:iu-
31 stitiam autem, quæ ex fide est.* Israel verò
sectando legem iustitiæ,in legem iustitiæ nō
32 peruenit. * Quare? Quia non ex fide, sed
quasi ex operibus:offenderunt enim in lapi-
33 dem offensionis* sicut scriptum est: " Ecce
pono in Sion lapidem offensionis,& petram "Isa.8.d
scandali,& omnis,qui credit in eum, non cō- 14.& 28.
fundetur. d.26.
1. Pet.2
b.7.

CAP. X.

1 Fratres, voluntas quidem cordis mei, &
A obsecratio ad Deum, fit pro illis in salu-
2 tem. * Testimonium enim perhibeo illis,
quod æmulationem Dei habent,sed non se-
3 cundum scientiam. *Ignorantes enim iusti-
tiam Dei,& suam quærentes statuere, iusti-
4 tiæ Dei non sunt subiecti.*Finis enim legis,
Chri-

Christus,ad iustitiam omni credenti.* Moy- 5
ses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex
"Leu.18 lege est,"qui fecerit homo,viuet in ea.* Quæ 6
a.5. autem ex fide est iustitia,sic dicit:"Ne dixe- B
Ezec.20. ris in corde tuo: quis ascendet in cælum, id
b.11. est, Christum deducere: * Aut quis descen- 7
Deu.30 det in abyssum?hoc est, Christum à mortuis
c.12. reuocare:* Sed quid dicit Scriptura?" Prope 8
Deu.30 est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc
c.14. est verbum fidei, quod prædicamus.*Quia 9
si confitearis in ore tuo Dominum Iesum,
& in corde tuo credideris, quòd Deus illum
suscitauit à mortuis, saluus eris. * Corde 10
enim creditur ad iustitiam:ore autem cōfes-
sio fit ad salutem. * Dicit enim Scriptura: 11
Isa.28. "Omnis, qui credit in illum, non confunde-
f.16. tur.* Non enim est distinctio Iudæi,& Græ- 12
ci:nam idē Dominus omnium,diues in om- C
Ioel 2. nes,qui inuocant illum.*" Omnis enim,qui- 13
g.32. cumque inuocauerit nomen Domini, saluus
Act.2.c. erit. * Quomodo ergo inuocabunt, in quem 14
21. non crediderunt? Aut quomodo credent ei,
quem non audierunt?Quomodo autem au-
dient sine prædicante?*Quomodo verò præ- 15
dicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est:
Isa.52. "Quam speciosi pedes euangelizantium pa-
b.7. cem,euāngelizantium bona! * Sed non om- 16
Nah.1. nes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit:
d.15. " Domine quis credidit auditui nostro?* Er- 17
Isa.53. go fides ex auditu,auditus autē per verbum
a.1. Christi.*Sed dico: Nūquid non audierunt? 18
Ioan.12." Et quidem in omnem terram exiuit sonus D
f.38. eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
Ps.18. * Sed dico: Numquid Israel non cognouit? 19
a.5. Primus Moyses dicit:" Ego ad æmulationē
Deu.32 vos adducam in non gentem: in gentem in-
c.21. sipientem,in iram vos mittam. * Isaias au- 20
Isa.65. tem audet, & dicit: " Inuentus sum à non
a.1. quærentibus me: palam apparui ijs, qui me,
non interrogabant.* Ad Israel autem dicit: 21
Isa.65. " Tota die expādi manus meas ad populum
a.2. non credentem,& contradicentem.

CAP. XI.

Dico ergo: Numquid Deus repulit popu- 1
lum suum? Absit. Nam, & ego Israelita A
sum ex semine Abrahā de tribu Beniamin:
* Non repulit Deus plebem suam, quā præ- 2
sciuit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptu-
ra: quemadmodum interpellat Deū aduer-
3.Reg. sum Israel? *" Domine, Prophetas tuos oc- 3
19.d.10. ciderunt,altaria tua suffoderunt: & ego reli-
ctus sum solus, & quærunt animam meam.
* Sed quid dicit illi diuinum responsum? 4
3.Reg. " Reliqui mihi septem millia virorū,qui non
19.d.18. curuauerunt genua ante Baal. * Sic ergo,& 5
in hoc tempore reliquiæ secundum electio-
nem gratiæ saluæ factæ sunt.* Si autem gra- 6
tia,iam non ex operibus:alioquin gratia iam B
non est gratia. * Quid ergo? quod quærebat 7
Isa. 6. Israel,hoc non est consecutus: electio autem
consecuta est: cæteri verò excæcati sunt: * si- 8
c.13. cut scriptum est:" Dedit illis Deus spiritum
compunctionis: oculos, vt non videant, &

aures,vt non audiant, vsque in hodiernum Ioan.12.
9 diem.* Et Dauid dicit:" Fiat mensa eorū in f.40.
lequeum, & in captionem, & in scandalum, Act. 28.
10 & in retributionem illis.* Obscurentur ocu- f.26.
li eorum ne videant:& dorsum eorum sem- " Ps. 68.
11 per incurua.* Dico ergo: Nūquid sic offen- c.28.
derunt,vt caderent? Absit. Sed illorum deli-
cto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur.
12 * Quòd si delictum illorū diuitiæ sunt mū-
di,& diminutio eorum diuitiæ Gentiū:quā-
13 to magis plenitudo eorū? * Vobis enim di-
co Gentibus:Quamdiu quidē ego sum Gen-
tium Apostolus, ministerium meū honori-
14 ficabo,* si quomodo ad æmulandū prouo-
cem carnem meam, & saluos faciam aliquos
15 ex illis. * Si enim amissio eorum, reconcilia-
tio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex
16 mortuis? * Quòd si delibatio sancta est, &
17 massa: & si radix sancta, & rami.* Quòd si
C aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum
oleaster esses, insertus es in illis,& socius ra-
18 dicis, & pinguedinis oliuæ factus es, * noli
gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris:
19 non tu radicem portas, sed radix te. * Dices
20 ergo: Fracti sūt rami, vt ego inserar * Bene:
propter incredulitatem fracti sunt. Tu autē
21 fide stas:noli altum sapere, sed time. * Si.n.
Deus naturalibus ramis nō pepercit: ne for-
22 tè,nec tibi parcat * Vide ergo bonitatem, &
seueritatem Dei: in eos quidem, qui cecide-
runt, seueritatem:in te autem bonitatē Dei,
si permanseris in bonitate,alioquin, & tu ex-
23 cideris.* Sed & illi,si nō permanserint in in-
credulitate, inserentur:potens est enim Deus
24 iterum inserere illos: * Nam si tu ex natu-
rali excisus es oleastro, & contra naturam
insertus es in bonam oliuam: quanto magis
ij, qui secundū naturam inserentur suæ oli-
25 uæ?* Nolo enim vos ignorare fratres myste-
D rium hoc, (vt non sitis vobisipsis sapientes)
quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec
26 plenitudo Gentium intraret, * & sic omnis
Israel saluus fieret, sicut scriptum est:" Ve- " Isa. 59.
niet ex Sion, qui eripiat, & auertat impieta- d.20.
27 tem à Iacob. * Et hoc illis à me testamentū:
28 cum abstulero peccata eorum. * Secundum
Euāgelium quidem, inimici propter vos: se-
cundum electionem autem, charissimi pro-
29 pter patres. * Sine pœnitentia enim sunt do-
30 na,& vocatio Dei. *Sicut enim aliquando,&
vos non credidistis Deo,nunc autem miseri-
cordiam consecuti estis propter incredulita-
31 tem illorū:*ita,& isti nunc non crediderunt
in vestram misericordiam: vt & ipsi miseri-
32 cordiam consequantur. * Conclusit enim
Deus omnia in incredulitate: vt omniū mi-
33 sereatur.* O altitudo diuitiarum sapiētiæ,
& scientiæ Dei: quam incomprehensibilia
sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.
34 * " Quis enim cognouit sensum Domini? " Sap. 9.
35 Aut quis consiliarius eius fuit? * Aut quis c.13.
36 prior dedit illi,& retribuet ei?* Quoniam Isa. 40.
ex ipso,& per ipsum, & in ipso sunt omnia: d.13.
ipsi gloria in sæcula. Amen. 1. Cor.2
d.16.

CAP. XII.

OBsecro itaque vos fratres per misericor- 1
[Phil. 4. d.18.] diam Dei, " vt exhibeatis corpora ve- A
stra hostiam viuentem, sanctam, Deo placen-
tem, rationabile obsequium vestrũ.* Et no- 2
lite conformari huic sæculo, sed reformami-
[Eph.5. d.17.] ni in nouitate sensus vestri:" vt probetis, quę
sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & per-
[1. Thes. 4.a.3.] fecta. * Dico enim per gratiam, quæ data est 3
mihi omnibus, qui sunt inter vos: Non plus
[1. Cor. 12. b.11.] sapere quam oportet sapere: sed sapere ad
sobrietatem :" & vnicuiq. sicut Deus diuisit
[Ephes.4 b.7.] mésuram fidei.* Sicut enim in vno corpore 4
multa membra habemus : omnia autẽ mem- B
bra non eundem actum habent: * ita multi 5
vnum corpus sumus in Christo, singuli autẽ
alter alterius membra.* Habẽtes autem do- 6
nationes secũdum gratiam, quæ data est no-
bis, differentes: siue prophetiam secundum
rationem fidei, * siue ministerium in mini- 7
strando, siue qui docet in doctrina, qui ex- 8
hortatur in exhortãdo, qui tribuit in simpli-
citate, qui præest in solicitudine, qui misere-
[Amos d.15.] tur in hilaritate.* Dilectio sine simulatione. 9
" Odientes malum, adhærẽtes bono:*" Cha- 10
[Eph.4. a.3.] ritate fraternitatis inuicem diligentes: Hono-
re inuicem præueniẽtes,*" Solicitudine non 11
[1.Pet.2. c.17.] pigri: Spiritu feruentes: Domino seruientes: C
Spe gaudentes: In tribulatione patientes: 12
Orationi instantes: * Necessitatibus sancto- 13
[Heb.13 a.1.] rum communicantes:" Hospitalitatem se-
ctantes.* Benedicite persequentibus vos: be- 14
[1. Pet.4. b.9.] nedicite, & nolite maledicere.* Gaudere cũ 15
gaudentibus, flere cum flentibus:* Idipsum 16
[2. Cor. 8.d.21.] inuicem sentientes: Non alta sapientes, sed
humilibus consentiẽtes: Nolite esse pruden- D
[Heb.12 d.14.] tes apud vosmetipsos: * Nulli malum pro 17
malo reddentes:" prouidentes bona non tan-
[Eccl.28 a.1.2.3.] tum coram Deo, sed etiam coram omnibus
hominibus,* "Si fieri potest, quod ex vobis 18
[Matt. 5. g.39.] est, cum omnibus hominibus pacem haben-
tes:* " Nõ vosmetipsos defendentes chariss- 19
[Deu.32 e.35.] simi, sed date locum iræ: scriptum est enim:
" Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Domi-
[Heb.10. f.30.] nus. * Sed si esurierit inimicus tuus, ciba il- 20
lum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens,
[Prou.25 c.21.] carbones ignis congeres super caput eius.
* Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. 21

CAP. XIII.

[Sap. 6. a.4.] OMnis anima potestatibus sublimiori- 1
[1. Pet.2. c.23.] bus subdita sit: Non est enim potestas A
nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ
sunt * Itaque qui resistit potestati, Dei ordi- 2
nationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi
damnationem acquirunt: * nam principes 3
nõ sunt timori boni operis, sed mali. Vis au-
tem non timere potestatem? Bonum fac: &
habebis laudem ex illa: * Dei enim minister 4
est tibi in bonum. Si autem malum feceris, B
time: non enim sine causa gladium portat,
Dei enim minister est:, vindex in iram ei, qui
5 malum agit. * Ideo necessitate subditi esto-
te non solũ propter iram, sed etiam propter
6 conscientiam. * Ideo enim & tributa pręsta-
tis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum ser-
7 uientes *" Reddite ergo omnibus debita: cui [Matt.22 c.21.]
tributum, tributum: cui vectigal, vectigal:
cui timorem, timorem: cui honorem, hono-
8 rem. * Nemini quidquam debeatis: nisi vt
C inuicẽ diligatis: qui enim diligit proximum,
9 legem impleuit. * Nam: " Non adulterabis. [Exo.20 c.14.]
Non occides: Non furaberis: Non falsum te- [Deut. 5 b.18.]
stimonium dices: Non concupisces: & si
quod est aliud mandatum, in hoc verbo in-
stauratur: " Diliges proximum tuum sicut [Leu.19 d.18.]
10 teipsum. * Dilectio proximi malũ non ope- [Mat.22 d.39.]
11 ratur. Plenitudo ergo legis est dilectio. * Et [Marc.12 c.31.]
D hoc scientes tempus: quia hora est iam nos [Gal.5 14.]
de somno surgere. Nunc enim propior est [Iac.2.b.8]
12 nostra salus, quam cum credidimus. * Nox
præcessit, dies autem appropinquauit. Abij-
ciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur
13 arma lucis. * Sicut in die honestè ambule-
mus:" non in comessationibus, & ebrietati- [Luc.21. f.34.]
bus, non in cubilibus, & impudicitijs, non
14 in contentione, & æmulatione:* " sed indui- [Gal.5 c.16.]
mini Dominum Iesum Christum, & carnis [1. Pet.4 c.11.]
curam ne feceritis in desiderijs.

CAP. XIV.

1 INfirmum autem in fide assumite, nõ in
A disceptationibus cogitationum. * Alius
2 enim credit se manducare omnia: qui autem
3 infirmus est, olus mãducet. * Is, qui mandu-
cat, non manducantem non spernat: & qui
non manducat, manducantem non iudicet:
4 Deus enim illum assumpsit.*" Tu qui es, qui [Iac.4.d. 12.]
iudicas alienum seruum? Domino suo stat,
aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus
5 statuere illum. * Nam alius iudicat diem in-
ter diem: alius autem iudicat omnem diem:
6 vnusquisque in suo sensu abundat. * Qui sa-
B pit diem, Domino sapit: Et qui manducat,
Domino manducat: gratias enim agit Deo.
Et qui non manducat, Domino nõ mandu-
7 cat, & gratias agit Deo. * Nemo.n. nostrum
8 sibi viuit, & nemo sibi moritur. * Siue enim
viuimus, Domino viuimus: siue morimur,
Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue
9 morimur, Dñi sumus. * In hoc enim Chri-
stus mortuus est, & resurrexit, vt & mortuo-
10 rum, & viuorum dominetur.* Tu aũt quid
iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis
fratrem tuũ?" Omnes enim stabimus ante [2. Cor. b.10.]
11 tribunal Christi, * scriptum est enim." Viuo [Isa.45 d.25.]
ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur [Phil.2 b.10.]
C omne genu: & omnis lingua confitebitur
12 Deo. * Itaque vnusquisque nostrum pro se
13 rationem reddet Deo. * Non ergo amplius
inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis,
ne ponatis offendiculũ fratri, vel scãdalum.
14 * Scio, & confido in Domino Iesu, quia ni-
hil commune per ipsum, nisi qui ei, qui exi-
stimat quid commune esse, illi cõmune est.
15 * Si enim propter cibum frater tuus contri-
statur:

statur: iam non secundũ charitatem ambu-
[1. Cor. 8.d.12.] las." Noli cibo tuo illum perdere, pro quo
Christus mortuus est. * Non ergo blasphe- 16
metur bonum nostrum,* Non est enim re- 17
gnum Dei esca, & potus: sed iustitia, & pax,
& gaudium in Spiritu sancto, * qui enim in 18
hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus
est hominibus.* Itaque quę pacis sunt, secte- 19
mur: & quæ ædificationis sunt, in inuicem D
custodiamus. * Noli propter escã destruere 20
opus Dei " omnia quidem sunt munda: sed
[Tit. 1. d.15.] malũ est homini, qui per offendiculũ man-
ducat. * " Bonum est non manducare car- 21
[1. Cor. 8.d.13.] nem, & non bibere vinum neq. in quo frater
tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infir-
matur: * Tu fidẽ habes? penes temetipsum 22
habe coram Deo: Beatus: qui non iudicat se-
metipsum in eo, quod probat. * Qui autem 23
discernit, si manducauerit, dãnatus est: quia
non ex fide. Omne autem, quod non est ex
fide, peccatum est.

CAP. XV.

DEbemus autem nos firmiores imbecil- 1
litates infirmorum sustinere, & non A
nobis placere.* Vnusquisque vestrum proxi- 2
mo suo placeat in bonum, ad ædificationẽ.
[Ps. 68. b.10.] * Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut 3
scriptum est: " Improperia improperantium
tibi ceciderunt super me. * Quæcumq. enim 4
scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta
sunt, vt per patientiam, & consolationẽ Scri-
pturarũ, spem habeamus. * Deus autem pa- 5
[1.Cor.1. b.10.] tientiæ, & solatij " det vobis idipsum sapere
in alterutrum secundum Iesum Christum:
* vt vnanimes, vno ore honorificetis Deũ, 6
& patrem Domini nostri Iesu Christi * Pro- 7
pter quod suscipite inuicem, sicut & Chri- B
stus suscepit vos in honorem Dei, * Dico e- 8
nim Christum Iesum ministrũ fuisse circũ-
cisionis propter veritatẽ Dei, ad confirman-
das promissiones patrum: * Gentes autem 9
super misericordia honorare Deũ, sicut scri- C
[Ps. 17. d.50.] ptum est." Propterea confitebor tibi in Gen-
tibus Domine, & nomini tuo cantabo. * Et 10
[2.Re.22. d.50.] iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe
eius.* Et iterum: " Laudate omnes Gentes 11
[Ps.116. a.1.] Dominum: & magnificate eum omnes po-
puli.* Et rursus Isaias ait: " Erit radix Iesse, 12
[Is.11.c. 10.] & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes
sperabunt.* Deus autẽ spei repleat vos om- 13
ni gaudio, & pace in credendo: vt abundetis
in spe, & virtute Spiritus sancti.* Certus sũ 14
autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quo-
niã, & ipsi pleni estis dilectione, repleti om-
ni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.
* Audacius aũt scripsi vobis fratres ex par- 15
te, tamquam in memoriam vos reducens: D
propter gratiã, quæ data est mihi à Deo:* vt 16
sim minister Christi Iesu in Gẽtibus sancti-
ficans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gen-
tium accepta, & sanctificata in Spiritu san-
cto. * Habeo igitur gloriam in Christo Iesu 17
ad Deum; * Non enim audeo aliquid loqui 18
eorum, quæ per me non efficit Christus in
19 obedientiam Gentium, verbo & factis: * in
virtute signorum, & prodigiorum in virtute
Spiritus sancti ita, vt ab Ierusalẽ per circui-
tum vsque ad Illyricum repleuerim Euãge-
20 lium Christi. * Sic autem prædicaui Euãge-
E lium hoc, non vbi nominatus est Christus,
ne super alienum fundamentum ædificarẽ:
21 sed sicut scriptum est.*" Quibus non est an- [Isa. 52. d.15.]
nunciatum de eo, videbunt: & qui non au-
22 dierunt, intelligent. * Propter quod & im-
pediebar plurimum venire ad vos, & prohi-
23 bitus sum vsque adhuc. * Nunc verò vlte-
rius locum non habens in his regionibus, cu-
piditatem autem habens veniẽdi ad vos ex
24 multis iam præcedentibus annis: * cum in
F Hispaniam proficisci cępero, spero quod
præteriens videam vos, & à vobis deducar
illuc, si vobis primum ex parte fruitus fue-
25 ro. * Nunc igitur proficiscar in Ierusalem
26 ministrare sanctis.* Probauerunt enim Ma-
cedonia, & Achaia collationem aliquam fa-
cere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ieru
27 salem. * Placuit enim eis: & debitores sunt
eorum:" Nam si spiritualium eorum parti- [1. Cor. 9.b.11.]
cipes facti sunt Gentiles: debent & in carna-
28 libus ministrare illis. * Hoc igitur cum con-
summauero, & assignauero eis fructũ hunc:
29 per vos proficiscar in Hispaniam. * Scio au-
G tem quoniam veniens ad vos, in abundãtia
30 benedictionis Euangelij Christi veniã.* Ob-
secro ergo vos fratres per Dominũ nostrum
Iesum Christum, & per charitatem sancti
Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus ve-
31 stris pro me ad Deum,* vt liberer ab infide-
libus, qui sunt in Iudæa, & obsequij mei ob-
32 latio accepta fiat in Ierusalem sanctis, * vt
veniam ad vos in gaudio per voluntatem
33 Dei, & refrigeret vobiscum. * Deus autem
pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

1 COmmendo autem vobis Phœben soro-
A rem nostram, quæ est in ministerio Ec-
2 clesiæ, quæ est in Cenchris: * vt eam susci-
piatis in Domino dignè sanctis: & assistatis
ei, in quocumque negocio vestri indiguerit:
etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ip- [Act. 2. a.2.g 26.]
3 si.* Salutate " Priscam, & Aquilam adiutores
4 meos in Christo Iesu:(* qui pro anima mea
suas ceruices supposuerunt: quibus non so-
lus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ
5 Gentium,* & domesticam Ecclesiam eorũ.
Salutate Ephænetum dilectũ mihi, qui est
6 primitiuus Asię in Christo.* Salutate Mariã;
7 quæ multum laborauit in vobis. * Salutate
Andronicum, & Iuniam cognatos, & conca-
ptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis,
8 qui & ante me fuerunt in Christo.* Salutate
Ampliatum dilectissimũ mihi in Domino.
9 * Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in
B Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.
10 * Salutate Apellen probum in Christo.* Sa-
lutate

lutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. *Sa- 11
lutate Herodionem cognatum meum. Salu-
tate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt
in Domino. *Salutate Tryphænam, & Try- 12
phosam: quæ laborant in Domino. Salutate
Persidem charissimam, quæ multũ labora-
uit in Domino. * Salutate Rufum electum 13
in Domino, & matrem eius, & meam. *Salu- 14
tate Asyncritum, Phlegontẽ, Hermam, Pa-
trobam, Hermen: & qui cũ eis sunt, fratres,
* Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, 15
& sororem eius, & Olympiadem, & omnes, C
qui cum eis sunt, sanctos. * Salutate inuicem 16
in osculo sancto. Salutant vos omnes Eccle-
siæ Christi. * Rogo autem vos fratres, vt ob- 17
seruetis eos, qui dissensiones, & offendicula
præter doctrinam, quam vos didicistis, fa-
ciunt, & declinate ab illis. * Huiuscemodi e- 18
nim Christo Domino nostro non seruiunt:
sed suo ventri: & per dulces sermones, & be
nedictiones seducunt corda innocentium.
* Vestra enim obedientia in omnem locum 19
diuulgata est. Gaudio igitur in vobis. Sed vo-
lo vos sapientes esse in bono, & simplices in
20 malo. *Deus autem pacis conterat Satanam
sub pedibus vestris velociter. Gratia Domi-
21 ni nostri Iesu Christi vobiscum, * "Salutat "Act.16. a.1.
D vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, &
22 Iason, & Sosipater cognati mei. *Saluto vos
ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domi-
23 no. *Salutat vos Caius hospes meus, & vni-
uersa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius
24 ciuitatis, & Quartus frater. * Gratia Domi-
ni nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.
25 Amen. * Ei autem, qui potens est vos cõfir-
mare iuxta Euangelium meum, & prædica-
tionem Iesu Christi, secundum reuelatio-
nem mysterij temporibus æternis taciti,
26 (* quod nunc patefactum est per scripturas
Prophetarum secundum præceptum æterni
Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gen-
27 tibus cogniti, * soli sapienti Deo, per Iesum
Christum, cui honor, & gloria in sæcula sæ-
culorum. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS vocatus Apostolus 1
Iesu Christi per voluntatem A
Dei, & Sosthenes frater, * Ec- 2
clesiæ Dei, quæ est Corin-
thi, sanctificatis in Christo
Iesu, vocatis sanctis, cum
omnibus, qui inuocant nomen Dñi nostri
Iesu Christi, in omni loco ipsorũ, & nostro.
3 * Gratia vobis, & pax à Deo patre nostro,
4 & Domino Iesu Christo. * Gratias ago Deo
meo semper pro vobis in gratia Dei, quę da-
5 ta est vobis in Christo Iesu: * quod in om-
nibus diuites facti estis in illo, in omni ver-
6 bo, & in omni scientia; * sicut testimonium
Christi

Christi confirmatum est in vobis: *ita vt ni- 7
nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus
reuelationem Domini nostri Iesu Christi,
* qui & cõfirmabit vos vsque in finem sine 8
crimine, in die aduentus Domini nostri Ie- B
"1. The. 5. d. 24. su Christi. * " Fidelis Deus: per quem voca- 9
ti estis in societatẽ filij eius Iesu Christi Do-
mini nostri. * Obsecro autem vos fratres 10
per nomen Domini nostri Iesu Christi: vt id
ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis
schismata: sitis autem perfecti in eodem sen
su, & in eadem sententia: *Significatum est 11
enim mihi de vobis fratres mei ab ijs, qui
sunt Chloes, quia contentiones sunt inter
vos, * Hoc autem dico, quod vnusquisque 12
vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego
"Act. 18. f. 24. autem " Apollo: ego verò Cephæ: ego au-
tem Christi. * Diuisus est Christus? Num- 13
quid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in
nomine Pauli baptizati estis? * Gratias ago 14
"Act. 18. a. 1. Deo, quod neminem vestrum baptizaui, " C
nisi Crispum, & Caium: * ne quis dicat 15
quòd in nomine meo baptizati estis. * Ba- 16
ptizaui autem & Stephanæ domum: ceterũ
nescio si quem alium baptizauerim. * Non 17
"1. Petr. 1. c. 16. Inf. 3. a. 14. enim misit me Christus baptizare, sed euã-
gelizare: "non in sapientia verbi, vt non eua-
cuetur crux Christi. * Verbum enim crucis 18
pereuntibus quidem stultitia est: ijs aũt, qui
"Rom. 1 b. 16. salui fuit, id est, nobis, Dei virtus est. * Scri- 19
ptum est enim: " Perdam sapientiã sapien-
Isa. 29. c. 14. tium, & prudentiam prudentium reproba-
bo, * " Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisi- 20
"Isa. 33. c. 18. tor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus
sapientiam huius mũdi? * Nam quia in Dei 21
sapientia non cognouit mundus per sapien-
tiam Deum: placuit Deo per stultitiam præ-
dicationis saluos facere credentes. * Quoniã 22
& Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam
quærunt: * nos autem prædicamus Christũ 23
crucifixum: Iudæis quidem scandalum, Gẽ-
tibus autem stultitiam, *ipsis autem vocatis 24
Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutẽ, D
& Dei sapientiam: * quia quod stultum est 25
Dei, sapientius est hominibus: & quod infir-
mũ est Dei, fortius est hominibus. * Videte 26
enim vocationem vestram fratres, quia non
multi sapientes secundum carnem, nõ mul-
ti potentes, nõ multi nobiles: *sed quæ stul- 27
ta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sa-
pientes: & infirma mundi elegit Deus, vt cõ-
fundat fortia: * & ignobilia mundi, & con- 28
temptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt,
vt ea quæ sunt destrueret, * vt nõ glorietur 29
omnis caro in conspectu eius. * Ex ipso au- 30
"Ier. 23. a. 5. tem vos estis in Christo Iesu, qui factus est
"Ier. 9. g. 23. nobis sapientia à Deo, & " iustitia, & sancti-
2. Cor. 10. d. 17. ficatio, & redẽptio: * vt quemadmodũ scri- 31
ptũ est. "Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. II.

"Sup. 1. d. 17. ET ego cum venissem ad vos fratres, ve
ni "non in sublimitate sermonis, aut sa- A
pientiæ, annuncians vobis testimonium
2 Christi. * Non enim iudicaui me scire ali-
quid inter vos, nisi Iesum Christum, & hũc
3 crucifixum, * " Et ego in infirmitate, & ti- "Act. 18. a. 1.
more, & tremore multo fui apud vos: & ser
4 mo meus, & prædicatio mea * " non in per- "2. Petr. 1. c. 17.
suasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed
5 in ostensione spiritus, & virtutis: * vt fides
B vestra non sit in sapientia hominum, sed in
6 virtute Dei. * Sapientiam autem loquimur
inter perfectos: sapientiam verò non huius
sæculi, neque principum huius sæculi, qui
7 destruuntur: *sed loquimur Dei sapientiam
in mysterio, quæ abscondita est, quam præ-
destinauit Deus ante sæcula in gloriam no-
8 stram, * quam nemo principũ huius sæculi
cognouit: si enim cognouissent, nũquam Do
9 minum gloriæ crucifixissent. * Sed sicut scri-
C ptum est: "Quod oculus non vidit, nec auris "Isa. 64. a. 4.
audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ p-
10 parauit Deus ijs, qui diligunt illum: * nobis
autem reuelauit Deus per spiritum suũ: Spi
ritus enim omnia scrutatur, etiam profunda
11 Dei. * Quis enim hominũ scit quæ sunt ho-
minis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?
ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spi-
12 ritus Dei. * Nos autem non spiritum huius
mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo
est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt no-
13 bis: * " quæ & loquimur nõ in doctis huma- "2. Pet. 1. c. 16.
D næ sapiẽtiæ verbis, sed in doctrina Spiritus,
14 spiritualib. spiritualia cõparantes: * Anima-
lis autem homo nõ percipit ea, quæ sunt Spi
ritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest
intelligere: quia spiritualiter examinatur.
15 * Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à "Isa. 40. d. 13. Sap. 9. c. 13. Rom. 1 d. 34.
16 nemine iudicatur. * " Quis enim cognouit
sensum Domini, qui instruat eum? Nos au-
tem sensum Christi habemus.

CAP. III.

1 ET ego, fratres, non potui vobis loqui
A quasi spiritualibus, sed quasi carnalib.
2 Tamquam paruulis in Christo, * lac vobis
potum dedi, non escam: nondum enim po-
teratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc
3 enim carnales estis. * Cum enim sit inter vos
zelus, & contentio: nonne carnales estis, &
4 secundum hominem ambulatis? * Cũ enim
quis dicat: Ego quidem sum Pauli. Alius
autem: Ego Apollo: nonne homines estis?
Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus?
5 * Ministri eius, cui credidistis, & vnicuique
6 sicut Dominus dedit. * Ego plantaui, Apol-
lo rigauit: sed Deus incrementum dedit.
7 * Itaque neque qui plantat est aliquid, ne-
B que qui rigat: sed, qui incrementum dat
8 Deus. * " Qui autem plantat, & qui rigat, v- "Ps. 61. d. 13.
num sunt. " Vnusquisque autem propriam
mercedem accipiet secundum suum labo- "Gal. 6. b. 5.
9 rem. * Dei enim sumus adiutores: Dei agri-
10 cultura estis, Dei ædificatio estis. * Secundũ
gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens
architectus fundamentum posui: alius au-
tem superædificat. Vnusquisque autem vi-
deat

deat quomodo superædificet.* Fundamen- 11
tum enim aliud nemo potest ponere præter C
id, quod positũ est, quod est Christus Iesus.
* Si quis autẽ superædificat super fundamẽ 12
tum hoc, aurum, argentum, lapides pretio-
sos, ligna, fœnum, stipulam, * vniuscuiusque 13
opus manifestũ erit: Dies enim Domini de-
clarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscu-
iusq. opus quale sit, ignis probabit. * Si cuius 14
opus mãserit quod superædificauit, merce-
dem accipiet. * Si cuius opus arserit, detrimẽ 15
tum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamẽ
quasi per ignem: * Nescitis quia templũ Dei 16
estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? * Si qs 17
autem templum Dei violauerit, disperdet il- D
lum Deus. " Templum enim Dei sanctũ est,
quod estis vos. * Nemo se seducat: si quis vi- 18
detur inter vos sapiẽs esse ĩ hoc sæculo, stul
tus fiat, vt sit sapiens. * sapientia enim huius 19
mũdi, stultitia est apud Deum, Scriptum est
enim: * " Comprehẽdam sapientes in astutia
eorum. * Et iterum " Dominus nouit cogita- 20
tiones sapiẽtium, quoniam vanæ sunt. * Ne- 21
mo itaque glorietur in hominibus. * Omnia 22
enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, si-
ue Cephas, siue mũdus, siue vita, siue mors,
siue præsentia, siue futura: omnia enim ve-
stra sunt: * vos autem Christi: Christus au- 23
tem Dei.

" Inf. 6. d. 19.
2. Cor. 6. c. 16.
" Iob. 5. c. 13.
" Psa. 93. b. 11.

CAP. IV.

2. Cor. 6. a. 4.

SIc nos existimet homo vt ministros Chri- 1
sti: & dispensatores mysteriorum Dei. A
* Hic iam quæritur inter dispensatores vt fi- 2
delis quis inueniatur. * Mihi autem pro mi- 3
nimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano
die: sed neq meipsum iudico. * Nihil enim 4
mihi conscius sum: sed non in hoc iustifica-
tus sum, qui autẽ iudicat me, Dominus est.
* Itaq. nolite ante tempus iudicare, quoadus- 5
que veniat Dominus: qui & illuminabit ab-
scondita tenebrarum, & manifestabit consi-
lia cordium: & tunc laus erit vnicuiq à Deo.
* Hæc autẽ, fratres, transfiguraui in me, & 6
Apollo, propter vos: vt in nobis discatis, ne B
supra quam scriptum est, vnus aduersus al-
terum inflatur pro alio. * Quis enim te di- 7
scernit? Quid autem habes quod non accepi-
sti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non
acceperis? * Iam saturati estis, iam diuites fa- 8
cti estis: sine nobis regnatis: & vtinam regne-
tis, vt & nos vobiscũ regnemus. * Puto enim 9
quod Deus nos Apostolos nouissimos osten-
dit, tamquam morti destinatos: quia specta-
culum facti sumus mũdo, & Angelis, & ho-
minibus. * Nos stulti propter Christum, vos 10
autem prudẽtes in Christo: nos infirmi, vos
autem fortes: vos nobiles, nos autem igno- C
biles. * Vsque in hãc horam, & esurimus, & 11
sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur
" & instabiles sumus, * & " laboramus operan- 12
tes manibus nostris: maledicimur, & bene-
dicimus: persecutionem patimur, & sustine-
mus; * blasphemamur, & obsecramus; tam- 13
quã purgamenta huius mundi facti sumus,
omniũ peripsema vsq adhuc. * Non vt cõ- 14
fundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos
charissimos moneo. * Nam si decem millia 15
D pædagogorum habeatis in Christo: sed non
multos patres. Nã in Christo Iesu per Euã- 16
gelium ego vos genui. * Rogo ergo vos, imi 17
tatores mei estote, sicut & ego Christi. * Iõ
misi ad vos Timotheum, qui est filius meus
charissimus, & fidelis in Domino: qui vos
commonefaciet vias meas, quæ sunt in Chri
sto Iesu, sicut vbiq. in omni Ecclesia doceo.
18 * Tanquam non venturus sim ad vos, sic in-
19 flati sunt quidam. * Veniam autem ad vos
citò, si Dominus voluerit: & cognoscam non
sermonem eorum, qui inflati sunt sed virtu- 20
tem. * Non enim in sermone est regnũ Dei,
21 sed in virtute. * Quid vultis? in virga ve-
niã ad vos, an in charitate, & spiritu man-
suetudinis?

2. Thes. 3. b. 8.

CAP. V.

Leu. 18.

1 OMnino auditur inter vos fornicatio, & A
2 talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, b. 12. &
ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. * Et 20. b. 11.
vos inflati estis: & non magis luctum habui
stis vt tollatur de medio vestrum qui hoc
3 opus fecit. * " Ego quidem absens corpore, p- " Col. 1.
sens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, a. 5.
4 eum, qui sic operatus est, * in nomine Domi-
B ni nostri Iesu Christi, congregatis vobis, &
meo spiritu, cum virtute Domini nostri Ie-
5 su, * tradere huiusmodi satanæ in interitum
carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini
6 nostri Iesu Christi. * Non est bona gloriatio " Gal. 5.
vestra. " Nescitis quia modicum fermentum b. 9.
7 totam massam corrumpit? * Expurgate ve-
C tus fermentum, vt sitis noua conspersio, sic-
ut estis azymi. Etenim Pascha nostrũ im-
8 molatus est Christus. * Itaq. epulemur: nõ in
fermento veteri, neq. in fermento malitiæ, &
nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & verita
9 tis: * Scripsi vobis in epistola. Ne commiscea-
10 mini fornicarijs, * non vtiq. fornicarijs hu-
ius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut ido-
lis seruientibus: alioquin debueratis de hoc
11 mundo exijsse. * Nunc autem scripsi vobis
D non commisceri: si is, qui frater nominatur,
est fornicator, aut auarus aut idolis seruiens
aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum
12 eiusmodi nec cibum sumere. * Quid enim
mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Nonne
13 de ijs, qui intus sunt, vos iudicatis? * nã eos,
qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte ma-
lum ex vobis ipsis.

CAP. VI.

1 A Vdet aliquis vestrum habens negotiũ A
2 aduersus alterum, iudicari apud in-
quos, & nõ apud sanctos? * An nescitis quo-
niam sanctĩ de hoc mundo iudicabunt? Et si
in vobis iudicabitur mũdus, indigni estis q
3 de minimis iudicatis: * Nescitis quoniã an-
gelos

gelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? 4
* Sæcularia igitur iudicia, si habueritis: cõtẽ-
ptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite
ad iudicandum. * Ad verecundiam vestram 5
dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam,
qui possit iudicare inter fratrem suum? * Sed 6
B
frater cum fratre iudicio contendit: & hoc
apud infideles? * " Iam quidem omninò de- 7
lictum est in vobis, quod iudicia habetis in-
ter vos. Quare nõ magis iniuriam accipitis?
quare non magis fraudem patimini? * Sed 8
vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fra-
tribus. * An nesciti is quia iniqui regnum Dei 9
non possidebunt: Nolite errare: Neque for-
nicari, neque idolis seruientes, neque adulte-
ri, * neque molles, neque masculorum con- 10
cubitores, neque fures, neque auari, neque
ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnũ
Dei possidebunt. * Et hæc quidam fuistis: 11
sed abluti estis, sed sanctĩficati estis, sed iusti-
C
ficati estis in nomine Domini nostri Iesu
Christi, & in Spiritu Dei nostri. * Omnia 12
mihi licent, sed non omnia expediunt: Om-
nia mihi licent, sed ego sub nullius redigar
potestate. * Esca ventri, & venter escis: 13
Deus autem hunc, & has destruet: corpus
autem non fornicationi, sed Domino: & Do-
minus corpori. * Deus verò, & Dominum 14
suscitauit: & nos suscitabit per virtutem
suã. * Nescitis quoniam corpora vestra mẽ- 15
bra sum Christi? Tollẽs ergo membra Chri-
ti, faciam membra meretricis? Absit. * An 16
nescitis quoniam qui adhærer meretrici, v-
" Gen. 2. d. 24. num corpus efficitur? " Erunt enim (inquit) D
duo in carne vna. * Qui autem adhæret Do 17
Mat. 19. a. 5. mino, vnus spiritus est. * Fugite fornicatio- 18
Mar. 10. a. 8. nem. Omne peccatum, quodcumque fecerit
homo, extra corpus est: qui autem fornica-
Eph. 5. g. 31. tur, in corpus suum peccat. * An nescitis quo- 19
niam " membra vestra, templum sunt Spiri-
" Sup. 3. d. 17. tus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à
Deo, & non estis vestri? * " Empti enim estis 20
1. Cor. 6. c. 16. pretio magno. Glorificate, & portate Deum
in corpore vestro.

CAP. VII.

" Inf. 7. d. 23.

DE quibus autem scripsistis mihi: Bonũ 1
est homini mulierem non tãgere: * pro- A
pter fornicationem autem vnusquisque suã 2
vxorem habeat, & vnaquæque suum virum
habeat. * " Vxori vir debitum reddat, simili- 3
" 1. Pet. 3. b. 7. ter autem & vxor viro. * Mulier sui corpo- 4
ris potestatem non habet, sed vir. Similiter
autem, & vir sui corporis potestatem nõ ha-
bet, sed mulier. * Nolite fraudare inuicem, 5
nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis
orationi: & iterum reuertimini in idipsum,
ne tentet vos Satanas propter incontinentiã
vestram. * Hoc autem dico secundum indul 6
gentiam, non secundum imperium. * Volo 7
enim omnes vos esse sicut meipsum: sed B
vnusquisque proprium donũ habet ex Deo:
alius quidem sic, alius verò sic. * Dico autem 8
non nuptis, & viduis: bonum est illis, si sic
9 permaneant, sicut & ego. * Quod si non se
continent, nubant. Melius est enim nubere,
10 quam vri. * Ijs autem, qui matrimonio iun-
cti sunt, præcipio non ego, sed Dns, " vxorẽ
" Mat. 5. e. 32 & 19. b. 6. Mar. 10. b. 9. Luc. 16. d. 18.
11 à viro non discedere: * quod si discesserit,
manere innuptam, aut viro suo reconcilia-
12 ri. Et vir vxorem non dimittat. * Nam cete
ris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxo
rem habet infidelem, & hæc consentit habi-
13 tare cum illo, non dimittat illam. * Et si qua
mulier fidelis habet virum infidelem, & hic
consentit habitare cum illa, non dimittat vi-
14 rum: * sanctĩficatus est enim vir infidelis
C per mulierẽ fidelem, & sanctĩficata est mu-
lier infidelis per virum fidelem, alioquin fi-
lij vestri immundi essent, nunc autem sãcti
15 sũt. * Quod si infidelis discedit, discedat: nõ
enim seruituti subiectus est frater, aut soror
in huiusmodi: in pace autem vocauit nos
16 Deus. * Vnde enim scis mulier, si virum sal-
uum facies? aut vnde scis vir, si mulierem sal
17 uam facies? * nisi vnicuique sicut diuisit
Dominus, vnumquemque sicut vocauit Deus,
ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesijs do-
18 ceo. * Circumcisus aliquis vocatus est? non
D adducat præputium. In præputio aliquis vo
19 catus est? non circumcidatur. * Circumcisio
nihil est, & præputium nihil est: sed obserua-
20 tio mandatorum Dei. * " Vnusquisq. in qua
" Eph. 4. a. 1.
21 vocatione vocatus est, in ea permaneat. *
Seruus vocatus es? non sit tibi curæ: sed & si
22 potes fieri liber, magis vtere. * Qui enim in
Domino vocatus est seruus, libertus est Do-
mini: similiter qui liber vocatus est, seruus
23 est Christi. * " Pretio empti estis, nolite fieri
" Sup. 6. d. 20.
24 serui hominum. * Vnusquisque in quo voca
E tus est, fratres, in hoc permaneat apud Deũ.
1. Pet. 1. d. 18.
25 * De virginibus autem præceptum Domini
non habeo: consilium autem do tamquam
misericordiam consecutus à Domino, vt sim
26 fidelis. * Existimo ergo hoc bonum esse pro-
pter instantem necessitatem, quoniam bonũ
27 est homini sic esse. * Alligatus es vxori: noli
quærere solutionem. Solutus es ab vxore? no-
28 li quærere vxorem. * Si autem acceperis vxo
rem: non peccasti. Et si nupserit virgo, non
peccauit, tribulationem tamen carnis habe-
bunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.
29 * Hoc itaq. dico, fratres: Tempus breue est:
reliquum est, vt & qui habent vxores, tanq.
30 non habentes sint: * & qui flent, tamquam
non flentes: & qui gaudent, tamquam non
gaudentes: & qui emunt, tamquam nõ possi-
31 dentes: * & qui vtuntur hoc mundo, tãquã
F non vtantur: præterit enim figura huius mũ-
32 di. * Volo autem vos sine solicitudine esse.
Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini
33 sunt, quomodo placet Deo. * Qui autem cũ
vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quo-
34 modo placeat vxori, & diuisus est. * Et mu-
lier innupta, & virgo cogitat quæ Domini
sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ
autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi,
35 quõ placeat viro. * Porro hoc ad vtilita-

tem vestrā dico : non vt laqueum vobis inij-
ciam,sed ad id, quod honestum est, & quod
facultatem præbeat sine impedimento Do-
minum obsecrandi.* Si quis autem turpem 36
se videri existimat super virgne sua , quod G
sit super adulta,& ita oportet fieri:quod vult
faciat:non peccat,si nubat.* Nam qui statuit 37
in corde suo firmus, non habens necessitatē,
potestatem autem habens suæ voluntatis, &
hoc iudicauit in corde suo,seruare virginem
suam,bene facit.* Igitur & qui matrimonio 38
iungit virginem suam, bene facit :& qui non
iungit,melius facit. * " Mulier alligata est le- 39
" Ro.7. gi quanto tempore vir eius viuit : quod si
a.2. dormierit vir eius , liberata est : cui vult nu-
bat : tantum in Domino . * Beatior autem 40
erit,si sic permanserit secundum meum con-
silium : puto autem quod & ego Spiritum
Dei habeam .

CAP. VIII.

DE ijs autem , quæ idolis sacrificantur , 1
scimus,quia omnes scientiam habemus A
Sciētia inflat, charitas verò ædificat.* Si quis 2
autem se existimat scire aliquid,nondum co-
gnouit quemadmodum oporteat eum scire .
* Si quis autem diligit Deum , hic cognitus 3
est ab eo.* De escis autem,quæ idolis immo- 4
lantur, scimus quia nihil est idolum in mun- B
do,& quod nullus est Deus,nisi vnus . * Nā 5
etsi sunt qui dicantur dij siue in cęlo , siue in
terra (siquidem sunt dij multi , & domini
multi :) * nobis tamen vnus Deus, Pater,ex 6
quo omnia , & nos in illum : & vnus Domi-
nus Iesus Christus,per quem omnia , & nos
per ipsum . * Sed non in omnibus est scien- 7
tia . Quidam autem cum conscientia vsque C
nunc idoli,quasi idolothytum manducant:
& conscientia ipsorum cum sit infirma , pol-
luitur . * Esca autem nos non commendat 8
Deo . Neque enim si manducauerimus , a-
bundauimus : neque si non manducaueri-
mus , deficiemus . * Videte autem ne fortè 9
hæc licentia vestra offendiculum fiat infir-
mis . * Si enim quis viderit eum , qui habet 10
scientiam , in idolio recumbentem : nonne D
conscientia eius , cum sit infirma, ædificabi-
tur ad manducandum idolothyta?*" Et pe- 11
" Ro.14. ribit infirmus in tua scientia frater , propter
c.19. quem Christus mortuus est?* Sic autem pec 12
cantes in fratres, & percutientes consciētiam
eorum infirmam , in Christum peccatis. *" 13
Quapropter si esca scandalizat fratrem meū:
" Ro.14. non manducabo carnem in æternum,ne fra-
d.21. trem meum scandalizem .

CAP. IX.

NOn sum liber ? Non sum Apostolus ? 1
Nonne Christum Iesum Dominū no- A
strum vidi ? Nonne opus meum vos estis in
Domino ? * Et si alijs non sum Apostolus , 2
sed tamen vobis sum: nam signaculum Apo
stolatus mei vos estis in Domino , * mea de- 3
fensio apud eos,qui me interrogant, hæc est.
4 * Numquid non habemus potestatem man-
5 ducandi,& bibendi ? * Numquid non habe-
mus potestatem mulierem sororem circum-
ducendi sicut & ceteri Apostoli , & fratres
6 Domini,& Cephas ? * Aut ego solus,& Bar-
nabas, non habemus potestatem hoc operan
7 di ? * Quis militat suis stipendijs vmquam ?
Quis plantat vineam , & de fructu eius non
edit ? Quis pascit gregem , & de lacte gregis
8 non manducat ? * Numquid secundum ho-
minem hæc dico ? An & lex hæc non dicit ?
9 * Scriptum est enim in lege Moysi:" Non al- " Deu.25
B ligabis os boui trituranti. Numquid de bo- a.4.
10 bus cura est Deo ? * An propter nos vtique 1. Ti.5.
hoc dicit ? Nam propter nos scripta sunt: c.18.
quoniam debet in spe qui arat , arare : & qui
11 triturat,in spe fructus percipiendi: * " Si nos " Ro.15.
vobis spiritualia seminauimus, magnum est f.27.
12 si nos carnalia vestra metamus ? * Si alij po-
testatis vestræ participes sunt,quare non po-
tius nos ? Sed non vsi sumus hac potestate:
sed omnia sustinemus,ne quod offendiculū
13 demus Euangelio Christi . * " Nescitis quo- " Deu.18
niam qui in sacrario operantur,quę de sacra- a.1.
rio sunt,edunt; & qui altari deseruiunt,cum
14 altari participant? * Ita & Dominus ordina-
uit ijs, qui Euangelium annunciant,de Euā-
15 gelio viuere . * Ego autē nullo horum vsus
C sum . Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in
me:bonum est enim mihi magis mori,quam
16 vt gloriam meam quis euacuet . * Nam si
euangelizauero,non est mihi gloria : necessi-
tas enim mihi incumbit : væ enim mihi est ,
17 si non euangelizauero. * Si enim volens hoc
ago, mercedem habeo: si autem inuitus, di-
18 spensatio mihi credita est . * Quæ est ergo
merces mea? Vt Euangelium prædicans,sine
sumptu ponam Euangelium, vt non abutar
19 potestate mea in Euangelio . * Nam cum li-
ber essem ex omnibus omnium me seruum
20 feci,vt plures lucrifacerem . * Et factus sum
Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucra-
21 rer , * ijs qui sub lege sunt, quasi sub lege es-
D sem(cum ipse non essem sub lege) vt eos,qui
sub lege erant,lucrifacerem, ijs, qui sine lege
erant,tamquam sine lege essem(cum sine le-
ge Dei non essem:sed in lege essem Christi,)
22 vt lucrifacerem eos,qui sine lege erant.* Fa-
ctus sum infirmis infirmus , vt infirmos lu-
crifacerem. Omnibus omnia factus sum , vt
23 omnes facerem saluos.* Omnia autem facio
propter Euangelium : vt particeps eius effi-
24 ciar.* Nescitis quod ij,qui in stadio currunt,
omnes quidem currūt , sed vnus accipit bra-
25 uium?Sic currite vt comprehendatis.*Om-
nis autem, qui in agone contendit, ab omni-
bus se abstinet , & illi quidem, vt corruptibi-
lem coronam accipiant : nos autem incorru-
26 ptam. * Ego igitur sic curro,non quasi in in-
certum : sic pugno, non quasi aerem verbe-
27 rans:* sed castigo corpus meum,& in serui-
tutem redigo : ne fortè cum alijs prædicaue-
rim, ipse reprobus efficiar .

CAP.

CAP. X.

NOlo enim vos ignorare fratres quoniam 1
" Exo.13 patres nostri omnes " sub nube fuerū , A
d.21. & omnes mare transierunt , * " & omnes in 2
" Nu.9. Moyse baptizati sunt in nube, & in mari: * " 3
d.22. & omnes eandem escam spiritualem man-
" Exo.14 ducauerunt,* " & omnes eundem potū spi- 4
c.22. ritalem biberunt : (bibebant autem de spiri-
" Exo.16 tali,consequente eos petra : petra autem erat
d.15. Christus:)*sed non in pluribus eorum bene- 5
" Exod. placitum est Deo:" nam prostrati sunt in de-
17.b.6. serto . * Hæc autem in figura facta sunt no- 6
Nu.20. stri, vt non simus concupiscentes malorum, B
b.10. " sicut & illi concupierunt , * neque idolola- 7
" Nu.26. træ efficiamini,sicut quidam ex ipsis: quem-
g.65. admodum scriptum est:" Sedit populus mā-
" Ps.105. ducare,& bibere,& surrexerūt ludere.* Ne- 8
c.14. que fornicemur , " sicut quidam ex ipsis for-
" Exo.32 nicati sunt,& ceciderunt vna die viginti tria
b.6. millia . * Neque tentemus Christum " sicut 9
" Nu.25. quidam eorum tentauerunt , & à serpētibus
a.1. perierunt. *" Neque murmurauerītis, sicut 10
" Nu.21. quidam eorum murmurauerunt, & perie- C
b.6. runt ab exterminatore:* Hæc autem omnia 11
" Nu.11. in figura contingebant illis : scripta sunt autē
a.1.& 14 ad correptionem nostram , in quos fines sæ-
g.1. culorum deuenerunt . * Itaque qui se existi- 12
mat stare,videat ne cadat.* Tentatio vos nō 13
apprehendat nisi humana : fidelis autē Deus
est , qui non patietur vos tentari supra id ,
quod potestis, sed faciet etiam cum tentatio-
ne prouentum , vt possitis sustinere. * Pro- 14
pter quod charissimi mihi,fugite ab idolorū
cultura:* Vt prudentibus loquor,vos ipsi Iu 15
dicate quod dico. * Calix benedictionis, cui 16
benedicimus, nonne communicatio sangui- D
nis Christi est?& panis,quem frangimus,nō-
ne participatio corporis Domini est? * Quo- 17
niam vnus panis , vnū corpus multi sumus ,
omnes,qui de vno pane participamus.* Vi- 18
dete Israel secundum carnem : nonne qui
edunt hostias,participes sunt altaris?* Quid 19
ergo?dico quod idolis immolatū sit aliquid?
aut quod idolum sit aliquid ? * Sed quæ im- 20
molant Gentes,dæmonijs immolant,& non E
Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmonio-
rum: non potestis calicem Domini bibere,&
calicem dæmoniorum: * non potestis men- 21
sæ Domini participes esse, & mensæ dæmo-
niorum. * An æmulamur Dominum? Nū- 22
" Sup 6. quid fortiores illo sumus ? " Omnia mihi li-
c.12. cent,sed non omnia expediunt . *" Omnia 23
" Eccl.17. mihi licent,sed non omnia ædificant. * Ne- 24
d.31. mo quod suum est quærat,sed quod alterius. * 25
Omne, quod in macello venit manducate, F
nihil interrogantes propter conscientiam .
" Ps.23. * " Domini est terra , & plenitudo eius , * Si 26
a.1. quis vocat vos infidelium,& vultis ire: om- 27
ne,quod vobis apponitur,manducate , nihil
interrogantes propter conscientiam.* Si quis 28
autem dixerit : Hoc immolatum est idolis:
nolite manducare propter illum, qui indica-
uit,& propter conscientiam; * conscientiam 29
G autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid
enim libertas mea iudicatur ab aliena con-
30 scientia ? * Si ego cum gratia participo, quid
31 blasphemor pro eo quod gratias ago ? * " Si- " Col.3.
ue ergo manducatis , siue bibitis , siue aliud c.17.
32 quid facitis : omnia in gloriam Dei facite . *
Sine offensione estote Iudæis , & Gentibus ,
33 & Ecclesiæ Dei:* sicut & ego per omnia om
nibus placeo , non quærens quod mihi vtile
est,sed quod multis: vt salui fiant .

CAP. XI.

1 IMitatores mei estote, sicut & ego Christi .
2 * Laudo autem vos fratres, quod per om
A nia mei memores estis :& sicut tradidi vo-
3 bis,præcepta mea tenetis . * Volo autem vos
scire, " quod omnis viri caput, Christus est : " Eph.5.
caput autem mulieris, vir: caput verò Chri- c.25.
4 sti,Deus. * Omnis vir orans,aut prophetans
5 velato capite,deturpat caput suum * Omnis
autem mulier orans, aut prophetans non ve
lato capite , deturpat caput suum, vnū enim
6 est ac si decaluetur.* Nam si nō velatur mu-
B lier,tondeatur.* Si verò turpe est mulieri tō
7 deri , aut decaluari , velet caput suum. * Vir
quidem non debet velare caput suum : quo-
niam imago, & gloria Dei est,;mulier autem
8 gloria viri est. * Non enim vir ex muliere
9 est,sed mulier ex viro . * " Etenim non est
creatus vir propter mulierē,sed mulier pro- " Gen.2.
10 pter virum.* Ideo debet mulier potestatem d.21.
11 habere supra caput propter Angelos . * Ve-
C rumtamen neque vir sine muliere : neque
12 mulier sine viro in Domino.* Nā sicut mu-
lier de viro , ita & vir per mulierem : omnia
13 autem ex Deo:* Vos ipsi iudicate:decet mu
14 lierem non velatam orare Deum?* Nec ip-
sa natura docet vos , quod vir quidē si comā
15 nutriat , ignominia est illi : * mulier verò si
comam nutriat , gloria est illi : quoniam ca-
16 pilli pro velamine ei dati sunt . * Si quis au-
tē videtur contentiosus esse: nos talem con-
D suetudinem non habemus , neque Ecclesia
17 Dei . * Hoc autem præcipio : non laudans
quod non in melius,sed in deterius conueni-
18 tis . * Primum quidem conueniētibus vobis
in Ecclesiam , audio scissuras esse inter vos ,
19 & ex parte credo. * Nam oportet,& hęreses
esse, vt qui probati sunt,manifesti fiāt in vo-
20 bis. * Conuenientibus ergo vobis in vnum,
iam non est Dominicam cœnam manduca-
21 re . * Vnusquisque enim suam cœnam præ-
sumit ad manducandum . Et alius quidem
22 esurit : alius autem ebrius est : * Numquid
E domos non habetis ad manducandum , &
bibendum ? aut Ecclesiam Dei contemnitis ,
& confunditis eos,qui non habent? Quid di-
cam vobis ? Laudo vos ? in hoc non laudo .
23 * Ego enim accepi à Domino,quod & tradi- " Mat.26
di vobis , quoniā Dominus Iesus in qua no- c.26.
24 cte tradebatur , accepit panem , * & gratias Mar.14.
agens fregit , & dixit : " Accipite, & mandu- c.22.
cate hoc est corpus meum , quòd pro vobis Luc.22
tradetur ; hoc facite in meam commemo- b.17.
ratio-

rationem.* Similiter,& calicem, postquam 25
cœnauit dicens. Hic calix nouum testamen- F
tum est in meo sanguine: hoc facite quoties-
cumque bibetis, in meam commemoratio-
nem.* Quotiescumque enim manducabitis 26
" Ioan.6. f.59.
panem hunc, & calicem bibetis, mortem Do-
mini annunciabitis donec veniat.* " Itaque 27
quicumque manducauerit panem hunc, vel
" 2. Cor. 15.b.5.
biberit calicem Domini indignè: reus erit
corporis,& sanguinis Domini.*" Probet au- 28
tem seipsum homo: & sic de pane illo edat,
& de calice bibat.* Qui enim manducat, & 29
bibit indignè, iudicium sibi manducat, &
bibit, non dijudicans corpus Domini.* Ideo 30
inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dor-
miunt multi.* Quod si nosmetipsos dijudi- 31
caremus, nō vtique iudicaremur.* Dum iu- 32
dicamur autem, à Domino corripimur, vt
non cum hoc mundo damnemur.* Itaq. fra- 33
tres mei, cum conuenitis ad māducandum,
inuicem expectate.* Si quis esurit, domi mā- 34
ducet: vt non in iudicium conueniatis. Cete-
ra autem, cum venero, disponam.

CAP. XII.

DE Spiritualibus autē, nolo vos ignora- 1
re fratres.* Scitis quoniam cum Gentes 2
essetis, ad simulachra muta prout ducebami A
" Mat.9. f.39.
ni euntes,* Ideo notum vobis facio," quod 3
nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathe-
ma Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Ie-
sus, nisi in Spiritu sancto.* Diuisiones verò 4
gratiarum sūt, idem autem Spiritus:* Et di- 5
uisiones ministrationum sunt, idem autem
Dominus:* Et diuisiones operationum sunt 6
idem verò Deus, qui operatur omnia in om-
nibus.* Vnicuique autem datur manifesta- 7
tio Spiritus ad vtilitatem.* Alij quidem per 8
Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem
sermo scientiæ secundum eundem Spiritū:
* alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sa- 9
nitatum in vno Spiritu:* alij operatio virtu- 10
tum, alij prophetia, alij discretio spirituum, B
alij genera linguarum, alij interpretatio ser-
" Ro.12. a.6. Ephe.4. b.6.
monum.*" Hæc autem omnia operatur v- 11
nus, atque idem Spiritus, diuidens singulis
prout vult.* Sicut enim corpus vnum est, & 12
membra habet multa, omnia autem mem-
bra corporis cum sint multa, vnum tamen
corpus sunt: ita & Christus.* Etenim in vno 13
Spiritu omnes nos in vnum corpus baptiza-
ti sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui,
siue liberi: & omnes in vno Spiritu potati su-
mus.* Nam & corpus non est vnum mem- 14
brum, sed multa.* Si dixerit pes: Quoniam 15
non sum manus, non sum de corpore: num
ideo non est de corpore?* Et si dixerit auris: 16
Quoniam non sum oculus, non sum de cor- C
pore: num ideo non est de corpore?* Si to- 17
tum corpus oculus: vbi auditus? Si totum
auditus, vbi odoratus?* Nunc autem posuit 18
Deus membra, vnum quodq. eorum in cor-
pore sicut voluit.* Quod si essent omnia v- 19
num membrum, vbi corpus?* Nunc autem 20
multa quidem membra, vnum autem cor-
21 pus.* Non potest autem oculus dicere ma-
nui: Opera tua non indigeo, aut iterum ca-
22 put pedibus: Non estis mihi necessarij.* Sed
multo magis quæ videntur membra corpo-
23 ris infirmiora esse, necessariora sūt:* & quæ
putamus ignobiliora membra esse corporis
his honorem abundantiorem circundamus
& quæ inhonesta sunt nostra, abundantio-
24 rem honestatem habent.* Honesta autem
D nostra nullius egent: sed Deus temperauit
corpus, ei, cui deerat, abūdātiorem tribuēdo
25 honorem,* vt nō sit schisma in corpore, sed
idipsum pro inuicem solicita sint membra.
26 * Et si quid patitur vnum membrum, com-
E patiuntur omnia membra: siue gloriatur v-
num membrum, congaudent omnia mem-
27 bra.* Vos autem estis corpus Christi, & mē-
" Eph.4. c.11.
28 bra de membro.*" Et quosdam quidem po-
suit Deus in Ecclesia primum Apostolos, se-
cundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde
virtutes, exinde gratias curationum, opitula-
tiones, gubernationes, genera linguarum, in-
29 terpretationes sermonum.* Numquid om-
nes Apostoli? numquid omnes Prophetæ?
30 numquid omnes Doctores?* numquid om-
nes virtutes? numquid omnes gratiam ha-
bent curationum? numquid omnes lin-
guis loquuntur? numquid omnes interpre-
31 tantur?* Æmulamini autem charisma-
ta meliora. Et adhuc excellentiorem viam
vobis demonstro.

CAP. XIII.

1 SI linguis hominum loquar, & angelorū,
A charitatem autem nō habeam, factus sū
velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.
2 * Et si habuero prophetiam, & nouerim my-
steria omnia, & omnem scientiam: & si ha-
buero omnem fidem ita vt montes transfe-
ram, charitatem autem non habuero, nihil
3 sum.* Et si distribuero in cibos pauperum
B omnes facultates meas, & si tradidero cor-
pus meum ita vt ardeam, charitatem autem
4 non habuero, nihil mihi prodest.* Charitas
patiens est, benigna est: Charitas non æmu-
5 latur, non agit perperam, non inflatur,* non
est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non
6 irritatur, non cogitat malum,* non gaudet
7 super iniquitate, congaudet autem veritati:
C * omnia suffert, omnia credit omnia sperat,
8 omnia sustinet.* Charitas numquam exci-
dit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue lin-
9 guæ cessabunt, siue scientia destruetur.* Ex
parte enim cognouimus, & ex parte prophe
10 tamus.* Cū autem venerit quod perfectū
11 est, euacuabitur quod ex parte est.* Cum es-
D sem paruulus, loquebar vt paruulus, sapie-
bam, vt paruulus, cogitabam vt paruulus.
Quando autē factus sum vir, euacuaui quæ
12 erant paruuli.* Videmus nunc per specu-
lum in ænigmate: tunc autem facie ad fa-
ciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem
cogno-

cognoscam sicut, & cognitus sum.* Nunc 13
autem manent, fides, spes, charitas: tria hæc,
maior autem horum est charitas.

CAP. XIV.

SEctamini charitatem, æmulamini spirita- 1
lia: magis autem, vt prophetetis.* Qui A
enim loquitur lingua, non hominibus loqui- 2
tur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autē
loquitur mysteria.* nam qui prophetat, ho- 3
minibus loquitur ad ædificationē, & exhor-
tationem, & consolationem.* Qui loquitur 4
lingua, semetipsum ædificat, qui autem pro-
phetat, Ecclesiam Dei ædificat.* Volo autem 5
omnes vos loqui linguis: magis autem pro-
phetare. Nam maior est qui prophetat, quā
qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur
vt Ecclesia ædificationem accipiat.* Nunc au- 6
tem, fratres, si venero ad vos linguis loquens; B
quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in
reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia,
aut in doctrina?* Tamen quæ sine anima 7
sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara: ni-
si distinctionem sonituum dederint, quomo
do scietur id, quod canitur, aut quod citha-
rizatur?* Etenim si incertam vocem det tu- 8
ba, quis parabit se ad bellum?* Ita & vos per 9
linguam nisi manifestum sermonem dede- C
ritis: quomodo scietur id, quod dicitur? eritis
enim in aera loquentes.* Tam multa, vt pu- 10
ta genera linguarum sunt in hoc mundo: &
nihil sine voce est.* Si ergo nesciero virtutē 11
vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui lo-
quitur, mihi barbarus:* Sic & vos, quoniam 12
æmulatores estis spirituum, & ædificationē
Ecclesiæ quærite vt abundetis.* Et ideò qui 13
loquitur lingua: oret vt interpretetur.* Nam 14
si orem lingua, spiritus meus orat, mens autē
mea sine fructu est.* Quid ergo est? Orabo 15
spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psal-
lā, & mente.* Ceterum si benedixeris spiri- 16
tu: qui supplet locum idiotę, quomodo dicet,
Amen, super tuam benedictionem? quoniā
quid dicas, nescit:* nam tu quidē bene gra 17
tias agis: sed alter non ædificatur.* Gratias D
ago Deo meo, quod omnium vestrū lingua 18
loquor.* Sed in Ecclesia volo quinque ver- 19
ba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quā
decem millia verborum in lingua.* Fratres, 20
nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruu
li estote: sensibus autem perfecti estote.
28. 11.
* In lege scriptum est:" Quoniam in alijs 21
linguis, & labijs alijs loquar populo huic: &
nec sic exaudient me, dicit Dominus.* Ita- 22
que linguę in signum sunt non fidelibus sed E
infidelibus: prophetiæ autem non infideli-
bus, sed fidelibus.* Si ergo conueniat vni- 23
uersa Ecclesia in vnum: & omnes linguis lo-
quantur, intrent autem idiotæ, aut infideles:
nonne dicent quod insanitis?* Si autem om 24
nes prophetent, intret autem quis infidelis,
vel idiota conuincitur ab omnibus, dijudica-
tur ab omnibus:* occulta cordis eius mani- 25
festa fiunt: & ita cadens in faciem adorabit
Deum, pronuncians quod verè Deus in vo-
26 bis sit.* Quid ergo est, fratres? cum conueni-
F tis, vnusquisque vestrum psalmum habet, do
ctrinam habet, apocalypsim habet, linguam
habet, interpretationē habet: omnia ad ædi-
27 ficationem fiant.* Siue lingua quis loquitur,
secundum duos, aut vt multum tres, & per
28 partes, & vnus interpretetur.* Si autem non
fuerit interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem
29 loquatur, & Deo.* Prophetæ autē duo, aut
30 tres dicant, & ceteri dijudicent.* Quod si
alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat.
31 * Potestis enim omnes per singulos prophe
tare: vt omnes discāt, & omnes exhortentur:
32 * & spiritus prophetarū prophetis subiecti
33 sunt.* Non enim est dissensionis Deus, sed
G pacis: sicut & in omnibus Ecclesijs sancto-
34 rum doceo.* Mulieres in Ecclesijs taceant:
non enim permittitur eis loqui, sed subditas
" Gen.3. c.16.
35 esse, sicut" & lex dicit.* Si quid autem vo-
lūt discere, domi viros suos interrogent. Tur
36 pe est enim mulieri loqui in Ecclesia.* An à
vobis verbum Dei processit, aut in vos solos
37 peruenit?* Si quis videtur propheta esse,
aut spiritualis, cognoscat q̄ scribo vobis, quia
38 Domini sunt mandata.* Si quis autem igno-
39 rat, ignorabitur.* Itaque fratres æmulamini
prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.
40 * Omnia autem honestè: & secundum ordi-
nem fiant.

CAP. XV.

1 NOtum autem vobis facio, fratres, Euan-
Gal.1.b.11.
A gelium, quod prædicaui vobis, quod
2 & accepistis, in quo, & statis,* per quod &
saluamini, qua ratione prædicauerim vobis
3 si tenetis, nisi frustra credidistis.* Tradidi
enim vobis in primis, quod & accepi: quo-
niam Christus mortuus est pro peccatis no-
" Isa.53. b.8.
4 stris" secundum Scripturas:*" & quia sepul-
" Io.2.a.2. Io.20.e.19.
tus est, & quia resurrexit tertia die secūdum
5 Scripturas:* & quia visus est Cephæ, & post
6 hoc vndecim:* Deinde visus est plusquam
quingentis fratribus simul: ex quibus multi
manent vsque adhuc, quidam autē dormie-
7 runt:* Deinde visus est Iacobo, deinde Apo
8 stolis omnibus:* Nouissimè autem omniū
" Act.9. a.3. Eph.3.b. 8.
B tamquam abortiuo, visus est, & mihi.
9 *" Ego enim sum minimus Apostolorum,
qui non sum dignus vocari Apostolus, quo-
10 niam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Gra-
tia autem Dei sum id, quod sum, & gratia
eius in me vacua non fuit, sed abundantius
illis omnibus laboraui: non ego autem,
11 sed gratia Dei mecum:* Siue enim ego, siue
illi: sic prædicamus, & sic credidistis.
12 * Si autem Christus prædicatur quod re-
surrexit à mortuis, quomodo quidam di-
cunt in vobis, quoniam resurrectio mortuo-
13 rum non est?* Si autem resurrectio mor-
tuorum non est: neque Christus resurrexit.
14 * Si autem Christus non resurrexit, ina-
nis est ergo prædicatio nostra, inanis est, &
15 fides vestra;* inuenimur autem, & fal-

si te-

ſi teſtes Dei : quoniam teſtimoniũ diximus C
aduerſus Deum,quod ſuſcitauerit Chriſtũ,
quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſur-
gunt. * Nam ſi mortui non reſurgunt, ne- 16
que Chriſtus reſurrexit. * Quod ſi Chriſtus 17
non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc
enim eſtis in peccatis veſtris. * Ergo & qui 18
dormierunt in Chriſto,perierunt.* Si in hac 19
vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus,mi-
ſerabiliores ſumus omnibus hominibus.
* Nunc autẽ Chriſtus reſurrexit à mortuis 20
[a] Col.1.c. primitiæ dormientium, * [a] quoniam qui- 21
18. dem per hominem mors, & per hominem
Apo.1.b. reſurrectio mortuorum.* Et ſicut in Adam 22
5. omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes
[a] 1. The. viuificabuntur. * [a] Vnuſquiſque autem in 23
4.b.15. ſuo ordine primitiæ Chriſtus: deinde ij,qui
ſunt Chriſti,qui in aduentu eius crediderũt.
* Deinde finis:cum tradiderit regnum Deo 24
& Patri, cum euacuauerit omnem principa-
tum,& poteſtatem, & virtutem. * Oportet 25
[a] Pſ.109. autem illum regnare,[a] donec ponat omnes D
a.1. inimicos ſub pedibus eius. * Nouiſſima 26
Heb.1 d autem inimica deſtruetur mors: [a] Omnia
13.& 10. enim ſubiecit ſub pedibus eius Cum autem
c.13. dicat: * Omnia ſubiecta ſunt ei, ſine du- 27
[a] Pſ. 8.c. bio præter eum, qui ſubiecit ei omnia.
8. * Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia: 28
Heb.2.d tũc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubie-
8. cit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omni-
bus. * Alioquin quid facient qui baptizan- 29
tur pro mortuis, ſi omninò mortui non re-
ſurgunt? vt quid & baptizatur pro illis?
* vt quid & nos periclitamur omni hora? 30
* Quotidie morior per veſtram gloriam, 31
fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domi-
no noſtro. * Si (ſecundum hominem) ad 32
beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt,
[a] Iſa.22. ſi mortui non reſurgunt? [a] manducemus,
a.13. & bibamus, cras enim moriemur. * Nolite 33
Sap. 2.b. ſeduci: Corrumpunt mores bonos collo-
6. quia mala. * Euigilate iuſti, & nolite pecca- 34
re: ignorantiam enim Dei quidam habent,
ad reuerentiam vobis loquor. * Sed dicet 35
aliquis: quomodo reſurgunt mortui? qua- E
li ve corpore venient? * Inſipiens, tu quod 36
ſeminas non viuificatur, niſi prius moria-
tur.* Et quod ſeminas,non corpus,quod fu 37
turum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, vt
puta tritici, aut alicuius ceterorum. * Deus 38
autem dat illi corpus ſicut vult:& vnicuique
ſeminum proprium corpus. * Non omnis 39
caro, eadem caro: ſed alia quidem homi-
num,alia verò pecorum, alia volucrum,alia
autem piſcium. * Et corpora cæleſtia, 40
& corpora terreſtria: ſed alia quidem cæle-
ſtium gloria,alia autem terreſtrium: * Alia 41
claritas Solis, alia claritas lunæ, & alia clari- F
tas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in
claritate: * ſic & reſurrectio mortuorum: 42
Seminatur in corruptione, ſurget in incor-
ruptione. * Seminatur in ignobilitate, ſur- 43
get in gloria:Seminatur in infirmitate, ſur-
get in virtute: * Seminatur corpus anima- 44
le, ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpus ani-
45 male, eſt & ſpiritale, ſicut ſcriptum eſt: [a]
Factus eſt primus homo Adam in animam [a] Ge.
viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum b.7.
46 viuificantem. * Sed non prius quod ſpiri-
tale eſt,ſed quod animale:deinde quod ſpiri-
47 tuale. * Primus homo de terra terrenus:ſe-
48 cundus homo de cælo,cæleſtis. * Qualis ter-
renus,tales & terreni: & qualis cæleſtis, ta-
49 les & cæleſtes.* Igitur,ſicut portauimus ima
ginem terreni, portemus imaginem cæle-
50 ſtis. * Hoc autem dico fratres: quia caro,&
ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt:
neque corruptio incorruptelam poſſidebit:
51 * Ecce myſterium vobis dico: omnes qui-
G dem reſurgemus, ſed non omnes immuta-
52 bimur. * In momento, in ictu oculi,in no-
uiſſima tuba: canet enim tuba, & mortui
reſurgent incorrupti: & nos immutabimur.
53 * Oportet enim corruptibile hoc induere
incorruptionem: & mortale hoc induere
54 immortalitatem. * Cum autem mortale
hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſer- [a] Oſee
mo,qui ſcriptus eſt: [a] Abſorpta eſt mors in 13.d.14.
55 victoria. * Vbi eſt mors victoria tua? vbi Heb.14.
56 eſt mors ſtimulus tuus? * Stimulus autem 14.
mortis peccatum eſt: virtus verò peccati lex. [a] Ioſ.3.
57 * [a] Deo autem gratias,qui dedit nobis victo 3.
riam per Dominum noſtrum Ieſum Chri-
58 ſtum. * Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles
eſtote, & immobiles: abundantes in opere
Domini ſemper ſcientes, quod labor veſter
non eſt inanis in Domino.

CAP. XVI.

1 DE collectis autem,quæ fiunt in ſanctos,
A ſicut ordinaui Eccleſijs Galatiæ, ita &
2 vos facite. * Per vnam ſabbati vnuſquiſque
veſtrum apud ſe ſeponat, recõdens quod ei
bene placuerit: vt non,cum venero, tũc col-
3 lectæ fiant. * Cum autem præſens fuero:
quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam
perferre gratiam veſtram in Ieruſalem.
4 * Quod ſi dignum fuerit,vt & ego eam, me-
5 cum ibunt. * Veniam autem ad vos, cum
Macedoniam pertranſiero: nam Macedo-
6 niam pertranſibo. * Apud vos autem forſi-
B tan manebo, vel etiam hiemabo: vt vos me
7 deducatis quocumque iero.* Nolo enim vos
modò in tranſitu videre,ſpero enim me ali-
quantulum temporis manere apud vos, ſi
8 Dominus permiſerit. * Permanebo autem
9 Epheſi vſque ad Pentecoſten. * Oſtiũ enim
mihi apertum eſt magnum, & euidens: &
10 aduerſarij multi. * Si autem venerit Ti-
motheus, videte vt ſine timore ſit apud
vos: opus enim Domini operatur, ſicut
11 & ego. * Ne quis ergo illum ſpernat: de-
ducite autem, illum in pace, vt veniat ad
me: expecto enim illum cum fratribus.
12 * De Apollo autem fratre vobis notum fa-
C cio,quoniam multum rogaui eũ vt veniret
ad vos cum fratribus, & vtique non fuit vo-
luntas

luntas, vt nunc veniret: veniet autem, cum
ei vacuũ fuerit. * Vigilate, ſtate in fide, viri- 13
liter agite, & confortamini. * omnia veſtra 14
in charitate fiant. * Obſecro autem vos fra- 15
tres,noſtis domum Stephanæ, & Fortunati,
& Achaici: quoniam ſunt primitiæ Achaiæ,
& in miniſterium ſanctorum ordinauerunt
ſe ipſos: * vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi,& 16
omni cooperanti,& laboranti.* Gaudeo au- 17
tem in præſentia Stephanæ, & Fortunati, & D
Achaici:quoniam id,quod vobis deerat, ipſi
ſuppleuerunt: * refecerunt enim, & meum 18
ſpiritum, & veſtrum. Cognoſcite ergo qui
19 huiuſmodi ſunt: * Salutant vos Eccleſiæ
Aſiæ. Salutant vos in Domino multum, A-
quila,& Priſcilla cum domeſtica ſua eccleſia:
20 apud quos,& hoſpitor. * Salutãt vos omnes
fratres. Salutate inuicem in oſculo ſancto.
21 * Salutatio, mea manu Pauli. * Si quis non
22 amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,
23 ſit anathema, Maran Atha. * Gratia Domi-
24 noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. * Charitas
mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu.
Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu 1
Chriſti per voluntatem A
Dei, & Timotheus frater,
Eccleſiæ Dei,quæ eſt Corin
thi cum omnibus ſanctis,
qui ſunt in vniuerſa Acha-
ia. * Gratia vobis & pax à 2
Deo Patre noſtro,& Domi
[a] Eph.1. no Ieſu Chriſto. * [a] Benedictus,Deus,& Pa- 3
23. ter Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſeri-
1.Pet.1. cordiarum, & Deus totius conſolationis, * 4
3.4. qui conſolatur nos in omni tribulatione no-
ſtra: vt poſſimus, & ipſi conſolari eos,qui in
omni preſſura ſunt,per exhortationem, qua
exhortamur, & ipſi à Deo. * Quoniam ſicut 5
abundãt paſſiones Chriſti in nobis: ita & per
Chriſtum abundat conſolatio noſtra. * Siue 6
autem tribulamur pro veſtra exhortatione, B
& ſalute, ſiue conſolamur pro veſtra conſo-
latione, ſiue exhortamur pro veſtra exhorta
tione,& ſalute,quæ operatur tolerantiam ea-
rundem paſſionum, quas & nos patimur: * 7
Vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes
quod ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, &
conſolationis * Non enim volumus ignora- 8
re vos fratres de tribulatione noſtra, quæ fa-
cta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum gra-
uati ſumus ſupra virtutẽ, ita vt tæderet nos
etiam viuere. * Sed ipſi in nobiſmetipſis re- 9
ſponſum mortis habuimus,vt non ſimus fi-
dentes in nobis,ſed in Deo,qui ſuſcitat mor-
tuos: * qui de tantis periculis nos eripuit,& 10
eruit: in quem ſperamus quoniam, & ad-
huc eripiet, * adiuuantibus,& vobis in ora- 11
tione pro nobis: vt ex multorum perſonis,
eius quæ in nobis eſt donationis, per multos
gratiæ agantur pro nobis.* Nam gloria no- 12
ſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ no- C
ſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceri-
tate Dei: & non in ſapientia carnali, ſed in
gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo:
13 abundantius autem ad vos. * Non enim a-
lia ſcribimus vobis,quam quæ legiſtis: & co-
gnouiſtis. Spero autem quod vſque in finem
14 cognoſcetis, * ſicut & cognouiſtis nos ex par
te,quod gloria veſtra ſumus,ſicut & nos no-
15 ſtra,in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. * Et
hac confidentia volui prius venire ad vos,vt
16 ſecundam gratiam haberetis: * & per vos
tranſire in Macedoniam, & iterum a Mace-
donia venire ad vos,& à vobis deduci in Iu-
17 dæam.* Cum ergo hoc voluiſſem,numquid
leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito,ſecundũ
carnem cogito, vt ſit apud me EST, &
18 NON? * Fidelis autem Deus, quia ſermo
D noſter,qui fuit apud vos,non eſt in illo EST
19 & NON.* Dei enim filius Ieſus Chriſtus,
qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me,
& Siluanum,& Timotheum, non fuit EST
20 & NON, ſed EST in illo fuit. * Quot-
quot enim promiſſiones Dei ſũt in illo EST:
ideo, & per ipſum Amen Deo ad gloriam
21 noſtram. * Qui autem confirmat nos vo-
biſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus:
22 * qui & ſignauit nos,& dedit pignus Spiritus
23 in cordibus noſtris. * Ego autem teſtem
Deum inuoco in animam meam, quod par-
cens vobis,non veni vltra Corinthum: non
quia dominamur fidei veſtræ,ſed adiutores
ſumus gaudij veſtri:nam fide ſtatis.

CAP. II.

1 STatui autem hoc ipſum apud me, ne ite-
2 rum in triſtitia venirem ad vos.* Si enim

ego contristo vos : & quis est, qui me lætifi- A
cet,nisi qui contristatur ex me ? * Et hoc ip- 3
sum scripsi vobis, vt non cum venero,tristi-
tiam , super tristitiam habeam, de quibus o-
portuerat me gaudere:confidens in omnibus
vobis,quia meum gaudium omnium vestrũ
est.* Nam ex multa tribulatione,& angustia 4
cordis scripsi vobis per multas lacrymas:non
vt contristemini:sed vt sciatis,quam charita-
tem habeam abundantius in vobis. * Si quis 5
autem contristauit,non me contristauit : sed B
ex parte,vt non onerem omnes vos . * Suffi- 6
cit illi,qui eiusmodi est,obiurgatio hæc, quæ
fit à pluribus : * ita vt è contrario magis do- 7
netis,& consolemini , ne fortè abundantiori
tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est.* Pro- 8
pter quod obsecro vos , vt confirmetis in il-
lum charitatem.*Ideò enim,& scripsi,vt co- 9
gnoscam experimentum vestrum,an in om- C
nibus obedientes sitis. * Cui autem aliquid 10
donastis, & ego:nam & ego,quod donaui, si
quid donaui,propter vos in persona Christi,
*vt non circumueniamur à satana:nõ enim 11
ignoramus cogitationes eius. * Cum venis- 12
sem autem Troadem propter Euangelium
Christi,& ostium mihi apertum esset in Do-
mino, * non habui requiem spiritui meo,eo 13
quod non inuenerim Titum fratrẽ meum , D
sed valefaciens eis , profectus sum in Mace-
doniam . * Deo autem gratias,qui semper 14
triumphat nos in Christo Iesu , & odorem
notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco:
* quia Christi bonus odor sumus Deo in ijs, 15
qui salui fiunt,& in ijs,qui pereunt:*alijs qui- 16
dem odor mortis in mortem:alijs autem o-
dor vitæ in vitam . Et ad hæc quis tam ido-
neus?* Non enim sumus sicut plurimi,adul- 17
terantes verbum Dei , sed ex sinceritate, sed
sicut ex Deo , coram Deo , in Christo loqui-
mur.

CAP. III.

INcipimus iterum nosmetipsos commen- 1
dare?aut numquid egemus(sicut quidam) A
commendatitijs epistolis ad vos , aut ex vo-
bis? * Epistola nostra vos estis,scripta in cor- 2
dibus nostris,quæ scitur, & legitur ab omni-
bus hominibus: * manifestati quod epistola 3
estis Christi, ministrata à nobis,& scripta nõ B
atramento, sed spiritu Dei viui:non in tabu-
lis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus. * 4
Fiduciam autem talem habemus per Chri-
stum ad Deum: * non quod sufficientes si- 5
mus cogitare aliquid à nobis,quasi ex nobis :
sed sufficientia nostra ex Deo est:*qui & ido- 6
neos nos fecit ministros noui testamenti:non
litera, sed Spiritu: litera enim occidit , Spiri-
tus autem viuificat . * Quod si ministratio 7
mortis literis deformata in lapidibus, fuit in
gloria,ita vt non possent intendere filij Israel
in faciem Moysi,propter gloriam vultus eius,
quæ euacuatur:* quomodo non magis mini- 8
stratio Spiritus erit in gloria?* Nam si mini- 9
stratio damnationis gloria est : multo magis
C abundat ministerium iustitiæ in gloria.* Nã
10 nec glorificatum est,quod claruit in hac par-
11 te , propter excellentem gloriam. * Si enim
quod euacuatur,per gloriam est: multo ma-
12 gis quod manet,in gloria est. * Habentes igi-
13 tur talem spem,multa fiducia vtimur: * "& "Exo.34
non sicut Moyses ponebat velamen super fa d.33.
ciem suam, vt non intenderent filij Israel in
14 faciem eius,quod euacuatur, *sed obtusi sũt
sensus eorum. Vsque in hodiernum.n.diem,
idipsum velamen in lectione veteris testa-
menti manet non reuelatum , (quoniam in
15 Christo euacuatur,) * sed vsq. in hodiernũ
D diem,cum legitur Moyses,velamen positum
16 est super cor eorum . * Cum autem conuer-
sus fuerit ad Dominum,auferetur velamen.
17 * "Dominus autem Spiritus est: Vbi autem "Ioan.4.
18 Spiritus Domini:ibi libertas.* Nos verò om- c.24.
"nes,reuelata facie gloriam Domini speculan-
tes,in eandem imaginem transformamur à
claritate in claritatem , tamquam à Domini
Spiritu .

CAP. IV.

1 IDeò habentes administrationem,iuxta
A quod misericordiam consecuti sumus,nõ
2 deficimus,* sed abdicamus occulta dedeco-
ris,non ambulantes in astutia,neque adulte-
rantes verbum Dei,sed in manifestatione ve
ritatis commendantes nosmetipsos ad om-
nem conscientiam hominum coram Deo.
3 * Quod si etiam opertum est Euangelium
4 nostrum: in ijs, qui pereunt,est opertum,*in
quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes
infidelium , vt non fulgeat illis illuminatio
Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei .
5 * Non enim nosmetipsos prædicamus, sed
B Iesum Christum Dominum nostrum : nos
6 autem seruos vestros per Iesum: * quoniam
Deus, qui dixit de tenebris lucem splẽdesce-
re , ipse illuxit in cordibus nostris ad illumi-
nationẽ scientiæ claritatis Dei , in facie Chri-
7 sti Iesu.* Habemus autem thesaurum istum
in vasis fictilibus : vt sublimitas sit virtutis
8 Dei,& non ex nobis.* In omnibus tribula-
C tionem patimur,sed non angustiamur: apo-
9 riamur,sed non destituimur: * persecutionẽ
patimur,sed non derelinquimur: deijcimur
10 sed non perimus:*semper mortificationem
Iesu in corpore nostro circumferentes , vt &
vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.
11 *Semper enim nos,qui viuimus,in mortem
tradimur propter Iesum:vt & vita Iesu ma-
12 nifestetur in carne nostra mortali. * Ergo
mors in nobis operatur , vita autem in vo-
13 bis. * Habentes autem eundem spiritum fi-
dei,sicut scriptũ est: " Credidi,propter quod "Psal.115.
locutus sum: & nos credimus, propter quod a.1.
14 & loquimur:*scientes quoniam,qui suscita-
uit Iesum,& nos cum Iesu suscitabit, & con-
15 stituet vobiscum.*Omnia enim propter vos
D vt gratia abundans,per multos in gratiarum
16 actione:abundet in gloriam Dei. * Propter
quod non deficimus ;sed licèt is , qui foris
est

est,noster homo corrumpatur,tamen is , qui
intus est,renouatur de die in diem.*Id enim 17
quod in præsenti est momentaneum,& leue
tribulationis nostræ,supra modum in subli-
mitate æternum gloriæ pondus operatur in
nobis,*non contemplantibus nobis,quæ vi- 18
dentur,sed quæ non videntur.Quæ enim vi-
dentur,temporalia sunt: quæ autem non vi-
dentur,æterna sunt.

CAP. V.

SCimus enim quoniam si terrestris domus 1
nostra huius habitationis dissoluatur , quod A
ædificationem ex Deo habemus , domum
non manufactam, æternam in cælis. * Nam 2
"Apoc. & in hoc ingemiscimus , " habitationem no-
16.c.13. strã, quæ de cælo est, superindui cupientes :
* si tamen vestiti, non nudi inueniamur . * 3
Nam,& qui sumus in hoc tabernaculo, inge- 4
miscimus grauati:eo quod nolumus expolia-
ri,sed superuestiri,vt absorbeatur quod mor-
tale est,a vita. * Qui autem efficit nos in hoc 5
ipsum Deus,qui dedit nobis pignus spiritus.
* Audentes igitur semper scientes quoniam 6
dum sumus in corpore peregrinamur Do- B
mino , (*per fidem enim ambulamus,& nõ 7
per speciem) *audemus autem,& bonam vo- 8
luntatem habemus magis peregrinari à cor-
pore,& præsentes esse ad Dominum. * Et 9
ideò contendimus siue absentes,siue præsen-
"Rom. tes placere illi.*"Omnes enim nos manifesta- 10
14.b.10. ri oportet ante Tribunal Christi,vt referat v-
nusquisque propria corporis, prout gessit, si-
ue bonum ,siue malum.*Scientes ergo timo- 11
rem Domini hominibus suademus, Deo au- C
tem manifesti sumus. Spero autem,& in cõ-
scientijs vestris manifestos nos esse. * Non 12
iterum commendamus nos vobis , sed occa-
sionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt
habeatis ad eos,qui in facie gloriãtur,& nõ in
corde.*Siue .n. mente excedimus, Deo:siue 13
sobrij sumus,vobis * Charitas enim Christi 14
vrget nos: æstimantes hoc , quoniam si vnus
pro omnibus mortuus est,ergo omnes mor-
tui sunt,*& pro omnibus mortuus est Chri- 15
stus:vt,& qui viuũt, iam non sibi viuant,sed
ei,qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. * 16
Itaque nos ex hoc neminem nouimus secun- D
dum carnem . Et si cognouimus secundum
carnem Christum : sed nunc iam non noui-
mus *Si qua ergo in Christo noua creatura , 17
"Isa.43. vetera transierunt:"ecce sunt omnia noua. * 18
c.19. Omnia autem ex Deo , qui nos reconciliauit
Apoc.21. sibi per Christum, & dedit nobis ministeriũ
b.5. reconciliationis,*quoniam quidem Deus erat 19
in Christo mundum reconcilians sibi,non re-
putans illis delicta ipsorum , & posuit in no-
bis verbum recõciliationis.*Pro Christo er- 20
go legatione fungimur,tamquam Deo exhor-
tante per nos. Obsecramus pro Christo,recõ-
ciliamini Deo.* Eum, qui non nouerat pec- 21
catum,pro nobis peccatum fecit , vt nos effi-
ceremur iustitia Dei in ipso.

CAP. VI.

1 ADiuuãtes autem exhortamur ne in va-
2 cuum gratiam Dei recipiatis.* Ait enim:
A "Tempore accepto exaudiui te,& in die salu "Isa.49.c
tis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile , 8.
3 ecce nunc dies salutis, * "nemini dantes vllã "1. Cor.
offensionem,vt non vituperetur ministeriũ 10.g 32.
4 nostrum:* sed in omnibus exhibeamus nos- "1.Cor.4
metipsos , "sicut Dei ministros in multa pa- a.1.
tientia in tribulationibus,in necessitatibus in
5 angustijs,* in plagis,in carceribus,in seditio-
B nibus,in laboribus,in vigilijs,in ieiunijs, * in
6 castitate,in scientia,in longanimitate, in sua-
uitate, in Spiritu sancto , in charitate non fi-
7 cta,*in verbo veritatis,in virtute Dei,per ar-
8 ma iustitiæ à dextris, & à sinistris, * per glo-
riam,& ignobilitatem,per infamiam,& bonã
famam, vt seductores,& veraces , sicut qui i-
9 gnoti,& cogniti:*quasi morientes,& ecce vi-
10 uimus,vt castigati,& non mortificati,*quasi
C tristes,semper autem gaudentes : sicut egen-
tes , multos autem locupletantes : tamquam
11 nihil habentes,& omnia possidẽtes:*Os no-
strum patet ad nos,ò Corinthij,cor nostrum
12 dilatatum est.* Non angustiamini in nobis:
13 angustiamini autem in visceribus vestris : *
eandem autem habentes remunerationem ,
14 tamquam filijs dico:dilatamini & vos.* No-
lite iugum ducere cum infidelibus.Quæ enim
participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ
15 societas luci ad tenebras? * Quæ autem con-
uentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli
16 cum infideli?*Qui autem consensus templo
D Dei cum idolis?" Vos enim estis templũ Dei "1.Cor.3
viui,sicut dicit Deus. " Quoniam inhabitabo d.27. &
in illis,& inambulabo inter eos, & ero illorũ b.d.19.
17 Deus, & ipsi erunt mihi populus. * Propter "Leu.26.
quod exite de medio eorum,& separamini, b.12.
dicit Dominus,& immundum ne tetigeritis:
18 *& ego recipiam vos:"& ero vobis in patrẽ , "Ier.31.
& vos eritis mihi in filios,& filias, dicit Do- a.9.
minus omnipotens .

CAP. VII.

1 HAs ergo habentes promissiones,charis-
A simi, mũdemus nos ab omni inquina-
mento carnis : & spiritus perficientes sancti-
2 ficationem in timore Dei.* Capite nos.* Ne-
minem læsimus , neminem corrupimus, ne-
3 minem circumuenimus. * Non ad condem-
nationem vestram dico prædiximus enim ,
quòd in cordibus nostris estis ad commoriẽ-
4 dum,& ad conuiuendum . * Multa mihi fi-
ducia est apud vos,multa mihi gloriatio pro
vobis,repletus sum consolatione,superabun
5 do gaudio in omni tribulatione nostra.* Nã
B & cum venissemus in Macedoniam,nullam
requiem habuit caro nostra , sed omnem tri-
bulationẽ passi sumus:foris pugnæ , intus ti-
6 mores. * Sed qui consolatur humiles, conso-
7 latus est nos Deus in aduentu Titi.* Non so-

sum autem in aduentu eius,sed etiam in cõ-
solatione, qua consolatus est in vobis,referẽs
nobis vestrum desiderium,vestrum fletum,
vestram æmulationem pro me, ita vt magis
gauderem.*Quoniam etsi contristaui vos in 8
epistola,non me pęnitet:etsi pęniteret videns
quod epistola illa(etsi ad horam) vos contri-
stauit:* nunc gaudeo:non quia contristati e- 9
stis,sed quia contristati estis ad pęnitentiam. C
Contristati enim estis secundum Deum, vt
in nullo detrimentum patiamini ex nobis.* 10
*1. Pet. ″Quæ enim secundum Deum tristitia est,pe-
2.c.10. nitentia in salutem stabilem operatur:sæculi
autem tristitia mortem operatur. * Ecce eñ 11
hoc ipsum,secundum Deum contristari vos,
quantam in vobis operatur solicitudinem:
sed defensionem,sed indignationem, sed ti-
morem,sed desiderium,sed æmulationem,
sed vindictam in omnibus exhibuistis vos,in-
contaminatos esse negocio.* Igitur etsi scrip- 12
si vobis,non propter eum, qui fecit iniuriã,
nec propter eum,qui passus est:sed ad mani-
festandam solicitudinem nostram,quam ha- D
bemus pro vobis,*coram Deo:ideò consola- 13
ti sumus. In consolatione autem nostra,abũ-
dantius magis gauisi sumus super gaudio Ti
ti, quia refectus est spiritus eius ab omnibus
vobis,*& si quid apud illum de vobis gloria- 14
tus sum,non sum confusus: sed sicut omnia
vobis in veritate locuti sumus,ita & gloriatio
nostra,quæ fuit ad Titum, veritas facta est,
* & viscera eius abundantius in vobis sunt: 15
reminiscentis omnium vestrum obedientiã:
quomodo cum timore,& tremore excepistis
illum. * Gaudeo quod in omnibus confido 16
in vobis.

CAP. VIII.

Notam autem facimus vobis,fratres,gra- 1
tiam Dei,quæ data est in Ecclesijs Ma- A
cedoniæ, * quod in multo experimento tri- 2
bulationis abundantia gaudij ipsorum fuit,
& altissima paupertas eorum abundauit in
diuitias simplicitatis eorum:* quia secũdum 3
virtutem testimonium illis reddo, & supra
virtutem volũtarij fuerunt,* cum multa ex- 4
hortatione obsecrantes nos gratiam, & com-
municationem ministerij,quod fit in Sanctos.
* Et non sicut sperauimus,sed semetipsos de- 5
derunt primum Dño,deinde nobis per volũ-
tatem Dei,*ita vt rogaremus Titum:vt quẽ- 6
admodum cępit, ita & perficiat in vobis etiã B
gratiam istam. * Sed sicut in omnibus abun- 7
datis fide,& sermone,& scientia,& omni so-
licitudine,insuper & charitate vestra in nos,
vt & in hac gratia abũdetis.* Nõ quasi impe- 8
rans dico:sed per aliorum solicitudinem, et
vestræ charitatis ingenium bonum compro-
bans. * Scitis enim gratiam Dñi nostri Iesu 9
Christi, quoniam propter vos egenus factus
est,cum esset diues, vt illius inopia vos diui-
tes essetis.* Et consilium in hoc do:hoc.n.vo- 10
bis vtile est,qui non solum facere,sed & velle
cępistis ab anno priore;* nunc verò,& facto 11
perficite: vt quemadmodum promptus est
animus voluntatis, ita sit, & perficiendi ex
12 eo,quod habetis.*Si enim voluntas prompta
C est,secundum id,quod habet,accepta est, nõ
13 secundum id,quod non habet.* Non eñ,vt
alijs sit remissio, vobis autem tribulatio, sed
14 ex æqualitate. * In præsenti tempore vestra
abundantia illorum inopiam suppleat: vt &
illorum abundantia vestræ inopiæ sit sup-
plementum,vt fiat æqualitas, sicut scriptum
15 est: * ″Qui multum non abundauit:& qui ″Exo.16
16 modicum,non minorauit.* Gratias autem d.18.
Deo, qui dedit eandem solicitudinẽ pro vo-
17 bis in corde Titi, *quoniam exhortationem
quidem suscepit:sed cum solicitior esset,sua
18 voluntate profectus est ad vos. * Misimus
D etiam cum illo fratrem, cuius laus est in E-
19 uangelio per omnes Ecclesias: * non solum
autẽ, sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes
peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ
ministratur à nobis ad Dñi gloriam,& desti-
20 natam voluntatem nostram:*deuitãtes hoc,
ne quis nos vituperet in hac plenitudine,quę
21 ministratur à nobis:*″Prouidemus eñ bo- ″Ro.12
na non solum coram Deo, sed etiam coram d.17.
22 hominibus. * Misimus autem cum illis, &
fratrem nostrum,quem probauimus in mul-
tis sępè solicitum esse:nunc autem multo so-
23 licitiorem,confidentia multa in vos, * siue
pro Tito,qui est socius meus, & in vos adiu-
tor,siue fratres nostri,Apostoli Ecclesiarum,
24 gloriæ Christi. * Ostensionem ergo, quæ est
charitatis vestræ,& nostræ gloriæ pro vobis,
in illo ostendite in faciem Ecclesiarum.

CAP. IX.

1 Nam de ministerio, quod fit in sanctos
A ex abundanti est mihi scribere vobis.
2 * Scio enim promptum animum vestrum:
pro quo de vobis glorior apud Macedones.
Quoniam, & Achaia parata est anno prę-
terito, & vestra æmulatio prouocauit plu-
3 rimos.* Misi autem fratres: vt ne quod glo-
riamur de vobis,euacuetur in hac parte, vt
4 (quemadmodum dixi) parati sitis: * ne cum
B venerint Macedones mecum,& inuenerint
vos imparatos,erubescamus nos (vt non di-
5 camus vos) in hac substantia. * Necessarium
ergo existimaui rogare fratres, vt præueniãt
ad vos, & præparent repromissam benedi-
ctionem hanc paratam esse sic,quasi benedi-
6 ctionem,non tamquam auaritiam.* Hoc au-
tem dico: Qui parcè seminat, parcè & me-
tet:& qui seminat in benedictionibus, de be-
7 nedictionibus & metet. * Vnusquisque pro-
ut destinauit in corde suo,nõ ex tristitia,aut
ex necessitate: ″hilarem enim datorem dili- ″Eccl.35
8 git Deus. * Potens est autem Deus omnem b.11.
C gratiam abundare facere in vobis: vt in om-
nibus semper omnem sufficientiam haben-
9 tes,abundetis in omne opus bonum, * sicut
scriptum est: ″ Dispersit,dedit pauperibus: ″Psal.111
10 iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Qui b.9.
autem administrat semen seminanti, & pa-
nem ad manducandum præstabit, & multi-
plicabit semen vestrum, & augebit incremẽ-
ta frugum iustitiæ vestræ:* vt in omnib.lo- 11
cupletati abundetis in omnem simplicitatẽ, D
quæ operatur per nos gratiarum actionem
Deo. * Quoniam ministerium huius officij 12
non solũ supplet ea, quæ desunt sanctis, sed
etiam abundat per multas gratiarum actio-
nes in Domino,* per probationem ministe- 13
rij huius, glorificantes Deum in obedientia
confessionis vestræ, in Euangelium Christi,
& simplicitate communicationis in illos, &
in omnes, * & in ipsorum obsecratione pro 14
vobis, desiderantium vos propter eminen-
tem gratiam Dei in vobis. * Gratias Deo su- 15
per inenarrabili dono eius.

CAP. X.

Ipse autem ego Paulus obsecro vos per 1
mansuetudinẽ,& modestiam Christi,qui A
in facie quidem humilis sum inter vos, ab-
sens autem confido in vobis. * Rogo autem 2
vos ne præsens audeam per eam confiden-
tiam, qua existimor audere in quosdam,qui
arbitrantur nos tamquam secundum carnẽ
ambulemus.* In carne enim ambulantes,nõ 3
secundum carnem militamus. * Nam arma 4
militiæ nostræ non carnalia sunt,sed poten- B
tia Deo ad destructionem munitionũ, consi-
lia destruentes, * & omnem altitudinem ex- 5
tollẽtem se aduersus scientiam Dei, & in ca-
ptiuitatem redigẽtes omnem intellectum in
obsequium Christi, * & in promptu haben- 6
tes vlcisci omnem inobedientiam, cum im-
pleta fuerit vestra obedientia. * Quæ secun- 7
dum faciem sunt,videte Si quis confidit sibi
Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se?
quia sicut ipse Christi est,ita & nos. * Nam, 8
& si amplius aliquid gloriatus fuero de po-
testate nostra,quam dedit nobis Dominus in
ædificationem, & non in destructionem ve-
stram: non erubescam: * Vt autem non exi- 9
stimer tamquam terrere vos per epistolas:
* quoniam quidem epistolæ, inquiunt, gra- 10
ues sunt,& fortes: præsentia autem corporis C
infirma,& sermo contemptibilis:* hoc cogi- 11
tet,qui eiusmodi est, quia quales sumus ver-
bo per epistolas absentes, tales, & præsentes
in facto.* Non enim audemus inserere,aut 12
comparare nos quibusdam, qui seipsos com-
mendant:sed ipsi in nosmetipsos metientes,
& comparantes nosmetipsos nobis. * Nos 13
″Eph.4. autem non in immensum gloriabimur, ″ D
b. sed secundum mensurã regulæ,qua mensus
est nobis Deus, mensurã pertingendi vsq.ad
vos. * Non enim quasi non pertingentes ad 14
vos, superextendimus nos: vsque ad vos
enim peruenimus in Euãgelio Christi. * nõ 15
in immensum gloriãtes in alienis laboribus:
spem autem habẽtes crescentis fidei vestræ,
in vobis magnificari secundum regulam no-
stram in abundantiam, * etiam in illa, quæ 16
vltra vos sunt, euangelizare, non in aliena
regula in ijs, quæ præparata sunt gloriari,

17 * ″Qui autem gloriatur, in Domino glorie- ″Iere.9.g
18 tur. * Non enim,qui seipsum commendat, 23.
ille probatus est:sed quem Deus cõmendat. 1.Cor.1.
d.31.

CAP. XI.

1 Vtinam sustineretis modicum quid in-
A sipientiæ meæ, sed & supportate me:
2 * Æmulor enim vos Dei æmulatione. De-
spondi enim vos vni viro virginem castam
3 exhibere Christo. * Timeo autem ne ″ sicut ″Gen.3.
serpens Heuam seduxit astutia sua, ita cor- a.4.
rumpantur sensus vestri, & excidant à sim-
4 plicitate, quæ est in Christo. * Nam si is, qui
venit, alium Christum prædicat, quem non
prædicauimus, aut alium spiritum accipitis,
quem non accepistis: aut aliud Euangelium,
5 quod non recepistis: rectè pateremini * Exi-
stimo enim nihil me minus fecisse à magnis
6 Apostolis * Nã etsi imperitus sermone,sed
B non scientia, in omnibus autem manifestati
7 sumus vobis?*Aut numquid peccatum feci,
me ipsum humiliãs, vt vos exaltemini? quo-
niam gratis Euangelium Dei euangelizaui
8 vobis? * Alias Ecclesias expoliaui, accipiens
9 stipendium ad ministeriũ vestrum. * Et cũ
essem apud vos,& egerẽ,nulli onerosus fui:
nam quod mihi deerat, suppleuerũt fratres,
C qui venerunt à Macedonia: & in omnibus
10 sine onere me vobis seruaui,& seruabo.* Est
veritas Christi in me,quoniam hęc gloriatio
non infringetur in me in regionibus Acha-
11 iæ. * Quare? quia non diligo vos? Deus scit.
12 * Quod autem facio,& faciam: vt amputem
occasionem eorum, qui volunt occasionem,
vt in quo gloriãtur:inueniantur sicut,& nos.
13 * Nã eiusmodi pseudoapostoli, sunt opera-
rij subdoli, transfigurantes se in apostolos
14 Christi. * Et non mirum: ipse enim satanas
15 transfigurat se in angelum lucis. * non est
D ergo magnum, si ministri eius transfiguren-
tur velut ministri iustitiæ? quorum finis erit
16 secundum opera ipsorum. * Iterum dico
(ne quis me putet insipientem esse alioquin
velut insipientem accipite me,vt & ego mo-
17 dicum quid glorier,)* quod loquor,non lo-
quor secundum Deum,sed quasi in insipien-
18 tia,in hac substãtia gloriæ. * Quoniam mul-
ti gloriantur secundum carnem: & ego glo-
19 riabor.* Libenter enim suffertis insipientes
20 cum sitis ipsi sapientes. * Sustinetis enim si
E quis vos in seruitutẽ redigit, si quis deuorat
si quis accipit, si quis extollitur: si quis in fa-
21 ciem vos cædit. * Secundum ignobilitatem
dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac par-
te. In quo quis audet (in insipientia dico) au-
22 deo & ego: * Hebræi sunt,& ego: Israelitæ
sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego ″ ″Deu.25
23 * Ministri Christi sunt: (vt minus sapiens a.3.
dico) plus ego: in laboribus plurimis, in car- ″Act.16.
ceribus abundantius, in plagis supra modũ, e.22.
24 in mortibus frequenter. * A Iudæis quin- ″Act.14.
quies, ″ quadragenas, vna minus, accepi. c.18.
25 * ″ Ter virgis cæsus sum, ″ semel lapidatus ″Act.27.
sum, ″ ter naufragiũ feci,nocte,& die in pro- a.2.

fundo maris fui, * in itineribus sæpe, pericu- 26
lis fluminibus, periculis latronum, periculis
ex genere, periculis ex Gentibus: periculis in
ciuitate, periculis in solitudine, periculis in
mari, periculis in falsis fratribus: * in labore, 27
& ærumna, in vigilijs multis, in fame, & si-
ti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate,
* præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia 28
mea quotidiana, solicitudo omnium Eccle-
siarum. * Quis infirmatur, & ego non infir 29
mor? quis scandalizatur, & ego non vror? G
* Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ 30
sunt gloriabor. * Deus & Pater Domini no- 31
stri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcu-
[a] Act.9. la scit, quod nõ mentior. *[a] Damasci præpo- 32
d.24. situs Gentis Aretæ regis, custodiebat ciuita-
tem Damascenorum, vt me comprehende-
ret: * & per fenestrã in sporta dimissus sum 33
per murum, & sic effugi manus eius.

CAP. XII.

SI gloriari oportet (non expedit quidem:) 1
veniam autem ad visiones, & reuelatio- A
[b] Acto.9. nes Domini. *[b] Scio hominem in Christo an- 2
a.3. te annos quatuordecim, siue in corpore ne-
scio, siue extra corpus nescio, Deus scit, ra-
ptum huiusmodi vsque ad tertium cælum.
* Et scio huiusmodi hominẽ siue in corpo- 3
re siue extra corpus nescio, Deus scit: * quo- 4
niam raptus est in Paradisum: & audiuit ar- B
cana verba, quæ non licet homini loqui, * Pro 5
huiusmodi gloriabor: pro me autẽ nihil glo-
riabor nisi in infirmitatibus meis. * Nam, & 6
si voluero gloriari, non ero insipiens: verita-
tem enim dicam: parco autem, ne quis me
existimet supra id, quod videt in me, aut ali-
quid audit ex me. * Et ne magnitudo reuela- 7
tionum extollat me, datus est mihi stimulus C
carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphi-
zet. * Propter quod ter Dominum rogaui, vt 8
discederet a me: * & dixit mihi. Sufficit tibi 9
gratia mea: nam virtus in infirmitate perfi-
citur. Libenter igitur gloriabor in infirmita-
tibus meis, vt inhabitet in me virtus Chri-
sti. * Propter quod placeo mihi in infirmita- 10
tibus meis, in contumelijs, in necessitatibus,
in persequutionibus, in angustijs pro Chri-
sto: Cum enim infirmor, tunc potens sum. D
* Factus sum insipiens, vos me coegistis. 11
Ego enim à vobis debui commendari: nihil
enim minus fui ab ijs, qui sunt supra modũ
Apostoli: tametsi nihil sum: * signa tamen 12
Apostolatus mei facta sunt super vos in om-
ni patientia, in signis, & prodigijs, & virtuti-
bus: * Quid est enim, quod minus habuistis 13
præ cæteris Ecclesijs, nisi quod ego ipse non
grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.
* Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos: 14
& non ero grauis vobis. Nõ enim quæro quę
vestra sũt, sed vos. Nec enim debent filij pa-
15 rẽtibus thesaurizare, sed parẽtes filijs. * Ego
E autem libentissimè impendam, & super im-
pendar ipse pro animabus vestris: licet plus
16 vos diligens, minus diligar. * Sed esto: ego
vos non grauaui: sed cum essem astutus, do-
17 lo vos cepi. * Numquid per aliquem eorum,
18 quos misi ad vos, circumueni vos? * Rogaui
F Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid
Titus vos circumuenit? nonne eodem spiri-
tu ambulauimus? nonne ijsdem vestigijs?
19 * Olim putatis, quòd excusemus nos apud
vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia
autem charissimi propter ædificationem ve-
20 stram. * Timeo enim ne forte cum venero
G non quales volo, inueniam vos, & ego inue-
niar a vobis, qualem non vultis: ne forte con-
tentiones, æmulationes, animositates, dissen-
siones, detractiones, susurrationes, inflatio-
21 nes: seditiones sint inter vos: * ne iterũ cum
venero, humiliet me Deus apud vos, & lu-
geam multos ex ijs, qui ante peccauerunt, &
non egerunt pœnitentiam super immundi-
tia, & fornicatione, & impudicitia, quam
gesserunt.

CAP. XIII.

1 ECce tertiò hoc venio ad vos: " In ore [a] Deu.19
A duorum, vel trium testium stabit omne b.13.
2 verbum. * Prædixi, & prædico, vt præsens, & Mat.18.
nunc absens ijs, qui ante peccauerunt, & cę- b.16.
teris omnibus, quoniam si venero iterum, Ioan.8.
3 non parcam. * An experimentum quæritis c.17.
eius, qui in me loquitur Christus, qui in vo- Heb.10.
bis non infirmatur, sed potens est in nobis? c.28.
4 * Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed
B viuit ex virtute Dei. Nam, & nos infirmi su-
mus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute
5 Dei in vobis. * Vosmetipsos tentate si estis
in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis
vosmetipsos, quia Christ9 Iesus in vobis est,
6 nisi forte reprobi estis. * Spero autem, quòd
cognoscetis, quia nos non sumus reprobi.
7 * Oramus autem Deum, vt nihil mali facia-
C tis, non, vt nos probati appareamus, sed vt
vos quod bonum est faciatis: nos autem, vt
8 reprobi simus. * Nõ enim possumus aliquid
9 aduersus veritatẽ, sed pro veritate. * Gaudemus
enim, quoniam nos infirmi sumus, vos
autem potentes estis. Hoc, & oramus vestrã
10 cõsummationem. * Ideo hæc absens scribo,
vt non præsens durius agam secundum po-
testatem, quam Dominus dedit mihi in ędi-
11 ficationem, & nõ in destructionem. * De cę-
D tero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhor-
tamini, idẽ sapite, pacem habete, & Deus pa-
12 cis, & dilectionis erit vobiscum. * Salutate
inuicem in osculo sancto. Salutant vos om-
13 nes sancti. * Gratia Domini nostri Iesu Chri-
sti, & charitas Dei, & communicatio sancti
Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus non 1
ab hominibus, neque per A
hominem, sed per Iesum
Christum, & Deum Pa-
trem, qui suscitauit eum
à mortuis: * & qui me- 2
cum sunt omnes fratres,
Ecclesijs Galatiæ. * Gratia 3
vobis, & pax à Deo Patre, & Dño nostro Ie-
su Christo, * qui dedit semetipsum pro pec- 4
catis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæ-
culo nequam, secundum voluntatem Dei, &
Patris nostri. * cui est gloria in sæcula sæculo- 5
rũ: Amen. * Miror quod sic tam citò transfe-
riminì ab eo, qui vos vocauit in gratiã Chri- 6
B sti in aliud Euangelium: * quod nõ est aliud, 7
nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volũt
conuertere Euangelium Christi: * Sed licèt 8
nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis
præterquam, quod euangelizauimus vobis,
anathema sit. * Sicut prædiximus, & nunc 9
iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit
præter id, qd̃ accepistis, anathema sit. * Mo- 10
do enim hominib. suadeo, an Deo? An quæ-
[c] 1.Cor. to hominibus placere? Si adhuc hominibus
15.a.1. placerem, Christi seruus non essem. *[c] No- 11
tum enim vobis facio, fratres, Euangelium,
quod euangelizatum est à me, quia non est
12 secundum hominem: * " neque enim ego " Eph. 3.
C ab homine accepi illud, neque didici, sed per a.3.
13 reuelationem Iesu Christi. * Audistis enim
conuersationem meam aliquando in Iudais-
mo: quoniam supra modum persequebar
14 Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, * &
proficiebam in Iudaismo supra multos cœ-
taneos meos in genere meo, abundantius
æmulator existẽs paternarum mearum tra-
15 ditionum. * Cum autem placuit ei, qui me
segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit
16 per gratiam suam, * vt reuelaret Filiũ suum
in me, vt euangelizarem illum in Gentibus:
continuò non acquieui carni, & sanguini,
17 * neque veni Ierosolymam ad antecessores
D meos Apostolos: sed abij in Abraham: &
18 iterum reuersus sum Damascum: * deinde
post annos tres veni Ierosolymam videre
Petrum, & mansi apud eum diebus quin-
19 decim: * alium autem Apostolorum vidi
neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.
20 * Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo,
21 quia non mentior. * Deinde veni in partes
22 Syriæ, & Ciliciæ. * Eram autẽ ignotus facie
23 Ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo: * tan-
tum autem auditum habebãt quoniam, qui
persę-

persequebatur nos aliquando,nunc euange-
lizat fidem , quam aliquando expugnabat: 24
* & in me clarificabant Deum.

CAP. II.

DEinde post annos quatuordecim , ite- 1
rum ascendi Ierosolymã cum Barna- A
ba,assumpto & Tito.*Ascẽdi autem secun- 2
dum reuelationem:& contuli cũ illis Euan-
gelium,quod prędico in Gentibus,seorsum
autem ijs,qui videbantur aliquid esse:ne for
tè in vacuũ currerem,aut cucurrissem.*Sed 3
neque Titus,qui mecũ erat,cum esset Genti
lis,compulsus est circumcidi:* sed propter 4
subintroductos falsos fratres,qui subintroie-
runt explorare libertatem nostrã, quam ha-
bemus in Christo Iesu,vt nos in seruitutem
redigerent.* Quibus neque ad horam cessi- 5
mus subiectione,vt veritas Euãgelij perma-
neat apud vos:* ab ijs autẽ,qui videbantur 6
esse aliquid.(quales aliquando fuerint,nihil B
"Deu. 10 mea interest." Deus personam hominis non
d.17. accipit) mihi enim qui videbantur esse ali-
Iob. 34. quid,nihil contulerunt.*Sed è contra cũ vi- 7
b.19. dissent quòd creditum est mihi Euãgelium
Sap. 6.b. præputij,sicut & Petro circũcisionis: (*qui 8
8. enim operatus est Petro in Apostolatum cir
Eccl. 35. cumcisionis,operatus est & mihi inter Gen-
b.16. tes)* & cum cognouissent gratiam,quæ da- 9
Rom.2. ta est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes,
b.11. qui videbantur columnę esse,dextras dede-
Eph.6.b runt mihi , & Barnabæ societatis: vt nos in
9. Gentes,ipsi autem in circumcisionem: *tan- 10
Col.3.d. tum vt pauperum memores essemus, quòd
25. etiam solicitus fui hoc ipsum facere.*Cum 11
Act. 16. autem venisset Cephas Antiochiã:in faciem
c.32. ei restiti, quia reprehensibilis erat. * Prius 12
1. Pet.1. enim quàm venirent quidam à Iacobo,cum C
c.17. Gẽtibus edebat: cum autem venissent, sub-
trahebat, & segregabat se timens eos,qui ex
circumcisione erant. * Et simulationi eius 13
cõsenserunt ceteri Iudæi,ita vt & Barnabas
duceretur ab eis in illam simulationẽ.* Sed 14
cum vidissem quòd non rectè ambularent
ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram
omnibus:Si tu,cum Iudæus sis,gentiliter vi-
uis,& non Iudaicè , quomodo Gentes cogis
Iudaizare?* Nos natura Iudęi,& nõ ex Gẽ- 15
tibus peccatores.*Scientes autem quòd non 16
iustificatur homo ex operibus legis, nisi per
fidem Iesu Christi : & nos in Christo Iesu D
credimus, vt iustificemur ex fide Christi,&
"Ro.3.e. non ex operibus legis:"propter quod ex ope-
20. ribus legis non iustificabitur omnis caro.
* Quòd si quærentes iustificari in Christo, 17
inuenti sumus, & ipsi peccatores, numquid
Christus peccati minister est? Absit.*Si enim 18
quæ destruxi,iterum hæc ædifico: præuari-
catorem me constituo.* Ego enim per legẽ 19
legi mortuus sum,vt Deo viuã: Christo cõ-
fixus sum cruci.*Viuo autem,iam non ego 20
viuit verò in me Christus. Quòd aũt nunc
viuo in carne:in fide viuo filij Dei, qui di-
lexit me , & tradidit semetipsum pro me,
21 * Non abijcio gratiam Dei. Si enim per le-
gem iustitia , ergo gratis Christus mortuus
est.

CAP. III.

1 O Insensati Galatæ , qui vos fascinauit
A non obedire veritati , ante quorũ ocu-
los Iesus Christus præscriptus est , in vobis
2 crucifixus? * Hoc solum à vobis volo disce-
re: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an
3 ex auditu fidei?*Sic stulti estis,vt cum spiri-
tu cœperitis , nunc carne consummemini?
4 *Tanta passi estis sine causa ? si tamen sine
5 causa. * Qui ergo tribuit vobis Spiritum,&
operatur virtutes in vobis:ex operibus legis
6 an ex auditu fidei?* Sicut scriptum est:" A- "Gen.15
braham credidit Deo, & reputatũ est illi ad b.6.
7 iustitiam.*Cognoscite ergo,quia qui ex fide Rom.4.
B sunt,ij sunt filij Abrahæ.*Prouidens autem a.3.
8 Scriptura quia ex fide iustificat Gẽtes Deus, Iac.2.d.
prænunciauit Abrahæ:" Quia benedicentur 23.
9 in te omnes Gentes.* Igitur qui ex fide sũt, "Gen.12
10 benedicentur cum fideli Abrahã.*Quicun- a.3.
que enim ex operibus legis sunt,sub maledi Eccl.44.
cto sunt. Scriptum est enim: " Maledictus d.20.
oĩs, qui non permanserit in omnibus , quæ "Deu.27
11 scripta sũt in Libro legis vt faciat ea.* Quo- d.26.
niam autem in lege nemo iustificatur apud "Hab.2.
Deum,manifestum est: " quia iustus ex fide a.4.
12 viuit.* Lex autem non est ex fide,sed,"Qui Rom.1.
13 fecerit ea,viuet in illis. * Christus nos rede- b.17.
mit de maledicto legis,factus pro nobis ma "Leu.18.
ledictum : quia scriptum est: " Maledictus a.5.
14 oĩs qui pendet in ligno:* vt in Gentibus be- "Deu.21
nedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu , d.23.
pollicitationem Spiritus accipiamus per fi-
15 dem. * Fratres(secundum hominem dico)
C "tamen hominis cõfirmatum testamentum "Heb.9.
16 nemo spernit,aut superordinat. * Abrahæ d.17.
dictæ sunt promissiones,& semini eius. Nõ
dicit:Et seminibus,quasi in multis:sed quasi
17 in vno:Et semini tuo,q̃ est Christus:*Hoc
autem dico, testamentũ confirmatũ à Deo:
quę post quadringentos,& triginta annos fa
cta est lex , non irritum facit ad euacuandã
18 promissionem. * Nam si ex lege hereditas,
iam non ex promissione. Abrahæ aũt per
19 repromissionem donauit Deus.* Quid igi-
tur lex? Propter trãsgressiones posita est do-
nec veniret semen, cui promiserat,ordinata
20 per angelos in manu mediatoris.* Media-
tor aũt vnius non est : Deus aũt vnus est.
21 * Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit.Si
enim data esset lex , quæ posset viuificare,
22 verè ex lege esset iustitia.*"Sed cõclusit Scri "Rom.3
D ptura omnia sub peccato , vt promissio ex b.9.
23 fide Iesu Christi daretur credẽtibus.*Prius
autem quam veniret fides , sub lege custo-
diebamur conclusi in eã fidẽ , quæ reuelan-
24 da erat. * Itaque lex pędagogus noster fuit
25 in Christo, vt ex fide iustificemur.* At vbi
26 venit fides,iam nõ sumus sub pędagogo. *
Oẽs enim filij Dei estis p̃ fidẽ,q̃ est in Chri-
27 sto Iesu.* " Quicumq.enim in Christo ba- "Rom.6
28 ptizati estis, Christum induistis.* Nõ est Iu- a.3.
dæus,neque Græcus; non est seruus, neque
liber;

liber:non est masculus,neque femina. Om-
nes enim vos vnũ estis in Christo Iesu. * Si 29
autem vos Christi,ergo semen Abrahę estis,
secundum promissionem heredes.

CAP. IV.

DIco autem:Quanto tempore heres par- 1
uulus est,nihil differt à seruo , cum sit A
dñs omnium: * sed sub tutoribus,& acto- 2
ribus est vsq.ad prefinitum tempus à patre:
*ita & nos cum essemus paruuli,sub elemẽ- 3
tis mundi eramus seruientes.* At vbi venit 4
plenitudo temporis,misit Deus Filiũ suũ fa-
ctum ex muliere,factum sub lege, * vt eos, 5
qui sub lege erant, redimeret,vt adoptionẽ
filiorum reciperemus.* Quoniam aũt estis 6
filij, misit Deus Spiritũ filij sui in corda ve-
stra clamantem. Abba, Pater.* Itaq.iam non 7
est seruus,sed filius : Quod si filius,& heres
per Deum.*Sed tunc quidẽ ignorantes Deũ 8
ijs,qui natura nõ sunt dij,seruiebatis. * Nũc 9
autem cum cognoueritis Deum, immo co- B
gniti sitis à Deo:quomodo conuertimini ite-
rum ad infirma , & egena elementa, quibus
denuo seruire vultis? * Dies obseruatis,& 10
menses, & tempora,& annos.*Timeo vos, 11
ne forte sine causa laborauerim in vobis * 12
Estote sicut ego,quia & ego sicut vos: fratres
obsecro vos: Nihil me læsistis.*Scitis aũt q̃a 13
p̃ infirmitatẽ carnis euãgelizaui vobis iam-
pridem:& tentationẽ vestram in carne mea
*non spreuistis,neq.respuistis:sed sicut An- 14
gelum Dei excepistis me,sicut Christum Ie-
sum.* Vbi est ergo beatitudo vestra? Testi- 15
monium enim perhibeo vobis, quia, si fieri
posset,oculos vestros eruissetis,& dedissetis
mihi.* Ergo inimicus vobis factus sum, ve- 16
rum dicens vobis?* Æmulantur vos nõ be- 17
ne: sed excludere vos volũt,vt illos æmule-
mini.* Bonum autem æmulamini in bono 18
semper: & non tantum cum præsens sum a- C
pud vos.* Filioli mei,quos iterum parturio 19
donec formetur Christus in vobis.* Vellem 20
autem esse apud vos modò,& mutare vocẽ
meam quoniam confundor in vobis.*Dici- 21
te mihi qui sub lege vultis esse:legem non le
gistis?* Scriptum est enim: Quoniam Abra- 22
"Gen.16 ham duos filios habuit:" vnum de ancilla,
d.15. "& vnum de libera. * Sed qui de ancilla,se- 23
"Gen.21 cundum carnem natus est: qui autem de li-
22. bera,per repromissionem:*quæ sunt per al- 24
legoriã dicta. Hæc enim sunt duo testamẽ- D
ta, Vnum quidem in monte Sina,in seruitu-
tem generãs:quæ est Agar:*Sina enim mõs 25
est in Arabia, qui coniunctus est ei,quæ nũc
est Ierusalem,& seruit cum filijs suis. * Illa 26
aũt,quæ sursum est Ierusalem , libera est, q̃
"Isa. 54. est mater nostra.*Scriptum est enim:"Lęta- 27
1. re sterilis, quæ non paris: erumpe,& clama,
quæ nõ parturis:quia multi filij desertæ,ma
"Rom.9 gis quam eius,quæ habet virum.*"Nos aũt 28
b.8. fratres secundum Isaac promissionis filij su-
mus.*Sed quõ tunc is,qui secundum carnẽ 29
natus fuerat,persequebatur eum, qui secun-
30 dum spiritum: ita & nunc.* Sed quid dicit
Scriptura? " Eijce ancillam,& filiũ eius:non "Gen.28
31 n.heres erit filius ancillæ cũ filio liberę, * a.16.
Itaque,fratres,non sumus ancillæ filij,sed li-
beræ:qua libertate Christus nos liberauit.

CAP. V.

1 STate , & nolite iterũ iugo seruitutis con- "Act.15.
A tineri.*"Ecce ego Paulus dico vobis:quo a.1.2.
2 niam si circuncidamini . Christus vobis ni-
3 hil proderit. * Testificor autẽ rursus omni
homini circumcidenti se , quoniam debitor
4 est vniuersæ legis faciendæ. * Euacuati estis
à [illegible]sto, qui in lege iustificamini : a gratia
5 [illegible]tis.* Nos enim spiritu ex fide,spem
6 i[illegible]æ expectamus * Nam in Christo Iesu
neque circumcisio aliquid valet, neque præ-
putium : sed fides,quæ per charitatem ope-
7 ratur. * Currebatis bene:quis vos impediuit
B veritati non obedire?* Persuasio hęc nõ est
8 ex eo,qui vocat vos.*" Modicum fermentũ "1. Cor.
9 totam massam corrumpit * Ego confido in 5.b.6.
10 vobis in Domino , quod nihil aliud sapie-
tis:qui autem conturbat vos , portabit iudi-
11 cium,quicumque est ille. * Ego autem,fra-
tres,si circumcisionem adhuc prædico:quid
adhuc persecutionem patior Ergo euacua-
12 tum est scandalum crucis.* Vtinam,& ab-
13 scindantur qui vos conturbant.* Vos enim
in libertatem vocati estis fratres: tantum ne
libertatem in occasionem detis carnis, sed
14 per charitatẽ Spiritus seruite inuicem.*Om
C nis enim lex in vno sermone impletur:"Di- "Leu.19.
15 liges proximum tuum sicut te ipsum. * Qđ d.19.
si inuicem mordetis, & comeditis:videte ne Mat.22.
16 ab inuicem consumamini.* Dico autẽ: Spi- d.39.
ritu ambulate,& desideria carnis non perfi- Rom.13
17 cietis.* Caro enim concupiscit aduersus spi b.8.
ritum:spiritus autem aduersus carnem:hęc 1. Pet.2.
enim sibi inuicem aduersantur:vt non quę- c.11.
18 cumque vultis,illa faciatis.*Quod si spiritu
19 ducimini,non estis sub lege *Manifesta sũt
autem opera carnis,quæ sunt fornicatio,im-
20 munditia,impudicitia,luxuria,* idolorum
seruitus, veneficia,inimicitiæ,contentiones,
21 ęmulationes,irę,rixę,dissensiones,sectę,*in
D uidiæ,homicidia,ebrietates,comessationes,
& his similia,quę prędico vobis,sicut prędi-
xi:quoniam qui talia agunt, regnum Dei nõ
22 consequentur.* Fructus autem Spiritus est:
charitas,gaudium, pax, patientia,benignitas
23 bonitas,longanimitas, * mansuetudo,fides
modestia,cõtinentia,castitas.* Aduersus hu
24 iusmodi non est lex.*Qui autem sunt Chri
sti , carnem suam crucifixerunt cum vitijs,
25 & concupiscentijs.*Si spiritu viuimus,spiri
26 tu & ambulemus.* Non efficiamur inanis
gloriæ cupidi, inuicem prouocantes , inui-
cem inuidentes.

CAP. VI.

1 FRatres,& si pręoccupatus fuerit homo in
A aliquo delicto, vos,qui spirituales estis,
huius-

huiusmodi instruite in spiritu lenitatis,con-
siderans te ipsum, ne & tu tenteris. * Alter 2
alterius onera portate,& sic adimplebitis le-
gem Christi.* Nam si quis existimat se ali- 3
quid esse,cũ nihil sit, ipse se seducit.* Opus 4
auté suum probet vnusquisque, & sic in se-
metipso tantum gloriam habebit, & non in B
"1. Cor. 3.b.8. altero.*" Vnusquisque enim onus suum por 5
tabit.* Communiter autem is,qui catechiza- 6
tur verbo ei,q se cathechizat,in omnibus bo
nis.* Nolite errare: Deus nõ irridetur.* Quę 7
enim seminauerit homo,hæc metet. Quo- 8
niam qui seminat in carne sua, de carne &
metet corruptionem:qui auté seminat in spi
ritu,de spiritu metet vitam æternam.*"Bo- 9
"1.The. 3.c.12. num autem facientes,non deficiamus:tem-
pore enim suo metemus non deficientes.
* Ergo dum tẽpus habemus,operemur bo- 10
C num ad omnes,maximè aũt ad domesticos
11 fidei. * Videte qualibus literis scripsi vobis
12 mea manu.* Quicumq.enim volunt place-
re in carne, hi cogunt vos circũcidi, tantum
vt crucis Christi persecutionem non patian-
13 tur.* Neq.enim qui circũciduntur, legẽ cu-
D stodiunt : sed volunt vos circumcidi, vt in
14 carne vestra glorientur.* Mihi aũt absit glo
riari,nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi : p
quẽ mihi mundus crucifixus est,& ego mũ
15 do.*In Christo enim Iesu neq. circumcisio
aliquid valet,neq.præputium,sed noua crea
16 tura. * Et quicumque hanc regulam secuti
fuerint,pax super illos,& misericordia,& su
17 per Israel Dei.*De cetero nemo mihi mole
stus sit:ego enim stigmata Dñi Iesu in corpo
18 re meo porto. * Gratia Domini nostri Iesu
Christi,cum spiritu vestro, fratres. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD EPHESIOS.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu 1
Christi per voluntatem A
Dei, omnibus sanctis,qui
sunt Ephesi, & fidelib. in
Christo Iesu.* Gratia vo- 2
bis,& pax à Deo Patre no-
stro,& Dño Iesu Christo.
"2. Cor. 1.a.5. 1. Pet.1. a.3. *" Benedictus Deus,& Pater Dñi nostri Iesu 3
Christi,q benedixit nos in omni benedictio
ne spirituali in cælestibus in Christo, * sicut 4
elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ,
vt essemus sancti,& immaculati in conspe-
ctu eius ĩ charitate.* Qui prædestinauit nos 5
in adoptionem filiorum per Iesum Christũ B
in ipsum , secundum propositum volunta-
tis suæ,* in laudem gloriæ suæ,in qua grati- 6
ficauit nos in dilecto filio suo. * In quo ha- 7
bemus redemptionẽ per sanguinẽ eius , re-
missionem peccatorũ secundũ diuitias gra-
tiæ eius,* q̃ superabundauit in nobis in om- 8
ni sapientia,& prudentia:* vt notum faceret 9
nobis sacramentum voluntatis suæ , secun-
dum beneplacitum eius,quod proposuit in
eo.*in dispensatione plenitudinis temporũ 10
instaurare omnia in Christo,quæ in cælis,&
quæ in terra sunt in ipso:* In quo etiam,& 11
nos sorte vocati sumus prædestinati secun-
dum propositum eius , qui operatur omnia
secundum consilium voluntatis suæ:* vt si- 12
mus in laudem gloriæ eius nos,qui ante spe-
rauimus in Christo:* In quo & vos,cum au- 13
dissetis verbum veritatis:(Euangelium salu C
tis vestræ)in quo & credẽtes signati estis Spi
ritu promissionis sancto,*qui est pignus he- 14
reditatis nostræ, in redemptionẽ acquisitio-
15 nis,in laudem gloriæ ipsius. * Propterea,&
ego audiens fidem vestram, quæ est in Do-
mino Iesu,& dilectionem in omnes sanctos
16 * non cesso gratias agens pro vobis,memo-
17 riam vestri faciens in orationibus meis:* vt
Deus,Domini nostri Iesu Christi pater glo-
rię,det vobis spiritum sapientię,& reuelatio
18 nis,in agnitione eius: * illuminatos oculos
cordis vestri , vt sciatis quæ sit spes vocatio-
nis eius,& quæ diuitiæ gloriæ hereditatis e-
19 ius in sanctis,*& quæ sit supereminens ma-
D gnitudo , virtutis eius in nos,qui credimus
"secundum operationem potentiæ virtutis "Inf.3.b.
20 eius,*quam operatus est in Christo,suscitãs 7.
illum à mortuis , & cõstituens ad dexteram
21 suam in cælestibus: * supra omnem princi-
patum & potestatem,& virtutẽ,& domina-
tionem,& omne nomen , quod nominatur
non solum in hoc sæculo,sed etiam in futu-
22 ro.* " Et omnia subiecit sub pedibus eius:& "Psal.8.
ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam c.8.
23 *quę est corpus ipsius,& plenitudo eius,qui
omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II.

1 ET vos,cũ essetis mortui delictis,& pec- Colos.2.
2 catis vestris,* in quibus aliquando am- c.13.
A bulastis secundum sæculum mundi huius,
secundũ principẽ potestatis aeris huius,spi-
ritus, qui nunc operatur in filios diffidẽtiæ,
3 *in quibus & nos omnes aliquando conuer-
sati sumus in desiderijs carnis nostræ,faciẽ-
tes

tes voluntatem carnis, & cogitationũ,& era-
mus natura filij iræ,sicut & ceteri.*Deus au- 4
tẽ , qui diues est in misericordia, propter ni-
miam charitatem suam, qua dilexit nos,* & 5
cum essemus mortui peccatis,conuiuificauit B
nos in Christo,(cuius gratia estis saluati) * & 6
cõresuscitauit , & consedere fecit in cælestib.
in Christo Iesu,* vt ostenderet in sæculis su 7
peruenientibus abundantes diuitias gratiæ
suæ in bonitate super nos in Christo Iesu .
* Gratia enim estis saluati per fidem , & hoc 8
non ex vobis : Dei enim donum est,*non ex 9
operibus,vt ne quis glorietur. * Ipsius enim 10
sumus factura, creati in Christo Iesu in ope-
ribus bonis , quæ præparauit Deus, vt in illis
ambulemus.* Propter quod memores esto- 11
te,q aliquando vos Gentes in carne , qui di- C
cimini præputium ab ea, quæ dicitur, circũ-
cisio in carne,manu facta:*quia eratis illo in 12
tempore sine Christo,alienati à conuersatio-
ne Israel , & hospites testamentorum , pro-
missionis spem non habentes, & sine Deo in
hoc mundo. * Nunc autem in Christo Iesu 13
vos,qui aliquãdo eratis longè, facti estis pro-
pè in sanguine Christi. * Ipse enim est pax 14
nostra , qui fecit vtraque vnum: & medium
parietem macerię soluens, inimicitias in car-
ne sua : * legem mandatorum decretis eua- 15
cuans , vt duos condat in semetipsos in vnũ
nouum hominem faciens pacem, * & recõ- 16
ciliet ambos in vno corpore , Deo per crucẽ , D
interficiens inimicitias in semetipso.* Et ve- 17
niens euangelizauit pacem vobis , qui longè
"Rom.5. a.2. fuistis , & pacem ijs, qui propè, * " quoniam 18
per ipsum habemus accessum ambo in vno
Spiritu ad Patrem.* Ergo iam non estis ho- 19
spites,& aduenæ: sed estis ciues sanctorum ,
& domestici Dei:*superędificati super fun- 20
damentum Apostolorum,& Prophetarum,
ipso summo angulari lapide Christo Iesu:* 21
in quo omnis ædificatio constructa crescit in
templum sanctum in Domino,* in quo vos 22
coædificamini in habitaculũ Dei in spiritu .

CAP. III.

HVius rei gratia,ego Paulꝰ vinctus Chri 1
sti Iesu,pro vobis Gentibus:* si tamen 2
audistis dispensationem gratiæ Dei,quæ da- A
ta est mihi in vobis : * quoniam secundum 3
reuelationem notum mihi factum est sacra-
mentum,sicut supra scripsi in breui: * prout 4
potestis legentes intelligere prudentiam
meam in mysterio Christi : * quod alijs ge- 5
nerationibus non est agnitum filijs homi-
num sicut nunc reuelatum est sanctis Apo-
stolis eius , & Prophetis in Spiritu, * Gentes 6
esse coheredes, & concorporales,& compar-
ticipes promissionis eius in Christo Iesu per
Euangelium : * Cuius factus sum minister 7
Sup.1. secundum donum gratiæ Dei , quæ data est B
d.19. mihi" secundum operationem virtutis eius.
1.Cor. *" Mihi omnium sanctorum minimo data 8
15.b.9. est gratia hæc , in Gentibus euangelizare in-
uestigabiles diuitias Christi , * & illuminare 9
omnes , quæ sit dispensatio sacramenti ab-
scondita à sæculis in Deo,qui omnia creauit,
10 *vt innotescat principatibus,& potestatibus
in cælestibus per Ecclesiam multiformis sa-
11 pientia Dei, * secundum præfinitionem sæ-
culorum , quam fecit in Christo Iesu Domi-
12 no nostro : * In quo habemus fiduciam , &
C accessum in confidentia per fidem eius .
13 * Propter quod peto ne deficiatis in tribula-
tionibus meis pro vobis : quæ est gloria ve-
14 stra. * Huius rei gratia flecto genua mea ad
15 Patrẽ Domini nostri Iesu Christi , * ex quo
omnis paternitas in cælis , & in terra nomi-
16 natur,* vt det vobis secundum diuitias glo-
riæ suæ , virtute corroborari per Spiritũ eius
17 in interiorem hominem , * Christum habi-
tare per fidem in cordibus vestris : in chari-
18 tate radicati , & fundati, * vt possitis cõpre-
hendere cum omnibus sanctis,quę sit latitu-
do,& longitudo,& sublimitas, & profundũ:
19 * scire etiam supereminentem scientiæ cha-
D ritatem Christi , vt impleamini in omnem
20 plenitudinem Dei. * " Ei autem, qui potens
est omnia facere superabundanter,quã peti-
mus , aut intelligimus secundum virtutem ,
21 quæ operatur in nobis:* Ipsi gloria in Eccle-
sia,& in Christo Iesu in omnes generationes
sæculi sæculorum . Amen .

CAP. IV.

1 OBsecro itaque vos ego vinctus in Domi
A no , " vt dignè ambuletis vocatione , "Phil.1.
2 qua vocati estis , * cum omni humilitate , & d.27.
mansuetudine, cum patientia, supportantes 1.Cor.7
3 inuicem in charitate, * " solliciti seruare vni- b.10.
4 tatem Spiritus in vinculo pacis . * Vnũ cor- "Ro.12.
pus , & vnus Spiritus sicut vocati estis in vna c.10.
5 spe vocationis vestræ.* Vnus Dominus,vna
6 fides, vnum baptisma. * " Vnus Deus,& Pa- "Mal.2.
B ter omnium,qui est super omnes,& per om- b.10.
7 nia,& in omnibus nobis. * " Vnicuique autẽ "Ro.12.
nostrum data est gratia secundum mensurã a.3.
8 donationis Christi . * Propter quod dicit : " 1.Cor.
Ascendens in altum,captiuam duxit captiui- 12.b.11.
9 tatem : dedit bona hominibus . * Quod au- 2.Cor.
tem ascendit, quid est, nisi quia & descendit 10.d.15.
10 primum in inferiores partes terræ?* Qui de- " Ps.67.
scendit , ipse est & qui ascendit super omnes. d.19.
11 cælos , vt impleret omnia . * Et ipse dedit
quosdam quidem " Apostolos, quosdam aũt " 1. Cor.
Prophetas, alios verò Euangelistas, alios au- 12.
12 tẽ pastores, & doctores,* ad consummatio-
C nem sanctorũ in opus ministerij, in ædifica-
13 tionẽ corporis Christi : * donec occurramus
omnes in vnitatem fidei , & agnitionis filij
Dei,in virum perfectum, in mensuram æta-
14 tis plenitudinis Christi: * vt iam non simus
paruuli fluctuantes,& circumferamur omni
vento doctrinæ in nequitia hominũ, in astu-
15 tia ad circumuentionem erroris . * Veritatẽ
autem faciẽtes in charitate, crescamus in illo
16 per omnia , qui est caput Christus : * ex quo
D totum corpus compactum,& connexum per
omnem iuncturam subministrationis, secũ-
dum

dum operationem in mẽsuram vniuscuius-
que membri, augmentum corporis facit in
ædificationem sui in charitate. * ″ Hoc igi- 17
tur dico,& testificor in Domino, vt iam non
ambuletis, sicut & Gẽtes ambulant in vani-
tate sensus sui, * tenebris obscuratum habẽ- 18
tes intellectum, alienati à vita Dei per igno-
rantiam, quæ est in illis propter cæcitatẽ cor- E
dis ipsorum. * Qui desperantes, semetipsos 19
tradiderunt impudicitiæ, in operationem
immunditiæ omnis in auaritiam.* Vos au- 20
tem non ita didicistis Christum, * si tamen 21
illud audistis, & in ipso edocti estis sicut est
veritas in Iesu, * ″ deponere vos secundum 22
pristinam conuersationem veterem homi-
nem, qui corrumpitur secundum desideria
erroris. * ″ Renouamini autem spiritu mẽ- 23
tis vestræ, * ″ & induite nouum hominem, 24
qui secundum Deum creatus est in iustitia,
& sanctitate veritatis. * ″ Propter quod de- 25
ponentes mendacium, loquimini veritatem
vnusquisque cum proximo suo: quoniam su
mus inuicem membra. * ″ Irascimini,& no- 26
lite peccare: Sol non occidat super iracundiã F
vestram. * Nolite locum dare diabolo: * ″ 27
qui furabatur, iam nõ furetur: magis autem 28
laboret, operando manibus suis, quod bonũ
est, vt habeat vnde tribuat necessitatem pa-
tienti. * Omnis sermo malus ex ore vestro 29
non procedat: sed si quis bonus ad ædifica-
tionem fidei, vt det gratiam audientibus. * 30
Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei:
in quo signati estis in diem redemptionis. G
* Omnis amaritudo,& ira, & indignatio,& 31
clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum
omni malitia. * ″ Estote autem inuicem be- 32
nigni, misericordes, donantes inuicem sicut,
& Deus in Christo donauit vobis.

″ Ro.1. c.9. ″ Col.3. b.8. ″ Rom.6 a.4. Col.3.b. 12. ″ 1.Pet.2 a.3. ″ Zach.8 c.61. ″ Psal.4. b.5. ″ Iac.4. b.7. ″ Col.3. b.12.

CAP. V.

Estote ergo imitatores Dei, sicut filij cha- 1
rissimi: * ″ & ambulate in dilectione, si- A
cut Christus dilexit nos,& tradidit semetip- 2
sum pro nobis oblationem, & hostiam Deo
in odorem suauitatis. * ″ Fornicatio autem, 3
& omnis immunditia, aut auaritia, nec no-
minetur in vobis, sicut decet sanctos: * aut 4
turpitudo, aut stultiloquium, aut scurilitas,
quæ ad rem non pertinet: sed magis gratia-
rum actio. * Hoc enim scitote intelligentes, 5
quod omnis fornicator, aut immundus, aut B
auarus, quod est idolorum seruitus, non ha-
bet hereditatem in regno Christi, & Dei. * ″ 6
Nemo vos seducat inanibus verbis: propter
hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.
* Nolite ergo effici participes eorum. * Era- 7
tis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux 8
in Domino. Vt filij lucis ambulate:* fructus 9
enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, C
& veritate, * probantes quid sit beneplaci- 10
tum Deo:* & nolite communicare operibus 11
infructuosis tenebrarũ, magis autem redar-
guite. * Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis 12
turpe est,& dicere.* Omnia autem, quæ ar- 13

″ Ioã.13. d.34. & 15.b.12. 1.Ioã.4. d.13. ″ Col.3. a.5. ″ Matt. 24.a.4. Mar.13 a.5. Luc.21. b.8. 2.Thes. 2.a.3.

guuntur, à lumine manifestantur: omne
14 enim, quod manifestatur, lumen est. * Pro-
D pter quod dicit: Surge qui dormis,& exurge
15 à mortuis, & illuminabit te Christus. * Vi-
dete itaque fratres, quomodo cautè ambule-
16 tis ″ non quasi insipientes,* sed vt sapientes:
redimentes tempus, quoniã dies mali sunt.
17 * ″ Propterea nolite fieri imprudentes: sed
18 intelligentes, quæ sit voluntas Dei.* Et noli-
te inebriari vino, in quo est luxuria: sed im-
19 plemini Spiritu sancto, * loquentes vobis-
metipsis in psalmis, & hymnis, & canticis
spiritualibus, cantantes,& psallentes in cor-
20 dibus vestris Domino, * gratias agentes sem
per pro omnibus, in nomine Domini nostri
21 Iesu Christi Deo, & Patri. * Subiecti inuicẽ
22 in timore Christi.* ″ Mulieres viris suis sub-
E ditæ sint, sicut Domino: * ″ quoniam vir ca-
23 put est mulieris, sicut Christus caput est Ec-
24 clesię: Ipse, saluator corporis eius.* Sed sicut
Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres
25 viris suis in omnibus. * ″ Viri diligite vxo-
res vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiã
26 & seipsum tradidit pro ea,* vt illam sancti-
ficaret, mundans lauacro aquæ in verbo vi-
27 tæ, * vt exhiberet ipse sibi gloriosam Eccle-
F siam, non habentem maculam, aut rugam,
aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, &
28 immaculata. * Ita & viri debent diligere
vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorẽ
29 diligit, seipsum diligit. * Nemo enim vn-
quam carnem suam odio habuit: sed nutrit,
& fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam:
30 * quia membra sumus corporis eius, de car-
G ne eius,& de ossibus eius.* ″ Propter hoc re-
31 linquet homo patrem, & matrem suam, &
adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne
32 vna. * Sacramentum hoc magnum est, ego
33 autem dico in Christo, & in Ecclesia. * Ve-
rumtamen, & vos singuli vnusquisque vxo-
rem suam sicut seipsum diligat: vxor autem
timeat virum suum.

″ Col.4. a.5. ″ Rom.13. a.13. 1.Thes.4.a.9. ″ Gen.3. c.16. Col.3.c. 18. ″ 1.Pet.3 a.1. 1.Cor. 11.a.3. ″ Col.3. c.19. ″ Gen.2. d.28. Mat.19. a.5. Mar.10. a.7. 1.Cor. 6.d.16.

CAP. VI.

1 Filij, obedite parentibus vestris in Domi-
2 no: hoc enim iustum est. * ″ Honora pa-
A trem tuũ, & matrem tuam, quod est mãda-
3 tum primũ in promissione:* vt bene sit tibi,
4 & sis longæuus super terram. * Et vos patres
nolite ad iracundiam prouocare filios ve-
stros: sed educate illos in disciplina, & cor-
5 reptione Domini * ″ Serui obedite dominis
carnalibus cum timore, & tremore, in sim-
6 plicitate cordis vestri, sicut Christo:* non ad
oculum seruientes, quasi hominibus placen-
tes, sed vt serui Christi, facientes volũtatem
7 Dei ex animo,* cum bona voluntate seruiẽ-
8 tes, sicut Domino,& non hominibus:* scien-
B tes quoniã vnusquisque, quodcumque fece-
rit bonum, hoc recipiet à Domino, siue ser-
9 uus, siue liber. * Et vos domini eadem faci-
te illis, remittentes minas: scientes quia & il-
lorum, & vester Dominus est in cælis: ″ &
personarum acceptio non est apud eum.
De

″ Col.3. d.20. Exo.20. c.d. Deut.5. c.16. Eccli.3. b.9. Mat.15. a.4. Mar.7. b.10. ″ Col.3. d.20. Tit.2.c. 9. 1.Pet.2. c.18. ″ Deut.10. d.17.

* De cetero fratres confortamini in Domi- 10
no,& in potentia virtutis eius.* Induite vos 11
armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insi-
dias diaboli,* quoniam non est nobis collu- 12
ctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed
aduersus principes, & potestates, aduersus
mundi rectores tenebrarum harum, contra
spiritualia nequitiæ, in cælestibus. * Propte- 13
rea accipite armaturam Dei, vt possitis resi- C
stere in die malo,& in omnibus perfecti sta-
re. * State ergo succincti lumbos vestros in 14
veritate,& induti loricam iustitiæ, * & cal- 15
ceati pedes in præparatione Euangelij pacis
* in omnibus sumẽtes scutum fidei, in quo 16
possitis omnia tela nequissimi ignea extin-
guere: * ″ & galeam salutis assumite: & gla- 17
dium spiritus (quod est verbum Dei) * per 18
omnem orationem, & obsecrationem oran- D

2.Paral. 19.c.7. Iob 34.b 19. Sap.6.b. 8. Eccli.35 b.16. Rom.2. b.11. Col.3. d.15. Act.10. e.34. 1.Pet.1. c.17. ″ Isa.59. e.18.

tes omni tempore in spiritu: & in ipso ″ vi-
gilantes in omni instantia, & obsecratione
19 pro omnibus sanctis: * ″ & pro me, vt detur
mihi sermo in apertione oris mei cum fidu-
cia, notum facere mysterium Euangelij:
20 * pro quo legatione fungor in catena, ita vt
in ipso audeam, prout oportet me, loqui.
21 * Vt autem & vos sciatis quę circa me sunt,
quid agam: omnia vobis nota faciet Tychi-
cus, charissimus frater,& fidelis minister in
22 Domino: * quem misi ad vos in hoc ipsum,
vt cognoscatis, quæ circa nos sunt, & conso-
23 letur corda vestra. * Pax fratribus,& chari-
tas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu
24 Christo. * Gratia cum omnibus, qui dili-
gunt Dominum nostrum Iesum Christum
in corruptione. Amen.

1.Thes. 5.b.18. ″ Col.4. a.2. ″ 2.Thes. 3.a.1.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, & Timotheus 1
serui Iesu Christi, omnibꝰ A
sanctis in Christo Iesu, qui
sunt Philippis, cum episco-
pis,& diaconibus. * Gratia 2
vobis, & pax à Deo Patre
nostro, & Dño Iesu Chri-
sto.* Gratias ago Deo meo 3
in omni memoria vestri, * semper in cunctis 4
orationibus meis pro omnibus vobis, cum
gaudio deprecationem faciens, * super com- 5
municatione vestra in Euangelio Christi à
prima die vsque nunc,* confidens hoc ipsũ, 6
quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet
vsque in diem Christi Iesu, * sicut est mihi 7
iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo qđ B
habeam vos in corde, & in vinculis meis, &
in defensione, & confirmatione Euangelij,
socios gaudij mei omnes vos esse. * Testis 8
enim mihi est Deus, quomodo cupiam om-
nes vos in visceribus Iesu Christi. * Et hoc 9
oro, vt charitas vestra magis ac magis abun-
det in scientia,& in omni sensu: * vt probe- 10
tis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in
diem Christi,*repleti fructu iustitię per Ie- 11
sum Christum, in gloriam, & laudem Dei.
* Scire autem vos volo fratres, quia quæ cir- 12
ca me sunt, magis ad profectum venerunt
Euãgelij:* ita vt vincula mea manifesta fie- 13
rent in Christo in omni prætorio, & in cete-
ris omnibus, * & plures è fratrib. in Dño cõ- 14
fidentes vinculis meis abundantius auderẽt
sine timore verbũ Dei loqui.* Quidam qui- 15
dem,& propter inuidiam, & contentionem: C
quidam autem, & propter bonam volunta-
16 tem Christum prædicant, * quidam ex cha-
ritate scientes quoniam in defensionẽ Euan-
17 gelij positus sum. * Quidam aũt ex conten-
tione Christũ annunciant non sincera, existi-
mãtes pressuram se suscitare vinculis meis.
18 *Quid.n.dũ omni modo siue per occasionẽ,
siue per veritatẽ Christus annuncietur, & in
19 hoc gaudeo, sed & gaudebo. * Scio.n. quia
hoc mihi proueniet ad salutẽ, per vestrã ora
tionẽ,& subministrationẽ Spiritus Iesu Chri
20 sti * secundũ expectationẽ, & spem meam,
quia in nullo cõfundar: sed in omni fiducia:
sicut sẽper & nunc magnificabitur Christus
in corpore meo, siue per vitã, siue per mortẽ.
21 * Mihi.n. viuere Christus est, & mori lu-
22 crũ. * Quod si viuere in carne, hic mihi fru-
D ctus operis, est,& quid eligã ignoro. * Coar-
23 ctor aũt è duobus: desideriũ habẽs dissolui,
24 & esse cũ Christo, multo magis melius:* p-
manere autẽ in carne, necessarium propter
25 vos. * Et hoc confidẽs scio quia manebo,&
permanebo omnibus vobis ad profectũ ve-
26 strum,& gaudium fidei: * vt gratulatio ve-
stra abundet in Christo Iesu in me per meũ
27 aduentum iterum ad vos. * ″ Tantũ dignè
Euangelio Christi conuersamini: vt siue cũ
venero, & videro vos, siue absens audiã de
vobis, quia statis in vno spiritu vnanimes,&
28 collaborantes fidei Euangelij, * & in nullo
terreamini ab aduersarijs: quæ illis est causa
perditionis, vobis autẽ salutis, & hoc à Deo:
29 * quia vobis donatum est pro Christo, non
solum, vt in eum credatis, sed vt etiam pro il
30 lo patiamini: * idẽ certamen habentes, quale
& vidistis in me, & nunc audistis de me.
CAP.

″ Eph.4. a.1. Col.1.b. 10. 1.Thes. 2.c.12.

CAP. II.

SI qua ergo consolatio in Christo, si quod 1
solatium charitatis, si qua societas spiri- A
tus, si qua viscera miserationis: *implete gau- 2
dium meum, vt idem sapiatis, eandẽ chari-
tatem habentes, vnanimes, idipsum sentien-
tes, * nihil per contentionem, neque per ina- 3
nem gloriam: sed in humilitate superiores
sibi inuicem arbitrantes. * non quæ sua sunt 4
singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.
Hoc* enim sentite in vobis, quod & in Chri- 5
sto Iesu: * qui cum in forma Dei esset, non ra- 6
pinam arbitratus est, esse se æqualem Deo:
* sed semetipsum exinaniuit formã serui ac- 7
cipiẽs, in similitudinem hominum factus, &
habitu inuentus, vt homo. * [a] Humiliauit 8
semetipsum factus obediẽs vsq; ad mortem,
mortem autem crucis. * Propter quod, & 9
[b] Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, B
quod est super omne nomen: *[c] vt in nomi- 10
ne Iesu omne genu flectatur cælestium, ter-
restrium, & infernorum, * & omnis lingua 11
confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in
gloria est Dei Patris. * Itaque charissimi mei 12
(sicut semper obedistis:) non, vt in præsen-
tia mei tantum, sed multo magis nunc in ab-
sentia mea, cum metu, & tremore vestram
salutem operamini. * Deus est enim, qui ope- 13
ratur in vobis, & velle, & perficere pro bona
voluntate. *[d] Omnia autem facite sine mur- 14
murationibus, & hæsitationibus: * vt sitis si- 15
ne querela, & simplices filij Dei, sine repre-
hensione in medio nationis prauæ, & per-
uersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in
mundo, * verbum vitæ continentes ad glo- 16
riam meam in die Christi, quia non in va- C
cuum cucurri, neque in vacuum laboraui.
* Sed & si immolor supra sacrificium, & ob- 17
sequium fidei vestræ, gaudeo, & cõgratulor
omnibus vobis. * Idipsum autẽ, & vos gau- 18
dete, & congratulamini mihi. * Spero autem 19
in Domino Iesu, [e] Timotheum me cito mit-
tere ad vos: vt & ego bono animo sim, co-
gnitis, quæ circa vos sunt. * Neminem enim 20
habeo tam vnanimem, qui sincera affectio-
ne pro vobis solicitus sit. * [f] Omnes enim 21
quæ sua sunt quærũt, nõ quę sunt Iesu Chri-
sti. * Experimentum autem eius cognosci- 22
te, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in
Euangelio. * Hunc igitur spero me mittere 23
ad vos, mox, vt videro, quæ circa me sunt.
* Confido autem in Domino quoniã, & ip- 24
se veniam ad vos citõ. * Necessarium autẽ 25
existimaui Epaphroditum fratrem, & coo-D
peratorem, & commilitonẽ meum, vestrum
autem apostolum, & ministrum necessitatis
meæ, mittere ad vos: * quoniam quidẽ om- 26
nes vos desiderabat: & mœstus erat propte-
rea, quod audierat is illum infirmatũ. * Nã 27
& infirmatus est vsq; ad mortem: sed Deus
misertus est eius: non solum autem eius, ve-
rum etiã, & mei, ne tristitiam super tristitiã
haberem. * Festinantius ergo misi illum, vt 28
viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia
29 sim: * Excipite itaque illum cum omni gau-
dio in Domino, & eiusmodi cum honore
30 habete. * quoniã propter opus Christi vs-
que ad mortem accessit, tradens animam
suam vt impleret id, quod ex vobis deerat
erga meum obsequium.

CAP. III.

1 DE cetero fratres mei gaudete in Domi
A no. Eadem vobis scribere, mihi quidẽ
2 non pigrum: vobis autem necessarium. * vi-
dete canes, videte malos operarios, videte
3 concisionem. * Nos.n. sumus circũcisio, qui
spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Chri
sto Iesu, & nõ in carne fiduciam habentes,
4 * quamquam ego habeam confidentiam, &
in carne. Si quis alius videtur confidere in
5 carne, ego magis, * circumcisus octauo die,
ex genere Israel, de tribu Beniamin. He-
bræus ex Hebræis [g] secundum legem Phari- [g] Act. 22. b. 6.
6 sæus, * secundum æmulationem persequẽs
Ecclesiam Dei, secundum iustitiam, quæ in
7 lege est, conuersatus sine querela. * Sed quæ
B mihi fuerũt lucra, hæc arbitratus sum pro-
8 pter Christum detrimenta. * Verumtamen
existimo omnia detrimentum esse propter
eminentem scientiam Iesu Christi Domini
mei: propter quem omnia detrimentũ feci,
& arbitror vt stercora, vt Christum lucrifa-
9 ciam, * & inueniar in illo non habens meam
iustitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex
fide est Christi Iesu: quæ ex Deo est iustitia
10 in fide * ad cognoscendum illum, & virtu-
C tem resurrectionis eius, & societatem pas-
11 sionum illius: configuratus morti eius: * si
quo modo occurram ad resurrectionem,
12 quæ est ex mortuis: * non quod iam accepe-
rim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si
quomodo comprehendam, in quo & com-
13 prehensus sum à Christo Iesu. * Fratres, ego
me non arbitrõr comprehendisse. Vnũ au-
tem, quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad
ea verò, quæ sunt priora, extẽdẽs meipsum,
14 * ad destinatum persequor, ad brauium su-
15 pernæ vocationis Dei in Christo Iesu. * Qui
cumque ergo perfecti sumus, hoc sẽtiamus
& si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus re-
16 uelabit. * Verumtamen ad quod peruenis-
D mus vt idem sapiamus, & in eadem perma-
17 neamus regula. * Imitatores mei estote fra-
tres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut
18 habetis formam nostram. * [h] Multi enim [h] Ro. 16. a. 1.
ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc
autem, & flens dico) inimicos crucis Chri-
19 sti: * quorum finis interitus: quorum Deus
venter est: & gloria in confusione ipsorum,
20 qui terrena sapiunt. * Nostra autem con-
uersatio in cælis est: vnde etiam Saluatorem
expectamus Dominum nostrũ Iesum Chri
21 stum, * qui reformabit corpus humilitatis
nostræ, configuratum corpori claritatis suæ
secundum operationem, qua etiam possit
subijcere sibi omnia.

CAP.

CAP. IV.

ITaque fratres mei charissimi, & desidera- 1
tissimi, gaudiũ meũ, & corona mea: sic A
state in Domino charissimi. * Euodiã rogo, 2
& Syntichẽ deprecor idipsum sapere in Do-
mino: * Etiam rogo, & te germane compar, 3
adiuua illis, quæ mecum laborauerunt in Eu-
angelio cum Clemente, & ceteris adiutori-
bus meis, quorum nomina sunt in libro vi-
tæ. * Gaudete in Domino semper, iterum di- 4
co gaudete. * Modestia vestra nota sit omni- 5
bus hominibus: Dominus propè est. * Nihil 6
soliciti sitis: sed in omni oratione, & obse- B
cratione, cum gratiarum actione petitiones
vestræ innotescãt apud Deum. * Et pax Dei, 7
quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda
vestra, & intelligentias vestras in Christo Ie-
su. * De cetero fratres, quęcumque sunt vera, 8
quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæ
cumque sancta, quæcumque amabilia, quæ-
cũque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus
disciplinæ, hæc cogitate. * Quæ & didicistis, 9
& accepistis, & audistis, & vidistis in me hæc C
agite: & Deus pacis erit vobiscum. * Gauisus 10
sum autem in Domino vehementer, quoniã
tandem aliquando reflorustis pro me senti-
re, sicut & sentiebatis: occupati autẽ eratis.
11 * Non quasi propter penuriam dico, ego e-
nim didici, in quibus sum, sufficiens esse.
12 * Scio & humiliari, scio & abundare: (vbi-
que & in omnibus institutus sum) & satia-
ri, & esurire, & abundare, & penuriam pati.
13 * omnia possum in eo, qui me confortat.
14 * Verumtamen bene fecistis, cõmunicantes
15 tribulationi meæ. * Scitis autem, & vos Phi-
D lippenses, quod in principio Euangelij, quan-
do profectus sum à Macedonia, nulla mihi
Ecclesia communicauit in ratione dati, & ac-
16 cepti, nisi vos soli: * quia & Thessalonicã se-
17 mel, & bis in vsum mihi misistis. * Nõ quia
quæro datum, sed requiro fructum abundan
18 tem in ratione vestra. * Habeo autem om-
nia, & abundo: repletus sum, acceptis Epa-
phrodito quæ misistis odorem suauitatis
19 hostiã acceptam, placentem Deo. * [a] Deus [a] Ro. 16. c. 17.
autem meus impleat omne desiderium ve-
strum secundum diuitias suas in gloria in
20 Christo Iesu. * Deo autem, & Patri nostro
21 gloria in sæcula sæculorum: Amen. * Salua-
22 te omnem sanctum in Christo Iesu. * Salu-
tant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant
vos omnes sanẽti, maximè autem, qui de Cæ-
23 saris domo sunt. * Gratia Domini nostri Ie-
su Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD COLOSSENSES.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Iesu Chri 1
sti per voluntatem Dei, & A
Timotheus frater: * eis, qui 2
sunt Colossis, sanctis, & fi-
delibus fratribus in Christo Iesu. * Gratia vobis, & 3
pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gra-
tias agimus Deo, & Patri Domini nostri Iesu
Christi semper pro vobis orantes: * audien- 4
tes fidem vestrã in Christo Iesu, & dilectio-
nem, quam habetis in sanctos omnes * pro- 5
pter spem, quæ reposita est vobis in cælis: quã
audistis in verbo veritatis Euangelij: * quod 6
peruenit ad vos, sicut, & in vniuerso mũdo
est, & fructificat, & crescit sicut in vobis, ex ea
die, qua audistis, & cognouistis gratiam Dei
in veritate, * sicut didicistis ab Epaphra cha- 7
rissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro
vobis minister Christi Iesu, * qui etiam ma- 8
nifestauit nobis dilectionem vestram in spi- B
ritu: * ideo & nos ex qua die audiuimus, nõ 9
cessamus pro vobis orantes, & postulantes
vt impleamini agnitione voluntatis eius, in
omni sapientia, & intellectu spiritali, * vt 10
ambuleris dignè Deo per omnia placentes:
in omni opere bono sanctificantes, & cresce-
11 tes in scientia Dei: * in omni virtute confor-
tati secundum potentiam charitatis eius in
omni patientia, & longanimitate cum gaudio
12 * gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos
fecit in partem sortis sanctorum in lumine:
13 * qui eripuit nos de potestate tenebrarum, &
transtulit in regnum filij dilectionis suæ,
14 * in quo habemus redemptionem per san-
15 guinem eius remissionem peccatorum: * qui
est imago Dei inuisibilis: primogenitus om-
16 nis creaturæ: * [a] quoniam in ipso condita [a] Ioan. 1. a. 3.
C sunt vniuersa in cælis, & in terra visibilia, &
inuisibilia, siue throni, siue dominationes,
siue principatus, siue potestates omnia per ip-
17 sum, & in ipso creata sunt. * & ipse est ante
18 omnes, & omnia in ipso constant. * Et ipse
est caput corporis Ecclesiæ, [a] qui est principiũ, [a] 3. Cor. 15. c. 21. Apoc. 1. b. 5.
primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus
19 ipse primatum tenens, * quia in ipso com-
placuit, omnem plenitudinem inhabitare,
20 * & per eum reconciliare omnia in ipsum,
pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę
21 in terris, siue quæ in cælis sunt. * Et vos cum

effetis aliquando alienati, & inimici sensu
in operibus malis: *nunc autem reconciliauit 22
in corpore carnis eius per mortem, exhibere
vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensi-
biles coram ipso: * si tamen permanetis in 23
fide fundati, & stabiles, et immobiles à spe E-
uangelij, quod audistis, quod prædicatũ est in
vniuersa creatura, quæ sub cælo est, cuius fa-
ctus sum ego Paulus minister. * Qui nunc D
gaudeo in passionibus pro vobis, & adim- 24
pleo ea, quæ desunt passionum Christi in car
ne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia: * 25
cuius factus sum ego minister secundum di-
spensationem Dei, quæ data est mihi in vos,
vt impleam verbum Dei: *mysteriũ, quod 26
absconditum fuit à sæculis, & generationibus,
nunc autem manifestatum est sanctis eius: * 27
quibus voluit Deus notas facere diuitias glo-
riæ sacramenti huius in Gentibus, quod est
Christus, in vobis spes gloriæ, *quem nos an- 28
nunciamus, corripientes omnem hominẽ, &
docentes omnem hominem, in omni sapiẽ-
tia, vt exhibeamus omnem hominem perfe-
ctum in Christo Iesu, * in quo, & laboro, cer 29
tando secundum operationem eius, quam
operatur in me in virtute.

CAP. II.

VOlo enim vos scire qualem solicitudi- 1
nem habeam pro vobis, & pro ijs, qui A
sunt Laodiceæ, & quicumque non viderũt fa
ciem meam in carne, * vt consolentur corda 2
ipsorũ, instructi in charitate, & in omnes di-
uitias plenitudinis intellectus, in agnitionem
mysterij Dei Patris, & Christi Iesu: * in quo 3
sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ ab
sconditi. * Hoc autem dico, vt nemo vos de- 4
" 1. Cor. cipiat in sublimitate sermonum. *" Nam etsi 5
5.a.3 corpore absens sum, sed spiritu vobiscũ sum:
gaudens, & videns ordinem vestrum, & fir-
mamentum eius, quæ in Christo est fidei ve
stræ. * Sicut ergo accepistis Iesum Christum 6
Dominum, in ipso ambulate, *radicati: & su- 7
perædificati in ipso, & confirmati fide, sicut, B
& didicistis, abundantes in illo in gratiarum
actione. * Videte ne quis vos decipiat per 8
philosophiam, & inanem fallaciam secũdum
traditionem hominum, secũdum elementa
mundi, & non secũdum Christum: *quia in 9
ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter: *& estis in illo repleti, qui est ca- 10
put omnis principatus, & potestatis. *in quo, 11
& circumcisi estis circumcisione nõ manu fa- C
cta in expoliatione corporis carnis, sed in cir-
cumcisione Christi. * consepulti ei in baptis- 12
mo, in quo, & resurrexistis per fidem opera-
" Eph.2. tionis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. * " 13
a.1. Et vos cum mortui essetis in delictis, & præ-
putio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo,
donans vobis omnia delicta * delens quod 14
aduersus nos erat chirographũ decreti, quod
erat contrarium nobis, & ipsum tulit de me-
dio, affigens illud cruci; * & expolians princi- 15
patus, & potestates traduxit confidenter, pa-
16 lam triumphans illos in semetipso. * Nemo
ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in
parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbato-
17 rum: * quæ sunt vmbra futurorum corpus
18 autem Christi: * " Nemo vos seducat, volẽs " Mat.
D in humilitate, & religione angelorum, quæ a.4.
non vidit ambulans, frustra inflatus sensu
19 carnis suæ, * & non tenens caput, ex quo to-
tum corpus per nexus, & coniunctiones sub-
ministratum, & constructum crescit in aug-
20 mentum Dei. * Si ergo mortui estis cũ Chri-
sto ab elementis huius mundi: quid adhuc
21 tamquam viuentes in mundo decernitis? *
Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque con-
22 trectaueritis: * quæ sunt omnia in interitum
ipso vsu, secundum præcepta, & doctrinas
23 hominum: * quæ sunt rationem quidem ha-
bentia sapientiæ in superstitione, & humili-
tate, & non ad parcendum corpori, non in
honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAP. III.

1 IGitur, si consurrexistis cum Christo: quæ
A sursum sunt quærite, vbi Christus est in
2 dextera Dei sedens: *quę sursum sunt sapite,
3 non quæ super terram. * Mortui enim estis,
& vita vestra est abscondita cum Christo in
4 Deo. * Cum Christus apparuerit, vita vestra:
tunc, & vos apparebitis, cum ipso in gloria.
5 *" Mortificate ergo membra vestra, quę sunt " Eph. 5.
super terram: fornicationem, immunditia, li- a.3.
bidinem, concupiscentiam malam, & auari-
6 tiam, quæ est simulacrorum seruitus: * pro-
pter quæ venit ira Dei super filios incredu-
7 litatis: * in quibus & vos ambulastis aliquan-
8 do, cum viueretis in illis. *" Nunc autem de- " Rom.6.
B ponite, & vos omnia: iram, indignationem, a.4.
malitiam, blasphemiam, turpem sermonem Eph. 4.e
9 de ore vestro. * Nolite mentiri inuicem, expo 23.
liantes vos veterem hominem cum actibus Heb.12.
10 suis, * & induentes nouũ eum, qui renoua- a.1.
tur in agnitionem secundum imaginẽ eius, 1.Pet.2.
11 qui creauit illum, *vbi nõ est Gentilis, & Iu- a.1.&4.
dæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, a.1.
& Scytha, seruus, & liber: sed omnia, & in om
12 nibus Christus: * "Induite vos ergo sicut " Eph.4.
electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericor- b.12.
diæ, benignitatem, humilitatem, modestia,
13 patientiam. * supportantes inuicem, & do-
C nantes vobismetipsis si quis aduersus aliquẽ
habet querelam: sicut & Dominus donauit
14 vobis, ita & vos * Super omnia autem hæc
charitatem habete, quod est vinculum perfe-
15 ctionis: * & pax Christi exultet in cordibus
vestris, in qua, & vocati estis in vno corpore
16 & grati estote. * Verbum Christi habitet in
vobis abundanter, in omni sapientia, docen-
tes, & commonentes vosmetipsos, psalmis,
hymnis, & cãticis spiritualibus, in gratia can-
17 tantes in cordibus vestris Deo. * " Omne, " 2.Cor.
quodcumque facitis in verbo, aut in opere, 10.g.31.
omnia in nomine Domini Iesu Christi, gra- " Eph.5.
18 tias agentes Deo, & Patri per ipsum, *" Mu- e.21.
lieres

lieres subditæ estote viris, sicut oportet, in
Domino * Viri diligite vxores vestras, & no 19
Pet.2. lite amari esse ad illas. *" Filij obedite paren- 20
1. tibus per omnia: hoc enim placitum est in D
Eph. 6. Domino. *" Patres, nolite ad indignationem 21
1. prouocare filios vestros, vt nõ pusillo animo
Eph. 6. fiant. * Serui obedite per omnia dominis car 22
4. nalibus, non ad oculum seruientes, quasi ho-
Tit.2.c. minibus placentes, sed in simplicitate cordis,
9. timentes Deum. * Quodcumque facitis, ex 23
Pet.2.c animo operamini sicut Domino, & non ho-
8. minibus: * scientes quod à Domino accipietis 24
Rom.2 retributionem hereditatis. Domino Christo
11. seruite, *" qui enim iniuriam facit, recipiet id, 25
quod iniquè gessit: & non est personarum ac-
ceptio apud Deum.

CAP. IV.

DOmini, quod iustum est, & æquum, ser- 1
uis præstate: scientes quod, & vos Domi- A
Luc.18. num habetis in cælo. *" Orationi instate, vigi- 2
a.1. lantes in ea in gratiarum actione: * " orantes 3
1.The. simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis o-
5.d.17. stium sermonis ad loquendum mysterium
Eph.6.c. Christi (propter quod etiã vinctus sum) * vt 4
18. manifestẽ illud ita vt oportet me loqui. * " In 5
1.Th. 3. sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt: tẽ-
a.1. pus redimentes. * Sermo vester semper in 6
Eph. 5. gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo B
b.15. oporteat vos vnicuique respondere. * Quæ 7
circa me sunt, omnia vobis nota faciet Ty-
chicus charissimus frater, & fidelis minister,
8 & cõseruus in Domino: * quem misi ad vos
ad hoc ipsum vt cognoscat, quę circa vos sũt,
9 & consoletur corda vestra. * Cum Onesimo
charissimo, & fideli fratre, qui ex vobis est.
Omnia, quæ hic aguntur, nota faciẽt vobis.
10 * Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus,
C & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo ac-
cepistis mandata: si venerit ad vos, excipite il
11 lum: * & Iesus, qui dicitur Iustus: qui sunt ex
circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in
12 regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. * Salutat
vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Chri-
sti Iesu, semper solicitus pro vobis in oratio-
nibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni vo-
13 luntate Dei. * Testimonium enim illi perhi-
D beo quod habet multum laborem pro vobis,
& pro ijs, qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapo-
14 li. * Salutat vos Lucas medicus charissimus, 2.Tim.4
15 & Demas * Salutate fratres, qui sunt Laodi- a.1.
ceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est,
16 Ecclesiam. * Et cum lecta fuerit apud vos
epistola hæc, facite vt & in Laodicensium
Ecclesia legatur: & eam, quæ Laodicensium
17 est, vos legatis. * Et dicite Archippo. Vide
ministerium, quod accepisti in Domino, vt il
18 lud impleas. * Salutatio mea, manu Pauli.
Memores estote vinculorum meorum. Gra-
tia vobiscum. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD THESSALONICENSES I.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, & Siluanus, & 1
Timotheus Ecclesię Thes- A
salonicensium in Deo Pa-
tre, & Domino Iesu Chri
sto. * Gratia vobis, & pax. 2
Gratias agimus Deo sem-
per ꝓ omnibus vobis me- B
moriam vestri facientes in
orationibus nostris sine intermissione, * me- 3
mores operis fidei vestræ, & laboris, & chari-
tatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu
Christi, ante Deum, & Patrẽ nostrum: * scien 4
tes fratres, dilecti à Deo, electionẽ vestram:
* quia Euangelium nostrum non fuit ad vos 5
in sermone tãtum, sed & in virtute, & in Spi-
ritu sancto, & in plenitudine multa, sicut sci-
tis quales fuerimus in vobis propter vos. * Et 6
vos imitatores nostri facti estis, & Domini,
excipientes verbũ in tribulatione multa, cum
gaudio Spiritus sancti: * ita vt facti sitis for- 7
ma omnibus credẽtibus in Macedonia, & in
Achaia. * A vobis enim diffamatus est sermo 8
D Dñi, non solum in Macedonia, & in Achaia,
sed, & in omni loco fides vestra, quæ est ad
Deũ, profecta est, ita vt non sit nobis necesse
9 quidquam loqui. * Ipsi enim de nobis annũ-
ciant qualem introitum habuerimus ad vos.
& quomodo conuersi estis ad Deum à simu-
10 lacris, seruire Deo viuo, & vero, * & expecta-
re Filium eius de cælis (quem suscitauit ex
mortuis) Iesũ, qui eripuit nos ab ira ventura.

CAP. II.

1 NAm ipsi scitis, fratres, introitum nostrũ
A ad vos, quia non inanis fuit: * sed ante
2 passi, & " contumelijs affecti (sicut scitis) in " Act.16.
Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro d.19.
loqui ad vos Euangelium Dei in multa soli-
3 citudine: * Exhortatio enim nostra non de
errore, neque de immunditia, neque in dolo,
4 * sed sicut probati sumus à Deo, vt credere-
tur nobis Euangelium: ita loquimur nõ qua-
si hominibus placentes, sed Deo, qui pro-

bat corda nostra. * Neque enim aliquando 5
fuimus in sermone adulationis, sicut scitis :
neque in occasione auaritiæ : Deus testis est :
* nec quærentes ab hominibus gloriam , ne- 6
que à vobis, neque ab alijs. * Cum possemus B
vobis oneri esse, vt Christi Apostoli: sed facti 7
sumus paruuli in medio vestrum, tamquam
si nutrix foueat filios suos: * Ita desiderantes 8
vos, cupidè volebamus tradere vobis non so-
lum Euangelium Dei, sed etiam animas no-
stras: quoniam charissimi nobis facti estis . * 9
Memores enim estis fratres laboris nostri, &
"Act.20. g.34. 1.Cor.4. c.12. 2. Thes. 3.b.8.
fatigationis: "nocte, ac die operantes, ne quem
vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis
Euangelium Dei. * Vos testes estis, & Deus 10
quam sanctè, & iustè, & sine querela , vobis C
qui credidistis, fuimus , * sicut scitis, qualiter 11
vnumquemque vestrum , (sicut pater filios
suos) * deprecantes vos, & cõsolantes, testifi- 12
cati sumus , vt ambularetis dignè Deo, qui
vocauit vos in suum regnum, & gloriam. * 13
Ideò & nos gratias agimus Deo sine inter-
missione : quoniam cum accepissetis à nobis
verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt
verbum hominum, sed (sicut est verè) verbũ
Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis, * vos 14
enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarũ
Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia
eadem passi estis , & vos à contribulibus ve-
stris, sicut & ipsi à Iudæis: * qui & Dominũ 15
occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos per- D
secuti sunt , & Deo non placent, & omnibus
hominibus aduersantur, * prohibentes nos 16
Gentib. loqui, vt saluæ fiant, vt impleant pec-
cata sua semper: peruenit enim ira Dei super
illos, vsque in finem. * Nos autem fratres de- 17
solati à vobis ad tempus horæ, aspectu non
corde, abundantius festinauimus faciem ve-
stram videre cum multo desiderio, * quoniã 18
voluimus venire ad vos : ego quidem Pau-
lus, & semel, & iterum, sed impediuit nos sa-
tanas. * Quæ est enim nostra spes, aut gau- 19
dium , aut corona gloriæ ? Nonne vos ante
Dominum nostrum Iesum Christum eius
in aduentum eius? * vos enim estis gloria no- 20
stra , & gaudium .

CAP. III.

"Act.16. a.1.
PRopter, quod non sustinentes amplius , 1
placuit nobis remanere Athenis, solis: "& A
misimus Timotheum fratrem nostrum, * & 2
ministrum Dei in Euangelio Christi ad con-
firmandos vos, & exhortandos pro fide ve-
stra: * vt nemo moueatur in tribulationibus 3
istis: ipsi enĩ scitis, quod in hoc positi sumus .
* Nam & cum apud vos essemus, prædiceba- 4
mus vobis passuros nos tribulationes, sicut B
& factum est, & scitis. * Propterea, & ego am- 5
plius non sustinens , misi ad cognoscendam
fidem vestram: ne fortè tentauerit vos is, qui
tentat, & inanis fiat labor noster. * Nunc au- 6
tem veniente Timotheo ad nos à vobis, &
annunciante nobis fidem, & charitatem ve-
stram, & quia memoriam nostri habetis bo-
nam, semper desiderantes nos videre , sicut
7 & nos quoq. vos: * ideò consolati sumus fra-
C tres in vobis in omni necessitate , & tribula-
8 tione nostra per fidem vestram , * quoniam
9 nunc viuimus, si vos statis in Domino. * Quã
enim gratiarum actionẽ possumus Deo re-
tribuere pro vobis in omni gaudio, quo gau-
10 demus propter vos ante Deum nostrum , *
nocte ac die abundantius orantes , vt videa-
mus faciem vestram, & compleamus ea, quæ
11 desunt fidei vestræ? * Ipse autẽ Deus & Pa-
D ter noster, & Dominus noster Iesus Christus
12 dirigat viam nostram ad vos. * Vos autem
Dominus multiplicet, & abũdare faciat cha-
ritatem vestram in inuicem, & in oẽs quem-
13 admodum & nos in vobis: * ad confirman-
da corda vestra sine querela in sanctitate ,
ante Deum , & Patrem nostrum in aduentu
Domini nostri Iesu Christi cum omnibus
sanctis eius. Amen.

CAP. IV.

1 A DE cetero ergo, fratres, rogamus vos , &
obsecramus in Domino Iesu, vt quem-
admodũ accepistis à nobis quomodo opor-
teat vos ambulare, & placere Deo, sic & am-
2 buletis vt abundetis magis. Scitis enim, quæ
præcepta dederim vobis per Dominum Ie-
"Ro 11. a.2. Eph.5. d.17.
3 sum. * "Hæc est enim voluntas Dei, sanctifi-
catio vestra : vt abstineatis vos à fornicatio-
4 ne, * vt sciat vnusquisque vestrum vas suum
5 possidere in sanctificatione, & honore: * non
in passione desiderij, sicut & Gentes, quæ i-
6 gnorant Deum: * & ne quis supergrediatur :
B neque circumueniat in negocio fratrem suũ:
quoniam vindex est Dominus de his omni-
bus, sicut prædiximus vobis, & testificati su-
7 mus, * non enim vocauit nos Deus in immũ-
8 ditiam, sed in sanctificationem. * Itaque qui
hæc spernit, non hominem spernit , sed Deũ
qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in
9 nobis. * De charitate autem fraternitatis non
"Io.13.d. 34.&15. b.17. 1.Io.2.b. 10.&4. d.13.
necesse habemus scribere vobis: " ipsi .n. vos
10 à Deo didicistis, vt diligatis inuicem. * Ete-
nim illud facitis in omnes fratres in vniuer-
sa Macedonia . Rogamus autem vos fratres
11 vt abundetis magis, * & operã detis vt quie-
C ti sitis, & vt vestrũ negocium agatis , & ope-
remini manib. vestris, sicut præcepimus vo-
bis: & vt honestè ambuletis ad eos, qui foris
12 sunt: & nullius aliquid desideretis. * Nolu-
mus autem vos ignorare fratres de dormiẽ-
tibus , vt non contristemini sicut , & ceteri,
13 qui spem non habent : * Si enim credimus,
quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita &
Deus eos, qui dormierunt per Iesum, addu-
14 cet cum eo. * Hoc enim vobis dicimus in ver
"1. Cor. 15.d.51.
bo Domini, " quia nos, qui viuimus, qui resi-
dui sumus in aduẽtum Domini , nõ præue-
15 niemus eos, qui dormierunt. * Quoniam ip-
D se Dominus in iussu, & in voce Archangeli ,
& in tuba Dei descendet de cælo: & mortui,
16 qui in Christo sunt, resurgent primi. * Dein-
de nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul
rapie-

mur cũ illis in nubibus obuiam Chri-
sto in aera , & sic semper cum Domino eri-
mus. * Itaque consolamini inuicem in verbis 17
istis .

CAP. V.

DE temporibus autem, & momentis fra- 1
tres non indigetis, vt scribamus vobis. A
"2.Pet.3. b.10. Apoc. 3. a.3.& 16 c.15.
"Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, 2
sicut fur in nocte, ita veniet, * cum enim dixe- 3
rint pax, & securitas: tunc repentinus eis su-
perueniet interitus sicut dolor in vtero ha-
benti, & non effugient. * Vos autem fratres 4
non estis in tenebris, vt vos dies illa tamquã
fur comprehendat: * omnes enim vos filij lu- 5
cis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque
tenebrarum . * Igitur non dormiamus sicut 6
& ceteri, sed vigilemus, & sobrij simus. * Qui 7
enim dormiunt, nocte dormiũt: & qui ebrij
sunt, nocte ebrij sunt. * Nos autem, qui diei 8
"Isa.59. c.17. Eph.6.c. 16.
sumus, sobrij simus, "induti loricam fidei, & B
charitatis, & galeam spem salutis: * quoniam 9
non posuit nos Deus in iram , sed in acquisi-
tionem salutis per Dominum nostrum Iesũ
Christum, * qui mortuus est pro nobis: vt si- 10
ue vigilemus, siue dormiamus, simul cum il-
lo viuamus. * Propter quod consolamini in- 11
uicem: & ædificate alterutrum sicut, & faci-
12 tis. * Rogamus autem vos fratres, vt noue-
C ritis eos, qui laborãt inter vos, & præsunt vo-
13 bis in Domino: & monent vos, * vt habeatis
illos abundantius in charitate propter opus
14 illorum: pacem habete cum eis. * Rogamus
autem vos fratres, corripite inquietos, conso-
lamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiẽ-
15 tes estote ad omnes. * " Videte ne quis ma-
"Pro.17. c.13. & 20.d.22. Ro.12.d 17. 1. Pet.3. b.9. Eccl.28. c.22. "Luc.18 a.1. Colos.4. a.2. "1. Cor. 1.b.9.
lum pro malo alicui reddat : sed semper
quod bonum est sectamini in inuicem , &
16 in omnes. * Semper gaudete. * " Sine inter-
17 missione orate. * In omnibus gratias agite:
18 hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu
19 in omnibus vobis. * Spiritum nolite extin-
20 guere. * Prophetias nolite spernere. * Omnia
21 autem probate: quod bonum est tenete. *
22 Ab omni specie mala abstinete vos. * Ipse
23 autem Deus pacis sanctificet vos per om-
D nia: vt integer spiritus vester, & anima, &
corpus sine querela in aduentu Domini no-
24 stri Iesu Christi seruetur. * " Fidelis est, qui
25 vocauit vos: qui etiam faciet. * Fratres orate
26 pro nobis * Salutate fratres omnes in osculo
27 sancto. * Adiuro vos per Dominum , vt le-
gatur epistola hæc omnibus sanctis fratrib.
28 * Gratia Domini nostri Iesu Christi vobis-
cum. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD THESSALONICENSES II.
CAPVT PRIMVM.

PAulus, & Siluanus, & Timo- 1
theus: Ecclesiæ Thessaloni- A
censium in Deo Patre no-
stro, & Dño Iesu Christo. * 2
Gratia vobis , & pax à Deo
patre nostro , & Dño Iesu
Christo. * Gratias agere de- 3
bemus semper Deo, pro vo-
bis, fratres, ita vt dignum est, qm̃ supercre-
scit fides vestra, & abundat charitas vniuscu-
iusq. vestrum in inuicem: * ita vt, & nos ipsi 4
in vobis gloriemur in Ecclesijs Dei, pro patiẽ- B
tia vestra, & fide, & in omnibus persecutio-
nibus vestris, & tribulationibus, quas sustine-
tis * in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni 5
habeamini in regno Dei, pro quo, & patimini,
* si tamen iustum est apud Deum retribuere 6
tribulationem ijs, qui vos tribulant: * & vobis, 7
qui tribulamini, requiem nobiscum in reue- C
latione Domini Iesu de cælo cum angelis vir-
tutis eius, * in flamma ignis dantis vindictã 8
ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obe-
diunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi
* qui pœnas dabunt in interitu æternas à fa- 9
cie Domini, & à gloria virtutis eius: * cum 10
venerit glorificari in sanctis suis, & admira- D
bilis fieri in omnibus, qui crediderunt, quia
creditum est testimonium nostrũ super vos
11 in die illo. In quo etiam oramus semper pro
vobis : vt dignetur vos vocatione sua Deus
noster, & impleat omnem voluntatem boni-
12 tatis, & opus fidei in virtute, * vt clarificetur
nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis ,
& vos in illo secundum gratiam Dei nostri ,
& Domini Iesu Christi .

CAP. II.

1 A ROgamus autem vos fratres per aduen-
tum Domini nostri Iesu Christi, & no-
2 stræ congregationis in ipsum : * vt non citò
moueamini à vestro sensu, neque terreami-
ni, neque per spiritum, neque per sermonẽ,
neque per epistolam tamquam per nos mis-
"Eph.5. b.9.
3 sam, quasi instet dies Domini. "* Ne quis vos
seducat vllo modo: quoniam nisi venerit di-
scessio primũ, & reuelatus fuerit homo pec-
B cati, filius perditionis, * qui aduersatur, & ex
4 tollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut
quod colitur, ita vt in tẽplo Dei sedeat osten-

dens se tamquam sit Deus. * Non retinetis 5
quod cum adhuc essem apud vos, hæc dice-
bam vobis? * Et nunc quid detineat scitis, vt 6
reueletur in suo tẽpore. * Nam mysterium 7
iam operatur iniquitatis: tãtum, vt qui tenet
nunc, teneat, donec de medio fiat. * Et tunc 8
reuelabitur ille iniquus, "quem Dominus Ie-
*Isa.11. a.2.
sus interficiet spiritu oris sui, & destruet il-
lustratione aduentus sui eum: *cuius est ad- 9
uentus secundum operationem satanæ in C
omni virtute, & signis, & prodigijs mendaci-
bus, * & in omni seductione iniquitatis ijs, 10
qui pereunt: eo quod charitatem veritatis nõ
receperunt, vt salui fierent. Ideò mittet illis
Deus operationem erroris, vt credant men-
dacio, * vt iudicentur omnes, qui non credi- 11
derunt veritati, sed cõsenserunt iniquitati. * 12
Nos autem debemus gratias agere Deo sem-
per pro vobis fratres dilecti à Deo, quod ele-*
gerit vos Deus primitias in salutem in san-
ctificatione spiritus, & in fide veritatis: * In 13
qua & vocauit vos per Euangelium nostrum D
in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu
Christi. * Itaque fratres state: & tenete tradi- 14
tiones, quas didicistis, siue per sermonem, si-
ue per epistolam nostram. * Ipse autem Do- 15
minus noster Iesus Christus, & Deus, & Pa-
ter noster, qui dilexit nos, & dedit consola-
tionem æternam, & spem bonam in gratia, * 16
exhortetur corda vestra, & confirmet in om-
ni opere, & sermone bono.

CAP. III.

Ephes.6 c.18. Colos.4. a.3.
DE cetero fratres orate pro nobis, vt ser- 1
mo Dei currat, & clarificetur, sicut & A
apud vos: * & vt liberemur ab importunis, 2
& malis hominibus: non enim omnium est
3 fides. * Fidelis autem Deus est, qui cõfirma-
4 bit vos, & custodiet à malo. * Confidimus
autem de vobis, in Domino, quoniam quæ
5 præcipimus, & facitis, & facietis. * Dominus
B autem dirigat corda vestra in charitate Dei,
6 & patientia Christi. * Denunciamus autẽ vo-
bis fratres in nomine Dñi nostri Iesu Chri-
sti, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambu-
lante inordinatè, & non secundum traditio-
7 nem, quam acceperunt à nobis. * Ipsi.n. scitis,
quemadmodum oporteat imitari nos: quo-
8 niam non inquieti fuimus inter vos: * "neque
Act.20. g.34. 2.Cor.4. c.12. 1.Thes. 2.b.
gratis panem manducauimus ab aliquo, sed
in labore, & in fatigatione, nocte, & die ope-
9 rantes, ne quem vestrum grauaremus. * Nõ
quasi nõ habuerimus potestatem, sed vt nos-
metipsos formam daremus vobis ad imitã-
10 dum nos. * Nam & cum essemus apud vos,
C hoc denunciabamus vobis: quoniam si quis
11 non vult operari, nec manducet. * Audiui-
mus enim inter vos quosdam ambulare in-
quietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.
12 * Ijs autem, qui eiusmodi sunt, denunciaui-
mus, & obsecramus in Dño Iesu Christo, vt
cum silentio operantes, suum panem mãdu-
13 cent. * "Vos autem fratres nolite deficere be-
14 nefacientes. * Quod si quis non obedit ver-
D bo nostro per epistolam hunc notate, & ne
15 commisceamini cum illo, vt confundatur: *
& nolite quasi inimicum existimare, sed cor-
16 ripite vt fratrem. * Ipse autem Dñs pacis det
vobis pacem sempiternam in omni loco. Do-
17 minus sit cum omnibus vobis. * Salutatio,
manu Pauli: quod est signum in omni episto-
18 la, ita scribo. * Gratia Domini nostri Iesu
Christi cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu 1
Christi secundum impe- A
rium Dei Saluatoris nostri,
& Christi Iesu spei nostræ,
* "Timothæo dilecto filio 2
*Act.16. a.1.
in fide. Gratia, miseri-
cordia, & pax à Deo Patre,
& Christo Iesu Domino
nostro. * Sicut rogaui te, vt remaneres Ephe- 3
si cum irem in Macedoniam, vt denunciares
quibusdam: ne aliter docerent, * neque inten- 4
derent fabulis, & genealogijs interminatis: B
quæ quæstiones præstant magis, quam ædifi-
tionem Dei, quæ est in fide. * Finis autẽ præ- 5
cepti est charitas de corde puro, & conscien-
6 tia bona, & fide non ficta. * A quibus qui-
dam aberrantes, conuersi sunt in "vanilo-
Rom.7 c.12.
7 quium, * volentes esse legis doctores, non in-
telligentes neque quæ loquuntur, neque de
8 quibus affirmant. * "Scimus autem, quia bo-
9 na est lex, si quis ea legitimè vtatur: * sciens
hoc lex iusto non est posita, sed iniustis, &
non subditis, impijs, & peccatoribus, scelera-
tis, & contaminatis, patricidis, & matricidis,
10 homicidis, * fornicarijs, masculorum concu-
bitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periu-
ris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersa-
11 tur, * quæ est secundum Euangelium glo-
C riæ beati Dei, quod creditum est mihi. * Gra-
12 tias ago ei, qui me confortauit Christo Iesu
Domi-

Domino nostro, quia fidelem me existima-
uit, ponẽs in ministerio: * qui prius blasphe- 13
mus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed
misericordiã Dei consecutus sum, quia igno-
rans feci in incredulitate. * Superabundauit 14
autem gratia Domini nostri cum fide, & di-
lectione, quæ est in Christo Iesu. * Fidelis ser- 15
mo, & omni acceptione dignus: "quòd Chri
Mat.9. b.13. Marc.2. d.17.
stus Iesus venit in hunc mundum peccato-
res saluos facere, quorum primus ego sum:
* Sed ideo misericordiam consecutus sum: 16
vt in me primo ostenderet Christus Iesus D
omnem patiẽtiam ad informationem eorũ.
qui credituri sunt illi, in vitam æternam.
* Regi autem sæculorum immortali, inuisi- 17
bili, soli Deo honor, & gloria in sæcula sæ-
culorum Amen. * Hoc præceptum commẽ- 18
do tibi fili Timothee, secundum præcedẽn-
tes in te prophetias, vt milites in illis bonam
militiã, * habens fidem, & bonam conscien- 19
tiam, quam quidam repellentes, circa fidem
naufragauerunt: * ex quibus est Hymenæus, 20
& Alexander: quos tradidi Satanæ, vt di-
scant non blasphemare.

CAP. II.

OBsecro igitur primum omnium fieri 1
obsecrationes, orationes, postulationes, A
gratiarum actiones pro omnib. hominibus:
* pro regibus, & omnibus, qui in sublimita- 2
te sunt, vt quietam, & tranquillã vitam aga-
mus in omni pietate, & castitate. * hoc enim 3
bonum est, & acceptũ coram Saluatore no-
stro Deo, * qui omnes homines vult saluos 4
fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. * Vnus B
enim Deus, vnus, & mediator Dei, & homi- 5
num homo Christus Iesus: * qui dedit redẽ- 6
ptionem semetipsum pro omnibus, testimo-
nium temporibus suis: * in quo positus sum 7
ego prædicator, & Apostolus (veritatem di- C
co, non mentior) doctor Gentium in fide, &
veritate. * Volo ergo viros orare in omni lo- 8
co, leuãtes puras manus sine ira, & discepta-
tione, * "Similiter, & mulieres in habitu or- 9
1.Pet.3 a.3.
nato, cum verecundia, & sobrietate ornantes
se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut
margaritis, vel veste pretiosa: * sed quod de- 10
cet mulieres promittentes pietatem per ope-
ra bona. * Mulier in silentio discat cũ omni 11
subiectione. * " Docere autem mulieri non 12
1.Cor.14.f.34.
permitto, neque dominari in virum: sed es- D
se in silentio. * " Adã enim primus formatus 13
Gen.1. d.27. Gen.3. d.6.
est, deinde Heua. * " & Adam non sedu- 14
ctus: mulier autem seducta in præuaricatio-
ne fuit. * Saluabitur autem per filiorum ge- 15
nerationem, si permanserit in fide, & dile-
ctione, & sanctificatione cum sobrietate.

CAP. III.

Tit.1.b.
FIdelis sermo: Si quis episcopatum desi- 1
derat, bonum opus desiderat. * " Opor- A
tet ergo episcopum irreprehensibilem esse, 2
vnius vxoris virum, sobrium, prudentem,
ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem,
3 * non vinolentum, non percussorem, sed
modestum: non litigiosum, non cupidum,
4 sed * suæ domui benè præpositum: filios ha-
B bentem subditos cum omni castitate. * Si
5 quis autem domui suæ præesse nescit, quo-
modo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?
6 * Non neophytum: ne in superbiam elatus,
7 in iudicium incidat diaboli. * Oportet autem
illum, & testimonium habere bonum ab ijs,
qui foris sunt, vt nõ in opprobrium incidat,
8 & in laqueum diaboli. * Diaconos similiter
pudicos, non bilingues, non multo vino de-
9 ditos, non turpe lucrum sectantes: * habentes
C misterium fidei in conscientia pura. * Et
10 hi autem probentur primum: & sic mini-
11 strent, nullum crimen habentes. * Mulieres
similiter pudicas, nõ detrahentes, sobrias, fi-
12 deles in omnibus. * Diaconi sint vnius vxo-
ris viri: qui filijs suis bene præsint, & suis do-
13 mibus. * Qui enim bene ministrauerint, gra-
dum bonum sibi acquirent, & multam fidu-
14 ciam in fide, quæ est in Christo Iesu. * Hæc
15 tibi scribo, sperans me ad te venire citò. * si
D autẽ tardauero, vt scias quomodo oporteat
te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia
Dei viui, columna, & firmamentum verita-
16 tis. * Et manifestè magnũ est pietatis sacra-
mentum, quod manifestatum est in carne,
iustificatum est in spiritu, apparuit angelis,
prædicatum est Gentibus, creditum est in
mundo, assumptum est in gloria.

CAP. IV.

1 SPiritus autem manifestè dicit, quia " in
2.Tim.3.a.3. 2.Pet.3. a.3. Iud.6. f.18.
A nouissimis temporibus discedẽt quidam
à fide, attendentes spiritibus erroris, & do-
2 ctrinis dæmoniorum, * in hypocrisi loquen-
tium mendacium, & cauteriatam habentiũ
3 suam conscientiam, * prohibentium nubere,
B abstinere à cibis, quos Deus creauit ad per-
cipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus,
4 & ijs, qui cognouerunt veritatem. * Quia
omnis creatura Dei bona est, & nihil reij-
ciendum, quod cum gratiarum actione per-
5 cipitur: * sanctificatur enim per verbum
6 Dei, & orationem. * Hæc proponens fratri-
bus, bonus eris minister Christi Iesu enutri-
tus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam as-
7 secutus es. * " Ineptas autem, & aniles fabu-
2.Ti.2. d.23. Ti.3.c.9.
las deuita: exerce autem teipsum ad pieta-
8 tem. * Nam corporalis exercitatio, ad modi-
C cum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis
est, promissionẽ habens vitæ: quæ nunc est,
9 & futuræ. * Fidelis sermo, & omni acceptio-
10 ne dignus. * In hoc enim laboramus, & ma-
ledicimur, quia speramus in Deum viuum,
qui est Saluator omnium hominum, maxi-
11 mè fidelium. * Præcipe hæc, & doce. * Ne-
12 mo adolescentiam tuam contemnat: sed
exemplum esto fidelium in verbo, in con-
uersatione, in charitate, in fide, in castitate,
13 * Dum venio, attende lectioni, exhortationi,
14 & doctrinæ. * Noli negligere gratiam, quæ in

ze est, quæ data est tibi per prophetiam, cum
impositione manuum presbyterij. * Hæc 15
meditare, in his esto: vt profectus tuus ma-
nifestus sit omnibus. * Attende tibi, & doctri- 16
næ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teip-
sum saluum facies, & eos, qui te audiunt.

CAP. V.

SEniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt 1
patrem, iuuenes, vt fratres, * anus, vt ma- A
tres, iuuenculas, vt sorores in omni castitate: 2
* Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. * Si 3
qua autem vidua filios, aut nepotes habet: 4
discat primum domum suam regere, & mu-
tuam vicem reddere parentibus: hoc enim
acceptum est coram Deo. * Quæ autem verè 5
vidua est, & desolata, speret in Deum, & in-
stet obsecrationibus, & orationibus nocte, ac
die. * Nam quæ in delicijs est, viuens mor- 6
tua est. * Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles 7
sint. * Si quis autem suorum, & maximè do- 8
mesticorum curam non habet, fidem nega-
uit, & est infideli deterior. * Vidua eligatur 9
non minus sexaginta annorum, quæ fuerit B
vnius viti vxor, * in operibus bonis testimo- 10
niũ habens, si filios educauit, si hospitio re-
cepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulatio-
nẽ patientibus subministrauit, si omne opus
bonum subsecuta est. * Adolescentiores au- 11
tem viduas deuita: Cũ enim luxuriatæ fue-
rint in Christo, nubere volunt: * habentes 12
damnationem, quia primam fidem irritam
fecerunt: * simul autem, & otiosæ discunt 13
circuire domos: non solũ otiosæ, sed & ver-
bosæ, & curiosæ, loquentes, quæ non opor-
tet. * Volo ergo iuniores nubere, filios pro- 14
creare, matres familias esse, nullam occasio- C
nem dare aduersario maledicti gratia: * iam 15
enim quædam cõuersæ sunt retrò satanam.
* Si quis fidelis habet viduas, subministret 16
illis, & non grauetur Ecclesia: vt ijs, quæ ve-
rè viduæ sunt, sufficiat. * Qui bene præsunt 17
presbyteri, duplici honore digni habeantur:
maximè qui laborant in verbo, & doctrina.
* Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bo- 18
ui triturantì. Et: [a] Dignus est operarius mer-
cede sua. * Aduersus presbyterum accusatio- 19
nem noli recipere, nisi sub duobus, aut trib. D
testibus. * Peccantes coram omnibus argue: 20
vt & cæteri timorem habeant. * Testor coram 21
Deo, & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc
custodias sine præiudicio, nihil faciens in al-
teram partem declinando. * Manus citò ne- 22
mini imposueris neque communicaueris
peccatis alienis. Teipsum castum custodi.
* Noli adhuc aquam bibere, sed modico vi- 23
no vtere propter stomachum tuum, & fre-
quentes tuas infirmitates. Quorundam ho- 24
minum peccata manifesta sunt, præcedentia
ad iudiciũ; quosdam autẽ, & subsequuntur.

[a] Deu. 25 a. 4. 1. Co. 9. a. 9. Mat. 10. b. 10. Luc. 10. a. 7.

25 * Similiter, & facta bona manifesta sunt: &
quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

CAP. VI.

1 AQuicumque sunt sub iugo serui, domi-
nos suos omni honore dignos arbitrẽ-
tur, ne nomen Domini, & doctrina blasphe-
2 metur. * Qui autẽ fideles habent dominos,
non contẽnant, quia fratres sunt: sed magis
seruiãt, quia fideles sunt, & dilecti, qui bene-
ficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare:
3 * Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis
sermonibus Domini nostri Iesu Christi, &
ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ:
4 * superbus est, nihil sciens, sed languẽs circa
quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus
oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ,
5 suspiciones malæ, * conflictationes hominũ
B mente corruptorum, & qui veritate priuati
sunt, existimantium quęstum esse pietatem.
6 * Est autem quæstus magnus pietas cũ suffi-
7 cientia. * [a] Nihil n. intulimus in hunc mun- [a] Iob 1. d. 21.
dum: haud dubiũ, q̃ nec auferre quid possu-
8 mus. * [b] Habentes autem alimenta, & quibus [b] Eccl. 5.
9 tegamur, his contenti simus. * Nam qui vo- c. 14.
lunt diuites fieri, incidunt in tentationem, [c] Pro. 27.
& in laqueum diaboli, & desideria multa d. 26.
inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in
10 interitum, & perditionem. * Radix enim
omnium malorum est cupiditas: quam qui-
dam appetentes errauerũt à fide, & inserue-
11 runt se doloribus multis. * Tu autẽ ô homo
C Dei hæc fuge: sectare verò iustitiã, pietatem,
fidẽ, charitatem, patientiam, mansuetudinẽ,
12 * Certa bonũ certamẽ fidei, apprehẽde vitã
æternam, in qua vocatus es, & confessus bo-
13 nã confessionem coram multis testibus. * Præ-
cipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, &
Christo Iesu, qui testimoniũ reddidit [d] sub [d] Mat. 27.
14 Pontio Pilato, bonã confessionẽ: * vt serues b. 10.
mandatũ sine macula, irreprehensibile vsq. Ioan. 18.
15 in adũtum Dñi nostri Iesu Christi, * quem g. 37.
suis tẽporibus ostendet [e] beatus, & solus po- [e] Apo. 17.
16 tens, Rex regum, & Dñs dominantiũ: * qui d. 14. &
solus habet immortalitatem, & lucem inha- 16. c. 16.
D bitat inaccessibilem: [f] quem nullus homi- [f] Ioan. 1.
nũ vidit, sed nec videre potest: cui honor, & c. 18.
17 imperium sempiternum: Amen. * Diuiti- 1. Ioã. 4.
bus huius sæculi præcipe non sublime sape- c. 12.
re, [g] neque sperare in incerto diuitiarum, sed [g] Luc. 12.
in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abun- b. 15.
18 dè ad fruendum) * bene agere, diuites fieri
in bonis operibus, facilè tribuere, communi-
19 care, * thesaurizare sibi fundamentũ bonum
in futurum, vt apprehendant veram vitam.
20 * O Timothee, depositum custodi, deuitans
profanas vocum nouitates, & oppositiones
21 falsi nominis scientiæ, * quam quidam pro-
mittentes, circa fidem exciderunt. Gratia
tecum. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apostolus Iesu 1
Christi per voluntatẽ Dei, A
secundũ promissionẽ vitę,
quæ est in Christo Iesu:
* Timotheo charissimo fi- 2
lio, gratia, misericordia, pax
à Deo Patre, & Christo Ie-
su Dño nostro. * Gratias 3
ago Deo, cui seruio à progenitoribus in con-
sciẽtia pura, q̃ sine intermissione habeam tui
memoriam in orationibus meis, nocte, ac die
* desiderans te videre, memor lacrymarum 4
tuarũ, vt gaudio implear, * recordationẽ ac- 5
cipiẽs eius fidei, quæ est in te nõ ficta, quæ & B
habitauit primũ in auia tua Loide, & matre
tua Eunice, certus sum autem, quod & in te.
* Propter quã causã admoneo te, vt resusci- 6
[a] Rom. 8 c. 15. tes gratiã Dei, quę est in te per impositionem
manuũ mearũ. * [b] Nõ enim dedit nobis De⁹ 7
spiritũ timoris: sed virtutis, & dilectionis, &
sobrietatis. * Noli itaq. erubescere testimoniũ 8
Dñi nostri, neque me vinctũ eius; sed colla-
bora Euangelio secundũ virtutem Dei: * qui 9
[c] Tit. 3. b. 5. nos liberauit, & vocauit vocatione sua san- C
cta, [c] non secundũ opera nostra, sed secundũ
propositũ suum, & gratiam, quæ data est no-
bis in Christo Iesu ante tempora sæcularia,
* Manifestata est autem nunc per illumina- 10
tionem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui de-
struxit quidem mortem, illuminauit autem
vitam, & incorruptionem per Euangelium:
[d] Tim. 2. 17. * in quo [d] positus sũ ego prædicabor, & Apo- 11
stolus, & magister Gentium. * Ob quam cau- 12
sam etiam hæc patior, sed non confundor.
Scio enim cui credidi, & certus sũ, quia po-
tens est depositum meum seruare in illum D
diem. * Formam habe sanorum verborum, 13
quæ à me audisti in fide, & in dilectione in
Christo Iesu. * Bonũ depositum custodi per 14
Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. * Scis 15
hoc, quòd auersi sunt à me omnes, qui in A-
sia sunt, ex quibus est Phigellus, & Hermo-
[e] Infr. 4. d. 19. genes. * Det misericordiã Dominus [e] Onesi- 16
phori domui: quia sæpe me refrigerauit, &
catenam meam non erubuit: * sed cum Ro- 17
mam venisset, solicitè me quæsiuit, & inue-
nit. * Det illi Dominus inuenire misericor- 18
diã à Domino in illa die. * Et quãta Ephesi
ministrauit mihi, tu melius nosti.

CAP. II.

TV ergo fili mi confortare in gratia, quæ 1
est in Christo Iesu: * & quæ audisti à 2
me per multos testes, hæc commenda fideli- A
bus hominibus, qui idonei erunt, & alios do-
cere. * Labora sicut bonus miles Christi Ie- 3
4 su. * Nemo militãs Deo implicat se negotij
sæcularibus: vt ei placeat, cui se probauit.
5 Nam, & qui certat in agone, non coronatur
6 nisi legitimè certauerit. * Laborãtem agrico-
lam oportet primũ de fructibus percipere.
7 * Intellige, quæ dico: dabit enim tibi Domi-
8 nus in omnibus intellectum. * Memor esto
Dñm Iesum Christum resurrexisse à mor-
tuis ex semine Dauid, secundũ Euangelium
9 meum, * in quo labore vsq. ad vincula, qua-
B si malè operans: sed verbum Dei non est al-
10 ligatum. * Ideo omnia sustineo propter ele-
ctos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ
11 est in Christo Iesu, cum gloria cęlesti. * Fide-
lis sermo: Nam si commortui sumus, & cõ-
12 uiuemus: * si sustinebimus, & conregnabi-
mus: [f] si negauerimus, & ille negabit nos: [f] Mat. 10
13 * * si non credidimus, ille fidelis permanet, d. 33.
14 negare seipsum non potest. * Hæc cõmone Marc. 8.
testificans coram Domino. Noli contendere d. 3.
verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad sub- [g] Ro. 3.
15 uersionem audientium. * Solicitè cura teip- a. 5.
sum probabilem exhibere Deo, operarium
inconfusibilem, rectè tractantem verbũ ve-
16 ritatis: * Profana autem, & vaniloquia deui-
C ta: multum enim proficiunt ad impietatem:
17 * & sermo eorũ, vt cancer serpit: ex quibus
18 est Hymenæus, & Philetus, * qui à veritate
exciderũt, dicentes resurrectionem esse iam
factam, & subuerterunt quorundam fidem.
19 * Sed firmum fundamentũ Dei stat, habens
signaculum hoc. Cognouit Dominus, qui
sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis,
20 qui nominat nomẽ Domini. * In magna au-
tem domo non solum sunt vasa aurea, & ar-
gentea, sed & lignea, & fictilia: & quædam
quidem in honorem, quędam autem in con-
21 tum etiam. * Si quis ergo emundauerit se ab
D istis, erit vas in honorem sanctificatum, &
vtile Domino ad omne opus bonũ paratũ.
22 * Iuuenilia autẽ desideria fuge, sectare verò
iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem
cum ijs, qui inuocant Dominum de corde
23 puro. * [a] Stultas autẽ, & sine disciplina, quæ- [a] 1. Tim.
stiones deuita. Sciens, quia generant lites. 1. b. 7.
24 * Seruum autem Domini nõ oportet litiga- Tit. 3. c.
re: sed mãsuetum esse ad omnes, docibilem, 9.
25 patientem, * cum modestia corripientẽ eos,
qui resistunt veritati: ne quando Deus det il-
lis pœnitẽtiam ad cognoscendam veritatem,
26 * & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti
tenentur ad ipsius voluntatem.

CAP. III.

1 HOc autem scito, quod in nouissimis 1. Tim. 4.
A diebus instabunt tempora periculosa: a. 2.

*erunt homines seipsos amãtes, cupidi, ela- 2
ti, superbi, blasphemi, parentibus non obe-
dientes, ingrati, scelesti, *sine affectione, sine 3
pace, criminatores, incontinentes, immites,
sine benignitate, *proditores, proterui, tumi- 4
di, & voluptatum amatores magis quam
Dei: *habentes speciem quidem pietatis, vir- 5
tutem autem eius abnegantes. Et hos deuita: B
*ex his enim sunt, qui penetrant domos, & 6
captiuas ducunt mulierculas oneratas pecca
tis, quæ ducuntur varijs desiderijs: * semper 7
discentes, & numquam ad scientiam verita-
tis peruenientes. * Quemadmodum autem 8
"Exo. 7. b.11. "Iannes, & Mambres restiterũt Moysi: ita &
hi resistunt veritati, homines corrupti men-
te, reprobi circa fidem, *sed vltra non profi- 9
cient: insipientia enim eorum manifesta erit
omnibus, sicut & istorum fuit. * Tu autem 10
assecutus es meam doctrinam, institutionẽ,
propositum, fidem, longanimitatẽ, dilectio-
nem, patientiam, * persecutiones, passiones: 11
qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, &
Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex
omnibus eripuit me Dominus. * Et omnes, 12
qui piè volunt viuere in Christo Iesu, perse-
cutionem patientur. *Mali autem homines, 13
seductores proficient in peius, errantes, & in
errorem mittẽtes. * Tu verò permane in ijs, 14
quę didicisti, & credita sunt tibi: sciẽs à quo D
didiceris. * & quia ab infantia sacras literas 15
nosti, quæ te possunt instruere ad salutem,
"2. Pet. 1. d. 20. per fidẽ quæ est in Christo Iesu. * "Omnis, 16
scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad do
cendum, ad arguendum, ad corripiendum,
ad erudiendum in iustitia: * vt perfectus sit 17
homo Dei, ad omne opus bonũ instructus.

CAP. IV.

TEstificor coram Deo, & Iesu Christo, 1
qui iudicaturus est viuos, & mortuos, A
per aduentum ipsius, & regnum eius: *præ- 2
dica verbũ, insta opportunè, importunè: ar-
gue, obsecra, increpa in omni patientia, & do-
3 ctrina. * Erit enim tempus, cum sanam do-
ctrinam non sustinebunt, sed ad sua deside-
ria coaceruabunt sibi magistros, prurientes
4 auribus, * & à veritate quidem auditũ auer-
5 tent, ad fabulas autem cõuertentur. * Tu ve
ro vigila, in omnibus labora, opus fac Euan-
gelistæ, ministeriũ tuũ imple. Sobrius esto.
6 * Ego enim iam delibor, & tempus resolutio
B nis meæ instat. * Bonum certamen certaui,
7 cursum cõsummaui fidem seruaui: * In re-
8 liquo reposita est mihi corona iustitię, quam
reddet mihi dominus ĩ illa die iustus iudex
non solũ autem mihi, sed & ijs, qui diligunt
aduentum eius. Festina ad me venire citò.
9 *Demas enim me reliquit, diligẽs hoc sæcu-
10 lum, & abijt Thessalonicam: * Crescens in
11 Galatiam, Titus in Dalmatiam * "Lucas est "Col. 4. d. 14.
C mecum solus. Marcũ assume, & adduc te-
cum: est enim mihi vtilis in ministerium.
12 * Tychicum autem misi Ephesum, * Penu-
13 lam, quam reliqui Troade apud Carpũ, ve-
niens affer tecum, & libros, maximè autem
14 membranas. * Alexander ærarius multa ma
la mihi ostendit: reddet illi Dominus secun
15 dum opera eius: *quem, & tu deuita: valde
16 enim restitit verbis nostris. * In prima mea
defensione nemo mihi affuit, sed oẽs me
17 dereliquerunt: non illis imputetur. * Domi-
D nus autem mihi astitit, & confortauit me, vt
per me prędicatio impleatur, & audiant om
nes Gentes: & liberatus sum de ore Leonis.
18 * Liberauit me Dñs ab omni opere malo:
& saluum faciet in regnum suum cœleste,
19 cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. *Sa-
luta Priscam, & Aquilam, & " Onesiphori "Sup. 1. d. 16.
20 domum. * Erastus remansit Corinthi Tro-
phimum autem reliqui infirmum Mileti.
21 * Festina ante hiemem venire. Salutant te
Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, &
22 fratres omnes. * Dominus Iesus Christus
cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS seruus Dei, Apo- 1
stolus aũt Iesu Christi se- A
secũdũ fidem electorum
Dei, & agnitionẽ veritatis,
quæ secũdũ pietatẽ est* in 2
spem vitæ æternæ, quam A
promisit, qui nõ mentitur,
Deus, ante tẽpora sæcularia: * manifestauit 3
aũt tẽporibus suis verbũ suũ in prædicatio-
ne, quę credita est mihi secundum preceptũ
Saluatoris nostri Dei: * Tito dilecto filio se- 4
cundũ cõmunẽ fidẽ, gratia, & pax à Deo Pa- B
tre, & Christo Iesu Saluatore nostro. * Hu- 5
ius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ de-
sunt, corrigas, & constituas per ciuitates pres
6 byteros, sicut & ego disposui tibi. * " Si quis
sine crimine est, vnius vxoris vir, filios ha- "1. Tim. 3. a. 2.
bens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut
7 non subditos. * Oportet enim episcopũ sine
C crimine esse, sicut Dei dispensatorẽ: non su-
perbum, non iracundũ, non vinolentũ, non
8 percussorẽ, non turpis lucri cupidũ: *sed ho
spitalẽ, benignũ, sobriũ, iustũ, sanctũ, conti-
9 nentem, * amplectentem eum, qui secun-
dum doctrinã est, fidelem sermonẽ: vt po-
tẽs sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui
con-

contradicunt, arguere. * Sunt enim multi ẽt 10
inobediẽtes, vaniloqui, & seductores: maxi-
mè qui de circumcisione sunt: * quos opor- 11
te redargui: qui vniuersas domos subuertũt
docentes quæ non oportet, turpis lucri gra-
tia. * Dixit quidam ex illis, proprius ipsorũ 12
propheta: Cretenses semper mendaces, ma- D
læ bestiæ, ventres pigri. * Testimonium hoc 13
verum est. Quam ob causam increpa illos
durè, vt sani sint in fide, * non intendentes 14
Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ, auer-
"Ro. 14. d. 20. santiũ se à veritate? * "Omnia munda mun- 15
dis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil
est mundum, sed inquinatæ sunt eorum, &
mens, & conscientia. * Confitentur se nosse 16
Deum, factis autem negant: cum sint abo-
minati, & incredibiles, & ad omne opus bo-
num reprobi.

CAP. II.

TV autẽ loquere quæ decent sanam do- 1
ctrinã: * Senes vt sobrij sint, pudici, pru- 2
dentes, sani in fide, in dilectione, in patien- A
tia: * Anus similiter in habitu sancto, nõ cri- 3
minatrices, non multo vino seruientẽs, bene
docentes: * vt prudẽtiam doceant adolescẽ- 4
tulas, vt viros suos ament, filios suos diligãt
* prudentes, castas, sobrias, domus curã ha- 5
bentes, benignas, subditas viris suis, vt non B
blasphemetur verbum Dei: * Iuuenes simi- 6
liter hortare vt sobrij sint. * In omnibus teip- 7
sum præbe exemplum bonorum operum,
in doctrina, in integritate, in grauitate, * ver- 8
bum sanum, irreprehensibile: vt is, qui ex ad
uerso est, vereatur, nihil habens malum di-
"Ephes. 6. a. 5. Col. 3. d. 22. 1. Pet. 2. c. 18. cere de nobis: * " Seruos dominis suis subdi- 9
tos esse, in omnibus placentes, non contradi- C
centes, * non fraudantes, sed in omnibus fi- 10
dẽ bonã ostendentes: vt doctrinam Saluato-
ris nostri Dei ornẽt in omnibus. * Apparuit 11
enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus
hominibus, *erudiẽs nos, vt abnegantes im- 12
pietatẽ, & sæcularia desideria: sobriè, & iu- D
stè, & piè viuamus in hoc sæculo, expectan- 13
tes beatam spem, & aduentum gloriæ ma-
14 gni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi: q
dedit semetipsum pro nobis, vt nos redime
ret ab iniquitate, & mundaret sibi populum
acceptabilem, sectatorem bonorum operũ.
15 * Hæc loquere, & exhortare, & argue cũ om
ni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

1 ADmone illos principibus, & potestati-
A bus subditos esse, dicto obedire, ad om
2 ne opus bonum paratos esse: *neminem
blasphemare, non litigiosos esse sed mode-
stos, omnem ostendentem mansuetudinem
3 ad omnes homines. * Eramus enim aliquan
do, & nos insipientes, increduli, errantes, ser
uientes desiderijs, & voluptatibus varijs, in
malitia, & inuidia agentes, odibiles, odien-
4 tes inuicem. * Cum autem benignitas, & hu
B manitas apparuit Saluatoris nostri Dei, * "nõ "1. Tim. 4. b. 7.
5 ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed se 2. Tim. 1. c. 23.
cundum suam misericordiam saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis, & renoua
6 tionis spiritus sancti, * quem effudit in nos
abundè per Iesum Christum Saluatorem
7 nostrum: * vt iustificati gratia ipsius, heredes
8 simus secũdum spem vitæ æternæ. * Fidelis
C sermo est: & de his volo te confirmare: vt
curent bonis operibus præesse qui credunt
Deo. Hæc sunt bona, & vtilia hominibus.
9 * " Stultas autem quæstiones, & genealogias, "2. Tim. 12. d. 23.
& contentiones, & pugnas legis deuita. sunt
10 enim inutiles, & vanæ. * Hæreticum homi-
nem post vnam, & secundam correptionem
11 deuita: * sciens quia subuersus est, qui eius-
modi est, & delinquit, cum sit proprio iudi-
12 cio condemnatus. * Cum misero ad te Ar-
D temam, aut Tychicũ, festina ad me venire
13 Nicopolim: ibi n. statui hiemare. * Zenam
legisperitum, & Apollo sollicite præmitte,
14 vt nihil illis desit. * Discant autem, & nostri
bonis operibus præesse, ad vsus necessarios:
15 vt non sint infructuosi. * Salutãt te qui me-
cum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant
in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis.
Amen.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

PAVLVS vinctus Christi Iesu, 1
& Timotheus frater: Phile- A
moni dilecto, & adiutori no-
stro: * & Appiæ sorori charis- 2
simæ, & Archippo cõmilitoni
nostro, & Ecclesię, quæ in do-
mo tua est. * Gratia vobis, & pax à Deo Pa- 3
tre nostro, Dño Iesu Christo. * Gratias ago 4
Deo meo, semper memoriam tui faciens in
orationibus meis, *audiens charitatem tuã, 5
& fidem, quã habes in Dño Iesu, & in om-
6 nes sanctos: * vt communicatio fidei tuæ
euidens fiat in agnitione omnis operis boni
B quod est in vobis in Christo Iesu. * Gaudiũ
7 enim magnum habui, & consolationem in
Charitate tua * quia viscera sanctorũ requie-
8 uerunt per te, frater, * Propter quod multam
fiduciam habens in Christo Iesu imperandi
9 tibi quod ad rem pertinet: *propter charitatẽ
magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex
10 nunc autem & vinctus Iesu Christi: * Ob-
secro te pro meo filio, quem genui in vin-
culis,

culis, Onesimo, * qui tibi aliquando inutilis 11
fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis, * quē C
remisi tibi. * Tu autē illum, vt mea viscera, 12
suscipe: * quem ego volueram mecum deti- 13
nere vt pro te mihi ministraret in vinculis
Euangelij: * sine cōsilio autem tuo nihil vo- 14
lui facere, vti ne velut ex necessitate bonum
tuū esset, sed voluntariū. * Forsitan enim iō 15
discessit ad horam à te, vt æternum illū re- 16
ciperes. * iam non vt seruum, sed pro seruo D
charissimum fratrem, maximè mihi: quan-
to aut magis tibi, & in carne, & in Domino:
* Si ergo habes me socium, suscipe illum si- 17
cut me: * Si aūt aliquid nocuit tibi, aut dēe- 18
hoc mihi imputa. * Ego Paulus scripsi mea 19
manu: ego reddā, vt non dicam tibi, quod &
teipsum mihi dēs * ita frater. * Ego te fruar 20
Dño: Refice viscera mea in Domino. * Cōfi 21
dens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quo
niam & super id, quod dico, facies. * Simul 22
autem & para mihi hospitium: nam spero
per orationes vestras donari me vobis. * Sa- 23
lutat te Epaphras cōcaptiuus meus in Chri- 24
sto Iesu, * Marcus, Aristarchus, Demas, & 25
Lucas, adiutores mei. * Gratia Domini no- 27
stri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD HEBRÆOS.
CAPVT PRIMVM.

MVltifariam, multisque mo- 1
dis olim Deus loquens pa- A
trib. in Prophetis: * nouis- 2
simè, dieb. istis locutus est
nobis in Filio, quem cōsti-
tuit heredē vniuersorū, p
quē fecit & sęcula: * [a] qui cū 3
sit splendor gloriæ, & figura substātiæ eius,
portansq. oīa verbo virtutis suæ, purgatio-
nē peccatorū faciēs, sedet ad dexterā maie-
statis in excelsis. * tanto melior Angelis effe- 4
ctus, quāto differentius præ illis nomen he-
reditauit. * Cui n. dixit aliquando Angelorū 5
[b] Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et
rursū: [c] Ego ero illi in patrē, & ipse erit mihi
in filiū? * Et cū iterū introducit primogeni- 6
tū in orbem terræ dicit: [d] Et adorent eū oēs
Angeli Dei. * Et ad Angelos quidem dicit: [e] 7
Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros C
suos flāmā ignis. * Ad filium aūt: [f] Thronus 8
tuus Deus in sęculū sęculi: virga æquitatis,
virga regni tui. * Dilexisti iustitiā, & odisti 9
iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus
tuus oleo exultationis præ participib. tuis. * 10
Et: [g] Tu in principio Dñe terrā fundasti: &
opera manuū tuarū sunt cęli. * Ipsi peribūt 11
tu autem permanebis, & omnes vt vestimē-
tum veterascent: * & velut amictum muta- 12
bis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse D
es, & anni tui non deficient. * Ad quem au- 13
tem Angelorum dixit aliquando: [h] Sede à
dextris meis, quoad vsque ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum? * Nonne 14
omnes sunt administratorij spiritus, in mi-
nisterium missi propter eos, qui hereditatem
capient salutis?

[a] Sap. 7. d 20.
[b] Ps. 2. b. 7.
[c] 2. Reg. 7. b. 14.
[d] Ps. 6. c. 8.
[e] Ps. 103. a. 4.
[f] Ps. 44. b. 7.
[g] Ps. 101. d. 26.
[h] Ps. 109. a. 1.
1. Cor. 15 d. 25.

CAP. II.

PRopterea abundātius oportet obseruare nos ea quę audiuimus, ne forte pef- 1
fluamus. * Si enim qui per Angelos dictus 2
est sermo, factus est firmus, & omnis preua-
ricatio, & inobediētia accepit iustam merce-
dis retributionem: * quomodo nos effugie- 3
mus si tantam neglexerimus salutem? quæ
cum initium accepisset enarrari per Domi-
num ab eis, qui audierunt, in nos confirma-
ta est, * [a] contestante Deo signis, & portentis, 4
& varijs virtutibus, & Spiritus sancti distri-
butionibus secundum suā voluntatē. * Nō
enim Angelis subiecit Deus orbem terræ fu 5
turum, de quo loquimur. * Testatus est autē 6
B in quodam loco quis dicēs: [b] Quid est homo
quod memor es eius, aut filius hominis qm
visitas eum? * Minuisti eum paulo minus ab 7
Angelis: gloria & honore coronasti eum: &
constituisti eum super opera manuum tua-
rum. * [c] Omnia subiecisti sub pedibus eius: 8
In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil di-
misit non subiectum ei. Nunc autē necdum
videmus omnia subiecta ei. * [d] Eum autem 9
C qui modico, quam Angeli minoratus est, vi-
demus Iesum propter passionē mortis, glo-
ria & honore coronatum, vt gratia Dei, pro
omnibus gustaret mortem. * Decebat enim 10
eum, propter quem omnia, & per quem om-
nia, qui multos filios in gloriam adduxe-
rat, auctorem salutis eorum per passionem
consummare. * Qui enim sanctificat, & 11
qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter
quam causam non confunditur fratres eos
vocare, dicens: * [e] Nunciabo nomen tuum 12
fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te.
* Et iterum: [f] Ego ero fidēs in eum. * Et ite- 13
D rum: [g] Ecce ego, & pueri mei, quos dedit
mihi Deus. * Quia ergo pueri communica- 14
uerunt carni, & sanguini, & ipse similiter
participauit eisdem: [h] vt per mortem de-
struereret eum, qui habebat mortis imperium
idest, diabolum: * & liberaret eos, qui timo- 15
re mortis per totam vitam obnoxij erāt ser-
uituti,

[a] Mar. 10 d. 20.
[b] Psal. 8. c. 5.
[c] Matth. 28. d. 18. 1. Cor. 15 d. 26.
[d] Phil. 2. b. 8.
[e] Psal. 21. c. 23.
[f] Is. 17. a. 3.
[g] Is. 8. d. 18.
[h] Ose. 13. d. 14. 1. Cor. 15 g. 54.

uituti. * Nusquam enim Angelos apprehen- 16
dit, sed semen Abrahę apprehendit. * Vnde 17
debuit per omnia fratribus similari, vt mise-
ricors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt
repropitiaret delicta populi. * In eo enim, in 18
quo passus est ipse, & tentatus, potens est &
eis, qui tentantur, auxiliari.

CAP. III.

VNde fratres sancti, vocationis cælestis 1
participes, considerate Apostolum, & A
pontificem confessionis nostræ Iesum: * qui 2
[a] fidelis est ei, qui fecit illum sicut, & [b] Moyses
in omni domo eius. * Amplioris enim 3
gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quāto
ampliorem honorem habet domus, qui fa-
bricauit illam. * Omnis namq. domus fābri- 4
catur ab aliquo: qui autē omnia creauit, Deus
est. * Et Moyses quidem fidelis erat in tota 5
domo eius tamquam famulus, in testimoniū
eorum, quæ dicenda erant: * Christus verò 6
tamquam filius in domo sua: quę domus su-
mus nos, si fiduciam, & gloriam spei vsque
ad finem, firmam retineamus. * Quapropter 7
[c] sicut dicit Spiritus sanctus: [d] Hodie si vocē
eius audieritis, * nolite obdurare corda ve- 8
stra, sicut in exacerbatione secundum diem
tentationis in deserto, * vbi tentauerunt me 9
patres vestri: probauerunt, & viderunt opera
mea * quadraginta annis: Propter quod 10
infensus fui generationi huic, & dixi: semper C
errant corde. Ipsi autem non cognouerunt
vias meas, * sicut iurauí in ira mea. Si introi- 11
bunt in requiem meam. * Videte fratres, ne 12
fortè sit in aliquo vestrum cor malum incre-
dulitatis, discedēdi à Deo viuo: * sed adhor- 13
tamini vosmetipsos per singulos dies, donec
Hodie cognominatur, vt nō obduretur quis
ex vobis fallacia peccati. * Participes. n. Chri- 14
sti effecti sumus: si tamen initium substātiæ D
eius vsque ad finem firmum retineamus. * 15
Dum dicitur: Hodie si vocē eius, audieritis,
nolite obdurare corda vestra, quēmadmodū
in illa exacerbatione. * Quidam. n. audientes 16
exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profe-
cti sunt ex Ægypto per Moysen. * Quibus 17
autem infensus est quadraginta annis: Non-
ne illis, qui peccauerunt, [e] quorum cadauera
prostrata sunt in deserto? * Quibus aūt iura- 18
uit nō introire in requiem ipsus, nisi illis qui
incredulí fuerunt? * Et videmus, quia non 19
potuerunt introire propter incredulitatem.

[a] Nu. 12. b. 7.
[b] Sup. 3. b. 7.
[c] Ps. 94. b. 8.
[d] Ps. 33. e. 16. Eccli. 15. d. 20.
[e] Nu. 14. 37.

CAP. IV.

TImeamus ergo ne forte relicta pollicita- 1
tione introeundi in requiem eius, existi- A
metur aliquis ex vobis deesse. * Etenim & 2
nobis nunciatū est, quemadmodum & illis,
sed non profuit illis sermo auditus, non ad-
missus fidei ex ijs, quæ audierūt. * Ingredie- 3
mur. n. in requiem, qui credidimus: quema d-
modum dixit: [a] Sicut iurauí in ira mea: Si in-
troibunt in requiem meam: & quidem ope-
ribus ab institutione mūdi perfectis. * Dixit 4
enim in quodam loco de die septima sic: [b] Et B
quieuit Deus die septima ab omnibus opeti-
bus suis, * Et in isto rursum: Si introibunt in 5
6 requiem meā. * Quoniam ergo superest in-
troire quosdam in illam, & ij, quibus priori-
bus annunciatū est, non introierunt propter
incredulitatem: * iterum terminat diē quen- 7
dam. Hodie, in Dauid dicendo post tantum
temporis, sicut supra dictū est. [c] Hodie si vo-
cem eius audieritis, nolite obdurare corda
8 vestra. * Nam si eis Iesus requiē præstitisset,
9 numquam de alia loqueretur, posthac, die. *
Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.
10 * Qui n. ingressus est in requiem eius etiam
C ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis
11 Deus. * Festinemus ergo ingredi in illam re-
quiē: vt ne in idiptum quis incidat incredu-
12 litatis exēplū. * Viuus est enim sermo Dei, &
efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti:
& pertinges vsque ad diuisionem animæ ac
spiritus, compagum quoque ac medullarū, &
discretor cogitationū, & intentionū cordis.
13 * [d] Et non est vlla creatura inuisibilis in cō- [d] Ps. 33.
D spectu eius: omnia autē nuda, & aperta sunt
14 oculis eius, ad quē nobis sermo. * Habentes
ergo pontificē magnū, qui penetrauit cęlos,
15 Iesum Filium Dei: tētamus confessionem. *
Non. n. habemus pontificem, qui non possit
compati infirmitatibus nostris, tētatum aūt
16 per omnia pro similitudine absq. peccato. *
Adeamus ergo cū fiducia ad thronum gra-
tiæ: vt misericordiam consequamur, & gra-
tiam inueniamus in auxilio opportuno.

[a] Ps. 94. b. 8.
[b] Gen. 2. d. 2.
[c] Sup. 3. b. 7.
[d] Ps. 33. e. 16. Eccli. 15. d. 20.

CAP. V.

1 OMnis namque Pontifex ex hominibus
A affumptus, pro hominibus constituitur
in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, &
2 sacrificia pro peccatis: * qui condolere possit
ijs, qui ignorant, & errant quoniam, & ipse
3 circumdatus est in firmitate: * & propterea
debet, quemadmodum pro populo, ita
etiam, & pro semetipso offerre pro peccatis.
4 * [a] Nec quisquam sumit sibi honorem, sed [a] Exo. 28
B qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. * Sic & 2. Par. 26
5 Christus nō semetipsum clarificauit, vt pon- c. 8.
tifex fieret: sed qui locutus est ad eum. * Fi- [b] Ps. 2. b.
6 lius meus es tu, ego hodie genui te. * Quem- 7.
admodum, & in alio loco dicit: [b] Tu es sa- [c] Ps. 109.
cerdos in æternum: secūdum ordinem Mel- b. 4.
7 chisedech. * Qui in diebus carnis suæ preces,
C supplicationeq. ad eum, qui possit illum sal-
uum facere à morte cum clamore valido, &
lacrimis offerēs, exauditus est pro sua reue-
8 rentia. * Et quidem cum esset filius Dei, di-
9 dicit ex eis, quæ passus est, obedientiam: * &
consummatus, factus est omnibus obtem-
10 perantibus sibi, causa salutis æternę, * appel-
latus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchi-
11 sedech. * De quo nobis grandis sermo, &
interpretabilis ad dicendum: quoniam im-
12 becilles facti estis ad audiendum. * Etenim
D cū deberetis magistri esse propter tempus:
rursum indigeris, vt vos doceamini quæ sint
elementa exordij sermonum Dei: & facti
estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo.
13 * Omnis enim, qui lactis est particeps,

ex-

expers est sermonis iustitiæ : paruulus enim
est. * Perfectorum autẽ est solidus cibus:eo- 14
rum,qui pro consuetudine exercitatos habẽt
sensus ad discretionem boni,ac mali.

CAP. VI.

QVapropter intermittentes inchoationis 1
Christi sermonem,ad perfectiora fera- A
mur, non rursum iacientes fundamentum
pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad
Deum, * baptismatũ doctrinæ, impositionis 2
quoque manuum,ac resurrectionis mortuo-
rũ,& iudicij æterni.* Et hoc faciemus,si qui- 3
" Mat.12 dem permanserit Deus.*" Impossibile est.n. 4
d.45. eos, quisemel sunt illuminati, gustauerunt
2. Pet.2. etiam donum cæleste, & participes facti sũt
d.20. Spiritus sancti, * gustauerunt nihilominus 5
Inf.10.e. bonum Dei verbum, virtutesque sęculi ven-
26. turi,* & prolapsi sũt: rursus renouari ad pę- 6
nitentiam,rursum crucifigentes sibimetipsis B
filium Dei, & ostentui habentes.* Terra.n. 7
sæpe venientem super se bibens imbrem, &
generans herbam opportunam illis,à quibus
colitur:accipit benedictionem à Deo,* profe- 8
rens autem spinas,ac tribulos,reproba est, &
maledicto proxima : cuius consummatio in
combustionem.* Confidimus autem de vo- 9
bis dilectissimi meliora,& vicinora saluti:ta-
metsi ita loquimur. * Non enim iniustus 10
Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dile-
ctionis, quam ostendistis in nomine ipsius,
qui ministrastis sanctis, & ministratis.* Cu- 11
pimus aũt vnumquemque vestrum eãdem C
ostentare solicitudinem ad expletionẽ spei
vsque in finem:* vt non segnes efficiamini, 12
verum imitatores eorum,qui fide,& patien-
tia hereditabunt promissiones.* Abrahę nã- 13
que promittens Deus, qm̃ neminem habuit,
per quẽ iuraret,maiorem, iurauit per semet-
ipsum,* dicens : " Nisi benedicens benedicã 14
"Gen.22 te,& multiplicans multiplicabo te.* Et sic lõ- 15
c.16. ganimiter ferens,adeptus est repromissionẽ.
* Homines enim per maiorem sui iurant:& 16
& omnis controuersiæ eorum finis, ad con- D
firmationem,est iuramẽtum.* In quo abũ- 17
dantius volens Deus ostendere pollicitatio-
nes heredibus immobilitatem consilij sui,in-
terposuit iusiurãdum: * vt per duas res im- 18
mobiles,quibus impossibile est mentiri Deũ,
fortissimum solatium habeamus, qui confu-
gimus ad tenendam propositam spem, * 19
quam sicut anchoram habemus animæ tu-
tam,ac firmam, & incedentem vsque ad in-
teriora velaminis,* vbi præcursor pro nobis 20
introiuit Iesus,secundum ordinem Melchi-
sedech pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

Gen. 14. HIc enim Melchisedec, rex Salem,sacer- 1
d.18. dos Dei sũmi,qui obuiauit Abrahę re- A
gressu à cæde regum,& benedixit ei:* cui & 2
decimas omnium diuisit Abraham : primũ
quidem,qui interpretatur rex iustitiæ : dein-
de autem,& rex Salem,quod est,rex pacis, * 3
sine patre, sine matre, sine genealogia, ne-
que initium dierũ,neque finem vitę habens,
assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos
4 in perpetuum. * Intuemini autem quantus
sic hic, cui & decimas dedit de præcipuis A- " Deu.18
5 braham patriarcha:* Et quidem de filijs Le- a.3.
ui sacerdotium accipientes, " mandatum ha- Iosu.14.a,
bent decimas sumere à populo secũdum le- 4.
gem,id est,à fratribus suis:quanquam & ipsi
6 exierint de lumbis Abrahæ. * Cuius autem
generatio non annumeratur in eis, decimas
B sumpsit ab Abraham, & hunc, qui habebat
7 repromissiones,benedixit. * Sine vlla autem
cõtradictione,quod minus est, à meliore be-
8 nedicitur.* Et hic quidem,decimas morien-
tes homines accipiunt: ibi aũt contestatur,qa
9 viuit.* Et(vt ita dictum sit)per Abraham,&
10 Leui,qui decimas accepit,decimatus est:*ad-
huc enim in lumbis patris erat, qñ obuiauit
11 ei Melchisedech.* Si ergo consummatio per
sacerdotium Leuiticum erat (populus enim
sub ipso legẽ accepit) quid adhuc necessariũ
fuit secundum ordinẽ Melchisedech, alium
surgere sacerdotem, & non secundũ ordinẽ
12 Aaron dici? * Trãslato enim sacerdotio,ne-
13 cesse est, vt & legis translatio fiat. * In quo
enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua
14 nullus alteri præsto fuit. * Manifestum est
C enim, quod ex Iuda ortus sit Dñs noster:in
qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses lo-
15 cutus est. * Et amplius adhuc manifestum
est, si secundum similitudinẽ Melchisedech
16 exurgat alius sacerdos,* qui non secundũ le-
gẽ mandati carnalis factus est,sed secundum
17 virtutem vitæ insolubilis,* cõtestatur enim:
" Qm̃ tu es sacerdos in æternum, secundum " Ps.109.
18 ordinem Melchisedech. * Reprobatio qui- b.4.
dẽ fit pręcedentis mandati,propter infirmi-
19 tatem eius, & inutilitatem : * nihil enim ad
perfectũ adduxit lex : introductio verò me-
lioris spei, per quam proximamus ad Deũ.
20 * Et quãtũ est non sine iureiurãdo (alij qui-
dem sine iureiurando sacerdotes facti sunt,
21 * hic aũt cum iureiurando per eum, qui di-
D xit ad illum:" Iurauit Dñs,& non pœnitebit " Ps.109.
22 eum:tu es sacerdos in æternum:) * in tantũ b.4.
melioris testamenti sponsor factus est Iesus.
23 * Et alij quidem plures facti sunt sacerdo-
tes, idcircò quod morte prohiberentur per-
24 manere: * hic aũt eo quod maneat in æter-
25 num,sempiternum habet sacerdotiũ.* Vn-
de & saluare in perpetuum potest acceden-
tes per semetipsum ad Deum: semper viuẽs
26 ad interpellandum pro nobis. * Talis enim
decebat, vt nobis esset pontifex, sanctus, in-
nocens, impollutus, segregatus à peccatori-
27 bus,& excelsior cælis factus : * qui nõ habet
necessitatem quotidie, quemadmodum sa-
cerdotes, "prius pro suis delictis hostias of- " Leu.16
ferre, deinde pro populi: hoc enim fecit se- a.6.
28 mel, seipsum offerendo. * Lex enim homi-
nes constituit sacerdotes infirmitatem habẽ-
tes : sermo autem iurisiurandi, qui post legẽ
est, Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

1 CApitulum autem super ea, quæ dicun-
A tur;Talem habemus Pontificẽ,qui con-
sedit

sedit in dextera sedis magnitudinis in cælis,
* sanctorum minister, & tabernaculi veri,q 2
fixit Dñs,& non homo. * Omnis enim pon- 3
tifex ad offerendum munera, & hostias cõ-
stituitur:vnde necesse est,& hunc habere ali-
quid,quod offerat:* si ergo esset super terrã, 4
nec esset sacerdos:cum essent,qui offerrẽt se- B
cundum legem munera, * qui exemplari, & 5
vmbræ deseruiunt cælestium. Sicut respon-
sum est Moysi,cum cõsummaret tabernacu-
"Exo.25 culum:" Vide(inquit) omnia facito secundũ
d.40. exemplar,quod tibi ostensum est in monte.
Act.7.f. * Nunc autem melius sortitus est ministeriũ, 6
44. quanto,& melioris testamenti mediator est, C
quod in melioribus repromissionibus sanci-
tum est. * Nam si illud prius culpa vacasset: 7
non vtique secundi locus inquireretur.* Vi- 8
" Ier.12. tuperans enim eos dicit:" Ecce dies venient,
e.31. dicit Dñs:& consummabo super domum Is-
rael, & super domum Iuda testamentũ no-
uum, * non secundum testamentum, quod 9
feci patribus eorum in die, qua apprehendi
manum eorum, vt educerem illos de Terra
Ægypti: quoniam ipsi non permanserunt in
testamẽto meo:& ego neglexi eos,dicit Dñs:
*Quia hoc est testamentum,quod disponam 10
domui Israel post dies illos, dicit Dominus:
Dando leges meas in mentem eorum, & in
corde eorum superscribam eas : & ero eis in
Deum,& ipsi erunt mihi in populum : * & 11
non docebit vnusquisque proximum suum,
& vnusquisque fratrem suum,dicens : Co-
gnosce Dominum:quoniam omnes scient me
à minore,vsq; ad maiorem eorũ:* quia pro- 12
pitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorũ
eorum iam non memorabor.* Dicendo au- 13
tem nouum: veterauit prius. Quod autem
antiquatur,& senescit, prope interitum est.

CAP. IX.

"Exo.26 HAbuit quidem & prius,iustificationes 1
a.& 36 culturæ,& Sãctum sæculare.* " Taber- 2
a8. naculum enim factum est primum, in quo A
erant candelabra,& mensa,& propositio pa-
num,quæ dicitur Sancta.* Post velamentum 3
autẽ secundum,tabernaculum, quod dicitur
"Nu.16. Sancta sanctorum:* aureum habens " thuri- 4
Leu.16. bulũ, & arcam testamenti circumtectam ex
3.Re.8. omni parte auro, in qua vrna aurea habens
b.9. manna,& virga Aaron, quæ fronduerat," &
2.Par.5. tabulæ testamenti,* superq. eam erant Che- 5
b.10. rubim gloriæ obumbrãtia propitiatoriũ : de
quibus non est modò dicendũ per singula. * 6
His verò ita compositis:in priori quidem ta-
bernaculo semper introibant sacerdotes, sa- B
"Ex.30. crificiorum officia consummantes:* in secũ- 7
b.10. do autem" semel in anno solus pontifex non
Leu.16. sine sanguine,quem offert pro sua,& populi
ignorantia: * hoc significãte Spiritu sancto, 8
nondum propalatam esse sanctorum viam,
adhuc priore tabernaculo habente statum, * 9
quæ parabola est temporis instantis : iuxta
quã munera,& hostiæ offeruntur, quæ non C
possunt iuxta conscientiam perfectum face-
re seruientem, solummodò in cibis,& in po-
10 tibus, * & varijs baptismatibus, & iustitijs
carnis vsque ad tempus correctionis impo-
11 sitis. * Christus autẽ assistens pontifex futu-
rorum bonorum, per amplius, & perfectius
tabernaculum non manufactum, id est, non
12 huius creationis : * neque per sanguinẽ hir-
corum, aut vitulorum, sed per propriũ san-
guinem introiuit semel in Sancta, æterna re-
13 demptione inuenta.*" Si enim sanguis hir- " Leu.16.
D corum,& taurorum, & cinis vitulæ aspersus e.14.
inquinatos sanctificat ad emundationem car-
14 nis : * " quãto magis sanguis Christi, qui per " 1.Pet.1.
Spiritũ sanctũ semetipsum obtulit immacu- d.19.
latum Deo, emundabit conscientiam nostrã 1.Io.1.
ab operibus mortuis, ad seruiẽdum Deo vi- c.7.
15 uenti? * Et ideo noui testamenti mediator Apoc.1.
est, " vt morte intercedente,in redemptionẽ b.5.
earum præuaricationum, quæ erãt sub prio- " Gal.3.
ri testamento, repromissionem accipiant qui b.15.
16 vocati sunt æternæ hereditatis. * Vbi enim
testamentum est: mors necesse est intercedat
17 testatoris. * Testamentum enim in mortuis
E confirmatum est : alioquin nondum valet,
18 dum viuit qui testatus est. * Vnde nec pri-
mum quidem sine sanguine dedicatum est.
19 * Lecto enim omni mandato legis à Moyse
vniuerso populo accipiens sanguinem vitu-
lorum, & hircorum cum aqua, & lana cocci-
nea,& hyssopo : ipsum quoque librũ,& om-
20 nem populum aspersit,* dicẽs:" Hic sanguis " Ex.24.
21 testamenti, quod mandauit ad vos Deus. * c.8.
Etiã tabernaculum,& omnia vasa ministerij
F sanguine similiter aspersit : * Et omnia penè
22 in sanguine secundum legem mundãtur:&
23 sine sãguinis effusione nõ fit remissio.* Ne-
cesse est ergo exemplaria quidem cęlestium
his mundari : ipsa autem cęlestia melioribus
24 hostijs quam istis.* Non enim in manufacta
Sancta Iesus introiuit exemplaria verorum :
sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vul-
25 tui Dei pro nobis; * Neque vt sæpe offerat
semetipsum, quemadmodũ Pontifex intrat
in Sãcta per singulos annos in sanguine alie-
26 no: * alioquin oportebat eum frequenter pa-
G ti ab origine mũdi : nunc autem semel in cõ-
summatione sæculorum, ad destitutionem
27 peccati, per hostiam suam apparuit. * Et
quemadmodum statutũ est hominibus se-
28 mel mori,post hoc autem iudicium.*" sic & " Ro.5.b.
Christus semel oblatus est ad multorum ex- 8.
haurienda peccata : secundo sine peccato ap- 1.Pet.3.
parebit expectantibus se,in salutem. e.18.

CAP. X.

1 VMbram enim habens lex futurorũ bo-
A norum, non ipsam imaginem rerum :
per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas
offerunt indesinenter, nunquam potest ac-
2 cedentes perfectos facere : * alioquin cessas-
sent offerri : ideo quod nullam haberent vl-
tra conscientiam peccati,cultores semel mun
3 dati : * sed in ipsis commemoratio peccato-
4 rum per singulos annos fit, * impossibile
enim est sanguine taurorum, & hircorũ au-
5 ferri peccata. * Ideo ingrediens mundũ di- " Ps.39.
B cit;" Hostiam, & oblationem noluisti cor- b.7.
pus

pus autem aptasti mihi: * holocaustomata 6
pro peccato non tibi placuerunt. * Tunc di- 7
"Ibidem xi: Ecce venio: " in capite libri scriptum
est de me: Vt faciam, Deus voluntatem tuã.
* Superius dicens: Quia hostias, & oblatio- 8
nes, & holocaustomata pro peccato noluisti,
nec placita sunt tibi, quæ secundum legem
offeruntur, * tunc dixi: Ecce venio, vt faciã, 9
Deus, voluntatem tuam: aufert primum, vt
sequens statuat. * In qua voluntate sanctifi- 10
cati sumus per oblationem corporis Iesu
Christi semel. * Et omnis quidem sacerdos 11
præsto est quotidie ministrans, & easdem sæ- C
pe offerens hostias, quæ numquam possunt
auferre peccata: * hic autem vnam pro pecca- 12
tis offerens hostiam, in sempiternum sedet
"Ps.109. a.2. in dextera Dei, * de cetero expectans, " do- 13
nec ponantur inimici eius scabellum pedum
1. Co.15 d.25. eius. * Vna enim oblatione, consummauit 14
in sempiternum sanctificatos. * Contestatur 15
autem nos, & Spiritus sanctus. Postquam.n.
"Ier.31. f.21. dixit: * " Hoc autem testamentum, quod 16
Sup. 8. c.8. testabor ad illos post dies illos, dicit Domi-
nus, Dando leges meas in cordibus eorum,
& in mentibus eorum superscribam eas: * & 17
peccatorum, & iniquitatum eorum iam non D
recordabor amplius. * Vbi autẽ horum re- 18
missio iam non est oblatio pro peccato. * Ha- 19
bentes itaque fratres fiduciã in introitu san-
ctorum in sanguine Christi, * quam initia- 20
uit nobis viam nouam, & viuentem per ve-
lamen, id est, carnem suam: * & sacerdotem 21
magnum super domum Dei: * accedamus 22
cum verò corde in plenitudine fidei, aspersi
corda à conscientia mala, & abluti corpus
aqua munda, * teneamus spei nostræ confes- 23
sionem indeclinabilem, (fidelis.n.est, qui re- E
promisit) * & consideremus inuicem in pro- 24
uocationem charitatis, & bonorum operum:
* non deserentes collectionem nostram, si- 25
cut consuetudinis est quibusdã, sed consolã-
tes, & tanto magis quãto videritis appropin-
"Sup.6. a.4. quantem diem: * " Voluntariè.n. peccantibus 26
nobis post acceptam notitiam veritatis, iam
non relinquitur pro peccatis hostia, * terribi- 27
lis autem quędam expectatio iudicij, & ignis
æmulatio, quæ cõsumptura est aduersarios.
* Irritam quis faciens legem Moysi, sine vl- 28
"Deu.17 b.6. la miseratione " duobus, vel tribus testibus
Mat. 18. b.16. moritur: * quanto magis putatis deteriora 29
Ioan. 8. c.17. mereri supplicia, qui filium Dei conculcaue- F
rit, & sanguinem testamẽti pollutum duxe-
rit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ
contumeliam fecerit? * Scimus enim, qui di- 30
1.Co.13. a.1. xit: " Mihi vindicta, & ego retribuam. Et ite-
"Deu.32 e.35. rum: Quia iudicabit Dñs populum suum.
Ro. 12. d.19. * Horrendum est incidere in manus Dei vi- 31
uentis. * Rememoramini autẽ pristinos dies, 32
in quibus illuminati, magnũ certamen susti-
nuistis passionum: * & in altero quidem op- 33
probrijs, & tribulationibus spectaculum fa-
cti in altero autem socij taliter conuersantiũ
effecti. * Nam, & vinctis cõpassi estis, & ra- 34
pinam bonorum vestrorum cum gaudio su-
scepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ, G
35 & manentem substantiam. * Nolite itaque
amittere confidẽtiam vestram, quæ magnã
36 habet remunerationem. * Patiẽtia enim vo
bis necessaria est: vt voluntatem Dei facien-
37 tes, reportetis promissionẽ. * " Adhuc enim "Hab.2. a.3.
modicum aliquantulum, qui venturus est,
38 veniet, & non tardabit. * " iustus autẽ meus Ro.1.b. 17.
ex fide viuit, quod si subtraxerit se, non pla-
39 cebit animæ meæ. * Nos autem nõ sumus "Gal.3. b.12.
subtractionis filij in perditionem, sed fidei
in acquisitionem animæ.

CAP. XI.

1 Est autem fides sperandarum substãtia
A rerum, argumentum non apparẽtium.
2 * In hac enim testimonium consecuti sunt
3 senes * " Fide intelligimus aptata esse sæcu- "Gen.1. a.3.
la verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fie-
4 rent: * " Fide plurimã hostiam Abel, quam "Gen.4. a.4.
Cain, obtulit Deo, " per quam testimonium
consecutus est esse iustus, testimoniũ perhi- "Mat.23 d.24.
bente muneribus eius Deo, & per illam de-
5 functus adhuc loquitur. * " Fide Henoch "Gen.5. c.24.
translatus est ne videret mortẽ, & nõ inue-
niebatur: quia transtulit illũ Deus: ante trans Eccl.44. c.16.
lationem.n. testimonium habuit placuisse
6 Deo. * Sine fide aũt impossibile est placere
Deo. Credere.n. oportet accedẽtem ad Deũ
B quia est, & inquirẽtibus se remunerator sit.
7 * " Fide Noe responso accepto de ijs, quæ "Gen.6. c.13.
adhuc non videbantur, metuens aptauit ar-
cã in salutem domus suæ, per quam damna Eccli.44. c.17.
uit mundũ, & iustitiæ, quæ per fidẽ est, he-
8 res est institutus. * " Fide qui vocatur Abra- "Gen.15 a.5.
hã obediuit in locum exire, quẽ accepturus
erat in hereditatẽ: & exijt, nesciens quò iret.
9 * Fide demoratus est in Terra repromissio-
nis, tamquam in aliena, in casulis habitan-
do cum Isaac, & Iacob coheredibus repro-
10 missionis eiusdem. * Expectabat enim fun-
C damenta habentem ciuitatem: cuius artifex
11 conditor Deus. * " Fide & ipsa Sara steri- "Gen.17 c.19.
lis virtutem in conceptionẽ seminis accepit,
etiam præter tempus ætatis: quoniam fide-
lem credidit esse eum, qui repromiserat.
12 * Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc
emortuo) tamquã sidera cæli in multitudi-
nem, & sicut arena, quæ est ad oram maris,
13 innumerabilis. * Iuxta fidem defuncti sunt
omnes isti non acceptis repromissionibus, à
longe eas aspicientes, & salutantes, & confi-
tentes quia peregrini, & hospites sunt super
14 terram. * Qui enim hæc dicunt, significant "Gen.23 a.1.
15 se patriam inquirere. * Et si quidem ipsius
meminissent, de qua exierunt, habebãt vti- Eccli 44 d.21.
16 que tempus reuertendi * nunc autẽ melio-
D rem appetunt, id est, cælestem, ideo nõ con- "Gen.21 b.12.
funditur Deus vocari eorum: parauit enim
17 illis ciuitatem. * " Fide obtulit Abraham Rom.9 b.7.
Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offere-
18 bat, qui susceperat repromissiones, * ad quẽ "Gen.27 d.27.& 36.
dictum est: " Quia in Isaac vocabitur tibi
19 semen: * arbitrans quia & à mortuis susci-
tare potẽs est Deus: vnde eum: & in parabo- "Gen.48 c.15.
20 lam accepit. * " Fide & de futuris benedi-
21 xit Isaac Iacob, & Esau. * " Fide Iacob
mo-

moriens, singulos filiorum Ioseph benedi-
xit: " & adorauit fastigium virgæ eius: * " Fi- 22
"Gen.47 d.31. de Ioseph moriens, de profectione filiorum
Israel memoratus est, & de ossibus suis mã-
"Gen.50 d.24. dauit. * " Fide Moyses natus, occultatus est 23
mensibus tribus à parẽtibus suis, eo quod vi- E
Exo.2. a.2. dissent elegantem infantem, " & non timue-
runt regis edictum: * " Fide Moyses grandis 24
Exo.1. d.16. factus negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis, * 25
magis eligens affligi cum populo Dei, quam
Exo.2. c.11. temporalis peccati habere iucunditatẽ, * ma- 26
iores diuitias æstimãs thesauro Ægyptiorũ,
improperium Christi: aspiciebat enim in re-
munerationem. * Fide reliquit Ægyptũ, nõ 27
veritus animositatem regis: inuisibilẽ enim
tanquam videns sustinuit. * " Fide celebrauit 28
Exo.12. Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui va-
stabat primitiua, tangeret eos. * " Fide tran- 29
Exo.14. e.22. sierũt Mare rubrũ tamquã per aridam terrã: F
quod experti Aegyptij, deuorati sunt * " Fi- 30
Ios.6. d.20. de muri Iericho corruerunt, circuitu dierum
septem. * Fide Rahab meretrix non perijt cũ 31
incredulis, " excipiens exploratores cum pa-
Ios.2. a.1. ce. * Et quid adhuc dicam? Deficiet enim 32
me tempus enarrantem de Gedeon, Barac,
Sampson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophe-
tis: * qui per fidẽ vicerunt regna, operati sũt 33
iustitiam, adepti sunt repromissiones, obtu-
rauerunt ora leonum, * extinxerunt impetũ 34
ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt G
de infirmitate, fortes facti sũt in bello, castra
verterunt exterorum: * acceperunt mulie- 35
res de resurrectione mortuos suos: alij autẽ
distenti sunt nõ suscipientes redemptionẽ,
vt meliorem inuenirent resurrectionem. * 36
Alij verò ludibria, & verbera experti, insuper
& vincula, & carceres: * lapidati sunt, secti 37
sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui
sunt, circuierunt in melotis, in pellibus capri-
nis, egentes, angustiati, afflicti: * quibus digi- 38
tus non erat mundus: in solitudinibus errã-
tes, in montibus, & speluncis, & in cauernis
terræ. * Et hi omnes testimonio fidei pro- 39
bati, non acceperunt repromissionem, * Deo 40
pro nobis melius aliquid prouidente, vt non
sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

IDeoque, & nos tantam habentes imposi- 1
tam nubem testium, " deponentes omne A
Rom.6. pondus, & circumstans nos peccatum per
Col.3.b. patientiam curramus ad propositum nobis
certamen: * aspicientes in Auctorem fidei, & 2
Ephe.4. consummatorem Iesum, qui proposito sibi
gaudio sustinuit crucem, confusione contem
1.Pet.2. pta, atque in dextera sedis Dei sedet. * Reco- 3
1.& 4. gitate enim eum, qui talem sustinuit à pecca-
toribus aduersum semetipsum contradictio- B
nem; vt ne fatigemini, animis vestris defici-
entes. * Nondum enim vsque ad sanguinem re- 4
Pro. 1. stitistis, aduersus peccatum repugnãtes: * & 5
obliti estis consolationis, quæ vobis tamquã
Apoc. 3. filijs loquitur, dicens: " Fili mi, noli negligere
disciplinam Domini; neque fatigeris dum ab
eo argueris. * Quem enim diligit Dominus, 6
castigat: flagellat autem omnem filium, quẽ
7 recipit. * In disciplina perseuerare. Tamquã
filijs vobis offert se Deus: quis enim filius,
8 quem non corripit pater? * Quod si extra di-
C sciplinam estis, cuius participes facti sunt
9 omnes: ergo adulteri, & nõ filij estis. * Dein-
de patres quidem carnis nostræ, eruditores
habuimus, & reuerebamur eos, non multo
magis obtemperabimus Patri spirituũ, & vi-
10 uemus? * Et illi quidẽ in tempore paucorũ
dierum secundum voluntatem suam eru-
diebant nos: hic autem ad id, quod vtile est
11 in recipiendo sanctificationem eius. * Om-
D nis autem disciplina in præsenti quidem vi-
detur non esse gaudij, sed mœroris: postea au
tem fructum pacatissimũ exercitatis per eã,
12 reddet iustitiæ. * Propter quod remissas ma
13 nus, & soluta genua, erigite, * & gressus re-
ctos facite pedibus vestris: vt non claudicans
14 quis erret, magis autem sanetur. * " Pacem "Ro.12. b.8.
sequimini cum omnibus, & sanctimoniam,
15 sine qua nemo videbit Deum: * contemplã-
tes ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix a-
maritudinis sursum germinans impediat, &
16 per illam inquinentur multi. * Ne quis for-
E nicator, aut profanus " vt Esau: qui propter "Gen. 25 d.33
17 vnam escam vendidit primitiua sua: * sci-
tote enim quoniam " & postea cupiens here- "Gen. 27 f.38.
ditare benedictionem, reprobatus est: non
enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquã
18 cum lacrymis inquisisset eam. * " Non enim "Exo.19. b. 12. &
accessistis ad tractabilem montem, & accen-
sibilem ignem, & turbinem, & caliginem, 20.e. 21.
19 & procellam, * & tubæ sonum, & vocẽ ver-
borum, quam qui audierunt, excusauerunt
20 se, ne eis fieret verbum. * Non enim porta- "Exo.19. a. 1.
bant quod dicebatur: " Et si bestia tetigerit
21 mõtẽ, lapidatur. * Et ita terribile erat quod
F videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum,
22 & tremebundus. * Sed accessistis ad Sion
montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusa-
lem cælestem, & multorum millium Ange-
23 lorum frequentiam, * & Ecclesiam primi-
tiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudi-
cem omnium Deum, & spiritus iustorum
24 perfectorum, & * testamenti noui mediato-
rem Iesum, & sanguinis aspersionem melius
25 loquentem quam Abel. * Videte ne recuse-
G tis loquentem. Si enim illi non effugerunt,
recusantes eum, qui super terram loqueba-
tur: multo magis nos, qui de cælis loquentẽ
26 nobis auertimus. * cuius vox mouit terram
tunc: nunc autem repromittit, dicens: " Ad- "Agg. 2. b.7.
huc semel: & ego mouebo non solum ter-
27 ram, sed & cælum. * Quod autem, Adhuc
semel, dicit: declarat mobilium translationẽ
tamquam factorũ, vt maneant ea, quæ sunt
28 immobilia. * Itaque regnum immobile su-
scipientes, habemus gratiam: per quam seruia "Deu.4. d.24.
mus placentes Deo, cum metu & reuerentia.
29 * " Etenim Deus noster ignis consumens est. "Ro.12. c.13.

CAP. XIII.

1 CHaritas fraternitatis maneat in vobis, 1. Pet.4. c. 9.
2 * " Et hospitalitatem nolite obliuisci,

per hanc enim "latuerunt quidam, Angelis A
hospitio receptis. * Mementote vinctorum, 3
tamquam simul vincti,& laborantium,tam-
quam & ipsi in corpore morantes.* Honora- 4
bile connubium in omnibus, & thorus im-
maculatus. Fornicatores enim, & adulteros
iudicabit Deus. * Sint mores sine auaritia, 5
contenti præsentibus:ipse enim dixit: " Non
ita te deseram, neque derelinquam, * ita vt 6
confidenter dicamus: " Dominus mihi ad-
iutor: non timebo quid faciat mihi homo.
* Mementote præpositorum vestrorum,qui 7
vobis locuti sunt verbũ Dei:quorum intuen- B
tes exitum conuersationis,imitamini fidem.
* Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæ- 8
cula. * Doctrinis varijs, & peregrinis nolite 9
abduci. Optimum est enim gratia stabilire
cor non escis:quæ non profuerũt ambulanti-
bus in eis. * Habemus altare, de quo ede- 10
re non habent potestatem, qui tabernaculo
deseruiunt. * "Quorum enim animalium 11
infertur sanguis pro peccato in Sancta per
pontificem,horum corpora cremantur extra
castra. * Propter quod & Iesus, vt sanctifi- 12
caret per suum sanguinem populum, extra C
portam passus est.* Exeamus igitur ad eum 13
extra castra, improperium eius portantes.
* " Non enim habemus hic manentem ci- 14

"Gen.18 a.3.&19 a.2.
"Iof.1.a.5.
"Ps.117.a.6.
"Leu.16.f.27.
"Mic.2.c.10.

15 uitatem,sed futuram inquirimus. * Per ip-
sum ergo offeramus hostiam laudi semper
Deo, id est, fructum labiorum confitentium
16 nomini eius. * Beneficentiæ autem,& com-
munionis nolite obliuisci:talibus enim hostijs
17 promeretur Deus.* Obedite præpositis ve-
stris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant
quasi rationem pro animabus vestris reddi-
turi,vt cum gaudio hoc faciant,& non gemẽ
18 tes:hoc enim non expedit vobis.* Orate pro
D nobis,confidimus enim,quia bonam consciẽ
tiam habemus in omnibus bene volentes cõ-
19 uersari.* Amplius autem deprecor vos hoc
20 facere,quo celerius restituar vobis.* Deus au
tem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem
magnum ouium, in sanguine testamenti æ-
terni,Dominum nostrum Iesum Christum,
21 * aptet vos in omni bono,vt faciatis eius vo-
luntatem: faciens in vobis quod placeat corã
se per Iesum Christum:cui est gloria in sæcu
22 la sæculorum: Amen * Rogo autem vos fra-
tres,vt sufferatis verbum solatij. Etenim per
23 paucis scripsi vobis.* Cognoscite fratrem no
strum Timotheum dimissum: cum quo (si
24 celerius venerit) videbo vos.* Salutate om-
nes præpositos vestros,& omnes sanctos.Salu
25 tant vos de Italia fratres.* Gratia cum om-
nibus vobis. Amen.

EPISTOLA CATHOLICA
BEATI IACOBI APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

IAcobus Dei, & Domini nostri Iesu Chri- 1
sti seruus,duodecim tribubus,quæ sunt in A
dispersione,salutem.* Omne gaudiũ exi- 2
stimate fratres mei, cum in tentationes va-
3 rias incideritis: * " scientes quod probatio
4 fidei vestræ patientiam operatur. * Patien-
tia autem opus perfectum habet: vt sitis per
5 fecti, & integri in nullo deficientes. * Siquis

"Ro.5.

autem vestrum indiget sapientia, postulet à
Deo,qui dat omnibus affluenter, & non im-
properat, & dabitur ei. * " Postulet autem 6
in fide nihil hæsitans:qui enim hæsitat, simi- B
lis est fluctui maris, qui à vento mouetur,
& circũfertur, * non ergo æstimet homo il- 7
le quod accipiat aliquid à Domino.* Vir du- 8
plex animo inconstans est in omnibus vijs
suis.* Glorietur autem frater humilis in exal 9
tatione sua:* diues autem in humilitate sua, 10
" quoniam sicut flos fœni transibit:* exortus 11
est enim Sol cum ardore,& arefecit fœnum,
& flos eius decidit,& decor vultus eius depe
rijt:ita & diues in itineribus suis marcescet.
* " Beatus vir,qui suffert tentationem: quo- 12
niam cum probatus fuerit, accipiet coronam
vitæ,quam repromisit Deus diligentibus se.
* Nemo cum tentatur,dicat quoniam à Deo 13
tentatur, Deus enim intentator malorum est: C
ipse autem neminem tentat.* Vnusquisque 14
verò tentatur à concupiscẽtia sua abstractus,
& illectus.* Deinde concupiscentia cum cõ- 15
ceperit,parit peccatum: peccatum verò cum
cõsummatum fuerit,generat mortem.* No- 16
lite itaque errare fratres mei dilectissimi.* 17
Omne datum optimum, & omne donũ per-
fectum desursum est,descendens à Patre lu-
minũ,apud quem non est transmutatio, nec
vicissitudinis obumbratio.* Volũtariè enim 18
genuit nos verbo veritatis, vt simus initium
aliquod creaturæ eius.* Scitis fratres mei di- 19
lectissimi. "Sit autem omnis homo velox ad
audiendum:tardus autem ad loquẽdum, &
tardus ad irã. * Ita enim viri,iustitiam Dei 20
non operatur.* Propter quod abijcientes om21
nes immunditiam, & abundantiam mali- D
tiæ, in mansuetudine suscipite insitum ver-
bum,quod potest saluare animas vestras * " 22
Estote autem factores verbi, & non audito-
res tantum:fallentes vosmetipsos. * Quia si 23
quis auditor est verbi,& non factor:hic com-
parabitur viro consideranti vultum natiui-
tatis suæ in speculo: * considerauit enim se, 24
& abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. * 25
Qui autem perspexerit in legem perfectam
libertatis,& permanserit in ea, non auditor
obliuiosus factus,sed factor operis:hic beatus
facto suo erit * Si quis autem putat se religio-26
sum esse,non refrenans linguã suam, sed se-
ducẽs cor suum,huius vana est religio.* Re- 27
ligio munda,& immaculata apud Deum, &
Patrem,hæc est: Visitare pupillos, & viduas
in tribulatione eorum, & immaculatum se
custodire ab hoc sæculo.

"Mat.7.a.7.&21 c.22. Mat.11.c.24. Luc.11.b.9. Io.14 b.13.&16 c.13.f.14
"Eccl 14.e.18. Isa.40.b.6. 1.Pet.1.d.24.
"Iob.6.c.17.
"Pro.17.d.27.
"Mat.7.d.21. Rom.2.b.15.

CAP. II.

FRatres mei, nolite in personarum acce- 1
ptione habere fidem Domini nostri Ie- A
su Christi gloriæ. * Etenim si introierit in cõ 2
uentum vestrum vir aureum annulum ha-
bens in veste candida,introierit autẽ & pau-
per in sordido habitu,*& intẽdatis in eũ,qui 3
indutus est veste præclara,& dixeritis ei: Tu
sede hic bene,pauperi autem dicatis; Tu sta

"Leu.19.c.15. Deu.1.c.16.&16.d.19. Prou.4.c.23. Eccl.42.a.1.

illic,aut sede sub scabello pedum meorum:
4 * nonne iudicatis apud vosmetipsos,& facti
5 estis iudices cogitationum iniquarum?* Au-
B dite fratres mei dilectissimi nonne Deus ele
git pauperes in hoc mundo, diuites in fide,
& heredes regni,quod repromisit Deus dili-
6 gentibus se?* Vos autem exhonorastis paupe
rem. Nõne diuites per potentiam opprimũt
7 vos,& ipsi trahunt vos ad iudicia? * Nonne
ipsi blasphemant bonum nomen,quod inuo
8 catum est super vos? * Si tamen legem perfi-
citis regalem secundum Scripturas: "Diliges
proximum tuum sicut teipsum:bene facitis:
9 * si autẽ personas accipitis, peccatum opera-
10 mini,redarguti à lege quasi transgressores.* "
Quicumque autem totam legem seruauerit,
11 offendat autem in vno, factus est omnium
C reus.* Qui enim dixit, Non mœchaberis,di-
xit,& Non occides. Quod si non mœchaberis,
12 occides autem,factus es transgressor legis.*
Sic loquimini, & sic facite sicut per legem li-
13 bertatis incipientes iudicari.* Iudicium .n.
sine misericordia illi,qui non fecit misericor-
diam:superexaltat autem misericordia iudi-
14 cium. * Quid proderit fratres mei si fidem
quis dicat se habere,opera autem nõ habeat?
15 Nunquid poterit fides saluare?* "Si aũt fra-
ter,& soror nudi sint,& indigeant victu quo
16 tidiano, * dicat autem aliquis ex vobis illis:
Ite in pace,calefacimini,& saturamini:nõ de-
deritis autem eis,quæ necessaria sunt corpo-
17 ri,quid proderit?* Sic & fides, si non habeat
18 opera, mortua est in semetipsa. * Sed dicet
quis, Tu fidem habes,& ego opera habeo:o-
stende mihi fidem tuã sine operibus, & ego
19 ostendã tibi ex operibus fidẽ meã. * Tu cre-
D dis quoniã vnus est Deus:bene facis:& dæmo
20 nes credunt,& cõtremiscunt. * Vis aũt scire
ò homo inanis,quoniã fides sine operib. mor
21 tua est?* " Abraham pater noster nonne ex
operibus iustificatus est, offerens Isaac filiũ
22 suum super altare?* Vides quoniã fides coo
perabatur operibus illius: & ex operib. fides
23 consummata est?* Et suppleta est Scriptura,
dicens:"Credidit Abraham Deo, & reputatũ
est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus
24 est.* Videns quoniã ex operibus iustificatur
25 homo,& non ex fide tantum?* Similiter "&
Rahab meretrix, nonne ex operibus iustifi-
cata est suscipiens nuncios, & alia via eij-
26 ciens? * Sicut enim corpus sine spiritu mor-
tuum est,ita & fides sine operib. mortua est.

"Leu.19.d.18. Mat.22 d.39. Mar.12.c.31. Ro.13.c 9. Gal.5.c.14. Leu.19.c.15.
"Deu.1.c.18. Mat.5.c.19.
"1.Io.3.c.17.
"Gen.22 b.9.
"Gen.15 b.9. Rom.4.a.3. Gal.3.a.6.
"Iof.2.a.10.

CAP. III.

1 NOlite plures magistri fieri fratres mei,
2 scientes quoniã maius iudiciũ sumitis.*
A In multis enim offendimus omnes. Si quis in
verbo non offendit: hic perfectus est vir:po-
test etiam freno circumducere totũ corpus.
3 * Si autem equis frena in ora mittimus ad
consentiendum nobis, & omne corpus illo-
4 rum circumferimus.* Ecce,& naues,cum ma
gnæ sint,& à ventis validis minentur, circũ-
feruntur à modico gubernaculo vbi impe-
5 tus dirigentis voluerit. * Ita & lingua modi-
B cum quidem membrum est, & magna exal-

Mat.23.a.1.

rat. Ecce quantus ignis, quam magnam siluã
incẽdit: * Et lingua ignis est, vniuersitas ini- 6
quitatis. Lingua constituitur in membris no-
stris, quæ maculat totum corpus, & inflam-
mat rotam natiuitatis nostræ inflammata à
gehenna. * Omnis enim natura bestiarum, 7
& volucrum, & serpentium, & ceterorũ do-
mantur, & domita sunt à natura humana:
* linguam autem nullus hominum domare 8
potest inquietũ malum, plena veneno mor- C
tifero. * In ipsa benedicimus Deum, & Patrẽ: 9
& in ipsa maledicimus homines, qui ad simi-
litudinem Dei facti sunt. * Ex ipso ore proce- 10
dit benedictio, & maledictio. Non oportet,
fratres mei, hæc ita fieri. * Numquid fons de 11
eodem foramine emanat dulcem, & amarã
aquam? * Numquid potest, fratres mei, ficus 12
vuas facere, aut vitis ficus? Sic neq. salsa dul-
cem potest facere aquam. * Quis sapiens, & 13
disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona cõ-
uersatione operationem suam in mansuetu-
ne sapientiæ. * Quod si zelum amarum habe- 14
tis, & contentiones sint in cordibus vestris:
nolite gloriari, & mendaces esse aduersus ve- D
ritatem, * non est enim ista sapientia de sursũ 15
descendens: sed terrena, animalis, diabolica.
* Vbi enim zelus, & contentio: ibi inconstan- 16
tia, & omne opus prauum. * Quæ autem de 17
sursum est sapientia, primum quidem pudi-
ca est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bo-
nis consentiens, plena misericordia, & fructi-
bus bonis, non iudicans, sine simulatione. * 18
Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, fa-
cientibus pacem.

CAP. IV.

VNde bella, & lites in vobis? Nonne hinc? 1
ex concupiscentijs vestris, quæ militant A
in membris vestris? * Concupiscitis, & nõ ha- 2
betis: occiditis, & zelatis: & non potestis adi-
pisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis,
propter quod nõ postulatis. * Petitis, & non 3
accipitis: eo quod malè petatis: vt in concupi-
scentijs vestris insumatis. * Adulteri nescitis 4
quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? B
Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi
huius inimicus Dei constituitur. * An putatis 5
quia inaniter Scriptura dicat? Ad inuidiã cõ-
cupiscit spiritus, qui habitat in vobis? * Maio- 6
rem autem dat gratiam. Propter quod dicit:
"Deus superbis resistit, humilibus autem dat
"Prou. 3. d. 34. gratiam. * Subditi ergo estote Deo, resistite 7
autem diabolo, & fugiet à vobis. * Appropin- 8
quate Deo, & appropinquabit vobis. Emun- C
date manus, peccatores: & purificate corda,
duplices animo. * Miseri estote, & lugete, & 9
plorate: risus vester in luctum conuertatur,
"1. Pet. 1. b. 6. & gaudium in mœrorem. * "Humiliamini in 10
conspectu Domini, & exaltabit vos. * No- 11
lite detrahere alterutrum fratres. Qui de-
trahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum,
detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudi-
cas legem, non es factor legis, sed iudex. * V- 12
"Ro. 14. a. 4. nus est legislator, & iudex, qui potest perde-
re, & liberare. * "Tu autem quis es, qui iudicas 13
proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut

crastino ibimus in illam ciuitatem, & facie-
D ciemus ibi quidem annum, & mercabimur,
14 & lucrum faciemus: * qui ignoratis, quid erit
15 i crastino. * Quæ est enim vita vestra? vapor
est ad modicum parens, & deinceps extermi
nabitur, pro eo vt dicatis: Si Dominus volue-
rit. Et: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.
16 * Nunc autem exultatis in superbijs vestris.
17 Omnis exultatio talis, maligna est. * Scienti
igitur bonum facere, & non facienti, pecca-
tum est illi.

CAP. V.

1 AGite nunc diuites, plorate vlulantes in
A miserijs vestris, quæ aduenient vobis.
2 * Diuitiæ vestræ putrefactę sunt: & vestimẽ-
3 ta vestra à tineis comesta sunt. * Aurum, &
argentum vestrum æruginauit: & ærugo eo-
rum in testimonium vobis erit, & manduca-
bit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis
4 vobis iram in nouissimis diebus. * Ecce mer-
ces operariorum, qui messuerũt regiones ve-
stras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & cla-
mor eorum in aures Domini sabbaoth in-
5 troiuit. * Epulati estis super terram, & in lu-
xurijs enutristis corda vestra in die occisio-
6 nis. * Addixistis, & occidistis iustum, & non
7 restitit vobis. * Patientes igitur estote fratres
B vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola
expectat pretiosum fructum terræ, patienter
ferens donec accipiat temporaneum, & sero-
8 tinum. * Patientes igitur estote, & vos, & cõ-
firmate corda vestra: quoniam aduẽtus Do-
9 mini appropinquauit. * Nolite ingemiscere
fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ec-
10 ce iudex ante ianuam assistit. * Exemplum
accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patien-
tiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine Do
11 mini. * Ecce beatificamus eos, qui sustinue-
C runt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Do
mini vidistis, quoniam misericors Dominus
12 est, & miserator. * Ante omnia autem fra-
tres mei "nolite iurare, neque per cælum, neq. "Mat. 5. f. 34.
per terram, neq. aliud quodcumq iuramen-
tum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non,
13 non: vt non sub iudicio decidatis. * Trista-
tur aliquis vestrum? oret: Æquo animo est?
14 psallat. * Infirmatur quis in vobis? inducat
D presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vn
15 gentes eum oleo in nomine Domini, * &
oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit
eum Dominus, & si in peccatis sit remitten-
16 tur ei. * Confitemini ergo alterutrum pecca-
ta vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini,
multum enim valet deprecatio iusti assidua. "3. Reg. 17. a. 1. Luc. 4. d. 25.
17 * "Elias homo erat similis nobis passibilis, &
oratione orauit, vt non plueret super terrã,
18 & non pluit annos tres, & menses sex. * Et
rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, &
19 terra dedit fructum suum. * Fratres mei, si
quis ex vobis errauerit à veritate, & conuer-
20 terit quis eum, * scire debet, quoniam, qui cõ-
uerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ,
saluabit animam eius à morte, & operiet
multitudinem peccatorum.

EPI-

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PETRVS Apostolus Iesu 1
Christi, electis aduenis di- A
spersionis Ponti, Galatiæ,
Cappadociæ, Asiæ, & Bi-
thyniæ * secundum præ- 2
scientiam Dei Patris, in
sanctificationem Spiritus,
in obedientiam, & asper-
sionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis,
"1. Cor. 1. a. 3. Ephe. 1. a. 3. & pax multiplicetur. * "Benedictus Deus, & 3
Pater Dñi nostri Iesu Christi, qui secundum
misericordiam suam magnam regenerauit
nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu
Christi ex mortuis, * in hereditatem incor- 4
ruptibilem, & incontaminatam, & immarce-
scibilem conseruatam in cælis in vobis, * qui 5
in virtute Dei custodimini per fidem in sa- B
lutem, paratam reuelari in tempore nouissi-
mo. * In quo exultabitis, modicum nunc si 6
oportet contristari in varijs tentationibus: * 7
vt probatio vestrę fidei multo pretiosior au-
ro (quod per ignem probatur) inueniatur in
laudem, & gloriam, & honorem in reuela-
tione Iesu Christi: * quem cum non videri- 8
tis, diligitis: in quem nunc quoq. non viden-
tes creditis: credentes autem exultabitis læti-
tia inenarrabili, & glorificata: * reportantes 9
finem fidei vestræ, salutem animarum. * De 10
qua salute exquisierunt, atq. scrutati sũt pro-

phetæ, qui de futura in vobis gratia prophe-
11 tauerunt: * scrutantes in quod, vel quale tem
pus significaret in eis Spiritus Christi: prenũ-
ciãs eas q̃ in Christo sunt passiones, & poste-
12 riores glorias: * quibus reuelatũ est, quia non
C sibimetipsis, vobis aũt ministrabant ea, quæ
nunc nunciata sunt vobis per eos, qui euãge-
lizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cę-
13 lo, in quẽ desiderãt Angeli prospicere. * Pro-
pter qđ succincti lũbos mentis vestræ, sobrij "Leu. 11. g. 44. & 19. a. 2. & 20. b. 7.
perfectè sperate in eã, quę offertur vobis, gra
14 tiam, in reuelationẽ Iesu Christi, * quasi filij
obedientię, non cõfigurati prioribus ignorã-
15 tiæ vestræ desiderijs: * sed secundum eũ, qui "Deu. 10. d. 17. Rom. 2. b. 11. Gal. 2. b. 6.
vocauit vos, Sanctũ: & ipsi in omni cõuersa-
16 tione sancti sitis: qm̃ scriptũ est: * " Sãcti eri-
17 tis, qm̃ ego Sanctus sum. * Et si patrem inuo
catis eum, qui " sine acceptione personarum
iudicat secundum vniuscuiusque opus, in ti-
more incolatus vestri tempore conuersami- "1. Cor. 6. d. 20. & 7. d. 23. Hebr. 9. d. 12. 1. Ioa. 1. b. 7. Apoc. 1. b. 5.
18 ni. * Sciẽtes quod non corruptibilibus auro,
D vel argento redẽpti estis de vana vestra con-
19 uersatione paternæ traditionis: * "sed pretio-
so sanguine quasi agni immaculati Christi, &
20 incontaminati: * præcogniti quidem ante
mundi constitutionem, manifestati autẽ no-
21 uissimis temporibus propter vos, * qui per
ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum
à mortuis, & dedit ei gloriã, vt fides vestra

& spes esset in Deo: * Animas vestras castifi- 22
cantes in obedientia charitatis, in fraternita-
tis amore, simplici ex corde inuicem diligite
attentius: * renati non ex semine corruptibili, 23
sed incorruptibili per verbũ Dei viui, & per-
Isa.40. manentis in æternum: * " quia omnis caro vt 24
b.6. fœnum: & omnis gloria eius tãquam flos fœni
Eccl.14. exaruit fœnum, & flos eius decidit. * Verbum 25
c.18. autem Dñi manet in æternum, hoc est autem
Iac.1.b. verbum, quod euangelizatum est in vos.
10.

CAP. II.

Rom.6. DEponentes igitur oẽm malitiam, & om- 1
a.4. nẽ dolum, & simulationes, & inuidias, A
Eph.4. & omnes detractiones * sicut modò geniti in- 2
c.22. fantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite,
Col.3.b. vt in eo crescatis in salutem: * si tamen gusta- 3
8. stis quoniã dulcis est Dominus. * Ad quem 4
Heb.12. accedentes lapidẽ viuum, ab hominibus qui-
a.1. dem reprobatum, à Deo autem electum, &
honorificatum: * & ipsi tamquam lapides vi- 5
ui superædificamini, domus spiritualis, sacer
dotium sanctum offerre spirituales hostias,
acceptabiles Deo per Iesum Christum: * Pro- 6
Isa.28. pter quod continet Scriptura: " Ecce pono in
d.16. Siõ lapidem summum angularem, electum, B
Rom.9. pretiosum: & qui crediderit in eum, non con-
g.33. fundetur. * Vobis igitur honor credentibus, 7
Ps.117. non credentibus autem " lapis, quem reproba-
d.21. uerunt ædificantes, hic factus est in caput an-
Mat.21. guli: * & lapis offensionis, & petra scandali 8
d.42. his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo
Act.4.b. & positi sunt. * Vos autem genus electum, re- 9
11. gale sacerdotium, gens sancta, populus acqui-
Is.8.c.14 sitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de
Osee 2. tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suũ.
d.23. * " Qui aliquando non populus, nunc autem 10
Rom.9. populus Dei: qui non consecuti misericordiã,
c.25. nũc autem misericordiam consecuti. * " Cha- 11
Ro.13. rissimi, obsecro vos tãquam aduenas, & pere- C
d.14. grinos abstinere vos à carnalibus desiderijs,
Gal.5.c. quæ militant aduersus animam, * conuersa- 12
26. tionem vestram inter Gentes habentes bonã:
vt in eo, quod detrectant de vobis tamquam
de malefactoribus, ex bonis operibus vos
considerantes, glorificent Deum in diem vi-
Ro.13. sitationis. * " Subiecti igitur estote omni hu- 13
a.1. manæ creaturæ propter Deum: siue regi quasi
præcellenti: * siue ducibus tamquam ab eo 14
missis ad vindictam malefactorum, laudem
verò bonorũ: * quia sic est voluntas Dei, vt be- 15
nefacientes obmutescere faciatis impruden-
tium hominum ignorantiam: * quasi liberi, 16
& non quasi velamen habentes malitiæ liber-
tatem, sed sicut serui Dei. * Omnes honorate: 17
Ro.12. " fraternitatem diligite: Deum timete; Regem
c.10. honorificate. * " Serui subditi estote in omni 18
Ephes. timore dominis, nõ tantum bonis, & mode-
6.a.5. stis, sed etiam discolis. * Hæc est enim gratia, 19
Col.3.d. si propter Dei conscientiam sustinet quis tri-
22. stitias, patiens iniustè. * Quæ enim est gloria, D
Ti.2.c.9 si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si be- 20
ne facientes patienter sustinetis: hæc est gra-
tia apud Deũ. * In hoc enim vocati estis: q̃a, 21
& Christus passus est ꝓ nobis, vobis relinquẽs
22 exemplum, vt sequamini vestigia eius, * " qui
peccatum non fecit, nec inuentus est dolus Isa.53.
23 in ore eius: * qui cum malediceretur, nõ ma- c.9.
ledicebat: cum pateretur non comminabatur:
24 tradebat autem iudicanti se iniustè: * " qui
peccata nostra ipse pertulit in corpore suo su 1.Io.3.
per lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viua- a.5.
25 mus, cuius liuore sanati estis. * Eratis enim Isa.53.b.
sicut oues errantes, sed conuersi estis nũc ad 5.
pastorem, & episcopum animarũ vestrarum.

CAP. III.

1 SImiliter & mulieres subditæ sint viris Col.3.c.
A suis; vt & si qui non credunt verbo, per 18.
mulierum conuersationem sine verbo lucri Ephes.5
2 fiant * considerantes in timore castam con- e.25.
3 uersationem vestram. * " Quarum non sit 1.Tim.
extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, 2.c.9.
4 aut indumenti vestimentorum cultus: * sed
q absconditus est cordis homo, in incorrupti-
bilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in
5 conspectu Dei locuples. * Sed enim aliquãdo
& sanctæ mulieres, sperantes in Deo, orna-
6 bant se, subiectæ proprijs viris. * " Sicut Sara Ge.18.
obediebat Abrahæ, dñm eum vocans: cuius b.12.
estis filiæ benefacientes, & non pertinentes 1.Cor.
7 vllam perturbationem. * " Viri similiter coha- 7.a.3.
B bitãtes secundum scientiam, quasi infirmio-
ri vasculo muliebri impartientes honorem,
tamquam, & coheredibus gratiæ vitæ: vt non
8 impediantur orationes vestræ. * In fine autẽ
omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis
9 amatores, misericordes, modesti, humiles: * " Pro.17.
non reddentes malum pro malo, nec male- c.13.
dictum pro maledicto, sed è contrario bene- Rom.12
dicentes: quia in hoc vocasti estis, vt benedi- d.17.
10 ctionem hæreditate possideatis. * " Qui enim 1.Thess.
vult vitã diligere, & dies videre bonos, coer- 5.d.15.
ceat linguam suam à malo, & labia eius, ne Ps.33.
11 loquantur dolum. * Declinet à malo, & fa- c.13.
12 ciat bonum inquirat pacem, & sequatur eã: * Isa.1.c.
C Quia oculi Dñi super iustos, & aures eius in 16.
preces eorum: Vultus autem Dñi super fa-
13 cientes mala. * Et quis est, qui vobis noceat, si
14 boni æmulatores fueritis? * " Sed & si quid Mat.5.
patimini propter iustitiam, beati. Timorem a.10.
autẽ eorum ne timueritis, & non conturbe-
15 mini. * Dñm autem Christum sacrificate in
cordibus vestris, parati semper ad satisfactio-
nem omni poscenti vos rationem de ea, quæ
16 in vobis est, spe, * " sed cũ modestia, & timo- Sup.2.
re, conscientiam habentes bonam: vt in eo, q̃ c.12.
detrahunt vobis, confundantur, qui calũniã- Rom.5.
tur vestram bonam in Christo conuersatio- b.6.
17 nem. * Melius est enim benefacientes (si vo- Hebr.9.
D luntas Dei velit,) pati, quam malefacientes, * d.28.
18 quia, & Christus semel pro peccatis nostris Gen.6.
mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offer- b.1.
ret Deo, mortificatus quidẽ carne, viuifica- Matt.14
19 tus aũt spiritu. * In quo & his, qui in carcere d.37.
20 erãt, spiritibus veniens prædicauit: * qui in- Luc.17.
creduli fuerãt aliquando, " quãdo expectabãt f.27.
Dei patientiam in diebus Noe, cum fabrica-
retur arca in qua pauci, id est octo aĩæ saluæ
factæ sunt per aquam, * quod & vos nunc si- 21
milis formæ saluos facit baptisma: non car-
nis depositio sordium, sed conscientiæ bo-
næ interrogatio in Deum per resurrectionẽ
Iesu Christi, * qui est in dextera Dei, deglu- 22
tiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes effi-
ceremur: profectus in cælum subiectis sibi
angelis, & potestatibus, & virtutibus.

CAP. IV.

CHristo igitur passo in carne, & vos eadẽ 1
cogitatione armamini: quia qui passus A
est in carne, desiit à peccatis: * Vt iam non de- 2
siderijs hominum, sed voluntati Dei, quod
Eph.4. reliquum est in carne viuat tẽporibus. * " Suf- 3
23. ficit enim præteritum tempus ad voluntatẽ
Gentium consummandam his, qui ambula-
uerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, co-
messationibus, potationibus, & illicitis ido-
lorum cultibus. * In quo admirantur non 4
concurrentibus vobis in eandẽ luxuriæ con-
fusionem, blasphemantes. * Qui reddent ra- 5
tionem ei, qui paratus est iudicare viuos, & B
mortuos. * Propter hoc enim, & mortuis euã 6
gelizatum est: vt iudicẽtur quidem secundũ
homines in carne, viuant autem secundum
Deum in Spiritu. * Omnium autem finis ap- 7
propinquauit. Estote itaque prudentes, & vi-
gilate in orationibus. * Ante omnia autem, 8
mutuam in vobismetipsis charitatem conti-
nuam habẽtes: quia charitas operit multitu-
dinem peccatorum. * Hospitales inuicem si- 9
Pro.10. ne murmuratione: * " Vnusquisque, sicut ac- 10
b.12. cepit gratiam, in alterutrum illam admini- C
Rom.12 strantes, sicut boni dispensatores multifor-
b.6. mis gratiæ Dei. * " Si quis loquitur, quasi ser- 11
Heb.13. mones Dei: si quis ministrat, tamquam ex
a.2. virtute, quam administrat Deus: vt in omni-
Phil.2. bus honorificetur Deus per Iesum Christũ:
a.14. cui est gloria, & imperium in sæcula sæculo-
Ro.12. rum: Amen. * Charissimi, nolite peregrinari 12
b. in feruore, qui ad tentationem vobis fit, qua-
1.Cor.4. si noui aliquid vobis contingat: * sed com- 13
c. municantes Christi passionibus gaudete, vt
& in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exul-
tantes. * Si exprobramini in nomine Christi, 14
beati eritis: quoniam quod est honoris, glo- D
riæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, su-
15 per vos requiescit. * Nemo autem vestrum
patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus
16 aut alienorum appetitor. * Si autem, vt Chri
stianus, non erubescat: glorificet aũt Deum
17 in isto nomine: * quoniam tempus est, vt in-
cipiat iudicium à domo Dei. Si autem pri-
mum à nobis: quis finis eorum, qui non cre-
18 dunt Dei Euangelio? * " Et si iustus vix sal- Pro.11.
uabitur, impius, & peccator vbi parebunt? d.31.
19 * Itaque, & hi, qui patiuntur secundum vo-
luntatem Dei, fideli Creatori commendent
animas suas in benefactis.

CAP. V.

1 SEniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro,
A consenior, & testis Christi passionum: qui
& eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ
2 cõicator: * pascite, qui in vobis est gregem
Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè
secundum Deum: neque turpis lucri gratia,
3 sed voluntariè: * neque, vt dominãtes in cle-
4 ris, sed forma facti gregis ex animo. * Et cum
B apparuerit princeps pastorum, percipietis
5 immarcescibilem gloriæ coronam. * Simili-
ter adolescentes subditi estote senioribus.
" Omnes autem inuicem humilitatem insi-
nuate, " quia Deus superbis resistit, humili- Ro.12.
6 bus autem dat gratiã. * Humiliamini igitur c.10.
sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tem- Iac.4.
7 pore visitationis: * omnem solicitudinẽ ve- c.10.
stram proijcientes in eum, quoniam ipsi cu- Psal.54.
8 ra est de vobis. * Sobrij estote, & vigilate: quia d.23.
C aduersarius vester diabolus tãquam leo ru- Matt.6.
9 giens circuit, quærens quem deuoret: * Cui c.25.
resistite fortes in fide: sciẽtes eandem passio- Luc.12.
nem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati c.12.
10 fieri. * Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit
nos in æternã suã gloriã in Christo Iesu, mo-
dicũ passos ipse perficiet, cõfirmabit, solida-
11 bitq. * Ipsi gloria, & imperiũ in sæcula sæcu-
12 lorum. Amẽ. * Per Siluanum fidelẽ fratrem
D vobis, vt arbitror, breuiter scripsi obsecrans,
& contestans hanc esse veram gratiã Dei, in
13 qua statis. * Salutat vos Ecclesia, quæ est in
Babylone coelecta, & Marcus filius meus.
14 * Salutate inuicem in osculo sancto: Gratia
vobis omnibus, qui estis in Christo Iesu.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

SIMON Petrus, seruus, 1
& Apostolus Iesu Christi, A
ijs, qui coæqualem nobiscũ
sortiti sunt fidem in iusti-
tia Dei nostri, & Saluatoris
Iesu Christi. * Gratia vo- 2
bis, & pax adimpleatur
in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini
3 nostri, * quomodo omnia nobis diuinæ vir-
tutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem do-
nata sunt, per cognitionem eius, qui voca-
4 uit nos propria gloria, & virtute, * per quem
maxima, & pretiosa nobis promissa dona-
uit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes
naturæ: fugientes eius, quæ in mundo est, cõ-
5 cupiscentiæ corruptionem. * Vos autem cu-

ſam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fi-
de veſtra virtutem, in virtute autem ſcien- B
tiam,* in ſcientia autem abſtinentiam, in ab- 6
ſtinentia autem patientiam, in patientia au-
tem pietatem,* in pietate autem amorẽ fra- 7
ternitatis in amore autem fraternitatis cha-
ritatem.* Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & 8
ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos cõ-
ſtituet in Domini noſtri Ieſu Chriſti cogni-
tione.* Cui enim non præſto ſunt hæc, cæ- 9
cus eſt, & manu tentans, obliuionem acci-
piens purgationis veterum ſuorum delicto-
rum.* Quapropter fratres magis ſatagite, vt 10
per bona opera certam veſtram vocationẽ, C
& electionẽ faciatis: hæc enim facientes, non
peccabitis aliquando.* Sic enim abundanter 11
miniſtrabitur vobis introitus in ęternum re-
gnũ Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chri-
ſti.* Propter quod incipiam vos ſemper cõ- 12
monere de his: & quidem ſcientes, & confir-
matos vos in præſenti veritate.* Iuſtum au- 13
tem arbitror quamdiu ſum in hoc taberna-
culo, ſuſcitare vos in commonitione:* cer- 14
tus, qđ velox eſt depoſitio tabernaculi mei,
ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus
[Io 21. f.19.] Chriſtus " ſignificauit mihi.* Dabo aũt ope- 15
ram, & frequenter habere vos poſt obitum
[1.Co.1. c.17.] meum, vt horum memoriã faciatis.* " Non 16
enim doctas fabulas ſecuti notam fecimus
vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem,
& præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius
magnitudinis.* Accipiens enim à Deo Pa- D
tre honorem, & gloriam, voce delapſa ad 17
[Mat.17 a.5.] eum huiuſcemodi à magnifica gloria: " Hic
eſt Filius meus dilectus, in quo mihi cõpla-
cui, ipſum audite.* Et hanc vocem nos audi- 18
uimus de cælo allatam, cum eſſemus cũ ip-
ſo in monte ſancto.* Et habemus firmiorẽ 19
propheticum ſermonem: cui benefacitis at-
tendentes quaſi lucernæ lucenti in caligino-
ſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oria-
[2.Tim. 3.d.16.] tur in cordibus veſtris:* " hoc primũ intel- 20
ligentes, quod omnis prophetia Scripturæ
propria interpretatione non fit.* Non enim 21
voluntate humana allata eſt aliquando pro-
phetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti
ſunt ſancti Dei homines.

CAP. II.

FVerunt verò & pſeudoprophetæ in po- 1
pulo, ſicut & in vobis erũt magiſtri men- A
daces, qui introducent ſectas perditionis, &
eum, qui emit eos, Dominum negant: ſuper-
ducẽtes ſibi celerem perditionem.* Et mul- 2
ti ſequẽtur eorum luxurias, per quos via ve-
ritatis blaſphemabitur:* & in auaritia fictis 3
verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudi-
cium iam olim non ceſſat: & perditio eorum
[Iob 4. d.18. Iud.b.6.] non dormitat.* " Si enim Deus angelis pec- 4
cantibus non pepercit, ſed rudentibus infer-
ni detractos in tartarum tradidit cruciãdos,
in iudicium reſeruari.* Et originali mundo 5
[Gen.7. a.1.] nõ pepercit, " ſed octauum Noe iuſtitiæ prę-
conem cuſtodiuit, diluuium mundo impio-
[Ge. 19. b.25.] rum inducens.* " Et ciuitates Sodomorum, 6
& Gomorrhæorum in cinerem redigens, B
euerſione damnauit: exemplum eorum, qui
7 impiè acturi ſunt, ponens:* & iuſtũ Lot op-
preſſum à nefandorum iniuria, ac luxurioſa
8 conuerſatione eripuit:* aſpectu enim, & au-
ditu iuſtus erat: habitans apud eos, qui de
die in diem animam iuſtam iniquis operib⁹
9 cruciabant.* Nouit Dominus pios de tenta-
tione eripere: iniquos verò in diem iudicij
10 reſeruare cruciandos:* magis autem eos, qui
poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ
ambulant, dominationemque contemnunt,
audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt
11 introducere blaſphemantes:* vbi angeli for-
titudine, & virtute cũ ſint maiores, non por-
12 tãt aduerſum ſe execrabile iudiciũ.* Hi ve-
rò velut irrationabilia pecora, naturaliter in
captionem, & in perniciẽ in his, quæ ignorãt
blaſphemantes in corruptione ſua peribunt,
13 * percipiẽtes mercedem iniuſtitiæ, volupta-
C tem exiſtimantes diei delicias: coinquinatio-
nes, & maculæ delicijs affluentes, in conui-
14 uijs ſuis luxuriantes vobiſcum,* oculos ha-
bentes plenos adulterij, & inceſſabilis deli-
cti. Pellicientes animas inſtabiles, cor exerci-
tatum auaritia habentes, maledictionis filij:
15 * derelinquentes rectã viam errauerũt, " ſe- [Nu.22. d.23. Iudic. d. 11.]
cuti viã Balaam ex Boſor, qui mercedẽ ini-
16 quitatis amauit:* correptionem verò habuit
ſuæ veſaniæ: ſubiugale mutũ animal, homi-
nis voce loquens, prohibuit prophetæ inſi-
17 piẽtiam.* Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebu-
læ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tene-
18 brarũ reſeruatur.* Superba enim vanitatis
D loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis lu-
xuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in er-
19 rore conuerſantur:* libertatem illis promit-
tentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis: " à [Ioan.8. d.34. Ro 6. e.20.]
quo enim quis ſuperatus eſt, huius, & ſeruus
20 eſt.* Si enim refugientes coinquinationes
mundi in cognitione Domini noſtri, & Sal-
uatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſu- [Heb.6. a.4. Mat.12. d.45.]
perantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora
21 prioribus.* Melius.n. erat illis nõ cognoſce-
re viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, re-
trorſum conuerti ab eo, quod illis traditum
22 eſt ſancto mandato.* Contigit enim eis il- [Pro.26. b.11.]
lud veri prouerbij: " Canis reuerſus ad ſuum
vomitum: &, Sus lota in volutabro luti.

CAP. III.

1 HAnc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam
A ſcribo epiſtolã, in quibus veſtram exci-
2 to in commonitione ſinceram mentem:* vt
memores ſitis eorum, quæ prædixi verborũ
à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtro-
rum, præceptorum Domini, & Saluatoris.
3 * " hoc primum ſcientes, quòd veniẽt in no- [1.Tim. 4.a.1. 2.Tim. 3.a.]
uiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta
4 proprias concupiſcentias ambulantes,* di-
B centes: " Vbi eſt promiſſio, aut aduentus [Iud.f.18.]
eius? ex quo enim patres dormierunt, om-
5 nia ſic perſeuerant ab initio creaturæ.* La- [Eze.12. f.27.]
tet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant
prius, & terra, de aqua, & per aquam conſi-
6 ſtens Dei verbo:* per quæ, ille tunc mundus
7 aqua inundatus perijt.* Cęli autẽ, qui nunc
ſunt

ſunt, & terra eodẽ verbo repoſiti ſunt, igni:
reſeruati in diem iudicij, & perditionis im-
piorum hominum.* Vnum vero hoc non 8
lateat vos, chariſſimi, quia vnus dies apud
Dñm ſicut mille anni, & mille anni, ſicut
dies vnus.* Nõ tardat Dominus promiſſio- 9
nem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed pa-
[1.Theſ. 5.a.2. Apoc. 3. a.3. & 16 c.15.] tienter agit propter vos, nolens aliquos peri-
re, ſed omnes ad pęnitentiam reuerti:* " Ad- 10
ueniet autem dies Domini, vt fur: in quo cę-
li magno impetu tranſient, elementa verò C
calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa
ſunt opera, exurẽtur.* Cum igitur hæc om- 11
nia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe
in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus,
* expectantes, & properantes in aduentum 12
diei Domini, per quem cæli ardentes ſol-
uentur, & elementa ignis ardore tabeſcent?
13 * " Nouos verò cælos, & nouam terram ſe- [Iſa. 65. c 17. & 66. g.22. Apoc.21 a.1.]
cundum promiſſa ipſius expectamus, in qui-
14 bus iuſtitia habitat:* Propter quod chariſſi-
mi hæc expectantes, ſatagite immaculati, &
15 inuiolati ei inueniri in pace,* & " Dñi no-
D ſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini: [Rom.2. a.4.]
ſicut, & chariſſimus frater noſter Paulus ſe-
cundum datam ſibi ſapiẽtiam ſcripſit vobis,
16 * ſicut, & in omnibus epiſtolis, loquens in
eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia
intellectu, quæ indocti, & inſtabiles depra-
uant, ſicut & cęteras Scripturas, ad ſuam ip-
17 ſorum perditionem.* Vos igitur fratres, prę
ſcientes cuſtodite, ne inſipiẽtium errore tra-
18 ducti excidatis à propria firmitate,* creſcite
verò in gratia, & in cognitione Domini no-
ſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti ipſi gloria, &
nunc, & in diem æternitatis. Amen.

EPISTOLA
B. IOANNIS APOSTOLI
PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

QVOD fuit ab initio, quod 1
audiuimus, quod vidi- A
mus oculis noſtris, quod
perſpeximus, & manus
noſtræ contrectauerunt de
verbo vitæ:* & vita ma- 2
nifeſtata eſt, & vidimus,
& teſtamur, & annuncia-
mus vobis vitam æternam, quæ erat apud
3 patrem, & apparuit nobis:* quod vi-
B dimus, & audiuimus, annunciamus vo-
bis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum
& ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum
4 Filio eius Ieſu Chriſto.* Et hæc ſcribi-
mus vobis, vt gaudeatis, & gaudium ve-
5 ſtrum ſit plenum.* Et hæc eſt annun-
ciatio, quam audiuimus ab eo, & an- [Ioan.8. b.12.]
C nunciamus vobis. " Quoniam Deus lux
eſt,

est,& tenebræ in eo non sunt vllæ.* Si dixe- 6
rimus quoniã societatem habemus cum eo,
& in tenebris ambulamus,mentimur,& ve-
ritatẽ non facimus.* Si autem in luce ambu- 7
lamus sicut,& ipse est in luce,societatem ha-
bemus ad inuicem,"& sanguis Iesu Christi,
"Heb.9. Filij eius,emũdat nos ab omni peccato.*" Si 8
d.14. dixerimus quoniam peccatũ non habemus, D
1.Pet.1. ipsi nos seducimus , & veritas in nobis non
d.19. est. * Si confiteamur peccata nostra:fidelis 9
Apoc.1. est, & iustus , vt remittat nobis peccata no-
b 5. stra,& emundet nos ab omni iniquitate.* Si 10
3.Reg.8 diximus qm̃ non peccauimus:mendacem
c.45. facimus eum, & verbũ eius nõ est in nobis.
2.Paral.

CAP. II.

6.g.36. Filioli mei,hęc scribo vobis,vt non pecce- 1
Prou.20 tis.Sed & si quis peccauerit,aduocatum A
c.9. habemus apud Patrem,Iesum Christum iu-
Eccl.7. stum:* & ipse est propitiatio pro peccatis 2
c.21. nostris:non pro nostris aũt tantum, sed etiã
pro totius mundi.* Et in hoc scimus qm̃ co- 3
gnouimus eũ, si mandata eius obseruemus.
*Qui dicit se nosse eũ,& mandata eius non 4
custodit, mendax est , & in hoc veritas non
est. * Qui autem seruat verbum eius vere 5
in hoc charitas Dei perfecta est : & in hoc
scimus quoniam in ipso sumus. * Qui di- 6
cit se in ipso manere, debet, sicut ille ambu-
lauit,& ipse ambulare * Charissimi,nõ mã- 7
datum nouum scribo vobis, sed mãdatum
vetus,quod habuistis ab initio: Mandatum B
"Io.13.d vetus est verbum, quod audistis.* " Iterum 8
34.& 15 mandatum nouum scribo vobis quod verũ
b.12. est & in ipso, & in vobis:quia tenebræ tran-
sierunt,& verum lumen iam lucet.* Qui di- 9
cit se in luce esse, & fratrẽ suum odit,in te-
"Inf.3.c. nebris est vsque adhuc.*" Qui diligit fratrẽ 10
14. suum,in lumine manet, & scandalum in eo
non est.* Qui autem odit fratrem suum,in 11
tenebris est,& in tenebris ambulat,& nescit
quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos
eius.* Scribo vobis,filioli,quoniam remit- 12
tuntur vobis peccata propter nomen eius.
*Scribo vobis patres , quoniam cognouistis 13
eum,qui ab initio est. Scribo vobis adolescẽ-
tes,quoniam vicistis malignum.* Scribo vo- 14
bis, infantes, quoniam cognouistis patrem.
Scribo vobis iuuenes , quoniam fortes estis,
& verbũ Dei manet in vobis,& vicistis ma-
lignum.* Nolite diligere mundũ,neque ea, 15
quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundũ, C
non est charitas Patris in eo:*quoniam om- 16
ne, quod est in mundo , concupiscentia car-
nis est , & concupiscentia oculorum ,& su-
perbia vitæ:quæ nõ est ex Patre,sed ex mũ-
do est.* Et mundus transit,& concupiscen- 17
tia eius. Qui autem facit voluntatem Dei,
manet in æternũ. * Filioli, nouissima hora 18
est: & sicut audistis quia Antichristus venit:
& nunc Antichristi multi facti sunt , vnde
scimus,quia nouissima hora est,* Ex nobis 19
prodierunt, sed non erant ex nobis. nam, si
fuissent ex nobis , permansissent vtique no-
biscum; sed vt manifesti sint quoniam non
sunt omnes ex nobis. * Sed vos vnctionem 20
21 habetis à Sancto,& nostis omnia.* Nõ scri-
psi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed
quasi scientibus eã: & quoniam omne men-
22 dacium ex veritate non est.* Quis est men-
D dax,nisi is,qui negat quoniam Iesus est Chri-
stus?* Hic est Antichristus,qui negat Patrẽ,
23 & Filium. * Omnis, qui negat Filium,nec
Patrem habet , qui confitetur Filium, &
24 patrẽ habet * Vos quod audistis ab initio,
in vobis permaneat: Si in vobis permanse-
rit quod audistis ab initio, & vos in Filio,&
25 Patre manebitis. * Et hæc est repromissio,
quam ipse pollicitus est nobis, vitam æter-
26 nam. * Hæc scripsi vobis de his,qui sedu-
27 cunt vos. * Et vos vnctionem,quam accepi-
stis ab eo,maneat in vobis. Et non necesse
habetis vt aliqs doceat vos: sed sicut vnctio
eius docet vos de omnibus,& verum est,&
non est mẽdaciũ. Et sicut docuit vos:mane-
28 te in eo.* Et nunc filioli,manete in eo:vt cũ
apparuerit, habeamus fiduciam, & nõ con-
29 fundamur ab eo in aduentu eius.* Si scitis
quoniam iustus est, scitote quoniam, & om-
nis,qui facit iustitiam,ex ipso natus est.

CAP. III.

1 Videte qualem charitatem dedit nobis
A Pater,vt filij Dei nominemur, & si-
mus. Propter hoc mũdus nõ nouit nos: qa
2 non nouit eũ.* Charissimi,nunc filij Dei su-
mus:& nondum apparuit quid erimus. Sci-
mus quoniã cum apparuerit , similes ei eri-
3 mus:quoniam videbimus eũ sicuti est. * Et
omnis , qui habet hanc spem in eo, sanctifi-
4 cat se,sicut & ille sanctus est.* Omnis,qui fa-
cit peccatum , & iniquitatem facit: & pecca-
5 tum est iniquitas.* " Et scitis quia ille appa- "Isa.53.
ruit vt peccata nostra tolleret : & peccatũ in c.9.
6 eo non est.* Omnis,qui in eo manet,nõ pec 1.Pet.2.
cat: & omnis, qui peccat,non vidit eum, d.22.
7 nec cognouit eum.* Filioli,nemo vos sedu-
B cat. Qui facit iustitiam,iustus est:sicut & ille
8 iustus est * "Qui facit peccatum, ex diabolo "Ioan.8.
est : quoniam ab initio diabolus peccat . In f.44.
hoc apparuit Filius Dei , vt dissoluat opera
9 diaboli. * Omnis,qui natus est ex Deo,pec-
catum non facit : quoniam semen ipsius in
eo manet , & non potest peccare , quoniam
10 ex Deo natus est. * In hoc manifesti sunt
filij Dei,& filij diaboli . Omnis qui non est
iustus, non est ex Deo , & qui non diligit
11 fratrem suum: * quoniam hæc est annun-
ciatio,quam audistis ab initio," vt diligatis "Ioã.13.
12 alterutrum.* Non sicut" Cain,qui ex mali- d.34.&
gno erat,& occidit fratrem suum . Et pro- 15.b.12.
pter quid occidit eum ? quoniam opera eius "Gen.4.
13 maligna erant:fratris aũt eius,iusta.* Nolite b.8.
14 mirari fratres,si odit vos mũdus.* Nos sci-
mus quoniam translati sumus de morte ad
C vitam,quoniam diligimus fratres."Qui non "Leu.19.
15 diligit, manet in morte: * omnis, qui odit d.17.
fratrem suum, homicida est . Et scitis quo-
niam omnis homicida non habet vitam
16 æternam in semetipso manentem.*" In hoc "Io.15.b.
cognouimus charitatem Dei , quoniam ille 13.
animam suam pro nobis posuit : & nos de-
bemus

bemus pro fratribus animas ponere."* Qui 17
"Iac.2.c. habuerit substantiam huius mundi,& vide-
19. rit fratrem suum necessitatẽ habere, & clau-
serit viscera sua ab eo : quomodo charitas
Dei manet in eo? * Filioli mei,non diliga- 18
mus verbo,neque lingua,sed opere & veri- D
tate.* in hoc cognoscimus quoniam ex veri- 19
tate sumus: & in cõspectu eius suadebimus
corda nostra * Quoniam si reprehenderit 20
nos cor nostrum : maior est Deus corde no-
stro,& nouit omnia.* Charissimi,si cor no- 21
strum non reprehenderit nos,fiduciam ha-
bemus ad Deum:*"& quidquid petierimus, 22
"Mat.21 accipiemus ab eo : quoniam mandata eius
c.22. custodimus , & ea ; quæ sunt placita coram
"Io.6.d. eo,facimus.*" Et hoc est mandatum eius: 23
29.& 17 Vt credamus ĩ nomine Filij eius Iesu Chri-
a.3. sti:& diligamus alterutrum,sicut dedit mã-
"Ioa.13. datum nobis.*" Et qui seruat mãdata eius, 24
d.34.& in illo manet , & ipse in eo:& in hoc scimus
15.b.12. quoniam manet in nobis de Spiritu , quem
dedit nobis.

CAP. IV.

Charissimi , nolite omni spiritui crede- 1
re , sed probate spiritus si ex Deo sint: A
quoniã multi pseudoprophetæ exierunt in
mundum.* in hoc cognoscitur spiritus Dei: 2
omnis spiritus qui cõfitetur Iesum Christũ
in carne venisse,ex Deo est:* & omnis spiri- 3
tus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic
est Antichristus , de quo audistis quoniam
venit, & nunc jam in mundo est.* Vos ex 4
Deo estis filioli, & vicistis eum,quoniam
maior est qui in vobis est , quam qui in mũ-
"Ioan.8. do.*" Ipsi de mundo sunt:ideo de mundo 5
f.47. loquuntur, & mundus eos audit. * Nos ex 6
Deo sumus . Qui nouit Deum , audit nos:
qui non est ex Deo,non audit nos:in hoc co- B
gnoscimus Spiritum veritatis, & spiritum
erroris. * Charissimi,diligamus nos inuicẽ: 7
quia charitas ex Deo est. Et omnis, qui dili-
git,ex Deo natus est,& cognoscit Deũ.* Qui 8
non diligit,nõ nouit Deum: quoniam Deus
"Ioan.3. charitas est. *" In hoc apparuit charitas Dei 9
d.16. in nobis, quoniam Filium suum vnigenitũ
misit Deus in mundum,vt viuamus per eũ.
*In hoc est charitas:non quasi nos dilexeri- 10
mus Deum , sed quoniam ipse prior dilexit
nos , & misit filium suum propitiationem
pro peccatis nostris.* Charissimi,si sic Deus 11
"Ioan.1. dilexit nos : & nos debemus alterutrum di- C
d.18. ligere.* " Deum nemo vidit vnquam . Si 12
1.Tim.6 diligamus inuicem , Deus in nobis manet,
c.17. & charitas eius ĩ nobis perfecta est.* In hoc 13
cognoscimus quoniam in eo manemus , &
ipse in nobis:quoniam de Spiritu suo dedit
nobis.* Et nos vidimus,& testificamur quo- 14
niam Pater misit Filium suum Saluatorem
mundi.* Quisquis cõfessus fuerit quoniam 15
Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet,& ip-
se in Deo.* Et nos cognoscimus, & credidi- 16
mus charitati , quam habet Deus in nobis,
Deus charitas est: & qui manet in charitate,
in Deo manet,& Deus in eo. * In hoc per- 17
fecta est charitas Dei nobiscum,vt fiduciam
D habeamus in die iudicij : quia sicut ille est,
18 & nos sumus in hoc mundo.* Timor non
est in charitate : sed perfecta charitas foras
mittit timorem,quoniam timor penam ha-
bet,qui autem timet,nõ est perfectus in cha-
19 ritate.* Nos ergo diligamus Deum, quoniã
20 Deus prior dilexit nos.* Si quis dixerit quo-
niam diligo Deum,& fratrem suum oderit,
mendax est . Qui enim non diligit fratrem
suum quem videt, Deum,quem non videt, "Io.13.
21 quomodo potest diligere?*" Et hoc mãda- d.34.&
tum habemus à Deo : vt qui diligit Deum, 15.b.12.
diligat & fratrem suum . Ephes.5

CAP. V. a.2.

1 Omnis,qui credit,quoniã Iesus est Chri-
A stus,ex Deo natus est. Et oĩs,qui diligit
eũ , qui genuit , diligit & eũ qui natus est ex
2 eo. * In hoc cognoscimus quoniam diligi-
mus natos Dei,cũ Deũ, diligamus,& man-
3 data eius faciamus * Hæc est.n.charitas Dei
vt mandata eius custodiamus : & mandata
4 eius grauia nõ sunt.* Qm̃ omne,quod natũ
est ex Deo, vincit mundũ: & hæc est victo-
5 ria,quæ vincit mundũ,fides nostra.*" Quis
est,qui vincit mundũ, nisi qui credit qm̃ Ie- "1.Cor.
6 sus est filius Dei?* hic est,qui venit per aquã 15.d.57.
B & sãguinẽ, Iesus Christus: nõ in aqua solũ,
sed in aqua,& sãguine. Et spiritus est,qui te-
7 stificatur,qm̃ Christus est veritas.* Qm̃ tres
sunt,qui testimoniũ dant in cælo Pater, Ver
bũ , & Spiritus sanctus:& hi tres vnũ sunt.
8 * Et tres sunt , qui testimoniũ dant in terra:
Spiritus,& aqua, & sãguis:& hi tres vnũ sũt
9 *Si testimoniũ hominũ accipimus, testimo-
niũ Dei maius est : qm̃ hoc est testimonium
Dei , quod maius est, qm̃ testificatus est de
10 Filio suo.* Qui credit in filiũ Dei,habet te-
C stimoniũ Dei in se."Qui nõ credit Filio,mẽ- "Ioan.3.
dacem facit eum:quia non credit in testimo d.36.
niũ quod testificatus est Deus de Filio suo.
11 * Et hoc est testimonium , quoniam vitam
æternam dedit nobis Deus . Et hæc vita in
12 Filio eius est.* Qui habet Filium , hẽt vitã:
qui non habet Filiũ, vitam non habet. Hæc
scribo vobis : vt sciatis quoniam vitã habe-
tis æternã, qui creditis in nomine Filij Dei.
13 * Et hæc est fiducia,quam habemus ad eũ,
Quia quodcumque petierimus , secundum
14 voluntatem eius,audit nos.* Et scimus qa
audit nos quidquid petierimus, scimus quo
niam habemus petitiones,quas postulamus
15 ab eo.* Qui scit fratrem suum peccare pec-
catum non ad mortem , petat, & dabitur ei
vita peccanti nõ ad mortem . Est peccatum
ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.
16 *Omnis iniquitas peccatum est,& est pecca
C tum ad mortem. * Scimus quia omnis, qui
17 natus est ex Deo, non peccat, sed generatio
Dei conseruat eum , & malignus non tangit
18 eũ.* Scimus qm̃ ex Deo sumus, & mundus
19 totus ĩ maligno positus est.* Et scimus quo-
niã Filius Dei venit."& dedit nobis sensum
vt cognoscamus verũ Deũ, & simus in vero "Luc.14
Filio eius. Hic est verus Deus,& vita eterna. g.45.
20 * Filioli,custodite vos à simulacris. Amen.

EPI-

EPISTOLA

Beati Ioannis Apostoli

SECVNDA.

SENIOR Electæ domi- 1
næ, & natis eius, quos ego A
diligo in veritate, & non
ego solus, sed & omnes,
qui cognouerunt veritatẽ,
* propter veritatem, quæ 2
permanet in nobis, & no-
biscum erit in æternum.* Sit vobiscum gra- 3
tia, misericordia pax à Deo Patre, & à Chri-
sto Iesu Filio Patris in veritate, & charitate:
* Gaudisus sum valde, quoniam inueni de fi- 4
lijs tuis ambulantes in veritate, sicut manda- B 5
tum accepimus à Patre.* Et nũc rogo te do- 5
mina, non tamquam mandatum nouum
scribens tibi, sed quod habuimus ab initio,
"Isa.15. "vt diligamus alterutrum.* Et hæc est chari- 6
b.12. tas, vt ambulemus secũdum mandata eius. C
Hoc est enim mandatum, vt quemadmodũ
audisti ab initio, in eo ambuletis:* quoniam 7
multi seductores exierunt in mundum, qui
non confitentur Iesum Christum venisse in
carne: hic est seductor, & Antichristus.* Vi- 8
dete vosmetipsos, ne perdatis quę operati
estis: sed vt mercedẽ plenã accipiatis.* Om- 9
nis, qui recedit, & non permanet in doctrina
Christi Deum non habet: qui permanet in
doctrina, hic & Patrẽ, & Filium habet. * Si 10
quis venit ad vos, & hanc doctrinam non af-D
fert, nolite recipere eũ in domum, nec AVE
ei dixeritis.* Qui enim dicit illi AVE, com- 11
municat operibũs eius malignis.* Plura ha- 12
bens vobis scribere, nolui per chartã, & atra-
mentũ: spero.n.me futurum apud vos, & os
ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum
sit.* Salutant te filij sororis tuæ Electæ. 13

Beati Ioannis Apostoli

TERTIA.

1 SENIOR Gaio charissi-
A mo, quem ego diligo in ve
2 ritate.* Charissime, de om
nibus orationem facio pro
sperè te ingredi, & valere,
3 sicut prosperè agit anima
tua.* Gauisus sũ valde ve-
B nientibus fratribus, & testimoniũ perhiben
tibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambu-
4 las.* Maiorem horum non habeo gratiam,
quam vt audiam filios meos in veritate am
5 bulare.* Charissimè, fideliter facis, quidquid
6 operaris in fratres, & hoc in peregrinos,* qui
testimoniũ reddiderunt charitati tuæ in cõ-
spectu Ecclesiæ: quos, benefaciens, deduces
7 digne Deo.* Pro nomine enim eius profecti
8 sunt,* nihil accipientes à Gentibus:* Nos er-
C go debemus suscipere huiusmodi, vt coope-
9 ratores simus veritatis. * Scripsissem forsitã
Ecclesiæ: sed is, qui amat primatum gerere
10 in eis, Diotrephes, non recipit nos,* propter
hoc si venero, commonebo eius opera, quæ
facit: verbis malignis garriens in nos: & quasi
non ei ista sufficiãt: neq. ipse suscipit fratres:
& eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia
11 eijcit.* Charissime, noli imitari malum, sed
D quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est:
12 qui malefacit, non vidit Deum.* Demetrio
testimonium reddit ab omnibus, & ab ip-
sa veritate, sed & nos testimonium perhibe-
13 mus: & nosti quoniam testimonium nostrũ
verum est.* Multa habui tibi scribere: sed
14 nolui per atramentum, & calamum scribere
tibi.* Spero autem protinus te videre, & os
ad os loquemur. Pax tibi: Salutant te amici,
Saluta amicos nominatim.

EPI-

EPISTOLA CATHOLICA

B. IVDAE APOSTOLI.

IVDAS Iesu Christi ser- 1
uus, frater autem Iacobi, A
his qui sunt in Deo Patre
dilectis, & Christo Iesu
conseruatis, & vocatis. * 2
Misericordia vobis, et pax,
& charitas adimpleatur.
* Charissimi, omnem solicitudinem faciens 3
scribendi vobis de communi vestra salu-
te, necesse habui scribere vobis: deprecans
supercertari semel traditæ sãctis fidei.* Sup 4
introierunt enim quidam homines (qui ol-
lim præscripti sunt in hoc iudicium) im-
pij, Dei nostri gratiam transferentes in lu-
xuriam, & solum Dominatorem, & Do-
minum nostrum Iesum Christum nẽgan-
tes. * Commonere autem vos volo, scientes 5
semel omnia, quoniam Iesus populum de B
"Nu.14. terra Aegypti saluans, "secundo eos, qui non
15.37. crediderunt, perdidit.* Angelos verò, qui nõ 6
seruauerunt suum principatum, sed dereli-
querunt suum domicilium, in iudiciũ ma-
gni diei, vinculis æternis sub caligine refer-
uauit.* Sicut Sodoma, & Gomorrha, & Fini- 7
timæ ciuitates simili modo exfornicatæ, &
abeuntes post carnem alterã factæ sunt exẽ-
plum, ignis æterni pœnam sustinentes. * Si- 8
militer, & hi carnem quidẽ maculãt, domi-
nationem autem spernunt, maiestatem autẽ
blasphemant. * "Cum Michael Archange- 9
Zach.3. 2. lus cum diabolo disputans altercaretur de
Moysi corpore, non est ausus iudicium in-
ferre blasphemiæ: sed dixit: Imperet tibi
10 Dominus. * Hi autem quæcumque quidem
ignorant, blasphemant: quæcumque autem
naturaliter, tamquam muta animalia, no-
11 runt, in his corrumpũtur.* Væ illis, quia in
"via Cain abierunt, & "errore Balaam mer- "Gen.4.
cede effusi sunt, & in contradictione "Core b.8.
12 perierunt: * Hi sunt in epulis suis maculæ, "Num.
C conuiuantes sine timore, semetipsos pascen- 22.d.23.
tes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumfe- "Nu.16.
runtur, arbores autumnales, infructuosæ, bis a.1.
13 mortuæ, eradicatæ. * fluctus feri maris, di- 2. Pet.2.
spumantes suas confusiones, sidera errantia: d.17.
quibus procella tenebrarum seruata est in æ-
14 ternũ. * Prophetauit autem, & de his septi- "Apoc.1
mus ab Adam Enoch, dicens: "Ecce venit b.7.
15 Dominus in sanctis millibus suis * facere iu
dicium contra omnes, & arguere omnes im-
pios de omnibus operibus impietatis eorũ,
quibus impiè egerunt, & de omnibus duris,
quæ locuti sunt contra Deum peccatores im-
16 pij. * Hi sunt murmuratores queruloſi, se-
cundũ desideria sua ambulãtes, "& os eorũ
loquitur superbia, mirãtes personas quæ ſtus "Ps.16.
17 causa. * Vos autẽ charissimi memores esto- e.10.
D te verborum, "quę prædicta sunt ab Apostolis "1.Tim.
18 Domini nostri Iesu Christi, * qui dice- 4.a.1.
bant vobis, quoniam in nouissimo tempore 2.Tim.3
venient illusores, secundũ desideria sua am- a.1.
19 bulãtes in impietatibus.* Hi sunt, qui segre- 2. Pet.3.
gant semetipsos, animales, Spiritum non ha- a.3.
20 bentes. * Vos autem charissimi superædifi-
can-

cantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, * vosmetipsos in 21
dilectione Dei seruate expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitã
æternam * Et hos quidem arguite iudicatos 22
*illos verò saluate, de igne rapiẽtes. A ijs au- 23
tem miseremini in timore: odientes & eam,
quę carnalis est, maculatam tunicam. * Ei an- 24
tem, qui potens est vos conseruare sine pec-
cato, & constituere ante conspectum gloriæ
suæ immaculatos in exultatione in aduentu
25 Domini nostri Iesu Christi. * Soli Deo Sal-
uatori nostro, per Iesum Christum Dominũ
nostrum, gloria & magnificentia, imperium,
& potestas ante omne sæculum, & nunc, &
in omnia sæcula sæculorum. Amen.

APOCALYPSIS
B. IOANNIS APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

APOCALYPSIS Iesu 1
Christi, quam dedit illi A
Deus palam facere seruis
suis, quæ oporteret fieri ci-
tò: & significauit, mittens
per Angelum suum seruo
suo Ioanni, * qui testimo- 2
nium perhibuit verbo Dei,
& testimonium Iesu Christi, quæcumque vi-
dit. * Beatus, qui legit, & audiuit verba pro- 3
phetiæ huius: & seruat ea, quæ in ea scripta
sunt, tempus enim propè est. * Ioannes septẽ 4
Ecclesijs, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, &
pax ab eo, " qui est, & qui erat, & qui vẽturus
est: & à septem spiritibus, qui in conspectu
" 1. Cor. throni eius sunt, * & à Iesu Christo, qui est 5
15. c. 20. testis fidelis, " primogenitus mortuorum, & B
Col. 1. c. princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit
18. nos à peccatis nostris " in sanguine suo, * & 6
" Heb. 9. fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & Patri
d. 14. suo; ipsi gloria, & imperium in sæcula sæcu-
lorum; Amen. * " Ecce venit cum nubibus, 7 1. Pet. 1.
& videbit eum omnis oculus, & qui eum d. 10.
pupugerunt. Et plangent se super eum om- 1. Ioã. 2.
nes tribus terræ: Etiam: Amen. * " Ego sum 8 d. 7.
Alpha, & Omega, principium, & finis, dicit " Isa. 3. 6.
Dominus Deus: qui est, & qui erat: & qui ven 13. Mat. 24.
turus est, omnipotens. * Ego Ioannes frater 9 c. 20.
vester, & particeps in tribulatione, & regno, Iud. c. 14.
& patientia in Christo Iesu fui in insula, quę " Isa. 44.
appellatur Patmos propter verbum Dei, & a. 6.
10 testimonium Iesu. * Fui in spiritu in Do- " Inf. 21. b.
C minica die, & audiui post me vocem ma- 6. & 22.
11 gnam tamquã tubæ, * dicentis. Quod vides, c. 13.
scribe in libro: & mitte septem Ecclesijs, quæ
sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Perga-
mo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ,
12 & Laodiceæ: * Et conuersus sum, vt videre
vocem, quæ loquebatur mecum: Et conuer-
13 sus vidi septem candelabra aurea: * & in
medio septem candelabrorum aureorum si-
milem filio hominis, vestitum podere, & præ-

cinctum ad mammillas zona aurea: * ca- 14
put autem eius, & capilli erant candidi tan-
D quam lana alba, & tanquam nix, & oculi eius
tanquam flammæ ignis, * & pedes eius simi- 15
les aurichalco, sicut in camino ardenti, & vox
illius tamquam vox aquarum multarum: * 16
& habebat in dextera sua stellas septem: &
de ore eius gladius vtraque parte acutus exi-
bat: & facies eius sicut Sol lucet in virtute
sua. * Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes 17
" Isa. 41. b. 4. & 44 a. 6.
eius, tamquam mortuus. Et posuit dexterã
suam super me, dicens: Noli timere: " ego sũ
primus, & nouissimus, * & viuus, & fui mor 18
tuus, & ecce sum viuens in sæcula sæculorũ,
& habeo claues mortis, & inferni. * Scribe er- 19
go quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet
fieri post hæc. * Sacramentum septem stel- 20
larum, quas vidisti in dextera mea & septem
candelabra aurea: septem stellæ Angeli sunt
septem Ecclesiarum: & candelabra septem,
septem Ecclesiæ sunt.

CAP. II.

ANgelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit 1
qui tenet septem stellas in dextera sua, A
qui ambulat in medio septẽ candelabrorum
aureorum: * Scio opera tua, & laborem, & 2
patientiam tuam, & quia non potes sustine-
re malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apo-
stolos esse, & non sunt: & inuenisti eos men-
daces: * & patientiam habes, & sustinuisti 3
propter nomen meum, & nõ defecisti. * Sed 4
habeo aduersum te, quod charitatem tuam B
primam reliquisti. * Memor esto itaq. vnde 5
excideris: & age pœnitentiã, & prima opera
fac, sin autem, venio tibi, & mouebo cãdela-
brum tuũ de loco suo, nisi pœnitentiã egeris.
* Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaita- 6
rum, quæ & ego odi. * Qui habet aurem, au- 7
diat quid Spiritus dicat Ecclesijs: Vincenti
dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradi
so Dei mei. * Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ 8
C scribe: Hæc dicit primus, & nouissimus, qui
fuit mortuus, & viuit: * Scio tribulationem 9
tuã, & paupertatem tuã, sed diues es: & bla-
sphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse,
10 & non sunt, sed sunt synagoga satanę. * Ni-
hil horum timeas quę passurus es. Ecce mis-
surus est diabolus aliquos ex vobis in carce-
rem, vt tentemini: & habebitis tribulatio-
nem diebus decem. Esto fidelis vsque ad
11 mortem, & dabo tibi coronam vitæ. * Qui
D habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ec-
clesijs: Qui vicerit, non lædetur à morte se-
12 cunda. * Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe:
Hæc dicit, qui habet rhomphæã vtraq par-
13 te acutã: * Scio vbi habitas, vbi sedes est sa-
tanæ: & tenes nomen meum, & non negasti
fidem meam. Et in diebus illis Antipas te-
stis meus fidelis, qui occisus est apud vos,
14 vbi satanas habitat. * Sed habeo aduersus te
pauca: quia habes illic tenentes doctrinam
" Balaam, qui docebat Balac mittere scanda- " Nu. 24.
15 lũ coram filijs Israel, edere, & fornicari: * ita a. 3. & 25.
habes & tu tenentes doctrinam Nicolaita- a. 2.
16 rum. * Similiter pœnitentiam age: si quo mi-
E nus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in
17 gladio oris mei. * Qui habet aurem, audiat
quid Spiritus dicat Ecclesijs. Vincenti dabo
manna absconditum, & dabo illi calculum
candidum: & in calculo nomen nouum scri-
18 ptũ, quod nemo scit, nisi qui accipit. * Et An-
gelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Fi-
lius Dei, qui habet oculos tanquã flammam
19 ignis, & pedes eius similes aurichalco. * No-
F uio opera tua, & fidẽ, & charitatẽ tuam, & mi-
nisterium, & patientiam tuam, & opera tua

nouissima plura prioribus. * Sed habeo ad- 20
uersus te pauca: quia permittis mulierē Ieza-
bel, quæ se dicit propheten, docere, & sedu-
cere seruos meos, fornicari, & manducare de
idolothytis. * Et dedi illi tempus, vt peni- 21
tentiam ageret: & non vult pœnitere à for-
nicatione sua. * Ecce mittam eam in lectum: 22
& qui mœchantur cum ea, in tribulatione
maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operi-
bus suis egerint, * & filios eius interficiam 23
" 1. Reg. in morte, & scient omnes Ecclesiæ, "quia e-
16 b.7. go sum scrutās renes, & corda: & dabo vni- G
Psal.7.c. cuique vestrum secundum opera sua. Vobis
10. autem dico, * & ceteris, qui Thyatiræ estis. 24
Ier. 17. Quicumque non habent doctrinam hanc,
b.10. & qui non cognouerunt altitudines satanæ,
quemadmodum dicunt, non mittam super
vos aliud pondus: * tamen id, quod habetis, 25
tenete donec veniam. * Et qui vicerit, & cu- 26
stodierit vsque in finem opera mea, dabo il-
li potestatem super Gentes, * & reget eas in 27
virga ferrea, & tamquam vas figuli confrin-
gentur, * sicut & ego accepi à patre meo: & 28
dabo illi stellam matutinam. * Qui habet 29
aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

CAP. III.

ET Angelo Ecclesiæ Sardis scribe: Hæc 1
dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & A
septem stellas: Scio opera tua, quia nomen
habes, quod viuas, & mortuus es. * Esto vigi- 2
lans, & cōfirma cetera, quæ moritura erant.
Non enim inuenio opera tua plena coram
Deo meo. * In mente ergo habe qualiter 3
acceperis, & audieris, & serua, & penitētiam
" Inf.16. age. Si ergo non vigilaueris, " Veniam ad te
c.15. tamquam fur, & nescies qua hora veniam
1. Thes. ad te. * Sed habes pauca nomina in Sardis, 4
5 a.2. qui non inquinauerunt vestimenta sua, &
1. Pet.3. ambulabūt mecum in albis, quia digni sunt.
c.10. * Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis 5
& non delebo nomen eius de Libro vitæ, B
& confitebor nomen eius coram Patre meo,
& coram angelis eius. * Qui habet aurem, 6
audiat, quid Spiritus dicat Ecclesijs. * Et An- 7
gelo Philadelphiæ ecclesiæ; scribe: Hæc dicit
" Isa. 22. Sanctus, & Verus," qui habet clauem Dauid
f 22. qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo
Iob 12. aperit: * Scio opera tua. Ecce dedi coram te 8
b.14. ostium apertum, quod nemo potest clau-
dere: quia modicam habes virtutem, & ser-
uasti verbum meum, & non negasti nomen
meum. * Ecce dabo de synagoga satanæ, qui 9
dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed men-
tiuntur: Ecce faciam illos, vt veniant, & ado-
rent ante pedes tuos: & scient, quia ego dile-
xi te: * quoniam seruasti verbum patientiæ 10
meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, C
quæ ventura est in orbem vniuersum tenta-
re habitantes in terra. * Ecce venio cito: te- 11
ne, quod habes, vt nemo accipiat coronam
tuam. * Qui vicerit, faciam illum columnam 12
in templo Dei mei, & foras non egredietur
amplius: & scribam super eum nomen Dei
mei, & nomen ciuitatis Dei meæ nouæ Ieru-
salem, quæ descendit de cælo à Deo meo, &
13 nomen meum nouum. * Qui habet aurem
14 audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs. * Et An-
gelo Laodiceæ ecclesiæ scribe: " Hæc dicit, A-
mē, testis fidelis, & verus, qui est principium " Io.14.
15 creatureæ Dei. * Scio opera tua: quia neq. fri- a.6.
gidus es, neq. calidus: vtinam frigidus esses,
16 aut calidus: * sed quia tepidus es, & nec frigi-
D dus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore
17 meo, * quia dicis: quod diues sū, & locupleta
tus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser,
& miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.
18 * Suadeo tibi emere à me aurum ignitum
probatum, vt locuples fias, & vestimentis al-
bis induaris, & nō appareat confusio nudita-
tis tuæ, & collyrio in vnge oculos tuos, vt vi-
19 deas. * " Ego quos amo, arguo, & castigo Æ-
20 mulare ergo, & pœnitentiam age. * Ecce " Pro. 3.
sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocē b.10.
meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad Heb.12.
21 illum, & cenabo cum illo, & ipse mecū. * Qui b.6.
vicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo,
sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in
22 throno eius. * Qui habet aurem, audiat
quid Spiritus dicat Ecclesijs.

CAP. IIII.

1 POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in
A cælo, & vox prima, quam audiui tāquā
tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc,
& ostendam tibi, quæ oportet fieri post hæc
2 * Et statim fui in spiritu, & ecce sedens posi-
3 ta erat in cælo, & supra sedem sedens. * Et qui
sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis
& sardinis: & iris erat in circuitu sedis simi-
4 lis visioni smaragdinæ. * Et in circuitu sedis
B sedilia vigintiquatuor: & super thronos, vi-
gintiquatuor seniores sedentes, circum ami-
cti vestimentis albis, & in capitibus eorū co-
5 ronæ aureæ: * Et de throno procedebant ful-
gura, & voces: & tonitrua: & septem lampa-
des ardentes ante thronum, qui sunt septem
6 spiritus Dei. * Et in conspectu sedis tamquā
C mare vitreum, simile crystallo: & in medio
sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia
7 plena oculis ante, & retro. * Et animal primū
simile leoni, & secundum animal simile vitu
lo, & tertium animal habens faciem, quasi
hominis, & quartum animal simile aquilæ
8 volanti. * Et quatuor animalia, singula eo-
rum habebant alas senas: & in circuitu, &
intus plena sunt oculis: & requiem non ha-
bebant die, ac nocte, dicentia: " Sanctus, San- " Isa 6.a.
ctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, 5.
9 qui erat, & qui est, & qui venturus est. * Et
cum darent illa animalia gloriam, & hono-
rem, & benedictionem sedenti super thro-
10 num, viuenti in sæcula sæculorum, * proci-
D debant vigintiquatuor seniores ante sedentē
in throno, & adorabant viuentem in sæcula
sæculorum, & mittebant coronas suas an-
te



te thronum dicentes: * Dignus es Domine 11
Deus noster accipere gloriam, & honorem,
& virtutē: quia tu creasti omnia, & propter
voluntatem tuam erant, & creata sunt.

CAP. V

ET vidi in dextera sedentis supra thronū, 1
librum scriptum intus, & foris, signatum A
sigillis septem. * Et vidi Angelum fortem, 2
prædicantem voce magna: Quis est dignus
aperire librū, & soluere signacula eius? * Et 3
nemo poterat neq in cælo, neque in terra, ne-
que subtus terrā aperire librum, neque respi-
cere illū * Et ego flebam multum, quoniam 4
nemo dignus inuentus est aperire librū, nec
videre eū * Et vnus de senioribus dixit mi- 5
hi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, ra B
dix Dauid, aperire librū, & soluere septē si-
gnacula eius * Et vidi: & ecce in medio thro- 6
ni, & quatuor animaliū: & in medio senio-
rū, agnum stantem tanquam occisum, habē
tem cornua septem, & oculos septem: qui sūt
septē spiritus Dei, missi in omnē terram. * Et 7
venit, & accepit de dextera sedentis in thro-
no librū. * Et cū aperuisset librū, quatuor ani 8
malia, & vigintiquatuor seniores ceciderunt
coram agno, habentes singuli citharas, & phia
las aureas plenas odoramētorum, quæ sunt
orationes sanctorū: * & cantabant canticum 9
nouum dicentes: Dignus es Domine accipe- C
re librum, & aperire signacula eius: quoniam
occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine
tuo ex oī tribu, & lingua, & populo, & na-
tione: * & fecisti nos Deo nostro regnū, & sa- 10
cerdotes: & regnabimus super terrā. * Et vi- 11
di, & audiui vocem angelorum multorū in
circuitu throni, & animalium, & seniorum:
Dan.7. & erat numerus eorum " millia millium, * di 12
b. centium voce magna: Dignus est Agnus, qui D
occisus est, accipere virtutē, & diuinitatem,
& sapientiam, & fortitudinem, & honorem
13 & gloriam, & benedictionem. * Et omnem
creaturam, quæ in cælo est, & super terram,
& sub terra, & quæ sunt in mari: & quæ in eo
omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, &
Agno benedictio, & honor, & gloria, & pote-
14 stas in sæcula sæculorum. * Et quatuor ani-
malia dicebant: Amen. Et vigintiquatuor se-
niores ceciderūt in facies suas: & adoraue-
runt viuentem in sæcula sæculorum.

CAP. VI.

1 ET vidi quòd aperuisset Agnus vnum de
A septem sigillis, & audiui vnum de qua-
tuor animalibus, dicens, tamquam vocem to-
2 nitrui: Veni, & vide. * Et vidi: & ecce equus
albus, & qui sedebat super illū habebat ar-
cum, & data est ei corona, & exiuit vincens
3 vt vinceret: * Et cum aperuisset sigillum se-
cundum, audiui secundum animal, dicens:
4 Veni, & vide. * Et exiuit alius equus rufus: &
qui sedebat super illum, datū est ei vt sume-
ret pacem de terra, & vt inuicem se interfi-
5 ciant, & datus est ei gladius magnus. * Et cum
B aperuisset sigillum tertium, audiui tertiū a-
nimal, dicens. Veni, & vide. Et ecce equus ni-
ger: & qui sedebat super illum, habebat sta-
6 teram in manu sua. * Et audiui tamquam
vocem in medio quatuor animalium dicen-
tium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres
hordei denario, & vinum, & oleum ne læse-
7 ris. * Et cum aperuisset sigillum quartum, au
diui vocem quarti animalis dicentis: Veni,
8 & vide. * Et ecce equus pallidus: & qui sede
bat super eum, nomen illi Mors, & infernus
sequebatur eum, & data est illi potestas su-
per quatuor partes terræ, interficere gladio,
9 fame, & morte, & bestijs terræ * Et cum ape-
C ruisset sigillum quintum: vidi subtus altare
animas interfectorum propter verbū Dei,



& propter testimonium, quod habebãt, * & 10
clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo
Domine (sanctus, & verus) non iudicas, &
nõ vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui
habitant in terra? * Et datæ sunt illis singulæ 11
stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerẽt
adhuc tempus modicum donec compleãtur
conserui eorum, & fratres eorum, qui inter-
ficiẽdi sunt sicut & illi. * Et vidi cũ aperuis- 12
set sigillum sextum: & ecce terræmotus ma-
gnus factus est, & Sol factus est niger tamquã
saccus cilicinus: & Luna tota facta est sicut sã-
guis: * & stellæ de cælo ceciderunt super ter- 13
rã, sicut & ficus emittit grossos suos cũ à vẽ-
14 to magno mouetur, * & cęlũ recessit sicut li-
ber inuolutus: & omis mons, & insulę de locis
15 suis motæ sunt: * & reges terræ, & principes,
& tribuni, & diuites, fortes, & omis seruus, &
liber absconderunt se in speluncis, & in petris
16 montiũ: * & dicunt mõtibus, & petris: " Cadi
te super nos, & abscondite nos à facie sedẽtis
17 super thronũ, & ab ira Agni: * quã venit dies
magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

CAP. VII.

11 APost hæc vidi quatuor Angelos stantes
super quatuor angulos terræ, tenentes

qua-

" Isa. 26. 19. Ose. 10. b. 8. Luc. 23. d. 30

quatuor ventos terræ ne flarẽt super terram,
neque super mare, neque in vllam arborem.
* Et vidi alterum Angelum ascendentem ab 2
ortu solis, habentem signum Dei viui: & cla-
mauit voce magna quatuor Angelis, quibus
datum est nocere terræ, & mari, * dicens: No 3
lite nocere terræ, & mari, neque arboribus,
quoadusque signemus seruos Dei nostri in
frontibus eorum. * Et audiui numerum si- 4
gnatorum, centum quadringinta quatuor mi
lia signati, ex omni tribu filiorũ Israel. * Ex 5
tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu B
Rubẽ duodecim millia signati: Ex tribu Gad
duodecẽ millia signati: * Ex tribu Aser duo- 6
decim millia signati: Et tribu Nephtali duo-
decim millia signati: Ex tribu Manasse duo-
decim millia signati: * Ex tribu Simeon duo- 7
decim millia signati: Ex tribu Leui duode-
cim millia signati: Et tribu Issachar duode-
cim millia signati: * Ex tribu Zabulon duo- 8
decim millia signati: Et tribu Ioseph duode-
cim millia signati: Ex tribu Beniamin duo-
decim milia signati. * Post hæc vidi turbam 9
magnam, quam dinumerare nemo poterat C
ex omnibus gentibus, & tribubus, & popu-
lis, & linguis: stantes ante thronũ, & in con-
spectu Agni, amictí stolis albis, & palmæ in
10 manibus eorum: & clamabant voce magna
dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super
11 thronum, & Agno. * Et omnes Angeli stabãt
in circuitu throni, & seniorum, & quatuor
animalium: ceciderunt in conspectu throui
12 in facies suas, & adorauerunt Deum, * di-
centes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapiẽ-
tia, & gratiarũ actio, honor, & virtus, & for-
titudo Deo nostro in sæcula sæculorum, A-
13 men. * Et respõdit vnus de senioribus, & di-
xit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui
14 sunt: & vnde venerũt? * Et dixi illi: Dñe mi,
D tu scis. Et dixit mihi. Hi sũt, qui venerũt de
tribulatione magna, & lauerũt stolas suas, &
15 dealbauerũt eas in sanguine Agni. * ideo sũt
ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac no-
cte in templo eius: & qui sedet in throno, ha-
16 bitabit super illos: * " non esurient, neque si-
tient amplius, nec cadet super illos Sol, neq.
17 vllus æstus: * quoniam Agnus, qui in medio
throni est reget illos, & deducet eos ad vitæ
fontes aquarum, " & absterget Deus omnem
lacrimam ab oculis eorum.

" Isa. 49. c. 10.

" Isa. 25. e. 8. Inf. 22. b. 4.

CAP. VIII.

ETcum aperuisset sigillum septimũ, fa- 1
ctum est silencium in cælo, quasi media A
hora. * Et vidi septem Angelos stãtes in con- 2
spectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ.
* Et alius Angelus venit, & stetit ante altare 3
habens thuribulum aureum: & data sunt illi
incẽsa multa, vt daret de orationibus sanctõ-
rum omnium super altare aureum, quod est
ante thronum Dei. * Et ascendit fumus incẽ 4
sorum de orationibus sanctorum de manu B
Angeli coram Deo. * Et accepit Angelus thu 5
ribulum, & implevit illud de igne altaris, &
misit in terram, & facta sunt tonitrua, & vo-
6 ces, & fulgura, & terræmotus magnus. * Et
septem Angeli, qui habebant septem tubas,
7 præparauerunt se vt tuba canerent. * Et pri-
mus Angelus tuba cecinit, & facta est gran-
C do, & ignis, mixta in sanguine, & missum est
in terram, & tertia pars terræ combusta est,
& tertia pars arborum concremata est, & om
8 ne fœnum viride combustum est. * Et secũ-
dus Angelus tuba cecinit: & tamquam mons
magnus igne ardẽs missus est in mare, & fa-
9 cta est tertia pars maris sanguis, & mortua

est tertia pars creaturæ eorum, quę habebant
animas in mari, & tertia pars nauium inte-
rijt.* Et tertius Angelus tuba cecinit: & ceci- 10
dit de cælo stella magna, ardens tamquã fa-
cula, & cecidit in tertiam partem fluminum,
& in fontes aquarum: * & nomen stellæ dici- 11
tur Absinthium, & facta est tertia pars aqua- D
rum in absinthium, & multi hominum mor-
tui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.* Et 12
quartus Angelus tuba cecinit: & percussa est
tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia
pars stellarũ, ita vt obscuraretur tertia pars
eorum, & diei non luceret pars tertia, & no-
13 ctis similiter. * Et vidi, & audiui vocem v-
nius aquilę volantis per medium cæli, dicen-
tis voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in
terra de ceteris vocibus trium Angelorum,
qui erant tuba canituri.



CAP. IX.

ET quintus Angelus tuba cecinit: & vidi 1
stellam de cælo cecidisse in terram, & da- A
ta est ei clauis putei abyssi. * Et aperuit puteũ 2
abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus
fornacis magnæ: & obscuratus est Sol, & aer
de fumo putei: * Et de fumo putei exierunt 3
locustæ in terram, & data est illis potestas, si-
cut habent potestatem scorpiones terræ: * & 4
præceptum est illis ne læderent fœnum ter-
ræ, neque omne viride, neque omnem arbo-
rem: nisi tantum homines, qui non habent si-
gnum Dei in frontibus suis, * & datum est il- 5
lis, ne occiderent eos: sed vt cruciarent men
sibus quinque, & cruciatus eorum, vt crucia-
"Isa. 2. d. tus scorpij cum percutit hominem. * " Et in 6
19. diebus illis, quærent homines mortem, & nõ
Ose. 10. inuenient eam: & desiderabunt mori, & fu-
b. 8. giet mors ab eis * " Et similitudines locusta- 7
Luc. 23. rum, similes equis paratis in prælium: & su-
d. 30. per capita earum tamquam coronæ similes B
"Sap 16. auro: & facies earum tamquam facies homi-
b. 9. num. * Et habebant capillos sicut capillos mu- 8
lierum, & dentes earum, sicut dentes leonum
erant: * & habebãt loricas sicut loricas ferreas, 9
& vox alarum earum sicut vox curruũ equo-
rum multorum currentium in bellum: * & 10
habebant caudas similes scorpionum, & acu-
lei erant in caudis earum: & potestas earum
11 nocere hominibus mensibus quinq; * & ha-
C bebant super se regem angelũ abyssi, cui no-
men Hebraicè Abaddon, Græcè autẽ Apol-
12 lyon, Latinè habens nomen Exterminans.*
Væ vnũ abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ
13 post hæc. * Et sextus Angelus tuba cecinit: &
audiui vocem vnam ex quatuor cornibus al-
14 taris aurei, quod est ante oculos Dei, * dicen-
tẽ sexto Angelo, qui habebat tubã: Solue qua-
tuor angelos, qui alligati sunt in flumine ma-
15 gno Euphrate. * Et soluti sunt quatuor An-
geli, qui parati erant in horam, & diem, &
mensem, & annũ: vt occiderent tertiam par-
16 tem hominum. * Et numerus equestris exer-
citus vicies millies dena millia. Et audiui nu-
17 merum eorum. * Et ita vidi equos in visio-
ne, & qui sedebant super eos, habebant lori-
cas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, &
capita equorum erant tamquam capita leo-
num: & de ore eorum procedit ignis, & fu-
18 mus, & sulphur. * Et ab his tribus plagis oc-
D cisa est tertia pars hominum de igne, & de fu
mo, & sulphure, quæ procedebant de ore ip-
19 sorum. * Potestas. n. equorum in ore eorum
est, & in caudis eorum, nam caudę eorum si-
miles serpentibus, habentes capita; & in his
no-

nocent.* Et ceteri homines, qui non sunt oc- 20
cisi in his plagis, neque pęnitentiam egerunt
de operibus manuum suarum, vt non ado-
rarent dæmonia, & simulacra aurea, & ar-
gentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neq.
videre possunt neque audire, neque ambu-
21 lare, * & non egerunt pœnitentiam ab homi-
cidijs suis, neque à veneficijs suis, neq. a for-
nicatione sua, neque à furtis suis.



CAP. X.

ET vidi alium Angelũ fortem descendẽ- 1
tem de cælo amictum nube, & iris in ca- A
pite eius, & facies eius erat, vt Sol, & pedes
eius tamquam columnæ ignis: * & habebat in 2
manu sua libellum apertum: & posuit pedem
suum dextrum super mari, sinistrum autem
super terram: * & clamauit voce magna quẽ- 3
admodum cum leo rugit. Et cum clamasset, B
locuta sunt septem tonitrua voces suas. * Et 4
cum locuta fuissent septem tonitrua voces
suas, ego scripturus eram: & audiui vocem
"Deu. 12 de cælo dicentem mihi: Signa, quæ locuta sũt
c. 7. septem tonitrua, & noli ea scribere. * " Et an- 5
gelus, quem vidi stantem super mare, & su-
per terram, leuauit manum suam ad cælũ, * 6
& iurauit per viuentem in sæcula sæculorũ,
qui creauit cælum, & ea: quæ in eo sunt: & C
terram, & ea, quæ in ea sunt: & mare, & ea
q̃ in eo sunt: Quia tẽpus non erit amplius: * 7
Sed in diebus vocis septimi angeli, cum cępe-
perit tuba canere, consummabitur mysteriũ
Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Pro-
phetas. * Et audiui vocem de cælo iterum lo- 8
quentem mecum, & dicentem: Vade, & acci-
"Ezec. 3. pe librum apertum de manu angeli stantis
a. 1. super mare, & super terram. * Et abijt ad an- 9
gelum dicens ei, vt daret mihi librum. Et di-
xit mihi: Accipe librum, & deuora illum: &
faciet amaricari ventrem tuũ, sed in ore tuo D
erit dulce tamquam mel. * Et accepi librum 10
de manu angeli, & deuoraui illum; & erat in
ore meo tamquam mel dulce: & cum deuo-
11 rassem eum, amaricatus est vẽter meus: * &
dixit mihi: Oportet te iterũ prophetare Gen
tibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAP. XI.

1 ET datus est mihi calamus similis virgæ,
A & dictum est mihi: Surge, & metire tem
2 plum Dei, & altare, & adorantes in eo. * atriũ
autem, quod est foris templum, eijce foras, &
ne metiaris illud: quoniam datum est "Gen-
tibus, & ciuitatem sanctam calcabunt men-
3 sibus quadraginta duobus: * & dabo duobus
testibus meis, & prophetabunt diebus mille
4 ducentis sexaginta, amicti saccis. * Hi sunt
duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu
5 Domini terræ stantes. * Et si quis voluerit
eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuo
rabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos
6 lędere, sic oportet eum occidi. * Hi habẽt po-
B testatem claudendi cælum, ne pluat diebus
prophetiæ ipsorum: & potestatem habent su
per aquas conuertendi eas in sanguinem, &
percutere terram omni plaga quotiescumq.
7 voluerint. * Et cum finierint testimonium
suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet
aduersum eos bellum, & vincet illos, & occi-
8 det eos. * Et corpora eorum iacebunt in pla-
teis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spirituali-
liter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus
9 eorum crucifixus est. * Et videbunt de tribu-
bus, & populis, & linguis, & Gentibus corpo-
ra eorũ per tres dies, & dimidiũ: & corpora
10 eorum non sinent poni in monumẽtis, * &

inhabitantes terrã gaudebunt super illos, & C
iucundabuntur: & munera mittent inuicem,
quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos,
qui habitabant super terram. * Et post dies 11
tres, & dimidium, spiritus vitæ à Deo intra-
uit in eos. Et steterunt super pedes suos, & ti-
mor magnus cecidit super eos, qui viderunt
eos.* Et audierunt vocem magnam de cæ- 12
lo dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderũt
in cælum in nube: & viderunt illos inimici
eorum.* Et in illa hora factus est terræmo- 13
tus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit:
& occisa sunt in terræmotu nomina homi-
num septem millia, & reliqui in timorem sũt
missi, & dederunt gloriam Deo cęli.* Væ se- 14
cundum abijt: & ecce vę tertium veniet citò.
* Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ 15
D sunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum
est regnum huius mundi, Dñi nostri, & Chri
sti eius, & regnabit in sęcula sęculorũ: Amen.
16 * Et viginti quatuor seniores, qui in conspe-
ctu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in
facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes:
17 * Gratias agimus tibi Dñe Deus omnipotẽs,
qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia ac-
cepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.
18 * Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua &
tempus mortuorũ iudicari, & reddere mer-
cedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & ti-
mentib. nomen tuũ pusillis, & magnis exter-
19 minãdi eos, qui corruperunt terrã* Et aper-
tũ est tẽplũ Dei in cælo: & visa est arca testa-
menti eius in tẽplo eius, & facta sunt fulgura
& voces, & terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

ET signum magnũ apparuit in cælo: Mu- 1
lier amicta Sole, & Luna sub pedibus A
eius, & in capite eius corona stellarum duo-
decim: * & in vtero habens, clamabat partu- 2
riens, & cruciabatur, vt pariat. * Et visum est, 3
aliud signum in cælo: & ecce draco magnus
rufus habens capita septem, & cornua decẽ:
& in capitibus eius diademata septẽ, * & cau- 4
da eius trahebat tertiam partem stellarũ cæ-
li, & misit eas in terram, & draco stetit ante
mulierem, quæ erat paritura: vt cum peperis-
set, filium eius deuoraret.* Et peperit filium 5
masculum, qui recturus erat omnes Gentes
in virga ferrea, & raptus est filius eius ad Deũ,
& ad thronũ eius,* & mulier fugit in solitu- 6
dinem, vbi habebat locũ paratum à Deo, vt B
ibi pascant eã diebus mille ducẽtis sexaginta.
* Et factum est præliũ magnum in cælo; Mi- 7
chael, & angeli eius præliabantur cum dra-
8 cone, & draco pugnabat, & angeli eius: * &
non valuerunt, neque locus inuentus est eo-
9 rum amplius in cælo. * Et proiectus est dra-
co ille magnus, serpens antiquus, qui voca-
tur diabolus, & satanas, qui seducit vniuer-
sum orbem, & proiectus est in terram, & an-
10 geli eius cum illo missi sunt. * Et audiui vo-
C cem magnam in cælo dicentem: Nunc facta
est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, &
potestas Christi eius, quia proiectus est accu-
sator fratrum nostrorum, qui accusabat illos
ante conspectum Dei nostri die, ac nocte.
11 * Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem
Agni, & propter verbum testimonij sui, &
non dilexerunt animas suas, vsque ad mor-
12 tem, *propterea lætamini cæli, & qui habita-
tis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit
diabolus ad vos, habens iram magnam sciẽs
13 quod modicum tempus habet,* Et postquã
vidit

vidit draco, quòd proiectus esset in terrã, perse-
cutus est mulierem, quæ peperit masculum: D
* & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ ma- 14
gnæ, vt volaret in desertũ in locũ suum, vbi
alitur per tẽpus, & tempora, & dimidiũ tem-
poris à facie serpentis. * Et misit serpens ex 15
ore suo post mulierem, aquã tamquam flu-
men, vt eã faceret trahi à flumine.* Et adiu- 16
uit terra mulierem, & aperuit terra os suũ,
& absorbuit flumen, quod misit draco de
ore suo. * Et iratus est draco in mulierem: 17
& abijt facere prælium cum reliquis de se-
mine eius, qui custodiunt mandata Dei, &
habent testimonium Iesu Christi. * Et stetit 18
supra arenam maris.

CAP. XIII.

ET vidi de mari bestiam ascendentem, 1
habentem capita septem, & cornua A
decem, & super cornua eius decem diade-
mata, & super capita eius nomina blasphe-
miæ. * Et bestia, quam vidi, similis erat par- 2
do, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius
sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem
suam, & potestatem magnam.* Et vidi vnũ 3
de capitibus suis quasi occisum in mortem:
& plaga mortis eius curata est. Et admirata
est vniuersa terra post bestiam. * Et adora- 4
uerunt draconem, qui dedit potestatem be- B
stiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis
similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum
ea? * Et datũ est ei os loquens magna, & bla- 5
sphemias, & data est ei potestas facere mẽses
quadraginta duos. * Et aperuit os suũ in bla- 6
sphemias ad Deũ, blasphemare nomẽ eius,
& tabernaculum eius: & eos, qui in cælo ha-
7 bitant.* Et est datũ illi bellum facere cũ san-
ctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in
oẽm tribum, & populum, & linguam, & gẽ-
8 tem, * & adorauerunt eam omnes, qui inha-
bitant terram: quorum non sunt scripta no-
mina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab
9 origine mundi. * Si quis habet aurẽ, audiat.
10 * Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatẽ
C vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum Gen. 9.
gladio occidi. Hic est patientia, & fides San- 2.6.
11 ctorum. * Et vidi aliam bestiam ascenden- Mat. 26.
tem de terra, & habebat cornua duo similia c.51.
12 Agni, & loquebatur sicut draco. * Et po-
testatem prioris bestiæ omnem faciebat in
conspectu eius: & fecit terram, & habitantes
in ea, adorare bestiam primam, cuius curata
13 est plaga mortis. * Et fecit signa magna, vt
etiã ignẽ faceret de cęlo descendere in terrã
14 in conspectu hominũ.* Et seduxit habitan-
D tes in terra propter signa, quæ data sunt illi
facere in cõspectu bestiæ, dicens habitãtibus
in terra, vt faciant imaginẽ bestiæ, quæ habet
15 plagã gladij, & vixit.* Et datũ est illi, vt da-
ret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur
imago bestiæ: & faciat, vt quicũque non ado-
16 rauerint imaginẽ bestiæ, occidantur.* Et fa-
ciet oẽs pusillos, & magnos, & diuites, & pau
peres, & liberos, & seruos habere characterẽ
in dextera manu sua, aut in frontibus suis,
17 * & ne quis possit emere, aut vendere, nisi
qui habet characterem, aut nomen bestiæ,
18 aut numerum nominis eius. * Hic sapientia
est. Qui habet intellectum, computet nume-
rum bestiæ. Numerus enim hominis est:
& numerus eius sexcenti sexaginta sex.



CAP. XIIII.

ET vidi: & ecce Agnus stabat supra mon- 1
tem Sion, & cum eo centum quadra- A
ginta quatuor millia habentes nomen eius,
& nomen Patris eius scriptum in frontibus
2 suis, * Et audiui vocem de cælo, tamquam

vocem aquarum multarū, & tamquam vo-
cem tonitrui magni:& vocem, quam audiui,
ficut citharœdorum citharizantium in citha-
ris fuis. * Et cantabant quafi canticum no- 3
uum ante fedem, & ante quatuor animalia,
& feniores: & nemo poterat dicere canticū,
nifi illa centum quadraginta quatuor millia,
qui empti funt de terra. * Hi funt, qui cum 4
mulieribus non funt coinquinati: Virgines
enim funt. Hi fequuntur Agnum quocum-
que ierit. Hi empti funt ex hominibus pri-
mitiæ Deo, & Agno, * & in ore eorum non 5
eft inuentum mēdacium: fine macula enim
funt ante thronum Dei. * Et vidi alterum 6
Angelum volantem per mediū cæli, haben- B
tem Euangelium æternum, vt euangelizaret
fedentibus fuper terram, & fuper omnem
gentem, & tribum, & linguam, & popu-
lum: * dicens magna voce: " Timete Domi- 7
nū, & date illi honorē, quia venit hora iudi-
cij eius: & adorate eum, " qui fecit cælum, &
terram, mare, & fontes aquarum. * Et alius 8
Angelus fecutus eft dicens: " Cecidit, cecidit
Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornica-
tionis fuæ potauit omnes gentes. * Et tertius 9
Angelus fecutus eft illos, dicens voce ma-
gna: Si quis adorauerit beftiam, & imagi-
nem eius, & acceperit characterem in fronte
fua, aut in manu fua: * & hic bibet de vino 10
iræ Dei, quod mixtū eft mero in calice iræ ip
fius, & cruciabitur igne, & fulphure in con-
fpectu Angelorum fanctorum, & ante con-
fpectum Agni: * & fumus tormentorum eo- 11
rum afcendet in fæcula fæculorum: nec ha- C
bent requiem die, ac nocte, qui adorauerunt
beftiam, & imaginem eius, & fi quis accepe-
rit characterem nominis eius. * Hic patiētia 12
Sanctorum eft, qui cuftodiunt mādata Dei,
& fidem Iefu. * Et audiui vocem de cælo, 13
dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in
Domino moriuntur. Amodo iā dicit Spiri-
tus, vt requiefcant à laboribus fuis: opera
enim illorum fequuntur illos. * Et vidi, & 14
ecce nubē candidam: & fuper nubem feden-
tem fimilem Filio hominis, habentem in ca-
pite fuo coronam auream, & in manu fua
falcem acutam. * " Et alius Angelus exiuit 15
de templo, clamans voce magna ad fedentē
fuper nubem: " Mitte falcem tuam, & mete,
quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit
meffis terræ. * Et mifit, qui fedebat fuper nu- 16
bem, falcem fuam in terram, & demeffa eft D
terra. * Et alius Angelus exiuit de templo, 17
quod eft in cælo, habens & ipfe falcem acu-
tā. * Et alius Angelus exiuit de altari, qui ha- 18
bebat poteftatem fupra ignem: & clamauit
voce magna ad eum, qui habebat falcem a-
cutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, &
vindemia botros vineæ terræ, quoniam ma-
turæ funt vuæ eius. * Et mifit Angelus falcē 19
fuam acutam in terram, & vindemiauit vi-
neam terræ, & mifit in lacum iræ Dei ma-
gnum: * & calcatus eft lacus extra ciuitatem, 20
& exiuit fanguis de lacu vfque ad frenos e-
quorum per ftadia mille fexcenta.

" Act. 14. c. 14.
" Pf. 145. a. 6.
" Ifa. 21. c. 9. Iere. 51. a. 8.
" Mat. 13. c. 19.
" Ioel. 3. c. 13.

CAP. XV.

1 ET vidi aliud fignum in cælo magnū, &
A mirabile, Angelos feptem, habentes pla-
gas feptem nouiffimas: Quoniā in illis con-
2 fummata eft ira Dei. * Et vidi tamquā mare
vitreum mixtum igne, & eos, qui vicerunt
beftiam, & imaginem eius, & numerum no-
B minis eius, ftantes fuper mare vitreum, ha-
3 bentes citharas Dei: * & cantantes canti-
cum Moyfi ferui Dei, & canticum Agni, di-
centes: Magna, & mirabilia funt opera tua
Domine Deus omnipotens: iuftæ, & veræ
4 funt viæ tuæ, Rex fæculorum. * " Quis non
timebit te Domine, & magnificabit nomen
C tuum? quia folus pius es: quoniam omnes
gentes venient, & adorabunt in confpectu
5 tuo, quoniā iudicia tua manifefta funt. * Et
poft hæc vidi, & ecce apertū eft templū ta-
6 bernaculi teftimonij in cælo: * & exierunt fe-
ptem Angeli habentes feptē plagas de tēplo,
veftiti lino mundo, & candido, & præcincti
7 circa pectora zonis aureis. * Et vnū de qua-
tuor animalibus dedit feptē Angelis feptem
D phialas aureas, plenas iracūdiæ Dei viuentis
8 in fæcula fæculorū. * Et impletū eft templū
fumo à maieftate Dei, & de virtute eius: &
nemo poterat introire in templū, donec con-
fummarētur feptē plagæ feptē Angelorum.

" Ier. 10. a. 7.

CAP. XVI.

1 ET audiui vocem magnā de templo, di-
A cētem feptem Angelis: Ite, & effundite
2 feptem phialas iræ Dei in terram. * Et abijt
primus, & effudit phialā fuam in terrā, & fa
ctū eft vulnus fæuum, & peffimū in homi-
nes, qui habebant characterem beftiæ: & in
3 eos, qui adorauerunt imaginem eius. * Et fe-
cundus Angelus effudit phialam fuā in ma-
re, & factus eft fanguis tamquam mortui: &
omnis anima viuens mortua eft in mari.
4 * Et tertius effudit phialam fuā fuper flumi
na, & fuper fontes aquarū, & factus eft fan-
5 guis. * Et audiui Angelū aquarū dicentē: Iu-
B ftus es Domine, qui es, & qui eras fanctus, q
6 hæc iudicafti: * quia fanguinem Sanctorum,
& Prophetarum effuderunt, & fanguinē eis
7 dedifti bibere: digni enim funt. * Et audiui
alterū ab altari dicentem: Etiam Dñe Deus
8 omnipotens vera, & iufta iudicia tua. * Et
quartus Angelus effudit phialā fuā in Solē,
& datum eft illi æftu affligere homines, &
9 igni: * & æftuauerunt homines æftu magno,
& blafphemauerunt nomē Dei habentis po-
teftatem fuper has plagas, neque egerunt pœ-
10 nitētiam, vt darent illi gloriam. * Et quintus
Angelus effudit phialam fuam fuper fedem
beftiæ: & factum eft regnum eius tenebro-
fum, & cōmanducauerunt linguas fuas præ
11 dolore: * & blafphemauerunt Deū cæli præ
C doloribus: & vulneribus fuis, & non egerūt
12 pœnitētiam ex operibus fuis. * Et fextus An-
gelus effudit phialā fuā in flumen illud ma-
gnū Euphratē: & ficcauit aquam eius, vt præ-
13 pararet via regib. ab ortu Solis. * Et vidi de
ore draconis, & de ore beftiæ, & de ore pfeu-
dopropheta fpiritus tres immundos in mo-
dum

dum ranarū. * Sunt. n. fpiritus dæmoniorū 14
faciētes figna, & procedūt ad reges totius ter
ræ congregare illos, in prælīū ad diē magnū
omnipotentis Dei. * " Ecce venio ficut fur. 15
Beatus, qui vigilat, & cuftodit veftimēta fua,
ne nudus ambulet, & videant turpitudinem
eius. * Et congregabit illos in locū, qui voca- 16
tur Hebraicè Armagedō. * Et feptimus An- 17
gelus effudit phialā fuam in aerem, & exiuit D
vox magna de tēplo à throno, dicens: Factū
eft. * Et facta funt fulgura, & voces, & toni- 18
trua, & terræmotus factus eft magnus, qualis
numquam fuit, ex quo homines fuerunt fu-
19 per terrā, talis terræmotus fic magnus. * Et
facta eft ciuitas magna in tres partes: & ciui-
tates Gētiū ceciderūt, & Babylō, magna ve-
nit in memoriā ante Deū, dare illi calicē vi-
20 ni indignationis iræ eius. * Et oīs infula fugit
21 & mōtes nō funt inuēti. * Et grādo magna fi-
cut talentū defcēdit de cælo in hoīes: & bla-
fphemauerunt Deū homines propter plagā
grandinis: qm̄ magna facta eft vehementer.

" Sup. 3. a. 3. Mat. 24. d. 24. Luc. 12. e. 39.

CAP. XVII.

ET venit vnus de feptem Angelis, qui ha 1
bebant feptē phialas, & locutus eft me- A
cum, dicens: Veni oftendam tibi damnatio-
nē meretricis magnæ, quæ fedet fuper aquas
multas, * cum qua fornicati funt reges terræ, 2
& inebriati funt, qui inhabitant terrā de vi-
no proftitutionis eius. * Et abftulit me in fpi- 3
ritu in defertum. Et vidi mulierem fedentē
fuper beftiam coccineā, plenam nominibus
blafphemiæ, habentē capita feptē, & cornua
decē. * Et mulier erat circumdata purpura, 4
& coccino, & inaurata auro, & lapide pretio-
fo, & margaritis, habens poculum aureū in B
manu fua, plenū abominatione, & immun-
ditia fornicationis eius: * Et in frōte eius no- 5
men fcriptum: Myfterium: Babylon magna,
mater fornicationum, & abominationum
terræ. * Et vidi mulierem ebriā de fanguine 6
fanctorū, & fanguine martyrū Iefu. Et mira-
tus fū cū vidiffem illā admiratione magna.
* Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego 7
dicā tibi facramentū mulieris, & beftiæ, quæ
portat eam, quæ habet capita feptē, & cornua
decē. * Beftia, q̄ vidifti, fuit, & nō eft, & afcē- 8
fura eft de abyffo, & in interitū ibit: & mira-
būtur inhabitātes terrā (quorū nō funt fcri- C
pta nomina in Libro vitæ à conftitutione
mundi) videntes beftiam, quæ erat, & nō eft.
9 * Et hic eft fenfus, qui habet fapientiā. Septē
capita, feptem montes funt, fuper quos mu-
10 lier fedet, & reges feptē funt. * Quinque ce-
ciderūt, vnus eft, & alius nōdū venit: & cum
venerit, oportet illum breue tēpus manere.
11 * Et beftia, quæ erat, & nō eft: & ipfa octaua
eft: & de feptem eft, & in interitum vadit.
12 * Et decem cornua, quæ vidifti, decem reges
funt: qui regnum nondū acceperunt, fed po-
teftatem tamquam reges vna hora accipient
13 poft beftiam. * Hi vnū confilium habent, &
D virtutem, & poteftatē fuam beftiæ tradent.
14 * Hi cū Agno pugnabunt, & Agnus vincet
illos: " qm̄ Dñs dominorum eft, & Rex re-
gū, & qui cum illo funt, vocati, electi, & fide-
15 les. * Et dixit mihi: Aquæ, quas vidifti vbi
meretrix fedet, populi funt, & Gentes, & lin-
16 guæ. * Et decē cornua, quæ vidifti in beftia;
hi odiēt fornicariā, & defolatam facient illā,
& nudam, & carnes eius manducabūt, & ip-
17 fam igni concremabunt. * Deus. n. dedit in
corda eorū, vt faciāt, quod placitū eft illi: vt
dent regnū fuum beftiæ, donec cōfummen-
18 tur verba Dei. * Et mulier, quā vidifti, eft ci-
uitas magna, q̄ habet regnū fup reges terræ.

" 1. Tim. 6. c. 15. Infr. 19. c. 16.

CAP.

CAP. XVIII.

ET post hęc vidi alium Angelum desce- 1
dentem de cælo, habentem potestatem A
magnam: & terra illuminata est à gloria e-
ius. * Et exclamauit ĩ fortitudine dicēs: * Ce- 2
cidit, cecidit Babylon magna: & facta est ha-
bitatio dęmoniorum, & custodia omnis spi-
ritus immundi, & custodia oīs volucris im-
mundæ, & odibilis: * quia de vino iræ for- 3
nicationis eius biberunt omnes gentes: & re-
ges terræ cũ illa fornicati sunt, & mercato-
res terræ de virtute deliciarũ eius diuites fa
cti sunt. * Et audiui aliam vocem de cælo, di- 4
centẽ: Exite de illa populus meus: vt ne par- B
ticipes ritis delictorum eius, & de plagis eius
non accipiatis. * Quoniam peruenerunt pec- 5
cata eius vsque ad cælum, & recordatus est
Dominus iniquitatum eius. * Reddite illi sic- 6
ut, & ipsa reddidit vobis: & duplicate du-
plicia secundũ opera eius: in poculo, quo mi-
scuit, miscete illi duplum. * Quantum glori- 7
ficauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi
tormentũ, & luctũ: quia in corde suo dicit: C
* Sedeo regina: & vidua non sum: & luctum
non videbo. * Ideo in vna die venient plagæ 8
eius, mors, & luctus, & fames, & igne com-
buretur: quia fortis est Deus, qui iudicabit il-
lam. * Et flebunt, & plangent se super illam 9
reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, &
in delicijs vixerunt, cum viderint fumũ in-
cendij eius: * longè stantes propter timorem 10
tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciui-
tas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis:
quoniam vna hora venit iudicium tuum.
* Et negociatores terræ flebunt, & lugebunt 11
super illam: quoniam merces eorum nemo D
emet amplius: * merces auri, & argenti, & 12
lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, &
purpuræ, & serici, & cocci, (& omne lignum
thyinum, & omnia vasa eboris, & om-
nia vasa de lapide pretioso, & æramento, &
ferro, & marmore, * & cinamomum,) & o- 13
doramẽtorum, & vnguenti, & thuris, & vi-
ni, & olei, & similæ, & tritici, & iumento-
rum, & ouium, & equorum, & rhedarum,
& mancipiorum, & animarum hominum.
* Et poma desiderij animæ tuæ discesserũt 14
à te, & omnia pinguia, & præclara perierunt E
à te, & amplius illa iam non inuenietur. * Mer- 15
catores horum, qui diuites facti sunt, ab ea
longe stabunt propter timorem tormento-
rum eius, flentes, ac lugentes, * & dicentes: 16
Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat
bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat
auro, & lapide pretioso, & margaritis: * quo- 17
niam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ
& omnis gubernator, & omnis, qui in lacũ
nauigat, & nautæ: & qui in mari operantur,
longe steterunt, * & clamauerũt videntes lo- 18
cum incendij eius, dicentes. Quę similis ciui-
tati huic magnæ? * Et miserunt puluerem su- 19
per capita sua, & clamauerunt flentes, & lę-
gentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna,
in qua diuites facti sunt omnes, qui habe-
bant naues in mari de pretijs eius; quo-
niam vna hora desolata est. * Exusta super 20
eam cælum, & sancti Apostoli, & Propheta
: quoniam iudicauit Deus iudicium ve-
strum de illa. * Et sustulit vnus Angelus for 21
tis lapidem quasi molarem magnum, & mi-
G sit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Ba-
bylon ciuitas illa magna, & vltra iam nõ in-
uenietur. * Et vox citharędorum, & musico- 22
rum, & tibia canentium, & tuba non audie-
tur in te amplius: & omnis artifex omnis ar-
tis nõ inuenietur in te amplius: & vox mo- 23
læ non audietur in te amplius: * & lux lu-
cernæ nõ lucebit in te amplius: & vox spõsi,
& spõsæ nõ audietur adhuc in te: quia mer-
catores tui erãt principes terræ, quia in vene 24
ficijs tuis errauerũt oẽs gẽtes. * Et in ea san-
guis prophetarum, & sanctorum inuentus
est: & omnium, qui interfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

1 A POST hæc audiui quasi vocem turbarum
multarum in cælo dicẽtiũ: Alleluia: Sa-
2 lus, & gloria, & virtus Deo nostro est: * quia
vera, & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit
de meretrice magna, quæ corrupit terram
in prostitutione sua, & vindicauit sangui-
nem seruorum suorum de manibus eius.
3 * Et iterum dixerũt: Alleluia. Et fumus eius
4 ascendit in sæcula sæculorum. * Et cecide-
runt seniores viginti quatuor, & quatuor a-
nimalia, & adorauerunt Deum sedentẽ su-
5 per thronum, dicentes: Amen: Alleluia. * Et
vox de throno exiuit, dicens: Laudẽ dicite
Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis
6 eum pusilli, & magni. * Et audiui quasi vocẽ
turbæ magnæ, & sicut vocem aquarũ multa
rum, & sicut vocem tonitruorum magno-
rum, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit
7 Dominus Deus noster omnipotẽs. * Gaudea
B mus, & exultemus: & demus gloriã ei: quia
venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præpa-
8 rauit se. * Et datũ est illi vt cooperiat se byss-
sino splendenti, & candido. Byssinũ enim
9 iustificationes sunt sãctorum. * Et dixit mi-
hi: Scribe: * Beati, qui ad cęnam nuptiarum
Agni vocati sunt: & dixit mihi: Hæc verba
10 Dei vera sunt. * Et cecidi ante pedes eius, vt
adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne fece-
ris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum
habẽtium testimonium Iesu. Deum adora.
Testimonium enim Iesu est spiritus prophe-
11 tiæ. * Et vidi cælum apertum, & ecce equus
albus, & qui sedebat super eum vocabatur
Fidelis, & Verax, & cum iustitia iudicat, &
12 pugnat. * Oculi autem eius sicut flamma
ignis in capite eius diademata multa, habẽs
nomẽ scriptum, quod nemo nouit nisi ipse.
13 * * Et vestitus erat veste aspersa sangine:
C & vocatur nomen eius, Verbum Dei. * Et
14 exercitus qui sunt in cælo, sequebãtur eum
in equis albis, vestiti byssino albo, & mũdo.
15 * Et de ore eius procedit gladius ex vtraque
parte acutus: vt in ipso percutiat Gentes.
* Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse cal-
cat torcular vini furoris iræ Dei omnipoten-
16 tis. * Et habet in vestimento, & in femore
suo

* Isa. 21. c. 19. Iere. 51. a. 8. Sup. 14. b. 8.

* Isa. 47. b. 8.

* Matt. 22. a. 2. Luc. 14. d. 16.

* Isa. 63. a. 1.

* Psal. 2. c. 9.

suo scriptum: * Rex regum, & Dominus do-
minantium. * Et vidi vnum Angelum stan- 17
tem in sole, & clamauit voce magna, dicens
omnibus auibus, quæ volabant per medium
cæli. Venite, & congregamini ad cęnam
magnam Dei: * vt manducetis carnes regum, & 18
carnes tribunorum, & carnes fortium, & car- D
nes equorum, & sedẽtium in ipsis, & carnes
omnium liberorum, & seruorũ, & pusillo-
rum, & magnorum. * Et vidi bestiam, & re- 19
ges terræ, & exercitus eorum cõgregatos ad
faciendũ prælium cũ illo, qui sedebat in equo,
20 & cũ exercitu eius. * Et apprehẽsa est bestia,
& cũ ea pseudopropheta, qui fecit signa coã
ipso, quib. seduxit eos, qui acceperunt cha-
racterẽ bestiæ, & qui adorauerunt imaginẽ
eius. Viui missi sunt hi duo in stagnũ ignis
21 ardentis sulphure: * Et cæteri occisi sunt in
gladio sedẽtis super equũ, q̃ procedit de ore
ipsius: & oẽs aues saturatæ sũt carnib. eorũ

CAP. XX.

ET vidi Angelum descendentẽ de cęlo, 1
habentẽ clauẽ abyssi, & catenam ma- A
2 gnam in manu sua. * Et apprehendit dracō-
nem, serpentem antiquum, qui est diabolus
3 & satanas, & ligauit eum per annos mille:
* &

*& misit eũ in abyssum, & clausit,& signauit super illum vt non seducat amplius gẽtes,donec cõsummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore. 3
Et vidi sedes,& sederũt super eas,& iudicium datum est illis : & animas decollatorũ propter testimonium Iesu, & propter verbũ B Dei,& qui non adorauerunt bestiam,neque imaginem eius , nec acceperunt characterem eius in frontibus , aut in manibus suis, vixerunt,& regnauerunt cum Christo mille annis. Ceteri mortuorum non vixerunt do 5 nec consummẽtur mille anni: Hæc est resurrectio prima. * Beatus, & sanctus,qui habet 6 partem in resurrectione prima : in his secunda mors non habet potestatem , sed erunt sacerdotes Dei,& Christi,& regnabunt
" Ezech. 39. a.2. cum illo mille annis.* " Et cum cõsummati fuerint mille anni soluetur satanas de car 7 C cere suo,& exibit,& seducet Gẽtes,quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog,& congregabit eos in prælium,quorum numerus est sicut arena maris.* Et ascende- 8 runt super latitudinem terræ,& circuierunt castra sanctorum,& ciuitatẽ dilectam.* Et 9 descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos:& diabolus,q seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris,vbi & bestia, * & pseudopropheta cruciabuntur die ac 10 nocte in sæcula sæculorũ. * Et vidi thronũ 11 magnum candidum,& sedentem super eũ, D à cuius cõspectu fugit terra, & cælum,& locus non est inuentus eis.* Et vidi mortuos 12 magnos , & pusillos stantes in conspectu throni,& libri aperti sũt:& alius Liber apertus est qui est vitæ:& iudicati sũt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secũdũ opera ipsorum.*& dedit mare mortuos,qui in eo 13 erãt,& mors,& infernus dederunt mortuos suos,qui in ipsis erãt:& iudicatũ est de singulis secundũ opera ipsorum.* Et infernus,& 14 mors missi sũt in stagnũ ignis Hæc ẽ mors secunda.* Et qui non inuentus est in Libro 15 vitæ scriptus,missus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

Isa.65.c. 17.& 66. g 21. 2. Pet.3. c.13.

ET vidi cælum nouum,& terram nouã. 1 Primum enim cælum , & prima terra A abijt,& mare iam non est. * Et ego Ioannes 2 vidi sanctam ciuitatem Ierusalẽ nouam descendentẽ de cælo à Deo, paratã, sicut sponsam ornatã viro suo.* Et audiui vocem ma- 3 gnã de throno dicẽtẽ: Ecce tabernaculũ Dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi
" Isa. 25. c.8. Sup. 7.d 17. populus eius erũt,& ipse Deus cum eis erit B eorũ Deus: * " & abstterget Deus omnem la- 4 crymã ab oculis eorũ : & mors vltra nõ erit, neque luctus,neque clamor,neque dolor erit
" Isa 43.c 19. vltra,quia prima abierunt. * Et dixit qui se- 5 debat in throno:" Ecce noua facio omnia Et
2. Cor.5. d. 17. dixit mihi : Scribe,quia hæc verba fidelissima sunt,& vera. * Et dixit mihi: Factũ est, 6 ego sum Alpha,& Omega:initiũ,& finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ , gratis. *Qui vicerit,possidebit hęc,& ero illi Deus, 7 & ille erit mihi filius,* Timidis aũt,& incre- 8 C dulis,& execratis,& homicidis,& fornicatoribus, & veneficis , & idololatris,& omnib. mendacibus , pars illorum erit in stagno ardenti igne,& sulphure:quod est mors secun 9 da.* Et venit vnus de septem Angelis habẽtibus phialas plenas septẽ plagis nouissimis & locutus est mecum,dicens: Veni,& osten- 10 dã tibi spõsam,vxorẽ Agni.* Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum,& ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem 11 descendentẽ de cælo à Deo,* habentẽ clari- D tatẽ Dei: & lumen eius simile lapidi precio- 12 so tãquã lapidi iaspidis,sicut crystallũ. * Et habebat murum magnum,& altum,habentem portas duodecim , & in portis Angelos duodecim,& nomina inscripta, quæ sũt no- 13 mina duodecim tribũ filiorũ Israel. * Ab Oriente portæ tres , & ab Aquilone portæ tres , & ab Austro portæ tres , & ab Occasu 14 portæ tres.* Et murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim, & in ipsis duodecim no 15 mina duodecim Apostolorum Agni.* Et q loquebatur mecum,habebat mensurã arundineam auream , vt metiretur ciuitatem,& 16 portas eius,& murum,*& ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est,quanta E & latitudo, & mensus est ciuitatem de arũdine aurea p stadia duodecim millia : & lõgitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia 17 sunt.* Et mensus est murũ eius centũ quadraginta quatuor cubitorũ, mensura homi- 18 nis,quæ est angeli. * Et erat structura muri eius ex lapide iaspide:ipsa verò ciuitas aurũ 19 mundũ simile vitro mundo.* Et fundamẽ F ta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata Fundamentum primum,iaspis:secundũ, sapphirus:tertium,calcedonius:quartũ,sma 20 ragdus,* quintum,sardonyx: sextũ sardius septimum, chrysolitus, octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus, vndecimũ,hyacinthus: duodecimum,ame- 21 thystus. * Et duodecim portæ,duodecim margaritæ sunt,per singulas,& singulæ portæ erant ex singulis margaritis,& platea ciui tatis aurum mundum,tamquam vitrũ per- 22 lucidum.* Et templum non vidi in ea.Do- minus enim Deus omnipotens templum il- 23 lius est,& Agnus.*" Et ciuitas non eget Sole G neq luna vt luceant in ea , nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus, 24 * Et ambulabunt gentes in lumine eius , & reges terræ afferent gloriã suã, & honorẽ in 25 illam.* " Et portæ eius non claudentur per 26 diem:nox enim non erit illic. * Et afferent 27 gloriam,& honorẽ gentium in illã. * Non intrabit in eam aliquod coinquinatum , aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

1 ET ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, A 2 splẽdidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni. * in medio plateæ eius , & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ , afferens fructus duodecim per mẽses singulos reddẽs fructum suũ,& folia

ligni

ligni ad sanitatem Gentium.* Et omne ma- 3 ledictum non erit amplius : sed sedes Dei,& Agni in illa erunt , & serui eius seruient illi . * Et videbunt faciem eius: & nomen eius in 4 frontibus eorum . *" Et nox vltrã non erit: 5
" Isa.60. d.20. & non egebunt lumine lucernæ , neque lumine Solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos , & regnabunt in sæcula sæculorum . * Et dixit mihi : Hæc verba fideliss- 6 ima sunt,& vera Et Dominus Deus spiritũ B prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis,quę oportet fieri citò.* Et ecce 7 venio velociter. Beatus , qui custodit verba prophetiæ libri huius . * Et ego Ioannes , 8 qui audiui, & vidi hæc . Et postquam audiuissem,& vidissem,cecidi,vt adorarem ante pedes angeli , qui mihi hæc ostendebat : * & 9 dixit mihi : Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum, prophetarũ , & eorum, qui seruant verba prophetiæ libri huius, Deum adora * Et dicit mihi : Ne si- 10 gnaueris verba prophetiæ libri huius tem- C pus enim prope est.* Qui nocet , noceat ad- 11 huc : & qui in sordibus est,sordescat adhuc: & qui iustus est , iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. * Ecce venio citò. 12 & merces mea mecum est , reddere vnicui- 13 que secundum opera sua . *" Ego sum Al- pha,& Omega,primus, & nouissimus, prin- 14 cipium,& finis. * Beati,qui lauãt stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in li- 15 gno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem . * Foris canes,& venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes,& omnis,qui 16 amat, & facit mendacium. * Ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hęc in Ec- D clesijs. Ego sum radix,& genus Dauid,stella 17 splendida,& matutina. * Et spiritus,& spõsa dicunt: Veni. Et qui audit,dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: " & qui vult, accipiat aquam 18 vitæ,gratis.* Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius : Si quis appo- 19 gas scriptas in libro isto . * Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hu us, auferet Deus partem eius de libro vitæ , & de ciuitate sancta , & de his, quæ scripta sunt in 20 libro isto , * dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito: Amen. Veni Do- 21 mine Iesu . * Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen .

" Isa.41. b.4.&44 a 6. Sup. 1.b. 8. & 21. b.6.

" Isa.5.5 a.1.

Ora-

Oratio Manassæ, necnon Libri duo, qui sub libri tertij, & quarti Esdræ nomine circumferuntur, hoc in loco, extra scilicet seriem Canonicorum Librorum, quos sancta Tridentina Synodus suscepit, & pro Canonicis suscipiendos decreuit, repositi sunt, ne prorsus interirent, quippè qui à nonnullis sanctis Patribus interdum citantur, & in aliquibus Bibliis Latinis, tam manuscriptis, quàm impressis reperiuntur.

ORATIO MANASSÆ REGIS IVDA,

CVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE.

DOMINE omnipotentes Deus patrum nostrorum, Abraham, & Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cęlum, & terram cũ omni ornatu eorum, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti eam terribili, & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ, quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immensa verò, & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pęnités super malitias hominum. Tu Domine, secundũ multitudinem bonitatis tuæ promisisti pęnitentiam, & remissionem ijs, qui peccauerunt tibi, & multitudinem miserationum tuarum decreuisti pęnitentiam peccatoribus, in salutem: tu igitur Domine Deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui super numerũ arenæ maris: multiplicatæ sunt iniquitates meę, Domine, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri, & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum, incuruatus sum multo vinculo ferreo, vt non possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodiui: statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum, iratus, reserues mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus. Deus, inquam, pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cęlorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

LIBER ESDRÆ TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

ET fecit Iosias Pascha in Ie- 1
rosolymis Domino, & immolauit Phase quarta decima luna primi mensis: * sta- 2
tuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in tẽ-
plo Domini, * & dixit Le- 3
uitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid rex. * Non erit 4
vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel ex parte secundum pagos,
5 & tribus vestras, * secundum scripturam Dauid regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorum, qui stant in conspectu
6 fratrum filiorum Israel. * Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum pręceptum Domini, quod datum
7 est Moysi. * Et donauit Iosias in plebem, quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hœdorum, & caprarum triginta millia, vitulos
8 tria millia, * hæc de regalibus data sunt secundum promissionem populo: & sacerdotibus in Pascha, oues numero duo millia, ac vituli

centum. * Et Iechonias, & Semeias, & 9
Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba in Phase, oues quinque millia, vitulos quingentos. * Et hæc cum fierent elegan- 10
ter, steterunt Sacerdotes, & Leuitæ habentes azyma per tribus. * Et secundũ partes prin- 11
cipatus patrum in conspectu populo offerebant Domino, secundum ea, quæ in libro Moysi scripta sunt: * & assauerunt Phase 12
igni prout oportebat; & hostias coxerunt in emolis, & in ollis cum beneuolentia: * & at- 13
tulerunt omnibus, qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi, & sacerdotibus: * Sa- 14
cerdotes enim offerebãt adipes, vsque dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis, filijs Aaron. * Et sacri can- 15
tores filij Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddinus, qui erat à rege. * Et ostia- 16
rij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam: fratres enim illorum parauerunt illis * Et cõsummata sunt, 17
quæ pertinebant ad sacrificium Domini. * 18
In illa die egerunt Phase, & offerebant hostias super Domini sacrificium, secundum præceptum regis Iosiæ. * Et egerunt filij Is- 19
rael, qui inuenti sunt in tempore illo, Phase: & diem festum azymorum per dies septem:
* & non est celebratum Phase tale in Israel, 20
à temporibus Samuelis prophetæ: * & om- 21
nes reges Israel non celebrauerunt tale Pascha quale egit Iosias, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis. * Octauo 22
decimo anno, regnante Iosia celebratum est Phase. * Et directa sunt opera Iosiæ in con- 23
spectu Domini sui in corde pleno metuentis: * & quæ circa illum quidem conscripta 24
sunt, in pristinis temporibus de eis, qui peccauerunt, quique irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel. * Et post 25
omnem actum hunc Iosiæ, ascendit Pharao rex Ægypti, veniens in Charcamis ab itinere super Euphratem, & exijt obuiam illi Iosias.
* Et misit rex Ægypti ad Iosiã, dicens Quid 26
mihi, & tibi est rex Iudæ? * Non sum mis- 27
sus à Domino, vt pugnem contra te: super Euphratem enim bellum meũ est. festinans descende. * Et non est reuersus Iosias super 28
currum: sed expugnare eum conabatur, non attendés verbum prophetæ ex ore Domini:
* sed constituit ad eum bellum in campo 29
Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Iosiam. * Et dixit rex pueris suis: Amo- 30
uete me à prælio, infirmatus sum enim valdè. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie. * Et ascendit super currum secũda- 31
rium suum: & perueniens Ierosolymam, vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro. * Et in tota Iudæa lugebãt Iosiam: 32
& qui præsidebant, cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem. Et datum est hoc fieri sẽper in omne genus Israel. * Hæc 33
autem præscripta sunt in libro historiarum
regum Iudæ: & singula gesta actus Iosiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scri-
34 pta sunt in libro regum Israel, & Iudæ: * Et assumentes, qui erant ex gente Iechoniam filium Iosiæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esse annorum trigintatrium.
35 * Et regnauit super Israel mẽsibus tribus. Et amouit eum rex Ægypti, ne regnaret in Ie-
36 rosolymis. * & mulctauit gentem argenti ta-
37 lenta centum, & auri talentum vnum. * Et constituit rex Ægypti Ioacim fratrem ipsius
38 regem Iudæ, & Ierusalem: * & alligauit magistratus Ioacim, & Zaracelem fratrem suũ,
39 & apprehendés reduxit in Ægyptum. * Annorum erat Ioacim viginti quinque, cum regnare cœpisset in terra Iuda, & Ierusalem: &
40 fecit malum in conspectu Domini. * Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo,
41 perduxit in Babyloniam: * & sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia.
42 * Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporum regum.
43 * Et regnauit Ioachim filius eius pro eo. Cũ autem constitutus esset rex, erat annorũ de-
44 cem, & octo. * Regnauit autem menses tres, & dies decem in Ierusalem, & fecit malum
45 in conspectu Domini, * & post annum mittens Nabuchodonosor, transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Do-
46 mini. * Et constituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem, cũ esset annorũ viginti vnius:
47 regnauit autem annis vndecim. * Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus à verbis, quę dicta sunt ab Ieremia pro-
48 pheta ex ore Domini: * & adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit: & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus
49 est legitima Domini Dei Israel. * Et duces populi Domini multa iniquè gesserunt, & impiè egerunt super omnes immũditias gẽtium: & polluerunt templum Domini, quod
50 sãctum erat in Ierosolymis. * Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & taberna-
51 culo suo. * Ipsi verò subsannabant in angelis suis, & qua die locutus est Dominus, erãt
52 illudẽtes prophetis eius. * Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gentem suam propter irreligiositatem suam, & præcepit
53 ascendere reges Chaldæorum. * Hi occiderũt iuuenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt iuue-
54 ni, & seni, & virgini, & adolescẽti: * sed omnes traditi sunt in manus ipsorum: & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas
55 resumentes, tulerunt in Babyloniam, * & incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem: & turres eius incen-
56 derunt igne, * & consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerũt, & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.
57 * Et erant serui illius vsque dum regnarent

Per-

Persæ in repletione verbi Domini in ore Ie-
reminæ: * quousque benignè ageret terra sab- 58
bata sua, omni tempore desertionis suæ sab-
batizauit in applicatione annorum septua-
ginta septem.

CAP. II.

REgnante Cyro rege Persarum in con-
summatione verbi Domini in ore Iere-
miæ, * suscitauit Dominus spiritum Cyri 2
regis Persarum, & prædicauit in toto regno
suo simul per scripturam, * dicens: * Hæc di-
cit Cyrus rex Persarum: Me constituit regem 3
orbi terrarũ Dominus Israel, Dominus ex-
celsus, * & significauit mihi ædificare domũ 4
sibi in Ierusalem, quæ est in Iudæa. * Si quis 5
est ex genere vestro, dominus ipsius ascẽdat
cum eo in Ierusalem. * Quotquot ergo circa 6
loca habitant, adiuuent eos, qui sunt in loco
ipso, in auro, & argento, * in dationibus cum
equis, & iumentis, cumque alijs, quæ secun-
dum votum apponuntur in ædẽ Domini, quæ
est in Ierusalem. * Et stantes principes tri- 8
buum, pagorum, & Iudææ ex tribu Beniamin,
& Sacerdotes, & Leuitæ, quos excitauit
Dominus ascendere, & ædificare Domum
Domini, quę est in Ierusalem, & qui erant in
circuitu eorum, * adiuuerunt in omni auro, 9
& argento eius, & iumẽtis, & votis compluribus multi, quorum sensus excitatus est.
* Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, 10
quæ transtulit Nabuchodonosor rex Baby-
lonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idolo
suo, * & proferens ea Cyrus rex Persarum, 11
tradidit Mithridato, q̃ erat super thesauros
ipsius. * Per hunc autem tradita sunt Salma- 12
nasaro præsidi Iudææ. * Horum autem hic 13
numerus. Libatoria argẽtea duo millia qua-
dringenta, athisæ argenteæ triginta: phialæ
auteæ triginta, item argenteæ duo millia
quadringẽtæ, & alia vasa mille: * omnia au- 14
tem vasa aurea, & argentea, quinque millia
octingenta sexaginta. * Et enumerata sunt 15
Salmanataro simul cum his, qui ex captiuita-
te Babyloniæ venerãt in Ierosolymam. * In 16
Artaxerxis autem regis Persarum tempori-
bus scripserunt ei de his, qui habitabãt in Iu-
dæa, & Ierusalẽ, Balsalmus, & Mithridatus,
& Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Same-
lius scriba, & reliqui habitantes in Samaria,
& cęteris locis subiectam epistolam regi Ar-
taxerxi. * DOMINE, pueri tui Rathi- 17
mus ab accidentibus, & Sabellius scriba, re-
liqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria, & Phę-
nice. * Et nunc notum sit domino regi, quo- 18
niam Iudæi, qui ascẽderunt à vobis ad nos,
venientes in Ierusalem ciuitatem refugam,
& pessimam, ædificant furnos eius, & sta-
tuunt muros, & templum suscitant. * Quod 19
si ciuitas ista, & muri consummati fuerint,
non tantum tributa non sustinebunt pen-
dere, sed etiam regibus resistẽt. * Et quia id 20
agitur circa templum, rectè haberi arbitrati
sumus non despicere hoc ipsum: * sed no- 21
tum facere Domino regi, vt si videbitur, rex,
quæratur in libris patrum tuorum, * & in- 22
uenies in admonitionibus scripta de his,
& scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, &
23 reges, & ciuitates concitiens, * & Iudæi re-
fugæ, & prælia committentes in ea ab æter-
no, ob quam causam ciuitas ista deserta est.
24 * Nunc ergo notum facimus, Domine rex,
quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, &
huius muri erecti fuerint, descensus tibi nõ
25 erit in Cœlesyriam, & Phænicen: * Tunc
scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidẽ-
tia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & ceteris
constitutis, & habitantibus in Syria, & Phę-
26 nice, ea quæ iniecta sunt. * LEGI episto-
lam quam misistis mihi. Præcepi ergo inqui-
ri, & inuentum est, quoniam ciuitas illa est
27 ab æuo regibus resistens, * & homines refu-
gæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortis-
simi erant in Ierusalem dominãtes, & tribu-
28 ta exigentes à Cœlesyria, & Phęnice. * Nũc
ergo præcepi prohibere homines illos ædifi-
care ciuitatem, & prohibere ne quid vltra
29 hæc fiat: * sed nec procedãt in plurimum,
ea, quæ sunt malitiæ, ita vt regibus molestia
30 importetur. * Tunc recitatis his, quæ à rege
Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sa-
bellius scriba, & qui cum his cõstituti erant
iungentes festinãter venerunt in Ierusalem
31 cum equitatu, & turba, & agmine: * cœpe-
runtq; ædificantes prohibere, & vacabant ab
ædificatione templi in Ierusalem, vsque se-
cundo anno regni Darij regis Persarum.

CAP. III.

1 REx Darius fecit cœnam magnam om-
nibus vernaculis suis, & omnib. magi-
2 stratibus Mediæ, & Persidis, * & omnib pur
puratis, & prætoribus, & cõsulibus, & præfe
ctis sub illo ab India vsque Æthiopiam, cen
3 tum viginti septem prouincijs. * Et cũ man-
ducassent, & bibissent, & satiati reuerterent
tur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum
suum, & dormiuit, & expergefactus est.
4 * Tũc illi tres iuuenes corporis custodes, qui
custodiebant corpus regis, dixerunt alter al-
5 teri: * Dicamus vnusquisque nostrũ sermo-
nem qui præcellat: & cuiuscumque apparue-
rit sermo sapiẽtior alterius, dabit illi rex Da-
6 rius dona magna, * purpura cooperiri, & in
auro bibere, & super aurũ dormire, & cur-
rum aureo fræno, & cydarim byssinam, &
7 torquem circa collum: * & secundo loco se-
debit à Dario propter sapientiam suam, &
8 cognatus Darij vocabitur. * Tunc scribantes
singuli suum verbum signauerunt, & posue
9 runt subtus ceruical Darij regis. * & dixerũt
Cũ surrexit rex, dabimus illi scripta nostra:
& quodcumque iudicauerit rex è tribus, &
magistratus Persidis, quoniam verbum eius
sapientius est, ipsi dabitur, victoria sicut scri
10 ptum est. * Vnus scripsit, Forte est vinum.
11 * Alius scripsit, Fortior est rex. * Tertius
12 scripsit, Fortiores sunt mulieres: super om-
13 nia autem vincit veritas. * Et cum surrexis-
set rex, acceperunt scripta sua, & dederunt
14 illi, & legit. * Et mittens vocauit omnes om-
nes magistratus Persarum, & Medos, & purpura-
tos,

tos, & prętores, & præfectos. * & sederunt in 15
concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis.
* Et dixit: Vocate adolescentes, & ipsi indi- 16
cabunt verba sua. Et vocati sunt, & introie-
runt. * Et dixit illis: Indicate nobis de his, quę 17
scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de
fortitudine vini, * & dixit: Viri, quam præ- 18
ualet vinum omnibus hominibus, qui bibũt
illud? seducit mentem. * Itemque regis, & 19
orphani facit mentem vanã. Item serui ac li-
beri pauperis, ac diuitis, * & omnem mẽtem 20
conuertit in securitatem, & iucunditatem, &
nõ meminit omnem tristitiam, & debitum,
* & omnia præcordia facit honesta, & non 21
meminit regem nec magistratum, & om-
nia per talenta loqui facit. * Et non meminẽ- 22
runt, cum biberunt, amicitiã, nec fraternita-
tem: sed non multum post iumunt gladios.
* Et cũ à vino mersserint, & surrexerint, non 23
meminerunt quæ gesserunt. * O viri, num 24
præcellit vinum? quis sic cogitat facere?
Et tacuit hoc dicto.

CAP. IV.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de 1
fortitudine regis. * O viri, num præcellũt 2
homines, qui terram, & mare obtinent, &
omnia, quæ in eis sunt? * Rex autem super 3
omnia præcellit, & dominatur eorum: & om
ne quodcumque dixerit illis, faciunt. * Et si 4
miserit illos ad bellatores, vadunt, & de-
moliuntur montes, & muros, & turres, * iu- 5
gulantur, & iugulant, & regis verbum non
prætereunt, nam si vicerint, afferunt regi om
nia quæcumque prædã fuerint. * Similiter, 6
& alij omnes, & quotquot non militant, nec
pugnant, sed colunt terram: rursum cũ fue-
rint merentes, afferunt tributa regi: * & ipse 7
vnus solus si dixerit occidite, occidunt: dixe-
rit remittite, remittunt: * dixerit percutite, 8
percutiunt. dixerit exterminate, exterminãt:
dixerit ædificate, ædificant: * dixerit excidite, 9
excidunt: dixerit plantate, plantant: * & om- 10
nis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & su-
per hoc ipse recũbit, & bibit, & dormit. * Hi 11
autem custodiũt in circuitu eum, & non pos-
sunt ire singuli, & facere opera sua, sed in di-
cto obaudientes sunt ei. * Viri, quomodo nõ 12
præcellit rex, qui ne diffamatur? Et tacuit. * 13
Tertius qui dixerat de mulieribus, & ve-
ritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. * Vi- 14
ri, non magnus rex, & multi homines,
nec vinum præcellit. Quis est ergo, qui do-
minatur eorum? * Non ne mulieres genue- 15
runt regem, & omnem populum, qui domi-
natur mari, & terræ? * & ex illis nati sunt, & 16
ipsæ educauerunt eos, qui plantauerunt vi-
neas, ex quibus vinum fit: * Et ipsæ faciunt 17
stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt
gloriam hominibus, & non possunt homi-
nes separari à mulieribus. * Si cõgregauerint 18
aurum, & argentũ, & omnem rem specio-
sam, & viderint mulierem vnam bonã, habi
tu, & bona specie, * omnia hæc relinquẽtes 19
in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt,
& eam alliciunt magis, quàm aurum, & argẽ-
20 tum, & omnem rem pretiosam. * Homo
patrem suum relinquit, qui enutrijt illum, &
suam regionem, & ad mulierem se coniun-
21 git. * Et cum muliere remittit animam: &
neque patrem meminit, neque matrem, ne-
22 que propinquos. * Et hinc oportet vos scire:
quoniam mulieres dominantur vestri. Non-
23 ne doletis? * Et accipit homo gladiũ suum,
& vadit in viam facere furta, & homicidia,
24 & mare nauigare, & flumina, * & leonem
videt, & in tenebris ingreditur: & cum fur-
tum fecerit, & fraudes, & rapinas amabili
25 suæ affert. * Et iterum, diligit homo vxorem
26 suam magis, quàm patrem, aut matrem. * Et
multi detinentes facti sunt propter vxores
27 suas: & serui facti sunt propter illas, * & mul
ti perierunt, & iugulati sunt, & peccaue-
28 runt propter mulieres. * Et nunc credite mi-
hi, quia magnus est rex in potestate sua: quo-
niam omnes regiones vereẽtur tangere eum.
29 * Videbam tamen Apemen filiam Bezacis,
mirifici concubinam regis, sedentem iuxtà
30 regem ad dexteram, * & auferentem diade-
ma de capite eius, & imponentem sibi, & pal
31 mas cædebat regem de sinistra manu. * Et su
per hæc aperto ore intuebatur eam, & si arri-
serit ei, ridet, nam si indignata ei fuerit, blan
ditur, donec reconcilietur in gratiam.
32 * O viri, cur non sunt fortiores mulieres?
Magna est terra, & excelsum est cælum: quis
33 illa agit? * Et tunc rex, & purpurati intuebã-
tur in alterutrum. Et inchoauit loqui de ve-
34 ritate: * O viri, nonne fortes sunt mulieres?
Magna est terra, & excelsum est cælũ: & ve-
lox cursus Solis conuertit in gyrum cęlum in
35 locum suum in vna die. * Nonne magnifi-
cus est, qui hæc facit, & veritas magna, fortior
36 præ omnibus? * Omnis terra veritatem in uo
cat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia
opera mouentur, & tremunteã, & non est cũ
37 ea quicquam iniquum. * Vinum iniquum,
iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes
filij hominum, & iniqua illorum omnia ope-
ra, & non est in ipsis veritas, & in sua iniqui-
38 tate peribunt: * & veritas manet, & inualescit
in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæ-
39 culorum. * Nec est apud eam accipere perso-
nas, neque differentias: sed quæ iusta sunt
facit omnibus, iniustis ac malignis, & om-
40 nes benignantur in operibus eius. * Et non
est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, &
regnum, & potestas, & maiestas omniũ æuo-
41 rum. Benedictus Deus veritatis. * Et desijt
loquendo. Et omnes populi clamauerunt, &
42 dixerunt: Magna est veritas, & prævalet. *
Tunc rex ait illi: Pete, si quid vis amplius, quã
quæ scripta sunt, & dabo tibi, secũdum quod
inuentus es sapientior proximis, & proximus
mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.
43 * Tunc ait regi: Memor esto voti tui, quod
vouisti, ædificare Ierusalem, in die, qua regnũ
44 accepisti: * & omnia vasa quæ accepta sunt
ex Ierusalẽ, remittere, quæ separauit Cyrus,
quando mactauit Babyloniam, & voluit re-
45 mittere ea ibi. * Et tu vouisti ædificare tem-

plum quod incęderunt Idumæi, quando ex-
terminata est Iudæa à Chaldæis. * Et nunc 46
hoc est quod postulo Domine,& quod peto,
hoc est maiestas qđ à te postulo,vt facias vo-
tũ quod vouisti regi cæli ex ore tuo.* Tunc 47
surgens Darius rex,osculatus est illũ : & scri-
psit epistolas ad omnes dispensatores,& præ
fectos,& purpuratos,vt deducerẽt eũ,& eos
qui cum illo erant,omnes ascendentes ędifi-
care Ierusalem.* Et omnibus præfectis, qui 48
erant in Syria,& Phœnice, & Libano scripsit
epistolas, vt traherent ligna cedrina à Liba-
no in Ierusalem,vt ædificarent cum eis ciui-
taté .* Et scripsit omnibus Iudæis qui ascen- 49
debãt à regno in Iudæam pro libertate, om-
nem potentem,& magistratum, & præfectũ
non superuenire ad ianuas ipsorum,*& om 50
nem regionem, quam obtinuerant immunẽ
esse eis,& Idumæis relinquant castella quæ
obtinent Iudæorum,*& in structuram tem- 51
pli dare per singulos annos talenta viginti ,
vsque dum peræ dificaretur:*& super sacra- 52
rium holocaustomata vitulare quotidie , si-
cut habent preceptum:alia talenta decem of-
ferre per singulos annos , * & omnibus , qui 53
procedunt à Babylonia condere ciuitatem :
vt esset libertas tam ipsis,quam filijs eorum,
& omnibus sacerdotibus , qui præcedunt :
* Scripsit autem, & quantitatem, & sacram 54
stolam iussit dari, in qua deseruirẽt,*& Le- 55
uitis scripsit dare præcepta , vsque in diem ,
qua consummabitur domus , & Ierusalem
extruetur:*& omnibus custodientibus ciui- 56
tatem scripsit dari ei sortes,& stipendia.* Et 57
dimisit omnia vasa quæcumque separauerat
Cyrus à Babylonia ,& omnia quæcũque di-
xit Cyrus,& ipse præcepit fieri,& mitti Ieru
salem .* Et cum præcessisset ille adolescens, 58
eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regẽ
cęli,*& dixit: Abs te est victoria , & abs te est 59
sapientia,& claritas. Et ego seruus tuus sum.
* Benedictus es,qui dedisti mihi sapientiã , 60
& tibi confitebor Domine Deus patrum no-
strorũ. * Et accepit epistolas,& profectus est 61
in Babyloniam. Et venit,& nunciauit fratri-
bus suis omnibus,qui fuerunt in Babylonia:
* & benedixerunt Deum patrum suorum, 62
quoniam dedit illis remissionem, & refrige-
rium,* vt ascenderent,& ædificarent Ierusa 63
lem,& templum vbi nominatum est nomen
eius in ipso,& exultauerunt cum musicis, &
lætitia diebus septem.

CAP. V.

POst hæc autem electi sunt, vt ascenderẽt 1
principes pagorũ per domos , & tribus
suas,& vxores illorum,& filij, & filiæ eorũ,
& serui,& ancillę ipsorum,& pecora eorum,
* Et Darius rex misit vnà cũ eis equites mil- 2
le, donec deducerẽt eos in Ierusalem cũ pa-
ce,& cum musicis,& cum tympanis, & tibijs
* & omnes fratres erant ludẽtes,& fecit eos 3
ascendere simul cum eis.* Et hęc sunt nomi- 4
na virorum,qui ascenderunt per pagos suos
in tribus,& in partem principatus ipsorum,
5 * Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron, Iesus
filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel, filij Sa
lathiel de domo Dauid,ex progenie Phares,
6 de tribu Iuda,*qui locutus est sub Dario re-
ge Persarum sermones mirificos in secundo
7 anno regni ipsius mense Nisan primo.*Sunt
autem hi,qui ascenderũt ex Iudea de captiui-
tate transmigrationis,quos transmigrauit Na
buchodonosor rex Babyloniæ in Babylonẽ,
8 & reuersus est in Ierusalem . * Et requisiuit
partem Iudææ vnusquisq. in ciuitatem suã ,
qui venerunt cum Zorobabel,& Iesu, Nehe-
mias, Arcores, Elimeo, Emmanio , Mardo-
cheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, E-
9 monia vnus de principibus eorum. * Et nu-
merus à gentilibus eorum ex præpositis eo-
rum, filij Phares,duo millia centum septua-
10 gintaduo:* filij Ares, tria millia centũ quin-
11 quagintaseptem: * filij Phæmocentum qua-
draginta duo:in filijs Iesu,& Iobes,mille tre
12 centi duo : * filij Demu,duo millia quadrin
genti septuaginta: filij Choraba ducentiquin
13 que:filij Banica,centum sexagintaocto.*filij
Bebech,quadringenti tres:filij Archad , qua-
14 dringenti vigintiseptem:* filij Cham,trigin-
taseptem:filij Zoroar,duo millia sexagintase
ptem filij Adin,quadringẽti sexaginta vnus:
15 * filij Aderectis,centum octo,filij Ciaso , &
Zelas,centum septem:filij Azoroc , quadrin-
16 genti triginta nouem: * filij Iedarbone , cen-
tum triginta duo : filij Ananiæ centum tri-
17 ginta: filij Asoni,nonaginta . * filij Marsar,
quadringenti viginti duo: filij Zabarus , no-
nagintaquinque:filij Sepolemon, centum vi-
18 gintitres:* filij Nepopas,quinquaginta quin
que ; filij Nechanatus,centum quinquaginta
octo: filij Cebethamus,centum triginta duo:
19 * filij Crearpatros,qui Enocadies,& Modię,
quadringenti vigintitres: qui ex Gramas , &
20 Gabea,centum viginti vnus: * qui ex Besse-
lon,& Ceagge,sexaginta quinque: qui ex Ba-
21 staro,cẽtum viginti duo:* Qui ex Becheno-
bes,quinquaginta quinque; filij Lipris, centũ
quinquagintaquinque: filij Labonni , trecen-
22 tiquinquaginta septem * filij Sichem,trecen-
ti septuaginta : filij Suadon , & Cliomus, tre-
23 centi septuaginta octo:* filij Ericus,duo mil
lia centum quadraginta quinque: filij Anaas,
24 trecenti septuaginta . Sacerdotes: : * Filij
Ieddus, filij Euther , filij Eliasib, trecenti se-
ptuaginta duo: filij Emerus ducenti quinqua
25 ginta duo : * filij Phasurij, trecentiquinqua-
ginta septem: filij Caree , ducenti vigintise-
26 ptem.* Leuitæ: Filij Iesu in Caduhel,& Ba-
mis,& Sereblas , & Edias , septuaginta qua-
tuor omnis numerus à duodecimoanno,tri-
27 gintamillia quadringẽti sexaginta duo* filij,
& filiæ , & vxores , omnis computatio qua-
draginta millia ducenti quadraginta duo.
28 * Filij sacerdotum,qui psallebant in templo:
29 filij Asaph,centum vigintiocto.* Ostiarij ve
ro: filij Esmenni, filij Azer, filij Ammon, filij
Accuba , Topa filij Tobi, omnes centum tri-
30 gintanouem,* Sacerdotes seruientes in tem-
plo;

plo: filij Sel, filij Gaspa, filij Tobloch, filij Ca-
riæ, filij Su, filij Hellu , filij Labana : filij Ar-
macha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij
Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Canna, filij
Geddu, * filij An, filij Radin, filij Desanon , 31
filij Nachoba , filij Caseba, filij Gaze, filij O-
zui, filij Sinon, filij Attre filij Hasten, filij A-
siana, filij Manei, filij Nasissim, filij Accusu ,
filij Agista, filij Azui, filij Fauon , filij Pha-
salon,* filij Meeda, filij Phusa, filij Caree, fi- 32
lij Barcus, filij Saree, filij Coesi, filij Nasith ,
filij Agisti, filij Pedon,* Salomõ filij eius, filij 33
Asophoth, filij Phasida, filii Celi, filij Dedõ, fi
lij Gaddabel, filij Sephegi, * filij Aggia, filij 34
Sachereth, filij Sabathen, filij Caroneth, filij
Malsith, filij Amæ, filij Sasus, filij Addus, fi-
lij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij Phasphat,
filij Malmon . * Omnes sacro seruientes, & 35
pueri Salomonis,quadringẽti octogintaduo.
* Hi sunt filij,qui ascenderunt à Thelmela , 36
Telharsa: principes eorum , Carmellam , &
Careth : * & non poterant edicere ciuitates 37
suas, & progenies suas,quemadmodum sint
ex Israel. Fili Dalari, filij Tubal , filij Necho-
daici, * ex sacerdotibus,qui fungebantur sa- 38
cerdotio : & non sunt inuenti filij Obia, filij
Achisos, filij Addin , qui accepit vxorem ex
filiabus Phargeleu: * & vocati sunt nomine 39
eius , & horum quæsita est generis scriptura
in prædatura,& non est inuenta,& prohibiti
sunt sacerdotio fungi. * Et dixit illis Nehe- 40
mias,& Atharas: Ne participentur sãcta, do-
nec exurgat Põtifex doctus in ostensionem ,
& veritatem.* Omnis autem Israel erat ex- 41
ceptis seruis, & ancillis,quadraginta duo mil-
lia trecenti quadraginta.* Serui horum,& an- 42
cillæ,septem millia trecenti triginta septem .
Cantores & cantatrices , ducenti sexaginta
quinque.* Cameli,quadrigenti trigintaquin- 43
que . Equi septem millia trigintasex . Muli ,
ducenta millia quadragintaquinque.* Et de 44
præpositis ipsis per pagos , dum venirent in
templum Dei,quod erat in Ierusalem,inno-
uare,& suscitare templum in loco suo,secun-
dum suam virtutem:* Et dare in templum 45
thesaurum operum sacrum auri mnas duo-
decim millia, & mnas argenti quinq. millia,
& stolas sacerdotales centum.* Et habitaue- 46
runt Sacerdotes,& Leuitæ,& qui exierant de
plebe in Ierusalẽ, & in regione , & sacri can-
tores,& ostiarij,& omnis Israel in regionibus
suis.* Instante autem septimo mense,cumq. 47
essent filij Israel vnusquisque in suis rebus ,
conuenerunt vnanimes in atrium,quod erat
ante ianuam Orientalem.* Et stantes Iesus 48
filius Iosedech , & fratres eius sacerdotes, &
Zorobabel filius Salathiel , & huius fratres,
parauerunt altare,* vt offerrent super illud 49
holocaustomata,secundũ quæ in libro Moy-
si hominis Dei scripta sunt * Et conuenerũt 50
ibi ex alijs nationibus terræ , & erexerunt sa-
crarium in loco suo omnes gentes terræ , &
offerebant hostias , & holocaustomata Do-
mino matutina.* Et egerunt scenopegiam , 51
& diem solemnem , sicut præceptum est in
52 lege: sacrificia quotidie , sicut oportebat : *
& post hæc oblationes institutas , & hostias
sabbatorum,& neomeniarum,& dierum so-
53 lemnium omniũ sanctificatorum.* Et quot-
quot vouebant Domino à neomenia septimi
mensis, cœperunt hostias offerre Deo , & tẽ-
54 plum Domini nondum erat ædificatum . *
Et dederunt pecuniam lapidarijs , & fabris ,
55 & potum,& pabula cum gaudio.* Et dede-
runt carra Sidonijs,& Tyrijs,vt transueherẽt
illis de Libano trabes cedrinas,& facerent ra-
tes in Ioppe portu,secundum decretũ quod
56 scriptum erat eis à Cyro rege Persarum.* Et
in secundo anno venientes in templum Dei
in Ierusalem, mense secundo inchoauit Zo-
robabel filius Salathiel , & Iosue filius Iose-
dech,& fratres ipsorũ, & sacerdotes,& Leui-
tæ:& omnes , qui venerant de captiuitate in
57 Ierusalem: * & fundauerunt templum Dei
nouilunio secundi mensis secundi anni cum
58 venissent in Iudæam,& Ierusalem. * Et sta-
tuerunt Leuitas à viginti annis , super opera
Domini:& stetit Iesus,& filius eius,& fratres
omnes Leuitæ conspirantes,& executores,le
59 gis faciẽtes opera in domo Domini.* Et ste-
terunt sacerdotes habentes stolas cum tubis ,
60 & Leuitæ filij Asaph , habentes cymbala , *
collaudantes Dominum, & benedicentes se-
61 cundum Dauid regem Israel.* Et cantabant
cãticum Domino,quoniam dulcedo eius, &
62 honor in sæcula super omnem Israel . * Et
omnis populus tuba cecinerunt,& proclama
uerunt voce magna,collaudantes Dominum
63 in suscitatione domus Domini.* Et venerũt
ex sacerdotibus, & Leuitis, & præsidentibus
secundum pagos senioribus,qui viderant pri
64 stinam domum : * & ad huius ædificationẽ
cum clamore, & planctu magno, & multi cũ
65 tubis, & gaudio magno: * in tantum vt po-
pulus non audiret tubas propter planctum
populi. Turba enim erat tubis canens magni
66 ficè, ita vt longè audiretur. * Et audierunt
inimici tribus Iudæ,& Beniamin,& venerũt
67 scire,quæ esset vox tubarum. * Et cognoue-
runt quoniam qui erant ex captiuitate,ædifi-
68 cant templum Domino Deo Israel . * Et ac-
cedentes ad Zorobabel,& Iesum,præpositos
pagorum,dixerant eis : Aedificabimus vnà
69 vobiscum: * Similiter enim audiuimus Do-
minum vestrum, & ipsi pariter incedimus à
diebus Asbazareth regis Assyriorũ, qui trãs-
70 migrauit nos huc.* Et dixit illis Zorobabel ,
71 & Iesus,& principes pagorum Israel. * Non
est nobis,& vobis ędificare domum Dei no-
stri, nos enim soli ædificabimus Domino Is-
rael secundum ea , quæ præcepit nobis Cy-
72 rus rex Persarum. * Gentes autem terræ in-
cumbentes his,qui sunt in Iudæa,& leuantes
opus ædificationis,& insidias,& populos ad-
73 ducentes prohibebant eos ædificare.* & ag-
gressuras exercentes impedierunt , ne con-
summaretur ædificium omni tempore vitæ
Cyri regis, & protraxerunt structuram per
biennium vsque ad Darij regnum .

CAP. VI.

IN secundo autẽ anno regni Darij prophe- 1
tauit Aggæus, & Zacharias filius Addin
prophetæ apud Iudæam, & Ierusalem in no-
mine Dei Israel super eos. * Tunc stans Zo- 2
robabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec,
inchoauerunt ædificare domum Dñi, quæ
est in Ierusalem: *cum adessent eis prophetę 3
Dñi, & adiuuarẽt eos. In ipso tempore venit
ad illos Sisennes subregulus Syriæ, & Phęni-
cis, & Satrabuzanes, & sodales eius, *& dixe- 4
runt eis. Quo præcipiente vobis domũ hanc
ædificatis, & tectum istud, & alia omnia per-
ficitis? & qui sunt structores, qui hæc ædificãt?
* Et habuerunt gratiam visitatione facta sup 5
eos, qui erant ex captiuitate à Dño seniores
Iudæorum, *& non sunt impediti ædificare, 6
donec significaretur Dario de omnibus istis,
& responsum acciperetur * Exemplum epi- 7
stolæ, quam miserunt Dario. SISENNES
subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuza-
nes, & Sodales eius in Syria, & Phœnice præ-
sides, regi Dario salutem. * Omnia nota sint 8
Dño regi, quod cum venissemus in regionem
Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inueni-
mus ædificantes domum Dei magnam: * & 9
templum ex lapidibus politis, & magnis, &
pretiosis materijs in parietibus, *& opera illa 10
instanter fieri, & suffragare, & prosperare in
manibus eorum, & in omni gloria, quam di-
ligentissimè perfici. * Tunc interrogauimus 11
seniores, dicentes: Quo permittente vobis æ-
dificatis domum istam, & opera hæc funda-
tis? * Ideò autem interrogauimus eos, vt no- 12
tum faceremus tibi homines, & præpositos,
& nominum scripturam præpositorum po-
stulauimus illos. * At illi responderunt nobis, 13
dicentes: Nos sumus serui Domini, qui fecit
cęlum & terrã, *& ædificabatur hæc domus 14
ante annos istos multos à rege Israel magno,
& fortissimo, & consummata est. * Et quoniã 15
patres nostri exacerbantes erant, & peccaue-
runt in Deum Israel, tradidit eos in manus
Nabuchodonosor regis Babylonię, regis Chal
dæorum, *& domum istam demolientes in- 16
cenderunt, & populum captiuum duxerunt
in Babylonem. * In primo anno regnãte Cy- 17
ro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domũ
hãc ædificare, *& illa sacra vasa aurea, & ar- 18
gentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de
domo, quæ est in Ierusalem, & consecrauerat
ea suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex
de templo, quod erat in Babilonia, & tradita
sunt Zorobabel, & Salmanasaro subregulo: * 19
Et præceptum est eis, vt offerrent hæc vasa,
& reponerent in templo, quod erat in Ieru-
salem, & ipsum templũ Dei ædificare in lo-
co suo. * Tunc Salmanasarus subiecit funda- 20
menta domus Dñi, quæ est in Ierusalem: &
exinde, vsque nunc ædificatur, & non accepit
consummationem. * Nunc ergo si iudicatur 21
à te, ò rex, perquiratur in regalibus bibliothe-
cis Cyri regis, quæ sunt in Babylonia: * & si 22
inuentum fuerit consilio Cyri regis cæptam
esse structuram domus Dñi, quæ est in Ieru-
salem, & iudicatur à Dño rege nostro, scribat
23 de his nobis. * Tunc Darius rex præcepit in-
quiri in bibliothecis: & inuentus est in Ecba-
tanis oppido, quod est in media regione lo-
24 cus vnus, in quo scripta erant ista: * ANNO
primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit
domum Dñi, quæ est in Ierusalem ædifica-
25 re, vbi incendebant igni assiduo, *cuius alti-
tudo sit cubitorum decem, & latitudo cubi-
torum sexaginta quadratum lapidibus poli-
tis tribus, & meniano ligneo eiusdem regio-
nis, & meniano vno nouo, & impendia dari
26 de domo Cyri regis: *sacra vasa domus Dñi
tam aurea, quam argentea, quæ extulit Na-
buchodonosor in domũ Dñi, quæ est in Ie-
27 rusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic: *
& præcepit curam agere Sisennem subregu-
lum Syriæ, & Phęnicis, & Satrabuzanem, &
sodales eius, & qui ordinati erant in Syria, &
Phęnice præsides, vt abstinerent se ab eodem
28 loco. * Et ego quoque præcepi in totũ ædifi-
care: & prospexi, vt adiuuent eos, qui sunt ex
captiuitate Iudæorum, donec consummetur
29 templum ædis Dñi: *& à vexatione tributo-
torũ Cœlesyriæ, & Phœnicis, diligenter quã-
titatem dari his hominibus ad sacrificiũ Dñi,
Zorobabel prefecto, ad tauros, & arietes, & a-
30 gnos, * similiter aũt, & frumẽtũ, & sal, & vi-
num, & oleum, instanter per singulos annos,
prout sacerdotes, qui sunt in Ierusalẽ, dicta-
uerunt consummi quotidie sine vlla dilatio-
31 ne, *vt offerantur libationes sũmo Deo, pro
rege & pueris eius, & orẽt pro ipsorum vita:
32 *& denũcietur, vt quicumq. transgressi fue-
rint aliquid ex his, quę scripta sunt, aut spre-
uerint, accipiatur lignũ de suis proprijs, & su-
spendãtur, & bona ipsorum regi ascribãtur.
33 * Propterea & Dominus, cuius nomẽ inuo-
catum est ibi, exterminet omnem regem, &
gentem, qui manum suam extenderit prohi-
bere, aut malè tractare domum Dñi illã, quæ
34 est in Ierusalem. * Ego Darius rex decreui
quam diligentissimè secundum hæc fieri.

CAP. VII.

1 TVnc Sisennes sub regulus Cœlesyriæ, &
Phęnicis, & Satrabuzanes, & sodales ob
secuti his, quæ à Dario rege erant decreta,
2 * insistebant sacrosanctis operibus diligen-
tissimè, cooperantes cum senioribus Iudæo-
3 rum principibus Syriæ, * & prosperata sunt
sacrosancta opera prophetantibus Aggæo, &
4 Zacharia prophetis. * Et consummauerunt
omnia per præceptum Domini Dei Israel, &
ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis re-
5 gis Persarum. * Et consummata est domus
nostra vsque ad tertiam, & vicesimam diem
6 mensis Adar, sexto anno Darij regis. * Et fe-
cerunt filij Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, &
ceteri, qui erant ex captiuitate, qui appositi
sunt secundum ea, quæ scripta sunt in libro
7 Moysi. * Et obtulerunt in dedicationem tẽ-
pli Domini, tauros centum arietes ducẽtos,
8 agnos quadringentos, * & hœdos pro pec-
catis vniuersi Israel, duodecim, secundũ nu-
merum tribuum Israel * Et steterunt sacer- 9
dotes, & Leuitæ amicti stolis per trib. super
omnia opera Dñi Dei Israel secundum librũ
Moysi, & ostiarij per singulas ianuas. * Et ege- 10
runt filij Israel cum his, qui erant ex captiui-
tate, illud Phase quartadecima Luna mensis
primi, quando sanctificati sunt sacerdotes, &
Leuitæ. * Omnes filij captiuitatis non sunt si- 11
mul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sã-
ctificati sunt. * Et immolauerunt Phase vni- 12
uersi filij captiuitatis, & fratribus suis sacer-
dotibus, & sibimetipsis. * Et manducauerunt 13
filij Israel, qui erant ex captiuitate omnes, qui
remanserãt ab omnibus execrationibus gen-
tium terræ quærentes Dñm, * & celebraue- 14
runt diem festum azymorum septem dieb.
epulantes in conspectu Domini, * qm cõuer- 15
tit consilium regis Assyriorum in eos, confor-
tare manus eorum ad opera Domini Dei Is-
rael.

CAP. VIII.

ET post hunc regnante Artaxerxe Persã- 1
rum rege, accessit Esdras filius Azarię fi-
lij Helcię, filij Solome filij Sadoch, *filij Achi- 2
tob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij
Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron
primi sacerdotis: *hic Esdras ascendit de Ba 3
bylonia cum esset scriba, & ingeniosus in lege
Moysi, quę data est à Dño Deo Israel docere,
& facere. * Et dedit ei rex gloriam, quod in- 4
uenisset gratiam in omni dignitate, & deside-
rio in conspectu eius. * Et ascenderunt simul 5
cũ ipso ex filijs Israel, & sacerdotibus, & Le-
uitis, & sacris cantoribus, templi, & ostiarijs
& seruis templi in Ierusalem. * Anno septimo 6
regnante Artaxerxe, in quinto mẽse, hic an-
nus septimus est regni, exeuntes de Babylo-
nia nouilunio quinti mensis, * venerunt Iero- 7
solymam iuxta præceptum illius secundum
prosperitatem itineris à Dño ipsorum datam
eis. * In his enim Esdras magnam disciplinã 8
obtinebat: ne permitteret quidquam eorum,
quæ essent ex lege Dñi, & præceptis, & docẽ-
do vniuersum Israel omnem iustitiam, & iu-
dicium. * Accedentes autem, qui scribebant 9
scripta Artaxerxis regis tradiderunt scriptũ,
quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdrã
sacerdotem, & lectorem legis Dñi, cuius exẽ-
plum subiectum est. * Rex Artaxerxes Esdrę
sacerdoti, & lectori legis Dñi salutem. * Hu- 11
manior ego iudicans in beneficijs, præcepi eis
qui desiderant ex gente Iudæorum sua spõ-
tè, & ex sacerdotibus & Leuitis, qui sunt in
regno meo, comitari tecum in Ierusalem. * 12
Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, &
proficiscantur sicut placuit mihi septem ami-
cis meis consiliarijs, * vt visitent ea quæ agũ- 13
tur secundum Iudæam, & Ierusalem, obser-
uantes sicut habes in lege Dñi, * & ferant 14
munera Dño Israel, quæ voui ego, & amici
Ierusalem, & omne aurum, & argentũ, quod
inuentum fuerit in regione Babiloniæ Dño
15 Ierusalem cum illo, *quod est donatum pro
ipsis gẽte in templum Domini eorum, quod
est in Ierusalem, vt colligatur hoc aurum, &
argentum ad tauros, & arietes, & agnos, &
16 hędos, & quæ his sunt cõgruentia, * vt offe-
rant hostias Dño super altare Dñi ipsorum,
17 quod est in Ierusalem. * Et omnia quæcum-
que volueris cum fratribus tuis facere auro,
& argento, perfice pro voluntate tua secun-
18 dum præceptum Domini Dei tui, *& sacro-
sancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera do-
19 mus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalem: *
& cetera quæcumque tibi subuenerint ad o-
pera templi Dei tui, dabis de regali gazophy-
20 lacio: * cum volueris cum fratribus tuis face-
re auro & argento, perfice secundum volun-
21 tatem Domini. * Et ego quidem rex Ar-
taxerxes præcepi custodibus thesaurorum
Syriæ, & Phenicis, vt quæcumque scripserit
Esdras sacerdos, & lector legis Domini, dili-
genter detur ei, vsque ad argenti talenta cen-
22 tum, similiter, & auri: * & vsq. ad frumenti
modios centum, & vini amphoras centum,
& alia quæcumque abundant sine taxatione.
23 * Omnia secundum legem Dei fiant Deo al-
tissimo, ne fortè exurgat ira in regno regis, &
24 filij, & filiorũ eius * vobis autem dicitur, vt
omnib. sacerdotib. & Leuitis, & sacris cãto-
25 rib. & seruis templi, & scribis templi, huius, *
nullum tributum, neque vlla alia indictio ir-
rogetur, nec habeat quisquam potestatẽ obij-
26 cere eis quicquam. * Tu autem Esdra secun-
dum sapientiam Dei constitue iudices, & ar-
bitros in tota Syria, & Phęnice, & oẽs qui le-
27 gem Dei tui non nouerunt, doce: * vt quot-
quot transgressi fuerint legẽ diligenter ple-
ctantur siue morte, siue cruciatu, siue etiam
28 pecuniæ mulctatione, vel abductione. * Et
dixit Esdras scriba: Benedictus Deus patrũ
nostrorum, qui dedit hanc volũtatem in cor
regis, clarificare domum suam, quæ est in Ie-
29 rusalem, * & me honorificauit in conspectu
regis, & consiliariorum, & amicorum, & pur-
30 puratorum eius, * & ego constans animo fa-
ctus sum secundum opitulationem Dñi Dei
mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul a-
31 scenderent mecum * Et hi sunt prępositi se-
cundum suas patrias, & principatus portio-
nales eorum, qui mecum ascenderũt de Ba-
32 bylonia in regno Artaxerxis. * Et ex filijs
Phares, Gersomus, ex filijs Siemarith, Ame-
33 nus, filiorum Dauid Acchus filius Sceciliæ: *
ex filijs Phares, Zacharias, & cum eo reuersi
34 sunt viri centum quinquaginta: *ex filijs du-
ctoris Moabilionis Zaræi, & cũ ipso viri du-
35 centi quinquaginta: *ex filijs Zachnes, Iecho-
nias Zecholei, & cum ipso viri ducenti quin-
36 quaginta: & *ex filijs Sala, Maasias Gotholię,
37 & cũ ipso viri septuaginta: *ex filijs Saphatię,
38 Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta: *
ex filijs Iob, Abdias Ieheli, & cum ipso viri
39 ducẽti duodecim, *ex filijs Banię, Salimoth,
filius Iosaphiæ, & cum ipso viri centũ sexa-
40 ginta, * ex filius Beer, Zacharias Bebei, & cũ
41 ipso viri ducenti octo: *ex filijs Ezead, Ioan-

nes Eccetan,& cum ipso viri centum decem:
*ex filijs Adonicam ipsis postremis, & hæc 42
sunt nomina eorum, Eliphalam filius Gebel,
& Semeias,& cum ipso viri septuaginta.* Et 43
congregaui eos ad fluuium,qui dicitur Thia,
& metati sumus illic triduo, & recognoui
eos.* Et ex filijs sacerdotum,& Leuitarum 44
non inueni illic.* Et misi ad Eleazarum,& 45
Eccelon,& Masman,& Maloban,& Enaathã,
& Samea,& Ioribum, Nathan, & Enuagam,
Zachariam, & Mosolamum ipsos doctores,& peritos:*& dixi eis,vt venirent ad 46
Loddeum, qui erat apud locum gazophyla-
cij.* Et mandaui eis,vt dicerent Loddeo,& 47
fratribus eius,& illis,qui erant in gazophyla-
cio,vt mitterẽt nobis eos,qui sacerdotio fun-
gerentur in domo Domini Dei nostri :* & 48
adduxerunt nobis secundum manum vali-
dam Domini Dei nostri viros peritos : ex fi-
lijs Moholi, filij Leui filij Israel, Sebebian, &
filios, & fratres, qui erant decem,& octo : * 49
Asbiam , & Amin ex filijs filiorum Chana-
næi,& filij eorum viri viginti.* Et ex his,qui 50
templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi
principes ad operationem Leuitis tẽplo ser-
uientium ducenti viginti. Omnia nomina si-
gnificata sunt in scripturis.* Et noui illic ie- 51
iunium iuuenibus in conspectu Dei,vt quæ-
rerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobis-
cum erant,& filijs,& pecoribus propter in-
dias.* Erubui enim petere à rege pedites,& 52
equites in comitatu, tutelæ gratia contra ad-
uersarios nostros.*Diximus enim regi,quo- 53
niam virtus Domini erit cum eis, qui inqui-
runt eum in omni affectu. * Et iterum de- 54
precati sumus Dominum Deum nostrum se-
cundum hæc:quem & propitium habuimus,
& compores facti sumus Deo nostro.* Et se- 55
parauí ex plebis præpositis, & sacerdotibus
templi viros duodecim, & Sedebiam, & A-
sannam,& cum eis ex fratribus eorum viros
decem:*& appendi eis aurum,& argentum 56
& vasa sacerdotalia domus Dei nostri , quæ
donauerat rex,& consiliarij eius,& principes,
& omnis Israel.* Et cum appendissem,tra- 57
didi argenti talenta centum quinquaginta,&
vasa argentea talentorum centum,& auri ta-
lenta cẽtum,*& vasorum aureorum septies 58
viginti,& vasa ærea de bono æramento splẽ-
dentia,duodecim,auri speciem reddentia,* 59
& dixi eis: Et vos sancti estis Dño,& vasa sũt
sancta,& aurum, & argentum votũ est Dno
Deo patrum nostrorum.* Vigilate & custo- 60
dite,donec tradatis ex plebis præpositis,& sa-
cerdotibus , & Leuitis,& principibus ciuita-
tum Israel in Ierusalem , in pastophorio do-
mus Dei nostri.* Et hi qui susceperũt sacer- 61
dotes,& Leuitæ aurum, & argentum,& va-
sa,in tulerunt in Ierusalem in templum Do-
mini. * Et promouimus à fluuio Thia,die 62
duodecima mẽsis primi, vsquequo introiui-
mus in Ierusalẽ.* Et cum factus fuisset ter- 63
tius dies, quarta autem die ponderatum au-
rum,& argentum traditum est in domo Dñi
Dei nostri,Marimoth filio Iori sacerdoti, * 64
& cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & e-
rant cum ipsis Iosadus filius Iesu,& Media,
& Banni filius Leuitæ ad numerum , & ad
65 pondus vniuersi. * Et scriptum est pondus
66 ipsorum eadem hora*. Qui autem venerũt
ex captiuitate,obtulerunt sacrificium Domi-
no Deo Israel , tauros duodecim pro omni
67 Israel,arietes octoginta sex,*agnos septuagin
ta duos,hircos pro peccato duodecim,& pro
salute vaccas duodecim, omnia in sacrificiũ
68 Dñi.* Et relegerunt præcepta regis regalib.
dispensatoribus,& sub regulis Cælesyriæ,&
Phænicis:& honorificauerunt gentem,& tẽ-
69 plum Dñi.* Et consummatis his, accesserũt
ad me præpositi,dicentes: Non segregauerũt
genus Israel,& Principes,& Sacerdotes,& Le
70 uitæ, * & alienigenæ gentes,& nationes ter-
ræ immunditias suas à Chananæis , & He-
thæis,& Pherezæis,& Iebuzeis,& Moabitis,
71 & Ægyptijs,& Idumæis,*coniunctũ.n. sunt
filiabus eorum,& ipsi,& filij eorum, & mix-
tum est semen sanctum alienigenis gentib.
terræ:& principes erant præpositi , & magi-
72 stratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni.*
Et mox vt audiui ista, conscidi vestimẽta,&
sacram tunicam:& lacerãs capillos capitis,&
73 barbam,sedi dolens,& mestus.* Et cõuene-
runt, quotquot tunc mouebantur in verbo
Dñi Dei Israel, ad me lugẽtem super iniqui-
74 tatem istam,& sedebam tristis,vsq. ad sacri-
ficium vespertinum. * Et consurgens à ieiu-
nio,cõscissa habens vestimẽta, & sacrã tuni-
cã,ingeniculans,& extendẽs manus ad Dñm
75 * dicebam: Dñe confusus sum, & reuerius
76 sum,ante faciem tuam.* Peccata eũ nostra
multiplicata sũt super capita nostra,& iniqui-
77 tates nostræ exaltatæ sunt,vsq. ad cælum. *
Quoniam à temporibus patrum nostrorum
sumus in magno peccato,vsq. ad diem hũc.
78 *Et propter peccata nostra, & patrũ nostro-
rum sumus traditi cum fratribus nostris, &
cum sacerdotib. nostris,regibus terræ in gla-
dium,& captiuitatem, & deprædationẽ cum
79 confusione,vsque in hodiernum diem.* Et
nunc quantum est hoc, quod contigit nobis
misericordia abs te Dñe Deus,& relinque no
bis radicem , & nomen locum sanctificatio-
80 nis tuæ,*detegere luminare nostrum in do-
mo Dñi Dei nostri,dare nobis cibum in om-
81 ni tempore seruitutis nostræ.* Et cum seruí-
remus, non fuimus derelicti à Dño Deo no-
stro:sed constituit nos in gratia,ponẽs nobis
82 reges Persarum dare cibum, * & clarificare
templum Dñi Dei nostri, & ædificare deser-
tã Sion,dare nobis stabilitatem in Iudæa, &
83 Ierusalem:* Et nunc,quid dicimus Dñe ha-
bentes hæc? Transgressi enim sumus præce-
84 pta tua, quæ dedisti in manus puerorũ tuo-
rum prophetarum, * dicens: Quoniam ter-
ra,in quam introistis possidere hæreditatem
eius:terra polluta est coinquinationibus alie-
nigenarum terræ,& immunditiẽ illorum re-
85 pleuerunt eam totam immunditia sua.* Et
nunc filias vestras nõ coniungetis filijs eorũ,
86 & filias eorũ non accipietis filijs vestris,* &
non

nõ inquiretis pacem habere cum illis omni
tempore,vt inualescentes mãducetis optima
terræ, & hæreditatẽ distribuatis filijs vestris
vsque in æuum.* Et quæ contingunt nobis, 87
omnia fiunt propter opera nostra maligna ,
& magna peccata nostra . * Et dedisti nobis 88
talem radicẽ,& rursum reuersi sumus trans-
gredi legitima tua , vt commisceremur im-
munditiæ alienigenarum gẽtium terræ hu-
ius.* Nõne irasceris nobis perdere nos,quo- 89
adusque non relinquatur radix,& nomẽ no-
strum? * Domine Deus Israel verax es . De- 90
relicta est enim radix vsque in hodiernum
diem. * Ecce, nunc sumus in conspectu tuo 91
in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc
stare ante te in his.* Et cum adorãdo confi- 92
teretur Esdras,flẽs,humi prostratus ante tẽ-
plum , congregati sunt ante eum ex Ierusa-
lem turma magna valde , viri , & mulieres ,
& iuuenes,& iuuẽculæ. Fletus enim erat ma
gnus in ipsa multitudine. * Et cũ clamasset, 93
Ieconias Iehel ex filijs Israel , dixit Esdræ :
Nos in Dominum peccauimus , quod collo-
cauimus nobis in matrimoniũ mulieres alie-
nigenas ex gentibus terræ.* Et nũc es super 94
omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à
Dño expellere omnes vxores nostras,quæ ex
alienigenis sunt cum filijs earum.* Sicut ti- 95
bi decretũ est à majorib. secundũ legem Do-
mini exurgens explica * Ad te enim spectat 96
negocium,& nos tecum sumus : viriliter fac.
* Et exurgens Esdras adiurauit principes sa- 97
cerdotum,& Leuitas, & omnem Israel face-
re secundum hæc,& iurauerunt.

CAP. IX.

ET exurgens Esdras ab ante atrium tem- 1
pli abijt in pastophorium Ionathæ filij
Nasabi, * & hospitatus illis non gustauit pa-
nem,nec aquam bibit super iniquitatẽ multi- 2
tudinis.* Et facta est prædicatio ĩ omni Iu-
dæa, & in Ierusalẽ omnibus, qui erant ex ca- 3
ptiuitate in Ierusalẽ congregati,* vt quicum-
que non occurrerit biduo, vel triduo diei se- 4
cundum iudicium affidentium seniorum ,
tollerẽtur facultates suæ,& ipse alienus iudi-
carẽtur à multitudine captiuitatis. * Et congre-
gati sunt omnes , qui erant ex tribu Iuda , & 5
Beniamin in tribus diebus in Ierusalem , hic
mensis est nonus,dies mensis vicesimus.* Et 6
sedit omnis multitudo in area templi tre-
mentes, propter hyemem præsentem . * Et 7
exurgens Esdras, dixit illis : Vos iniquè feci-
stis collocantes vobis in matrimoniũ vxores
alienigenas , vt adderetis ad peccata Israel .
* Et nunc date confessionẽ,& magnificentiã 8
Domino Deo patrũ nostrorum,* & perficite 9
voluntatẽ ipsius , & discedite à gentibus ter-
ræ,& ab vxoribus alienigenis. * Et clamauit 10
omnis multitudo, & dixerunt voce magna :
Sicut dixisti,faciemus.* Sed quoniam multi- 11
tudo magna est,& tẽpus hybernũ,& nõ pos-
sumus insubsistiati stare:& hoc opus non est
nobis vnius diei, neq. bidui , multũ.n.in his
peccauimus: * stent præpositi multitudinis, 12
& oẽs,qui nobiscum inhabitant, & quotquot
13 habent vxores apud se alienigenas,* & assi-
stant accepto tẽpore ex omni loco presbyte-
ri , & iudices vsquequo soluãt iram Domini
14 negotij huius:* Ionathas aũt filius Ezieli,&
Ozias Thecam susceperunt secundũ hæc : &
Bosoramus , & Leuis , & Sabbathæus simul
11 cooperati sunt cũ illis.* Et steterũt secundũ
hæc omnia vniuersi,qui erant ex captiuitate.
16 * Et elegit sibi viros Esdras sacerdos princi-
pes magnos de partibus eorũ secũdũ nomi-
na: & consederunt nouilunio mensis decimi
17 examinare negotium istud.* Et determina-
tũ est de viris, qui habebant vxores alienige-
18 nas,vsq.ad neomeniã primi mẽsis:*& inuẽ-
ti sunt ex sacerdotibus permixti, qui habebãt
19 alienigenas vxores . * Ex filij Iesu filij Iose-
dec,& fratribus eius: Maseas,& Eliozerus,&
20 Ioribus,& Ioadeus,* & iniecerũt manus, vt
expellerent vxores suas : & ad litandum in
21 exorationẽ, arietem pro ignorantia sua, * &
ex filijs Sẽmeri: Maseas, & Esses, & Ieelech,
22 Azarias,*et ex filijs Fosere: Limosias, Hisma
enis,& Nathanee, Iuffio, Reddus,& Thalsas
23 * & ex Leuitis : Iorabdus,& Semeis, & Col-
nis,& Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elio-
24 nas, * & ex sacris cantoribus, Eliasib, Zacca-
25 rus,* & ex ostiarijs, Salumus , & Tolbanes .
26 * & ex Israel:ex filijs Foro, Ozi, & Remias ,
& Geddias,& Melchias,& Michelus, Eleaza
27 rus,& Iammebias,& Bannas,*& ex filijs Io-
laman: Chamas,& Zacharias, & Iezrelus,&
28 Iodd di,& Erimoth,& Helias,*& ex filijs Za
thoim, Eliadas,& Liasumus, Hochias,& La-
29 rimoth, & Zabdis,& Tebedias, * & ex filijs
Zebes: Ioãnes,& Amanias, & Zabdias, & E-
30 meus,* & ex filijs Banni: Olamus,& Malu-
chus,& Ieddeus,& Iasub,& Azabus,& Ieri-
31 moth.*& ex filijs Addin, Naathus,& Moo-
sias,& Caleus,& Raanas, Naaseas,Mathathi-
32 as,& Beseel,& Bonnus,& Manasses,& ex fi
lijs Nuae : Noneas, & Aseas, & Melchias,&
Sameas, & Simon, Beniamin,& Malchus,&
33 Marras,* & ex filijs Asom. Carianeus, Ma-
tathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manas-
34 se,& Semei.* & ex filijs Banni : Ieremias,&
Moadias,& Abramus,& Iohel,& Baneas,&
Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliasib, &
Mathaneus , & Elianis, & Orizas, & Dielus ,
35 & Semedius,& Zambris, & Iosephus : * &
ex filijs Nobel: Idelus,et Mathathias,& Saba
36 dus,& Zecheda, Sedmi,& Iesiei, Baneas : *
omnes isti coniunxerũt sibi vxores alienige-
37 nas, & dimiserunt eas cum filijs . * Et inha-
bitauerunt sacerdotes & Leuitæ.& qui erant
ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione
nouilunio mensis septimi . Et erant filij Is-
38 rael in cõmorationibus suis.* Et congregata
est omnis multitudo simul in aream,quæ est
39 ab oriente portæ sacræ:* & dixerunt Esdræ
pontifici,& lectori,vt afferret legem Moysi,
40 quæ tradita est à Domino Deo Israel.* Et at
tulit Esdras pontifex legẽ omni multitudini
eorum à viro vsque ad mulierem , & omni-
bus sacerdotibus audire legẽ nouilunio mẽ-
41 sis septimi, * Et legebat in area, quæ est ante

ſacram portam templi, a prima luce vſque
ad veſperam coram viris, & mulieribus. Et
dederũt omnes ſenſum ad legem.* Et ſtetit 42
Eſdras ſacerdos, & lector legis ſuper ligneũ
tribunal, quod fabricatũ erat.* Et ſteterunt 43
ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Aza-
rias, Vrias, Ezechias, & Baltamus ad dexte-
ram: * & ad ſiniſtram Faldeos, Miſael, 44
Malachias, Abuſthas, Sabus, Nabadias, & Za
charias. * Et aſſumpſit Eſdras librũ coram 45
omni multitudine: præſidebat enim in glo-
ria in cõſpectu omnium. * Et cum abſoluiſ- 46
ſet legem, omnes erecti ſteterunt: & bene-
dixit Eſdras Dominum Deum altiſſimum,
Deum Sabaoth omnipotentem.* Et reſpon- 47
dit omnis populus, Amē. Et eleuatis ſurſum
manibus procidentes in terrã, adorauerunt
Dominum * Ieſus, & Banaeus, & Sarebias, 48
& Iaddimus, & Accubus, & Sabbathæus, &
Calithes, & Azarias, & Ioradus, & Ananias,
49 & Philias Leuitæ,* qui docebãt legē Dñi, &
in multitudine legebant legē Dñi, & præfe-
rebant ſinguli eos, qui intelligebant lectio-
50 nem.* Et dixit Atharathes Eſdræ pontifici,
& lectori, & Leuitis, qui docebant multitu-
51 dinem,* dicens: Dies hic ſanctus eſt Dño. Et
52 omnes flebãt, cum audiſſent legem.* Et di-
xit Eſdras: Digreſſi ergo mãducate pinguiſ-
ſima quæque, & bibite dulciſſima quæque, &
53 mittite munera his, qui nõ habent * ſanctus
n. eſt hic dies Dñi, & nolite mœſti eſſe. Domi-
54 nus enim clarificabit vos.* Et Leuitæ denũ-
ciabant in publico omnibus, dicentes: Dies
55 hic ſanctus eſt, nolite mœſti eſſe.* Et abierũt
omnes manducare, & bibere, & epulari, &
dare munera his, qui non habebant, vt epu-
larẽtur. Magnificè enim ſunt exaltati verbis
56 quibus edocti ſunt,* & congregati ſunt vni-
uerſi in Ieruſalem celebrare lætitiam, ſecun-
dum teſtamentum Domino Dei Iſrael.

LIBER ESDRÆ
QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

LIBER Eſdræ prophetæ ſe- 1
cundus, filij Sarei, filij Aza-
rei, filij Helciæ, filij Sada-
niæ, filij Sadoch, filij A-
chitob, * filij Achiæ, filij 2
Phinees, filij Heli, filij A-
meriæ filij Aziel, filij Ma-
rimoth, filij Arna, filij O-
ziæ, filij Borith, filij Abiſei, filij Phinees, filij
Eleazar, filij Aarõ ex tribu Leui,* qui fuit ca- 3
ptiuus in regione Medorum, in regno Arta-
xerxis regis Perſarum.* Et factũ eſt verbum 4
Dñi ad me, dicens:* Vade, & nuncia populo 5
meo facinora ipſorum, & filijs eorum ini-
quitates, quas in me admiſerunt, vt nun-
cient filijs filiorũ: * quia peccata parẽtum ip- 6
ſorum in illis creuerunt. Obliti enim mei ſa-
crificauerũt dijs alienis. * Nonne ego eduxi 7
eos de terra Ægypti de domo ſeruitutis? Ipſi
autem irritauerunt me, & conſilia mea ſpre-
uerunt. * Tu autem excute comã capitis tui, 8
& proijce omnia mala ſuper illos: quoniam
nõ obedierunt legi meæ. Populus autem eſt
indiſciplinatus. * Vſquequo eos ſuſtinebo, 9
quibus tanta beneficia contuli?* Reges mul- 10
tos propter eos ſubuerti. Pharaonem cum
pueris ſuis: & omnem exercitum eius per-
cuſſi.* Omnes gentes à facie eorum perdidi, 11
& in Oriente prouinciarum duarũ populos
Tyri, & Sidonis diſſipaui, & oẽs aduerſarios
eorũ interfeci. * Tu vero loquere ad eos, di- 12
cens: Hæc dicit Dominus:* Nempe ego vos 13
per mare tranſmeaui, & plateas vobis initio
munitas exhibui. ducẽ vobis dedi Moyſẽ, &
Aaron ſacerdotem: * lucem vobis per co- 14
lumnam ignis præſtiti, & magna mirabilia
feci in vobis: vos autem mei obliti eſtis, di-
15 cit Dominus.* Hæc dicit Dñs omnipotens:
Coturnix vobis in ſigno fuit, caſtra vobis ad
16 tutelã dedi, & illic murmuraſtis:* & nõ triũ-
phaſtis in nõie meo de perditione inimico-
rũ veſtrorũ, ſed adhuc nunc vſq. murmura-
17 ſtis.* Vbi sũt beneficia, q̃ præſtiti vobis? Nõ-
ne in deſerto cũ eſuriretis, proclamaſtis ad
18 me,* dicentes: Vt quid nos in deſertũ iſtud
adduxiſti interficere nos? melius nobis fue-
rat ſeruire Ægyptijs, quam mori in deſerto
19 hoc.* Ego dolui gemitus veſtros, & dedi vo-
bis manna in eſcã. Panem angelorum man-
20 ducaſtis:* Nonne cum ſitiretis, petram exci-
di, & fluxerũt aquæ in ſaturitate? propter æ-
21 ſtus folijs arborũ vos texi.* Diuiſi vobis ter-
ras pingues Chananæos, & Pherezæos, & Phi-
liſthæos à facie veſtra proieci: quid faciam
22 vobis adhuc: dicit Dominus? * Hæc dicit
Dñs omnipotẽs. In deſerto cũ eſſetis ĩ flumi-
ne Amorrhæo ſitiẽtes, & blaſphemantes no-
23 men meũ,* non ignẽ vobis pro blaſphemijs
dedi, ſed mittẽs lignũ in aquã, dulce feci flu-
24 men.* Quid tibi faciã Iacob? Noluiſti obedi-
re Iuda. Transferã me ad alias gẽtes, & dabo
eis nomẽ meum, vt cuſtodiãt legitima mea.
25 * Quoniã me dereliquiſtis, & ego vos dere-
linquã. Petentibus vobis à me miſericordiã,
26 non miſerebor.* Qñ inuocabitis me, ego nõ
exaudiam vos. Maculaſtis n. manus veſtras
ſanguine, & pedes veſtri impigri ſunt ad cõ-
27 mittenda homicidia.* Nõ quaſi me dereli-
28 quiſtis, ſed vosipſos, dicit Dñs. * Hæc di-
cit Dñs omnipotẽs: Nõne ego vos rogaui, vt
pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix par-
29 uulos ſuos,* vt eſſetis mihi ĩ populũ, & ego
vobis in Deũ, & vos mihi ĩ filios, & ego vo-
30 bis ĩ patrẽ?* Ita vos collegi, vt gallina pullos
ſuos

ſuos ſub alas ſuas. Modo aũt quid faciã vo-
bis? Proijciã vos à facie mea.* Oblationẽ cũ 31
mihi attuleritis, auertã faciẽ meam à vobis.
Dies enim feſtos veſtros, & neomenias, & cir-
cumciſiones repudiaui. * Ego miſi pueros 32
meos prophetas ad vos, quos acceptos inter-
feciſtis, & laniaſtis corpora eorũ quorũ ſan-
guinem exquirã, dicit Dñs. * Hæc dicit Dñs 33
omnipotens, Domus veſtra deſerta eſt: Pro-
ijciã vos ſicut ventus ſtipulam, * & filij pro- 34
creationem non facient: quoniam mandatũ
meũ neglexerunt, & quod malum eſt coram
me, fecerunt. * Tradã domos veſtras popu- 35
lo venienti, qui me non audientes credunt:
quibus ſigna non oſtendi, facient, quæ præce-
pi.* Prophetas nõ viderunt, & memorabũ- 36
tur iniquitatum eorum.* Teſtor populi ve- 37
nientis gratiã, cuius paruuli exultant cũ læti-
tia, me non videntes oculis carnalibus, ſed
ſpiritu credentes, quæ dixi. * Et nunc frater 38
aſpice, quæ gloria: & vide populũ veniẽtem
ab oriente,* quibus dabo ducatũ Abraham, 39
Iſaac, & Iacob, & Oſee, & Amos, & Michææ,
& Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, * & Nahum, & 40
Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, &
Malachiæ, qui & angelus Domini vocatus eſt.

CAP. II.

HÆc dicit Dñs: Ego eduxi populũ iſtũ 1
de ſeruitute, quibus mandata dedi per
pueros meos prophetas, quos audire nolue-
runt, ſed irrita fecerunt mea conſilia.* Mater 2
quæ eos generauit, dicit illis: Ite filij, quia ego
vidua ſum, & derelicta. * Educaui vos cum 3
lætitia, & amiſi vos cum luctu, & triſtitia,
quoniam peccaſtis coram Domino Deo ve-
ſtro, & quod malum eſt coram eo, feciſtis.
* Modo autem quid faciam vobis? Ego vi- 4
dua ſum, & derelicta: ite filij, & petite à Do-
mino miſericordiam. * Ego autem te pater 5
teſtem inuoco ſuper matrem filiorum, qui
noluerunt teſtamentum meum ſeruare,* vt 6
des eis confuſionem, & matrem eorum in
direptionẽ, ne generatio eorũ fiat. * Diſper- 7
gantur in gentes nomina eorum, & deleãtur
a terra: quoniam ſpreuerunt ſacramentum
meum. * Væ tibi Aſſur, qui abſcõdis iniquos 8
penes te, Gẽs mala, memorare quid fecerim
Sodomæ, & Gomorrhæ, * quorum terra ia- 9
cet in piceis glebis, & aggeribus cinerum, ſic
dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dñs
omnipotens. * Hæc dicit Dñs ad Eſdram, 10
Nuncia populo meo, quoniam dabo eis re-
gnum Ieruſalem, quod daturus eram Iſrael.
* Et ſumam mihi gloriam illorum, & dabo 11
eis tabernacula æterna, quæ præparaueram
illis.* Lignũ vitæ erit illis in odore vnguen- 12
ti, & non laborabunt, neque fatigabuntur.
* Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, 13
vt immorentur. Iam paratum eſt vobis re-
gnum: vigilate.* Teſtare cælum, & terrã. Cõ- 14
triui enim malum, & creaui bonum, quia vi-
uo ego, dicit Dñs. * Mater amplectere filios 15
tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba
confirma pedes eorum; quoniã te elegi, dicit
16 Dñs.* Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis,
& de monumentis educam illos, quoniam
17 cognoui nomẽ meum in Iſrael.* Noli time-
re mater filiorum: qñ te elegi, dicit Dñs.
18 * Mittam tibi adiutoriũ pueros meos Iſa-
iam, & Ieremiam, ad quorum cõſilium ſan-
ctificaui, & paraui tibi arbores duodecim
19 grauatas varijs fructibus, * & totidẽ fontes
fluẽtes lac, & mel: & montes immẽſos ſeptẽ,
habentes roſam, & lilium, in quibus gaudio
20 implebo filios tuos. * Viduam iuſtifica, pu-
pillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nu-
21 dum veſti,* cõfractũ, & debilem cura, clau-
dũ irridere noli, tutare mancũ, & cæcum ad
22 viſionẽ claritatis meæ admitte.* Senẽ, & iu-
23 uenem intra muros tuos ſerua: * mortuos
vbi inueneris, ſignans commẽda ſepulchro,
& dabo tibi primam ſeſſionem in reſurre-
24 ctione mea.* Pauſa, & quieſce populus meus,
25 quia veniet requies tua.* Nutrix bona nutri
26 filios tuos, confirma pedes eorum.* Seruos,
quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego
27 enim requiram de numero tuo. * Noli fati-
gari. Cum enim venerit dies preſſuræ, & an-
guſtiæ, alij plorabunt: & triſtes erunt: tu autẽ
28 hilaris copioſa eris. * Zelabunt gentes, &
29 nihil aduerſus te poterunt, dicit Dñs.* Ma-
nus meæ tegent te, ne filij tui gehennam vi-
30 deant. * Iucundare mater cum filijs tuis,
31 quia ego te eripiam, dicit Dñs. * Filios tuos
dormientes memorare, quoniã ego eos edu-
cam de lateribus terræ, & miſericordiam cũ
illis faciam: quoniam miſericors ſum, dicit
32 Dñs omnipotens. * Amplectere natos tuos
vſque dum venio, & præſtem illis miſericor-
diam: quoniam exuberãt fontes mei, & gra-
33 tia mea non deficiet.* Ego Eſdras præceptũ
accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad
Iſrael: ad quos cum venirem, reprobauerunt
34 me, & reſpuerunt mandatũ Domini. * Ideo-
que vobis dico gentes, quæ auditis, & intelli-
gitis: Expectate paſtorem veſtrum, requiem
æternitatis dabit vobis: quoniam in pro-
ximo eſt ille, qui in fine ſæculi adueniet.
35 * Parati eſtote ad præmia regni, quia lux per-
petua lucebit vobis per æternitatem tempo-
36 ris. * Fugite vmbram ſæculi huius: accipite
iucunditatẽ gloriæ veſtræ. Ego teſtor palam
37 ſaluatorẽ meũ. * Commendatũ donum ac-
cipite, & iucundamini, gratias agentes ei, qui
38 vos ad cæleſtia regna vocauit. * Surgite, &
ſtate, & videte numerum ſignatorũ in cõui-
39 uio Domini.* Qui ſe de vmbra ſæculi tran-
ſtulerunt, ſplendidas tunicas à Dño accepe-
40 rũt.* Recipe Sion numerũ tuũ, & conclude
candidatos tuos, qui legem Domini comple-
41 uerunt.* Filiorum tuorũ, quos optabas, ple-
nus eſt numerus, Roga imperium Domini
vt sãctificetur populus tuus, qui vocatus eſt
42 ab initio. * Ego Eſdras vidi in monte Sion
turbã magnam, quam numerare non potui,
& omnes canticis collaudabant Dominum,
43 * Et in medio eorũ erat iuuenis ſtatura cel-
ſus eminẽtior omnibus illis, & ſingulis eorũ
capitibus imponebat coronas, & magis exal-
taba-

tabatur: Ego autẽ miraculo tenebar.* Tunc 44
interrogaui angelũ,& dixi: Qui sũt hi, Dñe?
*Qui respõdẽs dixit mihi: Hi sunt qui mor- 45
talẽ tunicam deposuerunt, & immortalem
sumpserunt,& confessi sunt nomẽ Dei: Mo-
do coronantur,& accipiunt palmas.* Et di- 46
xi angelo ille iuuenis, quis est, qui eis coro-
nas imponit,& palmas in manus tradit?* Et 47
respondens dixit mihi: Ipse est filius Dei,
quem in sæculo confessi sunt: ego autem
magnificari eos cœpi, qui fortiter pro nomi-
ne Domini steterunt.* Tũc dixit mihi ange- 48
lus: Vade, annuncia populo meo, qualia,&
quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

CAP. III.

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram in 1
Babylone, & conturbatus sum super
cubiculo meo recumbens, & cogitationes
meæ ascendebant super cor meum: *qm vi- 2
di desertionẽ Sion, & abundantiam eorum
qui habitabant in Babylone.* & ventilatus 3
est spiritus meus valde,& cœpi loqui ad Al-
tissimũ verba timorata,*& dixi: O domina- 4
tor Dñe, tu dixisti ab initio, qn plantasti ter-
rã,& hoc solus,& imperasti populo, *& de- 5
disti Adam corpus mortuum: sed & ipsum
figmentũ manuũ tuarum erat,& insufflasti
in eum spiritum vitę,& factus est viuens co-
ram te:*& induxisti eum in paradiso, quem 6
plantauerat dextera tua, antequam terra ad
uentaret,* Et huic mandasti diligere viam 7
tuam,& præteriuit eam, & statim instituisti
in eo mortem,& in nationibus eius, & natæ
sunt gentes, & tribus, & populi,& cognatio-
nes, quarum non est numerus.* Et ambula- 8
uit vnaquęque gens in voluntate sua & mi-
ra agebant coram te,& spernebant præcepta
tua.* Iterum autẽ in tẽpore induxisti dilu- 9
uium super inhabitantes sæculum,& perdi-
disti eos * Et factũ est in vnoquoque eorũ, 10
sicut Adæ mori, sic his diluuiũ.* Dereliqui- 11
sti autem vnum ex his Noe cum domo sua,
& ex eo iusti omnes. Et factum est cum cę- 12
pissent multiplicari, qui habitabant super ter
ram,& multiplicauerũt filios, & populos,&
gentes multas: & cœperunt iterato impieta-
tem facere plus quam priores.* Et factum 13
est cum iniquitatem facerent coram te, ele-
gisti tibi virum ex his, cui nomen erat Abra-
ham.* Et dilexisti eum,& demõstrasti ei so- 14
li voluntatem tuam:*& disposuisti ei testa- 15
mentum æternum, & dixisti ei vt non vn-
quã derelinqueres semen eius. Et dedisti ei
Isaac,& Isaac dedisti Iacob,& Esau.* Et se- 16
gregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et
factus est Iacob in multitudine magna.* Et 17
factũ est cum educeres semen eius ex Ægy-
pto, adduxisti super mõtem Sina.* Et incli- 18
nasti cælos, & statuisti terram, & cõmouisti
orbem,& tremere fecisti abyssos, & contur-
basti sæculum,* & transijt gloria tua portas 19
quatuor ignis, & terræmotus, & spiritus,&
gelu, vt dares semini Iacob legem,& genera-
tioni Israel diligentiam.* Et non abstulisti 20
ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis
21 fructũ.* Cor enim malignũ baiulãs primus
Adam transgressus, & victus est, sed & oẽs
22 qui de eo nati sunt.* Et facta est permanẽs
infirmitas, & lex cum corde populi, cũ ma-
lignitate radicis; & discessit quod bonum
23 est,& mansit malignũ:* Et transierunt tẽpo-
ra & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruũ
24 nomine Dauid, * & dixisti ei ædificare ci-
uitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadem
25 thus,& oblationes.* Et factũ est hoc annis
multis, & deliquerunt qui habitabãt ciuita-
26 tẽ, * In omnibus facientes sicut fecit Adam
& oẽs generationes eius: vtebantur enim,&
27 ipsi corde maligno.* Et tradidisti ciuitatem
28 tuã in manibus inimicorũ tuorum.* Num-
quid meliora faciunt, qui habitant Babylo-
29 nẽ? Et propter hoc dominabitur Sion?* Fa-
ctum est cum venissem huc,& vidissem im
pietates. quarum non est numerus:& delin-
quentes multos vidit anima mea hoc tricesi
30 mo anno,& excessit cor meum:* quoniam
vidi quomodo sustines eos peccantes,& pe-
percisti impiè agentibus,& perdidisti popu-
lum tuum, & conseruasti inimicos tuos, &
31 non significasti.* Nihil memini quomodo
debeat derelinqui via hæc. Numquid melio
32 ra facit Babylon quã Sion?* aut alia gens co
gnouit te præter Israel? aut quæ tribus credi
33 derũt testamentis tuis, sicut Iacob?* Quarũ
merces nõ cõparuit, neque labor fructifica-
uit. Pertransiens enim pertransiui in genti-
bus,& vidi abundantes eas,& nõ memoran
34 tes mandatorum tuorum.* Nunc ergo pon
dera in statera nostras iniquitates, & eorum
qui habitant in sæculo: & non inuenietur
35 nomen tuũ, nisi in Israel.* Aut quando nõ
peccauerunt in conspectu tuo qui habitant
terram, aut quæ gens sic obseruauit mãdata
36 tuã?* Hos quidem per nomina inuenies ser
uasse mandata tua, gentes aũt nõ inuenies.

CAP. IV.

1 ET respõdit ad me angelus, qui missus
2 est ad me, cui nomen Vriel, * & dixit
mihi: Excedẽs excessit cor tuũ in seculo hoc,
3 & cõprehendere cogitas viã Altissimi.* Et
dixi: Ita Dñe meus. Et respondit mihi,& di-
xit: Tres vias missus sum ostendere tibi,&
4 tres similitudines ꝓponere corã te.* de qui-
bus mihi si renũciaueris vnam ex his,& ego
tibi demonstrabo viam, quam desideras vi-
5 dere,& docebo te, vnde sit cor malignũ.* Et
dixi: Loquere Dñe meus: Et dixit ad me:
Vade pondera mihi ignis pondus, aut men
sura mihi flatũ venti, aut reuoca mihi diẽ,
6 quæ præterijt.* Et respondi,& dixi: Quis na-
torũ poterit facere, vt me interroges de his?
7 * Et dixit ad me: Si essem interrogans te, di-
cens: Quantæ habitationes sunt in corde
maris, aut quantæ venæ sunt in principio
abyssi, aut quãtæ venæ sunt super firmamẽ-
8 tũ, aut qui sunt exitus paradisi: diceres mi-
hi fortassis, in abyssum nõ descendi, neq in
infernũ adhuc, neque in cælũ vnquã ascen-
9 di.* nunc autem non interrogaui te, nisi de
igne,& vento,& die, per quem transisti,& a
qui-

quibus separari non potes: & nõ respõdisti
mihi de eis.* Et dixit mihi: Tu quæ tua sũt, 10
tecũ coadolescentia, non potes cognoscere:
*& quomodo poterit vas tuũ capere. Altis- 11
simi viã,& iam exterius corrupto sęculo in-
telligere corruptionẽ euidentẽ in facie mea?
*Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quam 12
adhuc viuẽtes viuere in impietatibus,& pa-
ti,& non intelligere de qua re.* Et rñdit ad 13
me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad
siluam lignorũ campi, & cogitauerunt cogi-
tationẽ.& dixerunt: Venite & eamus,& fa- 14
ciamus ad mare bellũ, vt recedat coram no-
bis,& faciamus nobis alias siluas,* Et simili- 15
ter fluctus maris,& ipsi cogitauerunt cogita-
tionem,& dixerunt: Venite ascendentes, de-
bellemus siluas campi, vt & ibi consumme-
mus nobismetipsis aliam regionem.* Et fa- 16
ctus est cogitatus siluæ in vanũ, venit enim
ignis,& consumpsit eam.* Similiter,& cogi- 17
tatus fluctuũ maris, stetit enim arena,& ꝓ-
hibuit eos.* Si enim esses iudex horum quẽ 18
inciperes iustificare, aut quem condemnare?
*Et respõdi,& dixi: Vtiq. vanam cogitatio- 19
nem cogitauerunt, terra enim data est siluæ,
& mari locus portare fluctus suos.* Et rñ- 20
dit ad me,& dixit: Bene tu iudicasti,& qua-
re nõ iudicasti tibimetipsi?* Quemadmodũ 21
enim terra siluæ data est, & mare fluctibus
suis: sic qui super terram inhabitant, q̃ sunt
super terram intelligere solũmodo possunt:
& qui super cælos, quæ super altitudinẽ cęlo
rum,* Et respondi,& dixi: Deprecor te Dñe, 22
vt mihi detur sensus intelligendi.* nõ enim 23
volui interrogare de superioribus tuis, sed
de his, quæ pertranseũt per nos quotidie. ꝓ-
pter quid Israel datus in opprobrium genti-
bus, quem dilexisti populum, datus est tri-
bubus impijs, & lex patrũ nostrorũ in inte-
ritũ deducta est,& dispositione[illegible] ptę nus
quam sunt * & pertrãsiuimus de sæculo, vt 24
locustę,& vita nostra stupor,& pauor,& nec
digni sumus misericordiam consequi.* Sed 25
quid faciet nomini suo quod inuocatum est
super nos?& de his interrogaui.* Et respon- 26
dit ad me,& dixit: Si fueris plurimum scru-
tatus, frequenter miraberis qm festinans fe-
stinat sæculum pertransire,*& nõ capit por- 27
tare quę in futuris temporibus iustis repro-
missa sunt: qm plenum iniustitia est sæculũ
hoc,& infirmitatibus.* De quibus aũt inter- 28
rogas, dicam: seminatum enim est malum,
& necdum venit destructio ipsius.* Si ergo 29
non inuersum fuerit quod seminatum est,
& discesserit locus vbi seminatũ est malũ,
non veniet vbi seminatũ est bonum.* Qm 30
gramen semen seminis mali seminatum est
in corde Adam ab initio:& quantum impie-
tatis generauit vsq. nunc,& generat vsq. cum
veniat area?* Æstima autem apud te gramẽ 31
mali seminis, quantum fructum impietatis
generauit:* qñ secatę fuerint spicæ, quarum 32
non est numerus, quam magnam aream in-
cipient facere?* Et rñdi,& dixi: Quõ,& quã- 33
do hæc? Quare modici, & mali anni nostri?
34 *Et respondit ad me,& dixit mihi: Non fe
stines tu super Altissimũ. Tu enim festinas
inaniter, esse super ipsum, nã excessus tuus
35 multus.* Nonne de his interrogauerunt a-
nimæ iustorum in promptuarijs suis, dicen-
tes, Vsq. quo spero sic?& quando veniet fru-
36 ctus arcæ mercedis nostræ? * Et respondit
ad ea Ieremiel archangelus,& dixit: Qñ im-
pletus fuerit numerus seminum in vobis,
37 qm in statera ponderauit sæculum,*& mẽ-
sura mensurauit tẽpora, & numero nume-
rauit tẽpora, & nõ commouit, nec excitauit
38 vsquedũ impleatur prædicta mensura.* Et
rñdi,& dixi: O dominator Domine, sed &
39 nos oẽs pleni sumus impietate * Et ne fortè
propter nos non impleantur iustorum areæ
propter peccata inhabitantium super terrã.
40 *Et respõdit ad me,& dixit: Vade,& inter-
roga prægnantem, si quando impleuerit no-
uem menses suos, adhuc poterit matrix eius
41 retinere partum in semetipsa?* Et dixi: Nõ
põt Dñe. Et dixit ad me: In inferno prom-
ptuaria animarum matrici assimilata sunt.
42 *Quemadmodum enim illa festinat, quę pa
rit effugere necessitatem partus: sic & hęc fe
43 stinat reddere ea, quę cõmendata sunt * Ab
initio tibi demonstrabitur de his, quæ cõcu-
44 piscis videre.* Et respõdi,& dixi. Si inueni
gratiam ante oculos tuos, & si possibile est,
45 & si idoneus sum,* demonstra mihi, si plus
quam præteritum sit habet venire, aut plura
46 pertrãsierũt, supra quã futurũ est.* Quid ꝓ
transiuit, scio: quid aũt futurum sit, ignoro.
47 *Et dixit ad me: Sta super dexteram partẽ,
& demonstrabo tibi interpretationem simi-
48 litudinis.* Et steti,& vidi:& ecce fornax ar-
dens transijt coram me,& factum est, cũ trã
siret flamma. vidi,& ecce superauit fumus.
49 * Post hæc transijt coram me nubes plena a-
quæ,& immisit pluuiam impetu multam:&
cum transijsset impetus pluuię, superauerũt
50 in ea guttæ.* Et dixit ad me: Cogita tibi: si-
cut crescit pluuia amplius quam guttæ, &
ignis quam fumus: sic superabundauit quæ
transiuit mensura. Superauerunt autem gut
51 tæ,& fumus,* & oraui,& dixi: Putas viuo
vsq in diebus illis? vel quid erit in diebus il-
52 lis?* Respondit ad me,& dixit: De signis, de
quibus me interrogas, ex parte possum tibi
dicere: de vita autem tua non sum missus
dicere tibi, sed nescio.

CAP. V.

1 DE signis aũt: ecce dies venient, in quib.
apprehendentur qui inhabitant terrã
in cẽsu multo:& abscõdetur veritatis via:&
2 sterilis erit à fide regio * & multiplicabitur
iniustitia super hãc q̃ ipse tu vides,& super
3 quã audisti olim: * & erit imposito vestigio
quã nũc vides regnare regionẽ,& videbunt
4 eã desertã.* Si aũt tibi dederit Altissimus vi
uere, videbis post tertiã tubam,& relucescet
5 subitò Sol noctu,& Luna ter indie,*& de li
gno sanguis stillabit, & lapis dabit vocẽ suã,
6 & populi cõmouebuntur: * & regnabit: quẽ
non sperant qui inhabitant super terram,&
vola-

volatilia cõm'grationẽ facient: * & mare So- 7
domiticũ pisces reijiet, & dabit vocem no-
ctu, quã non nouerãt multi, oẽs aũt audient
vocem eius, * & chaos fiet per loca multa, & 8
ignis frequenter remittet, & bestiæ agrestes
trãsmigrabũt, & mulieres mẽstruatæ pariẽt
mõstra, * & in dulcibus aquis saltæ inueniẽ- 9
tur, & amici oẽs semetipsos expugnabũt: &
abscondetur tunc sensus, & intellectus sepa-
rabitur in promptuarium suum: * & quære- 10
tur à multis, & non inuenietur: & multipli-
cabitur iniustitia, & incontinentia super
terram. * Et interrogabit regio proximã suam, 11
& dicet, Numquid per te pertransijt iustitia
iustũ faciens? Et hoc negabit. * Et erit in illo 12
tempore, & sperabunt homines, & nõ impe-
trabunt: laborabunt, & nõ dirigentur viẽ eo-
rum. * Hæc signa dicere tibi permissum est 13
mihi, & si oraueris iterũ, & ploraueris, sicut
& nunc, & ieiunaueris septẽ diebus, audies
iteratò horum maiora. * Et euigilaui, & cor- 14
pus meum horruit valde: & anima mea la-
borauit, vt deficeret: * & tenuit me qui veniti 5
angelus, qui loquebatur in me, & confortai-
uit me, & statuit me super pedes. * Et factũ 16
est in nocte secũda, & venit ad me Salathiel
dux populi, & dixit mihi, Vbi eras, & quare
vultus tuus tristis? * An nescis, qm̃ tibi credi- 17
tus est Israel in regione trãsmigrationis eo-
rũ? * Exurge ergo, & gusta panẽ, & nõ dere- 18
linquas nos, sicut pastor gregẽ suũ in mani-
bus luporum malignorũ. * Et dixi ei. Vade 19
à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt
dixi: & recessit à me. * Et ego ieiunaui dieb. 20
septẽ vlulans, & plorans, sicut mihi manda-
uit Vriel angelus. * Et factũ est post dies se- 21
ptẽ, & iterũ cogitationes cordis mei molestę
erant mihi valde. * & resumpsit anima mea 22
spiritũ intellectus: & iterũ cępi loqui coram
Altissimo sermones, * & dixi: Dominator 23
Dñe ex omni silua terræ, & omnib. arbori-
bus eius, elegisti vineã vnicam: * & ex omni 24
terra orbis, elegisti tibi foueã vnã: & ex oĩb.
floribus orbis, elegisti tibi liliũ vnũ: * & ex 25
omnib. abyssis maris, repleisti tibi riuũ vnũ:
& ex omnib. ædificatis ciuitatib. sanctificasti
tibimetipsi Sion: * & ex omnib creatis vo- 26
latilibus, nominasti tibi columbam vnam, &
ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti
tibi ouẽ vnã: * & ex omnibus multiplicatis 27
populis, acquisiuisti tibi populũ vnũ: & ab
omnibus probatã legẽ donasti huic. quẽ de-
derasti populo * Et nunc Dñe, vt quid tradi- 28
disti vnũ pluribus? Et præparasti super vnã
radicem alias, & disperdidisti vnicũ tuũ in
multis? * & conculcauerunt eum, qui contra- 29
dicebant sp̃osionibus tuis, quiq. tuis testamẽ-
tis nõ credebant. * Et si odiens odisti popu- 30
lũ tuũ, tuis manibus dẽt castigari. * Et factũ 31
est cũ locutus essem sermones, & missus est
angelus ad me, qui ante venerat ad me præ-
terita nocte, * & dixit mihi, Audi me, & in- 32
struã te, & intende mihi, & adijciam coram
te * Et dixi: Loquere Dñe meus Et dixit ad 33
me, valde tu in excessu mentis factus es pro
Israel: an plus dilexisti eũ, quã qui eũ fecit?
34 * Et dixi ad eũ, Non Dñe, sed dolẽs locutus
sum. Torquent enim me renes mei per om-
nem horã quærentẽ apprehendere semitam
Altissimi, & inuestigare partem iudicij eius.
35 * Et dixit ad me: Non potes. Et dixi: Quare
Dñe? Ad quid nascebar, aut quare nõ fiebat
matrix matris meæ mihi sepulchrũ, vt non
viderem laborem Iacob, & defatigationẽ ge
36 neris Israel? * Et dixit ad me: Numera mihi
quæ necdũ venerant, & collige mihi disper-
37 sas guttas, & reuirida mihi aridos flores, * &
aperi mihi clausa promptuaria, & produ
mihi in: lusos in eis flatus: demonstra mihi
vocis imaginẽ: & tunc offendã tibi laborem
38 quẽ rogas videre. * Et dixi: Dominator Dñe
quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cũ
39 hominibus habitationẽ non hẽt? * Ego aũt
insipiens: & quõ potero dicere de his, quibus
40 me interrogasti? * Et dixit ad me: Quõ non
potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic
non poteris inuenire iudicium meum, aut
41 in fine charitatẽ, quã populo promisi. * Et di-
xi: Sed ecce Domine tu prope es his qui in
finẽ sunt: & quid facient qui ante me fuerũt
42 aut nos, aut hi qui post nos? * Et dixit ad
me Coronæ assimilabo iudicium meũ. Sicut
non nouissimorum tarditas, sic nec priorum
43 velocitas. * Et respondi, & dixi, Nec poteras
facere eos, qui facti sunt, & qui sunt, & qui
futuri sunt, in vnum, vt celerius iudicium
44 tuũ ostẽdas? * Et respondit ad me, & dixit:
Non potest festinare creatura super creato-
rem, nec sustinere sæculũ eos, qui in eo creã-
45 di sunt, in vnum. * Et dixi: Quo modo dixi-
sti seruo tuo, quoniam viuificans viuificasti
à te creatam creaturam in vnum, & sustine-
bat creatura: poterit, & nunc portare præsen
46 tes in vnum. * Et dixit ad me: Interroga ma
tricem mulieris, & dices ad eam, Et si paris,
quare per tempus? Roga ergo eã, vt det de-
47 cem in vnũ. * Et dixi: Non vtique poterit:
48 sed secundum tempus. Et dixit ad me: Et
ego dedi matricem terræ his, qui seminati
49 sunt super eam per tempus. * Quemadmo-
dum enim infans non parit ea, quæ seminã
sunt: sic ego disposui à me creatum sæculũ.
50 * Et interrogaui, & dixi, Cũ iã dederis mi-
hi viam, loquar coram te: nã mater nostra,
de qua dixisti mihi adhuc iuuenis est: iam
51 senectuti appropinquat * Et respondit ad
me, & dixit: Interroga eam quæ parit, & di-
52 cet tibi. * Dices enim ei, Quare quos peperi-
sti, nunc non sunt similes his, qui ante te, sed
53 minores statura? * Et dicet tibi & ipsa, Alij
sunt qui iuuentute virtutis nati sunt: & a-
lij qui sub tempore senectutis, de ficiẽte ma-
54 trice sunt nati. * Considera ergo, & tu quo-
niam minori statura es præ his, qui ante
55 vos: * & qui post vos, minori, quãm vos qui-
si iam senescentes creaturæ, & fortitudinem
iuuentutis prætereuntes. Et dixi: Rogo Do-
mine, si inueni gratiam ante oculos tuos, de-
monstra seruo tuo, per quem visites creatu-
ram tuam.

CAP.

CAP. VI.

ET dixit ad me: Initio terreni orbis, & an- 1
tequam starent exitus sæculi, & antequã
spirarent conuentiones ventorum, * & ante- 2
quam sonarent voces tonitruum, & antequã
splenderent nitores coruscationum, & ante-
quam con firmarentur fundamenta paradi-
si, * & antequam viderentur decori flores, & 3
antequam confirmarentur motę virtutes, &
antequam colligerentur innumerabiles mi-
litiæ angelorum, * & antequam extollerẽ- 4
tur altitudines aeris, & antequam nomina-
rentur mensuræ firmamentorum, & ante-
quã æstuarent camini in Sion, * & antequam 5
inuestigarẽtur præsentes anni, & antequã ab-
alienarentur eorum, qui nunc peccant adin-
uentiones, & consignati essent, qui fidẽ the-
saurizauerunt: * tunc cogitaui, & facta sunt 6
per me solum, & non per alium: & finis per
me, & non per alium: Et respondi, & dixi. * 7
Quis erit separatio temporum? aut quando
prioris finis, & sequentis initium? * Et dixit 8
ad me: Ab Abraham vsque ad Isaac, quando
nati sunt ab eo Iacob, & Esau, manus Iacob
tenebat ab initio calcaneũ Esau, * finis enim 9
huius sæculi Esau, & principium sequentis
Iacob. * Hominis manus inter calcaneũ, & 10
manum. Aliud noli quærere Esdra. * Et re- 11
spondi, & dixi: O dominator Domine, si in-
ueni gratiam ante oculos tuos, * oro, vt de- 12
monstres seruo tuo finem signorum tuorũ,
quorũ partem mihi demonstrasti nocte præ
cedenti. * Et respondit, & dixit ad me: Sur- 13
ge super pedes tuos, & audi vocem plenissi-
mam sonitus * Et erit sicut commotio, nec 14
commouebitur locus, in quo stes super eum.
* Ideo cũ loquitur, tu non expaueas, quoniã 15
de fine verbum, & fundamentum terræ in-
telligitur, * quoniã de ipsis sermo tremiscit, 16
& commouetur, scit enim quoniam finem
eorum oportet commutari. * Et factum est, 17
cum audissem, surrexit super pedes meos, &
audiui: & ecce vox loquens, & sonus eius si-
cut sonus aquarum multarum, * & dixit: Ec- 18
ce dies veniunt, & erit quãdo appropinqua-
re incipiam, vt visitem habitantes in terra:
* & quãdo inquirere incipiam ab eis, qui in- 19
iustè nocuerunt iniustitiã sua, & quando sup
plera fuerit humilitas siõ, * & cum superfi- 20
gnat iur sæculũ, quod incipient pertransire,
hæc signa faciam, Libri aperientur ante faciẽ
firmamenti, & omnes videbunt simul, * & 21
anniculi infantes loquentur vocibus suis, &
prægnantes immaturos pariẽt infantes triũ,
& quatuor mensium, & viuent, & suscitabũ-
tur. * Et subitò apparebũt seminata loca nõ 22
seminata, & plena promptuaria subitò inue-
nientur vacua: * & tuba canet cum sono: quã 23
cum omnes audierint, subitò expauescent.
* Et erit in illo tempore, debellabunt amici 24
amicos, vt inimici, & expauescet terra cũ his:
& venæ fontium stabunt, & non decurrẽt in
horis tribus: * & erit, omnis qui derelictus 25
fuerit ex omnibus istis, quibus prædixi tibi,
ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & 26
finem sæculi vestri. * Et videbunt qui recep-
ti sunt homines, qui mortem non gustauer-
unt à natiuitate sua, & mutabitur cor inha-
bitantium, & conuertentur in sensum aliũ.
27 * Delebitur enim malũ, & extinguetur do- 28
lus. * Florebit autẽ fides, & vincetur corru-
ptela, & offendetur veritas, quæ sine fructu 29
fuit diebus tantis. * Et factum est, cũ loque-
retur mihi, & ecce paulatim intuebar super 30
eum, ante quam stabã, * & dixit ad me hæc:
Veni tibi offendere tempus venturæ noctis.
31 * Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiuna-
ueris septem diebus, iterum tibi renunciabo
32 horum maiora per diem, quam audiui. *
Audita est n. vox tua apud Altissimũ. Vidit
enim fortis directionem tuam, & prouidit
pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti:
33 * & propter hoc misit me demonstrare tibi
hæc omnia, & dicere tibi Confide, & noli ti-
34 mere, * & noli festinare cum prioribus tem-
poribus cogitare vana, vt non properes à no-
35 uissimis tẽporibus. * Et factum est post hęc,
& fleui iterum: & similiter ieiunaui septem
diebus, vt suppleam tres hebdomadas, quæ
36 dicta sunt mihi. * Et factũ est in octaua no-
cte, & cor meum turbabatur iteratò in me, &
37 cępi loqui coram Altissimo. * Inflammabatur enim spiritus meus valdè, & anima mea
38 anxiabatur, * & dixi: ò Domine, loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die dicens. Fiat cælum, & terra: & tuum verbum
39 opus perfectum. * Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te.
40 * Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum.
41 * Et die secundo creasti spiritum firmamẽti, & imperasti ei, vt diuideret, & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum
42 recederet, pars verò deorsum maneret. * Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ: ex verò partes siccasti, & cõseruasti, vt ex his fiat coram te, ministrantia
43 seminata à Deo, & culta. * Verbum enim
44 tuum processit, & opus statim fiebat. * Processit enim subitò fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes: & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis: & die tertia hæc
45 facta sunt. * Quarta autem die imperasti fieri Solis splendorem, lunæ lumen, stellarũ
46 dispositionem: * & imperasti eis, vt deser-
47 uirent futuro plasmato hominis. * Quinto autem die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, &
48 volatilia, & pisces: & ita fiebat, * aqua muta, & sine anima, quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua na-
49 tiones enarrent. * Et tunc conseruasti duas animas: nomen vni vocasti Henoch, & no-
50 men secundæ vocasti Leuiathan, * & separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata: capę-
51 re ea. * Et dedisti Henoch vnam partem,

quæ

quæ ſiccata eſt tertio die, vt habitet in ea vbi
ſunt montes mille.* Leuiathan autem dedi- 52
ſti tertiam partem humidam, & ſeruaſti
eam, vt fiat in deuorationem, quibus vis, &
quando vis.* Sexto autem die imperaſti ter 53
ra, vt crearet coram te iumenta, & beſtias, &
reptilia: * & ſuper his Adam, quem conſti- 54
tuiſti dominum ſuper omnibus factis, quæ feci-
ſti, & ex eo educimur nos omnes, quemque
elegiſti populum. * Hæc autem omnia dixi 55
coram te Domine, quia propter nos creaſti
ſæculum. * Reliquas autem gentes ab Adã 56
natas dixiſti eas nil eſſe, & quoniam ſaliuæ
affimilatæ ſunt, & quaſi ſtillicidium de vaſe
ſimilauiſti abundãtiam eorum.* Et nunc Do- 57
mine, ecce, iſte gentes, quæ in nihilum depu-
tatæ ſunt, cœperũt dominari noſtri, & deuo-
rare: * nos autem populus tuus, quẽ vocaſti 58
primogenitũ vnigenitũ æmulatorem tuum,
traditi ſumus in manibus eorũ:* & ſi ꝓpter 59
nos creatum eſt ſeculum, quare non heredi-
tatẽ poſſidemus cũ ſæculo? Vſquequo hæc?

CAP. VII.

ET factum eſt, cum finiſſem loqui verba 1
hæc, miſſus eſt ad me angelus, qui miſſus
fuerat ad me primis noctibus, * & dixit ad 2
me: Surge Eſdra, & audi ſermones quos ve-
ni loqui ad te.* Et dixi: Loquere Deus me⁹. 3
Et dixit ad me: Mare poſitum eſt in ſpatioſo
loco, vt eſſet altum, & immenſum:* erit aũt 4
ei introitus, in anguſto loco poſitus, vt eſſet
ſimilis fluminibus. * Quis enim volens vo- 5
luerit ingredi mare, & videre eũ, vel domi-
nari eius: ſi non tranſierit anguſtũ in latitu-
dinẽ quomodo venire poterit?* Item aliud, 6
Ciuitas eſt ædificata, & poſita in loco cãpe-
ſtri: eſt autẽ plena omnium bonorum, * in- 7
troitus eius anguſtus, & in præcipiti poſitus,
vt eſſet à dextris quidẽ ignis, à ſiniſtris aqua
alta: * . emita aũt eſt vna ſola inter eos poſi- 8
ta, hoc eſt, inter ignem, & aquam, vt non ca-
piat ſemita, niſi ſolummodò veſtigiũ homi-
nis. * Si autem dabitur ciuitas homini in he- 9
reditatem, ſi numquam antepoſitum pericu
lum pertranſierit, quomodo accipiet heredi-
tatem ſuam? * Et dixi: Sic Dñe. Et dixit ad 10
me: Sic eſt: & Iſrael pars.* Propter eos enim 11
feci ſæculum, & quãdo tranſgreſſus eſt Adã
conſtitutiones meas, iudicatum eſt, quod fa-
ctum eſt.* Et facti ſunt introitus huius ſæcu 12
li anguſti, & dolentes, & laborioſi: pauci aũt,
& mali, & periculorum pleni, & labore ma-
gnopere fulti, * nã maioris ſæculi introitus 13
ſpatioſi, & ſecuri, & facientes immortalitatis
fructum.* Si ergo ingredientes non fuerunt 14
ingreſſi, qui viuunt, anguſta, & vana hæc: nõ
potuerunt recipere, quę ſunt repoſita.* Nũc 15
ergo quare tu conturbaris, cum ſis corrupti-
bilis? & quid moueris tu, cum ſis mortalis?
* Et quare non accepiſti in corde tuo, quod 16
eſt futurum, ſed quod in præſenti? * Reſpõ- 17
di, & dixi: Dominator Domine, ecce diſpo-
ſuiſti legem tuam, quoniam iuſti hereditabunt
18 hæc, impij aũt peribunt.* Iuſti autẽ ferent
anguſta, ſperantes ſpatioſa, qui n. impie geſ-
ſerunt, & anguſta paſſi ſunt, & ſpatioſa non
19 videbũt.* Et dixit ad me. Non eſt iudex ſu-
per Deum, neq. intelligens ſuper Altiſſimũ.
20 * Pereunt enim multi præſentes, quia negli-
21 gitur, quæ antepoſita eſt Dei lex.* Mandans
enim mandauit Deus venientibus, quando
venerunt, quid faciẽtes viuerent, & quid ob-
22 ſeruantes non punirentur.* Hi aũt nõ ſunt
perſuaſi, & contradixerunt ei, & conſtituerũt
23 ſibi cogitamenta vanitatis, * & propoſuerũt
ſibi circumuentiones delictorum, & ſuperdi-
xerunt Altiſſimo non eſſe, & vias eius nõ co-
24 gnouerunt,* & legẽ eius ſpreuerunt, & ſpõ-
ſiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius
fidem non habuerunt, & opera eius nõ per-
25 fecerunt,* propter hoc Eſdra vacua vacuis,
26 & plena plenis.* Ecce tempus veniet, & erit
quando venient ſigna, quæ prædixi tibi, &
apparebit ſponſa, & appareſcens oſtendetur,
27 quę nunc ſubducitur terra:* & omnis, qui li-
beratus eſt de prædictis malis, ipſe videbit
28 mirabilia mea.* Reuelabitur enim filius
meus IESVS cum his qui cum eo ſunt, & iu-
cundabuntur qui relicti ſunt in annis qua-
29 drigentis.* Et erit poſt annos hos, & mo-
rietur filius meus CHRISTVS, & omnes q
30 ſpiramentum habent homines, * & cõuer-
tetur ſæculum in antiquum ſilentiũ diebus
ſeptẽ, ſicut in prioribus iudicijs, ita vt nemo
31 derelinquatur.* Et erit poſt dies ſeptem, &
excitabitur, quod nondũ vigilat ſæculum, &
32 morietur corruptum, * & terra reddet quæ
in ea dormiũt, & puluis, qui in eo ſilentio ha
bitant, & promptuaria reddent, quæ eis cõ-
33 mendata ſunt animæ. * Et reuelabitur Al-
tiſſimus ſuper ſedẽ iudicij, & pertranſibunt
34 miſeriæ, & longanimitas cõgregabitur.* Iu-
dicium aũt ſolum remanebit, veritas ſtabit,
35 & fides conualeſcet,* & opus ſubſequetur,
& merces oſtendetur, & iuſtitiæ vigilabunt,
36 & iniuſtitiæ non dominabuntur.* Et dixi:
Primus Abrahã propter Sodomitas orauit,
& Moyſes pro patribus, qui in deſerto pecca
37 uerunt, * & qui poſt eã pro Iſrael in diebus
38 Achaz, & Samuelis,* Dauid pro confractio-
ne, & Salomon pro eis, qui venerunt in ſan-
39 ctificationem. * Et Elias pro his, qui pluuiã
40 acceperunt, & pro mortuo, vt viueret, * &
Ezechias pro populo in diebus Sennacherib,
41 & multi pro multis.* Si ergo modò quando
corruptibile increuit, & iniuſtitia multiplica-
ta eſt, & orauerunt iuſti pro impijs: quare &
42 nunc ſic non erit? * Et reſpondit ad me, &
dixit: Præſens ſęculũ nõ eſt finis, gloria in eo
frequens manet propter hoc orauerunt pro
43 inualidis.* Dies enim iudicij erit finis tẽpo-
ris huius, & initiũ temporis futuræ immor-
44 talitatis, in quo tranſiuit corruptela: * ſoluta
eſt intẽperantia, abſciſſa eſt incredulitas: cre-
45 uit aũt iuſtitia, orta eſt veritas,* tunc n. ne-
mo poterit ſaluare eum qui perijt, neq. de-
46 mergere qui vicit. Et reſpondi,* & dixi: His
eſt ſermo meus primus, & nouiſſimus, quo-
niam

niam melius erat non dare terram Adã, vel
cũm iam dediſſet, coercere eum, vt non pec-
cãret. * Quid. n. prodeſt hominibus in præ- 47
ſenti viuere in triſtitia, & mortuos ſperare
punitionẽ? * O tu quid feciſti Adã? Si enim 48
tu peccaſti, non eſt factus ſolutus tuus caſus,
ſed & noſter qui ex te aduenimus.* Quid. n. 49
prodeſt nobis, ſi promiſsũ eſt nobis immor-
tale tempus: nos aũt mortalia opera egimus?
* Et quoniã prædicta eſt nobis perẽnis ſpes, 50
nos verò peſſimi vani facti ſumus.* Et quo- 51
niam repoſita ſunt nobis habitacula ſanita-
tis, & ſecuritatis: nos verò male cõuerſati ſu-
mus.* Et quoniam repoſita eſt gloria Altiſ- 52
ſimi protegere eos, qui tardẽ cõuerſati ſunt,
nos autem peſſimis vijs ambulauimus.* Et 53
quoniam oſtẽdetur paradiſus, cuius fructus
incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas,
& medela: * nos verò non ingrediemur: 54
in ingratis enim locis cõuerſati ſumus. * Et 55
quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorũ,
qui abſtinentiam habuerunt, noſtræ autẽ fa-
cies ſuper tenebras nigræ, * non enim cogi- 56
tauimus viuentes, quando iniquitatem facie-
bamus, quòd incipiemus poſt mortem pati.
* Et reſpondit, & dixit Hoc eſt cogitamen- 57
tum certaminis, quod certabit, qui ſuper ter-
ram natus eſt homo,* vt ſi victus fuerit, pa- 58
tiatur quod dixiſti: ſi autem vicerit, recipiet,
quod dico: * quoniam hæc eſt vita, quam 59
Moyſes dixit cum viueret, ad populum, di-
cens: Elige tibi vitam, vt viuas.* Non credi- 60
derunt autem ei, ſed nec poſt eum prophe-
tis: ſed nec in his, qui locutus ſum ad eos, * 61
quoniã non eſt triſtitia in perditionem eo-
rum, ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos,
quibus perſuaſa eſt ſalus:* Et reſpõdi, & di- 62
xi: Scio Domine, quoniam vocatus eſt Altiſſi
mus miſericors in eo, quod miſereatur his,
qui nondũ in ſæculo aduenerunt,* & quod 63
miſeretur illis, qui conuerſionem faciunt in
lege eius: * & longanimis eſt, quoniã longa- 64
nimitatem præſtat his, qui peccauerũt quaſi
ſuis operibus:* & munificus eſt, quoniã qui- 65
dem donare vult pro exigentijs: & multæ 66
miſericordiæ, quoniã multiplicat magis mi-
ſericordias his, qui præſentes ſũt, & qui pre-
terierunt, & qui futuri ſunt. * Si enim non 67
multiplicauerit, miſericordias ſuas, non viui-
ficabitur ſæculum cum his, qui inhereditabi-
bant in eo.* Et donat: quoniã ſi nõ donaue- 68
rit de bonitate ſua, vt alleuentur hi, qui ini-
quitatẽ fecerunt, de ſuis iniquitatibus nõ po-
terit decies milleſima pars viuificari homi-
nũ.* Et iudex ſi nõ ignouerit his, qui curati 69
ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinem
contentionũ: nõ fortaſſis derelinquerẽtur in
innumerabili multitudine, niſi pauci valdè.

CAP. VIII.

ET reſpondit ad me, & dixit: Hoc ſæcu- 1
lum fecit Altiſſimus propter multos, fu-
turum autem propter paucos. * Dicam au- 2
tem coram te ſimilitudinẽ Eſdra. Quomo-
do autem interrogabis terram, & dicet tibi,
quoniam dabit terram multam magis, vnde
fiat fictile, paucum autem pulterem vnde
3 aurum fit: ſic & actus præſentis ſæculi.* Mul
ti quidem creati ſunt, pauci autem ſaluabũ-
4 tur.* Et reſpondi, & dixi: Abſorbe ergo ani-
ma ſenſum, & deuora quod ſapit, * conue-
niſti enim obaudire, & propherare volens:
Nec enim tibi datum eſt ſpatium, niſi ſo-
6 lummodò viuere. * O Domine, ſi non per-
mittes ſeruo tuo, vt oremus coram te, &
des nobis ſemen cordi, & ſenſus culturam,
vnde fructus fiat, vnde viuere poſſit omnis
7 corruptus, qui portabit locum hominis? * Sol-
us enim es, & vna plaſmatio nos ſumus ma-
8 nuum tuarum, ſicut locutus es: * & quomo-
do nunc in matrice plaſmatum eſt corpus, &
præſtas membra: cõſeruatur in igne, & aqua
tua creatio: & nouem mẽſibus patitur tua
9 plaſmatio tuam creaturam, quæ in ea creata
eſt:* ipſum autem, quod ſeruat, & quod ſer-
uatur, vtraque ſeruabuntur: ſeruataq. q̃nque
iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt.
10 * Imperaſti. n. ex ipſis membris, hoc eſt, mã-
11 millis prębere lac fructui mãmillarũ, * vt nu
triatur id quod plaſmatũ eſt vſq. in tempus
aliquod, & poſtea diſponas eum tuę miſeri-
12 cordiæ.* Enutriſti eũ tua iuſtitia, & erudiſti
eum in lege tua, & corripuiſti eũ tuo intelle-
13 ctu:* & mortificabis eum, vt tuam creaturã,
14 & viuificabis eum, vt opus tuum. * Si ergo
perdideris eum, qui tantis laboribus plaſmatus
eſt: tuo iuſſu facilè eſt ordinari, vt & id
15 quod fiebat ſeruaretur.* Et nunc Dñe dicã,
de omni homine, tu magis ſcis: de populo
16 autem tuo, ob quem doleo.* Et de hereditate
tua, propter quam lugeo: & propter Iſrael,
propter quem triſtis ſum: & de Iacob, pro-
17 pter quẽ doleo:* ideo incipiam orare coram
te ꝓ me, & pro eis: q̃m video lapſus noſtros,
18 qui inhabitamus terram. * Sed audiui cele-
19 ritatẽ iudicis, qui futurus eſt:* Ideo audi vo
cem meam, & intellige ſermonem meum, &
20 loquar coram te.* Initium verborum Eſdrę
priuſquam aſſumeretur. & dixi: Dñe, qui in-
habitas ſæculum, cuius oculi eleuati in ſu-
21 perna, & aere:* & cuius thronus inæſtimabi
lis, & gloria incõprehenſibilis: cui aſtat exer-
22 citus angelorum cum tremore, * quorũ ſer-
uatio in vento, & igni conuertitur: cuius ver-
23 bum verum, & dicta perſeuerantia: * cuius
iuſſio fortis, & diſpoſitio terribilis: cuius a-
ſpectus arefacit abyſſos, & indignatio tabe-
24 ſcere facit mõtes, & veritas teſtificatur* exau
di orationem ſerui tui, & auribus percipe
25 precationem figmẽti tui.* Dum enim viuo
26 loquar, & dum ſapio, reſpondebo: * ne reſ-
picias populi tui delicta, ſed qui tibi in veri-
27 tate ſeruiunt. * Nec intendas impia gẽtium
ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cũ dolotibus
28 cuſtodierunt. * Nec cogites qui in conſpectu
tuo falsè conuerſati ſunt, ſed memorare qui
29 ex voluntate tua timore cognouerũt.* Neq.
volueris perdere, qui pecudũ mores habue-
runt: ſed reſpicias eos, qui legem tuam ſplen-
30 didè docuerunt. * Nec indigneris eis, qui
beſtijs peiores iudicati ſunt; ſed diligas eos,
qui

qui semper in tua iustitia confidunt, & glo-
ria. * Quoniam nos, & patres nostri talibus 31
morbis languemus: tu autem propter nos pec-
catores misericors vocaberis. * Si enim desi- 32
deraueris, vt nostri miserearis, tunc miseri-
cors vocaberis, nobis autem non habentibus
opera iustitiæ. * Iusti enim, quibus sunt ope- 33
ra multa reposita, ex proprijs operibus reci-
pient mercedem. * Quid est enim homo, vt 34
ei indigneris: aut genus corruptile, vt ita a-
marus sis de ipso? * In veritate enim nemo de 35
genitis est, qui nõ impiè gessit, & de confiten
tibus, qui non deliquit. * In hoc enim annun- 36
ciabitur iustitia tua, & bonitas tua Dñe, cum
misertus fueris eis, qui non habent substan-
tiam bonorum operũ. * Et respondit ad me, 37
& dixit: Rectè locutus es aliqua, & iuxta ser-
mones tuos, sic & fiet, * qm̃ non verè cogita- 38
bo super plasma eorum, qui peccauerunt an-
te mortem, ante iudicium, ante perditioné:
* sed iucundabor super iustorum figmentũ 39
& memorabor peregrinationis quoq; & sal-
uationis, & mercedis receptionis. * Quõ er- 40
go locutus sum, sic & est. * Sicut enim agrico- 41
la serit super terram semina multa, & plan-
tationes multitudinis plantat, sed non in tẽ-
pore omnia, quæ seminata sunt; saluantur,
sed nec omnia, quæ plãtata sunt, radicabunt
sic, & qui in sæculo seminati sunt, nõ omnes
saluabuntur. * Et respondi, & dixi: Si inueni 42
gratiam, loquar. * Quomodo semen agricolę 43
si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam
tuam in tempore, aut si corruptũ fuerit mul-
titudine pluuiæ, * sic perit, & similiter homo 44
qui manibus suis plasmatus est, & tu ei ima-
go nominatus: quoniam similatus es ei, pro-
pter quem omnia plasmasti, & similasti se-
mini agricolæ. * Non irascaris super nos, sed 45
parce populo tuo, & miserere hereditati tuę.
Tu autẽ creaturæ tuæ misereris. * Et respon- 46
dit ad me, & dixit. Quæ sunt præsentia præ-
sentibus, & quæ futura futuris. * Multum 47
enim tibi restat, vt possis diligere meã crea-
turam super me: tibi autem frequẽter, & ip-
si proximaui, iniustis autem nũquam. * Sed 48
& in hoc mirabilis es corã Altissimo, * quo- 49
niam humiliasti te sicut decet te, & non iu-
dicasti te, vt inter iustos plurimum glorifice-
ris. * Propter quod miseriæ multæ, & mise- 50
rabiles efficientur eis, qui habitant sęculũ in
nouissimis: quia in multa superbia ambula-
uerunt. * Tu autẽ pro te intellige, & de simi- 51
libus tuis inquire gloriam. * Vobis enim a- 52
pertus est paradisus, plantata est arbor vitæ,
præparatũ est futurũ tempus, præparata est
abundantia, ædificata est ciuitas, probata est
requies, perfecta est bonitas, & perfecta sa-
pientia. * Radix mali signata est à vobis: in- 53
firmitas, & tinea à vobis abscondita est, & in
infernũ fugit corruptio in obliuione. * Trã- 54
sierũt dolores, & ostensus est in fine thesaurus
immortalitatis. * Noli ergo adijcere inquirẽ- 55
do de multitudine eorũ, qui pereũt. * Nã, & 56
ipsi accipientes libertatem, spreuerunt Altis-
simum, & legem eius contempserũt, & vias
57 eius dereliquerunt. * Adhuc autẽ iustos e-
58 ius conculcauerunt, * & dixerunt in corde
suo non esse Deum: & quidem sciẽtes quo-
59 niam moriuntur. * Sicut enim vos suscipiẽt
quæ prædicta sunt: sic eos sitis, & cruciatus,
quæ præparata sunt, non enim voluit homi
60 nẽ disperdi. * Sed & ipsi qui creati sunt, coin
quinauerunt nomen eius, qui fecit eos: & in-
61 grati fuerũt ei, qui pręparauit eis vitã. * Qua
propter iudiciũ meũ modò appropinquat.
62 * Quæ non omnib. demonstraui nisi tibi, &
63 tibi similib. paucis. Et respõdi, & dixi: * Ec-
ce nunc Dñe demonstrasti mihi multitudi-
nẽ signorum, quæ incipies facere in nouissi-
mis: sed nõ demonstrasti mihi quo tẽpore,

CAP. IX.

1 ET rñdit ad me, & dixit: Metiẽs metire
tempus: in semetipso, & erit cũ videris,
qm̃ transierit pars quædã signorũ quæ prædi
2 cta sunt, * tunc intelliges qm̃ ipsum est tem-
pus, in quo incipiet Altissimus visitare sæcu
3 lũ, quod ab eo factum est. * Et qm̃ videbitur
in sæculo motio locorũ, & populorũ turba-
4 tio, * tunc intelliges qm̃ de his erat Altissimus
locutus à diebus, qui fuerunt ante te ab ini-
5 tio. * Sicut enim omne quod factũ est in sæ-
culo initiũ hẽt, pariter & consummationẽ,
6 & consummatio est manifesta: * sic & Altis-
simi tempora initia habent manifesta in p-
digijs, & virtutibus, & consummationes in
7 actu & in signis. * Et erit, omnis qui saluus
factus fuerit, & qui poterit effugere per ope
8 ra sua, & per fidem, in qua credidistis, * relin
quetur de prædictis periculis, & videbit salu
tare meum in terra mea, & in finibus meis,
9 qm̃ sanctificaui me à sæculo. * Et tunc mi-
serebuntur qui nunc abusi sunt vias meas:
& in tormentis commorabuntur, hi qui eas
10 proiecerunt in contemptu. * Qui enim non
cognouerunt me, viuentes beneficia conse-
11 cuti: * & qui fastidierunt legem meam, cum
12 adhuc erant habentes libertatem, * & cũ ad
huc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non
intellexerũt, sed spreuerũt, hos oportet post
13 mortem in cruciamento cognoscere. * Tu
ergo noli adhuc curiosus esse, quõ impij cru
ciabuntur: sed inquire quõ iusti saluabũtur,
& quorum sæculum, & propter quos sæcu-
14 lum, & qñ. * Et respondi, & dixi: * Olim lo-
15 cutus sum, & nunc dico, & postea dicã: qm̃
plures sunt qui pereũt, quã qui saluabũtur,
16 * sicut multiplicatur fluctus super guttã. Et
17 rñdit ad me, & dixit: * Qualis ager, talia &
semina: & quales flores, tales & tincturæ: &
qualis operator talis & creatio: & qualis a-
gricola, talis cultura: qm̃ tempus erat sæculi.
18 * Et nunc cũ essem parans eis his, qui nunc
sunt, antequam fieret sæculum, in quo habi-
19 tarent: & nemo mihi contradixit, * tunc e-
nim quisq. & nunc creator in mundo hoc
parato, & messe indeficienti, & lege inuesti-
20 gabili corrupti sunt mores eorum. * Et cõ-
side-

sideraui sæculũ, & ecce erat periculum prõ-
pter cogitationes, quæ in eo aduenerunt. * Et 21
vidi, & perperci ei valdè: & seruaui mihi aci-
num de botro, & plantationẽ de tribu multa.
* Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata 22
est, & seruetur acinus meus, plantatio mea,
quia cũ multo labore perfeci * Tu aũt si ad 23
huc intromittas septem dies alios, sed non ie
iunabis in eis: * ibis in campum florum, vbi 24
domus non est ædificata: & manducabis so-
lũmodo de floribus campi, & carnẽ non gu-
stabis, & vinũ non bibes, sed solũmodo flo-
res: * deprecare Altissimũ sine intermissione 25
& venia, & loquar tecũ * Et profectus sum, 26
sicut dixit mihi in cãpũ, qui vocatur Ardath,
& sedi ibi in floribus. Et de herbis agri mãdu
caui, & facta est esca earũ mihi in saturitatẽ.
* Et factũ est post dies septẽ, & ego discũbe- 27
bã supra fœnum, & cor meum iterum turba-
batur sicut ante. * Et apertũ est os meum, & 28
inchoaui dicere corã Altissimo, & dixi, * O 29
Domine, te nobis ostẽdens ostensus es patri-
bus nostris in deserto, quod nõ calcatur, & in
fructuoso, quando erant exeũtes de Ægypto
& dicẽs dixisti: * Tu Israel audi me, & semẽ 30
Iacob intende sermonibus meis. * Ecce enim 31
ego semino in vobis legẽ meã, & faciet in vo-
bis fructũ & glorificabimini in eo per sæcu-
lũ. * Nã patres nostri accipientes legem non 32
seruauerunt, & legitima mea non custodie-
runt, & factus eo fructus legis nõ parens: nec
enim poterat: quoniã tuus erat. * Nam qui ac- 33
ceperunt, perierunt, non custodiẽtes quod in
eis seminatũ fuerat: * Et ecce, cõsuetudo est, 34
vt, cũ acceperit terra semen, vel nauem mare
vel vas aliquod escam vel potum: cum fuerit
exterminatũ id, in quo seminatum est, vel in
quod missum est: * simul id quod seminatũ, 35
vel missum est, vel quæ suscepta sunt, exter-
minantur, & suscepta iam non manẽt apud
nos: sed nobis sic non factum est. * Nos qui- 36
dem, qui legem accepimus peccantes periui-
mus, & cor nostrũ quod suscepit eã: * nã lex 37
non perijt, sed permansit in suo labore. * Et 38
cum loquerer hæc in corde meo, respexi ocu-
lis meis, & vidi mulierem in dextera parte, &
ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce ma-
gna, & animo dolebat valdè, & vestimenta
eius discissa, & cinis super caput eius. * Et di- 39
misi cogitatus, in quibus eram cogitans, & cõ-
uersus sum ad eã, & dixi ei: * Vt quid fles? & 40
quid doles animo? Et dixit ad me: * Dimitte 41
me domine meus vt defleam me, & adijciã
dolorẽ: quoniam valdè amaro sum animo, &
humiliata sũ valdè. * Et dixi ei; Quid passa 42
es? dic mihi. Et dixit ad me: * Sterilis fui ego 43
famula tua, & non peperi, habens maritũ an-
nis triginta. * Ego enim per singulas horas, 44
& per singulos dies, & annos hos triginta de-
precor Altissimũ nocte, ac die. * Et factũ est 45
post triginta annos exaudiuit me Deus an-
cillam tuam, & vidit humilitatem meam, &
tendit tribulationi meæ, & dedit mihi filiũ:
& iucundata sum super eũ valdè ego, & vir
meus, & omnes ciues mei, & honorificaba-
46 mus valdè Fortẽ. * Et nutriui eũ cum labore
47 multo. * Et factum est, cum creuisset, & ve-
nisset accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

1 ET factum est, cum introisset filius meus
in thalamo suo, cecidit, & mortuus est:
2 * & euertimus omnes lumina, & surrexerũt
omnes ciues mei ad consolandũ me, & quie-
3 ui vsque ad aliũ diem vsque nocte. * Et fa-
ctum est, cũ omnes quieuissent vt me conso-
larentur vt quiescerem, & surrexi nocte, &
4 fugi: & veni sicut vides in hoc campo: * &
cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hic
cõsistere: & neque mãducare, neque bibere,
sed sine intermissione lugere, & ieiunare vs-
5 que dũ moriar. * Et dereliqui sermones, in q-
bus eram, & respondi cum iracundia ad eã,
6 & dixi: * Stulta super omnes mulieres, non
vides luctum nostrum, & quæ nobis contin-
7 gunt? * Quoniam Sion mater nostra omni
tristitia contristatur, & humilitate humilia-
8 ta est, & luget validissimè. * Et nũc quoniam
omnes lugemus, & tristes sumus: quoniã om
nes contristati sumus, tu autem contristaris
9 in vno filio? * Interroga enim terrã, & dicet
tibi: quoniam hæc est, quæ debeat lugere ca-
sum tantorum super eam germinantium.
10 * Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij ve-
nient: & ecce, pene omnes in perditionẽ am
bulant, & exterminium fit multitudo eorũ.
11 * Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc
quæ tã magnam multitudinem perdidit, quã
12 tu, q̃ pro vno doles: Si aũt dicis mihi: * Quo-
niam nõ est plãctus meus similis terræ: quo-
niam fructum ventris mei perdidi, quem cũ
13 mœroribus peperi, & cum doloribus genui: *
terra aũt secundum viam terræ, abijtque in
ea multitudo præsens, quo modo euenit: &
14 ego tibi dico, * sicut tu cũ labore peperisti, sic
& terra dat fructum suum homini ab initio
15 ei, qui fecit eam. * Nũc ergo retine apud te-
metipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui
16 tibi contigerunt casus. * Si enim iustificaue-
ris terminum Dei, & consiliũ suum recipies
17 in tempore, & in talibus collaudaberis, * in-
gredere ergo in ciuitatem ad virum tuũ: Et
18 dixit ad me. * Non faciam, atq. ingrediar ci-
19 uitatem, sed hic moriar. * Et apposui adhuc
20 loqui ad eam, & dixi. * Noli facere hunc ser-
monẽ, sed consenti persuadenti. Quot enim
casus Sion? Consolare propter dolorem Ieru-
21 salem. * Vides enim quoniã sanctificatio no
stra deserta effecta est, & altare nostrum de-
molitum est, & templum nostrũ destructũ
22 est, * & psalterium nostrum humiliatum est,
& hymnus cõticuit, & exultatio nostra disso
luta est, & lumen candelabri nostri extinctũ
est. & arca testamenti nostri direpta est, & sã
cta nostra cõtaminata sunt, & nomẽ quod in
uocatum est super nos, penè prophanatum
est: & liberi nostri contumeliã passi sunt, &
sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ no
stri in captiuitatem abierunt, & virgines no-
stræ coninquinatæ sunt, & mulieres nostræ
vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, &

paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri
seruierũt, & fortes nostri inualidi facti sunt:
* & quod omnium maius, signaculum Sion, 23
quoniam resignata est de gloria sua, nam &
tradita est in manibus eorum, qui nos oderunt. * Tu ergo excute tuã tristitiam multã 24
& depone abs te multitudinem dolorum, vt
tibi reproptietur Fortis: & requiẽ faciet tibi
Altissimus requietionem laborũ. * Et factũ 25
est, cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subitò, & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauẽs valde ad eam, & cogitarẽ
quid esset hoc. * Et ecce, subito emisit sonitũ 26
vocis magnũ timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono, & vidi: * & ecce, 27
amplius mulier non cõparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de
fundamẽtis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi: * Vbi est Vriel angelus, qui 28
à principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis
huius, & factus est finis meus in corruptionẽ, & oratio mea in improperiũ. * Et cum es- 29
sem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me, * & ecce eram positus vt mortuus, & 30
intellectus meus, alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me
super pedes meos, & dixit mihi: * Quid tibi 31
est? & quare cõturbatus est intellectus tuus,
& sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et
dixi: * Quoniam dereliquisti me, & ego qui- 32
dem feci secundum sermones tuos, & exiui
in campum, & ecce vidi, & video quod non
possum enarrare. Et dixit ad me. * Sta vt vir, 33
& commouebo te. Et dixi: * Loquere Dñe 34
meus tu in me, noli me derelinquere, vt non
frustra moriar. * quoniam vidi quæ non scie 35
bam, & audio, quæ non scio. * Aut nũquid 36
sensus meus fallitur, & anima mea somniat?
* Nũc ergo deprecor te, vt demõstres seruo 37
tuo de excessu hoc. Et respõdit ad me, & dixit. * Audi me, & doceã te, & dicã tibi, de qui 38
bus times: quoniam Altissimus reuelauit tibi
mysteria multa. * Vidit rectam viã tuam, 39
quoniã sine intermissione contristabaris pro
populo tuo, & valdè lugebas propter Sion. * 40
Hic ergo intellectus visionis, quæ tibi apparuit ante paululũ. * Quam vidisti lugentem, 41
inchoasti consolari eam. * Nunc aũt iam spe- 42
ciẽ mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari * & quoniã enarrabat tibi de ca- 43
su filij sui, hęc ab solutio est. * Hęc mulier quã 44
vidisti, hæc est Sion: & qm̃ dixit tibi quam, &
nunc conspicies, vt ciuitatem ædificatã. * Et 45
quoniã dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet trigin-
ta, quando nõ erat in ea adhuc oblatio oblata. * Et factũ est post annos triginta, ædifica- 46
uit Salomon ciuitatẽ, & obtulit oblationes:
tunc fuit quando peperit sterilis filium. * Et 47
quod tibi dixit quoniã nutriuit eum cum labore, hoc erat habitatio in Ierusalẽ. * Et qm̃ 48
dixit tibi, quòd filius meus veniẽs in suo thalamo mortuus esset, & cõtigisset ei casus, hoc
erat, quæ facta est ruina Ierusalẽ. * Et ecce, 49
vidisti: similitudinẽ eius: & quoniã filium suscepit inchoasti consolari eam: & de his quæ
50 contigerunt, hæc eiãt tibi aperienda. * Et nũc
videt Altissimus, quoniam ex animo contri-
status es, & quoniã ex toto corde pateris pro
ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pul
51 chritudinem decoris eius. * Propterea enim
dixi tibi, vt maneres in capo, vbi domus nõ
52 est ædificata. * Sciebam enim ego quoniam
53 Altissimus incipiebat tibi ostendere hæc. *
propterea dixi tibi vt venires in agrum, vbi
54 non est fundamentum ædificij * Nec enim
poterat opus ædificij hominis sustineri in lo-
55 co, vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostẽdi. *
Tu ergo noli timere, neq. expauescat cor tuũ:
sed ingredere, & vide splendorẽ, & magnitu
dinem ædificij, quantum ca pax est tibi visus
56 oculorum videre, * & post hæc audies quã-
57 tũ capit auditus aurium tuarũ audire. * Tu
enim beatus es præ multis, & vocatus es A-
58 pud Altissimum sicut, & pauci. * Noctẽ aũt
59 quæ in crastinum futura est, manebis hic * &
ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorũ, quæ faciet Altissimus his, qui habitant
60 super terrã à nouissimis diebus. * Et dormi-
ui illam noctem, & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

1 ET vidi somnium, & ecce ascendebat de
mari aquila, cui erant duodecim alæ pen
2 narum, & capita tria. * Et vidi, & ecce expan-
debat alas suas in omnem terram, & omnes
venti cæli insufflabant in eam, & colligeban-
3 tur. * Et vidi, & de pennis eius nascebantur
contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennacu
4 lis minutis, & modicis. * Nam capita eius e-
rant quiescentia, & dimidiũ caput erat ma-
ius aliorũ capitum, sed ipsa quiescebat cum
5 eis. * Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis
suis, & regnauit super terrã, & super eos, qui
6 habitant in ea. * Et vidi, quoniã subiecta erãt
ei omnia sub cælo, & nemo illi contradicebat
neq. vnus de creatura, quæ est super terram:
7 * Et vidi, & ecce surrexit aquila super vn-
gues suos, & misit vocem pennis suis, dicens:
8 * Nolite omnes simul vigilare, dormite vnus
9 quisque in loco suo, & per tẽpus vigilate. * Ca
10 pita autem in nouissimo seruentur. * Et vi-
di, & ecce vox non exibat de capitibus eius,
11 sed de medietate corporis eius * Et nume-
raui contrarias pennas eius, & ecce ipsæ erant
12 octo. * Et vidi, & ecce a dextera parte surre-
13 xit vna pẽna, & regnauit super omnẽ terrã. *
Et factum est cum regnaret, venit ei finis, & 14
nõ apparuit locus eius: & sequens exurrexit,
& regnabat, ipsa multũ tenuit tempus. * Et
factum est cũ regnaret, & veniebat finis eius,
15 vt non appareret sicut prior. * Et ecce, vox
16 emissa est, illi, dicens: * Audi tu quæ tanto tẽ
pore tenuisti terram, hæc annuncio tibi ante
17 quam incipias non apparere. * Nemo post te
tenebit tempus tuũ, sed nec dimidium eius.
18 * Et leuauit se tertia, & tenuit principatum
19 sicut, & priores, & non apparuit, & ipsa. * Et
sic contingebat, omnibus alijs singulatim
principatum gerere, & iterum nusquã com-
pa-

parere. * Et vidi, & ecce in tẽpore sequentes 20
pennę erigebãtur à dextera parte, vt tenerẽt,
& ipsæ principatũ, & ex his erant, quæ tene-
bant, sed tũ statim nõ comparebant. * Nã, & 21
aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant
principatũ. Et vidi post hæc, & ecce non cõ- 22
paruerunt duodecim pennæ, & duo penna-
cula: * & nihil supererat in corpore aquilæ, 23
nisi duo capita quiescentia, & sex pennacula.
* Et vidi, & ecce sex pennaculis diuisæ sunt 24
duæ, & mãserunt sub capite, quod est ad dex
teram partẽ. Nam quatuor mansertunt in lo-
co suo. * Et vidi, & ecce subalares cogitabant 25
se erigere, & tenere principatus. * Et vidi, & 26
ecce vna erecta est, sed statim non cõparuit.
* Et secundæ velocius, quam priores, nõ cõ- 27
paruerunt. * Et vidi, & ecce duę, quæ supera- 28
uerũt apud semetipsas cogitabãt, & ipsæ re-
gnare, * & in eo cum cogitarent, ecce vnum 29
qui est ẽtium capitũ, quod erat mediũ, euigi-
labat, hoc enim erat duorum capitũ maius.
* Et vidi quoniam cõpleta sunt duo capita 30
secum: & ecce conuersum est caput cum his 31
qui cum eo erant, & comedit duas subalares,
quæ cogitabant regnare. * Hoc autem caput 32
perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his, qui habitant terram, cũ labore
multo, & potentatum tenuit orbis terrarum
super omnes alas, quæ fuerũt. * Et vidi post 33
hæc, & ecce medium caput subito non com-
paruit, & hoc sicut alæ. * Superauerunt autẽ 34
duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt
super terram, & super eos, qui habitãt in ea:
* Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera 35
parte illud, quod à læua. * Et audiui vocẽ di- 36
centem mihi. Conspice contra te, & considera, quod vides. * Et vidi, & ecce sicut leo con- 37
citatus de silua rugiens: & vidi quoniã emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit,
dicens, * audi tu, & loquar ad te, & dicet Al- 38
tissimus tibi. * Nonne tu es, qui superasti de 39
quatuor animalibus, quæ feceram regnare
in sæculo meo, & vt per eos veniret finis tẽporum eorum? * Et quartus veniens deuicit 40
omnia animalia, quæ transierunt, & potẽtatu tenuit sæculum cum tremore multo, &
omnem orbem cũ labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarum cũ
dolo. * Et iudicasti terram nõ cum veritate. 41
* Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quie- 42
scentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti
habitationes eorum, qui fructificabãt, & humiliasti muros eorum, qui te nõ nocuerunt.
* Et ascendit contumelia tua vsque ad Altis- 43
simum, & superba tua ad Fortẽ. * Et respe- 44
xit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt. * Pro- 45
pterea nõ appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pẽnacula tua pessima, & capita tua
maligna, & vngues tui pessimi, & corpus
tuum vanũ, * vt refrigeretur oĩs terra, 46
& reuertatur liberata de tua vi, & speret iudicium, & misericordiam eius, qui fecit eam.

CAP. XII.

1 ET factum est, dum loqueretur leo verba
2 hæc ad aquilã: & vidi, * & ecce, quod superauerat caput, & non cõparuerunt quatuor alæ
illæ, quæ ad eũ transierunt, & erectæ sunt, vt
regnarẽt: & erat regnũ eorũ exile, & tumul-
3 tu plenũ. * Et vidi, & ecce ipsa nõ apparebãt,
& omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra valde, & ego à tumultu, &
exceſſu mẽtis, & à magno timore vigilaui, &
4 dixi spiritui meo, * Ecce tu præstitisti mihi
5 hoc in eo, quod scrutaris vias Altissimi. * Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo
inualidus sũ valde, & nec modica est in me
virtus à multo timore, quã expaui nocte hac.
6 * Nũc ergo orabo Altissimũ, vt me cõfortet
7 vsq; in finẽ. * Et dixi: Dominator Dñe, si inueni gratiã ante oculos tuos, & si iustificatus
sum apud te præ multis, & si certe ascendit
8 deprecatio mea ante faciem tuam, * cõforta
me, & ostende seruo tuo mihi interpretationẽ, & distinctionẽ visus horribilis huius, vt
9 plenissimè consoleris animã meã. * Dignum
enim me habuisti ostendere mihi temporũ
10 nouissima. Et dixit ad me: * Hęc est interpre
11 tatio visionis huius * Aquilã quã vidisti ascẽdentẽ de mari hoc est regnũ, quod visum est
12 in visione Danieli fratri tuo. * Sed non est il-
li interpretatũ, qm̃ ego nunc tibi interpretor.
13 * Ecce dies venũt, & exurget regnum super
terram, & erit timor acrior omnium regno-
14 rum, quę fuerunt ante eum. * Regnabũt autem in ea reges duodecim, vnus post vnum.
15 * Nam secundus incipiet regnare, & ipse te-
16 nebit amplior tẽpus prę duodecim. * Hæc est
interpretatio duodecim alarum, quas vidisti.
17 * Et quam audisti vocem, quæ locuta est, nõ
de capitibus eius exeuntẽ, sed de medio cor-
18 poris eius, * hæc est interpretatio, qm̃ post tẽ
pus regni illius nascentur contentiones non
modicæ, & periclitabitur, vt cadat: & non cadet tunc, sed iterũ constituetur in suũ initiũ.
19 * Et qm̃ vidisti subalares octo cohærentes
20 alis eius, * hæc est interpretatio. exurgent in
ipso octo reges, quorum erũt tempora leuia,
& anni citati, & duo quidem ex ipsis pariẽt.
21 * Appropinquãte autẽ tempore medio qua-
tuor seruabuntur in tempore, cum incipiet
appropinquare tempus eius, vt finiatur: duæ
22 verò in finem seruabuntur. * Et quoniã vi-
23 disti tria capita quiescentia, * hæc est interpretatio: in nouissimis eius suscitabit Altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, &
24 dominabuntur terram, * & qui habitant in
ea, cũ labore multo super omnes, qui fuerunt
ante hos, propter hoc ipsi vocati sunt capita
25 aquilæ. * Isti enim erunt, qui recapitulabunt
impietates eius, & qui perficient nouissima
26 eius. * Et quoniã vidisti caput maius nõ ap-
parens, hæc est interpretatio eius, quoniam
vnus ex eis super lectum suum morietur, &
27 tamen cũ tormẽtis. * Nam duo, qui perseue-
28 rauerint, gladius eos comedet. * Vnus enim
gladius comedet, qui cum eo: sed tamen hic
29 gladio in nouissimis cadet. * Et qm̃ vidisti
duas subalares traijciẽtes super caput, qd̃ est
30 in dextera parte, * hæc est interpretatio. hi

sunt quos conseruauit Altissimus in finem
suũ, hoc est regnũ exile, & turbationis plenũ.
*Sicut vidisti, & leonẽ, quem vidisti de silua 31
euigilantẽ, & rugientẽ, & loquẽtem ad aqui-
lam, & arguentẽ eam, & imuititias ipsius per
omnes sermones eius sicut audisti: * hic est 32
vẽtus quẽ seruauit Altissimus in finẽ ad eos
& impietates ipsorũ: & arguet illos, & incu-
tiet corã ipsis discerptiones eorũ. *Statuet.n. 33
eos in iudicio viuos: & erit, cum arguerit eos
tunc corripiet eos.* Nam residuum populũ 34
meum liberabit cum miseria, qui saluati sũt
super fines meos, & iucundabit eos quoad
vsq. veniet finis diei iudicij, de quo locutus
sum tibi ab initio. * Hoc somnium quod vi- 35
disti, & hæ interpretationes.* Tu ergo solus 36
dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc.
* Scribe ergo omnia ista in libro, quæ vidisti, 37
& pone ea in loco abscõdito: * & docebis ea 38
sapiẽtes de popolo tuo, quorũ corda scis pos-
se capere, & seruare secreta hęc.* Tu autẽ ad 39
huc sustine hic alios dies septẽ, vt tibi ostẽda
tur quidquid visum fuerit Altissimo ostẽde
re tibi.* Et profectus est à me. Et factum est, 40
cum audisset omnis populus, qm̃ pertransie-
rũt septẽ dies, & ego nõ fuissem reuersus in
ciuitatẽ, & congregauit se omnis à minimo
vsq ad maximũ: & venitad me, & dixerunt
mihi dicentes:* Quid peccauimus tibi, & qd 41
iniustẽ egimus in te, qm̃ derelinquẽs nos se-
disti in loco hoc.* Tu enim nobis superes so- 42
lus ex omnibus populis, sicut botrus de vi-
nea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut
portus, & nauis saluata à tẽpestate.* Aut nõ 43
sufficiunt nobis mala, quæ cõtingunt? * Si er- 44
go tu nos dereliqueris, quãto nobis erat me-
lius, si essemus succensi, & nos cum in medio
Sion?* Nec.n. nos sumus meliores eorũ, qui 45
ibi mortui sunt. Et plorauerũt voce magna.
Et respondi ad eos, & dixi:* Confide Israel, 46
& noli tristari tu domus Iacob. * Et.n. me- 47
moria vestri corã Altissimo, & Fortis nõ est
oblitus vestri in tentatione.* Ego.n. non de- 48
reliqui vos, neque excessi à vobis: sed veni in
hũc locũ, vt deprecarer pro desolatione Siõ,
vt quærerem misericordiam pro humiliitate
sanctificationis vestræ.* Et nũc ite vnusquis- 49
que vestrũ in domũ suam, & ego veniã ad
vos post dies istos.* Et profect⁹ est populus 50
sicut dixi ei, in ciuitatẽ: * ego autem sedi in 51
campo septẽ diebus, sicut mihi mandauit, &
manducabam de floribus solummodo agri,
de herbis tacta est esca mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

ET factum est post dies septẽ, & somnia- 1
ui somnium nocte.* Et ecce de mari vẽ 2
tus exurgebat, vt conturbaret omnes fluctus
eius. * Et vidi, & ecce conualescebat ille ho- 3
mo cum millibus cæli: & vbi vultum suum
vertebat, vt consideraret, tremebant omnia,
quæ sub eo videbantur,* & vbicumq. exibat 4
vox de ore eius, ardescebant omnes, qui au-
diebant voces eius, sicut quiescit terra quan-
do senserit ignem. * Et vidi post hæc, & ecce 5
congregabatur multitudo hominum, quorũ
non erat numerus de quatuor ventis cæli,
vt debellarent hominẽ, qui ascẽderat de ma-
6 ri.* Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpiebat mõ
7 tem magnũ, & volauit super eum. * Ego au-
tem quẽnui videre regionem, vel locum vn-
8 de sculptus esset mons, & nõ potui * Et post
hæc vidi, & ecce omnes, qui congregati sunt
ad eum, vt expugnarẽt eum, timebant valde
9 tamen audebant pugnare. * Et ecce, vt vidit
impetum multitudinis venientis, non leua-
uit manum suam, neque frameam tenebat,
neque aliquod vas bellicosum, nisi solũmo-
10 do, vt vidi, * quoniã emisit de ore suo sicut
flatũ ignis, & de labijs eius spiritus flãmæ, &
de lingua eius emittebat scintilla, & tempe-
statẽs, & cõmixta sunt omnia simul, hic fla-
tus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo
11 in impetu, quæ præparata erat pugnare, &
succẽdit omnes, vt subitò nihil videretur de
innumerabili multitudine, nisi solummodo
12 puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui.* Et
post hæc vidi ipsum hominẽ descendentem
de monte, & vocantem ad se multitudinem
13 aliam pacificam, * & accedebat ad eũ vultus
hominum multorum quorundam gauden-
tium, quorundam tristantiũ; aliqui verò alli-
gati, aliqui adducentes ex eis, qui offerebantur, & ęgrotaui à multitudine pauoris, & ex-
14 pergefactus sum, & dixi: * Tu ab initio de-
monstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & di-
gnũ me habuisti, vt susciperes deprecationẽ
15 meam:* & nunc demonstra mihi adhuc in-
16 terpretationem somnij huius. * Sicut enim
existimo in sensu meo, væ qui derelicti fue-
runt in diebus illis: & multo plus væ his, qui
17 non sunt derelicti.* Qui enim non sunt de-
18 relicti, tristes erant * Intelligo nũc, quæ sunt
reposita in nouissimis diebus, & occurrẽt eis
19 sed & his, qui derelicti sunt. * Propter hoc
venerunt.n. in pericula magna, & necessita-
20 tes multas, sicut ostẽdunt somnia hæc.* At-
tamẽ facilius est periclitãtem venire in hũc,
quam pertransire, sicut nubem à sæculo, &
nunc videre, quæ contingunt in nouissimo.
21 Et respondit ad me, & dixit:* Et visionis in-
terpretationẽ dicam tibi: & de quibus locu-
22 tus es adaperiam tibi:* Quoniam de his di-
xisti, qui derelicti sunt: hæc est interpretatio.
23 * Qui aufert periculum illo tempore, hic se
custodiuit, qui in periculo incidetũ, hi sunt
qui habent opera, & fidem ad Fortissimum.
24 * Scitò ergo quoniam magis beatificati sunt,
25 qui derelicti, super eos, qui mortui sũt.* Hæ
interpretationes visionis, quia vidisti virum
26 ascendẽtem de corde maris, * ipse est quem
conseruat Altissimus multis temporibus, qui
per semetipsum liberabit creaturam suam:
27 & ipse disponet, qui derelicti sunt.* Et quo-
niam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, &
28 ignem, & tempestatem, * & quoniam non
tenebat frameam, neque vas bellicosum: cor-
rupit enim impetus, eius multitudinem, quæ
venerat expugnare eum. Hæc est interpreta-
29 tio, * Ecce dies veniũt, quãdo incipiet Altis-
simus liberare eos, qui super terrã sunt: * & 30
veniet in excessu mentis super eos, qui inha-
bitant terram. * Et alij alios cogitabunt de- 31
bellare ciuitas ciuitatem, & locus locum, &
gens aduersus gentem, & regnum aduersus
regnum. * Et erit, cum fient hæc, & contin- 32
gent signa, quæ ante ostendi tibi: & tũc reue-
labitur filius meus, quem vidisti, vt virum
ascendentem.* Et erit quãdo audierint om- 33
nes gentes vocem eius: & derelinquẽt vnus-
quisque in regione sua bellum suũ, quod ha-
bent ad alterutrum:* & colligetur in vnum 34
multitudo innumerabilis, sicut volentes ve-
nire, & expugnare eum.* Ipse autem stabit 35
super cacumen mõtis Sion.* Sion autem ve- 36
niet, & ostendetur omnibus parata, & ædifi-
cata, sicut vidisti montẽ sculpi sine manibus.
* Ipse autẽ filius meus arguet, quæ ad inue- 37
nerunt Gẽtes, impietates eorum has, quæ tẽ-
pestati appropinquauerunt propter mala co-
gitamenta eorum, & cruciamenta quibus in-
cipient cruciari:* q̃ assimilatæ sunt flammæ, 38
& perdet eos sine labore per legem, quæ igni
assimilata est.* Et quoniam vidisti eũ colli- 39
gentem ad se aliam multitudinẽ pacificam,
* hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ factæ 40
sunt de terra sua in diebus Osee regis, quem
captiuum duxit Salmanasar rex Assyriorũ:
& transtulit eos trans fluminẽ, & trãslati sunt
in terram aliam. * Ipsi autem sibi dederunt 41
consilium hoc, vt derelinquerent multitudi-
nẽ gentium, & proficiscerentur in vlteriorẽ
regionem, vbi numquam inhabitauit genus
humanum: * vel ibi obseruare legitima sua, 42
quæ non fuerant seruantes In regione sua,
* Per introit⁹ aũt angustos fluminis Euphra- 43
tẽ introierunt. * Fecit.n. eis tunc Altissimus 44
signa, & statuit venas fluminis vsquequo trã-
firent. * Per eam.n. regionem erat via multa 45
itineris annis vnius & dimidij. nam regio il-
la vocatur Arsareth. * Tunc inhabitauerũt 46
ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc ite-
rum cũm cœperint venire. * iterum Altissi- 47
mus statuet venas fluminis, vt possint trans-
ire: propter hæc vidisti multitudinem cũ pa-
ce: * Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, 48
hi sunt qui inueniuntur intra terminũ meũ.
* Factum erit ergo, quando incipiet perdere 49
multitudinem earum, quæ collectæ sunt gẽ-
tes, proteget eos, qui superauerunt populum:
* & tunc ostendet eis multa plurima portẽ- 50
ta.⁹ Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mi- 51
hi ostende, propter quod vidi virum ascen-
dentẽ de corde maris. Et dixit mihi: * Sicut 52
nõ potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt
in profundo maris: sic nõ poterit quisque su-
per terram videre filium meum, vel eos, qui
cum eo sunt, nisi in tempore diei. * Hæc est 53
interpretatio somnij quod vidisti, & propter
quod illuminatus es hic solus. * Dereliquisti 54
enim tuam, & circa meam vacasti legem, &
quęsisti. * Vitam.n. tuam disposuisti in sapiẽ 55
tia, & sensum tuum vocasti matrẽ: * & pro- 56
pter hoc ostẽdi tibi merces apud Altissimũ:
erit.n. post alios tres dies, ad te alia loquar, &
exponam tibi grauia & mirabilia, * Et pro- 57
fectus sum, & transij in campum, multum
glorificans, & laudans Altissimum de mira-
58 bilibus, quæ per tempus faciebat: * & quo-
niam gubernat ipsum, & quæ sunt in tempo-
ribus illata: & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIV.

1 ET factum est tertio die, & ego sedebam
2 sub quercu. * Et ecce, vox exiuit contra
me de rubo, & dixit: Esdra Esdra. Et dixi: Ec-
ce ego Dñe. Et surrexi super pedes meos. Et
3 dixit ad me:* Reuelans reuelatus sum super
rubũ, & locutus sum Moysi, quãdo populus
4 meus seruiebat in Ægypto, * & misi eum, &
eduxi populum meũ de Ægypto, & ad duxi
eum super montem Sina. & detinebam eum
5 apud me diebus multis:* & enarrauí ei mira
bilia multa, & ostendi ei temporum secreta
6 & finem: & præcepi ei, dicens:* Hęc in palam
7 facies verba, & hæc abscondes. * Et nunc ti-
8 bi dico:* Signa quæ demonstraui, & somnia,
quæ vidisti, & interpretationes, quas tu vidi-
9 sti, in corde tuo repone ea: * tum recipieris
ab omnibus, conuerteris residuus cũ cõsilio
meo, & cum similibus tuis, vsquequo finian-
10 tur tempora.* qm̃ sęculũ perdidit iuuentu-
tem suam, & tempora appropinquant sene-
11 scere.* Duodecim.n. partibus diuisum est sę-
culum, & transierunt eius decima, & dimi-
12 diũ decimæ partis:* supersunt aũt eius post
13 medium decimæ partis.* Nunc ergo dispo-
ne domum tuam, & corripe populum tuum
& consolare humiles eorum, & renũcia iam
14 corruptelæ, * & dimitte abs te mortales cogi-
tationes, & proijce abs te põdera humana,
& exue te iam infirmam naturam, & repone
in vna partem molestissimam tibi cogitamenta,
& festina transmigrare à temporibus his:
15 * quæ.n. vidisti nunc cõtigisse mala, iterum
16 horum deteriora facient:* quantum.n. inua-
lidum fiet sæculũ à senectute, tm̃ multipli-
17 cabuntur super inhabitantes mala.* Prolon-
gauit.n. se magis veritas, & appropinquauit
mẽdacium. Iã n. festinat venire, quam vidi-
18 sti visionem. * Et respondi, & dixi coram te
19 Dñe.* Ecce.n. ego abibo, sicut præcepisti mi-
hi, & corripiam præsentem populum. Qui
autem iterũ nati fuerint, quis commonebit?
20 * Positum est ergo sæculum in tenebris, &
21 qui inhabitant in eo sine lumine. * Qm̃ lex
tua incensa est, propter quod nemo scit, quæ
22 à te facta sunt, vel quæ incipiẽt opera.* Si.n.
inueni in te gratiam, immitte in me Spiritũ
sanctum, & scribam omne, quod factum est
in sæculo ab initio, quæ erant in lege tua scri-
pta, vt possint homines inuenire semitam, &
qui voluerint viuere in nouissimis, viuant.
23 * Et respondit ad me, & dixit: Vadẽs cõgre-
ga populum, & dices ad eos, vt non quærant
24 te diebus quadraginta.* Tu aũt præpara tibi
buxos multos, & accipe tecum Saream, Da-
briam, Salomiam, Echanum, & Asel quinq;
hos. qui parati sunt ad scribẽdum velociter.
25 * Et venias huc, & ego accendam in corde
tuo lucernam intellectus, quæ non extingue-
tur quoadusque finiantur, quæ incipies scri-
bere,

bere. * Et tunc perfectis quædam palam fa- 26
cies, quædam sapientibus absconsè trades, in
crastinum enim hac hora incipies scribere.
* Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & 27
congregaui omnē populum, & dixi: * Au- 28
di Israel verba hæc: * Peregrinati sunt pa- 29
tres nostri ab initio in Ægypto, & liberati
sunt inde: * & acceperunt legem vitæ, quam 30
non custodierunt, quam & vos post eos trāſ-
gressi estis: * & data est vobis terra in sortē, 31
& terra Sion, & patres vestri, & vos iniquita-
tem fecistis, & non seruastis vias, quas prǽce-
pit vobis Altissimus: * & iustus iudex cum 32
sit, abstulit à vobis in tēpore quod donaue-
rat. * Et nūc, vos hic estis, & fratres vestri in- 33
trorsum vestrū sunt. * Si ergo imperaueri- 34
tis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum,
viui conseruatieritis, & post mortē miseri-
cordiam consequemini. * Iudicium.n.post 35
mortem veniet, quando iterū reuiuiscemus:
& tunc iustorum nomina patebunt, & im-
piorum facta ostēdentur. * Ad me igitur ne- 36
mo accedat nunc, neque requirat me vsque
dies quadraginta. * Et accepi quinque viros 37
sicut mādauit mihi, & profecti sumus in cā-
pum, & māsimus ibi. * Et factus sum in cra- 38
stinū, & ecce vox vocauit me dicens: Esdra
aperi os tuū, & bibe quo te potauero. * Et 39
aperui os meum, & ecce calix plenus porri-
gebatur mihi. Hoc erat plenū sicut aqua: co-
lor autem eius vt ignis similis. * Et accepi, & 40
bibi, & in eo cum bibissem, cor meū crucia-
batur intellectu, & in pectus meū incresce-
bat sapientia. Nam spiritus meus conserua-
batur memoria. * Et apertum est os meū, 41
& non est clausum amplius. * Altissimus 42
dedit intellectum quinque viris, & scripse-
runt quæ dicebātur excessiones noctis, quas
non sciebant. * Nocte aūt manducabant pa- 43
nem, ego autem per diem loquebar, & per
noctē nō tacebā. * Scripti sunt aūt per qua- 44
draginta dies libri ducenti quatuor. * Et fa- 45
ctū est cum cōpleuissent quadraginta dies,
locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ
scripsisti, in palam pone, & legāt digni, & in-
digni: * nouissimos aūt septuaginta conser- 46
uabis, vt tradas eos sapiētib. de populo tuo.
* In his enim est vena intellectus, & sapien- 47
tiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

ECce loquere in aures plebis meę sermo- 1
nes prophetiæ, quos immisero ī os tuū,
dicit Dominus: * & fac vt in charta scriban- 2
tur, quoniā fideles, & veri sunt. * Ne timeas 3
à cogitationibus aduersum te, nec turbent te
incredulitates dicentium. * Quoniam omnis 4
incredulus in incredulitate sua morietr. * Ec- 5
ce ego induco, dicit Dominus, super orbem
terrarum mala, gladium, & famem, & mor-
tem, & interitum: * propter quod superpol- 6
luit iniquitas omnem terram, & adimpleta
sunt opera nociua illorum. * Propterea dicit 7
Dominus: * Iam non silebo de impietatibus 8
eorum, quæ irreligiosè agunt, nec sustinebo
in his, quæ inique exercent, ecce sanguis in-
noxius, & iustus clamat ad me, & animæ iu-
9 storum clamant perseueranter. * Vindicans
vindicabo illos, dicit Dn̄s, & accipiam om-
10 sanguinem innoxium ex illis ad me. * Ec-
ce populus meus quasi grex ad occisionem
ducitur, iam nō patiar illum habitare in ter
11 ra Ægypti: * sed educā eum in manu potē-
ti, & brachio excelso, & percutiam plaga si-
cut prius, & corrumpam omnē terrā eius.
12 * Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius pla
ga verberata, & castigatione quas inducet eī
13 Deus. * Lugebunt cultores operātes terram,
quoniam deficient semina eorum ab vredi-
14 ne, & grandine, & à sidere terribili. * Væ sæ-
15 culo, & qui habitant in eo: * quia appropin-
quauit gladius, & contritio eorum, & exur-
get gens contra gentem ad pugnam, & rom-
16 phæa in manibus eorum. * Erit n. inconsta-
bilitio hominibus, & alij alijs inualescentes
non curabunt regem suum, & principes viæ
17 gestorum suorum in potentia sua. * Concu-
piscet.n.homo in ciuitatem ire, & nō pote-
18 rit. * Propter superbiam.n. eorum ciuitates
turbabūtur, domus exterrētur, homines me
19 tuent. * Non miserebitur homo proximum
suum ad irritum faciendum domos eorum
in gladium ad diripiendas substantias eorū
propter famem panis, & tribulationem mul
20 tam. * Ecce conuoco, dicit Deus, omnes
reges terræ ad me verendum, qui sunt ab
Oriēte, & ab Austro, & ab Euro, & à Liba-
no, ad conuertendos in se, & reddere quę
21 runt illis: * sicut faciunt vsque hodie electis
meis sic faciam, & reddam in sinu eorū. Hęc
22 dicit Dn̄s Deus. * Nō parcet dextera mea
super peccatores, nec cessabit romphæa su-
per effundentes sanguinem innoxiū super
23 terrā. * Exijt ignis ab ira eius, & deuorauit
fundamenta terræ, & peccatores quasi stra-
24 men incensum. * Væ eis qui peccant, & non
25 obseruant mandata mea, dicit Dn̄s. * Non
parcam illis. Discedite filij à potestate. Noli-
te contaminare sanctificationem meam,
26 * qm̄ nouit Dn̄s omnes, qui delinquunt in
illum, propterea tradidit eos in mortem, &
27 in occisionem. * Iam enim venerunt super
orbem terrarum mala, & manebitis in illis.
non enim liberabit vos Deus, propter quod
28 peccastis in eum. * Ecce visio horribilis, &
29 facies illius ab oriente. * Et exient nationes
draconum Arabum in curribus multis, & si-
cut flatus, eorum numerus fertur super ter-
ram, vt iam timeant, & trepident omnes qui
30 illos audient. * Carmonij insanientes in ira
& exient vt apri de silua, & aduenient de
virtute magna, & constabunt in pugnam cū
illis, & vastabunt portionem terræ Assyrio-
31 rum. * Et post hæc superualescent dracones
natiuitatis suæ memores, & cōuertēt se con-
spirantes in virtute magna ad persequēdos
32 eos. * Isti turbabuntur, & silebunt in virtute
illorum, & conuertent pedes suos in fugā,
33 * & à territorio Assyriorū subsessor obside-
bit eos, & consumet vnum ex illis, & erit ti-
mor, & tremor in exercitu illorum, & contē-
34 tio in reges ipsorum. * Ecce nubes ab oriēte,
& septentrione vsque ad miridianū, & fa-
cies

cies earū horrida valdè, plena iræ, & procel-
læ, * & collident se inuicem, & collident si- 35
dus copiosum super terram, & sidus illorū,
& erit sanguis à gladio vsq ad ventrem, * & 36
fimus hominis vsq. ad substramen cameli,
& erit timor, & tremor multus super terrā,
* & horrebunt qui videbunt iram illam, & 37
tremor apprehendet illos, & post hęc moue-
bunt nimbi copiosi * à meridiano, & septen- 38
trione, & portio alia ab occidente, * & super 39
inualescent venti ab oriente, & recludent eā,
& nubem, quam suscitaui in ira, & sidus ad
faciendam exterritationem ad orientalem
ventum, & occidentem violabitur, * & exal- 40
tabuntur nubes magnæ, & validæ plenæ irę,
& sidus, vt exterreant omnem terrā, & inha-
bitantes eam, & infundens super omnem lo-
cum altum, & eminentem sidus terribile * 41
ignē, & grandinem, & romphæas volantes, &
aquas multas, vt etiam impleantur omnes
campi, & omnes riui plenitudine aquarum
multarum, * & demolientur ciuitates, & mu 42
ros, & montes, & colles, & ligna siluarum, &
fœnum pratorum, & frumenta eorum. * Et 43
transibunt constantes vsq. ad Babylonem, &
exterrent eam: * conuenient ad ipsam, & cir 44
cuibunt eam, & effundent sidus, & omnem
iram super eam, & subibit puluis, & fumus
vsq. in cælum, & omnes in circuitu lugebunt
eam: * & qui sub ea remanserint, seruiēt his, 45
qui exterruerunt. * Et tu Asia concors in spē 46
Babylonis, & gloria personæ eius, * væ tibi 47
misera propter quod assimilasti ei, & ornasti
filias tuas in fornicatione, ad placendum, &
glorificandum in amatoribus tuis, qui tecum
cupierunt semper fornicari. * Odibilē imita- 48
ta es in omnibus operibus eius, & in adin-
uētionibus eius: propterea dicit Deus. * Im- 49
mittam tibi mala, viduitatem, paupertatem,
& famem, & gladium, & pestem, ad deua-
standas domos tuas à violatione, & gloria
virtutis tuæ. * Sicut flos siccabitur, cū exur- 50
get ardor, qui emissus est super te, * infir- 51
maberis, vt paupercula plagata, & castigata à
mulieribus, vt non possint te suscipere potē-
tes, & amatores. * Numquid ego sic zelabor 52
te, dicit Dominus, * nisi occidisses electos 53
meos in omni tempore, exaltans percussio-
nem manuum, & dicens super mortem eo-
rum, cum inebriata esses. * Exorna speciem 54
vultus tui. * Merces fornicationis tuæ in si- 55
nu tuo, propter hoc redditionem accipies. * 56
Sicut facies electis meis, dicit Dn̄s, sic faciet ti
bi Deus, & tradet te in malum. * Et nati tui 57
fame interient, & tu rhomphæa cades, & ci-
uitates tuę conterentur, & omnes tui in cam-
po gladio cadent * Et qui sunt in montibus, 58
fame peribunt, & manducabunt carnes suas,
& sanguinē bibent à fame panis, & siti aquę.
* Infœlix per maria venies, & rursum acci- 59
pies mala. * Et in transitu allident ciuitatem 60
occisam, & exterrent aliquam portionem ter-
ræ tuæ, & partem glorię tuæ exterminabunt,
rursum reuertentes ad Babylonem subuer-
sam, * Et demolita eris illis pro stipula, & ip- 61
62 si erunt tibi ignis: * & deuorabunt te, & ci-
uitates tuas, terram tuam, & montes tuos,
omnes siluas tuas, & lignum fructiferum
63 igni comburent. * Filios tuos captiuos du-
cent, & censum tuum in prædam habebunt,
& gloriam faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

1 VÆ tibi Babylō, & Asia, vę tibi Ægypto,
2 & Syria. * Præcingite vos saccis, & cili-
cijs, & plangite filios vestros, & dolete: quo-
3 niam appropinquauit contritio vestra. * Im-
missus est vobis gladius, & quis est, qui auer-
4 tat illum? * Immissus est in vobis ignis, & qs
5 est qui extinguat illum? * Immissa sūt vobis
6 mala, & quis est qui repellat ea? * Numquid
repellet aliquis leonem esurientem in silua,
aut extinguet ignem in stipula, quando cœ-
7 perit ardere? * Numquid repellet aliquis sa-
8 gittam à sagittario forti missam? * Dominus
fortis immittit mala, & quis est, qui repellat
9 ea? * Exijt ignis ex iracundia eius, & quis est
10 qui extinguat eum? * Coruscabit, & quis non
11 timebit: Tonabit, & quis non pauebit * Dn̄s
comminabitur, & quis non funditus conte-
12 retur à facie ipsius? * Terra tremuit, & funda
menta eius, mare fluctuat de profundo, &
fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à
13 facie Domini, & à gloria virtutis eius: * quo-
niam fortis dextera eius, quæ arcum tendit:
sagittæ eius acutæ, quę ab ipso mittuntur, nō
deficient, cum cœperint mitti in fines terræ.
14 * Ecce mittuntur mala, & non reuertentur
15 donec veniant super terram. * Ignis succen-
ditur, & non extinguetur, donec consumat
16 fundamenta terræ. * Quemadmodum non
redit sagitta missa à valido sagittario, sic nō
reuertentur mala, quę missa fuerint in terra.
17 * Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in il-
18 lis diebus? * Initium dolorum, & multi ge-
mitus, initium famis, & multi interitus,
initium bellorum, & formidabunt potesta-
tes, initium malorum, & trepidabunt om-
19 nes. * In his quid faciam, cum venerint ma-
20 la? * Ecce fames, & plaga, & tribulatio, & an-
gustia missa sunt flagella in emendatione,
21 * & in his omnibus se non conuertēt ab ini-
quitatibus suis, neque flagellorum memo-
22 res erunt semper. * Ecce erit annonæ vilitas
super terram, sic vt putem sibi esse directam
pacem, & tunc germinabunt mala super ter-
23 ram, gladius, fames, & magna confusio. * A
fame enim plurimi, qui inhabitant terram
interient, & gladius perdet ceteros, qui supe-
24 rauerint à fame, * & mortui sicut stercora
proijcientur, & non erit, qui consoletur eos,
Derelinquetur enim terra deserta, & ciuita-
25 tes eius deijcientur. * Non derelinquetur,
26 qui colat terram, & qui seminet eam. * Li-
gna dabunt fructus, & quis vindemiabit il-
27 la? * Vua matura fiet, & quis calcabit illam?
28 erit enim locus magna desertio. * Cupiet.n.
homo hominem videre, vel vocem eius au-
29 dire. * Relinquentur enim de ciuitate decē,
& duo de agro, qui absconderint se in densis
30 nemoribus, & scissuris petrarum: * quemad-
modum

modum derelinquuntur in oliueto,& singu-
lis arboribus tres,aut quatuor oliuæ,* aut si- 31
cut in vinea vindemiatæ racemi relinquun-
tur ab his,qui diligenter vineam scrutantur:
* sic relinquentur in diebus illis tres,aut qua- 32
tuor ab scrutantibus domos eorum in rom-
phæa. * Et relinquetur terra deserta, & agri 33
eius inueterabunt, & viæ eius, & omnes se-
mitæ eius germinabunt spinas, eo quod non
transient homines per eam.* Lugebunt vir- 34
gines nõ habentes sponsos, lugebunt mulie-
res nõ habentes viros, lugebunt filiæ earum
non habentes adiutorium:* sponsi earum in 35
bello consumentur, & viri earum in fame
exterrẽtur,* Audite verò ista, & cognoscite 36
ea serui Domini.* Ecce verbum Domini,ex- 37
cipite illud: ne dijs credatis de quibus dicit
Dominus.* Ecce appropinquant mala,& nõ 38
tardant * Quemadmodum prægnans cum 39
parit in nono mẽse filium suum appropin-
quante hora partus eius ante horas duas, vel
tres,dolores circumeunt vẽtrem eius,& pro-
deunte infante de ventre non tardabunt v-
no puncto: * sic non morabuntur mala ad 40
prodeundum super terram, & sæculum ge-
met,& dolores circumtenebunt illud.* Au- 41
dite verbum,plebs mea:parate vos in pugnã
& in malis sic estote, quasi aduenæ terræ,
* Qui vendit quasi fugiat: & qui emit, qua- 42
si qui perditurus. * Qui mercatur, quasi qui 43
fructum non capiat: & qui ædificat,quasi nõ
habitaturus.* Qui seminat,quasi qui nõ me- 44
tet, sic & qui vineam putat quasi non vinde-
miaturus. * Qui nubunt,sic quasi filios non 45
facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui.
* Propter quod qui laborant,sine causa labo- 46
rant:* Fructus enim illorum alienigenę me- 47
tent, & substantiam illorum rapient, & do-
mos euertent, & filios eorum captiuabunt,
quia in captiuitate, & fame generant natos
suos.* Et qui negociantur in rapina,quantũ 48
diu exornat ciuitates, & domos suas, & pos-
sessiones,& personas suas,* tanto magis ad- 49
zelabor eos super peccata sua, dicit Domi-
nus.* Quomodo zelatur fornicaria mulierẽ 50
idoneam,& bonam valde,* sic zelabitur iu- 51
stitia inquitatem cum exornat se, & accusat
eam in facie.cũ venerit, qui defendat exqui-
rentem omne peccatum super terram.* Pro- 52
pterea nolite similari ei, nec operibus eius:
* quoniam adhuc pusillum, & tolletur ini- 53
quitas à terra, & iustitia regnabit in vos.
* Non dicat peccator te non peccasse, quo- 54
niam carbones ignis comburet super caput
eius,qui dicit: Non peccaui coram Domino
Deo,& gloria ipsius.* Ecce Dominus cogno- 55
scet omnia opera hominum, & adinuentio-
nes illorum, & cogitationes illorum, & cor- 56
da illorum.* Dixit enim: Fiat terra,& facta
57 est: fiat cælum,& factum est.* Et in verbo il-
lius stellæ fundatæ sunt: & nouit numerum
58 stellarum. * Qui scrutatur abyssum,& the-
sauros illarum:qui mensus est mare,& con-
59 ceptum eius.* Qui conclusit mare in medio
aquarum, & suspendit terram super aquas
60 verbo suo.* Qui extedit cælum quasi came-
61 ram,super aquas fundauit eũ. * Qui posuit
in deserto fontes aquarum, & super verticẽ
montiũ lacus ad emittendũ flumina ab emi
62 nenti petra,vt potaret terrã *Qui finxit ho-
minem,& posuit cor tuum in medio corpo-
ris, & misit ei spiritum, vitam & intellectũ,
63 *& spiramẽ Dei omnipotentis,qui fecit om
nia, & scrutinat omnia absconta in abscõdis
64 terræ * Hic nouit adinuentionem vestram,
& quæ cogitatis in cordibus vestris,peccãtes
65 & volentes occultare peccata vestra. * Pro-
pter quod Dominus scrutinãdo scrutinauit
omnia opera vestra, & traducet vos omnes,
66 * & vos cõfusi eritis cum processerint pecca
vestra coram hominibus,& iniquitates eũ
67 quæ accusatores stabunt in die illo. * Quid
facietis? aut quomõ abscondetis peccata ve-
68 stra coram Deo,& angelis eius?* Ecce iudex
Deus, timete eũ. Desinite à peccatis vestris,
& obliuiscamini iniquitates vestras iam age
re eas in sempiterno, & Deus educet vos,&
69 liberabit de omni tribulatione,* Ecce enim
incenditur ardor super vos turbæ copiosæ,
& rapient quosdam ex vobis,& cibabũt ido
70 lis occisos:* & qui consenserint eis,eruntil-
lis in derisum,& in improperium,& in con-
71 culcationem.*erit enim locis locus,& in vi-
cinas ciuitates exurrectio multa super timẽ-
72 tes Dominum.* Erunt quasi insani nemini
parcentes,ad ditipiendum,& deuastandum
73 adhuc timentes Dominum.* quia deuasta-
bunt,& diripient substantias,& de domibus
74 suis eos eijcient * Tunc parebit probatio ele
ctorum meorum,vt aurum quod probatur
75 abigne.* Audite dilecti mei,dicit Dominus
Ecce adsunt dies tribulationis,& de his libe
76 rabo vos. * Ne timeatis,nec hæsitetis,quo-
77 niã Deus dux vester est.* Et qui seruat mã-
data & præcepta mea, dicit Dominus Deus,
ne præponderent vos peccata vestra, ne su-
78 pereleuent se iniquitates vestræ.* Væ q cõ-
stringuntur à peccatis suis,& obteguntur ab
iniquitatibus suis, quemadmodum ager cõ-
stringitur à silua, & spinis tegitur semita e-
ius,per quam non transit homo, & excludi-
tur,& mittitur ad deuorationem ignis.

FINIS.

Angelus Canninius Corrector.

LIBER

INDEX

TESTIMONIORVM

A CHRISTO ET APOSTOLIS

IN NOVO TESTAMENTO CITARORVM

EX VETERI,

Quæ huc hicid congesta sunt,vt pij Lectores natiuam quorundam intelligentiam, quæ ab ipso Christo vero interprete,& spiritu eius per Apostolos fit tradita,assequantur, perspiciantq. in quem vsum ea Apostoli,& Euangelistę adduxerint.

GENESIS.

1 d Masculum,& feminam fecit eos Mat.19.a. Mar.10.a
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis Heb. 4.b
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuentem 1.Cor.15.f
2 d Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori Mat.19.a.Mar.10.a. Eph.5.g.1.Cor. 6.d
2 d Erunt duo in carne vna Mat. 19.a. Mar. 10.a.1 Cor.6.d.Gal.3.b
12 a Exi de terra tua,& de cognatione tua Act.7.a
12 a Et in semine tuo benedicentur omnes gentes Act.3.d.Eph.3.g
15 b Sic erit semen tuum. Rom.4.c
15 b Credidit Abraham Deo.& reputatum est illi ad iustitiam Rom.4.a.Iac.2.d. Gal.3.a
15 c Erit semen tuum peregrinum in terra nõ sua Act.7.a
17 a Quia patrem multarum gentium constituit te Rom. 4. c
18 b Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius Rom.9.b
21 b Eijce ancillam,& filium eius. Gal.4.d
21 b in Isac vocabitur tibi semen Rom. 9. b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & mul. Heb.6.c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes Gal.3.b.Act.3.d
25 c Quia maior seruiet minori Rom.9.c

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abraham,&c. Mat. 22.c Mar.12.c. Luc 20.f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam Rom.9.d
12 g Os non comminuetis ex eo Ioan. 19.f
13 a Omne masculinum adaperiens vuluam Luc.2.d
16 d Qui multum,non abundauit, &c. 2. Corint.8.c
20 c Non mœchaberis Mat.5.d
20 c Non adulterabis, Non occides, Nõ furtum facies, Non loqueris cõtra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces Rom.13.c
20 c Non concupisces Rom.7.b
20 c Non occides Mat.5.c. Luc.18.d
20 c Honora patrem tuum, & matrem tuam Mat. 15.a.Mar.7.b. Ephes.6.a
21 c Qui maledixerit patri tuo,vel matri,morte moriatur Mat.15.a Mar.7.b
21 c Oculum pro oculo, dentem pro dente Mar.5.f
22 d Principi populi tui non maledices Act. 23.a
24 c Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus Heb. 9.e
25 g Vide, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est,&c. Heb. 8. b. Act.7.f
32 a Fac nobis deos,qui præcedant nos Act. 7.c
33 d Miserebor cui voluero,&c. Rom.9.c
34 d Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem 2. Cor.2.c

LEVIT.

12 g Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum 1. Pet.1.c
18 a Qui fecerit homo, viuet in ea Rom. 10. b. Gal.3.b
19 c Non periurabis Mat. 5.e
19 d Diliges proximum tuum sicut teipsum. Roman.13.d.Gal.5.c.Iac.2.b. Matth.22.d Marc.12.c
19 d Diliges proximum tuum Mat.5.g
20 b Qui maledixerit patri,& matri,&c.Matt. 15.a
24 d Oculum pro oculo Mat.5.f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo,&c. 2.Cor.6.d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Io. 19.f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis consumens est Heb.12.g
5 b Non concupisces Ro. 7.c.13.c
5 b Non mœch. Mat.5.c.Luc.18.d
5 b Non furtum facies Luc.18.d.Ro.13.c
5 b Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium Luc.18.d.Rom. 13.c
5 b Honora patrem,& matrem Matth. 15.a. Mar.7.b.Ephes.6.a
6 a Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est Mat. 12.c
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto

a corde

corde, &c. Mat.22.d. Mar.12.c. Luc.10,c
6 c 10 d Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Mat.4.b. Luc.4.b.
6 c Non tentabis Dominum Deum tuum Matt.4.b. Luc.4 b
8 a Non in solo pane viuit homo Mat. 4. a Luc.4 a
10 d Deus personam hominis non accipit Gal.2.b
18 c Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus Act.3.d.7.c
19 d In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbũ Mat.18.b.Io.8.e.2. Cor.13.a
19 d Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5.f
21 d Maledictus omnis, qui pendet in ligno Gal.3.b
25 b Non alligabis os boui trituranti 1. Cor.9. a 1.Tim.5.c
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium Mat.21.c. Mar.12.b. Luc.20.c
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, &c. Gal.3.b
30 c Quis ascendet in cælum? Ro.10 b
30 c Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo Ro.10.b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. Ro. 10.d
32 c Mihi vindicta, ego retribuam Rom. 12. d

I O S V E.

1 a Nõ te deserã, neque derelinquã Heb.13.a

R E G. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium Heb.1.b

R E G. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Rom.11.a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum Rom.11.a

I O B.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum 1.Cor. 3.d

L I B E R P S A L M.

2 a Quare fremuerunt gentes Act.4.c
2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act.13.c. Heb.1.b.5.b
2 c Reges eos in virga ferrea Apoc 2.g.19.c.
4 b Irascimini, & nolite peccare Ephes.4.f
5 c Sepulchrum patens est guttur eorum Rom.3.b
6 c Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Mat.7.d.25.d. Luc.13.f
8 b Ex ore infantium, & lactentium, &c. Matt.21.b
8 c Quid est homo quòd memor es eius? Heb.2.a
8 c Oia subiecit sub pedibus eius 1. Cor.15.d
9 c Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est Rom. 3.c
13 a Non est iustus quisquam, non est intelligens Rom.3.b
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Rom.3.c
15 c Prouidebam Dominum in conspectu, &c. Act.2.d
15 d Non dabis sanctum tuum videre corruptionem Act.2 e.13.e
17 a Ego ero fidens in eum Heb.2.c
17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine Rom.15.b
18 a Et quidem in omnẽ terram exiuit sonus eorum Ro.10 d.
21 a Eli, eli, lamma sabacthani Mat.27.e Mat.15.c
21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea Mat. 27 d. Ioan.19 e
21 c Nunciabo nomen tuum fratribus meis Heb.2.c
23 a Domini est terra, & plenitudo eius 1. Cor. 10.f
24 c Odio habuerunt me gratis Ioan.15.d
30 a In manus tua commendo spiritum meũ Luc.23 f
31 a Beati quorum remissæ sunt iniquitates Rom.4 a
33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1. Pe.3.b
39 b Hostiam, & oblationem noluisti Heb.10.c
40 c Qui mãducat mecum panem Ioan.13.b
43 d Propter te mortificamur tota die Ro.8.g
44 b Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, Heb.1.c
50 a Vt iustificeris in sermonibus tuis Rom. 3.a
54 d Iacta super Dominum curam tuam 1. Pet. 5.b
61 d Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet 1.Cor.3.b
67 d Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem Eph.4.b
68 b Zelus domus tuæ comedit me Ioan.2.d
68 b Improperia improperantium tibi cecederunt super me Ro.15.a
68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Rom.11.b
68 c Fiat commoratio eorum deserta Act. 1.d
68 e In siti mea potauerũt me acero Ioan. 19. f
77 a Aperiam in parabolis os meum Mat.13.e
77 c Panem cæli dedit eis Io. 6.d
81 b Ego dixi, dij estis Io. 10. g
88 d Inueni Dauid seruum meum Act.13.d
90 c Angelis suis mandauit de te Mat. 4. a Luc 4.b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt 1.Cor.3.d
94 c Hodie si vocem eius audieritis Heb.3.b
94 d Sicut iurauì in ira mea Heb.4.a
96 b Et adorent eum oẽs angeli eius Hebr. 1.c
101 d Tu in principio Domine terram fundasti Heb.1.c
103 a Qui facit angelos suos spiritus Heb.1.c
108 b Et episcopatũ eius accipiat alter Act. 1.d
109 a Dixit Dominus domino meo Mat.22. d. Luc.20.g act.3.f
109 a Sede à dextris meis Heb.1.d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum &c. Heb.1.d.1.Cor.15.d
109 d Tu es sacerdos in æternum Heb.5.b.7.c
109 b Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum Heb.7.c

111 b

111 b Dispersit, dedit pauperibus 2.Cor.9.c
115 a Credidi propter quod locutus sum 2. Co. 4.c
115 a Omnis homo mendax Ro 3.a
116 a Laudate Dominum omnes gentes Rom. 15 c
117 a Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo Heb. 13.b
117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Mat.21.d Mar. 12.a. Act.4.b 1.Pe.2,b
117 d Hosanna filio Dauid Mat.21.b
131 c De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam Act. 2. e
139 a Venenum aspidũ sub labijs eorũ Ro. 3.b

P R O V E R B.

3 a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos Rom. 12. d
3 b Fili mi, noli negligere disciplinam Domini &c. Heb.12.b
3 b Quem diligit Dominus corripit, &c. Heb. 12.b. Apoc.3.d
10 b Charitas operit multitudinem peccatorũ 1.Pet.4.b
17 c Videte, ne quis malũ pro malo alicui reddat 1.Thess.5.d.1.Pet.3.b
20 c Qui maledixerit patri vel matri Mat.15. a. Mar.7.b
25 c Si esurierit inimicus tuus, ciba illum Ro. 12.d
26 b Canis reuersus ad vomitum 2.Pet 2.d

I S A I A S.

1 c Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen Rom. 9.f
5 d Homo plantauit vineam Mat. 21.b Luc. 20.b. Mar. 12.a
6 a Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth Apoc.4.c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis Mat. 13.b. Mar. 4.b. Luc. 8.b. Act. 28.f. Io. 12.f. Rom.11.b
7 c Ecce virgo in vtero habebit Mat.1.d.
8 d Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2.d
9 a Terra Zabulõ, & terra Nephthali Mat,4.c
10 e Si fuerit numerus filiorum Israel tamquã arena maris Rom.9.f
11 a Reuelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui. 2.Thes.2.c
11 c Erit radix Iesse Ro.15.c.Act.13.d
21 c Cecidit cecidit Babylon illa magna Apoc. 14.b
22 d Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur 1.Cor.15.e
22 f Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid Apoc.3.b
25 c Absterget Dominus omnẽ lacrymam ab oculis, &c. Apoc.7.d 21 b
28 c Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs Ioquãt populo huic 1.Cor.14.d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis Rom.9.g.1.Pet.2.b.Act.4.b
29 d Populus hic labijs me honorat Mat. 15. a. Mar.7.b
29 e Perdam sapientiam sapientum, & prudẽtiam, &c. 1.Cor.1.c
33 c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius sæculi? 1.Cor.1.e
40 a Vox clamantis in deserto Mat.3.a. Mar.1. a. Luc.2.a. Io.1.c
40 b Omnis caro fenum 1.Pet.1.d. Iac.1.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? 1.Cor.2.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Ro.11.d
41 b 44 a Ego sum primus, & nouissimus Apoc. 1.d & 22.c
42 a Ecce puer meus quem elegi Mat.11.b
43 d Ecce noua facio omnia Apoc.21.b.2. Cor.5.d
45 b Numquid dicit figmentum ei qui se, &c. Rom.9.d
35 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Ro.14.b
49 b posui te in lucem gentium. Act.13.g
49 c Tẽpore accepto exaudiui te, &c. 2. Cor.6.a
49 e Nõ esurient neq. sitient amplius. Ap.7.d
50 b Tunc expuerunt in faciem eius Mat. 26. g
52 b Quam speciosi pedes euangelizantium pacem Rom. 10.c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c. 2. Cor.6.d
52 d Nomen Dei per vos blasphematur Rom. 2 d
52 d Quibus non est annunciatum de eo, videbunt Rom.15.c
53 a Domine, quis credidit auditui nostro? Ro.10.c. Io.12.f
53 b Ipse infirmitates nostras accepit Mat. 8. c
53 c Tamquam ouis ad occisionem Act. 8. f
53 d Et cum iniquis reputatus est Mat.15.e Luc.22.d
53 c Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus 1.Pet.2.d.Ioan.3.a
53 e Qui peccata nostra pertulit in corpore 1. Pet.2.c
54 a Lætare sterilis quæ non paris Gal.4.d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Ioan.6.e
55 a Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis Apo. 22. d
55 b Dabo vobis sancta Dauid fideli. Act.13.e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur Mat.21.b. Marc.11.c. Luc.9 g.
59 b Cõtritio, & infelicitas in vijs eorum Ro. 3.c
59 c Galeam salutis assumite Eph.6.c. 1. Thess.5.b
59 d Venier ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob Rom.11.d
60 c Et portæ eius non claudentur per diem Apoc.21.g
60 d Et ciuitas nõ eget Sole, neq. luna Ap.21.g
60 d Nox vltra non erit Apoc.22.a
61 a Spiritus Domini super me. Luc.4.e
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit Mat.21.a
64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit &c. 1. Cor. 2. b
65 a Inuentus sum à non quærentibus me Rom.10.d
64 a Tota die expandi manus meas ad popu-

lum non credentem Ro.10.b
65 c Nouos verò cælos,& noua terra 2.Pe.3.
c Apoc.21.a
66 a Cælum mihi sedes est Act.7.f
66 g Vbi vermis eorum non moritur. Mar.9.g

I E R E M.

7 b Vos autem fecistis illam speluncam latronum Matth.21.b. Mar.11.c Luc.19.g
9 g Qui gloriatur in Domino glorietur 1.Cor. 1.d 2.Cor.10.d
10 a Quis non timebit te Domine. Apoc.15.b
17 d Ego sum scrutans renes,& corda Ap.2.f
91 c Vox in Rama audita est Mat.2.d
31 a Ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios 2.Cor.6.d
31 e Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum Heb. 8.c
31 f Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorum Heb.10.c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna Apo.18.a

E Z E C H.

3 a Accipe librum,& deuora illum. Apoc. 10.d
20 b Qui fecerit homo viuet in ea Rom.10.b
32 b Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum Matt.24.c
36 c Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes Rom.2.d

D A N I E L.

9 g Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta Mat. 24.b. Mar.13.b. Luc.21.d

O S E E.

1 d Et erit in loco, vbi dictum est eis, Non plebs mea vos,&c. Rom.9.e
2 d Vocabo non plebem meam, plebẽ meam Rom.9.e. 1 Pet.2.b
6 c Misericordiam volo, & non sacrificium Matt.9.b.12.a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos Luc. 23.d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meũ Mat.2.c
13 d Absorpta est mors in victoria 1.Cor.15.g

I O E L.

2 g Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act.2.c
2 g Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit Rom.10.c

A M O S.

5 g Numquid victimas, & hostias obtulistis mihi Act.7.f
6 a Væ vobis diuitibus Luc.6.d
9 c Post hæc reuertar,& reædificabo tabernaculum Dauid Act.15.c

I O N A S.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus,& tribus noctibus Mat.12.c. Luc.11.d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ Mat.12.c. Luc.11.d

M I C H Æ.

5 a Et tu Bethlehem terra Iuda. Mat.2.a
7 b Veni separare hominem aduersus patrẽ suum,& filiam aduersus matrem Mat. 10.d. Luc.12.g

A G G Æ.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cælum Heb.12.g

H A B A C.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris Act.13.f
2 a Iustus autem ex fide viuit Rom,1.e. Gal. 3.b

N A H V M.

1 d Quam speciosi pedes euangelizantium pacem Rom.10.c
4 b Quid est quod scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? Mat.17.b Mar.9.b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios Luc. 2.b

Z A C H A R.

8 e Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo Eph.4.f

M A L A C H.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio habui Roman 9.c
3 a Ecce ego mitto angelum meum Matt.11. b. Mar.1.a. Luc.7.d. Ioan.1.c
4 b Ipse est Elias, qui venturus erat Mat.11.b
9 b Ecce rex tuus venit. Mat.21.a Ioan 13.b
11 c Et acceperunt triginta argenteos Matth. 27.a
12 c Videbunt in quem compunxerũt Io.19.g
13 c Percutiam pastorem Mat.26.c. Mar.14.b

F I N I S.

HEBRAICORVM, CHALDÆORVM, Græcorumque nominum interpretatio.

ARON, Mons siue montanus.
Abba, Pater, Syrũ est verbũ.
Abarim, Transitus plu.num. siue transeuntes.
Abdemelech, Seruus regis
Abdenago, Seruus claritatis
Abdias, Seruus Domini.
Abdon, Seruus.
Abel, per aleph, Luctus, Cluitas.
Abel, per he, in principio, Vanitas, filius Adam.
Abessalom, Pater pacis.
Abia Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater spontaneus.
Abisag, Patris ignorantia.

Ab-

Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcum verbum.
Abram, Pater excelsus.
Abraham, Pater multitudinis.
Absalom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor, vel tristitia.
Achaz, Apprehendens, siue possidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achitob, Frater bonitatis.
Adam, Homo, siue terrenus, aut Rufus.
Adon, Dominus, aut basis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis, vnum est ex nominibus Dei, quod interpres aliquando potuit pro nomine Dei tetragrãmaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Ægyptus, Angustiæ, siue tribulationes, Hebraicè Misraim.
Aeneas, Laudatus.
Aethiopia Græcè, ardorem significat, Hebraicè Cus dicitur, id est, nigredo vel nigra.
Agabus, Locusta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Festiuus.
Ahod, Laudans.
Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraicè dicitur No, quod interpretatur crudum, siue irritatio.
Alleluia, Laudate Dominum.
Amalech, Populus lambens.
Amam, Mater, Timoreorum.
Aman, Conturbans.
Amana, Fides, siue veritas.
Amasai, per Aleph, Fortis, vel robustus.
Amasai, per ain, Populi munus.
Amalech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum fit.
Aminadab, Populus spontaneus.
Ammon, populus eius.
Amnon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos, per aleph, Fortis, pater Isaiæ.
Amos, per ain, Oneratus, vnus ex duodecim Prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per ain, Manipulus, vel dominium.
Princeps Militiæ Israeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Responsiones, siue cantica.
Andreas, Fortissimus.
Anna, Gratiosa, siue misericors.
Antiochia, pro vehiculo.
Aphrica, Hebraicè Pul dicitur, id est, casus, vel ruina, Isaiæ 66,34.
Aphrica, Nahum 3,9. Put. Crassa, siue pinguis.
Apostolus, Missus legatus.
Arabes, Vespertini, 2. Par.26, 2
Arabes, Ps.71.15. Hebraice Saba, id est, cõuersio
Aram, Celsitudo, sublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quatuor.
Architriclinus, Princeps triclinij.
Areopagita, De Colle Martis.
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Gjarea.
Armenia, Hebraicè dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, siue maledictio.
Asaph, Congregans.
Aser per Samech, Vinctus, filius Caath. Cob.
Aser, per sin, Beatitudo, siue felicitas, filius Ia-
Affluerus, Princeps, & caput.
Assur, Insidians, siue beatus.
Astaroth, Greges, siue diuitiæ.
Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, Sine cumulo.
Attalia, Augens, vel nutriens.
Aua, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adiutor.
Azotus, Hebraicè Asdod, deprædatio.

B

BAal, Idolum, aut dominans.
Baal. Osee 10,24. Arbel legendum, id est, pugnauit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confusio, Commixtio.
Bala, Inueterata turbata, Ancilla Rachel, per he, in fine.
Bala, Deglutiens, Destruẽs, Vrbs per ain in fine.
Balaam, Vetustas populi.
Balac, Destruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens Dominum.
Barjona, filius columbæ.
Barnabas, filius consolationis.
Barsabas, filius conuersionis.
Barthimæus, filius cæcus.
Bartholomæus, filius suspendentis aquas.
Baruch, benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
Beel-phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muscæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Iumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, peruersus, Absque iugo.
Ben-ennom, Filius diuitiarum suarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Beresith, in principio, Sic vocatur primus liber Legis.
Bersabee, Puteus iuramenti.
Beth-abara, Domus transitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ, vel afflictionis.
Beth-auen, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.

a 3 Beth-er.

Bether, Diuisio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus.
Beth-sabee, Domus iuramenti, Ciuitas.
Beth-saida, Domus frugum.
Beth-sames, Domus Solis.
Bethul, virgo.
Bezech, Fulgur.
Boanerges, vel iuxta S. Hieronymum. Banereē Filij tonitrui.
Booz in fortitudine.
Borith, Herba in qua est acrimonia saporis.
Bosor, Munitio.
Bostra, Idem.

C

CAath, Congregatio, Obtusio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Possessio, Possessus.
Caleb, quasi cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, id est, ex Cana, vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraicè Caphthorim, id est, sphęrulæ.
Cariath-iarim, Ciuitas siluarum.
Cariath-sepher, Ciuitas literarum.
Carmel, Cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus.
Carthaginenses, Hebraicè Tharsis, id est, cōtemplatio gaudij.
Cedar, Nigredo, tristitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, denigratus, Tristis.
Cephas, Petrus à petra Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè Chasdim, id est, Quasi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaam, Mercator, Negociator.
Charmel, Idem quod Carmel.
Cherub, Quasi magister.
Chodchod, Iaspis.
Chortæi, Futores.
Christus vnctus.
Chus, Æthiops.
Cin, Possessio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis.
Cœlesyria, Curua Syria.
Colossenses, Supplicio Affecti.
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core Caluus, calutitium, per heth in fine.
Core per aleph in fine, Vocans, legēs. 1. Par. 9. 19
Corozaim, Hic est mysterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quasi miser.

D

DAgon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damascus, Sanguinis succus.
Damascus, 1. Reg. 16. b Similitudo incendij, Hebr. Dumesec.
Dan, Iudicans, siue iudicium.
Daniel, Iudicium Dei.
Datius, Requirens.
Dat-maschus, Generationis procuratio.
Dathan, Ritus, Lex.
Dauid, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatum, subregio.
Diabolus Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3. a. 4. Hebr. Reseph, id est: Volucris, flamma.
Dibre haiamin, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Iudicium, vel Iudicans.
Dionysius, diuinitus stillatus.
Dithalassum, Duo maria.
Doeg, Solicitus, Anxius.
Dog, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E

EBal, Acerrus vetustatis.
Ecclesiastes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adiutorium.
Elchanan, Dei gratia siue misericordia.
Eliacim, Dei resurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus iuramenti.
Elisæus, Dei salus, Deus saluans.
Ellehad debarim, Hæc sunt verba, sic incipit quintus liber Legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiscum Deus.
Emmaus, Timens consilium.
Enac, Gigas, Torques.
Encænia, Renouatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Ephraim, Frugifer, Crescens.
Ephraim, Hebraicè Ephra, id est, puluerulenta siue plumbea. 2. Reg 13 b 7.
Ephrata, Vbertas, siue frugifera.
Ephron, Puluis.
Esau, Faciens, Operans.
Esdras, Adiutor, Atrium.
Esther, Occulta, abscondita.
Etham, Auis eorum.
Ehtam, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G

GAlaad, obiectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, Vir Deus, aut Dei.

Gad,

Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Acerrus testimonij.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio.
Galilæa, Volubilis,
Gazer, Præscissio.
Gazophylacium, vbi thesauri templi seruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis tristitiæ.
Gehennon, Vallis contristans,
Gelboe, Reuolutio inuestigationis.
Gersom, Aduena ibi.
Gerson, Exilium eius,
Giblij, Termini.
Gihon, Pectus, exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Transmigratio.
Gomor, Genus mensuræ.
Gomorrha, populus rebellis.
Græci, Hebraicè Ieuanim, id est, deceptores.

H

HAbacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Destructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
Hebal, Acerrus vetustatis.
Heber, Socius, particeps, per heth in principio.
Heber, per ain, Transitus.
Hebræus, Transiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id est, dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Destructio.
Hesron, sagitta exultationis.
Heua, Viua, Viuens.
Hierapolis, Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Desertum.
Horma, Destructio.
Hur, Libertas.
Hus, Consilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I

IAbel, Defluens.
Iabes, Siccitas, per sin, in fine.
Iabes, Tristitia, per sade in fine.
Iacob, Supplantator.
Iael, Ascendens, Damula.
Iahel, Viuit Deus.
Iairitis, illuminatus.
Iamin, Dexterа, vel dexter.
Iaphet, Dilatatus.
Iason, Sanans.

Iauan, Deripiens.
Ichabod, Vbi gloria, Væ gloriæ.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipse, Existens.
Iehus, Tinea corrosus, per sin.
Iehus 1. Par. 8. b. 10. Consilians, per sade.
Iemini, Dexterа, vel dexter.
Iephthe, Aperiens.
Iarameel, Misericordia Domini.
Ieremias, Celsitudo Domini.
Iericho, Luna, Mensis.
Ierobaal, Impugnans idolum.
Ieroboam, Impugnans populum.
Ierosolyma, Visio pacis, Visio perfecta.
Ierusalem, Idem.
Iesse, Ens, Existens.
Iesboc, Est vacuus.
Iesus, Hebraicè Iehosua, Dominus saluator.
Iethro, Excellens.
Iezonia, Auscultatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
Indus, id est, de India. Hebraicè dicitur Hodu, id est, laudatio.
India, Iob 28. c. 13. Hebraicè Ophir, id est, cinis.
Ioab, Paternitas, Habens patrem.
Ioachaz, Domini apprehensio.
Ioachaz, 2. Par. 34. b. 8. apprehendens.
Ioachim, Domini præparatio.
Ioacim, Domini resurrectio.
Ioas, Diffidens, Desperans.
Ioas, Domini ignis. 4. Regum 11. d. 21. Hebr. Iehoas.
Ioas, 1. Paral. 7. b. 8. & 27. d. 28. Tinea corrosus, per ain.
Iob, Dolens, Gemens,
Ioel, Volens, incipiens.
Iohanan, Gratiosus, Pius, Misericors.
Iohannes, idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donum, filius Saul.
Ioram, Excelsus.
Iordanis, Fluuius iudicij.
Iosapha, Dominus Iudex.
Ioseph, Augmentum.
Ioseph, Psal 80. a. 2. Domini augmentum, Heb. Iehoseph.
Iosias, Ignis Domini.
Iosue, Dominus saluator.
Isaac, Risus.
Isai, Munus, aut ens.
Isai, 1. Par. 2. b. 13. Vir meus.
Isaias, Domini salus.
Isboseth, Vir confusionis.
Iscariotes, Vir occisionis.
Ismahel, Exauditio Dei.
Israel, Præualens Deo.
Issachar, est merces, præmium.
Ithamar, Insula palmæ.
Iubileus, Buccina.
Iudas, Laudatio.
Iulius, Lanuginosus.

L

LAban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
Lechi: Maxilla.
Leci, Lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio, Societas, sua.
Lia, Laboriosa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraicè Lubim, Cor maris.
Lithostrotos, lapidibus stratus.
Lot, Inuolutus, Colligatus.

M

MAcha, Attrita.
Maasias, Opus Domini.
Maceda, Incendium
Madian, Iudicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philosophi.
Malachia, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer, De scorto natus.
Manahem, Consolator.
Manasses, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata Amaritudinis mare.
Martha, Prouocans.
Massa, Onus.
Maspha, Specula.
Mathusael, Mortem suam postulans.
Matthæus, Donatus.
Melchias, Rex Dominus.
Melchisedech, Rex iustitiæ.
Melchi sua, rex saluator.
Mesollam, Pacificus.
Mesopotamia, Regio sic dicta, quod duobus fluuijs, Euphrate, & Tigri ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis sicut Deus.
Michæas, Idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboseth, De ore ignominia.
Misael, Quis postulatus?
Misle, Prouerbia, Nomen libri.
Misphat, Iudicium.
Mna, Libra, Talentum.
Moab, De patre.
Moria, Amaritudo.
Mosa, Azymum, per sade.
Mosa, 1.Par.8.a.9, Onus.
Moyses, Attractus (sub.de aquis)
Mysia, Scelesta.

N

NAaman, Pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, Idem.
Nabuchodonosor, Planctus iudicij.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahasson, Coluber, Serpens.
Nahum, Consolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per sade scribatur, Custodita, vel florida interpretatur.
Neapolis, Noua ciuitas.
Nedemias, Consolatio.
Nehustan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephtali, Æquiparatio.
Niniue, Pulchra.
Noe, Cessatio, Requies.
Noema, Decora.

O

OBadias, Seruus Domini.
Obed, Seruus.
Obededom, Seruus hominis.
Ochozias, Apprehensio.
Odollam, Testimonium illis.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Eleuatio, Holocaustum.
Onam, Dolor.
Onona, Dolor, Iniquitas.
Onesimus, Vtilis.
Oolla, Tabernaculum,
Ophni, pugnus, Pugillus.
Oreb, Coruus.
Osee, Saluator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P

PAlæsthina, Conspersa (sub cinere,)
Paracletus, Consolator, Aduocatus.
Parasceue, Præparatio.
Pascha, Transitus.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoste, Quinquagesima (sub dies.)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Dissipans.
Phares, Diuiso, Filius Iudæ.
Phares, per sin, 1.Par.7.d.16. Eques.
Pharisæi, Diuisi.
Phase, Transitus.
Phasga, Collis.
Philisthæa, Conspersa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probatica, Ouina, Locus vbi pecora sacrificanda tenebantur.
Proselytus, Aduena, Peregrinus.

Raab,

R

RAab, Ps.86,a.4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ouis.
Raguel, Pastor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram. Excelsus.
Ramesses, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblata, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Respha, Extensio.
Roboam, Dilatans populum,
Roma, Excelsa, sublimis,
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelsa.
Ruth, Saturata.

S

SAaph, Cogitans,
Saba, per sin, Conuersio, Captiuitas.
Saba, per Samech, Circuitio.
Sabaot, Exercitus, in plurali.
Sabata, Circuitus
Sabbatismus, Requies, Cessatio.
Sabbatum, idem.
Sadducæi, Iusti.
Sadoc, Iustus.
Sale, Missio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanasar, Pax ligata.
Salmon, pacificus.
Salomith, Idem, f.g.
Salomon, pacificus.
Salphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Custodia, Adamas.
Samson, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Positus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina, Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorás, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sareptha, Angustia bucellæ.
Saron, siue Sarona, Planities.
Satan, Aduersarius.
Saul, Postulatus, Commodatus.
Saul, 1.Reg.9,a.2 Hebraicè Sual, Vulpes.
Scenopegia. Festum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iustus Domini.
Segor, parua.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Dissoluens: Filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Positus.
Semei, Obediens.
Semei, 1.Par.2.d.28. nomen meum.
Sennacherib, Rubeus destructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, pulchra, aut tuba, Exo,1,c,1 §. per fin.
Sephora, Exo,2.d.21. Auis, Passer, Vxor Mosis.
Seth, Positus.
Setim, Expansiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus: Nilus.
Siloe, Missus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus. Exod.16.a.1. per Samech.
Sin, per sade, Arma, Scutum.
Sion, Aceruus. 2.Reg.5.b.7.
Sion, Deut 4.g.48. Strepitus.
Sisara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Custos.
Sophtim, Iudices.
Sorec. Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Susanna, Lilium, Rosa.

T

TArsus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans,
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharsis, contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, Simulachra.
Thomas, Abyssus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas,
Timotheus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana possessio.
Tyrij, Hebraicè, Sorim, id est, tribulantes.

V

VAicra. Et vocauit, Liber Leuitici.
Vaied dabber. Et locutus est. Liber Numerorum.
Vasthi, Potans, Bibens.
Veelle semoth, Et hæc sunt nomina. Secundus liber Legis, qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z

ZAbad, Dos, Dotatus.
Zabdi. Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zachæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Æmulator.
Zelpha, Distillatio oris.
Zorobabel, Alienus à confusione.

FINIS.

INDEX BIBLICVS
QVI RES EAS DE QVIBVS
IN SACRIS BIBLIIS AGITVR,

Ad certa Capita, alphabeti ordine digesta, reuocatas, summa breuitate complectitur.

IN hoc Bibliorum Indice, Candide Lector, primus numerus libri caput denotat: proximè deinde sequentes vsque ad hoc signum † vel (si hoc signum non adsit) ad proximam vsque sequentis libri citationem, sunt versuum in eodem capite signorum notæ. Exempli gratia in voce AARON, Exo.4,14,16,30†5,1†6,13†7,1,2. legendum est: Exodi c.4, versu 14, & versu 16, & vers. 30. Item cap 5 versu 1, c.6. versu 13. c.7, versu 1, & 2. Cum autem asteriscus, seu stella in hunc modum (Leu.8.*) numero apponitur, indicium est, rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari: vel significat locum illum esse inter reliqua diligentius notandum. Porrò si quod quæris, in versu hic notato contingat non adeò perspicuè inueniri, tum aliquot ex propinquis versibus antecedentibus, vel sequentibus tibi erunt perlustranda. In librorum nominibus ad faciliorem, & certiorem distinctionem id obseruatum est, vt Eccl. Ecclesiasten. Eccli. verò Ecclesiasticum notet.

AARON adiũgitur fratri suo Mosi socius, Exod.4, 14, 16, 30†5,1†6,13†7,1,2. Mich.6, 4. fuit pronepos Leui, Exo.6, 16,18,20 peculiari ritu consecratur cum suis filijs ad ministerium sacerdotij, Leu.8.* Nu.3,10. Deut.18,5. Hebr.5, 4. sicut Dominus præscripserat Exod 29*†40, 12. Aaronis, & filiorum sacerdotalis ornatus, Exod. 28*. Aaronis sacerdotis auctoritatem, qui noluerunt agnoscere, inusitato genere mortis intereunt, Exod. 16,3; 11,30,31. Aaron insigni miraculo ostenditur præ cæteris à Deo in sacerdotẽ summum electus, Exo.17,5,8. post oblationem factam bene dicit extensa manu populo, Exo.9,22. iure perpetuo accipit pro officio Sacerdotali oblationes, & primitias à populo, Nu.18,8,9, 11,12*. & à Leuitis decimas decimarum, Nu.18,26,28. moritur, Num.20, 28†33,36. Deu.10,6†32,50. succedit ei in summo Sacerdotio Eleazar, Num.20, 26. Deuter. 10,6. Aaronis laus Eccli.45,7,8,9*.

ABARIM mõs vnde moriturus iam Moyses terram Chanaan prospexit, Nu.21,11†27, 12†33,44*. Deut.32,49.

ABBA pater, Mar.14,36. Rom.8,15 Gal.4,6

ABDEMELECH propugnator, & patronus Ieremiæ, Ier.38,7. liberatur à gladio Chaldæorum, Ier.39,16,17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardẽtem Dan.3,21. appellatur Azaria, Dan.1,6.

ABDIAS abscondit prophetas Domini, 3. Regum 18,3,13.

ABDON Iudex in Israel, Iudi. 12,13.

ABEL occiditur à fratre Cain, Genes.4,8,1. Ioan.3,12. de eodem lege Matth.23,37. Luc.11 51. Hebr.11,4†12,24.

ABIAM filius Roboam rex Iuda, 3. Reg.14, 31†15,1.2. Paral.13,15. reliquit Asa regni successorem. 3. Reg.15,8. Matth.1,7.

ABIATHAR sacerdos effugit manus Saulis 1. Reg.22,20 confugit ad Dauid in Ceilam, 23,6 cũ Adonia se conitigit. 3. Reg. 1,7. amouetur sacerdotio, 2,27. iuxta illud 1. Reg 2,30,32.

ABIDAN dux Beniamin, Num. 1,11.

ABIGAIL, vxor impij Nabal, 1. Re. 25,3. nubit Dauidi regi, post mortem Nabal, 25,39.

ABIHA & Nadab filij Aaron igne absumũtur, Leu.10,2. Num.26,61.

ABIMELECH rex Geraris aufert Abrahę Saram, Gen.20,2. init pactum cum Abraham, Gen.21,23,32. init pactum cũ Isaac Gen.26,31

Abimelech filius Gedeonis, Iud.8,32 occidit 70. suos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iud.9,5,53*2. Reg.11,21.

ABIRON effert se contra Moysen, vnde, & terra discedens eum absorbet, Nu.16*.†26, 10. Deu.11,6. Psal.105,17. Eccli.45,22.

ABISAG Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3. Re.1,3 petitur ab Adonia in vxorẽ, 2,17

ABISAI filius Saruiæ, 2. Reg.2,18†16,9†19, 21†20,6†23,18.

ABIVD filius Zorobabel. Matt.1,13. appellatur Anania, 1. Paralip.3,19.

ABNEGATIO suiipsius. Gen.12,4†22,1,9. Deut.33,9. 3. Reg 19,19.2. Mach 6,19,23. Mat. 4,19†5,29†10,39†16,24† 19,21. Marc.10,21. Luc.9,23†14,26†17,33. Ioan.12,25.

Abnegatio omnium rerum. Gen.12,1. Deut. 33,8. Rut.2,11.2. Par.25,9. Mat.4,19†19,21,27. Mar.1,17†10,28. Luc.5,11†14,26†18,22.1. Cor.7,29 Ioan.12,25. Phil.3,7.

ABNER præfectus militum Saulis, creat Isboseth regem Israel 2. Reg 2,8. pacisciturcum Dauid, 3,12. occiditur à Ioab, 2 Reg. 3,27.

ABRA ancilla Iudith, Iudith 8,3 2†10,2. libertate donatur, Iudith 16,28.

ABRAM filius Thare habet Sarai vxorem. Genes.11,29. egreditur ex patria in terrã Chanaan

naan præcipiente Domino, 12,4. proficiscitur in Ægyptum, 12,10. redit inde in Chanaan, 13, 1. Liberat Loth fratrem suum ex manibus hostium, 14,14. accipit promissionem seminis, 15 4†17,16†18,10. concumbit cum Agar 16,4. accipit promissionem seminis, & signum fœderis, appellaturque Abraham, 17,5. orat pro Sodomitis, 18,23,28,32. Isaac ei nascitur 21,2 paratus est offerre Isaac, 22,9. mittit seruum qui quærat vxorem filio suo Isaac, 24,4. moritur, 25,8. commendatur. Eccli.44,20. appellatur pater multarum gẽtium, & omnium credentiũ, Genes. 17,5. Isa. 51,2. Matth. 3,9. Luc. 19,9. Ioann.8,39. Rom.4,11,17,18†9,7. Gal.3,8. de ipso, & eius semine vide Ios.24,3. Isa.41,8†51, 2. Ezec.33,24.2. Esd.9,7. Matth.8,11. Act.7,2, 16. Hebr.11,17.

ABRAHÆ filij qui dicãtur, Ioan.8,33 Ro. 9,7. Gal.3,7.

ABSALON filius Dauid, 2. Regum 3,3. occidit suum fratrem, & fugit ad Tholomai Regem Gessur, 13,37. reuocatur, 14, 21, 23. conatur patris occupare regnum, 15,6. concumbit cum patris concubinis, 16,22 iuxta prophetiam, 12,11. tribus hastis transfigitur à Ioab, 18, 14.

ABSTINENTIA à quibusdam cibis, Genesis, 1,29, 30†2, 17†3, 11†9,4. Exodi 12, 9,*†13, 6†21, 28†22,31†29, 34. Leuitic.6, 24†7, 18*†11, 4*†17, 27*†19,7†22, 8* †23,14. Numer.6,4†18,10. Deuteron.12,16, †14,3* Tob,1, 12. Iudith 12,2. Daniel.1, 8.2. Machab.7,1. Matth.12,4. Marc.2,23. Luc.6,1. Act.15,29.

Abstinentia à vino, Leuit.10,8†11,34. Numer 6,3. Iudic.13,4,14 Ierem.35,6. Ezec.44,21. Lucæ 1,15.

Abstinendum à cibo, & potu, etiam licito propter scandalum alterius, 2. Mach.6,24. Ro. 14,20,21.1. Corinth.8,13.

Abstinentiæ præceptum violare nolentes, Ierem.35,6*2. Machab.6,19*†7,2*

ABVSVS vestium, Isaia 3,8. Ezechiel 7, 20. Esther 14,16. Matthæi 11,8. Marc.12, 38. Luc. 7,25†16,19†20,45.1. Timoth. 2, 9.1. Pet.3,3.

ACCEPTIO personarum, vide persona.

ACCEPTIO munerum, Exod. 23,8. Nu. 35,31. Deuter.10,17†16,19†27,25.2. Paralip. 19,7. Iob 15,34†36,18. Prouerb.14, 20†15, 27†17,23†19,6†22,9†28,21. Eccli.4,36†7, 6,†20,31. Isa.1,23†5,23†5,23†5,33,15. Iudæ 16.

ACEDIA, 2. Reg.11* Prou.6,6†10,4,26† 12,11†13,4†18,8,†19,15,24†20,4,13†21,25 †24,30†26,13†28,19. Ezech.16,49. Eccli.33,26. Rom.12,11.

ACHAB impius Rex Israel, 3. Reg. 16,29, 30†18* vincit Syrios 20,20,29. init fœdus cum Benhadad rege Syriæ 20, 34. exercet tyrannidem in Naboth. 3. Regum 21,2 traijcitur telo, & sanguinem eius canes lambunt, 22, 38, secundum verba Heliæ, 21,19. filij eius pereunt, 4. Reg.10,7,11. secundum illud 3. Reg 21,21. 4. Reg 9,7.

ACHAIA, Actor.18,12,27†19,21. Rom.15, 26.1. ad Corinth.16,15.2. ad Corinth.1,1†9,2† 11,10.1. ad Theff. 1,7.

ACHAN lapidatur, Ios.7.25.1. Par 2,7. in valle Acor, Ios.7,24†15,7. If 65,10. Oseæ 2,15.

ACHAZ filius Ioatham, impius rex Iuda, 4 Reg.16*2. Paral 28*Isaiæ 7*Matth.1,9 appellatur Eliezer, Luc.3,29. Ezechias filius in regnũ patri succedit, 2. Paral.28,27 Matth.1,10

ACHIAS filius Achitob, sacerdos Domini, 1. Reg.14,3,18 appellatur Achimelech 21,1.

ACHIOR dux Ammonitarum, Iudith 5,5 traditur in manus filiorum Israel 6,7. fit Iudæus, 14,6.

ACHIS rex Geth donat Dauidi ciuitatem Siceleg, 1. Reg.27,6.

ACHITOPHEL Dauidi à consilijs adhæret Absaloni, 2. Reg.15,12. dat impium consilium, 16,21. suspendit se, 17,23.

ADAM creatur, Genes.1,27. collocatur in paradiso, & ligni scientiæ vsus ei interdicitur, 2, 15, persuasione Euæ præceptum violat, & paradiso pellitur. 3,6,23. Oseæ,7. moritur 5,5, Ro. 5,14.1. Corinth.15,22.

ADHORTARI ad bonum, Gen.13,8†45, 24. Ios. 22,5.2. Paralip.30,6†32,7.2. Esdr.5,6, 9. Act.11,23†14,21†20,17* 1. Theff. 5,11. Tit. 2*†3,1. Heb.3,12.

ADONIAS affectat regnum patris sui, 3. Reg.1,5. vxorem petit Abisag, & occiditur 2, 17,25,34.

ADONIBEZEC capitur, Iudic.1.6.

ADORATIO angeli, & hominibus tributa, Genes.18,2†19,1†23,12†27,29†33,3*†42, 6†43,26. Exodi 18,7. Numer.22,31.1. Reg.20, 41†25,23†28,14. 2. Regum 9,6†14,3*3. Reg. 1,15,12. Iudith 10,20. Esther 3,2. Dan.2,46. Actuum, 10,25.

ADRAMELECII idolum, 4 Reg 17,31.

Adramelech vsus subsidio fratris sui Sarasar, occidit patrem Sennacherib, 4. Regum, 19, 37. Isa. 37,38.

ADVENTVS Domini expectandus Mat. 24,42†25,13†26,40 Mar.13,33. Luc.12,40†21, 34 Rom.13,12. Eph.6,18. Coloss 4,1.1. Theff. 5,6.1 Pet.4,7†5,8. Apoc.3,3†16,15.

ADVLTERIVM, luxuria, & fornicatio, Gen.6,2†19,5,31,33*38,15. Exod.22,16. Leuit. 18,*†19.29†20,10,13†21,9. Num.25,1,6. Deutero.22,13;22,23†23,17. Iudic.19,2,25. 1. Reg. 2,22. Tob.4,13. Prouerbiorum 2,16†5*†7,10* †22,14†23†27,29.3. Eccles.7,27. Eccli 23,25* †25,4. Ezech.22,10. Act.15,20. Roman 1,26,1. Corin. 5,1†6,9,15†10,8. Ephes.5,5. Col.3,5.1. Theff.4,3.1. Tim.1,10. Heb.13,4.

Adulterium carnale, & spirituale prohibetur, committitur, & punitur Genes.20,2†26,7. Exod.20,15. Leuit 18,8†20,10. Numer. 5,13. Deuteron. 5,18†22,22,30. Iudic.10,2. 2. Regũ, 11,2,4,†12,1,9 Iob 24,15†31,1,9. Psalm.72,27. Prouerbior. 5,3,8,20†6,24,32†7*Isaiæ 57,1. Ierem.2,36†3,1†5,7†13,26. Oseæ 2,4†4,2. Sapientiæ,8,16. Matth. 5,27†14,3†19,9. Ioan.8,3. 1. Corinthiorum 6,10.1. Theffalon.4,3. Hebr. 13,4. Iacob 4,4.

ADVRAM, super tributa seu questor ærarius Dauidis, 2.Reg.20,24 postea à tributis ipsi Roboam, lapidatur, 3.Reg.12,18.

ÆGYPTIACA captiuitas prædicitur, Gen. 15,13, incipit, Exod.1,8,13.Act.7,18.

De Aegypto exitus, & liberatio Israelis promittitur, Gen.15,16†48,21†50,14. Exod.3,17† 6,6. adimpletur, & exeunt viri 600000. Exo.12, 37,51†13*14.Numer.33,1.Deut.16,1.Osee,13, 4 Mich 6,4.

In Aegyptum redire improbè flagitat Israeliticus populus, Exod.14,11†16,3†17,3.Num. 11,5†14,4†20,3.

Contra Aegyptum prophetatur, Isaiæ 19,1, 11,18† 20,3.Ierem.43,20†44,30†46*. Ezech. 29*†30*†31*†32*.

Aegyptiaca redemptio frequentet in memoriam reuocatur tãquam summum beneficiũ, Exod.20,2.Leu.22,33 †26,13.Deut.4,37†5,6†7 8†8,14†16,6.Iudith 2,1,6,8.1.Reg 10,18 4.Reg. 17,7.Mich.6,4.

Aegyptus affligitur plagis varijs, Exod.7*8* 9*10*11*.vt prædixit Dominus, Exod 3,19.

Aegyptus expugnatur à rege Babyloniæ, 4. Reg.24,7.Ierem 46,2.

Aegyptij prodeunt in pugnam contra Iudam, 2.Paralip.12,2.

Aegypto potitur Antiochus, 1.Machab.1,17. in Aegyptum fugit Christus Herodem, Matth 2,13.

ÆGROTATIO, & morbus pœna peccati, Exod.15,26. Leuit.26,16 Num.12*.Deut.7,15 †28,27,60.2.Reg.24,15.4.Reg.5,27.2.Paral.21, 18.Ioan.5,14.

Ægroti visitandi sunt, & consolandi, Gen.48, 1.4. Reg.8,29† 13,14. Iob 2,11. Psal.40,4. Eccl 7,3. Ezec.7,38.Matth.25,37,40.Io.11,3†12,9.2. Cor.1,4.

Quomodose viri sancti in morbo, & decessu ab hac vita habuerint. Genes. 49*† 50,14. Deuter.31,1,6.Ios.13* † 23* † 24*1. Reg.12*3. Reg.2,1,7.2. Paral.32,24.Tob.4*Isa.38,1.1.Machab 2,49,61

ÆNEAS sanatur, Act.9,33.

AGABVS imminentem famem prædicit Act.11,28. & Paulo manus inijciendas, 21,11

AGAG rex Amalechitarum capitur à rege Saule.1.Reg.15,8. iubente Samuele occiditur, 15,33.iuxta prophetiam, Num.24,20.

AGAR ancilla Saræ parit Ismahelem, Gen. 16,15. expellitur cum filio suo, 21,14. Galat.4, 30. Agareni è sua terra per Rubenitas profligãtur, 1.Paralip.5,19.

AGGÆVS prophetat Iudæis, Aggæi 1,3.1. Esdr.5*†6,14.

AGRIPPA, audit Paulum, Act.26,2.

AHIAS propheta in Silo secat palliũ in 12. partes, 3.Reg.11,30. mala prædicit vxori Ieroboam, 14,6,10. scripsit prophetias, 2. Paralipomen.9,29.

ACHIMELECH sacerdos dat Dauidi panes propositionis, 1.Reg.21,6 & gladium Goliath 21,9. transfigitur, 22,18. appellatur Ahias 14,3. vocatur Abiathar, Mar.2,26.

AHIRA dux Nephthali, Nu,1,15.

ALCIMVS periurus Iudæus ádeptus est sacerdotium, 1.Machab.7,5,9.2.Machab.14,31; 3.perit subita morte, 1.Mach.9,55,56.

ALEXANDER rex Græcorum, occiso Dario, regnum suum filijs diuisit, 1. Machab. 1, 7.vide Dan.7,6†8,8†11,4.

ALPHA, & OMEGA, principium, & finis, primus, & nouissimus est Dominus, Isa.41, 4†44,6†48,12.Apocalip.1,8 † 2,8 † 21,6†22, 13.

ALPHÆVS, pater Iacobi Apostoli, Mat.10, 3.Mat.3,18.Luc.6,15. Act.1,13.

ALTARE holocausti, Exod.27,1†38,1.Nu. 7*2.Reg.24,25.3.Reg 18,32 4.Reg.16,15.2.Paralip.1,5†4,1†15,8.1.Esdr.3,3.Ezech.43,13.1, Mach.4,47,53.

Altare incensi, Exod.30,1,10† 37,25†40,10.

AMALECH filius Esau nascitur, Gen.36, 12,16. pugnat contra Israel Exod.17,8.Nu.14, 43.Iudic.6,3. cæditur 7*1.Reg.14,48.funditus deletur, 1.Reg.15,2,8.iuxta verba Exod.17,14. Num.24,20.Deut.25,19.

AMAN. postquam ad honores fuit euectus fit lethalis hostis Iudæorum, Esth.3*suspenditur 7,10.eodem supplicio afficiũtur, & decem filij eius, 9,13.

AMASA filius Abigail sororis Dauidis, 1. Paral.2,17. fit dux militiæ apud Absalonem, 2.Reg 17,25.

Post militiæ Dauidis præficitur, 19,13. tandem à Ioab per fraudem occiditur 20,10.causa cædis ponitur 2.Reg. 19.

AMASIAS filius Ioas recesset populum, 2. Paralipom.25,5.vlciscitur cædem patris sui, 4. Reg.12,21†14,5.bello deuincit Edomæos, 14,7 capitur, & occiditur, 14,13. relinquit successorem filium Azariam regem, 15,1. appellatur Leui. Luc.3,29.

AMICI veri & ficti, Deut.13,6†33,9.2. Regũ 3,27†13,14†15,19† 20,8.Psalm.40,10†54, 14.Prouerb.14,20†18,24† 27,10,19.Eccli.6,7† 7,20†9,12†12,14†22,25† 37,10.Ier.9,4†12,6† 41,1.Dan.11,26.Mich.7,5. Matth.10,35. Luc. 12,53.Ioan.13,18.1 Thes 2,14.

AMINADAB filius Aram, Matth.1,4.huic Naasson filius eius in regno secutus est, Num. 1,7†7,12†10,14.

AMMON filius Lot & filij eius, Gen.19,38 Ammonitæ prohibentur ab ingressu templi, Deuter 23,3.2. Esdr.13,1.cæduntur ab Israel, Iudic.11,32.1.Reg.11,11 2.Reg.8,12†10*†12, 3.5. aduersus Ammon prophetatur, Psal.82,8. Ierem.49,1. Ezech.21,20†25,2. Amos 1,13.Sophon 2,8.

AMNON filius Dauid oppressit sororem suam Thamar, 2 Reg.13,14.vnde & ab Absalone fratre suo confoditur, 13,28.

AMON filius Manasse rex Iuda, occiditur, 4.Reg.21,19,22. ei in regno succedit filius Iosias, 4.Reg.22,1.

AMORI filius Canaan, Genes.10,16.Amorrhæi non patiuntur Israelem per suos terminos proficisci, Num.21,23.Iudic.11,19.

AMRI impius rex Israel, 3.Reg.16,16,17,22, 23, contra Amri, Mich.6,16,

ANA-

ANAMELECH idolum Sepharuaim 4.Reg.17,31.

ANANIAS propheta contra Ieremiam. Ierem.28,1.

Ananias cum vxore Sapphira subitò moritur. Act.5,5,10.

ANATHOTH ciuitas Beniamin. Ierem.32,7. vbi & Ieremias est natus. Ierem.1,1. † 29, 27. & sacerdos Abiathar 3. Regum 2,26.

Anathothitæ nolunt Ieremiam audire. Ierem.11,21.

ANDREAS à Christo vocatur. Matt.4, 18. Mat.1,16.Ioan.1,40.

ANDRONICVS vicarius Antiochi occiditur.2.Mach.4,38.

ANGELI, horumque ministerium, & natura. Genes.16,7*,18*,19*,21,17†22,11 † 24,7†28,12 † 31,11,65 † 32,24 †48,16. Exod. 3,2†13,21†14,19†23,20†32,34† 33,2. Numer. 20,16† 22,22. Iosue 5,13. Iudic.2,1† 5,23 † 6, 11,14,20† 13,3,6,9. 1. Regum 29,9.2. Regum 14,17 † 19,27† 24,16. 3. Regum 13, 18 † 19, 5.4. Regum 1,3,15 † 19,35. 1. Paralipomen. 21,15.2.Paralipomen.32, 21. Psalm.33,8† 90, 11† 102,20† 103,4† 148,2.Isa.6,6† 37,36. Daniel 3,49† 6,22 † 8,16† 9, 21 † 10,5,10,16† 12, 1. Zachar.2,3 † 3,1,6 † 4,1 † 5,5,10 † 6,4. Malach.2,7 † 3,1.Iudic. 13, 20. Tob.5, 27 † 6*,9*,12*.Tob.7,5† 8,3† 10,11† 12,2. Baruch, 6,6.2.Machab.11,8 Marc.1,20 † 2,17,19† 4, 11 † 11,10 † 13,39,49† 16, 27 † 18,10 † 22, 30† 24,31 † 26,53 † 28,2. Marc.13,32. Luc.1,13, 19,28 † 2, 9,15 † 12,8 † 16,22 † 22, 43. Ioan.1. 51† 5,4† 20,12 Actum 1,10 † 5,19† 6,15† 7,30 † 8,26† 10,3 † 11,13† 12,7,11,23 † 23,9† 27,23. Rom.8,38. Gal.1,8† 3,19† 4,14. Colossen.2,18. 2.Thessalon.1,7 1. Timoth.3,16 † 5,21. Hebr. 1*,† 2,2† 12,22† 13,2. 1. Petr.1,12† 3,22.2.Petr. 2,11.Iudæ 9 Apo.*.

Angelorum ruina. Iob 4,18 † 15,15. Isa.14, 9. Ezech.28,2,14,17. Ioann.8,44. 2.Petri 2,4. Iudic.6.

Angelorum nomine appellantur doctores, & prædicatores. Isa.33,7. Malac.2,7 † 3,1. Matth.11,10. Marc.1,2. Luc.7,27. Galat.4,14. Apocalyp 2*.3*.

ANIMÆ quorundam piorum statim post mortem sunt cum Christo, 2.Corin.5,8.Philip. 1,24.Apoc.14,13.

Contra eos qui putant illas vsque in diem iudicij quiescere.

ANNA parit prophetam Samuel, 1.Reg. 1,20.

Anna prophetissa laudat Dominum Deum. Luc.2,36.

ANNAS socer Caiphæ. Luc.3,2.Ioan.18. 13.Act.4,6.

ANTICHRISTVS, & eius regnum Isai.11,4.Ezech.38*,39*.Dan.7,7,19,24† 8,9,23 † 9,27† 12,1.Zachar.11,15. Matth 24,24. Marc. 13,6.Io.5,43. Actu.20,29.2. Thessal.2,3.1. Timoth.4,1.2. Timoth 3,2.2.Petr.2,1. Ioan 2,18, 22† 4,3.2.Ioan.1,7.Iudæ 10.Apoca.11,7† 12,8† 13*,† 14,9† 17*,† 19,20† 20,2,8.

ANTIOCHIA suscipit Apostolorum de Christo prædicationem. Actuum 11,19,26 † 13,1

ANTIOCHVS illustris proficiscitur in Ægyptum, 1. Mach.1,18.destruit templum, & subuertit ciuitatem Ierusalem. 1. Mach. 1, 23, 33.2.Mach.5,16. erigit idolum super altare Domini, 1. Machabeor.1,57.moritur, 6,16.2. Machab.9*.

Antiochus Eupator, filius prædicti Antiochi fit rex.1. Mac.6, 17. cum exercitu tendit in Iudæam, 6, 31. non seruat Israeli fidem, 6, 62. cæditur 7,4.

ANTIQVÆ viæ inquirendæ, & obseruandæ, & à nouis declinandum. Ierem.6,16. Prouerb.22,28. Eccli.8,11 † 39,2. Rom.16, 17. Gal.1,6,7,8.1. Timot.6,20.2. Timot.4,3.2. Pet. 3,17.1. Ioan.2,24,2. Ioan. vers.7. Iudæ, vers.18, 19,20.

APOLLO vir facundus, & Scripturarum peritus Act.18,24. 1. Corinth.1,12 † 3,4 † 16,12.

APOLLONIVS dux in Syria. 1. Mac. 3,12 † 10,69.

APOSTOLVS magnus est Christus. Hebr.3,1.

Apostoli eliguntur ex discipulis. Luc.6,13. mittuntur ad annunciandum regnum Dei in Iudæa, Matth.10*. Luc.9,24,46. reuertuntur 9, 10. mittuntur in vniuersum mundum ad euangelizandum, Matth.28,19.Mar.16,15. Luc æ 24,46.Ioan.1,5,16,27 † 20,21. Actuum 1,8 † 10,42.

Apostoli vsi sunt membranis, seu libris, 2. Timoth.4,13. hortantur ad studium legendi. 1. Timoth.4,13,15. Opifices autem qui noctes, & dies alijs occupantur iubentur non immiscere se Ecclesiasticis rebus. Eccli.38,26,37.

Apostoli, & Prophetæ habuerunt spiritum Dei. Exod.4,12.2 Reg.23.2.Dan.9,10. Zach.7, 7.Matt.10,20. Marc.13,11. Ioan.14,17.Act.1,5 † 2,4† 4,31† 9,17† 16,6.1.Corinth. 2,12† 12,32. Corint.13,31. Thes.4,8.2. Timot 3,16.1.Pet.1, 11.2.Pet 1,21.

APPARITIONES Dei, angelorum, & hominum. Gen 32,24. Exod.3*. Num.22, 21. Ios.5,13.1.Reg.28,11. Matth.17, 3 † 28,2,9. Mar.9,3† 16,5,9,12,14. Lucæ 9,30† 24,4,15,36. Ioann.20,12,14,19,26 † 21, 1. Act.1, 10 † 16,9 † 18,9.

AQVA nihil nocumenti, vel impedimenti, ad fert electis Dei. Exod.14,22. Psal.65,6.Isaiæ 43,2.Ionæ 2,5.

Aqua nominatur persecutio. Psalm.61, 10 † 143,7.Prou.17,14. Marc.7.25. Luc.6,48. Apocalyp 12,17.

Aquę assimilantur cognitio Dei, & dona Spiritus sancti. Isa.11,9 † 12,3† 35,6† 43,20 † 44,3. Ezec.47. Zach 14,8.Ioan.4,10† 7,38.

Aqua benedicta, vide Benedictio.

ARAD rex Chananitarum pugnat contra Israel. Num.21,1.

ARAM, qui & Ram nominatur, filius Esron, genuit Aminadab, Ruth 4,19. 1.Par.2,10. Mat.1,4.Luc.3,33.

ARAN

ARAN frater Abraham,& pater Loth. Genes.11,27.
ARCA Noe. Genes 6,14† * 8* Sap.10,4 † 14.6. Matth.24,38. Luc.17,27. Hebr.11,7.1. Pet. 3,20.
Arca fœderis Domini paratur. Exo.25,10,21. assumitur in castra contra Philisthæos. 1. Reg. 4,5 capitur,4,11.
Arca quid continebat. Exo.16,34. Deut.10,2 † 31.26.3.Reg 8,9.2.Par.5,10.Heb.9,4.
ARCHELAVS regnat loco patris sui Herodis. Mat.2,22.
ARIOLI, & aruspices.Dan.2,2,27† 4,6† 5,7,11.Act.19.13.vide incantatores.
ARISTARCHVS socius S.Pauli, & in itinere & in vinculis Actu. 19,29 † 20,4 † 27.2. Colos.4,10.
ARPHAXAD rex Medorum, à Nabuchodonosor victus.Iudith 1,1,5.6.
ARSACES rex Persarum,& Medorum superat Demetrium.1.Mac.14,3.
ARTAXERXES rex Persarum recipit literas plenas querelis aduersus Iudæos. 1. Esd. 4,7,17. respondet, iubet ædificationem templi impediri, 4.21.permittit Israeli ædificare templum.1.Esdr.7*.
ASA filius Abiã rex Iuda tollit idola.3.Reg. 15,8,12. subsidium quærit à Syris, & moritur, 15,19,24. Iosaphat filius eius rex post eum. 1. Paralip.3,10.
ASAPH cantor Dauidis. 1. Paralip. 6, 39 † 16,5.
ASARHADDON, postquam pater eius Sennacherib confossus est, succedit in regnum. 4.Reg.19,37.Isa.37,38.
ASENETH parti ipsi Ioseph Ephraim, & Manasse. Gen.41,50† 46,20.
ASIA subijcitur Romanorum imperio.1. Mach.8,6.
ASSVERVS rex Persarum instruit splendidam cœnam.Esth.1,3.accipit Esth. vxorem.2, 9,17.relinquit Darium filium suum successorem.Dan.9,3.
ASSVR filius Sem filij Noe constituit regnum Assyriorum.Gen.10,22.1.Par.1,17.
Assur virga furoris Domini Isa.10,5. contra Assyrios prophetatur. Num.24,24.Is 10,5† 14, 21 † 17,3 † 30,28,31 † 31,8.
Rex Assur expugnat Israelitas, & transfert in Assyriam.4 Reg.15,29*†16*†17* expugnat ciuitates Iudæ,4,18*.2.Paral.32*. Ezec.36*.
Assyriorum exercitus ab angelo cæditur. 4. Re.19,37.2.Par.32,21.Esa.37,36. Eccl.48,24.1. Mach.7,41.2.Mach.8,19. Tob.1,21.Ion.2.5.
ASTAROTH Iudic.2,13 † 10,6. 1. Reg.7, 3 † 12,10.
ATHALIA filia Amos regis Israel. 4. Reg. 8,26. perdit totam ferè regiam stirpem 11,1.regnat sex annos in Iudæa.2.Par.22,12.interimitur.4.Reg.11,16,20.
ATHENOBIVS mittitur ad Simonem. 1. Mach.15,28.
AVARITIA, Ios.7,20.1. Reg.8,3 † 25,3, 10.3.Reg.21,2.4.Reg.5,20,22.Psalm.36,16,21. Proverb.1,19†11,28 † 12,27† 15,6,16,27 † 28, 16,22 † 30,15.Eccles.2,26† 4.8† 5,9† 6,1.Isa.5 8† 56,11.Ierem.6,13† 8,10. Ezech.22,13. Amos 8,4.Mich.6,10.Abac.2,9. Eccli.14.3† 31,3 † 41, 4 2. Mach.4,50† 10,20.Matth.6,19† 26,14,46 † 27,3.Marc.8,36. Luc.12,15.Ioan 12,4. Act.5.1, † 8,19.24,26.1.Corin.6,10. Ephes.5,3. Philipp. 4,11.Colos.3,5.1.Timot.6,9.ad Titum 1,7,11. Heb.13,5
AVDIENDVM verbum Dei. vide Verbum Dei.
AXA filia Caleb traditur Othonieli in vxorem.Ios.15,17,Iud.1,13.
AZARIAS filius Amasiæ rex Iuda fit Leprosus 4.Reg.15,5.2.Par.26,19.reliquit filium Ioatham regem.4. Reg.15,32.1. Paralipo.3,12, appellatur Ozias 2.Paral.26,19. Mat.1,9. Matthat.Luc.3,29.
Azarias propheta mittitur ad regem Asa.2. Paralip.15,2.

B

BAAL idolum Samaritanorum.3.Reg.16, 31.altare Baal destruitur.Iudic 6,25,30.Sacerdotes Baal occiduntur.3. Reg.18,40.4.Reg. 10,25 † 23,5.
BAANA, & Rechab suspenduntur.2. Regum 4,12.
BAASA impius Rex Israel, pugnat contra Asa regem Iuda.3.Reg.15,16* cum omni progenie sua extirpatur, 16, 6, 11. secundum verbum Iehu,16,1,2,3.
BABYLONICA captiuitas 70. annorum prædicitur. Leu.26,31. Deut.4,26† 28,36, 49.4.Reg.20,17.Esa 5,13,19 Ier.13,19,24† 16, 9,† 20,4,6† 25,8. Ezec.7* 12* 22,5.Mich.3,12† 4,10.Abac.1,6 Baruc.6,1.
Babylonicæ captiuitatis initium. 4.Reg.34* 25* 2 Par.36* 3.Esd 1,40,52.
Finis captiuitatis promittitur, & prophetatur. Leu.26,42 Deut.4,29 † 30,2,3.Reg.8,33.2. Par.6,24,37. Esa.14,1† 40,1† 48,20.Ier.12,15 † 16,16 † 24,5† 25,12† 29,16† 30*,† 31,9† 32,3 * † 16,27.Ezec.11,16.Dan 9,2,25. Baruch 6,2. Liberatio fit 1.Esd.1.* 2*.3. Esd.2,1.
Babylonicę captiuitatis causa 4.Reg.17,7,13, 18.contra Babylonem.Ps.136,8.Esa.13*.† 14, 2,4† 21,2,9† 47*.Ier.25,12,† 50* 51*. Baruc 4, 27.Apoc.14,8 † 16,19† 17* 18*.
BACCHIDES dux Demetrij.1.Mac.7, 8.occidit Iudam ex præcepto Demetrij,9,18.
BALAAM conducitur ad maledicendum Israel. Nu.22* † 23* docetur à Domino quid illi loquendum sit,23,5,26. Balaam doctrina.2. Pet.2,15.Apoc.2,14.
BALAC rex Moabitarum mittit nuncios ad Balaam. Num.22,5. Iosue 24,9. vide Iudic. 11,25.Mich.6,5.Apoc.2,14.
BALTHASAR videt manum scribentem.Dan.5,5,occiditur,& regnum eius delabitur ad manus Darij,5,30,6,1.
BANAIAS dux Cerethi & Pelethi.2.Reg. 20,23.Dauidi à consilijs,23,23.1.Paralipomen. 11,25.postea præfectus militum Salomonis. 3. Reg.2,35.

BA-

BAPTISMVS à Christo præceptus, Matt. 28,19.Mar.16,16.Ioan.3,5.
Baptismum docuerunt Apostoli,& administrarunt.Act.2,38,41 † 8,12,36 † 9,18 † 10,47 † 16,15,33 † 19,4 † 22,16.Rom.6,3.1.Corin.1,14. Gal.3,17.Eph.4,5.Heb.6,2.
Baptismus saluat.1.Petr.3,21. baptismus est lauacrum regenerationis. Tit.3,5.
Baptismus tollit omnia peccata. Gen.17, 14. Esa.44,3.Ezec.36,25.Zacha.13,1. Matt.18,14 † 28,19. Marc.1,4 † 16,16.Ioan.1,33 † 3,5.Act.2, 38† 8,12.38† 16,33 † 18,8.Rom.6,3,4,5,6 * 1. Cor.6,11.Eph.5,26.Colos.2,11 * Tit.3,5*Heb. 10,22.1.Pet.3,21.
Baptismus non est iterandus. Eph 4,5.Heb. 6,6† 10,16.Idem declarat ipsius figura. Ge.17, 14.1.Corin.10,2.
Baptismus Ioannis.Mat.3,6† 21,25.Marc.1. 4† 11,30.Luc 3,16† 7,29 † 20,4 Ioan.1,25,33 † 3,23.Act.1,5 † 11,16† 13,24 † 19,3.
Baptismus pœnitentiæ prædicatur. Marc.1. 4.Luc.3,3.Act.2,38 † 13,24† 19,3.Roman.6,3. Colost 2,12.
Baptismi nomine significatur passio. Matt. 20,22.Mar.10,38.Luc.12,50.
Baptismus in Spiritu sancto, & igne Matt.3, 11.Marc.1,8.Luc.3,16.Ioan. 1,33. Act.1,5 † 2,4 † 11,15.
BAPTIZANDI sunt paruuli. Gen.17,14. Exod.4,24,25,26.Matth.11,28 † 18,14† 19,13. Mar.10,14. Luc.18,14.Ioan.3,5. Act.2,39,41 † 16,15,33† 18,8.1. Corint.3,16† 10,2 † 15,22.1. Timot.2,4.
Baptizari in scripturis aliquando exprimitur per verbum illuminari. Hebr.6, 4.aliquando per Renouari.Heb.6,6.
Baptizatus Christus. Matth.3,15. Marc.1,9 Luc.3,21.In baptizatum delabitur Spiritus sanctus.Mat.3,16. Mar.1,8.Luc 3,21. Ioan.1,33.
Baptizat Christus per discipulos. Ioan.3, 22 † 4,2.
Baptizata integra domus.1. Cori.1, 14. Act. 16,15,33 † 18,8 † 16,33.
Baptizati accipiunt Spiritum sanctum. Act. 2,38 † 19,3. Induunt Christum. Gal.3,27. in morte ipsius baptizantur. Rom.6,3. in vnum corpus baptizantur.1.Cor.12,13,27.
Baptizatus Simon Magus. Act.8,13.
Baptizatus Eunuchus,Act.8,38.
Baptizatus Cornelius gentilis.Act.10,47.
BARIEHV à Deo per Paulum vsu oculorum priuatur. Act.13,11.
BARNABAS ponit pretium agri ante pedes Apostolorum. Act.4,37. ducit Paulum ad Apostolos,9,27.mittitur Antiochiam,11,22.reditin Ierusalem,11,30.iterum recepit se Antiochiam cum Paulo,12,25.
BARRABAS latro dimittitur. Matt.27,26. Mar.15,15.Luc.23,25.Ioan.18,40.Act.3,14.
BARTYMÆVS visu donatur Marc.10, 46,52.
BARVC filius Neriæ.Ierem.32,12.dictante Ieremia scribit librum, qui comburitur,36 * conscribit alium, qui populo prælegitur, 45,1. Baruch 1,3.
BARZELLAI prouidet regi Dauid de cibis.2.Reg 17,27.deducit eum vsque ad Iordanem,19,3, 1 * Dauid præcepit, vt filijs Barzellai bene fiat.3.Reg 2.7.
Barzellai quoniam suæ genealogiæ scripturam demonstrare non poterat,reijcitur à Sacerdotio.1.Esd.2,62.2.Esd.7,64.
BASEMATH filia Salomonis, vxor Achimaas.3.Reg.4,15.
BATHVEL filius Nachor pater Rebeccæ. Gen.22,23.
BEATITVDO seu beatorum gaudium,& vita æterna. Sap.3,7† 5,1,16.Isa.2 5,9 † 30.29 † 49,20† 60 * 64,2.Ierem.31,3,8, 13. Dan.12,13. Mat.13,43,† 19,28 † 25 *. Mar.12,25. Luc.9,23 † 16,22 † 22,29. Ioan.16,20 † 17,2,24.Rom.8, 30 1.Cor.2,9† 15,41.2.Cor.12,3.2.Tim.4,8.1. Petri 1,4,8 † 5,4. Heb.10,35 † 12,23. Iaco.1,12. Apoc.2 * 3 * 7,9,15 † 14,1 † 21 * 22 *.
Beatitudo quomodo comparetur. Isa.25,9. Mat 20,23 † 25,34. Mar.10,40 Ioan.3,15,16,36 † 5,24† 20,29.Act.2,21 † 15,11 † 16,31.Rom.1, 16† 10,4.Eph.1,13† 2,6.1. Thess.5,9.2. Thessal. 2,13.2. Timoth.1,9. Titu.1 † 3,5. 1. Petri 1,9. Heb.5,12.
BELIS, & Draconis historia.Dan.14*.
BELLVM est pœna peccati. Leui.26,24. Deut 28,36,49. Iudic.2,13 † 3,1,8 † 4,1 † 6,1 † 10,6 † 13,1.Esa.5,25.Ier.5,15.
In Belli necessitate quomodo se quis habere debeat. Exo.17,8,12.1 Reg.17,20*.2.Par.12,2, 6† 14,9,12† 18,20,1† 32,1,6.Iudith 8,9 * 1. Machab.3,16,20† 4,7,10† 7,41,45. 2 Machab.8,16, 19.Deus pugnat pro suis. Exod.14,13.Deut.1. 30† 3,22 1.Reg.17,46.2.Paral.20,15.Psal.17,35 † 14,3,1.Isa.30,15. Quære Victoria.
Bellandum armis quoque spiritualibus Roman.13,1 2 2.Corinth.10,4. Ephes.6,11.Galat. 5,17.
Bellum quibus de causis susceperint olim fideles.Gen.14,14 Iudic.9,27† 20* Iosue 10,1,7. 1.Reg.30,1,8.
BENEDICTIO qua homo homini benedicit. Gen.14,19† 27,4* † 28,4 † 48,9. Exod. 12,32,39,43. Leuit 9,22. Num.24,9* Deut.10,8 † 33,1.Iosue 8,33† 14,13† 15,19† 22,6.1.Reg 2, 20.2.Reg.6,18 † 13,26 † 14,22† 19,29.3.Reg.1, 47† 8,14.4. Reg.10,14 1. Paral.16,2.2. Paralip. 6,3.Iudith 15,10. Psal.117,26† 128,8.Prouerb. 27,14.1. Machab.2, 69. Luc.2,34 † 6,28. Rom. 12,14.Hebr.7,2.
Benedictio, qua creaturæ consecrantur, & sanctificantur. Exod.28,2† 29,6,27. Leu.21,10† 22,2† 27,28,29.30 Num.5,17† 31,6.Iosue 6,24 Iud 17,3.1. Reg.21,5.1.Par.18,11.3. Esd.1, 41. 1.Timoth 4,5 *. Hebr.9,2,3. Hinc consecratio Sacerdotum, vestium, altarium, templorum, cereorum,aqua lustralis,& cetera.
BENHADAD seruat fidem, & pactum cũ rege Asa.3.Reg.15,20 obsidet Samariam, 20,1. 4.Reg.6,24.ægrotat, & moritur,8,7,15.
Benadad filius Hazael fit rex Syriæ.4. Reg. 3,24. subicijt sibi Israelem,13,3.
BENIAMIN filius Iacob nascitur. Genes,35,16.

BE-

BENIAMITÆ abuuntur vxore Leuitę, Iud.19,25.puniuntur,20,41.
BESELEEL insignis artifex, Exod.31,1, † 35,30.
BESTIÆ,& bruta animantia non crudeliter tractanda,Gen 33,13.Exo.23,12.Num.22 23,28.Deuter.5,14 † 22,10 Prouerb.12,10. Eccli.7,24.
BETHSABEE filia Eliam vxor Vriæ à Dauid cognoscitur,& parit 2.Re.11,4,27. puer ægrotat & moritur,12,15,18. fit vxor Dauidis, parit ei Salomonem,12,24. 1.Paralipom.3,5. Matth 1,6.
BETHSAIDA vrbs natiua Andreæ,& Philippi,Ioan.1,44 † 12,21. deploratur, Matth.11, 21.Luc.10,13.
BETHSAMITÆ grauiter puniuntur, 1.Reg.6,19.
Bona opera, pietasque vera in Deum commendantur,Exo.19,5 †20* † 23,29,25 Deuter. 5,6,11,16†10.12.Iosue 22,5. 1.Reg.15,22. Psal. 2,10†39,7 †49,14. Prou.3,1 † 14,31†1,3. Isa. 1,16†58,6. Ierem.22,3. Ezech.18,6. Olee 6,11. Mich.6,8. Zach.7,9†8,16. Eccli.35,12. Matt.5, 24,29,39. Luc.1,75†3,11. Ioan.12,26. Roman. 12*13* 14, 17. Philippen.3,3.Iacob.1,27, vide Opera.
Bonitas, & benignitas Dei erga suos, Genes. 18,26,30. Exod.6,1 † 9,26 † 11,7† 20,6 † 34,6. Num.20,8 Deute.4,29 † 5,10†7,9 † 10,18 † 28, 1 † 30,3 † 32,10. 2 Reg.7,12 † 12,13 † 24,14.3. Reg.8,23 4.Reg.20,5 2.Esdr.9,8. Sapien.11,24. Eccli.2,12†18 1. Psalm.31,5†35,7 †30,25†85, 5 † 102* † 135* † 144, 8. Isaiæ 30,18 † 54, 5,7 † 55,7. Ierem.12,15†18,3. Ezech.18,27†33,15. Ose. 2, 21. Ioel 2, 13. Ionæ 4,2 Matth.11,28† 18,19. Luc.1,30†6,36 † 15,20,27 † 23,43. Rom. 11,4,31.1.Cor.1,3.Ephes.2,4. 1.Tim.1,13,16.

C

CÆCITAS tum corporis, tum animi, Genes.19,11,Deut.28,22.4.Reg 6,18. Psal. 68,24 † 145,8. Isaiæ 6,10 † 42,7,16,18 † 35,5 † 29,18†43,8†56,10 †59,10.Sap.2,21. Tob.2,11. 2.Mach.10,30.Mat.15,14.Mat.8,18.Luc.4,19. Ioan.9,1,4†12,40. Act.9,8,18 † 13,11. Ro.1,21 † 11,10.2.Cor.4,4. Ephe.4,18. 2.Pet.1,9.1.Ioan. 2,11.Apoc.3,17.
Cæci illuminantur, Tob.11,15. Matth.9,30 † 30,34.Marc.8,25†10,46.Luc.18,35.Io.9,7.
CERIMONIÆ Ecclesiasticæ, seu cultus externus, Genes.8,20† 14,18† 15,9 † 17,10 † 22 † 26,5 † 28,11 † 33,20 † 43,4,26. Exod. 12* † 18, 20 † 19* Leuit.8, 34 † 9* † 10,19 † 12* † 14* † 23* † 24* Num.1,50 † 4* † 5* † 6* † 7* † 8* † 9* † 15* 1.Paral.23.* 1.Esd. 6* Matth.2,11.
Ceremoniæ,seu ritus certiin orando, 3.Reg. 8,22,54† 17,21 † 18,42.2.Paralip.5,12 * Matt. 2,11† 26,39. Marc.14,35.Luc.22,41.1.Cor.11, 4* 1.Timot.2,8.
CAIN primus filius Adam nascitur, Genes.4,1.occidit suum fratrem Abel,4,8.Sap.10, 3. 1.Ioan.3,12.
CALEB filius Hesron,1. Par 2, 18.explorator terræ Canaan. Num. 13,8,31 † 14, 6,24, 30,38.
Postulat, & consequitur terram Hebron Iosue 14,6.9,13 † 21,12, Iudi. 1,20. 1. Paralipomen.6,56.
CALIX iræ,& furoris,Esa.51,17.Ier.25,15 Psal.59,5 † 74,9 Apoc.16,19.
Calix passionis, Matth.20,22 † 26,38. Marc. 10,38.Luc.22,42.Ioan.18,11.
CAMOS. vide Chamos.
CANA ciuitas Galilææ, vbi Christus aquã in vinum mutauit,Ioan.2,7.
CANAAN filius Noe maledicitur, Gen. 9,25 † 10,1,6.laus terræ Canaan, Deut.11,10, Terra Canaan promittitur Abrahamo, & eius semini,Gene.12,7 † 13,15 † 15,18 † 17,8 † 26,4 † 35,12.Exod.3,8,17.Leuit.20,24. Deu.9,6.datur,Ios.13,6.quam ob causam Deus Cananæos expulerit. Leuit. 18, 25. Deute.9,4 † 18,12† 20, 17. quamobrem paulatim, & non simul illas nationes profligauerit, Exod.23,29. Deut.7,12. Iudic.2,23 † 3,1 descriptio, & diuisio terræ Canaan,Genes.10,19.Exod.23,31.Numer.26,52 † 33, 54 † 34* Iosue 13 * † 14 * † 15 * † 16 * † 17 * † 18 * † 19 * Ezech.47,13,21.
Cananææ mulieris filia à dæmonio liberatur,Matth.15,28.
CAPHARNAVM, ciuitas Galilæ, in qua cœpit Iesus prædicare, Matth.4,17. Luc. 4,31.curat ibidem seruum Centurionis, Matt. 8,13.appellatur ciuitas eius, 9, 1. increpatur, 11,13.
CAPTIVOS inuisere,Gen.14,14.1.Reg. 30,9. Tob.1,15.Iere.38,9.Matt.25,37.Act.12,5, 2.Tim.1,16.Heb.13,3.
Captiuos non deserit Deus, Genes.39,21.Sapien.10,13 Isaiæ 42,7. Act.5, 18 † 12,17 † 16, 25
Carnem suam crucifigere, quomodo quisq. debeat,Eccli 19,1.Rom.6,12†8,12,13,14. Gal. 5,16.Ephe.4,22†5,3.Tit.2,12.1.Pet.2,1†4,2.6. Heb.12,1
CASTITAS cœlibum præfertur castitati coniugali,Psalm.44,15.Sapien.6,20.Matth.19, 12†22,30.1.Corinth.7,25,32,34,38*Apocalyp. 14,4
Castitas hæc consulitur,vt perfectio euangelica,Mat.19,12.1.Cor.7,25
Castitatis laus.1.Reg.21, 5. Tob.6, 16* .Iud. 15,11†16,26 Psal.44,15.Prou.22,11.Sap.3, 13, 14,†4,1,2,†6,20. Eccl 6,28†26,20.Esa.7,14†56, 3,4,5*.Zachar.9,17.2.Machab.14,38.Matt.5, 8,48 † 19,12 † 22,30*† 25,1.Luc.1,27† 20,34. Act.24,25.Rom 2,7.1.Corin.7,25*.2.Cor.6,5 † 11,2.1.Thimoth.2,2†3,2†4,12,†5,2.Tit.1,8† 2,5 Apoc.14,4
CAVENDVM à pseudoprophetis, Matt.7, 15.Marc 8,15†13,6.Luc.17,23
CAYPHAS summus Sacerdos consilium dat contra Christum,Ioan.11,49†18,14.prohibet Apostolis ne prædicent,Act.4,18
CEPHAS, vide Petrus.
CEREORVM, & lampadum in templis vsus,2.Paral.4,20

CER-

CERTI non sumus de accepta peccatorum remissione, vel vita æterna consequenda, Eccl.9,1,2.Eccli.5,5.Rom.8,17† 11,20.1.Cor. 4,3,4 † 9,27† 10,12 Philip.2,12 † 3,11,13,1. Tim.1,19 2.Pet.3,17.Heb.3,14†4,1.
CHAMOS, siue Camos, idolum Moabitarum,Num.21,29.huic Salomon ædificat templum,3.Reg 11,7.destruitur,4.Reg.23,13.
CHARITAS virtus fidei præstantior, Prouerb.10,12. Matt.22,38†25*. vbi à nuptijs excluduntur non habentes oleum charitatis, Mar.12,33.1.Cor.12,31* † 13,1,8,13*.Colos. 3,14.1.Tim.1,5.1.Pet.4,8.1 Ioan.4,16.
Charitas fraterna,Genes.13,8.Leuitic.19,18. Deut.22,1,1.Regum 18,1.Eccli.25,2:Psal.132, 1 Prouerb. 10, 12. Matth.7,3 † 19,19 † 22,38. Ioan.13,14,34†15,12. Rom.12,10†13,9.1.Corinth.13*. Galat.5,14. Ephes.4,15†5,1. Philip. 2,2.Colossen.3,13,1.Thessal.4,9,1.Timot.1,5. Heb.13,1.1.Petr.4,8,1 Ioan.3,23†4,7,Diligendi etiam inimici,Exod.23,4.1.Reg.24,5,7†26, 5 † 30,11.2.Regum 19,19.4 Regum 6,21, Iob 31,29.Prouerb.25,21,Matth.5,44. Lucæ 6,27, 35†23,33.Actor.7,60.Roman.12,20. vide Dilectio.
CHOREAS ducere, Exod.32,6,19. Iudic 11,34†21,21.2.Regum 6,14.Psalm.149,3† 150,4
CHRISTVS Iesus verus Deus, & homo promittitur, Genes.3,15†12,3†17,19 21†22, 18†26,4†28,14†49,10 Numer. 24,17.Deuter. 18,18,1. Regum 2.10,35.2.Regum 7,13. Psal. 2*.21*.109,1.Isa.7,15†8.3†9.6†11,1,10†28,16 † 40 9.42,1†45,1†46,13†40,1,6,10†50,5†52, 10†59,20†53*.†60,1†62,11.Ier.23,5†30,9†33 15.Ezech.17.22†34,11,1,23†37,24.Dan.7,13 †9,24.Mich.5,1.Agg.2,8.Zacha.2,10†3,8†9,9. Malac.3.1.
Christus secundum promissum Dei patris primum in tempore propter nos verus homo factus, & nobiscum conuersatus, Ioan 1, 14.Deus in carne manifestatus est,1.Timot.3, 16.1.Ioan,4,2. Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati,Rom.8,3.
Christus est verus Dei Filius, Matth.3,17† 14,33 † 17,5.Marc.1,11†5,7†9,7 † 15,39 Luc. 1,31.†3,22.†9.3,5. Ioann.1.34,49 † 6,69†9, 36 †11,27†19,7.Roman. 1,4 † 8,3. Hebr.1,2†5,8 †6,6†7,3†10,29.2.Petri 1,17.1.Ioann.3,8 † 4, 9†5,20.
Christus conceptus de Spiritu sancto, Mat. 1,20 Luc.1.35.
Christus natus ex Maria virgine, Matth 1. 25.Luc.1,31†2,6.11.Galat. 4,4.Isa 7,14. natus in Bethlehem,Matt.2,1.Luc.2,6,11,Ioan.7,42. Michææ 5,1.
Christus sine peccato. Isa.53,12.Ioan.8.46.2. Corinth 5.21.1.Pet.2,22,1,Ioann.3,5. Hebr.4, 15†7,26. circumciditur, Luc.2,21. baptizatur in Iordane, Matthæi 3,16. Marc. 1,9. Lucæ 3,21.
Christus manifestatur, & demonstratur certis testimonijs, Matth. 1,1,16,23†3,11†8,29 † 11, 5 † 16, 16 † 17, 5 † 22,44 † 26,64†27.53. Marc.9,7 † 15,39, Lucæ 1,41,31 † 2,10,16*.† 9,29†22,68.Ioan.1,14.29,32,49 † 2,11†3,2,13 16,35†5,39†6,69† 7,40†9,35†10,7,24,36†11, 27,41†12,17†14*. † 15,25†17 1†20,28.Rom. 1,2†8,3†9,5,2 Corint.5,19.Galat.4.4.Philip.2. 6.Colossi.2, 9. 1. Tim.3,13.Tit.2,11. Heb.1*.† 5*.1.Ioan.5,20.
Christus est agnus.Dei.Isa.53,7.Ioann.1,29. Act.8,31,1.Cor.5,7.Apoc.5,6,12†7,9†17†13,8† 14,1.8*.17,14.
Christus est Dominus dominantium, & rex regum, Ezech.37 24. Psal.2,6†24,7.Colossi.2, 10.1.Timot.6,15,Apocalyp.1,5†17,14†19,16. Christus est imago Dei, Sapient.7,26 2.Corin. 4 4. Heb.1,3
Christus est lux gentium, & totius mundi, Isa. 2,5 † 9,2 † 42,6†49,6†60,1†19.Matth.4, 16.Lucæ 2,32 Ioann.1.4 † 3,19†8, 12 † 9,5 † 12,35 46.Actor.13,47.1.Ioan.1,5† 2,8.Apocal. 21,23.
Christus verus pastor, Isai.40,11. Ezech. 34*.†37,24 Mich.5,3.Zach.13,7.Matt 26 30. Marc.14, 27. Ioann.10,11. Hebr.13,20,1.Petri 2,25†5.4.
Christus docuit, & prædicauit Matth.4,17 †5*.6*.7*.Marc.1,14 Luc 4,15 †6,20*. curauit omnem infirmitatem.Mat 4,23†8*.†9,2, 20,28.Mar.8,23.Luc.17,12.
Christus est transfiguratus, Mat.17,2.Mar. 9 2 Luc.9 19.
Christus per proditorem traditur, quære Iudas.
Christus passus est, Psal.21*.Isaiæ 53*. Daniel 9,26 Matth 16,21 † 17,22,22 † 20, 18,22 † 26, 37, 66 † 27*.Marc.8,31†9,31.Luc.17,25 † 18, 31 † 23*. Ioann.18,28†19*.Act.3,18†8,32 †17,3. Rom.8.32,1. Pet.2,21†4.1. Heb.2,18 † 13,12.
Christus est crucifixus, Mat.27,35.Mar.15, 24.Luc.23,32.Ioan.19,18.Act.2,23†4,10,1. Corint 2,2.2.Corint.13.4.
Christi passio prædicta, & præfigurata est, Genes 22,2. Num.21,9. Psalm.21*. Isaiæ 55*. Daniel 9,26.Matth.20,22.Ioan.3,14,16†8,28 † 12,32
Christus mortuus est, & sepultus propter peccata nostra,Matth.27,49,58.Mar.15,37,42. Luc.23,45,49.Ioan.19,30,40.Act.13,29. Rom. 5,6†6,10†8,34†14,9.1.Corinth.15,3.2.Corint. 5,15.1. Thessal.5,10. vt prædixerat futurum, Mat.16,21†20,22.
Christus tertia die resurrexit à mortuis, Ps. 15,10.Matth.28,6.Mar 16,6 Luc.24, 5. Ioann. 20,9.Act.2,24,31†10.40†13,30†17,31 Rom.4. 25†8,34†14,9 1.Cor.15,4,12 2.Tim. 2, 8. idq. prædictum,& præfiguratum est,Psal 15,10.Ioanæ 2,1.Matth. 12,40 † 16, 21 † 17,22 † 20,22. Marc.8,31†9,31†10,34.Luc.11,30†18,33.Ioa. 2, 19.
Christus ascendit in cælum, Marci 9,19. Lucæ 24, 51. Ioan.3,13 † 6,62. Actuum 1, 9. Ephes.1,20 † 4,8,1.Pet.3,22. Hebr.4,14. Psal. 67,19.
Christus est Deus,& Dei filius à principio,& ab æterno Ioann.1,1†8,58†17,5,24.Mich.5,2. Prou.8,22,Col,1,16.Heb.1,2.

b Chri-

Christus mediator, reconciliator, & aduocatus, Ioan. 6,44,65 † 10,7.† 14.6. Act.4,12. Ro.3. 25.† 5,2.† 8,24. Galat 3,20. Ephes 2,14,17 Col. 1,19,1. Timoth. 2,5. Heb. 7, 24† 8,6† 9,15† 12, 24.1. Ioan. 2.1,† 4, 10.

Christus sedet ad dexteram Dei patris, Psal. 109,1. Matt 22,44 Marc. 16,19. Luc. 22,69. Act. 7,56. Rom 8.34. Eph.1,20. Col.3,1.1. Pet. 3,22. Heb.1,13. † 10,12,† 12,2.

Christus ventus est iudicare viuos, & mortuos. Psalm. 95,13. Matth. 16,27† 24,30† 25,21. Lucæ 17,24,30† 21,25. Ioan. 5,22. Act. 1,11 † 10.42† 17,31. Rom. 2,16.2 Corint. 5,10.1. The. 4,16.2 Thess 1,7.2. Timot 4.1. Pet.4,5. Heb.9. 28 Iudæ 14 Apoc.1,7† 20,11.

Christo omnia tradita sunt à Patre, & subiecta Mat. 11,27† 28,18. Luc. 10.22. Ioan.3,35† 17.2. Ephes.1,22.

Per Christum cuncta sunt creata, Psal. 32, 6. Ioan.1,3. Eph.3.9 Col.1,15 Heb.1.

Christus manet in æternum. Psal.109, 4. Isa. 9,7. Dan.7,14. Mich. 5,1. Ioan.12 34.

Christus est Leo, Apoc.5,5.

Christus est stella matutina, 2. Pe. 1,19. Apocalyp. 22,16.

Christus nouit omnia, Ioan. 16, 30 † 21, 17. Apoc.2,23.

Christus est vnum cum Patre, Ioan. 10,30 † 14.10,20† 17,21.

Christus sibi reputat fieri quod Christianis fit, Zacha 2,8 Prouerb. 14,31† 17,5. Matth. 10 42† 18,5† 25,35. Mar 9.40 Luc.18,16. Act.9,41. Thes.4,8.

CHRISTIANI appellantur fideles Act.11, 26† 26,28.2. Cor.10,7.

Christiani dicuntur sancti, quia sanctitatem profitentur, Act. 9,41. Roman. 1,7† 12,13† 15 26† 16, 2,15 1. Corinth. 1,2† 6,1† 14,33.2. Corinth 1,1† 9,1,12† 13,12. Ephes 1,1,15† 5.8,18† 4,12† 6,18. Phil 1,1† 4,21. Col.1.1. Thes. 5.27.1 Tim.5,10 Heb.6,10† 13.24.

Christianis viuendum sicut Christus vixit, Gal.2,19 1. Ioan. 1,7† 2 6† 3.3.

Christiani erunt cum Christo, Ioan. 12,26 † 14,3† 17,24.

CHVS filius Cham, Genes. 50,6.1. Paralipomen.1,8.

CHVSAI amicus Dauidis, nunciat Dauidi quid in eum meditetur Absalon. 2. Reg.15, 32† 17,15,16.

CHVSAN Rasathaim rex Syriæ regnat super Israel octo annos, Iudic 3,8

CIBVS quis Iudæis veritus, Exo. 21, 28† 22 31. Leuit. 3,17, † 7,23 † 11,4† 17,10,13† 19.26. Deut.12,16,23† 18,7.10.1. Reg. 14,32.

CIBORVM, & potus in conuiuijs luxus Isaiæ 5,12. Ezech.16.49. Luc.21,14† 16,19. Ro. 13,13. Galat.5,21.1. Petr.4. 3.2. Petr.2,13. vide Ebrietas.

Cibare esurientes seu fame laborantes Deu. 23,4. Iud.8,5.1. Reg.21,3† 30,8,23.2. Reg. 16,1. Isa.58.7. Mat.25,35.

Cibus sumendus cum gratiarum actione, vide Gratia.

CIBI delectus habendus, vide Abstinentia.

CIRCVMCISIO carnalis, & spiritualis, Genes. 17.10† 21,4† 34,24. Exod. 4,25 † 12. 44. Leuit. 12 3 Deut. 10,16† 30,6 Iosue 5. 2,7. Iudith. 14,6 Ierem. 4,4† 6,10† 9,25.1. Mach.1. 16.51,63. 2. Macha. 6,10. Luc. 1,59† 2,23. Ioan. 7,22 Actuum 7,8† 15,1,24† 16.3. Rom. 2,25. 29* 3,1† 4,10 1 Corinth. 7,19 Galat. 2, 3† 5,2 † 6,12 Ephe 2,11. Philippen.3.2 Coloss. 2.11 † 3.11.

CLAVDIVS Cæsar Romanus, præcipit omnes Iudæos exire Roma Actuum 18, 2. huius tempore magna erat in orbe annonæ caritas. Act 11,28.

CLAVDIVS Lysias mittit Paulum ad Felicem præfectum Cæsareæ. Act. 20,23.30.

CLEOPATRA filia Ptolemæi traditur Alexandro. 1. Mac.10,58. huic adimitur, & traditur Demetrio 11,11.

CLEOPHAS ibat cum altero discipulo in Emmaus, Lu.24,13. cognouit Christum in fractione panis, 24,30.

COGITATIONES prauæ, quas odit Dominus. Zach.8,17. Prou.6,4, Matt.15.19. Marc. 7,21.

Cogitationes cordis Deus nouit 3. Reg.8.39. 2. Paralipo.6,30. Ioan 2. 25. & nulla latet eum, Iob 42,2. Eccl.42,19. Isa.29.15. Mat.9.4. Heb 4, 12 nouerunt eas, & alij, quibus Deus voluerit reuelare.4. Reg. 5,26† 6,12. Dan.2.29. *

COGNOSCERE licet tubinde homines ex verbis, & factis, Eccli. 19.27† 27.1. Mat.7 16† 12,33. Luc.6,44.

Cognosci Deus humana sapientia nõ potest, nisi ipse reuelet paruulis, & humilibus, Mat.11, 25† 16,17. Luc. 10,21. Ioan. 7,28 † 8,19,27† 10, 14,4† 15,15† 17,6 Act.17,23. 1. Cor. 1. 17,18 † 2,6,10† 3,19. Col.1,26.

CONCIONATORVM, Pastorum, & Prophetarum officium, 1, Reg.12,23. Isa. 58, 1† 61.1. Iere. 1,5 Ezec. 3.1,9,12† 33 2,7. Act. 3, 18,24. vide Episcoporum electio, & officium.

CONCORDIA fratrum commendatur, Psal. 132,1. Eccli.25.2 Ro. 12,16. idem sapere, idemque sentire iubemur, Rom. 12. 16 † 15,6.1 Cor.1,10. Eph.4.3. Phil. 2,2† 3,17† 4,2. 1. Pet.3,8.

CONCVPISCENTIA prohibetur, & punitur, Exod. 20 17 Nume. 11,33† 21. 5,6. Ios.7,21.24. Eccl.19.1† 42,11. Iob.31 1. Prou.6, 25 Mat 5,28. Marc.4,19 Rom. 6.12† 7.8 † 13, 14. Gala. 5,16. Coloss.3,5 1. Thes.4,3.1. Tim.6. 11.2. Tim.2,22 1. Corin. 10,6.1. Pet. 1.15† 2,11. † 4,3,2. Petri 1,4,1. Ioan.2.16. Iacob. 1.14 † 4,1 Iudæ 23.

Concupiscentias carnis crucifigere, refrenare, & mortificare iubemur, Eccli. 18. 30. Rom. 6, 12† 8,8,12† 13,14, Galat. 5.16. Ephe. 4,22† 5,3. Colossen, 3, 5. Titto. 2,12.1. Petr.2.1† 4,3,6. Hebr.12,1.

CONDONANDVM fratri in nos peccanti. Ezech.28,8. Matth. 5,23† 6 14† 18, 22, 35. Luc.17,3. Eph.4,32. Col. 3,13.

CONFESSIO peccatorum in scripturis varia, & multiplex, Gen.41,9. Leu. 16,21.39† 26 40. Num. 5,6. Ios.7,16.2. Reg.24.17.1. Esd. 9,6.

2. Esd.9,2 Psal.27.7† 31,5† 37,19† 73,19† 94.2. Prouerb 16,3† 18,17† 28,13. Eccli.4,25.31† 7,34 † 17,27. Isa. 38.15. Dan. 9,5. Matth. 3,6† 16.19. Lucæ 11.4† 18,13 Ioan.20,23. Iacob 5,16 Ioan. 1,8,9.

CONFIRMATIONIS sacramentum. Act. 8,17. Heb 6 2.

CONFITERI Christum, & eius doctrinã, Mat.10.32. Luc.12,8. Rom.10,9.1. Pet.11,15. vide Erubescere, Euangelium.

CONIVRATIO, & seditio, eiusque punitio, Num 16*.† 20,2 Iud.9,25,31,34† 12,1,4.2. Reg.20*.3. Reg. 1,5. Esther 2,21. Act. 5,36,37† 19,23† 23,13.20.

CONNVBIVM, vide Matrimonium.

Connubium spirituale inter Deum, & animam, Cantic.* Isa.50,1† 54,5† 62.4. Ierem. 31. 22. Ezech. 19,7,8. Osee 2,20. Matth. 9,15† 22,2† 25,5. Marc.2,19.2. Corinth.11,2. Apocalyp. 19,7 † 21,2,9.

CONSCIENTIÆ bonæ tranquillitas, Proverb. 15,11. Eccli. 13 30.1. Ioan 3,21 2. Corint. 5,12. conscientiæ malæ perturbatio, Sap. 17, 10,11.

CONSECRATIO sacerdotum, dierum, altarium, vestium, ceterarumque rerum, quarum est, vsus in sacris, Exod. 28,41† 29,1,7, 21,29,35† 32,29† 40,11. Leuitic.7,30,37† 8,9,22, 31,33† 18,21† 21,7,10† 22,2,3† 23, 12† 27,10,16, 21,28. Num.3,3† 6,5,9,13† 7,1*. † 8,1 2† 18,10 Iosue 6,24. Iudic.16,17† 17,3.3 Reg.15,13.1. Paralipom. 10,10† 18,11† 22,19 2. Paralipom. 2,4 † 17,16† 23,9† 26,18, 1. Esdr. 3,5 † 8,25. Eccli. 49,9.

CONSILIA mala diffipat Deus, Genes. 11, 7† 37,18† 50,19. Numer. 22*.2 Regum 15*.† 17,14, 2. Esdr. 4,8, 15. Esther 7,5 *. Iob 5,13. Psal. 2,4† 20, 12† 32,10. Isa. 7,8 † 19, 3. Matth. 27, 62. Actuum 5,19 † 9,24 † 23,12, 19,† 27, 42.

CONSOLATIO pauperum, vide Eleemosyna.

CONSORTIVM bonorum, & malorum, vide Societas.

CONSTANTIA fidelium, 1. Reg.13,13 † 16,26*.3. Reg. 18.4,13.4 Reg.3,13. Sapient.5,1. Iudith 13,3,10. 1. Machab. 1,65† 2,16, 24† 14, 42,2. Machab.6,10,19*. † 7*. Dan.13 *. Matt. 24,3. Act.4,8,13.1. Thes.1,6.

CONSTITVTIONES superiorum potestatem constituendi habentium, seruandæ sunt vt ipsius Dei, Exod.19,8. Luc.10,16. Act.16,4,1. The.4,2,8. Rom. 13.1. Tit.3,1.

CONSVLENDVS Deus dubijs in rebus, & eius vicarij. Genes. 25,22. Exod 18,19. Leutic. 24,12. Numer. 9,7,26† 15,34† 27, 5, Deuteron. 1,17† 17,8. Iosue 9,14. Iudic.1,1† 18,5† 20,18,23 † 21,21. Regum 10,22 † 23,4,10,12† 30,8.2. Regum 2,1† 5,19,23† 21,1. 3. Reg. 14,2† 22,5,6,15. 4 Regum 3,11,16† 8,8† 22,13.2. Paralipo. 18,4, 14† 33,18. Psalm. 118,24. Isa. 8,11† 30,1† 45, 11. Ier. 37,3,5† 42,2. Ezec. 14,1,2. Zac. 7,2. Tob. 4. 19. Eccli. 37,19. Luc. 16 29.

CONSVLENDI non sunt diuini, vel magi, vel incantatores, & arioli, Leuit. 19, 31,† 20,6. Deut. 18,11,1. Reg. 28,7,9,3 Regum.22,6, 4. Reg. 1,2,6† 3,13,2. Paralipom. 18,5. Dan.2,2 † 4, 5,6.

CONTRISTARE Spiritum sanctum Eph. 4,30.

Contristari ad pœnitentiam commendatur. 2. Corint 7,9.

CONTRITIO vera prædicatur, Ierem 7,3. Matt 3.2† 4 17. Luc.3,8 † 13,5† 24, 47. Act.2. 28 † 3,19† 8,22,† 17,30,† 20,21† 26,20.

Contritioni veræ promittitur remissio seu venia, Deut 4,29† 30,2.1 Reg. 7,32. Paralip. 7, 14† 30,6† 34,26 Iob 22,23. Prou 28,13. Ps 31, 5. Isa 1,16† 30.18† 45,22† 55,7† 59. 20. Ieremia 3, 10,17† 18, 8† 29,12† 31,18,20. Ezec. 18,21,27. † 33,14 Osee 14,2. Joel 2,12. Ion.3,8. Zachar. 1, 3 Malac.3,6. Eccli.17,23, Luc.15,18. Act.3 19† 26,18,20.

Contritio querenda, & amplectenda dum sani sumus. Eccli.17,24† 18,25.

Contritionis veræ exẽpla, Iud.10,15.2. Reg. 12,13† 24.10,17.2. Paralip. 12,6† 33,12. Ionæ 3. *Iudith 4,2. Matth. 26,74. Luc.7,37,44† 15,18† 18,13† 19,8† 22,62† 23,41. Act.2,37.

Contritionis falsæ exempla, Genesi 4,13† 27, 38. Exo,8,8† 9,27† 10, 16. Iosue 7, 20. Iudic. 1,7 1. Reg.15,24,30† 24,17.3. Reg. 13, 6† 21,37. Sapient 5,3.1. Mach 6,12.2. Mach.9,12. Mat.27,4. Act 8,13,23. Heb 12,17.

COOPERARI gratiæ Dei, vide Liberum arbitrium.

COR, siue voluntas hominis à Deo pro facto acceptatur, Gen 4,4† 22,11. Exod. 25,2† 35, 5. Deut.19,5 Mat.15,8. Marc.12,41. Luc. 21,1,2 Cor.8,12. quære, Voluntas pro facto.

Cor mundatur, & sanctificatur per Christũ, Psal 50,4. Ioan. 13.10† 15,3† 17, 19. Act. 15,9. 1. Cor 6,11. Ephe.5,27.1. Pet.1.22.1. Ioan.1.7. † 3,3. Heb.1,3† 9,14† 10,10,14† 13,12.

CORNELIVS Centurio conuertitur. Act. 10,3,44.

CORONA vitæ, 4. Esdr.2 43. Sap. 5,17.2. Tim.4,8.1 Pet.5,4, Iac.1,12 Apoc 2,10.

CORREPTIO fraterna, Gen.37,21. Leuit. 19,18. Psal.140,5. Prou.1,20† 9,7† 10,17† 12,1† 13,1† 15,31† 17,10† 24,25† 25,12† 27,5† 28, 23† 29,1. Eccle.7,6. Eccli.19, 15† 20,1† 21, 7† 32,13. Osee 4,4. Mat.18,15. Luc.17,3. Gal.2,11† 6,3,1. Tim. 5,20.2. Tim.2,25. Heb. 3,13. Iacob. 5. 19.

Correptio impiorum est pijs in timorem, & cautionem, vide impiorum.

Corripiens alterum qualis esse debeat, Mat. 7,3. Luc.6,41. Ioan.8,3,1. Tim.3,2. Tit.1,6.

CREATOR omnium rerum Deus, Gen. 1,1. Exod.20,11.1. Paralip.29.10. Psalm 88,12† 95,5† 113,15† 120,2† 123,8† 145,6. Iob 37,16† 40, 28 † 42,5† 44,24† 45,12† 48,13† 51,13. Ieremia 10,12† 32.17† 51,15. Zach.12,1. Ionæ,1,9 Eccle.1,8. Baruch 3,32. Matth.11,25. Ioa.1,3. Act. 4,24† 14,14† 17,24,1. Corin 8,6. Ephes.3,9. Coloss.1,16. Heb.1,2,10† 3,4† 11,3. Apoc.4,11 † 10, 6† 14,7.

CRESCERE in scientia, Eph. 4,15. Col. 1, 10,1. Pet.2,2.

CRVX, & tribulatio omnibus pie viuentibus, Gen.4,8†27,41†37,18.1.Reg.16,5,13. Eccli.2, 1. Psal.33,20.Prou.24,16.Matth.10,16*. † 12, 14† 16, 24† 24, 9. Marc. 13, 9.Luc. 14, 26†21,11.Ioan.15,20† 16. 1.Act.9, 23. Gal.4, 29, 1.Thessal.3,3,2. Timoth.3,12.1.Pet.4,1,12 † 5,10.

Crux à Deo imponitur ad nostram vtilitatem,2. Reg.7,14.Iob 5,17†33,16. Prouer.3,11. Ierem.46,28.2.Machab.6,12-Tob.2,8†12, 13. Iudith 8,22.1.Corin.11,31.1.Pet 4,17.Heb.12, 5.Apoc.3,19.

Per Crucem,& res aduersas pertingimus ad cognitionem Dei, & ad æternam gloriam, Exod.1,12,2.Paralip.22,11.Iudith 8,15,21.Prou. 6,23.Matt.7,24.Luc.24,26,46.Ioan.12,25 Act. 14,21.Rom 8,17,2.Cor.4,8,17†5,1.Philip.2,8. 2.Thess.1*.Heb.2,9†12,2.

Crux patienter est, & læto animo ferenda, Matth.5,10†10,38. Ioan.15,20†16,33.Act.5, 41 † 16,25 2.Cor.8,2.Col.1,24.Heb.10,34.Iac. 1,2,12.1.Pet.4,12,16.

In cruce, & afflictione consolatio Iob 5,17*. Prouerb 18,12.Isa.26,12,19.Thren.3,28. Mat. 5,10.Ioan.15,20†16,20,33.Rom.8,18.1. Cor. 10,13.2.Cor.1,4,8.

Per Crucem experitur nos Dominus,Iudith 8,21.Eccl.2,1†27, 8.Prou.17, 3. Sap.3, 5, 6, 2. The.1,4,5.Pet.1,7.

CVLTVS Dei verus requirit præter opus externum etiam affectũ hominis internum, Deu. 5,19† 6,5 † 10,12 † 11,13 † 16,16†28,47† 30,2.Ios.22,5.1.Reg 12,20.Eccli.7,31.Is.29,13† 54,11.Matth.15,8†22,36.Ioan.4,23.

Cultus exterius Deo gratus,vide Ceremonię.

CYRVS rex Persarum permittit captiuos Israelitas in Iudæam redire, 2. Paralipom.36, 22,1.Esd 1,3.3.Esdr 2,1. restituit eis vasa quõdam à Nabuchodonosor ablata, 1. Esd.1,7†5, 14.Dan.1,2.

D

DÆMONES expelluntur, Matt.8,16,31† 9,33 † 12,22† 17,18.Luc.4,35 † 8,2,28† 9,42 † 10, 18 † 13,10, Act.5, 16†8,7† 16, 18. etiam per malos,Matt.7,22.Marc.9,39.Luc.9, 49.Act.19,13.

Demones agnoscũt,& credunt Deum, Mat 8,29.Marc.1,24†3,11†5,7.Luc.4,34,41 † 8,28. Act.19,15.Iac.2,19.

Dæmonibus immolate nefas, Leuitic.17,7. Deut.32,17.2.Paralip.11,15. Psal.105,37. Bar. 3,4.1.Cor.11,20.

DAGON idolum Philisthinorum, Iud. 16,23.1.Reg.5,2.1.Mach 10,83†11,4.

DAMASCVS Metropolis Syriæ vastatur à Theglathphalasar.4.Reg.16,9.contra Damascum prophetia, Isa.19,1† 8,4.Ieremiæ 49, 23. Amos 1,3.

DAMNATIO æterna quæ parata est diabolo,& omnibus impijs.Sap.5*.Iob 10,22† 36, 12.Isa.24,21†30,33 † 66,24.Dan.7,11. Matt.3, 12 † 5,29 † 8,12 29 † 13,50 † 18,8 † 22,13 † 23, 33 † 23,30,42.Marc.9,47.Luc.3,17 † 16,23,25. Heb.10,27.2.The.1,8 2 Pet 2, 4 Iudæ 6. Apo. 19,20†20,10†21,8.

DAN filius Iacob. Gen.30,6. tribus Dan quærit sibi possessionem, Iudic.18, 1. pugnat contra Lesem, & expugnat,Ios 19.47.

DANIEL appellatur Balthasar, Daniel 1,7. interpretatur somnia, 2,31†4,7,11,18,25. constituitur gubernator totius regni Babel Dan.6, 3.proijcitur in lacum leonum, 6,16.liberat Susannam.13,51,60.

DARE melius quam accipere, Eccli.4,36. Act.20,33.

Dandum sine acceptione personarum, maximè autem domesticis fidei,Eccli.7,35†12,8. Mat.5,42.Luc.6,30,38.Rom. 12, 13. Gal.6,10, vide Eleemosyna.

DARIVS filius Assueri,Dan.9,3 occupat regnum Babel,6,1. impiam legem statuit 6,8. præparat regium conuiuium,3.Esd.3,1.

Darius renouat mandatum Cyri,1.Esd.6,1.

Darius cæditur ab Alexandro rege Macedoniæ,1.Mach.1,1

DAVID filius Isai (qui Iesse appellatur, Mat.1,6.)à Samuele vngitur,1. Re.16,13.interfecit leonem, vrsum, & Goliath gigantem,17, 34,49.pacificitur cum Ionatha, 18,3†20,8, 16. 23†23, 18. manducat panes propositionis, 21, 3.simulat amentiam coram Achis rege, 21,13. fugit cum patre,& matre in Maspha,22,3.precidit orã chlamydis Saul, 24,5.mittit ad Nabal decem iuuenes, 15, 5 tollit hastam Saulis, 26, 11.fugit ad Achis regem Geth,27,2. vngitur in Hebrõ in regem Iuda,2,Reg 2,4 poscitque eũ regem vniuersus Israel,2.Reg.5,1.1.Par.11,3 † 12,38 iuxta verbum Ionathæ, 1.Reg.23,17. & Saulis,24,21. committit adulterium, & homicidiũ, 2.Reg.11*.pœnitet eum peccati, 12, 13. fugit à facie filij sui Absalom, 15, 14. libauit aquam Domino,23,16. recęset populum, 24,2. emit ab Areuna aream,24,23. consilium capit de domo Dei ædificanda, 1.Paralip.17,1. constituit operarios, & architectos, 23*,24*,25*. 26*.27*.reliquit sibi successorem Salomonem filium,3.Reg.1,30.moritur, & sepelitur, 2,10. Act.2,29†13,16. commendatur,Eccli.47,2.

Dauid spiritualis (qui est Christus) promittitur,Ier.30,9.Ezech 34,24†37,23.

Dauidis filius appellatur Christus,Mat.1*.† 15,22†22.45.Mar.12,35.Luc.20,41.Act.2,29 † 13,22.2 Tim.2,8.Apoc 5,5.

DECIMARVM vsus, & decimæ,Gen. 14,20†28,23.Leu.27,30.Num.18,21,28. Deut. 12,6 † 14,28†26,12.1.Reg 8,15.2.Paral.31,5.2. Esd.10,37.Heb.7,2.

Decimæ debentur Sacerdotibus, Deut.18,3. 2.Paral.31,4. vide Sacerdotes.

DEDICATIO templi,vel altariũ,Nu.7. 10,11,84,88 3 Reg 8,26,63,65.2.Par.7,5,9†15, 8.1.Esd.6,16,17 2.Esdr.12,27 3 Esd.7,7.Ps.29, 1.1.Mac.4,56,57,59.2.Mach.2,9,12,29.

DEMETRIVS filius Seleuci exercet tyrannidem , 1.Mac.7,1. fœdus inire cupit cum Ionatha,10,3. fœdus ictum violat.11,53.

De-

Demetrius aurifaber negotium facessit Paulo,Act 19,23.

DETRACTIO, Psal.14,3†100,5.Eccles.10, 20.Prouerbior.10,18† 11,13†16,28†20,19†26, 20.Roman.1,30.2.Corinth.12,20 1.Pet.2,1,12. Iacob 4,11.

DEVS est omnipotens, & nihil apud eum est impossibile, Genes.17,1 † 18,14†35,11†43, 14†48,3.Num.11,23.1.Regũ 14,6.2.Paral.14, 11.Sapien.11,22,Iob 42,2.Isa.40,10*.†46,9†50, 2 † 59,1.Ierem.32,17,27.Zach 8.6.Matt.19,26. Mar.9,23†10,27†14,36.Luc.1,37†18,27. Eph. 3,20.Apoc.16,7,14†19,6.

Deus omnia regit,& gubernat pro sua voluntate, Genes.45,5†50.19. Deuteron.8, 18. 1.Regum 9*.Sapien.13,13.Tob.7,12.Iob 9,5†12,13. Psalm.102,19†113,3†126.1.Proue.10,22†16, 4,9†19,2,†20,24†21,1,30. Eccles.3,15.Isaię 26, 16 † 45,7.Ierem.10,23†27,5.Daniel 2,21†5,18. Matth.6,33†11,25†20,14.Luc.12,31.Ioann.5, 17. Roman.9, 15.2.Corin.3,5.Phil.2,13.Hebr. 13,11.Apocalyp.4,11.

Deus est pater omnium fidelium ipsi obtempérantium, Deut.32,6.Ps.102,13.Prouerb.1,7. Ierem.3,4,14,19.Malach.1.6.Mat 6,9† 18,14† 23,8. Luc.11,2.Ioan.20,17.Rom.8,15 1.Cor.8, 6.2.Cor.1,3† 6,18.Ephes 3,14†4,6.1.Thes.1,3. 2.Thes.1,1,2†2,16

Deus est verax,& fidelis, Exod.34,6.Nume. 23, 19.Deuteronom.7,9†32,4.1.Regum 15,29. Isaiæ 49,7.Ioan.3,33† 8,26.Rom.3,4.1.Corint. 1,8†10.13.1.Thess.5,24.2.Thess.3,3.Tim.2, 13. Tit.1,2,2.Ioan.1,9†5,20.Hebr.10,23.Apoc. 3,7,14.

Deus est in essentia vnus, præter quem non est alius, Exod.3,14.Deuteronom.4,35†6,4†7, 9†10,17†32,39.2.Regum 7,22.3 Regum 8,60† 18, 36. 1.Paralipomenon 19,20 Sapient.12,13. Isai.37,16†43,10†44,6,24†45*.†46,9. Osee 13, 4.Tob.8,20†13,4.Eccli.36,5.Marc.12,29.Ioan. 17, 3. 1.Cor.8, 6† 12,6.Galat.3,20.Ephes.4,6.1. Timot.2,5.

Deus est trinus in personis, & vnus in essentia, vide Trinitas.

Deus æternus est, nec principium habet, nec finem,sed est ipse principium,& finis, Gen.21, 33 Exod.15.18.Iob.36,26.Isaiæ,41,4 † 43,10 † 44.6†48.12†57, 15. Daniel 7, 9.Romanorum, 16, 26. Hebræor.1,8. Apocalyp.1, 8,17 † 21,6† 22, 13.

Deus nouit, audit, & videt omnia, Exod.3, 19.Numer.12,2.Deuteronom.31,21.1.Regum 2,3†16,7.2.Paralip.16,9.Iob 14,6†22,11†28,24 † 31,4†42.2.Psalm.7,10†32,13†37.10†89,8† 1,30 8.Prouerbior.5,21†15,3,11†24,12.Isa.29, 15 † 40,27†48,4.Ierem.1,5†7,11†17,10†23,24 †32,19. Ezech.11,5.Eccli.16,15†17,13†23,27† 39,24,27†40,9.Sapien.1,10 2.Machab.9,5†12, 22.Matth.6,4†21.2.Marc.2,8†14,13.Lucæ 22, 10.Ioan 1,47† 13,21 †16,30 † 21,17.Act.15,8. Rom.8,27.1.Thessalon.2,4.1.Ioan.3,20.Hebr. 4,13.Apocal.2,23.

Deum nemo videre potest,Exod.33,20.Deuteronom.4,12.Ioan.1,18†6,46.1.Timot.6,16. 1.Ioan.4,12.

Deus,& diuina omnia non possunt humana industria aut ingenio comprehendi, Exod.33, 20.3.Regum 3,5.Iob 32,8.Psal 93,10 † 118*.† 142,8.Isa.22,22 † 54,13.Matt.11,25†13,11†16, 17.Luc.8,10 † 10,21†24,44.Ioann.1,10†3,3†6, 44,65†14, 8,17†17.6.Act.16,14.Rom.1,19†11, 33. 1.Corinth,2*.Gala.1,11.1.Timoth.6,16.Apocalyp.3,7.

Deus est immensus, & incircumscriptus.33. Reg.8,27.2.Paralip.2,6† 6,18.Iob 11,8.Ps.138, 7,10 Isaiæ 6,3†66.1.Ier.23,24. Amos 9,2.Sap.1, 7.Mat 5,35.Act.7,48†17,24.

Deus testatur se Deum, id est,saluatorem,& consolatorem Israelis,omniumque eorum,qui ritè ipsum colunt, & inuocant, Genes.17,1.7. Exod.6,2†10 2†29,45.Leuit.26,11.Psalm.17,3 † 49, 6.Isaiæ,30,19.Iere.31,33† 32,38.Ezechiel. 37,23.Ioan.10,17.

Deus est Dominus,ac creator cæli, & terræ. vide Creator.

Deus nihil eorum quæ fecit,odit.Sap.11,25.

Deus est iudex totius mundi, reddẽs vnicuique mercedem pro merito,Genes.18,25.Deut. 10, 17. Iob 34, 1,1.Psal.7,9†61,13†93,2†95,13. Isa.11,3. Eccli.35,22,27.Iere.17,10† 25,15.Mat. 16, 27 † 25,31.Act.17,31.Rom.2,6.2.Tim.4,8. Hebræ.12,23.

Dei misericordia, patientia, charitas, sapientia, verbum quære tuis quæque locis.

Deo soli attributa, subinde in scripturis, & alijs per communicationem tribuuntur, vt vocabulum, Deus, soli Deo tribuitur,Deuteronomij 6, 4, 32,39.1.Regum 2,2.Psalmor.85,10,2. Mach.7,38.Marc.12,29 alijs tribuitur,Exod.7, 1†22,8.1.Regum 28,13. Psalmorum, 46, 10 † 81, 6.

Deus solus bonus, Matth.19,7.Luc.18,19. alijs tribuitur bonitas, Genesi.1,31 † 3,6†49,15. Num.14,7. 1. Regum 29,9. 2.Reg.18,27. 1.Paralipom. 28, 8.Tob.12,8.Iudith 12,12,14.Psal. 110,10† 146.1.Proue.18,22†22,1.Eccl.7,2.Sap. 8,19. Eccli.14,5.Ierem.7,3.Matth.7,17.Mar.9, 50.Lucæ 6.45.

Deus solus sanctus,1.Regum 2,2.alijs sanctitas tribuitur,Exod.3,5†12,16†22,31†28,2†29, 29,31† 30,29†35,2 Leuitic.11,44.Numer.16,5. Deuteronom.6,7.Iosue 5,15.2.Reg.22,26.4.Regum 4, 9. Iudith 8, 29. Psal.5,8.Matth.7,6.Romanor.7,12.

Deus solus fortis, 1.Reg.2,2.alijs fortitudo attributa,Genes.32,28†49,14.Psalm.53,5.Cantic.3,7.Isa.19,14,Ier.9,23.Matt.12,29. Marc.3, 27.Luc.11,21.Hebr.11,43.1.Petr.5,9.

Deus solus iustus, 2.Machab.1,25. alij quoq. iusti, Genes.7,2†18,23.Psalm.33,16†36,29.30. Prou.8,8.Sap.5,16.Matt.1,19†10,41†25,4,6.Lucæ 1,6.Rom.1,17.

Deus solus pius, Apocal.15,4. alij etiam pij, 1.Pet.2,9.

Deus solus beatus,1.Tim.6,15.

alij beati Genes. 30,13.Ps.1,1† 32,1,2†40,1† 118,1†126. 1.Matth.5*. † 16,17,24,46.Lucæ 1, 45†14,14.Iacobi 1,1.

Deus solus potens, 1. Timot.9,15.

alij potentes,Exod.18,21.Psalmorum,111,2.

Lucæ 1,52. Actum 8,27†18,24
Deus solus immortalis, 1. Tim. 6,16
alijs tribuitur immortalitas, Sap. 1. 15†4. 1†8,17
Deus facit mirabilia solus, Psal. 71,18 †135,4
Eccles. 11 4
alij quoque faciunt mirabilia, Deut. 34,12 Eccli. 31,9†48 4. 15
Deus solus nouit arcanas animi cogitationes. 3. Reg. 8,39. 2. Paral. 6. 20
alij quoque nouerunt, 1. Reg. 9. 19 4. Reg. 5. 26
Deus solus peccata remittit, Luc. 5,21. dimittunt, & alij, Mat. 18. 18. Ioan. 20. 23
Deo soli honor, & gloria. Ps. 113. 1 Isa 48,8. 1 Tim. 1. 17
alijs quoque tribuuntur. 4 Reg. 14,10 2 Paralip. 17,5 Psal. 149,9 Eccl. 37,10 Luc. 14,10 Ioan. 5,44
Deus solus adorandus, Exod. 29,5. Leu. 26,1 Deut. 5,9. Mat. 4. 10
alijs adoratio tribuitur, Genes. 18,2 vide Adoratio
Deo soli seruiendum, Deut. 6,13† 10,20, 1 Regum 7,3. Mat. 4. 10. Luc. 4,8
alijs etiam post Deum seruiendum, Gen. 25 23†29,20†47,25. 1. Tim. 6 2
Deus cuius mali sit causa, & cuius non sit, vide Malum
DIABOLVS studet semper perditioni hominum, Gen. 3,1*1. Paralip. 21,1 Iob 1*2* Zach. 3 1. Matt. 4,3,9†8,28†13 19 Luc. 8,12†13,9,14† 22,31. Act. 5,3†13,8. 2. Cor. 4,4†11,14 Eph. 6,11 1 Thess 2,18, 1. Petr. 5,8. Apoc. 2,10† 12,9†20,7
Diabolus non plura potest, quã ei Deus permittit, 3. Reg. 22. 22, 2 Paral. 18. 20 Iob 1,12† 2. 6. Mat. 8,31 Mar. 5,12, 13. Ephe. 2, 2. 2. Tim. 2, 26 Apocal. 20. 7
Diabolus pater, & princeps mundi omnium-que impiorum, Mat. 4. 9 Luc 4. 6. Iob 41 25 Ioa. 8,44†12,31†14,30†16,11. 2 Cor. 4,4 Ephes. 2,2 †6. 12 Coloss. 2, 15
Diaboli imperium per Christum subiatum Genes. 3,15, 1. Reg. 17* Iob 26,13 Isa. 9,4† 14,8 12† 27,1†52,3. Zachar. 3. 2 Mat. 12,29. Luc. 10, 18,†11. 22 Ioan. 12,31. Coloss. 1. 13†2,15 2. Timot 1. 10. 1 Ioan, 3,8 Hebr. 2, 14. Apocalip. 12,9 †20,2
Diaboli filij, Ioan. 8,44 Act. 13,10, 1 Io. 3. 10.
DIACONI, Act. 6,3†21,8 Philip. 1. 1. Timo. 3,8
DIANA coliuit Ephesi, & in vniuersa Asia, Act 19,27
DIES nouissimi, & iudicium extremum, 1 Reg. 2,10 Psalm. 95,13 Isaiæ 2,10,19†13. 4,6,13 †26,21†27,1†30,30†66,15,24. Iere. 30,23. Dan. 7,9 Sophon. 1,2. 14 Malach. 4,1. 4 Esdr. 2,27 † 13,32, Matth 12 36†13,41,49†16,27†24*†25, 31,42 Marc. 13 * Luc. 17,24. 30 Act. 1,11† 3, 20 17,31. Roman. 2,5. 16†14,10,1. Corinth. 15 * 2 Corinth 5. 10. 1. Thessa. 4. 16†5,2,2. Thess. 1,7† 2,1 Tit. 2,13,2. Petr. 3,13. Heb. 9,28 Iudæ 14. Apoc. 1. 7,†20,11
Dies Domini, Isaiæ 13,6 Ierem. 30,7 Amos 5 18. Ioel. 2,1,31. Sophon. 11,14 Malach. 4. 1. Esd. 2,27 Philip. 1,6†2,10,1 Thessalonicensium 5, 2, 2 Timoth. 4,8
Dies Domini, & hora nulli cognita, Matt. 24, 36,50 Mar. 13,32. Luc. 17,24 30 Act. 1,7,1. Thes. 5,1,2 Petr. 3,10 Apoc. 3,3† 16 15
Dies pro annis, Num. 14,34 Ezech 4 6
DILECTIO Dei erga suos, Exod. 20,5†34, 14 Deut 4,24†6,15†7,8. Iosue 24,19. Prou. 8,17 Eccli. 4,18 Ier. 31,3. Io. 3,16†10,11†13,1,18†15, 9†16,27. Ro. 5,8. Gal. 2,21. Eph. 3,19†5,2
Diligendus est Deus super omnia, Gen. 22,2, 9, Exod. 20. 6. Deut. 5,10,†6,5†10,2†11,1,13,22 †30,6 Ios. 22. 5 Eccli. 7. 32. †34,19†47,11. Matt. 10,37†22,36 Marc. 12,30 Luc. 7,47†10 27. Ioa. 21,15. Rom. 5 5†8,28,35. 1. Cor. 10,21. 1. Io. 4,17
Dilectio. vide Charitas
DINA filia Iacob, Gen. 30,21. violatur à Sichem cap. 34,2
DIONYSIVS Areopagita conuertitur, Act. 17,34
DISCORDIA vitanda, Prouer. 6,19†10,12 †15,18†16,28†17,11†18,6†30,33, Matt. 12,24* Luc. 11,17,1. Corint. 14,33. Galat. 5, 15. 2. Tim. 2. 21
DIVINI, vide Incantatores
DIVITES quomodo se erga pauperes habere debeant, Leuit. 25. 35. Deuteronom. 15,7,10 Iob 31. 16 Psalm. 61. 11. Prou. 14,31†17,5. †19, 17†21,13†22,7†28,27†30 7. Eccles. 11. 1. Eccli. 4,4† 7,35 †11,10† 29,12† 31, 8. Isaiæ 23. 18. Matth 6,19† 19,21. Luc. 14. 13 †16 * †18,22, Act. 2. 45 †4 34. 1 Timoth. 6,18. vide Eleemosyna.
Diuitiarum vanitas, & contemptus, & quem admodum in diuitijs non sit sperandum, Psal. 38,7†4,8†51,9 Prouerb. 10,2†11,4,28†15,16† 18,11†22,16†23,4†28,11†30,7. Ecclesiast. 5,9, 12†6,2 Isaiæ 2,7 Ierem 17,3,11† 22, 13. Ezech. 7,19 Soph. 1,18. Eccli. 5,1. 10†10,10†11,7†14,1 †31. 3. Mat. 3. 22†19,21. Luc. 8,14†12,15,1 Tim. 6,9. Iac. 1,11
Cõtra Diuites impios: 1. Reg. 25,2 Iob 20.19 †27* Prouerbiorum 23,4†28,8,20.27. Eccles. 6,1 Isaiæ 5,8† 32,9 Ierem. 15,13. Amos 6,1†8. 4. Habac. 2,5 Luc. 6,24 † 16,19,24 Iac. 5. 1. vide Auaritia
DOCTRINA Apostolica scripta, & nõ scripta firmiter tenenda. Rom 16. 17 Galat. 1, 8,11 2. Thess. 2,15. 1 Cor. 11, 3,34
Doctrina Apostolorum est Christi doctrina Luc. 10,16. 1 Cor. 14. 37,2 Cor. 2,14,17† 7,20. 1 Thess. 2,2, 13 Gal. 1. 11
DOEG seruus Saulis prodit sacerdotẽ Abimelech, 1 Reg. 22,9,18, cædit sacerdotes Domini, 22,18
DOLVS, Ierem. 9. 6. Psalm. 34,20†9,28. Prouerbiorum 12,17 Marc. 7, 22 Act. 5, 1. Roman 1,29
DOMVS ædificata super petram, firma manebit, Psalm, 45,2 Matth. 7,24†16,17. Luc. 6,48 Rom. 8,35
DOMVS corporis nostri. 2 Corinth. 5, 1, 2 Petr. 1, 14.
DOMINI, & dominæ erga seruos, & ancillas, totamque familiam officium, & potestas, Exod 21, 2,20,26 Leuitic. 19,13†25, 38. Deuteron. 5,14,21 †. 15,12,16†24,15 Iob 31,13. Prouerb.

uerb. 29,19. Ier 34,9,14 Eccli 7,22†33,31 † 42, 16 Eph 6,9. Col 4 1.
DONARIA recipere, sit ne prohibitum. Gen 14.22 Exodi 18,21 †23,8 Numeri. 22,18 Deuter. 10 17†27,25,1. Regum 8, 3 † 12, 3,3. Reg. 13,7 4 Regum 5,16 2. Paralip. 19,7. Iob 15 34 Psalm. 14 5 † 25,10. Prouerbior. 15, 27 † 17,23. Isa. 1,23 † 5,23 † 33,15†45,13. Ezec. 13, 19† 22,12. Dan 5,17. Mi. h. 3,11. Eccli. 8,3 † 20, 31. Acto. 20,35.
DRVSILLA vxor Felicis præfecti, audit doctrinam euangelicam à Paulo, Act. 24,24.

E

EBRIETAS, & gula, Genesis 9,21 † 19, 32,35 † 25, 29. Leuit. 10, 9. 1. Regum 25, 36,2. Regum 11, 13 † 13,28, 3. Regum 20, 12, 16. Prouerbior. 20,1 † 21,17 † 23,1,2,3,20,29 † 31,4. Eccl. 19,1†23,6† 31,12,17*,31,35†37,32*. Isaiæ 5,11,22 † 23, 13 † 28,7 † 56,12. Ezech. 6, 49, Daniel 5, 2. Osee 4,11. Ioel 1,5. Mich. 2,11. Abac. 2. 5,16. Iudith 13,4. Sapien. 2,7,1. Machabeor. 16, 16. Luc. 12,45 † 21, 34. Roman 13, 13. 1. Corinth 5 10† 6,10 † 13,32. Galat. 5,21. Ephes. 5. 18, 1. Thessalonic. 5, 7. 1 Timot. 3,3. Titi. 1,7,1. Petr. 4,3. Hebræor. 12,16. vide Ieiunium.
Ebrietas iram Dei prouocat Isa 5,11,22 †28, 1. Dan. 5,1. Ioel 1,4,5 1. Corinth. 6. 10. mentem alienat Prouer. 23,31. Eccli. 19,2. Is. 28,1,7. Osee 4,11. ad libidinem incẽdit. Prouer. 20 1. Ephes. 5,18. facultates dissipat Prouer 25,20. Eccli 19. 1. secretum detegit. Prouer. 31,4. Abac. 2. 15. ad furorẽ, & rixas excitat. Prou. 20,1†23,29. Eccl. 31,38,40. Osee 7,5.
EBRON, vide Hebron.
ECCLESIA accipitur pro temp'o materiali, Deut. 23,1 Iud. 20,2, Iudith 6,21. Psalm. 67, 27, Thren. 1,10. Ioel. 2,16,1. Corin. 11,18 † 14,34.
Ecclesia accipitur pro cętu fidelium, Num. 19,20†20,4. 1. Regum 17,47 3. Regum 8. 14, 55. 1. Paralipomen. 29,1*. 2. Paralipom. 1,5. Psalm. 21,26†25,2†34,18†106 32†149,1. 1. Machabęorum 4,37†5,16†14,19. Matth 16,18. Actorum 5,11†8,1†16,4 Romanor. 16,16,23 1. Corinth. 6,5†11,16†12,28†14,5,2. Corinth. 8,18,23,24† 11,8†12,13. Ephes. 5,23. Philip 4,15 Colossen. 1,15 1. Timoth. 3,5,15. Iacob. 4,14 Apocalyp. 1, 11 † 22,16.
Ecclesia pro cœtu vnius prouinciæ, 3. Reg. 8, 14 Act 9,31†11,26†12,1 † 13,1†15,1†19,32 † 20,17. Rom. 16,2 1. Corint. 2,2†16,1,2. Corint. 8,2. Galat. 1,2. 2. Thess. 1,1. *1. Petr. 5,13. Apoc. 2,1. *. †3,1.
Ecclesia pro prælatis, & præpositis, 3 Reg. 8, 18. Matth. 18,17.
Ecclesia est vna, & visibilis præfigurata per vnam, & visibilem arcam Noe, Ge. 6,14. 1. Pet. 3. 20. per ciuitatem sanctam Ierusalem, Apoca. 21,2. per hortum conclusum, & fontem signatum, Cantic. 4,12. per vnam columbam 6,8. per vineam, Psal. 79,9. Cant. 2,15, Isaiæ 5,2 *. Ieremiæ 2,21 † 12,10, Matth. 20,1*, Mar. 12,1. Luc. 20,9. Apocal. 14,15 per nauem Luc. 5,3. per sagenam comprehendentem bonos, & malos pisces. Matth. 13,47. per agrum, Matth. 13,24 per regnum cælorum. Matth. 13*†25*.
Ecclesia firmamentum veritatis errare non potest, Isaiæ 29,21. Matth. 16,18†28 20 Luc. 22, 32. Io 14. 16†16,13†17,11,20.1. Timoth 3,15*. 1 Ioan 2,17.
Ecclesia est corpus Christi, Cant. 4,7,9,11,12. Ephes. 1. 22† 4,4† 5,23 1. Corinth. 12,27
Ecclesia fidelium nascitur, & propagatur per sanam doctrinam. Ioan. 1,12† 3 3 Ro. 8 13 † 9, 8. Galat. 3 20†4,19. Ephes. 1. 5. Tit. 1,1. 1. Cor. 4. 15. Philem. 10. 1. Petr. 1,23. 1. Ioan. 3,9† 5,1, 18. Iacob. 1,18.
Ecclesia, seu fidelium cętus, tenetur sacerdotibus, pastoribusq; suis, quæ ad vitã sunt tuendam necessaria suppeditare, Deuteronom. 12, 19†14. 27†16,11†25,4. 1. Esdræ 7,23. Matt. 10, 10 Lucæ 20,7 Romanor. 15 27. 1. Corin 9.7. 11 Galat. 6,8 Philip. 1,29†4,10,16 1. Thessalonic. 5,12. Hebr. 13,7. Tenetur etiam pro suis præfectis orare, Act 4. 29†12,5. Roman. 15,30. Eph. 6. 18. Philip. 1,19. Colos 4,2. 2. Thessal. 3,1. Heb. 13. 18.
Ecclesia est sponsa Christi, Psalm. 44,11. Ezechiel, 16,9. 2. Corint. 11,2. Ephes 5,26. Apoc. 19, 8 † 21,10.
Ecclesiæ caput est Christus, Osee 2,2. 1. Cor. 12,27. Ephes 1,22 † 4,15 † 5,23. Colos. 1,18 † 2,10.
Ecclesiæ quasi membra quædam sunt veri fideles, eidem capiti Christo eiusque vicario subiecti, cuiuscumque nationis fuerint, siue Iudæi, siue Gentiles, Isa. 43,9. Io. 10,16,1. Corinth. 12,12. Ephes. 3,6.
Ecclesiæ claues promittuntur, & potestas, Matth. 16,19. traduntur. Ioan. 20,23. exercẽtur, Matth. 18, 17. vide Excommunicatio, & Confessio.
Ecclesiam sibi Christus comparauit, & emit sanguine suo. Act. 20,28. 1. Corinth 6,20 † 7,23. Ephes. 2,13. Colos. 1,14. 1. Pet. 1,18. Heb 9,12,1. Io. 1,7. Apoc. 1,5† 5,9† 14.4.
Ecclesiam suam Deus protegit, & custodit, Exo. 5,21†29,45. Leu. 26. 12. Deu. 7,20†23,14† 31,3. 3. Reg 6 13. Psalm. 90,1,11†131,13. Isa. 43, 2. Ierem. 46,28 Mat. 18,20†28,20. Ioan. 14,23,2. Corinth. 6,16.
EDOM frater Iacob filius Isaac, appellatur Esau Genes. 25,25
Edumæi negant Israelitis transitum per suã regionem. Num. 20,14 cędunt, & fiunt serui domui Israel, 2. Reg. 8,14. deficiunt ab Israel, & creant sibi regem, 4. Reg. 8, 20. superantur a Iuda, 14,7. 2. Par. 25. 12.
Contra Edumæos prophetia, Nu. 24,18, Ps. 136,7. Isa. 21,11†31,5. Ierem. 49,7. Thren. 4,22. Ezech. 25,13,14†42,29†35*. †36,5. Amos 1,11. Abdiæ 1. 1*. vide Esau.
ELEAZAR filius Aarõ, Exo. 6,23†28,4. partitur cũ Iosue terrã Chanaan. Iosue, 14. 1 iuxta præceptum Domini, Nu. 34,17. consecratur Sacerdos, Leu, 8. 24.*. fit post mortẽ patris tum-mus Sacerdos: Num 20,26. Deuter. 10,6. mori-

tur & sepelitur, Iosue 24,23. filium habet, cui Phinees nomé erat, Exo.6,25. quem in demortui patris locum sufficiunt. Nume.25 7.12.

ELEAZAR filius Saura occidit elephantem quo in vulnere procumbente, ipse oppressus suffocatur 1. Machab 6,43.

ELEAZARI senis martyrium, 2. Machabæor.6.18,24.

ELEEMOSYNA pauperibus eroganda, Exod.22.25†23,11. Leuit.19, 10†23,22†25, 34. Deuteronom.15,7,10†24,19.3. Regũ 17 10 2 †Esdr.8.11. Esth.9. 22. Psal.40.1†81,4†11.9 Prouerbior.3,9,28†11,18,25†14.21,31†18,17† 21.13,21†22,9†28,27†31,10 Eccles 11.1 Isa.58 7.Ezech 16,49†18,7.Dan 4,24 Eccli 4,2†7,3,5 †12.3†14,11†29 12†35,4 Tob 1,4†4,7,17†12, 9† 14.12. Matth.6,3 † 10,42†19,21†25,35 42. Lucæ 3.11 † 6, 3 5 † 11,41 † 12,33 †14,13†16,9. 21 † 19,8 † 21, 1. Act. 2. 42 † 6 2 † 9.39 † 10 2 † 11,29 †20 35. Roman. 12, 8 †15, 26 1. Corinth 16,1 * 1. Corinth.8,4.15 † 9* Ephes.4.28. Hebræor.13,16.1. Ioan.3,17 Iacobi 2,15. quære Misericordia.

ELI sacerdos in Silo, 1 Regum 1,3. filij eius reprehenduntur 2, 12, 22, è solio lapsus fractis ceruicibus moritur.4,18.

ELIAS vide Helias.

ELISÆVS vngitur propheta, 3 Reg 19.19, iuxta præscriptum Domini, 19. 16. transit Iordanem, 4 Reg 2.14. sanat aquam, 2.20 reuocat puerum ad vitam, 4.32. mundat Naaman à lepra, 5.14. percutit Syrios cæcitate, 6.18. prædicit rerum abundantiam, 7.1 ægrotat, & moritur, 13.14. 20. mortuum eius corpus excitat mortuum, 13.21. commendatur. Eccli.48,13.

ELYMAS magus fit cæcus, Actuum, 13,8.

EMERE, & vendere quomodo oporteat, Genes.23,9,14†25,31†33,19† 41,57†42 * Leuitic.19,13,35†25,14,46 Deuteron.15,1 †25,13,2 Reg.4 21. Eccli.27,3 †42,25 Prou. 11,1.26†16, 11†20,10,23. Isaiæ 23,18. Ierem.32,6 Ezech.45, 10 Mich.6.10. Matt.7. Luc.14,18, 1. Corinth.7. 30,1 Thess.4,6.

EPHRON, quia negabat Iudę transitum funditus perdita est, 1. Mach.5,46, 2 Machab. 12,27.

EPISCOPI, eorum electio, & officium, Matth 20,23,26 Luc.4,16†22,26. Ioan 10,4 14 †11,15 Actor.1,24 †6,3 † 11,22,†14,20 † 20,28. Roman.13,16,21, 1. Corinth. 3,5 † 4,1†16,1,9, 2. Corinthiorum 3,6 † 4,5 † 10,8†6,4 Ephes 1. 15† 3,2 Coloss.1, 23, 1 Timoth.3,1†4.6 2. Timoth.2, 1,15, 24. Tit.1. 5, 1 Petr. 5. vide Concionator.

ERVBESCERE nullus debet Euangelium Psal.39,11 Eccl.41,9,21 Mar.8.38 Luc.9, 26. Rom.1,16.2 Timoth 1,8.

Erubescendum propter peccata, Ezech.16, 52 Eccli.42,11.

Esaias vide Isaias.

ESAV filius Isaac nascitur, Gen.25,24. vendit sua primogenita, 25,31 Hebr.12, 16, supplantatur à fratre suo Iacob, Gen.27* ducit filiam Ismaelis, 28,9 † 36,3 procedit contra Iacob cum 400. viris, 32,6 osculatur suum fratrẽ Iacob, 33, 4 Esau pugnare prohibetur Israel Deut. 2 4 vide Edom.

ESDRAS Scriba proficiscitur ex Babylone 1. Esdr. 7, 6 separat mulieres Gentiles ex Israel, 9* † 10 * legit coram multitudine librum Legis, 2. Esdr 8,2. 3 Esdr.9,39 appellatur Iosedech, 1 Paralip.6,15.

ESVRIRE iustitiam, Isaiæ 55, 1. Psalm. 106,9 Matth.5,6 Luc 1.53 † 6,21 Apocal 21,6 † 22,17.

EVA formatur ex costa Adæ, Genes.2,21, comedit fructum vetitum, 3,6.

EVANGELIVM Christi eiusque prædicatio, Gen.3,15 Isa.53,1†55,5†61*1 Matth 1,21† 11,28†28,19 Mar 16,15 Luc.2,10†2,46 Ioann. 3,16†6,35†8,12 † 10,9†12,46 Rom.1,16†3,21, 24 † 8.3 1 Corinth.1,15 39 † 4,15,1,2 Corinth. 5,18 Galat.1,6,11 Ephes.1,13,1 Timoth.1,15,2 Timoth.1,8†2,8.2 Petr.4,17.

Euãgelium adfert fiduciam, simul & timorem, consolationem, & terrorem, Matth 3,7* † 5,20,23†7,13,19,23†8,12†9,15†10,33†11,12 †12,37,41†12,29,40,50†15,13†16.27†18,6,7† 20,16†22,13,14†24,12.24 * †23,12,13,30,41* Marc.10,25,31†13, *Luc.3 17†6,24,25†9,62† 12.20 40 48†13,5,26,30†16,22 † 17,30,34†19, 22*†20.47†21 *Ioan.5,28†15,10 Actor.5,5,6* Romanor.1,18,†2,5,6, †6,23†9,18*†11,20,22 †13,2.3 4†14,12,1 Corinth.3,13,17†5,5†10,1† 11,29*†15,51†16,22,2 Corinth.7,1,8,10† 13,5 Galat 5.21,24. Ephes.5,5 Philippen 2,12,1 Timoth 5,24. Hebr.9 27 † 10,26,27*Iacob 4, 9 † 5,1,1 Petr.4,18†5,8,1 Petr.1,10†2,4*†3,10*Iudæ 15.

Euangelizanti debetur necessaria vitæ sustẽtatio Matt 10,9 Marc.6,8 Luc.9,4†10,7 Rom. 15,26.1 Corint.9 7,11,13 Galat.6,6.1 Timoth. 5,17.2 Timoth.2 6.

EVCHARISTIA Matth.26,26. Marc. 14,22 Luc.22, Ioann.1. Cotinth.11.24*†10,16. frequenter sumenda, Act.2,42 † 20.7 præfiguratur, Exod.16,15*

Eucharistia sub altera tantum, nimirum panis specie, Ioannes 6 58. data à Christo, Lucæ 24.30.31. Ab Apostolis, Actuum 2, 42 † 20,7

In Eucharistia non remanet substantia panis post consecrationem, sed est verum Christi corpus, & sanguis, Matth 26,26 Marc.14,22, Luc 22. Ioan.6,51.

Eucharistiam in publicis supplicationibus circumferendam esse, præfiguratum Ios. 6,6. 7,11*20.1 Reg 4,3.2 Reg.6.4.5.6.

Eucharistia adorandа, Psalm.21,28.30† 98, 5 Ioan.9.38.

EXACTIO census, & tributum debetur principibus, Matth.17,24 † 22, 17. Marc.12,16 Lucæ 20,22 Roman.13,7.

EXCOMMVNICATIO à Christo instituta, & præcepta, Matth.5,29†16, 19†18,8.18. Marc.9.42. Ioan.20,23.

Excommunicatio in vsu fuit Apostolis, 1. Corinth.5,3.10.2.Thess.3, 6,14.Timoth.1,20. Tit.3,10.

Excommunicatio exercenda ad ædificationem, & emundationem Ecclesiæ, & ad correctionem eius, qui excommunicatur, 1. Corint. 14,1. Timoth 1, 20, 2. Thess.3,24. vt spiritus eius saluus fiat, 1. Corinth.5*.

Excommunicatio Pharisæorum, Ioan.9,22, 34†12.42†16,2.

Excommunicandi qui in moribus, aut doctrina grauiter errantes admoniti, nolunt resipiscere, Prou.22,10 Matt.18,17. Rom.16.16,1. Cor.5*. 2. Cor.2,8 2. Thess.3*. 1. Tim.1.20†6, 5.2. Tim.2,17,21† 3,5. Tit.3,10 Ioan. Ep.2,10.

Excommunicati vitandi, Matth. 18, 17,1. Cor.5*.1. Tit. 3,10.

EXEQVIÆ celebrantur, Genes.23,2,3†50, 10. Deut.34,8,2. Reg.3,31*.

EZECHIAS filius impij Achab cum esset rex, tamen pius fuit, 4. Reg. 16,20. frangit serpẽtem æneum, 18,4. deficit ab Assyrijs, 18,7, mittit nuncium ad Isaiam prophetam, 19. 2. Ib.37, 2. decumbit ex graui morbo, 4 Reg.20,1. Ib.38, 1. ostendit Babylonis suum thesaurum, & reprehenditur, 4. Reg. 20. 12,14. Isa.39,1,5. commendatur. Eccl.48,19.

EZECHIEL cum alijs captiuis vehitur in Babylonem Ezech.1,1. vocatur, & mittitur, 2,3. commendatur, Eccl.49,10.

F

FACERE pro Sacrificare in Scripturis, Leu.15,15,30. Num.6,11.16†8,12 † 9,2,4, 10,14. Iud.13,16 Luc 22,19.

FAMA bona præstantior diuitijs, Prou. 22, 1, Eccl.7,2. Eccl.41,15,16.

FAMES, & annonæ caritas, Genes. 12,20†26 1†41*.42*.43*.44* 45*. 47*. Exod.16,3. Deut. 28,53†32,24 Ruth.1,2, 1.Reg.21,1 † 24,13,3. Reg.8,37†18,2.4.Reg.4, 38†6,25†8,1†25,3,2 Paral.6,28†20,9,2. Esdr.5*. Psal.36,19. Ib.5,13 Ier.14,1,12,15†15,2†29,17†34,17 Ezech.5.12, 16†6,11. Ioel 1. * Amos 4,6. Agg. 1,6,10†2,17. Matth.24,7. Lucę 4,25†15,14. Act.7 11†11,28. Rom.8,35,2. Cor 8,14†11,27. Apoc.6,8†18.

Fames verbi Dei, 1. Reg.3,1,2. Paralip.15,3. Osee 3,4†4,1. Amos 8,11.

FAMVLORVM famularumque officium Genes.16,46†24*. † 30.25†31,4†39,1,6, Exod.21,2,20,4 Reg. 5,20,25. Prou.14,35†17, 2†19,10†29,19 Eccl.2,7. Eccl.7,22 †10,28. Ier. 34,8. Ioel 2,29. Luc.12,37,45. Act.12,13, 1. Cor. 7,21. Ephes.6,5. Colos 3,22,1. Tim.6,1. Tit.2,9, 1. Petr.2,18.

FELIX præfectus Iudææ, Act.23,24†24*.

FERMENTVM mala doctrina, Leuit.2,11 †6,16. Deut.16,3 Matt.16,6. Mar.8,15 Luc.12, 1,1. Corinth.5,5. Gal.5,9.

FESTA Iudæorum, & in primis festum Paschæ, vide Pascha.

Festum Pẽtcostes, Exod. 21,16 †34,22. Nu. 28,26. Deut.19,9. Ioan.5.1. Act.2,1†20,16.

Festum tubarum, Leuit.23,24. Num.19,1,2. Paralipom.5,3.

Festum expiationum, Leuitic,16,30 † 23,27. Num.29,7,8.

Festum tabernaculorum, Exod.23,16. Leuit. 23,34. Num.22,12. Deuterom.16,13 † 31,10,1. Esdr.3,4,2. Esdr.8,15,17,2. Machab.1,9†10,6. Ioan.7,2.

Festum Sabbati, vide Sabbatum.

Festum neomeniæ, Num.28,11,1. Reg.20,5 Ezech.45,18.

Festorum violatio, quam grauiter puniatur, Num.15,32.

FESTVS præfectus Iudææ, Actuum 24,27.

FIDES in Scripturis varię accipitur, videlicet pro fidelitate, & veritate Dei in seruandis promissis, Psalm. 32,4. Isaiæ 11, 5. Tren.3,23. Osee 2,10†5,9. Rom.3,3. pro veritate, & constantia verborum inter homines, Genes.39,16 †44,32. Leuit.6,2. Eccli.22,28. Iere.42,5,1. Machab.10,27,1. Tim.2,7. pro virtute Theologica Sap.1,2†3,14. Habacuc 2,4. Matth.8, 23 †9,22 †17,20. Marc.5,34 Luc.5,20. Rom.3, 21†4,3† 5,1. pro fide viua, & formata per charitatem, Habacuc 2,4. Matth.9,22† 15,28. Marc.5,34† 10,52. Luc.7 50. Rom.3,21. Galat.5,6*. Hebr. 11*. pro fide mortua absque charitate, Matth. 7,21,22,1. Corinth.13,2†15,2. Iacob. 2,26. pro sponsione, seu voto, 1. Timoth.5, 12. pro fiducia, Iacob 1,6.

Fides charitate inferior, vide Charitas.

Fides viua, quæ per charitatem operatur, magnæ virtutis est, Matth 9,2,22,39†21,22. Marc.16,16. Luc.18,42. Ioan.1. 12†3,15,16,36 †6,35†7,38†11,25†14,12†20,29 Act.3,16†10. 43†15,9†16,31. Roman.1,16†3,22. Galat.3,8. Ephes.2,7. Hebr.11,6.

Fides non facit nos certos, aut securos de accepta peccatorum remissione, aut consequenda vita æterna, vide Certi.

Fides sine operibus non iustificat, 1 Corint. 13,2. Galat.5,6. Iac.2,24.

Fides ipsa etiam appellatur opus bonum, Philipp.1,6.

Fides est vna, Ephes.4,5.

Fidei vitæ, & operanti tribuitur iustitia, & salus, Genes 15,6 Matc.16,6. Luc 1,45†8, 48 † 23,41 Ioan.5,24†17,3. Act.13,38†16,31 Rom. 3,22†4,3,22†5* †10,1,10. Philip.3,9, 1. Petr.2, 6. Hebr.4,3.

Fidei prædicatio ad eorum, qui præsunt in Ecclesia, iudicium referenda est, Gal.2,2.

Fidem Gentilium etiam respicit Deus Iere. 39,18. Mat.8,5.13†15,28. Luc 7,9 † 10,33†17, 16. Ioan.4,47. Act.10,3†8,26.

Fideles Deus liberat à communi perditione, & internecione impiorum, Gen.6*,7*.8*,19*. Exod 8,22†9,4,6,26†10,23†11,7. Num.16,20, 26,31. Ierem.39,18 Daniel 6,22,2 Petr.2,7.

Infidelitas seu incredulitas punitur, Genes. 19,11.17,26. Numer.11, 21 † 14,2, 11† 20,12. Deuteron.9,20.4. Reg.7,2.17,4. Esd.15,4. Psal. 77,32. Eccli.2,15. Matth.8, 28 † 14, 30 † 17, 17. Marc.16,16 Luc.1,16†24,24. Ioan 3, 18,36†6, 7†8,24†12,48†20,27. Rom.11,20. Hebr.3,18† 4,2,11,6. Apoc.21,8.

FILIORVM officium erga parentes Genes.9,23†22,2,7†27,1†28,7†37,14*. Exod.20,

12 † 21,17. Leuitic. 19,3. 32 † 20,9 † 21,9. Deut. 5,16 † 21,15. 18 † 27,16. Iudic. 14.1.1 Reg. 1,11, 18,22 † 3,1;3 † 8,1 † 18,5.3. Regũ 2,19.4. Regum 2,23 † 12,2 † 22,1.2. Paralipom. 34,3 Eccli. 3,1, 8 † 6, 28 † 7, 29 † 8,7.11 † 22,3 † 23,18 † 25, 10 † 32,24. Tob. 4.1 † 14,5 Iob 1,4 † 8,4 † 32,4, 6. Prouerbiorum 1,8 † 4,1 † 6,20 † 10,1 † 13,1 † 15,20 † 10 26 † 20,11,20 † 22,15 † 23,19, 25 † 28,24 † 30,17. Ierem. 3,5.16. Ezech. 22,7. Matth. 4,20 † 19,3 † 15,4 † 19,1. Mar. 10.19. Luc. 2 48 † 18,20. Act. 7. 14 † 22,3. Eph. 6,1. Colos. 3,20. 1. Tim. 5,1.1. Pet. 5,5.

FOENVM, & herba citò transiens omnis homo, Psal. 89,6 † 128,6. Isa. 40,6. Eccli. 14,15,1. Pet. 1 24. Iac. 1,10.

FOENVS, vide Vsura.

FORNICATIO iram Dei prouocat, Deuter 22,21. Prouer. 23,27. Eccli. 19.3. Ierem. 5,7 Osee 4,14,1. Corinth. 6.9,13;15. Colos. 3,5. Hebr 13, 4. corpus eneruat, & facultates absumit. Iob 31, 12. Prouerbiorum 23,27 † 29, 3 † 31,3 Eccli. 9.6. infamiam adfert, Eccli. 9, 10. † 41, 21. fornicationis occasiones vitandæ, Eccli. 9,4.12 † 42, 12. fornicatio non solum in opere externo, sed & in affectu prohibetur. Exod. 20,17. Matth. 5.28

Fornicatio spiritalis, quæ est hæresis, & idololatria. Deut. 31,16. Iud. 2, 17 † 27,33. Isa. 1, 21 † 57,3. Ier. 3,1. Eze. 6,9 † 16. * Osee 1,2 † 2,4 † 4 15. Apo al. 18,3.

FRATRES, & sorores Christi, qui sint, Matth. 112,40 † 28, 10. Marc. 3,33. Luc 8,21. Io. 20.7. Heb. 2,12. Psal. 21,23.

FRAVS, quære Dolus.

FRVCTVS boni operis, quære Opus,

FVNDAMENTVM est Christus, 1. Corinth. 3,11. Ephes. 2,20 1 Pet. 2,6 fundamentum etiam Apostoli, Eph. 2,20. Apoc. 21,14.

& peculiariter Petrus, Mat. 16,18*. Io. 21,15, 17. cuius fides numquam deficiet, Luc. 22,31.

FVRTVM prohibetur, committitur, & punitur, Exod. 20,15 † 21,17 † 22,1. Leuit. 19,11, Deut. 5,19 † 24,7. Ios. 7,1,19, Tob. 2,21. Prouer. 6,30. Osee 4,2.2. Mach. 12,40. Matth. 19,18. Io. 12,6,1. Cor. 6,10. Apoc. 9,21.

Fures dicuntur, verbum Dei, & doctrinam veram adulterantes, Ier. 23.30. Ioan. 10,1.

G

GAAL opponit se Abimelech, Iudic. 9,27, 35.39.

GABAONITÆ redimunt vitam astu quodam, Iosue 9*. obsidentur, & obsidione liberantur, 10,5*. Propter ipsos iniustè à Saule occisos suspenduntur filij Saulis, 2. Reg. 21,2.6,9.

GABELVS venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob. 9,7.

GABRIEL apparet prophetæ Danieli, Dan. 8,16 † 9.21. Zachariæ sacerdoti, Luc. 1, 11. Virgini Mariæ, 1,26.

GAD filius Iacob ex Lia, Gen. 30,11 † 25,26. Gaditæ recipiunt suam hæreditatem, Nu. 32*. Deut. 3,12. Iosue 13,24*

Gad prophera admonet Dauid, vt non maneat in terra Moabitarum, 1. Reg. 22,5. nunciat Dauid iram Dei, 2. Reg. 24,11,18.

GAIVS, 1. Cor. 1.14. capitur, Act 19,29 educit Paulum in Anam, 20, 4. hospitio eum suscipit, Rom. 16.23.

GALGAL, siue Galgala, ciuitas Israel, Ios. 4,19 in Galgal circumciditur populus, & celebrat Pascha, 5,2,10. egreditur inde ad liberandos Gabaonitas † 10,7. reuertitur, 10,43.

GALILÆA recipit Christum Ioan. 4,45 in Galilæa incipit Christus prædicare, Matt. 4 12. Act. 10,37.

GAMALIEL vir peritus Legis, Act. 5, 34 † 22,3.

Gamaliel dux Manassitarum, Num. 1,10.

GAVDERE & lætari honestè licet, 1. Paralipom. 29,9* 2. Esdr. 12,42. Psal. 67,4, Lucæ 1,14 1 Thess 1,6 † 5,16.

Gaudendum non est morte Gentilũ Eccl. 2, 2 † 7,3. Osee 9,1. Amos 6 8. Prouerb. 2, 14, Iacob 4.9.

Gaudium in persecutione, Matth. 5 12, Act. 5,41 † 20,24. Rom. 5,3. Colos. 1,24. Hebr. 10,34 † 11,25.

Gaudium spiritus, Luc. 10,21. Rom. 12,12 † 14,17. Gal 5,22. Phil. 4,4,1. Thes. 3.16.

Gaudium salutis æternæ, Isa 25 18 † 26 1 † 33 20 † 65,12 Sap 3,1,7. vide Beatitudo.

GEDEON dux, & iudex in Israel, Iudic. 6*. † 7 †. 48*.

GEMITVS quis probandus, quis improbandus, Exo. 2.24, Ezec. 9,4. Iob. 3,1,2. Mach. 6,30 Rom 8,22 Iac. 5,9.

GENTIVM vocatio, Genes. 49,10. Nu. 24,17. Deuter 32,43,2 Reg. 22,44 50,3. Reg. 8, 41. Psalm. 2,8 † 21,28 † 67,32 † 71,8,17 † 85,9 † 86, 4. Isaiæ 2,2 † 11,10 † 19,18 † 25,7 † 27,13 † 29,17 † 35*. † 41,25 † 43,5 † 45,14 † 49*. † 51,5 † 54*. † 55* † 56,3.6 † 60,3,9 † 65,166,19,20. Ierem. 9,24 † 12,16 † 16,19. Osee 2,1,24 Ioel 2 28. Mich. 4,2. Soph 3,9. Zach. 2,11 † 8,20 † 9,10. Mat. 2,2,7 † 8; 21 † 21,31,43 † 22,9 Ioan. 10, 16. Act. 6, 26,30 † 10*. 1. Corin. 12,13. Ephes 2,10.

Gentium mores non sunt nobis imitandi, Leuit. 18,3 † 20,23. Ierem. 10,2.

GENV omne flectendum Domino Ps. 21, 30. Isa 45,23. Rom. 14,11, Phil. 2,10.

GERSON filius Leui, Num. 3, 17. Gersonitarum ministerium, 3,25 † 4,22

GIESI minister Eliei, 4. Reg. 4,25. fit leprosus, 5,26.

GLADIVS non cuiuis permittendus, Mat. 26,51. Mar. 14,47 Luc. 22,49 Ioan 18,10.

Gladius spiritus est verbum Dei, 4. Esdr. 13, 9,27 Isa 11 4 † 37,1 † 31 8 † 49.2 † 66.16 Ephes. 6, 17. Hebræ 4,12. Apocal. 1,16 † 2,16 † 19,15,2. Thessal. 2,8.

GLORIA Dei in omnibus quærenda, Ios. 7 19. Psal. 115,1. Matt 6,9. Ioan. 9,24 † 17,4 Act. 3, 12 † 12,23,1. Cor. 6,20 † 10,31 Phil. 1,20. Colos. 3 17. Tit. 2,10. quære Honor.

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

GODOLIA filius Ahicam gladio interimitur 4 Reg. 25,25, Ier. 41,2.

GRATIA in scripturis accipitur pro beneficio, Ruth 2.20,2. Reg. 2.6 † 15,20. Prouer. 4 9, Eccli. 7,27 † 29,20. Pro fauore, Genes. 6,8 † 18,3 † 19,

INDEX BIBLICVS.

† 19,19 † 39,21, Exod. 12,36. Tob. 1,13. Esther 2 Reg. 8,11.15 iuxta mandatum Domini, 3. Reg. 17. Prouerbiorum 13,5. Ecc. 4,25, Dan, 2,9. Act. 2,47 † 24,17 † 25,9. pro præmio quod à Deo expectatur prouerbiorum 1,9 † 12,2,2. Mach. 12, 46. Luc. 6,33 1. Pet. 2,19. pro dono aliquo gratis dato, Esther 15,17. Psalm. 44,3. Prouerb. 3 22 † 16,23 † 22,11.1. Corin. 12.* Ephes. 4,7.1. Pet. 4,10, pro dono supernaturali Deo gratũ facientes, Psalm. 83,12. Luc. 1,28 † 2,40. Ioa. 1,15. Rom. 1.7,1. Corinth. 16,23,2. Corinth. 1,1,2. Galat. 5,5. Heb. 13,19. Iac. 4,6. pro re grata, pulchra, accepta, & amabili Prouerb 31,30. Eccles. 10,12. Ecclesia. 7,21 † 11,19 † 26,16,19 † 40,22. Luc. 4,22. Ephes. 4,29

Gratiæ donum quàm sit occultum, & reconditum, quodque nemo facile illud sibi arrogare debeat, Iob 9,20,21. Psalm. 2,1 † 18,13 † 142, 2. Prouerbiorum 14,12 † 20,9. Ecclesiast. 9,1,2. 12. Ecclesi. 5,5. Ierem. 17,9,1. Corinth. 4,4.2. Corinth. 10 14 † 13,5. Gala. 6,3. Philip. 2,12,1. Petri 4,18,2. Pet. 1.10.1. Ioan. 4,1

Gratia qua quis hominibus gratus est, etiam illa à Deo est, Exod. 3,21 † 11,3 † 12,36.4. Reg 25 27.2 Esdr. 2.5 Psa. 10,.46 Ierem. 40.2,3,4. Dan. 1,9 Tob. 1.13. Act 24 23 † 27,3 † 28,16

Gratus animus erga Deum, & homines commendatur, Genesi 4,3 † 8,20 † 14,21 † 23* † 24,48 † 26,25. Exo. 15.1. Leuit. 25.6. Numer. 15.17 † 31 48. Deuteronom. 4,9 † 6,5 Iudic. 5,1.1 Reg. 2,1 † 14 35 † 31,11 2 Reg. 10,2 † 19,33 3 Regũ 2,7 1 Paralipomen. 29,10,20.2. Paralip. 15,11 † 20 26. Esther 6* Tob. 9,1 † 12,1.7. Eccli. 7,22 † 32,28 † 35,13.1. Machab. 4,24 † 5,54.2. Machab. 3,33 Matt. 11,25. Marc. 5,10. Luc. 18,43. Ioan. 11.40 Act. 4, 21 † 27,35. Roman. 6, 17,2. Corint. 6,1 Ephe. 5.19. Philip. 4,6. Colos. 2,7 † 3,15.1. Thes. 5,18.2. Thess. 1,3.1. Tim 4,3

Gratiæ agendæ ante & post cibum sumptũ, Deuteron. 8,10.1 Reg. 9.13, Isa 62 9 Matth 24, 19 † 15 36 † 26,25 Marc. 6,41 † 8,6 † 14,22 Luc. 9, 16 Ioan. 6,11 23 Act. 27,35. Rom 14,6.1. Cor. 20,30,1 Tim. 4,3

GVLA, vide Ebrietas, & Ciborum luxus.

H

HÆRETICOS, & infideles relinquit Deo ad iustorum probationem, Iudic. 3,1,1 Cor 11,19

Hæretici iam inde à temporibus Apostolorum exiterunt. Tim 1,20 2. Tim 2,18.1. Ioan. 2,18,2. Ioan. 7. Apoc. 2,15

Hæreticos futuros etiam nostris tẽporibus prædictũ est, Matt. 24,5,24 Ioan. 5 43,1. Tim. 4,1,2 Tim. 3,1,2 Pet 2,1 † 3,3. Iudæ 18

Hæreticorum mores, & doctrina, ibidem,

Hæretici vitandi, Deuteron. 13 1 Mat. 7,15. Rom 16,17,2. Tim. 2.17 † 3,5 Tit. 3,10.2. Thes. 3,14. Ioan. 2,10

Hæretici male tolerantur à præfectis, Apocalip 2,14

Hæretici tollendi è medio, Deut. 13,5 † 18,20 3. Reg. 18,40* 4 Reg. 10,25*

Hæresis, fornicatio spiritualis, vide fornicatio.

HAZAEL famulus Benadad regis Syriæ, 4. Reg. 8,11.15 iuxta mandatum Domini, 3. Reg. 19,15 percussit Israel in vniuersis finibus suis, 4. Reg. 20,32 † 12,17 † 13,3 quemadmodum Prophetatum est, 4. Reg. 8,11,13. moritur. 13,24

HELIAS vir pilosus, & zona pellicea cinctus renibus. 4. Reg. 1.8

Heliæ orationis efficacia, 3. Reg. 17,1. Iacob. 5,17,18, alitur ministerio corui, 3. Reg. 17.2 exitat puerum mortuum 17,19 occidit prophetas Baal, 18.40. fugit Iezabel. 19,3. mittit in Damascum, vt vngeret Hazael regẽ Syriæ, 19,15 mittitur ad Achab, 21,17. ad Heliã missi principes quinquagenarij cum suis, igne cælitus demisso consumuntur, 4 Reg. 1.10. assumitur p turbinem in cælum, 2,11. apparet in transfiguratione Domini, Matt. 17,3. Luc. 9,30

HELIODORVS à cubiculis Seleuco, tentat thesaurum templi auferre. 2. Machab. 3,7.13. punitur à Deo, 3 24

HELISEVS: vide Eliseus.

HERODES Ascalonitas occidit innocentes pueros, Matth. 2,16. & moritur, 2,19

Herodes Antipas filius Herodis, tetrarcha Galilææ, Luc. 3,1 occidit Ioannem Baptistam, Matth. 14.9 Herodes & Pilatus morte Christi inter se reconciliantur, Luc 23,12. Act 4 27

HERVS & Hera vide Dominus, & Domina

HESRON filius Phares, Genes. 46,12. Mat. 1,3 relinquit post se Azam, & Appellatur Iephonne, 1. Paralip. 4 15

HESTER fit vxor Assueri, Esther 2* precibus suis apud Assuerum latam de Iudæis vno die occidendis sententiã reuocat, Esther 8,3,8

HIEREMIAS, vide Ieremias.

HIERVSALEM, vide Ierusalem.

HOLOFERNES dux Nabuchodonosor mittitur contra Israel, Iudith 2.4. blasphemat Deum, 6,1

Obsidet Bethuliam. 7,1. proprio gladio ceruix ei præciditur, 13.8

caput eius conspiciendum ponitur in muris ciuitatis, 14,1 totus Assyricus exercitus se in fugam dedit, 15.1

HOMO creatus est ad imaginem Dei, Gen. 1,26 † 2,7 † 5,1 † 9.6. Sap. 2,23. Eccl. 17,1 Iob 10,8. Psal. 118,73 Iac. 3 9

Homo maledicitur, Gen. 3,17

benedicitur in Christo, Genesi. 12,3 † 22,18. Galat. 3,8

Hominis regeneratio, Matth. 18.3 Ioann. 1, 13 † 3.3 6 † 4,14 † 7.38 1. Corinth 4.15. Galat. 4, 19. Ephe. 4 4,22. Colos. 3 8. Tit. 3,5.1. Pet. 1,23 † 2.2 Iac. 1.18

Homo puluis, & lutum, Genes 2.7 † 3,19 † 18 27 Eccl 12.7. Eccl. 17. 1 † 18,8 † 41,13. Iob 4,19. † 10.8 † 34,15. Psalm. 77.39 † 102.14 † 143 4 Isaiæ 40,6

HOMICIDIVM, latrocinium, & sanguinis effusio, Genes. 4* † 9,6 † 37,18. Exod. 2,12 † 20,13 † 22,2. Leuit. 24.21. Num. 25.7* Deuteronom. 5,17, † 19.4,11 † 21,1 † 27.24 Ios 20.3 Iud 9 5 1 Reg. 18,17 2 Reg. 3.27 † 4,7,12 3. Reg. 2.5.25.34 46.4 Regũ 14,5 † 21.16. Prou. 6.17 † 28.17 Eccl. 34.25-27. Thren. 4.13. Ezech. 11,6 † 22.2 † 24,6. Osee 4,2. Matth. 5.21 † 19,18 † 23,34 † 26,51. Ioa. 8.44.

8, 44. Rom. 13, 9. Galat. 5, 21. 1. Ioan. 3. 12. Apocalyp 13, 10.

HONOR quia à hominibus proficiscitur, non magni faciendus, Num. 16, 1. Iudic. 9, 1, 1. Reg. 10, 27. 2. Regum 15, 1. 3. Regũ 1, 5. Esther 3, 1*. † 6, 6. Eccl. 9, 16 † 10, 29, 30. Iere. 9, 23. Mat. 6, 1 † 8. 4 † 9, 30 † 17, 9 † 20, 21, 26. Marc. 1, 44 † 5, 43 † 7, 36 † 8, 26 † 9, 8 † 10, 35. 43 Luc. 22, 24. Ioann. 6, 15 † 8, 50 † 12, 43. Acto. 10, 26 † 14. 14. Galat. 6. 2. Philip. 2, 3. 1. Thessal 2, 6. 1. Petr. 5, 3. 3. Io. 9. Apocalyp. 19, 10 † 22, 9.

Honor Dei, quære Gloria

Honorandi Parentes, vide Parentes

HOSPITALITAS commendatur, Isa. 58, 7. Mat. 25, 36. Luc. 14, 13. Rom. 12, 13. 1. Tim 3, 2. Tit. 1, 8. 1. Pet 4, 9, 3. Io. 5, 9. Heb. 13, 2. Iac. 1, 27.

Hospitalitatis exempla, Gen. 18, 3 † 19, 2 † 24, 31. Iosue 2*. Iudic. 13, 15 † 19, 4, 9. 3. Reg. 17, 10, 17. 4. Reg 4, 8. Iob 1, 4 † 31, 17. Tob. 2, 1. Luc. 10, 38 † 19, 6 Act. 16, 15 † 28, 2, 7.

Inhospitalitas, Iud 8, 5 † 19, 18. 1. Reg. 25, 9, 14. Sap. 19, 13.

HVMILITAS Deo grata est, Gen. 18, 27 † 29, 31 † 41, 40. Iudic. 6, 15. 1. Reg. 1*. † 2, 1, 8 † 7, 9, 10. 2. Reg. 6, 16, 21. 1. Paralip. 12, 6, 8 † 32, 26 † 33, 12 † 34, 26. Psal. 33, 19. Prou. 11, 2 † 16, 19 † 18, 12 † 22, 22 † 25, 7 † 29, 23. Isaiæ 37, † 57, 15 † 66, 2. Iere. 1, 6. Ion. 3, 5. Eccli. 3, 18 † 7, 19. Iudith 4, 7, 11 † 9, 16. Matth. 3, 11 † 5, 3 † 8, 8 † 11, 20 † 15, 27 † 18, 4 † 20, 26 † 21, 5 † 23, 7, 11. Mar. 9, 34 † 10, 43. Luc. 1, 48 † 9, 42 † 14, 7, 11 † 15, 19 † 18, 13 † 22, 26. Ioan 13, 4. Act. 10, 26. Rom. 11, 20 † 12, 16. 1. Cor. 4, 6 † 15, 8. Philip. 2, 3. Colos. 3, 12 Hebr. 11, 24. 1. Pet. 5, 5. Iac. 1, 9 † 4, 10. Apoc. 4, 1 † 19, 10.

HYMENÆVS pseudoapostolus, 2. ad Tim. 2, 17.

HYPOCRISIS, 1. Reg. 15, 11* † 18*. 2. Reg. 15, 2, 7. 4. Reg. 1, 6, 9. Iob 8, 13 † 13, 16 † 15, 34 † 20*. † 27, 8 † 36, 13. Prouer. 30, 13. Eccli. 1, 36 † 19. 24. Isa 29, 13 † 38, 2. Ierem. 9, 8. Ezech. 33, 30. Malac. 3, 13 2. Machab. 6, 24. Matth. 2, 7, 16 † 7, 2, 16 † 7, 5 † 15, 7 † 16, 3 † 22, 18 † 23*. † 24, 51. Marc. 7, 6. Luc. 11, 44 † 12, 1, 56 † 18, 11. Act. 5, 1 † 8, 18 † 13, 8. Rom. 2*. Galat 2, 13. 1. Timot. 4, 2. 2. Tim. 3, 5, 1. Thess. 5, 22, 1. Pet. 2, 1.

I

IABES in Galaad opprimitur ab Israel, iud. 21, 10. obsidetur, 1. Regum 11, 1. viri Iabes Galaad exhibent misericordiam Sauli, & filio eius, 31, 12.

IACOB filius Isaac nascitur, Genesi, 25, 23 emit à fratre Esau primogenita, Gen. 25, 31. Præcipit Esau benedictionem, 27, 5*. proficiscitur ad Laban, 28, 10. videt scalam, & vouet votum, 28, 12, 2.

seruit Laban pro duabus filiabus, 29, 18. reuertitur in patriam, 31, 17.

Inclatur cum angelo, 32, 24. vocatur Israel, 32, 27 † 35, 10, 3. Reg. 18, 31. mittit filios in Aegyptum, 42, 1.

migrat cum tota sua familia in Aegyptum, 46.* Deuteronom. 10, 22. filios Ioseph adoptat in suos, 48, 5, 8.

benedicit duodecim filijs, & moritur, 49, 33. sepelitur cum patribus suis in terra Chanaan, 50, 4, 7. secundum promissionem, 47, 29. & secundum mandatum, 49, 29. commendatur, Eccli. 44, 24. vide Israel.

Iacobus Zebedæi filius vocatur, Matt. 4, 20. occiditur, Act. 12, 2.

IEBVS appellatur Ierusalem, Iosue 15, 8. Iudic. 19, 10, 1. Paral. 11, 4.

Iebusæos expugnare non poterat Israel, Iud. 1, 21. superantur tamen à Dauid, 2. Reg. 5, 8.

IEHV filius Hanani prophetæ arguit regem Iosaphat, 2. Par. 19, 2.

mittitur ad Baasa regẽ Israel, 3. Reg. 16, 1, 7.

Iehu filius Iosaphat filij Namsi vngitur vt rex esset Israel, ad descendam domum Achab, 4. Reg. 9, 1, 6.

iuxta præscriptum, 3. Reg. 19, 16.

occidit Iezabel, 4. Reg. 9, 30, 33.

occidit septuaginta filios Achab, 10, 1. iubet comprehendi, & iugulari fratres Ochoziæ regis Iuda, 10, 14. perdit seruos Baal, 4. Reg. 10, 17, 25. moritur, 10, 35.

IEIVNIVM, & ieiunandum esse, Ioel, 2, 12. Tobiæ 12, 8 Matth. 6, 16. Marc. 2, 20. Luc. 2, 36 † 5, 35. Rom. 13, 13, 1. Corin. 7, 5. 1. Corin. 6, 5 † 11, 27. Act. 13, 2, 3, 14. 22. Ephes. 5, 18. 1. Thessal 5, 3, 6. Tit. 2. 2. 1. Petr. 1, 13 † 5, 8. vide Quadragesima.

ieiunij meritum, Ier. 35, 14, 19. Ionæ 3, 7, 9, 10. Iudith 4, 8 † 8, 6. Matt. 17, 21 † 6, 17 Luc. 2, 37.

ieiunatur pro mortuis, 1. Reg 31, 13, 2. Regu. 1, 12 † 3, 36. 1. Paral. 10, 12.

ieiunij exempla. Exod. 24, 18 † 38, 28. Deuteronom. 9, 9, 18. Iud. 20, 26. 1. Regũ 7, 6 † 31, 13, 2. Reg. 3, 35 † 12, 16. 2. Paralipom. 20, 3. 1. Esd. 8, 21. 2. Esd. 1, 4, 4. Esther 4, 2. Psal. 34, 13 Ierem. 36, 9. Dan. 10, 3. Ionæ 3, 5. Iudith 4, 7 † 8, 5, Tobiæ 3, 10. Matth. 4, 2 † 9. 14. Luc. 2, 37 † 5, 33. Acto. 10, 30 † 13, 3 † 14, 23.

ieiunium indictum à rege Saule, 1. Regum 14, 24. à Iosaphat, 2. Paralipom. 20, 3. à Ninijtis, & eorum rege, Ionæ 3, 5, 7. ab Esdra, 1. Esdr. 8, 21. ab Esther, & Mardochæo, Esther 4, 16. vide Abstinentia.

IEREMIAS propheta ex Anathoth. Iere. 29, 27. vocatur, & à Deo mittitur, 1, 4.

Ieremias persecutionem patitur, Iere 18, 19 † 20, 1 † 26, 7 † 33, 1 † 36, 12 † 38, 4, 7.

Ieremias inuenit gratiam apud Nabuchodonor, Ier. 39, 11.

Ieremias vinculis soluitur à Nabuzardan, Ierem. 40, 1.

Ieremias luget Iosiam, 2. Paralip. 35, 25.

IERICHO expugnatur, & exuritur, Ios. 6, 10, 24. reædificatur ab Hiel, 3. Reg. 16, 34. appellatur ciuitas Palmarum, Deuterono. 34, 3. 2. Paral. 28, 15.

IEROBOAM filius Nabat, seruus Salomonis, fit inimicus Israeli, 3. Reg. 11, 26, 2. Paral. 16, 3. fit rex decem tribuum. 3. Reg. 12, 20. iuxta verbum Ahiæ, 11, 29. erigit duos aureos vitulos, & falsum cultũ Dei, 12, 28, 31. idq. punit, & exprobratur, 14, 7 † 15, 25 † 16, 19, 26. 4. Re. 3, 3. † 10,

† 10, 29, 32 † 13, 2, 6, 11 † 14, 24 † 15, 9, 18, 24 † 17, 22 † 23, 15.

Manus eius exarescit, 3. Reg. 13, 4.

Curatur, 13, 6. moritur, 14, 20. tota eius domus perditur, 15, 29. iuxta quod prædictũ fuerat, 14, 10. contra Ieroboam, Amos 7, 10.

Ieroboam filius Ioas fit rex Israel, 4. Reg. 13, 13 † 14, 16. moritur, 14, 29.

IERVSALEM expugnatur à filijs Iudæ, Iudic. 1, 8. eligitur à Deo in habitaculum, 3. Reg 8*. 2. Par. 6, 2 † 7, 16.

Ierusalem appellatur Iebus, Ios. 15, 8. Iudic. 19, 10. 1. Paralip. 4, 11.

Ierusalem appellatur Salem, Psal. 75, 3.

Ierosolymam quæ tribus Iacob inhabitauerint, 1. Paral. 9, 3. 2 Esd. 11, 1.

Ierusalem obsidetur a rege Syriæ, & Israelis, 4. Reg. 16, 5. à rege Nabuchodonosor, 4. Reg. 24, 10 † 25, 1.

Ierusalem exuritur, & euertitur, 4. Reg. 25, 9. iterum excolitur, & reparatur, 2. Esd 3*. † 6, 15.

Contra Ierusalem, & eius ciues, 4. Reg. 21, 12 † 23, 27. Isaiæ 1, 6 † 3, 1 † 22, 1, 8 † 29, 1, 7 † 65, 2. Ier. 4, 3, 9 † 7*. † 13*. † 17, 19 † 19, 3, 6 † 21, 2 † 13, 39 † 25, 8 † 32, 3, 26 † 34, 1 † 38, 3 † 30, 8. Ezech. 6. 6 † 4*. † 5*. † 10, 2 † 15*. † 21, 6 † 22*. † 23*. Soph. 3, 1.

Ierusalem destruẽda per Romanos, Dan. 9, 26. Zachar 14, 1. Mat. 23, 1, 15. Luc. 13, 35 † 19, 41 † 20, 16 † 21, 6. Io. 11, 48.

Ierusalem spiritualis, Ecclesia sancta, Psalm. 12, 1, 3. Isa. 33, 20 † 54, 11 † 60*. † 62, 6 † 65, 16, 18. Tob. 13, 19. Baruch. 5, 1, 7. Gal 4, 26. Heb. 11, 10 † 12, 22. Apoc. 3, 12 † 21, 2, 10.

IEZABEL impia, impij Achab coniunx, 3. Reg. 16, 31 † 25, 5, 7.

Occidit prophetas Domini, 18, 4, 13. minatur Heliæ propheræ mortem, 19, 2. à canibus dilaceratur, 4. Reg. 9, 33. iuxta verbum Heliæ prophetæ, 3. Reg. 21, 23.

ILLVMINATI dicuntur Baptizati, Heb 6, 4.

IMAGINES iussit Deus fieri, Exod. 25, 18*. Num. 21, 8*.

Imagines fecit Salomon, 3. Reg 6, 35 † 7, 25, 29, 36 † 10, 19. 2 Paral. 3, 10, 14 † 4, 3.

Imaginum vsus, Nu. 21, 8. Sap. 16, 6. Ios. 2, 26*. de altarijs testimonium, & memoriam extructo.

IMMISERICORDIA, & eius punitio, Exo. 1, 12 Deuter. 23, 3. Iudic. 8, 6, 15. 1. Reg 25, 15, 38. Iob. 20, 19 Prou. 21, 10. Eccli 12, 13. Amos 1, 6. Matth. 18, 30, 34 † 25, 42. Luc. 16, 21, 23. Iacobi 2, 13.

IMPATIENTIA, & eius punitio, Exo. 14, 11 † 15, 24 † 16, 2, 7 † 17, 2. Num. 11, 1, 10 † 14, 1, 26 † 21, 5. Iob 3, 1. Prou. 12, 16. Eccli. 2, 16.

IMPIORVM dicta, facta, & cogitata contra pios, Sap. 2*. Psal. 9*. 10*. 11*. 13*. Prou. 4, 14.

Impiorum prosperitas, Iob 10, 3 † 21, 7, 10. Ps. 72, 2, 8 † 91, 8, 4. Esdræ 3, 28, 31. Ier. 12, 1. Habacuc 1, 13, 2. Machab. 6*.

Impiorum prosperitas bonis admirationem parit, Iob 21, 7, 13. Psal. 72, 2. Eccle. 7, 16. Ier. 12, 1. Habac. 1, 13. Malach 3, 15.

Impij incidunt in mala, quæ pijs parantur 1. Reg. 17, 42 † 31, 4. Esth. 7, 10. Psal. 7, 16 † 9, 16 † 34, 8 † 36, 14. Prouerb. 26, 27. Eccles. 10, 8. Ii 31. 1. Ierem. 48*. Dan. 3, 22 † 6, 24 † 13, 62. Eccli. 27, 28*. Iudith, 13, 4. Apoc. 18, 6.

Impij incidunt frequenter in malum quod timent, Iob 6, 16. Prouerb. 1, 26 † 10, 24. Is. 66 4.

Impiorum subita, & improuisa punitio, dispersio, & euersio, Genes. 7, 21 † 14, 15 † 9, 24 † 34, 25. Exod. 14, 24. Leuit. 10, 2 Num 11, 33 † 16, 31. Iosue 10, 9 † 11, 7. Iudic. 4, 20 † 7, 12, 15, 21 † 8, 11 † 16, 28. 1. Reg. 30, 16. 2. Regum 13, 28, 3. Reg. 6, 2 † 18, 40 † 20, 13, 19. Iob 4, 8 † 5, 3 † 8, 13 † 15, 20 † 18*. † 20*. † 27, 14 † 36, 12 Psalm. 1, 5 † 36*. Prouerb. 1, 27 † 6, 15 † 10, 25 † 12, 7. Ilaiæ 5, 24 † 47, 9 Ierem. 15, 8. Dan. 5, 30. 1. Machab. 2, 62 † 4, 3. Matth. 24, 38. Lucæ 12, 20, 46 † 16, 23, 25 † 17, 27, 29. 1. Theff. 5, 3.

Impiorum punitio bonis est ad timorem, & cautionem, Deuteron. 13, 11 † 17, 18 † 19, 20 † 21, 21 Prou. 19, 25 † 21, 11. Eccli. 23, 37. Act 5, 11. 1. Timoth. 5, 20.

Impios deridebit Deus, Psal. 2, 4 † 36, 13 † 58, 9. Proue. 1, 1, 16. Sap. 4, 12.

IMPOSITIO manuum varia in veteri testamento, Genes. 48, 14. Exod 29, 10 Leuitic. 54 † 3, 2. Num. 27, 23. Dan. 13, 34 Marc 10, 16.

Impositio manuum in sacramento ordinis, & confirmationis, Act 6, 6 † 8, 17 † 13, 3 † 19*. 1. Tim. 4, 14 † 5, 22, 2. Tim. 1, 6.

IMPVDICITIA contra naturam, Gen. 19, 5 † 38, 7 Leuit. 18, 22 † 20, 13. Iudic. 19, 22, 30. Ro. 1, 27. 1. Cor. 6, 1. Ephes 5, 12. 1. Timot. 1, 10, 2. Petr 2, 7, 8.

INCANTATIONES, & maleficia, Exod. 7, 11 † 8, 18 † 22, 18 Leuit. 19, 31 † 20, 6, 27. Nume 23, 23. Deuteron. 18, 10, 1. Reg. 28*. 4. Reg. 17, 17 † 21, 6. Isaiæ 2, 6 † 44, 25 † 47, 13. Ierem. 10, 2 Dan. 2, 2, 10 Mich. 5, 11. Act. 8, 8 † 13, 6 † 16, 16 † 19, 19. Gal. 5, 20. Apocalyp. 18, 23 † 21, 8.

INCESTVS graue peccatum, Leu. 18, 6, 7 † 20, 11, 14. Deut. 22, 30. 1. Cor. 5, 1, 2.

INDVLGENTIÆ, 2. Cor. 2, 10.

INFERNVS, & damnatio parata diabolo, & angelis eius, vide Damnatio.

Inferni pœna varia, & horribilis, Deuteronom. 32, 22. Iob 24, 19. Psalm. 10, 6 † 20, 10 † 48, 15 † 111, 10 Sap 11, 17. Eccli. 21, 10. Isaiæ 30, 33 † 13, 11, 13, 14 † 34, 9. Ierem. 9, 15. Malach. 4, 1. Matth. 8, 12. Luc. 13, 27 † 16, 23. Apocalyp. 14, 9 † 18, 7 † 20, 14. nunquam terminanda, Isa. 60, 24. Matth. 25, 41, 46. Mar. 9, 47, 2. Thessalon 1, 9.

INFIDELITAS, vide Fides.

INFIRMITAS corporalis: vide Aegrotatio.

INGRATITVDO, & eius punitio, Gen. 31, 1 † 40, 23. Exo. 18. Deut. 23, 3*. Iud. 2, 1 † 6, 8 † 8, 33 † 12, 1. 1. Reg. 10, 18 † 12, 8 † 25, 3, 10, 2. Regum 14, 30, 2. Par. 24, 21. Prou. 17, 13. Isaiæ 1, 2 † 5, 4. Ierem 2, 5, 6. Ezech. 16*. Osee 10, 1 † 13, 2, 6. Mich. 6, 3. Sap. 16 29, 1. Mach. 16, 16, 19. Matt. 11, 20. Luc. 17, 18. Io. 11, 46. Ro. 1. 21. 2. Timoth. 3, 7.

INIMICVS nõ passim contemnendus est,1 Reg.14.14 †17,43 2.Reg 21,20,3.Reg.20. * 4.Reg.14,8.
Inimico reconciliato non temerè credendũ est,1 Reg.24,17†26,21.1 Reg.3,16 1.Mac.12 24
INIQVITAS abundabit 4 Esdr.5.2 † 14, 16 Matt 24,12,1.Ioã.5,19 vide Impij & Mali.
INNOCENTIA sua cuique tuenda,& malæ suspiciones amouendæ,Ios.22,22, 1.Reg. 1, 14,3 Reg.18,17. Ierem. 37,12. Act. 2,14.†6, 14 † 7,2 †28,17.
INOBEDIENTIA eiusque punitio, Genes. 3,16,17† 16,17,29. Leuit 10,1. †26,26.*. Num. 14,28,41†16,31†20.24 Deut,11,16,28† 17,12† 18,19,20† 27,16.*.28,16*.Reg.12,15 † 13,11 † 15,24† 28,16,2.Regum 6,6.3.Reg.11,9†13,15, 21 † 14 17 † 20,35 *. Paral.7,19 † 26,16 19. Isa.24, 5.Ier.11.3,8 † 13,8 † 17,27 † 26,4†35 *. Ionæ 1.3. Mat.17,17.Act.7,39.Rom.2.8.Gal.3, 10,2.Thess.1,8.
INVIDIA,& odium, Gen.4.5 † 26,14 † 27,41 † 30,1 † 37,4,11.Exod.1,8 † 20,13. Leu. 19,17.Num.12,1 †35,20,23.Deu.19,11 1.Reg. 18,7,11.Sapien.2,24.Prouer.10,12,18.Ezec.25. 15.Dan.6.3.Luc 15,28.Ioan.12,4.Rom.1,29,† 13,13.Galat.5,15,20.Iac.3,14 † 4,2,1.Pet.2,1.1. Io.3,13.15 † 4 20.
IOAB filius Saruiæ. 2.Reg.2.13, confodit Abner,3,27 recõciliat Absalonem per Thecuã. 14 *.confodit Amasa, 20,9. confoditur ipse, 3. Reg.2,28,34.iuxta mandatum Dauid,2,5,7.
IOACHAZ filius Iehu,rex Israel,4 Reg.10. 35 † 13,1.
Ioachaz filius Iosię exuitur regno,& vehitur in Ægyptum, vbi & moritur,4. Regum 23,34. captiuitas eius prædicitur, Ezech.19.4.appellatur Iohanã,1. Paralip.3,15, post ipsum creatur rex frater eius Eliachim,4,Reg.23,34.
IOACHIM filius Ioacim fit rex Iuda,4. Regum 24, 8. ducitur captiuus à Nabuchodonosor in Babyloniam, 24, 12.15. dimittitur ex carcere,& ad honores euehitur,25, 24,appellatur Iechonias,Ier.37,1. appellatur Neri, Luc.2, 27.ei succedit patru[9] Matthanias,4.Reg 24.17
IOACHIM ,& antea dictus Eliacim, filius Iosiæ,fit rex Iuda,4.Reg.23,34,3.Esd.1,37.cõbussit libros sermonum Ieremiæ,Ierem.36,21. appellatur Melchi, Luc.3,24. moritur,4. Reg. 24, 1, 5. post ipsum constituitur rex filius Ioachim 4.Reg.24.6.
IOANNA vxor Chusæ sequitur Christũ, Luc.8.3.
IOANNES Baptista filius Zachariæ, Luc. 1,55,59,60.Euangelium regni denunciat, & baptizat. Matt.3,1.Mar.1,4.5.Ioan 1,28† 3,23 26. vestitus eius ex pilis camelorum , & victus locustæ , & mel siluestre , Mar.1,6. noluit haberi maior,quam erat,Ioan.1,19,20,26† 3,28.mittit discipulos ad Christum, Matt.11,2. capite truncatur.Matth.14,8. dicitur Helias, Malach.4.5. Matth 11,14 † 17,10.Luc.1,17.
Ioannes filius Zebedæi vocatur, Matt.4,22. vnicè à Christo diligitur, Ioan.13,23 †19,26 † 20,2 † 21,7,20, scribit, quæ vidit, Ioan.19.35.† 24,1,21.Ioan.1,1.
IOAS filius Ochosię solus euadit,dum semen regius occiditur, 4. Reg.11, 2. coronatur rex in Iuda,11,12.occidit Zachariam filium Ioiadæ,2.Paralipom.24 21. Matth 23,35.occiditur à suis ministris 2. Paralipom 24.25 4 Reg. 12 20 post ipsum filius eius Amasias rex constitutus est,1.Paral.3.12.2.Par.24 27.
Ioas filius Ioachaz rex Israel, 4. Regum 13, 9.pugnat contra Amasia,subuertit mœnia Ierusalem, destruit templum: & moritur, 4. Reg. 14.13,16.
IOIADA Sacerdos iussit occidi Athaliam reginam,4 Reg.11.15, 2.Paral.20,14.moritur, 24,15.
IONAS prophetat 4. Regum 14, 25. præcipitatur in mare, Ionę 1,15. deglutit eum piscis à Domino præparatus,2,1.in cuius ventre erat tribus diebus, & tribus noctibus, ibid. Matth. 12,40.
IONATHAS filius Saulis prosternit Philisthæos.1.Reg.13,3 † 14,1,11.liberatur per populum à patre ob mel degustatum occidendus,14,15 ferit fœdus cum Dauide, 18,3 † 20, 8 † 23,18.cæditur,31,7.
Ionathas filius Mathathiæ,præfectus militaris Iudæorum, 1.Machab. 9,31, fœdus init cũ Demetrio,10,3,15.capitur,12, 48. occiditur cũ suis filijs,13,23.
IORAM filius Iosaphat rex Iuda,3.Regum 22,51, occidit sex fratres suos,2.Paral.21,4.moritur,4.Reg.8,24,8.Paral.21,19.
Ioram rex Israel,4.Reg.1, 17 † 3,1.procedit contra Hazael regem Syriæ , 8,28. accepto vulnere curatur in Iezrahel,9,15,moritur 9 24.
IOSAHPAT filius Asa rex Iuda,3.Reg.22, 41. mittit qui verum Dei cultum doceat in ciuitates Iuda, 2. Paralipom.17,7 fœdere iungitur cum impio Achab, 18, 3. ideoque arguitur à propheta,19,2.iungit se Ochosiæ , 2. Paralip. 20,35.moritur , 21,1. habuit successorem filiũ Ioram,1.Paralip.3.11.
IOSEPH filius Iacob, Genes. 30, 23. videt somnium, 37, 5,9.venditur à fratribus Ismaelitis,37,26.Psal.104,17.falso accusatur, Gen.39, 17.mittitur in carcerem,39 20 † 41, 14 constituitur dominus vniuersæ Ægypti,41, 40. datur ei filia Putiphatis vxor,41,45.detegit se fratribus suis,45,1.moritur,50,24.ossa eius transferuntur ex Ægypto, Exod.13,19. sepelitur in Sichem,Ios.24,32.
Ioseph coniunx Beatæ Virginis Marię Mat. 1,16.fugit in Ægyptum,2,14.
IOSIAS filius Amõ rex Iuda,4 Reg.21,24† 22 *.eius natiuitas prædicta est, 3.Reg.13,2.legit librum Legis, 4. Reg.23,2. celebrat Pascha, 23,21.vulneratur a sagittarijs,& moritur 1.Paral.35,23,24,4 Reg.23,29. lugetur,2.Paral.35, 24.ei succedit Ioachaz,4.Reg.23,30,34.
IOSVE pugnat contra Amalech, Exod.17, 9,13. mittitur exploraturus terram Chanaan, Num.13,2.eam populo commendat.14,6.constituitur loco Moysis dux populi, 27, 18.Deuter 3,21† 31,3,7,14.Iosue 1,1,6.mittit exploratores,2,1 transit Iordanem, 3,16.erigit duodecim lapides in Galgal.4,3, 8,20,angelus Domini apparet ei Iosue 5,13. benedicit populo, 8, 32 ascendit Iosue ad liberandos Gabaonitas, 10,7.Sol & Luna steterunt ad imperium Iosue 10,12 reuertitur Iosue in Galgal post liberatos Gabaonitas,10,43 percutit,31.reges,12 *. accipit suam portionem in diuisione terræ, 19,49.moritur,24,29. Iudic.28.commendatur, Eccli 46,1.
IRACVNDIA quantum mali pariat, Gen.4,5 Tob 5.2 Prouer.12.16†14.3† 15,18 † 17,19† 19,19 † 17,3 † 29,22. Eccles.7,10 Eccli. 25,22 † 28 6,14 † 30,26. Matth.5,22. Luc.4,28. Gal.5,20 Ephes.4 26 Coloss.3.8. Tit 1,7. Iacobi 1,19.
IRÆ alterius cedendum potius, quam repugnandum, Genes.27,42. Prouerb 22,24†29, 22. Eccl.8,19 Matth 2,13.
ISAIAS filius Amos, Isaiæ 1,1.vocatur,& mittitur,6,8 † 49,1.
ISMAEL filius Abrahę ex Agar nascitur Gen 16,15.moritur,25,17.
Ismael filius Nathaniæ occidit Godoliam, aliosq. Iudæos,Ier.41,2 6.
ISRAEL appellatur, qui ante Iacob dicebatur, quære Iacob.
Israel populus,& hæreditas Domini, Exod. 3,7 † 5,1†6,7†19,5 Leuit.30,26,5. Deut.4,20 † 7,6 † 9.29 † 10,15 † 14,2 †26,18†32,9.1.Regũ 10,1†2,22 2 Regum 7,23.3 Regum 8,53.Isaiæ 19.15† 43,1.Ier.13,11.
decem tribus Israel separant se à domo Dauid, 3. Reg.12,3,9,16 secundum verba Ahiæ prophetæ.11,29. transferuntur in Assyriam,4. Reg.15,29†17,6.secundum prophetiam,Deut. 4,26 multi ex Israel sequuntur Leuitas in Ierusalem,2.Paralip.11,13.
Contra decem tribus: vide Samaria.
IVDÆORVM cæremoniæ erant vmbra futurorum , Exod.13, 9, 14. Num.15,38. Deut 16, 1. Ezec 20,20.1.Cor.10,1 2.Cor.3,13. Heb.7 18 † 8,5 † 9,1,10 23,† 10,1.
Iudæorum quædam certæ consuetudines. Gen.32,31.Iudic 11.40 Ruth 4,7.2.Par.35,25.
Iudas filius Iacob nascitur, Genes.39,33.nescius concumbit cum filij sui vxore Thamar, 38,15. spondet pro fratre suo Beniamin, 43,9. prædicitur sceptrum non auferendum de Iuda,donec veniat Messias,49,10 Deut.33,7.Iud. 1,2.2.Regum 7,12.2.Paralip.6,6.
contra Iudam,& Ierusalem, vide Ierusalem.
Iudas Machabeus eligitur dux fratrum suorum,1.Machab.2,66.pugnat strenuè,3 * † 4 * † 5 *.† 7,25.2. Mach.8,1† 10,16*.†11,6†12*†13 *.† 14 *.† 15 *.cæditur,1.Machab 9 17.
Iudas Iscariotes eligitur in Apostolũ, Matt. 10,4.init pactũ cum Pharisæis, Luc.22.4. Prodit Christum, Matth.26,20 46.Marc 14.43.Io. 18,5.secundum prophetiam, Psalm 40,10† 54, 14†108,8.Ioan 6,70 † 12,4† 13,21 *.suspendit se, Matth.21,4 Act 1,18.
Iudas Galilæus dispersus cum suis, Act.5,37
Iudas & Silas cum Paulo,& Barnaba Antiochiam mittuntur Act.15,22,27.
IVDICABVNT sancti de hoc mundo Sap.3,8 † 5,1.Matt,19,28,1.Cor,6,2.Iudæ 14.
Iudicium peruersum, Eccli.11,9 Matth 7,1 † 12,7.Luc 6 37†7,33.Ioan.7 24† 9,16 Act.28. 4.Rom.2,1 † 14,4,13.1.Corin.4.5.1.Timot.5. 21 Iac.4.11.
Iudicium Dei extremum , & quemadmodũ Christus in fine mundi iudicaturus sit, 1. Reg. 2,10.&c.vide Dies nouissimi.
Iudicium debet præcedere deliberatio,& cognitio causæ, Genes.3, 11 † 11,5 † 18,21.Exod. 3,8†23,2.Deuter.13,6 †14,9†19,18.Iosue 7,19 †22,13.Iud.20,3,12.Prouerb.18,13.Eccl 11,7. Dan.13,51.1 Machab.7,7.
Iudicium hominum, vide Opinio.
Iudicum officium, & auctoritas. Exod.18, 13,21 † 21 * †22 *.† 23 *.Leuit.19,15† 24,11, 23.Deuteronom.1,13,16† 17,2 † 18,15†25,1 † 27,19.Ios.7,19.1.Regum 8,1 † 12,5.1. Paralip. 19,6.Eccli.4,50† 10,1†42,12.Psalm.81 *.Prouerb.18,5,19 †24,23†28,15 Isa.5,16†10,1.Ierem.5,26. Luc.18,2 †,23, 1,13.23. Ioan.7,24,8, 15 Iac.2,4.
Iudices Israel rexerunt circa 350.annos, Act. 13,20.
Iudex vniuersi mundi est Deus,vide Deus.
IVDITH vidua Bethuliæ diues, & honesta,Iudith 8,1 *. præcidit Holofernis caput, 13. 10,moritur.16 28.
IVRARE quatenus liceat,vel non liceat, & quam varijs modis contingat, Gene.14,22 † 21,24 † 22,16,5,24,3 † 25,33† 26,3,31†31 53 † 42,15 †47,31 † 50,5. Exod.13,19†20,7†22,11, 23,13 Leu 5,4†19,12. Num.14,21† 30 Deuteron 6,13† 7,8 † 10,20. Iosue 2,12†6,22†9,15 † 23,7 Iudic 21,1,7,18 1.Regũ 14, 24 †19 6†24, 23†25,34 † 28,10†30,15 2 Regum 3,35†19,7† 21,2,17 3.Reg 1 13,29 † 2,8†8,31 † 19,2.2 Paralipom 6,22†15,14† 36,13 1 Esd 10 5.2.Esd. 10,29.Iob 27,1.Psal.14,4†23,4†62,12† 88,14† 94,11 † 101,9 † 109,4.Isa.14,24†19,18 † 45,23 †49,18†54,9†65,15.Ierem.4,2†5,2,7 † 12,16 † 12,5 † 44,26 † 51,14.Oseæ 4,15. Amos 6,8 † 8, 7.Soph.1.5.Zach.8,17.Iudith 1,12. Eccli.23,9. 17.Matth 5,33 † 23,16,18,21,22. Heb 6,13,16. Apoc.10,6.
Iurandum non est temere, nec per celũ, nec per terrã, nec per aliquid quod in ijs est, Matt. 5,34.Iac.5,12.
IVSTI verè in hac vita, Luc.1,6† 15,7.Io. 8,36†17,17,19 1.Cor.6,11.Heb.12,23*2.Pet.2. 7,1.Io.3,1,7 Apoc.3,4 † 14,5. vide Peccatum.
IVSTITIÆ summa perfectio non habetur in hac vita , in qua sine peccato non viuimus, Gen.6,5†8,21.Exod.34,7. Num.14,18.3. Reg.8,46.2 Paralip.6,36.Iob.4,17†9,1,15,20 † 25,4.Psal.13,1†50,7†52,1†129,3 †142,2.Prou. 20,9. Eccl.7,21.Isa.66,4.Ier.2,19,20†30,11. Mich 7,2. Nahum 1,3. Sap.12,10. Matt.6,12. Luc. 17,3,10 Rom.3,9,23†7*: Gal.3,22.Eph.2,3,1. Ioan.1,8 vide Peccatum.
Iustitia nostra est per Christum, & primam iustificationem peccatorumque remissionem nulla præcedunt merita. Genes.15,6 Isai.45,25 † 53,8,13.Ierem.23,6 † 33,16. Dan.6,22. Abac. 2,4.Zach.9,11 Act.10,43 † 13,39.Rom.1,17 † 3,22,21 † 5,1,18†10,4,10.1.Corint.1,30. Gal 2,

16†3,11†5,5. Phil.3,9. Tit.3,7.1. Pet.3,18.
IVSTIFICATIO qua quis ex iusto fit iustior, ascribitur bonis operibus, Eccli. 18, 22 Rom.2,13. Iac.2,21,24 Apoc 22,11.
Iustificatio impij non solum fidei adscribitur, sed etiam alijs virtutibus, vt Spei, Rom.8, 23. Charitati, Exod.20.6. Prouer.10,12. Luc,7, 47.1. Cor.13 4. Galat.5.6,1. Pet.4 8,1. Ioan.4,7, 8,9 Timori, Eccli.1,27,28. Pœnitentiæ operibus, Sap 11,24. Ezech,18,21,22. Matth.3,2,8. Lucæ 7, vbi ponitur exemplum Magdalenæ, 15 exemplum filij prodigi.18. exemplum Publicani.

L

LABAN hospitio excipit famulum Abrahæ, Gen 24,32. mercede conduxit Iacob, 29,14,20
persequitur Iacob, 31,22.
LABOR & dolor communis omnibus hominibus, Gen 3,17. Exod.20.9†34,21. Deut. 5,13. Tob.2,19. Psal.127,2. Prouerb.6,6†10,4† 14.4†20,4. Eccles.5,11. Eccli 29,19. Ioan.21,3. Act.18,3†20,34,1. Cor.4,12. Eph 4,28,1. Thess. 2,9†4,1,2. Thess.3,8,12.
Labor non ditat sine Dei benedictione, Gen. 3,17†23.1,12†30,28. Deut 8,18. Iob 42,12. Prouer,10,22. Eccl.11,6.
Laboranti merces debetur, Leu.19,13. Deut. 24,15†25 4. Tob.4,15. Eccli 7,22†34,25,26. Ierem.22,13 Malach.3,5. Matth.10,10. Lucæ 10, 7,1. Cor.9,9.14.1. Tim.5,18. Iac.5,4
Laboris manuum, & agriculturæ laus, & vtilitas, Prou.12 12†13,4†14,23†24,27†28,10.
LACHIS traditur in manus Israelis, Ios 10,32. Extruitur,2. Par.11,9.
Laici ne se sacris præter officium misceant, Leuit.10,1*. Num.2,5†13,10. nec vasa sacrata temerè contingant, Num.1,51†4 15,19,20†18, 7,2. Reg.6,6,2. Par.26,18.
LAIS oppugnatur à Danitis, expugnatur, ædificatur, & appellatur Dan. Iudic.18,27. appellatur Lesen, Iosue 19,47.
LAVDANDVS Deus ante, & post sumptum cibum, Deut.8,10. vide Gratia.
Laudare Deum pro merito non possumus, Psalm.95,4† 105,2 † 118,164†144,3. Eccli.43. 2,32.
Laudes Deo canendæ, Psalm.46,2†146,7† 149.1. Isaiæ 12,4. Ephes.5,19, Colossi.3,16. Heb. 13.15. Iacob.5,13.
LAZARVS iacet ante ostium diuitis epulonis, Luc.16,20.
Lazarus suscitatur à morte, Io.11,43. persecutionem sustinet à Iudæis, 12,10.
LEBBÆVS cognomine Thaddæus discipulus Christi, Matt.10,3. appellatur Iudas filius Iacobi, Luc.6,16.
Lepra quomodo cognoscatur, Leu.13*.14*
Lepram mittit Deus propter peccatum, Exod.4,4. Num 12,8,4. Reg 5,1,27†15,2. Par. 26,18,19,21.
Lepra mundatur, Exod 4,7. Num.11,15,4. Regum 5,14. Matt,8,2. Luc.17,14.
Leprosorum segregatio, Leu.13,49. Num 5, 2,4. Reg.15,5.
LEVI nascitur, Gen.29,34.
occidit cum fratre suo Simeone Sichemitas, 34.25. punitio istius facti, 49,5.
Leuitarum habitatio, ius, & debita vitæ sustentatio, Leuit.10,12†25,32 Num.28,21,14† 35,2,7. Deuter.10,8†12,12,19†14,27†18,1†26, 11. Ios.13,14,33†18,7†21*.2. Esd.10,33.37†13, 10. Ezech.48,13. Eccli.7,32.
Leuitarum ministerium, & officium, Num. 1,49†3*†4,1†8*.†18.2,23. Deut.10,7. Ios.3,6,1. Par.6,21*.†9,14*.2. Paralip.19.8. Ezech.44,11.
Leuitas assumit sibi in ministerium Deus pro primogenitis Israelis, Nu,3,12,20*.†8,16.
Leuitæ puniunt peccatum erecti vituli, Exod.32,26.
Leuitæ expelluntur ex Israel, 2. Paral.11,14.
LEX prima, & præceptum datur, Genes.2. 16. violatur.3,4.6.
Lex decem mandatorum datur Moysi, Exo. 20*. Deut.5.
Legis tabulæ dantur Exod 31,18 Deut.5,24. franguntur, Exo.32,19. Deut.9,17. dantur aliæ tabulæ, Exod.34,27. Deut.10,1.
Legis natura, officium, & operatio, Rom.3, 20†4,15†5,20†7,1,7. Gal.3,19.1. Timo. 1,8. Heb.7,18.27.
Legem Dei sine spiritu eius non possumus implere, Deut.5,29. Psalm.118,24. Lucæ 18,22. Act.15,10. Roman.8,2.
punitio vel merces eorum, qui Legem Dei præuaricantur, vel obseruant: vide Obedientia, & Inobedientia,
Legis cæremoniæ abrogantur per Christum Matt.11,13. Marc.15,38. Act 13,38†15,11. Roma.6,14†7,4 † 8,3. Gal 3,13† 4,5. Ephes.2,13. Coloss.2,14.1. Pet.1.11,18.
Lex legitur Deuter. 1,5†31,9,11. Ios.8,33,4. Reg 23,2.2. Esd,8,8†9,3.3. Esd.9,39,2. Mach.8, 19,23.
Lex noua Christianorum consistit potissimum in Charitate, Matth. 5,44†7,12 † 22,36. Io.13,34. Rom.13,10. Gal 5,14†6,2.1. Tim.1,5.
LIA nubit Iacob patriarchæ: Gen 29,21. gignit ei multos liberos, 19,31.
LIBER vitæ, exod.32,32. Psal.68,29. Philipp.4,3. Apoc.3,5†20,12†21,27.
LIBERVM arbitrium etiam: post lapsũ in homine mansit; Gen.4.7. Deut.30,19. Ios.24, 15. Psal.26,9. Sap.9,10. Eccli.15,18†31,10,1. Corin 3,9†7,37.
Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei, 1. Reg.7,3 2. Paral,12,14. Psal.17†72,13. Prou, 16,1,5,9. Eccli.2,20. Isa 1,16,17,18†40,3† 46,8 †55 6,7. Ierem.3,1,12,22†4,3,4,14†7,3†18,8, 11†25,5†26,13 † 32.15. Ezech. 18,21,22,27,28, 30,31†33,14,15,16,19. Zach.1,3. Mal.3,7. Matth.3,2,3† 11,33 † 12.28 Mar.1,3. Luc.3,4. Ioan, 1,23†7,37 Actor.3,19†8.22†9,6. Ro.10.13,3.1. Cor.3.9†15,10,2. Cor.7,1. Ephes 5,14. Philip. 2.22,13†4,13. Colossi.1,29†3,9,10,1. Timoth 4, 16,2. Timot.2,21. Hebr.2,16†12,12,13. Iac.4,8, 1. Pet 1.22,1. Ioann.3,3. Apoc.3,20.
Libertas Euangelica, Io.8,32. Rom.6,18†8, 2,21. Galat.5,13,1. Petr,1,18†2,16,2. Pet.2,19.
Libertas praua, & improbanda, Iob.11,12. Ier.34,15. Osee 7,16,2. Pet.2,18.

A LINGVA mala cauendum, Leuit. 19, 16. Iob.5,21. Psal. 51,4†139,4,12†140.3. Prou. 4,24†10,18†11,9†12,13,19†15,2†16,27,2*†17, 20†18*†10,19†21,23†26,20†30.11. Eccles. 5,2. Sap 1,11. Eccli.5,16†25,12†28 * 1. Corinth. 15, 33. 1. Pet.2.1. Iac.1,19†3,5,8†4, 11. vide Detractio.
Lingua discretè moderanda, Prou.10,19†12, 14†13,2,3†17,27†18,21†21,23. Eccl. 14,1 †20, 5†22,33†23,17. Matt 12,36. Luc,6,45. Iac.1,19, † 3,2.1. Pet.3 10 vide Loquenda.
LOBNA occupatur, Ios. 10,29, deficit à Iuda 4. Reg. 8,22. oppugnatur ab Assyrijs, 19,8.
LONGANIMITAS, vide Patientia.
LOQVENDA sunt vera, honesta, & quæ au diêtibus prodesse queãt, Exo,2,22 28. Psal,14* Prou.13,2†24,26†25,11†29,20 Eccle.5,2. Eccl. 7,37. Mat. 5,37†12,36. Eph.4,29†5,3. Coloss.3, 8.1. Pet.3,10.
Loquendi tempus, & opportunitas, Prou.15 23†25,11. Eccle.8,5. Eccli.21,8†60,6†32,9†33, 4. quomodo loquendum. Iob 6,29. Prou. 15,4 †16,20,22†29,11. Eccli.4.34†5,16†6,5. Col 4,6.
LOT liberatur ab incendio Sodomorum, Gen. 19,15,17.2 Pet.2,7. vxor eius mutatur in statuam salis Gene.19,26. Sap.10,7. Lucæ 17,32 concumbit cum duabus filiabus suis Genes.19, 31,35.
LOTIO pedum, Genes.18,4†19 2†24,32 † 43,24. Ioan.13,4,14 1. Timot. 5,10.
LVCAS medicus, Col.4,14. manet cũ Paulo 2. ad Tim. 4,11.
LVCIFER cecidit è cælo, Isaiæ 14.12.
LVX est Christus, Isa.9,2†42,6†60,1,19†49 6.Io.1,5†8,12†9,5†12,35†46.1. Io.1,5†2,8.
Lux sunt Christiani. Prou.4,18. Isa.62.1. Mat. 5,15. Rom.2,19. Philip.2,15.
LYDIA purpuraria credit in Christũ. Act. 16, 14.
LYSIAS dux exercitus Antiochi. 1. Macha. 3,32. pactum init cum Iudæis, 6, 58. capitur, & iussu Demetrij occiditur, 7,2.

M

MAACHA filia Tholmai regis in Gessur, mater Absalonis 2. Reg 3,3.
MAACHA filia Abessalon, mater Abiam regis, Iuda. 3. Reg.15,2,
appellatur Michaia, 2 Par.13,2.
MACEDONIA mittit eleemosynas pauperibus Ierosolymitanis, Rom.15,26,2. Cor. 8,1.
Paulus vocatur in Macedoniam, Act 16,9.
MADIAN filius Abraham, Gen. 25,2. Deus præcipit vt cædantur Madianitæ Num. 25,16. Madianitæ cæduntur cum suo rege. 31,7.
opprimunt Israelem, Iudic. 6,1. irruit in eos Gedeon. 7*
MAGDALENA, vide Maria.
MAGI Pharaonis virgas suas vertunt in colubros, Exod.7,12.
Magi primitiæ Gentium Christum adorant, Mat.2,11.
Magia, vide Incantationes.
MALALEEL natcitur, Gen. 5,12.
MALCHO scidit Petrus auriculã, Io,18,10.
MALEDICTIO & benedictio, Gen.3,14,17 † 8,21†9,25†24,41†27,28†48,15,20†49,7. Nu. 5,21. Deu.11,26†27,15. Ios 8,34. Iu.9,20.1. Reg. 17,43 2. Reg 2,5†16,7,4. Reg 2,24,2 Esd.5,13. Prou.29 2. Ier. 29.22†49,13. Zach.8,13.
Maleficia, vide Incantatæ.
MALVM dicens bonum, punietur, Isaiæ, 5. 20. Malach. 2,17. Prou. 24,24.
Malum declinandum, & bonum faciendum Prouerb.3,7. Isa.1,16. Ezech.18,21.
Malorum consortium vitandum, Ps 1* † 25 4. Prou.1,10†14,7†24,21†29.24. Eccl.8,18†13* 2. Cor 6,12,2. Ioan 10 Apoc 18,4.
Malum non est reddendum pro malo, Prou. 20,22†24,29 Rom.12,14,17.1. Corinth 4,12,1. Thess. 5,15.1. Petr.3,9.
Malum pœnæ est à Deo, Deu.32,23.3. Regũ 9,9†21,29. Isa 45,7. Ieremiæ 11, 11†52,42. Baruch.2,2. Amos 3,7. Ionæ 3,10. Michæ 1,2†2,3
Malum culpæ summè auertatur Deus, tantum abest vt eum auctorem habeat, Exo. 23,7. 2. Para.19,7. Iudith 5,21. Iob 34,10. Psal. 5,5,7† 44,8. Prouerb 15,8,9. Sap 14,9, Eccl.15,21. Osee 13,9. Rom.9,14 2. Cor. 6,15. Iac. 1,13.
Malos rectores, & præpositos permittit Deus ob peccata populi. 3. Reg. 12,24. Iob 34.30. Isa. 29,10. Ezech. 14,9. Osee 13,11.2. Thess.2,11.
Iubetque obedientiã illis præstare, Mat 23,3.
Malorum etiam ministrorum opera vtitur Deus. Matt.7,22. Mat.9,38. Luc,9,49.
MANAHEM rex Israel. 4. Reg. 15,14.
MANASSES primogenitus Ioseph, nascitur Gen.41,51†48,14.
Manasses impius, filius pij Ezechiæ rex Iuda. 4. Regnũ.21,1,6 2. Paralip.32,33†33,1. Iere. 15,4. ducitur vinctus in Babylonem, & per pœnitentiam conuertitur ad Dominum, & exauditus recuperat regnum. 2. Par. 33,11,13, relinquit post se Amon. 4. Regum 21,18. Mat. 1,10. appellatur Her. Lucæ.3 28.
MANENDVM est nobis in Christo Ioan. 15.4. Rom.8,1.1. Cor.4,15 † 12,15. Colossi. 2,6, 1. Ioan,2,6,28 † 3,24 † 4,13.
MANNA, Exod.16†Num 11,7. Deut. 8,3. 3. Ios.5,12 Psal.77,24. Sap.16,20. Io 6,31.
MANSVETVDO, Ios. 7*19.1 Reg.25.* 2. Reg,16,10. Prou. 15,1. Eccli. 1,29. Mat. 5,4†11, 29. Galat. 5,23†6.1, Ephes.4,2. Colossi.3,12. 2. Timot. 2,25. Tit 3.2.
MARDOCHÆVS defensor, & tutor Esther captiuus abductus in Babylonem, Esther 2,5, 7. à rege summo honore affectus, 6,10. reuertitur de captiuitate in Ierusalem, 1. Esdræ 2,2,2. Esd.7,7.
MARE creatur, Gen.1.9. cõcluditur suis terminis, 1,9. Iob 26,10†38,26. Prou 8,29. Ier. 5,21. cedit filijs Israel, Exod. 14,21. sedatur verbis Christi, Mat 8.26.
MARIA soror Aaron laudat Dominum, Exo.15,21. fit leprosa, Num.12*Deut.24,9. moritur, Num 20,1.
Maria virgo prænunciata, Gene.3,15. Num. 24,17. Psalm. 18,6 † 44,10 † 45,5†84,2†86,3† 131,8. Prou.31,10,29†9.1. Cant.1*2*3*4*5*6* Eccli 24*Isa. 7,14†11,1†19,1†45,8. Ierem. 31, 22.

Maria vocatur, & est mater Domini Luc. 1, 45. mater Iesu, Matt, 2 13. Ioan, 19,25.
Mariæ, perpetua virginitas significatur. Exo. 3,2. Iu.lic.6,37;38,39.40. Ps. 18,6 Cant. 2,2†4,7 †6,9 Isa. 7.14†11,1†35,1,2†66,7. Ezech 44,2. Dan.2.33 Mat.1,20 Luc. 1,35.
Maria virgo multis dotata virtutibus, fide diues, Prouer. 31,18. Luc.1,38,45. Ioan.2,5. spe plena, Ecc i 24,24 Ioan.2,5. charitate perfecta. Ec li 24 24, Luc. 1,56†2,7. Ioan. 2,3†19,15. casta vide supra, Mariæ perpetua virginitas, castitatem vouit perpetuã, Luc.1,35 humilis, Luc.1, 38,48. misericors. Ioan.2, 3. prudens, Luc.2,19. modesta Luc 2,48 pia Luc. 1,46,47. benigna, Lu .1,40 fortis, Prouerb. 31,15 * Ioan 19,25. sapiens Prouerb.31,26, Ioan.2,5.
Pauper. Matt 2,11. Luc 2,7,24. patiens Mat. 2,13. Luc.2,35, virtute præcellens omnes, Prou. 31,29. Eccl.24,15. Luc. 1,28,48.
Maria saluatur ab angelo, Luc. 1, 28. visitat Elizabeth, & laudat Deũ, Luc. 1,39,46. proficiscitur cum Ioseph in Bethlehẽ, Luc.24 in Ægyptũ, Mat. 2,14 reuertitur inde in terram Israel, Matt.2,14. inuenit Christũ in tẽplo, Luc. 2,46. assistit cruci, & Apostolo Ioanni cõmendatur. Ioan. 9, 25. manet cum Apostolis, Actu. 1,14
Maria Magdalena deflet sua peccata, Luc. 7, 38. obtinet peccatorum remissionem, Luc. 7, 48. liberata septẽ dæmonijs, adhæret, & ministrat Christo, Luc.8,2,3. vngit Dñm, Mat. 29,6. Mar.14,3. Io.11,2†12,3. adest Christo in cruce morienti, Io.19,25. stat ad monumentum plorans, Ioan. 20,11.
Christus ei apparet post resurrectionẽ. Marc. 16,9. Io.20,14.
nunciat resurrectionem discipulis, Io. 20,18.
MARITI officium, & auctoritas in vxorem Gen.3,16 Num.5,12,18†30,7,13. Deut.22,5,13 †24,1. Prou. 5,18†18,22†31,10. Eccle. 9,9. Eccli. 7,28,†9,1†25,2,27†26,1. Malac. 2,14,16. 1. Cor.7*†11,2,10. Ephe.5,22. Colos 3,18. Tit. 2, 4.1. Tim 2,11.1. Pet.3,1.
MARTHA hospitio excipit Dominũ, Luc. 10,38. offendit suam fidem, Ioan 11,27,
MATHAN sacerdos Baal occiditur.4.Reg. 11,18 2.Par.23,17.
MATHIAS eligitur in Apostolũ, Act.1,26.
MATHVSALEM filius Henoch nascitur, Gen 5,21. viuit 969.annis, & moritur, Ge. 5,27.
MATRIMONIVM, Gen.1,27,28†2,21,22, 23,24 † 3,9,12,17 † 4,1,17 † 9,1 † 19,26 † 34,3 † 29, 21. Exod. 2, 1 † 20, 17. Leuit. 18 * 20,10. Deuter. 5,21†7,3†22,29†24,1 Ios. 23,12. Iudic. 3,6†14,2,7,1 5.1. Esd. 9,2 3. Esdr. 13,23. Esther 2,17. Tob.4,13†6,17†7,15,16†8,7. Prouerb. 18, 22†19,14. Eccl. 25,2. Ierem.3,1. Mat. 5,32† 19, 3,7†22,24,30. Marc. 5,18†10,2,6,7,8,9,†12,20* Luc.2,5†3,19†16,18†20,34, Ioan.2,1,2. Rom.7, 2,3 1. Cor.7* Eph. 5.31,32.1. Tim,3,2†5,9. Heb. 13,4 1. Pet.3,1,
Matrimonium indissolubile, Gen.2,24. Mat. 5,32†19,7. Mat 10,11. Luc 16,18.1. Cor,7,10.
Matrimonium spirituale, quære Cõnubium.
Matrimonium cuius rei sacramentum, Eph. 5,32. confert gratiam, & sanctificationem, 1. Thess. 4,4.
MATTHÆVS publicanus vocatur, Mat. 9,9†10,3. appellatur Leui filius Alphæi Mat.2, 14 Luc. 5,27.
MATTHANIA patruus Ioachim constituitur rex Iuda 4. Reg. 24,17. appellatur Zedechias, 1. Paral 3,15
MATTHATHIAS Sacerdos offendit studium pro tuenda religione, 1. Macha. 2,24. pugnat strenuè. 2, 41. monet filios suos ad obseruationem legis Dei 2,49,64.
MEDI occupant regnum Babyloniæ, Dan. 5,31.
MELCHISEDECH Sacerdos, & rex Salem Gen.18,14 Psal.109,4 Hebr.7, 1.
MENDACIVM, Genes. 3,4 † 37,19†39,17. Leuit.19,11.2. Reg.1,2,7 4.Reg.5,25. Prouer.6, 19†12,22. Sap.1,11. Eccli.7,13†20,26,28,† 25,4. Osee 4,2. Ioã.8,44. Act. 5,4,8. Eph 4,25. Colos. 3,9. vide Testimonium.
MENELAVS proditor patriæ vsurpat sibi summum Sacerdotium, 2 Mac,4. 24. extremo supplicio afficitur. 2. Mach 13,4,5,6.
MENSVRA, qua mensi fuerimus remetietur nobis, Exod 21,23. Iudic.1,7.1. Reg. 15,33.2 Re. 21,25. Ps 17,21. Prouerb 22,23. Isa.33,1†65 6†66,4. Ierem. 50,15,29†51,49. Ezechiel. 16, 59. Ioel 3,7. Matt.7,2. Mar 4,24. Luc.6,38.
Mensuræ, & pondera debent esse iusta, Leui. 18,35. Deut.24,13. Ezech.45, 10. Mich. 6,11. Amos 8,5. Prouer. 16,11†20,10.
MERARI filius Leui, Num.3,17.
Merariturum officium, 3,33 † 4,41.
MERCES debetur operibus, Gen.4,7†15,1. Psal.118,112. Prouer.11,18. Sap 5,16†10,17. Eccli.2,8 †11,24†18,22†36,18†51,30,38. Isa.3, 10. Ier.31,16. Mat 5,12†6,1†10,41,32†20,8. Mat.9, 41. Luc.6,35†10,7. Io,4,36. Rom.4,4.1. Cor.3,8. 1. Timo.5,18. Apoc 22,12.
MERITA operum, Eccli.10,31†16,15†3,18 vide Opera.
MEROB filia Saulis, 1. Reg.14,49, promittitur Dauidi in vxorem. 18,17.
MESSIAS idest Christus, & verus vnctus est Dominus noster Iesus, Io.1,4†4,24†7,41†11, 27. Matt.26,64. Mar.14,62. Luc.22,67. Act.17,3 †18,28†19,4 1. Ioan. 5,1.
MICHA parat ephod idolo matris suæ, Iudic.17,5. conducit Leuitam, 17,7,10. idolum, & ephod auferuntur, similiter & Sacerdos abauertitur.18,13.18,20.
Micha filius Miphiboseth.2. Reg.9,12.
MICHÆAS prophetat contrarium pseudo prophetis.3. Reg 22,13,15,23.2. Paral.18,14.
MICHAEL pugnat cum diabolo. Dan. 10, 13. Iudæ 9. Apoc.12,7.
MICHOL siue Michal filia Saulis, datur Dauidi in vxorem. 1. Re. 18,27. iuxta promissionẽ regi, 17,25. conseruat Dauidi vitam, demittens enim per fenestram 19,12. subducitur ei, & datur Phalti, siue Phaltiel, 25, 44 redditur ei. 2, Reg. 3, 14, 15. deridet ipsum saltantem coram Domino, 6, 16.
MILITARE, vide Bellum.
MINISTRORVM etiam malorum opera dignatur vt Dei bonitas. Matt 7,22. Marc. 9,38. Luc. 9,49. quos, & iubet audiri. Mat. 23,3
MIPHIBOSETH filius Ionathæ, 2. Reg. 4, 4. inuenit gratiam coram Dauide, 9,7*. parcit ei Dauid, 21,7. appellatur Meribaal, 1. Par. 9,40
Miphiboseth filius Saulis suspenditur. 2 Regum 21,8
MIRACVLA operatur Deus per Sanctos, & eorum reliquias, vide Sancti, & reliquiæ.
MISERICORDIA: vide Bonitas Dei: item Charitas.
Misericordiæ opera proximo exhibenda, 2 Reg.16,6,2 Par 28,9,15. Ps 111,5,9. Pro.24,21, 31†19,7,25,21. Eccli.4.2,29†35,18. Isa. 58,7. Osee 6,11. Mich.7,8 Zach.9,9 Mat 5,7†9,13†10, 41†18,33†25,41. Mate 9,40. Luc.6,35† 11,33. Rom.12,13. Galat.6,12 Colos.3,12,1. Timot.5, 10. quære Eleemosyna.
MISSÆ sacrificium olim prædictum, & pronunciatum, Leu.26,9 10,11,11. Psal.22,5† 109, 4. Isa.2,2,3†19,19,20†56,7†61,6†66, 19,20,21. Ier.31,31†33,16,17,18. Dan.12,11. Amos 9,11. Malach.1. 10. 11
Missæ sacrificium per varias figuras veteris Testamenti significatum. Genes 14,18† 16,6† 22,13. Exo 12,5,24†25,30†29,2,15. Leu.2,1,13 †3,12†4,23†5,7,11†6,15†9,8†14,4† 16,3 † 18, 21. Nu.15,24† 18,17,1. Reg.21,43. Reg.19 6, 4. Reg.4,41. Dan.8,12. appellatur q. iuge sacrificium Dan.11,31 † 12,11. nec interibit offerens sacrificium, Ier.33, 18,21
Missæ sacrificium à Christo institutum. Luc. 21,19, & ab eius discipulis vsitatum, Act.13,2
Missæ sacrificij mentionem facit Paulus, 1. Cor.10,16†11,23*.
MOAB filius Loth, & filiæ eius natu maioris, Gen.19.37. contra Moabitas pugnare, Israeli à Deo prohibetur. Deu 2,8. factus est Moab tetuiens Dauidi sub tributo, 2. Reg.8,2. deficiunt Moabitæ ab Israel 4. Reg. 1,1 † 3,5 irruunt latrunculi de Moab in terram Israel, 13, 20. non admittebantur in ecclesiam, Deut.23,3,2. Esdr. 13,1. contra Moab prophetatur. Num.21,29† 24,17. Ps. 59.10†107,10. Isa.16*.†25,10. Ier.48, 1. Ezec.25,8. Amos 2,1. Sopho.2.8
MOLOCH idolum, Leu.18,21†20,2. appellatur Melchom, 1 Par.20,2. Ier.49,1. Amos 1,15. Soph.1,5 de Moloch, vide item 3. Reg.11,5.7, 4 Reg.23,10
MORBVS. vide Ægrotatio.
MORS est pœna peccati, Gen.2,17†3,19. Ro. 5,12,17†6,23,1, Cor.15,21. Eph.2,2. Col.2,13,2. Timot.5,6. Iacobi 1,13
Mors, & certus dies mortis omni homini cõstitutus est, Deut,31,14 Ios.23,14. 1. Reg.26.10. Iob 14,5. Ps.88,49. Eccle.3,3†8,8†9,5. Eccli.17, 3†41,1. Ioan.7,30†8,20. Rom. 5,12†6,23. Heb. 9,27
Mortis hora incertissima, Eccle.9, 12. Marc. 24,43. Luc.12,40 1. Theff. 5,2.2. Theff 2.2. Iac. 4,13
Mors corporis, iustis est quasi somnus quidã, & dormitio, Deu.31,16.2 Reg.7,12.3 Re.2,10† 11,21,43†14,20. Sap.3,3. Mat 9,24. Ioan.11,11. Act.7,60†13,36,1, Cor,11,29,1, Thes 4,13
Mortem nostram sua morte deuicit Christus, Isa.25,8. Osee 13.14. Ro.6,9.1. Cor.15,54. 1. Ti. 1,10. Heb.2.14. Apoc 21, 4
Mortem, qui sibi intulerint, Iud.9,54†16.29. 1. Reg.31,4.2. Reg.17,13.3. Reg.16,18,2. Mach. 10,13†14.41. Mat.27,5 Act.1, 18
Mortuos lugere quatenus permittatur, aut prohibeatur, Leu.19,29. Deut.14,1†34,8.2. Re. 1,11†3,32†10,2†12,16† 14,2† 19,1† 21,10,13. Eccli 22,10†38,16 1. Mach.9,20†12,52† 13,26. Matt.9,3. Luc.7,13. Ioan.11,33. Act.8,2†9,39. 2. Thes 4,13
Mortui ad vitam reuocantur, 3. Reg.17,20.4. Reg.4,33†13,21 Matt 9,25†27,52. Mar.5, 41. Luc.7,13†8,54,10,11,43. Act.9,40†20,10
Mortuorũ sepultura, vide Sepeliẽdi mortui.
Mortuorum suffragia: vide Purgatorium.
MOYSES nascitur ex Leui, Exod.2,1†6,20. Act.7,20. percutit Ægyptium, & fugit in Madian, Exo.2,12,15. accipit Sephoram Madianitem vxorem, Exod.2,21
Mittitur ad Pharaonem in Ægyptum.3,10* †5,1†6,11†7*.†8*,9*†10*. reuertitur cũ vxore, & liberis in Aegyptum 4, 20. orat pro Pharaone.8,12,30†9,28,33†10,17
Orat pro populo, 14,15† 17,4,11 † 32,11,13, 31. Nu.11,2†14,13,17†21,7. Deut.9,17,26 accipit primo tabulas, Exod.31, 18. has confringit videns populi idololatriam. Exo.32,19
Accipit iterum nouas, 34,28
In faciem eius intueri non poterat populus Israeliticus, 34,30.2. Corinth.3, 7
Mittit exploratores in terram Chanaan. Nu. 13,2. probatur è à Deo esse missum, Num.16,28, 31. videt terrã promissionis, & Moritur, 20,12† 27,12. Deut.34,1,5. apparet in transfiguratione Christi, Mat.17,3. Luc.9,30. commendatur, Eccli.45,2
Diabolus altercatur cum Angelo Michaele de Moysi corpore, Iudæ 9
MVNDI corde. Ps.23,4†50,12†72,1. Matt. 5,8,1.1,22
Mundities interior, & exterior commendatur, Mat 23,25. Luc.11,39. 2. Cor.7,1
Murmuratores quos imitentur, & quæ illis pœna metuenda. Exo.14,11† 15,24† 16,2,7,8 † 17,2. Num.11,1*†12,1,9,10† 14,2,27*† 16,3 † 17,13†20,2†21,5*. Deut.1,27. Iosue 9,18. Iud. 8,10. Sap.1,11. Mat.20,12. Luc.15,2†19,7. Ioan. 6,41*. Act.6,1.1. Cor.10,10. Iud.16

N

NAAMAN militum præfectus apud regẽ Syriæ mundatur à lepra.4. Regum 15,14. Luc.4 27
NAAS rex Ammonitarum pugnat contra Iabes. 1. Reg.11,1. moritur.2. Reg.10, 1
Naas pater Abigail.2 Reg.17, 25
NABAL vir iniquus.1. Reg,25*2,13
NABOTH, quia regi Achab vineam negabat, lapidatur.3. Reg 21,2,13
Nabuchodonosor potẽtissimus rex Babylonis. Ier 27,6. inuadit Aegyptũ 4. Reg.24,7. Iere. 46,2, ascendit in Ierusalem, 4. Reg.24,1,10†25,

5.Ierem.39,1.iuxta prophetiam,Ierem.15,8 † 32,28.erigit auream statuam. Dan.3,1. habitat septem annos inter feras,4,28,30.ingens superbia eius amplitudo dominij, & crudelitas explicatur,Isa.14,2,8

NABVZARDAN dux militiæ regis Babylonis destruit domum Dei, muros Ierusalem, & populum,qui remanserat,trasfert, cum omnibus vasis templi,in Babylonem,4. Reg.25,8, Ier.39,9,11†50,12

NACHOR auus Abraham, Gen.11,23,25

NADAB, & Abiu igne consummuntur, Leuit.10,1†16,1. Num.3,4† 26.61

Nadab rex Israel,3. Reg.14,20,cæditur.15,18

NAHASSON filius Aminadab princeps,& dux tribus Iuda. Nu.1,7†2,3†7,12

NAHVM prædicat in Ninive, Nahum 1*. †2*.†3*.

NATHAN filius Dauidis,2. Regum 1, 14. appellatur Matthata, Luca 3,31

Nathan propheta mittitur ad Regem Dauid 2.Reg.7.4†12,1

NATHANAEL dux tribus Issachar, Nu.1,8

Nathanael videtur à Christo,Ioan.1,47

Christus manifestat se ipsi Nathanael,21, 2

NECHAO rex Ægypti,4.Reg.23,39.2.Paral.35, 20†36,3

NEGOCIATIO, vide Emere,& Vendere.

NEHEMIAS pincerna Artaxerxis,2. Esd. 1, 11. mittitur in Iudæam ad ædificandum, quæ erant destructa,2,9 appellatur Athersata,8,9

NEMROD potens erat, & robustus venator, Gen.10,8

NICANOR dux Lysiæ,1. Mach.3,38.& etiam dux exercitus Demetrij,7, 26. minatur se succensurum templum,7, 34.cæditur, 7,43. 2 Mach.15.28

NICODEMVS occultus discipulus Christi, Ioan.3,1†7,50,† 19,39

NINIVE ædificatur ab Assur, Gen.10,21. pœnitentiam agit de peccatis suis, Ione 3,5*.desolatio,& destructio Ninive, Nahum.1*. †2*. †3*. Soph.2,13. Tob.14,5

Stabit in iudicio, & condemnabit obcæcatos Iudæos, Mat.12,41

NOE filius Lamech, Gen.5.20

præco diuinæ iustitiæ,2. Pet.2,5

ædificat arcam, Gen.6*.

ingreditur arcam,7,1,7.egreditur,8,15

accipit signum fœderis,9,8,14

commendatur, Eccl.44,17

NOEMI vxor Elimelech, Ruth 1,2.

NOVVM Testamẽtum,Ierem.31,31. Mat. 26.28, Mar.14.24. Luc.22,20.1.Cor.11 24,Heb. 8.8†8,15†10,16†13,20

Nouum cælum,& noua terra post mundi in nouationem,Isa.65,17†66.22,2. Pet.3.13. Apoc. 21,1

NVDI vestiendi, Isa.58,7. Ezech,18. 7, Tob. 1,17, Mat.25,29,36. vide misericordia.

O

OBED filius Booz ex Ruth, Ruth 4. 17, Mat,1.5

OBEDIENDVM Deo eiusque præceptis,& quæ obedientibus sit constituta merces, Genes. 12,4†17,9,23†22*. † 26,5. Exod.1,17†15,26† 19,5†20,6†23,22,25. Leui.20,22†26,3.11. Deu. 4,40†7*.†11*.†13,4†17,15†18,15†24,8†27,10 †28,1,12,Ios.22.1.1. Reg.12.14† 15,22,4.Reg. 10.30,2.Par.7.17,Prou.1.18,33†15,31.Isa.1.19 † 48,18† 55,2 Ier.7,23†11,4†17,24†35*.Dan. 3,16.Eccl.35,7,2. Machab.7.30. Matt 4.19†7,24 †8,21†15,3†17,5*25,3 Luc.5,4†10,16. Io.2,7. Act.4,19†5,32.Ro.16,91.Phili.2,8,12.2. Thes. 4,3†5,18.1 Pet.1,22.Iac.1,22

Obedientia inferiorum erga superiores, vide Subditorum Officium.

OBLATIO omnis debet esse sine vitio, aut macula. Leu.1,3†3,1 †42,19 Nu.28,3.31. Deu. 15, 21, Eccl.35, 14. Ezech.43.23, Malach.1, 8, 14

Oblationes Deo gratæ cælitus accenduntur, Gen.4.4†8,20†15.17. Leuit.9,24. Iud 6,21†13, 19.3.Reg.18 38.1.Par.21.26,2.Par.7.1.2,Mach. 1.22†2,10

Oblationes quotidianæ, Exo.29,38. Nu.28,3 1. Esd.3,2

Oblationes propriorum filiorum, Leu.18,21 †20,1. Deut.12,32†18,10. Iud.11.39,4. Reg.3, 27†17,3†17,17†21,6,2,Par.28.3. Ps.105.37,Isa. 57,5.Ier.7,12†19,5, Eze.16 20,36†20,31†23.37

Oblationum conuiuia cum gaudio celebrabantur, Gen.31,46. Exo.18,12†32,6. Num.25.2 Deut.12*.†27,7,1 Reg.1.4†9,12*.†16,5.2 Reg. 15.12.3. Reg.1,9†3,15.1.Par.29, 21

Oblationes impiorum, Gen.4,3.1. Reg.15.21 Psal.39,7†49,7†50,18, Prou.15,8†21,27. Eccli. 35,15.Isa.1.10†43,23†61,8†66,3.Iere.6.20† 7, 20,14,†12,Osee 5,6†8,13†9,4 Amos 5,22. Mic, 6,7. Malach.1,7,13. Matth.9,13†12,7.Marc.12. 33. Hebr.10.5

OCCIDERE: vide Homicidium.

OCHOZIAS filius Ioram rex Iuda.4.Reg. 8,24.fugit in Mageddo à facie Iehu,& cæditur, 9,27

habet sibi successorem Ioas regem,1. Parali. 3,11

OCVLVS simplex,& rectus. Eccli.35.12. Matth 6.22,Luc.11.34.

Oculus nequam, Gen.6,2. Prouerb.6,13. Eccles.4,8. Eccl.14,8†31,14. Matt.6,22. Mar.7,22. Lucæ 11,44.1.Io.2,16

Oculorum custodia quantopere sit necessaria ad vitandum peccata, Gen.3,6†2†34,2†38, 15†39,7,2.Regum 11 2*.†13.1.Prouerb.23,26, 33.Eccl.9.5,7,8,9,11*.†25,28*.41,25†42,12.Iudith 10,17.18*.†12,16.Dan.13.8*.Matth.5,28. 2.Petr.2,14

Oculus mentis, vel intellectus. Num.24,3. Deute.29,4.Isa.6,9. Luc.24,29. Act.26,18.Eph. 1,18

ODIVM: vide Inuidia.

Odio habenda malitia, Psalm.96,10†1,38,21 Amos 5,15†6,8. Rom.12,9

OFFERRE pro defunctis,2. Mach.12,13

OFFICIVM subditorum: vide infra Subditorum.

OG rex Basan cęditur, Nume.31, 33. Deut. 10,

rorum.3,1†29,7†31,4 Psal.135,20.

ONESIPHORO optat Paulus misericordiam,2 Tim.1,16.

ONIAS summus sacerdos offert pro Heliodoro.2 Machab.3,32.cæditur,4,34.

OPERVM merita,& retributio,seu merces, Psal 118,112. Prou.11.18 Eccl.36,18.Isa.3, 10 Matth.5,12† 10,42†16,27†25,34 Rom.2,6. 1. Cor.15,28. 2.Cor.5,10.2.Tim.4,8.Heb.6,10 †10 35†11,26 Iac.2,24.Apoc.20,7,8†22,12.

Opera mala Deo displicent, & pœnam merentur, Gen.3,11†4,7†6,3.5,6.7†7,4†9.6†11,4* 17,14 † 18.20†19,11,24,26†20,3†42,21†44,16. Exod.3,9†7*8*9*10*,11,12,14*20*21*22*† 31,13† 32,9,27,28,33. Leu.10,12. deinceps per omnes fere Scripturæ libros.

Opera bona Deo grata sunt, & præmiũ merentur, Gen.4,4,7†5,24†6,8,9†8,20,21†20,7† 22,16* † 26,4,5†29,32.Exod.1,20† 20*†23,22, 25.Leu.11,43,44,45.& sic deinceps per totam Scripturam.

Operari bene propter mercedem,& retributionem licitum est, Psal.118,112.Matt,5,12.2. Tim.4,8.Heb.11.26.

non in quolibet Opere homo peccat,2. Pet.1, 10.1.Io.3,6,9†5,18.

Operum bonorum commemoratio 4. Reg. 20,3.Iob 6,2,3 Ps.17,21,22.25†131,1.Isa.38,3.

Opera bona quæ sint: vide Bona opera.

Opera à nobis proximo exhibita tanquam sibi facta reputat Deus,siue bona sint, siue mala, Isa.37,23 Iere.1,19.Zach.2,8. Matth.25,40. Act.9,5. 1. Cor.8,12.

OPINIONES, & cogitationes hominũ frequenter sunt erroneæ, Leui.10, 1.Num.15,39. Deut.12,8 † 29,19.1.Reg.15,9.2.Reg.6,6.Prou. 12,15 † 14,12† 21,2.Isa.5,21†7,12†14,13†55,8. Matth 3,14†16,22.Marc.8,32.Io.12.4†13,8.

Orare in nomine Iesu,Ioan.14,13†15,16†16, 23.26.1.Io 5,14.

Orare quemadmodum oporteat, frequentet ignoramus, Matt.20, 20.Marc.10,35 Rom.8, 26.Iac.4,3.

Orare noctes,& dies, Ps 118,62.Luc.18,1.1. Thes.3,10 1.Tim.5,5.2.Tim.1,3.

Orare sine intermissione,Mar.7,7.Luc.11,9† 18.1.Act.10,2,Ephes 6,18.Col.4,2.1.Thes.5,17.

Orare vt fidei prædicatio successus habeat felices,Eph 6,19 Colos 4,3.2 Thes.3,1.

Orare alium pro alio, Ier.42,2,20. Baruch 1, 13.2. Mach 1,6.Ephes.6,18 Col 4,2.1.Thes.5, 25.2.Thes.3,1.1.Tim.2,1.Iac.5,16.

Orare pro inimicis,Num.16,22.46 2.Mach. 3,33.Matt.5,44.Luc.6,28†23 34.Act.7,60.

Orare Sanctos cum Christo regnantes: vide Sanctos.

Orare pro defunctis: vide Purgatorium.

Oratio quomodo, quãdo, cui & vbi fieri debeat,& quid petendum,Nu.11,16,24.Deu 4,7. Iud.10,10,15.1.Reg.1,11.2.Re.22,2,7.3.Reg.3, 7.Isa.65,24.Amos 7,2. Eccl.35,26 To 3,11*.Iudith 4,11.Matt.6,5,9†7,7†18,19† 20,20†11,22 † 26,38.Mar.11,24 † 13,33. Luc 11,2,9 † 18,1† 22,40.Ioan.4,23†9,31†14,13†15,7†16,23.Act. 3,14†2,42†4,24,31†10,2†1,23.Ro.8,26†12,12. 1. Cor.14, 13.Eph.6,18.Col.4,2.1.Thes.5,17.2. Tim.3, 1.Hebr.13,18.1.Pet.3,12.1.Io.5,4.Iac. 1,6†4,3†5,13.Apoc 19,10†22,9.

Orationes quæ fiunt quemadmodum oporter, exaudit Deus, Gen.16,11†21,17 Exo.2,24† 3,7†6,5†22,23,27.Deu.4.7†15.9.1.Reg.7,9,10† 9,16†12,18.2.Reg.22,4,7 3 Re 13,6†17,22†18, 36.4.Reg.13,5†20,5.2.Par.32,22†33,13.4.Esd. 15,7.Iud.4,8,12 Tob.3,24.Psal.3.5†4.4†9 13† 17,7†21,25,†33,7†49,15†54,17†117,5,†119.1† 144, 19. Prou.15,29 Eccl.4.9†21,6†36.24,26† 40,22 Isa.30,19†37,15.21†55,7.Ier.26,12.Thr. 3, 59. Dan.13,44.Ionæ 2,3.Zach.13,9.2.Mach. 3,22.Io.9,31.Act.10,4.

Orationes quorundam quare non exaudiat Deus,Deut.1.45†31,18. Iud.10,1.1.Regũ 8,18. Ps.17,42 Prou.1,28†15,20†21,13†28,9.Ecclesi. 34,29,3†5,21.Ierem.7,16† 11,11,14†14,12 †15,1.Ezech.8,18 † 14,16,20,Michææ 3,4,Zac. 7, 13.4. Esdr.1,26 2.Mach.9,13.Io.9,31. Hebr. 12,17.Iacobi 4,3.

Orationum Sanctorum exempla, Gen.32,9. Exod.31, 11,13.Num.14,19. Deut.9,26 3.Reg. 8,15*4. Reg.20,3 2.Par.6,16*†12,11†20,6,12, 1.Esd.9,6*2.Esd 9*.Sap.9*. Eccl.23.2†36,1,11 † 52*. Baruch.1,17,21†2,6*†3,1,9.Tob.3,1,12 †8,7†13,1 Iud.9,2†16*. Esth.14,3.Isa.33,2†37, 19 † 64*.Ier.10,24†17,13,14†18,19†32,6.Thr. 5*. Dan.9,6† 13,42.Ionæ 2*.Abac.3*3.Esdr.8, 74.4.Esdr.3*†6,38*1 Mach.7,37.2.Mac.6,30. Act.4,24.

ORDINIS sacramentum Ioa.20,22.1.Tim. 4,14†5,22.2.Timot.1,6.Tit.1,5.

OREB, & Zeb interficiuntur, Iudic 7,27.

OSCVLVM pudicum, pacis & charitatis symbolum, Genes.29,15†45,14†48,10†49,34. Exod 4,27.Luc.15,20.Act.20,37.Rom.16,15.1. Cor.16,20.2.Cor.13,12.1 Thes.5,26 1.Pet.5,24.

OTIVM: vide Acedia.

OZIAS sacerdos recepit Achior in domum suam,Iud.9,19.

præscribit Domini misericordis tempus quinque dierum,7,23.

Ozias: vide Vsia.

P

PACTVM cum quibus non sit ineundum. Exod.23,32 † 34,15.Deut.7,4† 20,13.3.Regum 20,36,42.

Pactum contra Dei voluntatem cum infidelibus initũ,punitur, Iud.1,23,27†3,5.3.Reg. 20,34,41.2.Paral.19,2.

Pactum init Deus cum populo, Gen.17,2,7. Exod.19,5.Deut.5,2.Ie.31,31,33.

pactum init populus cum Deo, Ios.24,25.4. Reg.2,3,3.2.Paral.15,12†23,16.2.Esd.10,29.

PARENTVM officium, Genesis 18,19†21, 19† 24,2†25,6†34,4,29†49* Exo.10,2†12,26† 13,13,14 † 21,10. Leuit.19,29 Num.30,6.Deuteron.4.9† 6,7,20†11,19† 21,19†22,15,19†32, 46.Iosue 4,21.1.Regum 2,23 † 3,13 3.Reg.2,1. Iob 1,5.Ps.77,3.Pro.1,8†4,1†5,7†11,29†13,24 †19,18†20,7†22,6,15†23,13†29,17.Eccl 4,23† 7,25†8,11†17,1†25,10†26,13†30,1,11†33,32† 42,5.Tobiæ 1,10†4*. † 10,13 † 14,5,11.1.Machab.2, 49, 64.2.Machab.6,24,28 † 7,20,21,27.

Dan.13, 3. Matt.10, 37. Ephes.6,4. Colo.3,21. 2. Tim.3,15. Tit.2,4.

PASCHÆ festi institutio, & celebratio, Exo. 12*†13,6†23,15†34,18. Leuit.23,5. Nu.9,2,11, †28,17. Deuteron.16,1,5. Ios.5,10. 4. Reg.23,21. 2. Paralip.30,1,15 † 35,1.1. Esdr.6,19.3. Esdr.1, 10†7,10 Ezech.45,21. Matth.26,19. Mar.14,12. Lucæ 22,7.

PASTORES, præceptores, & alij præfecti qua debeant esse solicitudine, & cura in eos quos suæ fidei commissos habent, Prouerbior. 27,23, 24. Sap.6,23,26. Ezec.34,4*. Mat.18,12† 24,45. Luc.15,4 Ioann.10,11*†13,1*†17,9,11† 18,8. Act.20, 22,28,31. Ro.9,2,3†12,7,8.1. Cor. 4,14.2. Corint.11,28,29. Gal.3,19.

PATIENS, & longanimis est Deus, Gen.6, 3. Exod.14,6. Num.14,18. Psalm.85,15†102,8† 144,8. Eccl.7,12. Isa.30,18. Ioel 2,14. Ionæ 4,2. Nahum 1,3 Sap.11,24†15,1. Matt.18,28. Rom. 2,4 1. Tim.2,16. 1. Pet.4,9.

Patientia, & longanimitas fidelium in omni genere affectionũ, Gen.12,4.6. Reg.16,10. Iob 1,20†2,9†7,2. Prou.3,11†14,29†15,1†14, 32†25,15. Eccl 1,29†2,4.4. Esd.10,15. Tob.2,8. 2. Mac.6,20†7*. Mat.5,39. Ro.5,3†12,12,15,14. 2. Cor.6,4. Galat.5,22. Ephes.4,2.1. Thes.5,14 2. Thes.1, 4,7.1. Tim.6,11.2. Timot.2,3,12,1. Pet. 1,6† 2,19†3,14,17†4,1.2. Pet.1,6. Heb.10,36† 11,25†12,1. Iacobi 5,7.

Impatientia, & eius punitio, Exod.14,11†15, 24†16,2.7†17,2 Num.11,1,10 †14,1,28†21,6. Iob 3,1. Eccl.2,16.

PAVPERES, vide Eleemosyna.

PAVLVS Iudeus ex tribu Beniamin, Ro. 11,1. Phil.3,5. natus, & educatus Tarsi. Act.22, 3. persequitur Christianos, 9.1. Gal.1,13.1. Tim. 1,13. conuersio eius singularis, Act 9*.

Paulus doctor gentium, Rom.11,13†15,16. Gal.2,2,8.1. Tim.2,7.2. Tim.1,11. prædicat Antiochiæ, Actu.13,16*. Iconiæ 14,1. Lystri,14,6, 13. Thessalonicæ, 17,1. Beroeæ,17,10. Athenis 17,22, 28. Corinthi,18, 1. vocatur in Macedoniam, Act.16,9. capitur 21,27. deducitur Cæsaream 23,23, 30. vehitur Rom.27* 28*. fititur Neroni,2. Tim.4,22.

Paulus nemini voluit esse oneri. Act 20,33. 2. Cor.11,9,11† 12,13. 1. Thess.2,9.2. Thess.3,8. vocabatur olim Saulus, Act.7,59†9,1†13,1.

PAX quædam temporalis, quędam æterna, Genes.13,6,8 † 26,22†45,21. Leu.26,6. Num.6, 27. Ierem.29,7. Eccl.25,2†28,15,19. Matth.5,9 Mar.9,50. Lucæ 14.32. Act.9,31. Rom.12,18.1. Corinth.14,33. Ephes.4,3 2. Timot.2,22.1. Pet. 3,11. Hebr.22,14. Iacob 3,18. Apoc.6,4.

Pax interna qualis est inter Deum, & eius amicos, Isa.2,4†9,6†11,6†7,66,12. Osee 2,14,20. Mich 4,3. Zach.9,10. Luc.2,14†24,36. Ioan.14, 17†16,33†20,19. Act.10,36. Rom.5,1. Ephes.2, 14. Philip.4,7.

Pacem, & misericordiam promittunt mendaces prophetæ, Ier.6,14†8,8,12†14,13†23,16. Ezech.13,10,16. Mich 3,5.1. Thess.5,3.

PECCATI origo, Genes.2,17†3,6. Roman. 5,12.1. Cor.15,21.

Peccatum originale, Iob 14,4†15,14. Psal.50, 7. Rom.3,9.23†5,12*. effectus eius. Gene.8,21. Ecc.17,30. Rom.5,12,17†6,23†7,8,11, 13,17*. Galat.5, 17. Ephes.2, 3. tollitur eius reatus per Christum, Ioa.1,29. Rom.3,23,24†5,9,15,17, 18 19†6,3†7,24†8,1,2 Gal 3,22. Ephes 2,5.

Peccatum solus Deus propria auctoritate remittere potest, Exod 34,7. Ps.18,13†31,5†102, 12. Isaiæ 43,25†44,22†53*. Ierem.31,34†33,8. Mich.7, 8. Matt.9,2. Mar.2,5. Luc.5,20†7,48.

Peccatum Sacerdos remittit auctoritate diuina, Matth.18,18. Ioan 20,23.

Peccatum remittitur per Christum, Isa.53*. Dan.9, 24. Matt.1,21†9,2†11,28†20,28†26,27. Mar. 2,5. Luc.24,46. Ioan.1,29. Act.2,38†4,12 †10,35,43†13,38. Ro.4,25†5,9.1. Cor.6,11†15, 3. 2. Cor.5,21. Gal.1,4. Colos.1,14. Ephes.7,†5, 25. 1. Timot.1,15 Tit.2,14 1. Pet.1,18†2,14†3, 18†4,1. Hebr.1,3†9,12,14.1. Ioan.1,7†2,12†3, 5. Apocalyp.1,5.

Peccatum in Spiritum sanctum, Matt.12,31. Marc.3,28. Lucæ 11,15†12,10 Heb.6,6†10,26. 1. Ioan.5.6.

Peccatum vindictam clamans, Gen.4,10† 18,20 Exod.22,23,27. Eccl.35,18. Iac.5,4.

Peccanti in nos fratri condonandum: vide Remittendum.

Propter peccatum vnius, aut paucorum puniuntur multi, Genes.3 Num.16,20*. Iosue 7*. Iudic.19,25 2. Reg.24*.

Peccatum contra naturam, Gen.19*. Iudic. 19,22*. Leuit. 20,13. Rom.1,27.1. Corint.6,10. 1. Timot.1,10.

Peccatum ex ignorantia, Leuit.4.2†5,15. Numer.15,27. Luc.23,34. Io 9,41†15,24. Actuum 3,17.1. Timot.1,13.

Peccatum ex malitia, & data opera, Num. 15,30. Eccl.10.14 Matt.28,13. Ioan.11,49. Act. 4,18. Hebr.6,5†10,16.

Peccatorum confessio, vide supra Cõfessio.

Peccatum non solum non imputatur, sed etiam verè remittitur, & anima abluitur, ac mundatur, Psal.50,12. Act.2,38.1. Cor.6,11.2. Petr.1,9. Ioan.1,9.

PECVLIVM Dei eius populus, Exod.19,5. Deut.7,6†14,2. Io.1,11. Ephes 1,14. Pet 2,9.

PEDVM lotio, vide supra Lotio.

PEREGRINIS benefaciẽdum est, Gen.18, 2. Exod.22,21 † 23,9. Leuit.19,33†23,22. Num. 15,41 Deu.10,18†14,21†24,14,17†26,11. Ezec. 22,29†47,21. Zach.7,10.

Peregrini sumus, & aduenæ in hac vita, Ge. 15,13 †23,4†47,9.1. Paralip.29,15. Psal.38,13† 118,19.2. Corint.5,8. Philip 3,20. Hebr.11,13.1. Petr.2,11.

peregrinationes pietatis gratia susceptæ sunt vtiles,3. Reg.8,41 4. Reg.5,10.

PERIVRII, & falsi crimen, Exod.8,8,15,28. Leuit.5,4 1. Reg.19,6*3. Regum 8,31 Ierem.7, 9. Zachar.5,3. Malac.3,5.1. Machab.6,62†7,15, 18†11,53†13,16,19 2. Machab.4,34†12,3. Mat. 26,72.1. Timot.1,20.

PERSÆ inuadunt Babylonem, Daniel 5, 28. iuxta prophetiam Isaiæ 21,9.1. rem.51,8,11, 41,55.

PERSEVERANTIA, Gen,19,17,16. Iob 2,3. Prou.3.

Prou.3,31 †23,17. Ezech.18,24†33,13. Eccl 2,2 † 11,11†35,9. Matt.10,22†15,22†24,13. Luc.9, 54. Ioan.6,62. Actu.2,42 † 11,23†13, 43†14,21. Heb.3*.2. Petr.2,20.1. Ioan.2,24. Apoc.2,16.

PERSECVTIO vide Crux.

PERSONARVM acceptio illicita, nec Deus personam respicit. Leuit.19,15. Deu.1, 17† 10, 17† 17,2.1. Re.16,7.2. Par.19,7. Sap.6,8. Iob 34, 19. Pro.18,5†24,23† 28,21. Eccl.35,15,16. Isaiæ 11,3. Malac.2,9. Matt.22,16. Marc.12,14. Lucæ 20,21. Act.20, 34. Rom.2,11. Gal.2,6. Ephes.6, 9. Colos.3,25.1 Pet.1,17. Iac.2,1,9.

PETERE, vide Orare.

PETRVS à Christo vocatur, Mat.4,18. confitetur Christum,16,16. appellatur Simon,4,18 †10,2. Ioã.20,2. appellatur Cephas, Ioa.1,42.1. Cor.1,12†3,22†9,5. Gal.2,9 appellatur Simon Bariona, & simon Ioannis, Mat 16,17. Ioa 21, 15. negat Christum, & de negatione facta pœnitentiã agit, Matt 26,69,70,72,75. prædicat, & loquitur, Act.1,16†2*†3,12*†4,1†10,34. sanat claudum, 3,4. conijcitur in carcerem, 12,3.

Petrus primus Apostolorum, Mat.10,2†16, 18†16,24*. Luc.22,31*. Ioan 21,17*.

PHACEE filius Romeliæ, postquã occidit Phaceiam fit rex Israel, 4. Reg 15,25,27. pugnat contra Ierusalem, Isa 7,1. occidit de Iuda centũ viginti millia virorũ vno die, 2. Paral.28,6.

PHACEIA filius Manahem fit rex Israel, 4. Reg 15,22,23.

PHANVEL turris subuertitur à Gedeone, occisis habitatorib. ciuitatis, Iudic.8,8,13,17.

PHARAO affligitur propter Saram vxorem Abraham, Genes.12,17.

Pharao somnia videt, Gen.41,1. quæ ei à Ioseph explicantur,41,25.

Pharao Israelem opprimit seruitute, Exo.1, 8*. submergitur cũ omni suo exercitu,14,24,28.

Pharaonis filiam accipit Salomon vxorem, 3. Reg.3,1.

Pharao Nechao capit regem Ioachaz 4. Regum 23,34.

PHARISÆVS inuitat Christum, Luc.7,36.

Pharisæus, & publicanus orant simul in templo, Luc.18,10.

Pharisæi grauiter increpantur Matt. 3,7†7,1 †16,4†23*. Io 8,44. Act.7,51†13,3. Phil 3,2.

PHASSVR percussit Ieremiam prophetam, Ierem 20,2.

PHEGIEL dux tribus Aser, Num.1,13.

PHIGELVS, & Hermogenes auertuntur à Paulo,2 ad Tim.1,15.

PHILIPPVS vocatur à Christo, Ioann. 1,43. recensetur inter Apostolos, Matth.10,3. cupit videre patrem, Io 4,8.

Philippus diaconus eligitur, Act.6,5. prædicat in Samaria, Actu.8, 5. baptizat Æthiopem eunuchũ, Act.8,37. suscipit Paulum, & socios eius hospitio Act.21,8.

PHILISTHÆI persequitur Israelem, Iudi. 3,3 † 10,7†15,9.1. Reg.4*†5*†13,5†17*†23, 1 †28,1†29,1†31,1.2. Reg.5,17,22†21,15,18.

Philisthæi cæduntur, Iudic.3,31.1. Reg.7,11 †13,3† 14*†17,50†18,29†19,8†23,5.2. Reg.5, 24†8,1.4. Reg.18,8,

contra Philisthæos: vide Isa. 14.29. Ier.47,1. 4. Ezech.25,15 Amos 1,6. Sopho.2,5. Zach 9,6.

PHINEES filius Eleazari Exo. 6,25. Iud.20, 28. placat Deum zelo suo. Num.25,7,12. Psal. 105,30. mittitur in terram Galaad, Ios.22,13.

Phinees filius Heli, 1. Reg.1,3. perijt propter sua peccata,4,11.

PHVL rex Assyriorum copias adducit contra Ierusalem,4 Reg.15,19.

PIETAS, vide Bona opera.

PIGNVS salutis nostræ est Spiritus sanctus, Rom.8,16.2. Cor.1,22†5,5. Eph.1,13†4,30.

PIGRITIA, vide Acidia.

PILATVS, & Herodes fũt amici, Lu.23,12. Pilatus Christum innocentem morti addicit Matth 27,26. Ioan.19,6.

PLAGA Dei seu vindicta, Exod.7*8*18* 14*4. Reg.8,28 2. Paralip.6,28. Psal.77,44†104, 27. Ierem.15,2.

POENA peccati non statim vniuersa remittitur remissa culpa, Num.14, 20,22,23.2. Reg.12,13,14*†24*1 Paral 21*.

pœnitentia, & satisfactio pro peccatis, Psal.6, 7. Mat.3,8. Lu.3,8 Act 2,38†8,22.2. Cor.7,10.

pœnitentia prædicatur, Ier.7,3. Mat.3,1 †4, 17. Luc.3,3,8†13,3†24,47. Act.2,38†3,19†8,21 †17,30†20,22†26,20.

pœnitentiæ veræ, & non fictæ, promissa est venia, Deuter.4.29†30,2.1. Reg.7,3.2 Pat.7,14 † 20, 6†14,26. Iob,22,23. Prouer.28,13. Psal.31, 5. Eccl.17,23. Isa.1,16† 30,18 † 45,22 †55,7†59, 20. Ier.8,10,17 † 18,8†29,12†31,18,20. Ezec.18, 21,27 †33,14 Osee 14 2. Ioel 2,22. Ion.3,8. Zac. 1,4. Malac.3,7. Luc.15 18. Act.3,19†26,18,10,

pœnitentia agenda est dum sani sumus, Eccli.17,24†18,25.

pœnitentiæ veræ exempla, Iud.10,15 2 Reg. 12, 13 † 24,10,17 2. Paral.10,6†33,12. Ionæ 3*. Iudith 4,8 Matt 26,75 Luc.7,37,44†15,18†18, 13†19,8†22.62†23,41. Act 2,37.

pœnitentiæ falsæ exempla. Gen. 4,13†27,38. Exo.8,8†9,27†10,16. Iosue 7,20. Iud.1,7.1. Reg. 15,24,30 † 24,19.3. Reg.13,6†21,27. Sap.5,3.1. Mach 6,12 2. Mach.9,12. Matth.27,4. Act.8,13. 23. Heb.12,17.

prædicatores: vide Concionatores.

præfecti, vide Superiores, & pastores.

præcati: vide Orare.

primitiæ fructuum debentur Deo, eiusque sacerdotibus, Exod 23,19†24,26. Leuit.23,10. Num.18, 13. Deut.18,4†26,2,10.2. Paral.31,5. 2. Esdr.10,35,37. Prou.3,9. Tob.1,7.

primogenita omnia, Aegyptiorum moriuntur, Exod.12,29. Psal.77,51†134,8,135,10.

primogenitum omne Deo cõsecratur, Exo. 13,2† 12,29†34,20. Leuit.27,26. Nu.3,13†8,17. Deut.15,19.1. Regum 1,24. Luc.2,23.

primogenitorum iura, priuilegia, & prærogatiuę, Gen.25,31†49,3. Deu.21,15.1. Par.21,3.

primogeniti aliquando a Deo reijciuntur, Gen 48,17†49,4. Rom.9,13.

Proditio, & eius punitio, Genes.37,25. Iudic. 1,24. 1 Reg.21,19. Isaiæ 12,11.2. Mach.3,4†4,1 †10,20†13,21. Mar.26,14,47.

Promissio: vide Votum.

Promissiones Dei cum conditione fiunt, Deut.19,8†28*†33,4. Leu.26*1.Reg.2,30. Ezec. 10†33,15,19. Marc.16,16. Ioa 3,16,36†6,47†8, 31†13,17†15,7,14. Ro.8,17. Colos.1,23. Heb.3. 14 2.Pet.1,4. Apoc.2*†3*†21,7.

PROPHETÆ: vide Concionatores.

PROVIDENTIA: vide Dei gubernatio, & providentia.

PSEVDOPROPHETÆ, & eorum punitio, & quod non sint audiendi, Deuteron 13,1†18, 20.3 Reg.13,11†15,40†22,6,10 4.Reg.10,19. Prou.28,10 Isa.3,11†28,7†56,10. Ier.14,13,15† 23*†27,9† 28*†29,8,21,25 Ezech.13*†14,9† 22,25†34,2,8,18. Amos7,10. Mich 3,5. Zac 13. 2.Matth.7,15†24,11. Luc.12,1. Actu.20,29. 1. Corint.15, 12 Philip.3,2. Colos.2,8. 1.Timot.4, 1. 2.Timoth.2,17†3,1,2. Petri 2*1.Ioan.4,1. Iudæ 4, 8*.

Pseudoprophetæ habentur qui currunt antequam per ordinariam potestatem mittantur, Ierem.14,14*23,32†27,11. Ezec.13,6.

PTOLEMÆVS oppugnatur ab Antiocho, 1. Machab 1, 19 inijt amicitiam cum Alexandro filio Antiochi,10,51. pugnat cum Alexandro, & moritur,11,1,18.

Ptolemæus Macedo veneno vitam suam finiuit, 2 Machab.10,12,13.

PVBLIVS suscipit hospitio Paulũ, Act.28,8.

PVRGATORIVM, id est, locum vbi sunt animæ, quæ viuorum precibus, & operibus iuuari possunt, & purgantur, esse confirmatur, 2. Mach 12,43,46* Matth 5,25†12,32.1.Corint. 3, 16. Philip.2,10. 2.Timoth.1,18,1.Ioan 5,16. Apocal.5,3,13.

Q

QVADRAGESIMALIS ieiunij exempla, Moyses, Exod 24,18† 34,28. Deuter.9,9, 18 Elias, 3.Regum 19,8. Christus, Matth.4,2. vide Ieiunium.

QVÆSTIONES inutiles quæ sunt vitandę, Genes.3, 1,6. Prou.25,27. Eccl.7,11. Eccl.3,21. Mat 24,3. Io 6,52†21,21. Act.1,6.1.Tim.1,4†6, 3.2.Tim.2,16. Tit.3,9.

Quiescendũ à peccatis, Rom 6,4*. Gal.2,18.

Quies conringet populo Dei, Hebr.4,9.

Quietem, & pacem certam cõsequẽtur iusti Sap.3,3†4,1. Isa.57,2. Lu.16,22. Apoc.14,13

Quietem inuenire animæ tuæ, Ierem. 6, 16. Matth.11,27.

R

RABBA obsidetur, 2 Reg.11,1†12,26,1. Paral 20,1.

RABSACES Sennacherib archipincerna, 4. Reg 18,17 Isa.36,37.

RACHEL pascit oues patris sui, Genes 29,9. traditur Iacob in vxorẽ, 29,29. clam tollit idola patris sui, 31,19. ob difficultatem partus periclitatur, 35,17.

RAHAB exploratores, missos in vrbem Iericho, excipit hospitio, Iosue 2,1. Iacob.2,25. seruatur cum suis, Iosue 6,17,23.

Rahab vxor Salomon, 1. Para.2,11. Mat.1,5.

RAPHAEL angelus Domini medicus, & dux Tobiæ, Tob 5,5†6*†12,12.

RATIONEM Deo quisque pro se rediturus est, Matt.12,36†18,23†25,31*. Ro.14, 12. 2. Corint 5,10.

RAZIAS Iudæus gladio se interimit, 2. Machab.14,37,41.

RAZON aduersarius Israelis, 3.Reg.11,23.

REBECCA filia Bathuelis, Gen.22,23. vxor Isaac, 24,50. parit geminos, 25,24.

RECHAB pater Ionadab amici Iehu regis Israel, 4 Reg.10,15.

REDIMERE nouit Deus suos multis modis ex angustia, Gen.19*. Exo.14†18,8.1.Re. 23,14,26,4 Reg.7*2.Paral.18,31†20,24.1.Esd. 8,22. Psal.4,9†50,9. Esther.7,5. Isa.41,10,†43,1. Dan.3,91†6,21,23 2.Pet.2,9.

REFVGII ciuitates, Exod 21,13. Nu.35,11. Deut 4,41†19,2,7. Ios.28*3.Reg.1,50†2,28.

REGENERATIO: vide Homo.

Regeneratio est immutatio carnis in spiritũ Ioan.3,5. carnalium affectionum in spiritualẽ affectũ, Ro.8,5,13. infidelitatis in fidem, Io.1, 12. Galat.3, 26.1.Ioan.5,1. innouatio mẽtis per spiritũ sanctũ, Tit.3,5. Gal.4,6, atque adeo carnalis naturæ in diuinã naturã, 2.Petr.1,4. Col. 2,11. vt qui mali fuimus, sanctificemur, 1.Cor. 6,11. Eph. 5,8.

Regenerati interius, etiã exterius in nouitate vitæ ambulabũt, Rom.6*†7,6†12,1. Eph.4,22. Colos.3,9.1.Cor.5,7 2.Corint.5,15.1.Pet.4,2.

REGES quid facere, quid vt fugere debeant, Deut.17,19 1.Reg.8*3 Reg.2,2 †10,9.2.Par 9, 1†19,5 Sap 6*†9*. Iob.34,30. Psal 2,10†100*. Pro.14,28†19,12†20,8,26†28,15†29,4,14†31, 4 Ier.22,2. vide Superiorum officium.

REGNVM Dei vim patitur, Matt.11,12. Luc.16,16. Gal.5,16. Apoc.2*†3*†21,7.

Regnũ Dei spirituale, internũ, & externũ, Genes. 49,10. Nu.24,17.1.Reg.2,10†7,9,10.1.Paral.18, 11†29,2,4. Psal.2,2,6†9,8†21,28†44,7†71,1†109* †144,11. Isa 9,6†11*†32,16†40,9†42,1. Ier.23, 5,6†33*. Ezec.24,23†37,24. Dan.2,44†4,33†7, 14,27,†9,24,25. Osee 3,5. Mic 4,1.4,5.1. Zac.9,9. Mat.13*. Lu.1,28†12,31,32†22,29†23,2. Io.6,14 †12,14,34†18,33,36.1.Tim.1,17. Heb.1,8†2,9.

RELINQVENTES omnia propter Christum centuplum recipient, Matth.19,29. Mar. 10,39. Luc.18,29.

RELIQVIÆ, & vestes sanctorum quam vim à Deo habeant quidque per eas operetur Deus, vt pallũ Eliæ, 4 Reg.2,14. ossa Elisæi, 4. Reg.13,21. fimbria Christi, Mat.9,20†14,36. Iudaria Pauli, Act.19,12. vmbra Petri, Act.5,15.

REMITTENDVM proximo in nos peccãti, Eccl.28,8 Matt.5,23† 6,13†18,22,35. Luc. 17,3. Ephes.4,32. Colos.3,13.

REPVDII libellus, Deut.24,1. Isa.50,1. Iere. 3,3. Malac.2,16. Matt.5,30†19,7. Marc.10,4.

RESPHA concubina Saul, ad quam ingressus est Abner, 2.Reg.3,7.

custodit corpora eorum, qui in crucem sublati erant, 21,10.

RESVRRECTIO mortuorum, & carnis ad gloriã facta mutatio, Exo.3,6 Iob 14,13†19,26 †21,30, Isa.26,19†66,14. Ezec 37,1,9 Dan.12,12. Ionæ 2,11. Soph.3,8,4. Esd.2,16† 14,35.2.Mac. 7,9,14,23. Matt.22,23,31. Luc.20,35. Ioan.5,21. 28†6,

28†6,39†11,24. Act.24,15.1. Cor.15*. 2.Cor.4. 14†5*. Col.3,4 Phil.3,21†4,3.2. Thes.4 13,16 2. Tim 2,11. Apoc.20,12.

REVELATIONES, & visiones, Iosue 5,13.4 Reg 17,9.2. Machab.3,24†5, 2†10,29† 11,8. vide Apparitiones.

ROBOAM filius Salomonis, rex Iuda constituitur, 3. Regum 12,1. deficit Israel à Roboã ad Ieroboam, 12,19 præcipit ei Deus ne pugnet contra Israel 2. Parali.11,2. oppugnatur à Sisac rege Ægypti, 12,2,9.

moritur, 3. Reg. 14, 31. regnat Abiam filius eius pro eo, 15,1.

ROMANI cum Iudæis pacis, & societatis fœdera incũt, 1. Mac.8,14,17,27,†12,1†14,17,20

Romanorum Gentilium laus, 1 Mach 8.2.9.

Romanorum Christianorum laus, Ro.1,8.

Romanos destructuros Ierusalẽ, & templũ Domini. Num.24,24. Isa.5,26†6,11. Dan.9,26 †11,30,31. Luc.19,41†21,20. Ioan.11,48.

RVBEN primogenitus Iacob nascitur, Genes.29,32. violat thorum patris sui, 35,22. dantur ob id primogenita eius filijs Ioseph, 49,4.1. Paral. 5,1. nititur fratrem suum Ioseph liberare, Genes.37,21,22,29.

dicit patri, Duos filios meos interfice, si non reduxero Beniamin, 42,37. filijs Ruben primo requies datur, Nu.32*. Deut.3,12†29,8. Iosue 1,12†13,23. cæduntur, 4. Reg.10,33 transferũtur ad tertam Assyriorum, 15,29.1. Paral 5,26.

secundum prophetiam, Gen.49,4. ædificant altare, Iosue 22, 10. dimicauerunt contra Agarenos, 1. Paralip 5,19.

RVTH Moabitis, Ruth.1,4. accipit eã vxorẽ Booz, & parit Obed 4,13.1.Par.2,12. Matt.1,5.

S

SABBATVM. Gen.2,2. Exod.16,23†20, 8†23,12†31,14,17†34,21†35,2. Leui.19,3† 23,3,15†25,4. Nu 15,32†28,9. Deu.5,12. Isa.56 2,4†58,13†66,25. Ier 17,21,27. Eze.20,12†22,8 2. Esd.13,17,22 1. Mach.1,46*2,33,41.2. Mach. 15,1. Matth.12,1,10. Mar.2,23†3,2†6,2. Luc.4. 16,31†6,1†13,11,14†14.1. Io. 5,10†7,22†9,14. Actũ 13, 14,27,44†15,21†18,4†20,7.1. Cor. 16,2. Hebr.4,4,10.

SACERDOTES Legis, & horum munus, Exo.19 44†30,7. Leu.10,1,6,9†21*.†22*, †24,3. Nu.3,10†4,5,11†10,8,†18,1,7. Deut.21, 5.2.Reg.2,28,33.1. Paralip.6,39.2. Paral.26,17. Ezech 44,15,20. Heb.5,7†10,11.

Sacerdotum multitudo in veteri Lege, 1. Paralipom.23,3. vbi numerantur, 38000.

Sacerdotum Legis indumenta, ornamẽta, & ordinatio. Ex.28*.†29,1†39,1†40,12. Leu.8,1,8

Sacerdotibus dabantur decimæ, & primitiæ. Nu.5,9,10†18,8,11*. Deut.18,3, vt liberi à sollicitudine comparandi victum, possent vacare Legi Dei. 2. Par.31,4*. vide Decimæ.

Sacerdotibus Legis assignabatur necessaria vitæ sustentatio. Exo.29,26. Leuit.2,3,10†5,13 †6,9,19†7,6,32†10,13,†24,9. Nu.3,48†5,9†18, 8,11,28. Deu.18,1.1.Reg.2,28.4. Regũ 12,16.1. Paral.6,54.2.Paral.31,42. Esd.10,36 Eccl.45,25

Sacerdotes mali, & eorum punitio Nu 16*. 1.Reg.2,22*†3,13.3.Reg.2,26 Isa.3,11. Ier 2,5 †8,7. Osee 4,6,9†5*. Malach.1*.†2,1,8.1. Machab.7 5,9,21.

Sacerdos, non Lex, aut Scriptura sola, est iudex quæstionum exorientium, Deut. 17,9,12. Malach.2,7.

SACRIFICIVM noui Testamenti appellatur iuge sacrificium, Dan.11,31†12,11. celebratur donec veniat Dominus. 1. Corin.11, 26. quære Missæ sacrificium, & Oblatio.

SADVCÆI negant mortuorum resurrectionem, Matth.22,23. Actu.4,1†23,8.

SALMANASAR rex Assyriorũ egreditur primò contra Samariã, & transfert Israel cum Ozee rege in Assyrios, 4. Reg.17,6. secundo capit Samariam. 18,9.

SALOMONIS filij Dauidis natiuitas promittitur, 2. Reg.7,12.

nascitur, 2. Reg.5,14†12,24. vngitur in regẽ super Israel, 3. Reg.1,33. Dominus apparuit ei per somnium nocte in Gabaon, à quo sapientiam postulat, 3, 5, 9.2. Paral.1,7. diiudicat litem meretricum, 3 Reg.3,16,24. de eius sapientia, magnitudine, diuitiarũ, potestate, & ministris, 2. Paralipomen. 9,3. init fœdus cum Hiram rege Tyri, 3. Reg.5.12.

postquam ædificauit templũ, dedit Hiram viginti oppida, 9,11. venit ad eum regina Saba, 10,1. Mat.12,42. Luc.11,31. ædificauit phanum Chamos idolo Moab in monte, 3. Reg 11,7.

Chananæos fecit sibi tributarios, 1. Paralip. 8,7. vngitur secundò in regem, 2. Paralip. 29, 22. moritur, 3. Reg.11,43. succedit ei filius Roboam, 14,21.

SALVS: vide Beatitudo.

SAMARIA, quæ postea metropolis fuit decem tribuum Israel, extruitur, 3. Reg.16,17. obsidetur à Syrijs, 4. Reg 6,24 obsidetur ab Assyrijs vsque ad tertium annum capitur, & abducitur populus, 4 Reg.17,5.

contra Samariam prophetatur, Is.7,30†9,7. Ezec.23*. Osee 8*.†13*. Amos 3,12. Mich 1,5.

Samaria nolebat recipere verbum Dei, Luc. 9,52. recipit verbum Dei, Act.8,5.

Samaritanus miseretur vulnerati, Luc.10,33.

Samaritana loquitur cum Christo apud puteum, Io.4,7.

SAMSON nascitur, Iudic.13,24. iuxta promissionem angeli, 13,3. vxorẽ accipit in Thamnata, & dilacerat leonem, 14,1,5,10.

nocet Philisthæis, eisque vim infert, 15,4.8. moritur, 16 29,30.

SAMVEL, 1. Reg.1,20. adducitur ad domũ Domini in Silo, 1,24. vocatur à Domino, 3,4.10 congregat vniuersum Israel in Masphat, & clamatad Dominũ pro Israel, 7,5, 9. posuit filios suos Iudices Israel, 8,1, probat se innocentem, 12,3. interficit Agag, 15,33.

Dauid regem vngit, 16,13. moritur 25,1. prophetat Sauli post mortem, 28,15,16. Eccl.46,23. laudatur, Eccli.46,16.

SANABALLAT præfectus Samariæ conatur impedire templi ædificationẽ 2. Esdr. 2,10.

SANCTVS est Deus, Isaiæ 6,3. Apoc.4,8.
Sancti, & mundi esse debemus, Leu 11,44 † 19,2 † 20,7,26 † 21,6. Deut.26,19. Ephes.5,26.1. Thessal.4,3.1. Petri 1,16. qui sanctus, sanctificetur adhuc, Apoc.22,11.
Sanctum Domini, Exo.35,2. Leuit.16*. Psal. 113,2. Matth.7,6. Luc.1,31.
Sancti pro nobis orant, Iere.15,1.2. Machab. 15,14 Apoc.5,8 † 8,3. propter eorum preces, & merita multa nobis largitur Deus, quamuis illi vita functi sint, Gen.26,5,24. Exod.32,13,14. 3. Reg.11,12,13,32,34 † 15,4.5.4. Reg.19,34 † 20, 6. Isa.37,35. Eccli.44,24.
Sanctos oramus sine iniuria Mediatoris, vt pro nobis orent, sicut & petimus ab alijs hominibus preces, vt Paulus Roman.15,30. Col.4,3. Eph.6,19.1. Thess.d.5,25.2. Thess.3,1. Heb.13, 18. Nec mirũ Sanctos nostras preces cognoscere, qa sunt sicut angeli Dei, Mat.22,30. Luc.15, 10. & offerunt Deo nostras preces, Tob. 12,12. Apoc.5,8 † 8,3. Nec huic contrarium est, quod Deus solus est inspector cordis, quia & homines cognouerunt secreta cordium Deo reuelãte, Dan.2,29.4. Reg 5,26 † 6,12.
Sanctorum ministerio aliquando tribuitur, quod soli Deo præcipuè conuenit Matt.18,16, 18. Ioan.20,13. Rom.11,14.1. Corint.9,20,21.1. Timot 4,16. Iacob,5,19. vide titulum, Deo soli attributa, &c.
In Sanctorum memoriam Deum orare, docent nos maiorum exempla, Gen. 31,9 † 8,16. Exod.32,13. Deut.9,27. 3. Reg.18,36.1. Paral. 29,18.2. Paral.5,42. Tob 7,15. Esther 13,15 † 14, 18. Isa 63,17. Dan.3,35.
Sancti sunt cum Christo in cælis regnantes. Io.12,26 † 17,24. 2. Corinth.5,8. Philipp.1,23. Apocal.3,21 † 7,9 † 14,13.
Sancti etiam vita defuncti rectè à nobis laudantur. Eccli.44*. Ioan.12,26.
In Sanctis suis Deus laudatur, Ps.150,1.
Sancti iudicabunt: quære Iudicabunt.
Sancti faciunt miracula, vt Moyses, & Aarõ, Exo.7 † 8 † 9 † 10 † 11. Elias excitat puerũ mortuum, 3. Reg.17,22, claudit cęlũ ne pluat, 17,1. Iac.5,17. aperit clausũ, 3 Reg.18,41.45. Iac.5,18.
Eliæ pallium diuidit aquas, 4. Re.2,8,14. Elisæus excitat puerum viduæ mortuum, 4. Re.4, 35. sanat aquas misso in eas sale, 2,21, 22. oleum multiplicat, 4,6. mittit farinam in ollam, 4,41. Naamã Syrum sanat, 5,24. facit natare ferrum, 6,6. Elisæus mortuus per contactum ossium suorum operatur, 13,21.
Apostoli eijciunt dæmonia. Marc.6, 13 † 16, 17. Luc.10,17. Ioannes, & Petrus sanant claudum, Act.3,6.
Petrus excitat Tabitham, 9,41.
Etiam sola sua vmbra sanat, 5,15.
Paulus restituit claudum, 14,9.
Etiam per sudaria curat infirmos, 19,12. reddit vitæ puerum ex lapsu mortuum, 20,10.
Sancti plura quoq. alia fecere miracula, quæ longum esset enumerare, ad Heb.11,32*.
SANGVINIS conspersio. Exo.24,6 † 29, 20. Leu 1,5,11 † 3,2.8,13 † 4,6,16 † 7,2 † 8,19,30 † 9,18, † 16,14,18 † 17,6.2. Paral.30,16. Ezec.34, 20 Hebr 9,13,14,19.21,22.
Sanguinis Christi conspersio, Heb.9,14 † 10, 19 † 12,24.1. Pet.1,2.
Sanguinis effus prohibitus, Genes.9,4. Leu.3, 17 † 7,26 † 17,10,14 † 19,26. Deut.12,16,23 † 15, 23.1. Reg.14,32. Act.15,20 † 21,25.
Sanguinis fluxus sistitur. Matth.9,20.
Sanguinis innocentis effusio, Deut 19,5,11 † 27,24.2. Reg.20,9.3. Reg.21,13.4. Re.21,16 † 24, 4.2. Paral.24,22. Prou.6,17 † 28,17. Isaiæ 26,21. Ierem.7,6 † 22,3. Ezech.22,4.4. Esd.1,32. Matt. 23,34. Luc 11,50 Apoc.6,10 † 18,24.
Sanguinis innocentis effusio clamat vindictam coram Deo. Genes.4,10.4. Esd.15,8. Apocalyp.6,10.
Sanguine Christi empti sumus, 1. Cor.6,20 † 7,23 Act.20,28.1. Pet.1,18. Apoc.5,9.
SAPIENTIÆ diuinę origo, proprietas, iaus, & vtilitas, Deut.4,6 † 29,9 Iob 20,20 † 32,7. Eccle.7,12 † 9,13. Sap 6,13,16 † 7*8*.9*,10*. Eccli.1*.† 3,1,31 † 4,12,28,29,† 21,12 † 24*, † 39,14. Luc.21,15. Ro.11,33.1. Cor.1,17 † 2,6,10 † 3,19. Colos.2,3. Iacobi 1,5 † 3,15.
SAPHIRA mentitur Spiritui sancto, & cadit in terram mortua, Act.5,1,8.
SARA filia Raguelis, Tobiæ in vxorem traditur, Tob.7,10,15.
SARVIA: vide Zaruia.
SATISFACTIO: vide pœnitentia.
SAVL de tribu Beniamin quæritur asinas, 1. Reg.9,3. vngitur in regem à Samuele, 10,1 † 11, 14 Act.13,21. iuxta mandatum, 1. Re 9,15 percussit Ammon, 11,11. obtulit holocaustum, 13, 9. à regno reijcitur, 13,13 † 15,22,26,28 † 16*. exagitat eum spiritus nequam, 16,14 † 18,10 † 19,9. nititur Dauid configere, 18,10 † 19,10 persequitur eũ 23*. trucidat sacerdotes Domini, 22,18. mulierem habentem pythonem consulit, 28,7. seipsum interficit, 31,4. repelitur, 31,13. filij eius in crucem tolluntur, 2. Reg.21,9.
SCANDALVM, seu offendiculũ proximo, nec in vita, nec in doctrina ponendum, Leu 4,3. Num.31,16.2. Regum 12,14.1. Esd 8, 22 Prouerb.28,10.2. Machab.6,24. Mat.17,27, † 18,6. Mar.9,42. Luc.17,1. Ro 14,1,15.1. Cor. 8*.† 10,32 2. Cor.6,3.1. Thess.5,22. quicumque nobis scandalo esse possent, vitabimus, Exod. 34,12. Deut 7,2,16 † 13*. Matt.5,29 † 16,22. Mar. 9,42. Rom.16,17.
SCIENTIA Dei: vide Dei.
SCRIPTVRA sacra vnde sit, & quis eius vsus, Exo.17,14 † 34,27. Deut 4,1 † 17,18 † 31,9. Ios.1,8. Isa.8,9 † 30,8 † 34,16. Ier.30,1 † 36,2,10 † 45,1. Baruch 1,3,14 † 4,1.2. Esd.8,2.3. Esd.9,39. 4. Esd.15,1. Dan.10,21. Mat.4,4 † 21,29. Luc.4,4 † 16,29. Io.5,39 † 10,44 † 20,30. Act.15,21 † 17,11. Rom.1,2 † 4,25 † 15,4.1. Corin.9,9 † 10,11 † 15,3. 2. Timoth.3,15.1. Pet.1.20 † 3,1. Apoc.1,19.
Scriptura difficilis intellectu, 2. Petr.3,16, nec omnia scriptis Apostoli mandarunt, Ioan.20, 30 † 21,25.1. Corinth.11,34.1. Thes.2,15. Ioan. epistol 2,12 † epist.3,18.
Scriptura, nec lex est iudex, sed Sacerdos, Deut.17,18. Ezech. 44,24*. Malach.2,7. quære Sacerdotum officium.

SEB, & Oreb interficiuntur, Iudic.7,25.
SEBÆ, quia regnum affectarat, caput præciditur, 2. Reg.20,22.
SECVRITAS perfecta de peccatorum remissione aut salute consequenda non habetur in hac vita, Eccles.9,1,2. vide Certi.
SEDECIAS pseudoprophęta, 3. Reg.22,11. 2. Paralip 18,10. comburitur, Ier.29,22.
Sedecias vide Zedecias.
SEDITIOSI puniuntur, Nume.16,31*. vide Murmuratores.
SELEVCVS Asiæ rex, 2. Mac.3,3.
SEMAIA mittitur ad Roboam, Reg.12,22. 2. Paralip.11,2 † 12,5,7.
SEMEI maledicit Dauid, 2. Regum 16,5,13. veniam impetrat à Dauid, 2. Regum, 19,23. occiditur ex præcepto Dauid, 3 Reg.29,42,46.
SENNACHERIB oppugnat vniuersas ciuitates Iuda munitas, 4. Regum 18,13.2. Paralip. 32,1. blasphemat Deum, Isa.36*. interimitur à filijs, 4. Reg.19,27. Isa.37,37. secundum verba Isa 10,33 † 31,8 † 33,1.
SEPELIRE mortuos, opus misericordiæ, Gen.23,19 † 25,9 † 35,19,29 † 50,5,13,25. Nu.20, 1. Deut.10,6 † 21,23. Ios.24,30 Iud.12,7.1. Reg. 25,1 † 31,13.2 Reg.2,32 † 3,32.3. Reg.2,10,31,34 † 11,43 † 13,29 † 14,31.4. Reg.13,20 2 Paralip. 16,14 † 24,16 † 35,24. Tob.1,20 † 2,3,7 † 4,3,18 † 8, 14 † 12,12 † 14,13.16.4. Esd.2,23. Eccli.7,36 † 38, 16. Matth.14,12 † 27,58. Ioan.29,39. Act.13,26. 1. Corint 15,4.
SEPHORA: vide Ziphora.
SERMO Christianorum: vide Loquenda.
SERPENS æneus erigitur, Nume.21,8, tollitur, & appellatur Nehustan, 4. Reg.18,4. cuius typum gesserit, Io.3,14.
SIBA, vide Ziba.
SICELEG: Vide Ziceleg.
SICHEM filius Hemor, Dinam rapit, & cõcumbit cum illa, Gen.34,2. necatur, 34,26.
SIGNA futurorum, Genes.9,12. Exo.31,13. Ios.2,18.1. Reg.2,34 † 10,2.2. Regum, 5,24 4. Regum 19,29. Isaiæ, 38,7. Tob.5,3. Luc.2,12.
Signa in memoriam præteritorum, Exo.12, 3,8. Num.15,38 † 16,38,40 † 17,10. Iosue 4,6*.
Signa, & miracula fiunt, vt per ea omnipotentia, veritas, iustitia, & bonitas Dei innotescat, Exod.4, 2,6 † 7,17 † 16,12. Ios.3,10,14. 3. Reg.13, 4 † 17,14 † 18,38 † 20,13,28.4. Reg 5,14 † 20,9. Matt.8,26 † 9,2 † 14,28.
SIHON rex Amorrhæorum concedere noluit vt Israel transiret per fines suos, Numer. 21,23. Deuter.2,30. percussus est in oregladij, Num 21,24.
SILAS cum Paulo mittitur Antiochiam, Actuum 15,27. profectus est cum Paulo, 15,40. remansit Beroeæ, 17,14.
SILERE est vtile, Prou.17,20. Eccl.3,7. Eccl.20,6 † 32,12.
SILO locus in quo fuit domus Dei, Ios.18, 1. Iud.18,31 † 20,18 1. Regum 1,3 conuenerunt omnes in Silo propter Rubenitas, Iosue 22,12. de Silo affertur arca, 1. Reg.4,4. Ier.7,12 † 26,6.
SIMEON nascitur, Genesis 29,33 interficit cum Leui Sichemitas, 34,25. eam ob rem arguuntur à patre, 49,5. in vinculis tenetur in Ægypto, 24,25.
SIMON in Bethania excipit Dominum, Matth.36,6. Marc,14,3. Ioan.12,1.
SIMONIA. vide Vendi dona Dei.
SIMPLICIBVS & humilibus reuelat subinde Deus quod abscondit ijs qui sibi videtur sapientes, Isaiæ 29,18,24 † 32,4. Eccle.9,15. Mar. 11,25. Luc.2,9,5 † 5,8 † 10,21. Act.4,13.1. Cor.1, 24 † 2,1.
Simplex, & rectus, Genesis 26,6. Iob 1,8. Matthæo 10,16. Act.2,46. Roman.16,18. Ephes.6,5 Colos.3,22.
SIMVLATIO & hypocrisis cauenda, Eccl. 1,36. Isa.32,6. Ierem.9,6. Iob 15,34.2. Machab. 6,24. Matth.23
SOBRIETAS: vide Temperantia.
SOCIETAS bonorum quærenda, malorũ vitãda. Gen.19,15. Leuit.7,19. Numer 16,25, † 25,4. Ios 23,12.2. Paralip.19,2. Iob 31,1. Psal.25, 4,8 † 36,1. Prou.1,10 † 4,14 † 6,25 † 13,20 † 20,19, † 22,10,24 † 23,6,17 † 24,1,21 † 29,27 Ierem.16,8 Eccli.6,35 † 8,1,18 † 9,21 † 12,10 † 13,1,20. Tob. 1,5. Matth.7,15. Act.19,9.2. Cor 6,14. Ephes.5, 11.2. Tim 4,14. Apoc.18,4.
SODOMA & Gomorrha amenissimo loco sita, Gen.13,10. spoliantur Genes.14,11. subuertuntur à Domino, Gen.19,25. Deut 29,23. sap. 10,6,7. secundum verba Domini, 18,20. causa, Eze.16,49.
SOL & Luna creantur, Genes.1,16. stererũt ad imperium Iosue, Ios.10,12. retrocessit Sol decem gradibus ad petitionem Ezechiæ, & preces Isaiæ 4. Reg.20,11 amittet lumen, Matth. 27,44. Mar.15,33. Luc.23,44.
SOLICITVDO nimia. Exo.34,21. Leuit.25 25,20 Deut 8,3 Iob 7,8. Psalm.54,3 † 144,15, 16 Prou 10,3 † 13,23. Matt.6,25 † 10,9,33 † 13,22 † 16,7. Luc 8,14 † 12,22 † 14 18 † 21,31.1. Corin. 7,32. Philip.4,6. Heb.13,15 1 Pet.5,7.
SOMNIA & visiones in quibus olim Deus suam voluntatem aperiebat Gen.20,3 † 28,12 † 31,24 † 37,5,9 † 40,8 † 41,1 † 46,2. Nu.12,6. Iudic. 7,13,15.1. Reg.3,4,8,11 † 28,6.2. Reg.7,4 3. Reg. 3,5,15. Iob 7,13 † 33,15. Dan.2,1 † 7,1.2. Machab. 15,11,14. Matth.1,20 † 2,12,13. Act.16,9 † 18,9, 23,11 † 27,23.
Somnia, & visiones quæ non conueniunt cũ doctrina Christi, & Ecclesiæ sunt contemnenda Deut.13,1. Eccl.5,2. Eccli.34,1*. Ierem.23,16, 25 † 27,9 † 29,8.
SOROBABEL filius Salathiel, 2. Esd.12,1 Matth.13. Luc.3,27 instaurat templum Domini Ierosolymis, 1. Esdr.3,3 3. Esd.5,70. Eccli.49 13. genuit Abiud, Mat.1,13.
SORORES Christi, vide Fratres.
SORS, Leu.16,8. Nu.17* † 26,55 † 33,54. Iosue 7,14 † 18,10.1. Reg.10,10 † 14,17,42.1. Paral. 25,5.2. Esd.11,1 Prou.16,33 † 18,18. Ezec 21,19 Ionæ 1,7. Act.1,17.
SOSIPATER comes Pauli, Actuum 20,4.
SOSTHENES princeps Synagogæ percutitur, Act.18,17.
SPES iustorum non in temporalibus rebus, sed

sed in Deo eiusque promissionibus fundatur, Gen.26 1.Iudic 7,2,4. 1 Reg.4,3†17,45† 22,1. 3 Reg.20.28.1 Par.19,13.2.Par.25,7†32,7†16 7†20,15 20 Iudith 9,13. Psal 9,11†13,6 †21,5, 10†24.2†30,2†39,5†61*.†70,1†90,2†113,9,10, 11 † 141,6† 145,5.Pro.3,5†22,19†28,25†30,5. Sap.3,4,9.Eccl.2,6,12†13,9†33,9†34,14 Is.26, 4 †29 19†30,1,1†31,1†36,7†40,30 Ier 2,33† 7,4 † 9,22†17,7†39,18.Thren.3,24.Ezec.39,6. Olee 12, 6.Mich.7,5,7.Nahũ 1,7.1.Mac.3,28. Mat.10.37†12,2 Ro.5,2†8,24.2.Co.5,2 Col.1, 27.1.Thes.1,3.1 Ti.1,1†6,17.Heb 3,6.1.Pe.1,13.

Spes non facit nos securos, nec excludit timorem, vide Timor.

Spes impiorum euanescet, & in quibus cõfidunt, vana sunt omnia,4 Reg.18,21.Iob 8.13† 11,20†14,19†20,4.Prou.10,28†11,7,23†25,19. Sap.5,15.Ecc.5,1,10.Isa.28,15 18†30,2,12†57, 11.Ier.91,2†17,7.1.Machab.2.62.

SPINÆ appellantur solicitudines huius mundi,diuitiæ, & voluptates vitæ, Matt.13,7, 22†19,22 Mar.4,7,18†10,22.Lu.8,7,14†18,22

SPIRITVS sanctus promittitur, Is.44,3. Ezech.11,19† 36 26†39,29.Ioel.2,28.Matth.3, 11.Ioan.7,39†14,16,26†15,26†16,7. mittitur, Actor.2,1.

Spiritus Dei edocet mentes, Exod.4,12.Psal 31,8 Isa.54,13.Matt.10,20.Mar.13,11.Luc,12, 11 † 21,14 Ioan 6 45† 14,16.26†15.26†16,13. Rom.8,16,26.2.Cor.1,22† 5,5 Ephes.1,13 † 4, 20,21.1.Ioan.2,27.

Spiritus probandi sunt vtrum à Deo sint, Iudit.8, 28.1.Cor.14,29. 1.Thes.5,21 1.Ioan 4,1.

SPONSVS spiritualis est Christus, Isa.54,5 †62,4.Ier 31,22.Ezech 16,8.Matth 9,15† 25,1. Mar.2,19 Luc 5,34.Ioa.3,29.2.Cor.11,2.Eph. 5,24.Apoc.19,7†21.2.

Sponsa Christi, vide Ecclesia

STEPHANVS eligitur,Act 6,5,accusatur,6, 11.respondet ad accusationem,7*. Lapidatur, 7,57.

STVLTITIA, Pro.14,29†20,3†26,1†27,22. Baruch 3,23.Eccli.10,2.Eccli.33,5.Matt.7,26 †25,2.Marc.7,22.Ephes.5,4.

Stultitia est apud Deum sapientia huius mũdi.1,Cor.1,18*.†3,19.

Stultorum corda in eorum sunt ore, & contra sapientum os in corde est, Eccli.21,23.

SVBDITORVM officium,Exod.10,28†22, 28.Num.16*.Iosue 1,16.2.Esd.5,16.Baruch 1, 11.Prou.13,13†20,2†24,21†25.6.Eccl.8,2†10, 16.Ier.29,7.Matth.17,24†22,16,21.Luc.20,22. Rom.13,1,7 1 Theff.5,12.1.Tim.2,1.Heb.13, 17.Tit.3,1.1.Pet.2,13.

SVPERIORVM, iudicum,& rectorum officium, & potestas in subditos, Gen.9,6.Exod. 1,8*†5*†18,13,17†22,8.Leu.24,10,23.Num 11,16,24†25,4†27,15,18.Deu.1,13,17†17,1†19 17.Ios.1,10.Iudic.2,7,16 1.Reg.10,24.3.Reg 3, 7.2.Par 19,5,8.Iob 29* † 34,30.Ps81*Prou 8, 15†11,14†12,24†16,10†20,8†28,15†29 4,14† 31,4.Eccle.10,1,12.Sap 1,1†6*.Eccli 7,4†10,1, 24 † 17 18.Isaiæ 1,23,26†3,2†10,1†32,1.Ier.5, 26†22,2†27*.Ezec,22,6,12†45,9.Dan.2 21.Osee 13,10.Mich.3,1,9.Mat 22,17,21†26,51.Lu. 20,22.Ioan.3,31† 19,11.1.Cor.15.24.Rom.12, 8†13,1.2.Tim.2,1.Tit.3,1.Hebr.13,17.1 Pet.2, 23. vide Rex, Iudex.

SVPERBIA prohibetur,committitur,& punitur, Genes.3,17 † 11.5,7 Exod 5,2†14,26.1. Reg 17*.4.Regũ 18,19* † 19,35.Tob.4 14.Iudith 9 16†13*.Prouerb.6,17 † 11,2 † 13,10,15, 25 † 16.5,18,†18,12†25.6†29,23.Eccl.10.9,11, 16 † 25, 4.Isaiæ,3,15,17† 9,8†10.8†14.9†36*† 37,10,24 † 39,2,5†47,8.Ier.48,29†49,16.Ezec. 16,49 † 28,2†31,10.Dan.4,19.27† 5,22.Abdiæ 1,3.Malach.2,11.2 Mach 9,4,6.Luc.1,47 † 10, 15†14,7,11†18,11†22,24.Act 12,21.Rom.1,30 †11.20.2.Tim.3,2 1.Petr.5,5 2.Petr.2,18.Iudę 16.Apoc.18*.

SVSANNÆ historia,Dan.cap.13*.

SYRI imperant Israeli, Iudic,3,8.opprimũtur ab Othoniel,3,10.cæduntur à Dauide, eiq. fiunt tributarij,2.Regum 8,5.iuuant filios Ammon cõtra Dauid, 10,6. fugientes à facie Israel occiduntur à Dauid 10,13,18.Samariam obsidentes, cæduntur,3 Regũ 20,29.pugnant contra Israel,4 Regum 6,8 mentis stupore immisso,quasi cæci ducuntur in Samariam, 6,18,19.

obsident Samariã,6,24. tertiia Deo soluunt obsidionem,7,6,7. vastantur à rege Assyriorũ, & transferuntur Cyrenen,4 Regum 26,9 desolatio eorum prænuntiatur, Isa. 17,1. Ierem. 49,23.Amos 1,5.

T

TABITHA suscitatur à mortuis, Act.9, 36,40.

TEMPERANTIA in cibo, potu, & concubitu, Tob.6,15. Eccles.3, 6. Eccli.31,18†32,7. Dan.1,8,11 Rom.14,13† 14,17.1.Cor.7*.Gal. 5,23. 1.Tim.3, 2.2.Tim.1,7.Tit.1,8†2,6,12.1. Pet.1,13†5,8.2.Pet.1,6.

TEMPLVM Salomonis quando,quanto tẽpore,† & qua forma sit extructum,3. Regũ 6* †7*†2.Paralipom.3*4*. promissio eius, 2.Regum 7,13. extruitur ope Gentilium,3. Regum 5*. consecratur, 8*2. Paralip.7,7. profanatur per Achaz, 2. Paralip.28, 21.iterum consecratur per Ezechiam, 2. Paralip. 29*. prophanatur,& denuo consecratur per Manasse,2.Paralipom.33,7,15. exuritur,4.Regum 25, 9.prout prædictum erat,2.Paralipom.7,20 iterum extruitur,1.Esd.1*3*4*5*†6,3,7 spoliatur,& accenditur, 1.Machab.1,23,33.profanatur,1,49, 57.mundatur, & consecratur,4,36 2.Machab. 10, 1. eius deuastatio, Dan.9,26. Matth.24, 2. Marc.13,2.Luc.19 41

contra Templum prophetatur,Leu.26,31,3. Reg 9,7.4 Reg.21, 12 2 Paralip.7,20.Psal.73, 6.Isaiæ 66,1.Ierem.7,3,17† 26,5,12.Amos 9,1. Mich 1,12 Zach.11,2.

Templum spirituale, & domus Dei, 2.Reg. 7,13. Prouerbiorum 9,1.Agg.2,8.Math.7,24† 16,18.Ioan.2,19 1.Corint.3,16† 6,19.2.Corint. 6,16.Ephes.2,20.1.Timot.3,15.Heb.3,6.2.Pet. 2,5. vide Ecclesia.

Templa idolorum,1.Reg.5,2†31,9.3.Regũ, 11,8.4.Reg.10,21†17,32†19,3. 1. Paral.11, 10.

Baruch.

Baruch 6,16,30,54 Isa.37,38.Ierem.43,12. Daniel 14*.1.Machab.1,50 † 6,2 † 10, 83,1. Machab.6,2.Act.19,27.

Templum domus Dei, & domus orationis vocatur,Isa.56,7.Matth.21,13. Christus ipse,& omnes fideles frequenter in templo versabantur. Mac.24,1.Mar.11,11 † 12.35. Luc.2,30†19, 45. Actuum 2,46 † 3, 1† 5,10, 21 † 21,26 † 22, 17.

in Templo oratur Deus,& exaudit,3.Reg 9, 3 † 8,29 2.Paral.6,19.Mat.21,13.

Templa manufacta nõ inhabitat Deus, quasi ijs concludi possit, vel illis indigeat, vt homo ædib.3.Reg.8,27.2.Paral.6,18. Isa.66,1.Ier.23, 24.Act.7,48 † 17,3.

alioqui Deus in Templis materialibus habitare dicitur,3.Reg.6,13 † 8,12.1.Paralip.23,25. Psal.77,60 † 131,13.Ierem.7,3,7.Matth.23,21. Act.7,46.

Templum dicitur locus sanctus. Gen.28,17. Exod.3,5.

Templum magnis muneribus dotatum, 2. Paral.1*.2*.3*.4*.5*.2. Mach.3,2.

Templi profanatores à Deo puniuntur,Isaię 56,5*.2.Mach.3,25,26*.Mat.21,12. Ioan.2,15.

TEMPORIS opportunitas in omnibus rebus obseruanda, Eccle.3,1 †8,5.Eccli.20,6 † 32, 20.Rom.12,11.

TENEBRÆ trium dierum in Ægypto. Exod.10,22.Psal.104,28.Sap.17,2†19,16.

in Tenebris versatur mundus,& amat eas,4. Esd.14,20 Isa.9,1† 59,9†60,2.Ioan.1,5†3,19† 8,12†13,35.Actuũ 26,17.1. Thessal.5,7.1.Ioan. 2,11.

TENTARE Deum non licet,Exod.14,11† 17,2.Deuteron.6,16.Iudith 8,11.Matth.4,7.1. Corint.10,9.

Tentat, seu verius probat Deus suos varijs modis, Gen.22,1*. Exod.15,25†16,4†20,20. Deut.8,2†13,3.Iudic 2,22† 3,1.2. Paralip.32, 21.Tob.2,8.Iob 1,12 *.Sapien.3,5. Eccli.2,4* 27,18.Zachar.13,9.Roman.5,4.2.Petri 2,9 Iacob 1,2.

Tẽtari non patitur Deus suos,supra id quod possunt,1 Corint.10, 13.2.Petri 2,9.Apocalyp. 2,10.

TERTVLLVS Orator accusat Paulum Act.24,2.

TESTAMENTVM Gal.4, 24. Heb. 9, 1 † 13,20.vide Nouum Testamentum.

TESTIMONIVM tum verum, tum falsum, Exod.20,16†23,1.Num.35,30. Deuteronom.5,20†17,11†19,15,18.3. Regum 21,10. Psalm.26,12 † 34,11.Prouerb.6,19† 14,5 † 19, 5,9 † 21,28† 24,28†25,18.Dan.13,34*.Matth. 18,16† 19,18† 26,59 † 28,13.Marc.10,19. Ioan. 8,17. Actum 6, 11.Roman.13,9 2. Corinth. 13,1.1. Timoth.5,10. Hebr.10, 28. vide Mendacium.

THADDÆVS, vide Lebbæus.

THAMAR concubit cum Iuda suo socero,Gen 38,15.gignit geminos Phares, & Zara, 38,27 † 46,12.

Thamar violatur ab Ammon fratre suo, 2. Reg.13,14.

Thamar filia Absalonis,2.Reg.14,27.

THARE pater Abraham.Gen.11,26.

THEBES obsidetur Iud.9.50.

THEBNI rex Israel 3.Reg.16, 21.

THECVITIS mittitur ad regem Dauid, vt impetret reductionem Absalon. 2. Regum 14,2*.

THEGLATH Phalasar deuictam magnam partem Israelitarum transtulit in Assyrios.4 Reg.15,29.

THEODAS occisus est, Actuum 5,37.

THESAVRVS minus diligendus magis diligitur,Osee 9,1.Matth 6,19†19,22.Marc. 10,22. Luc.12,22,35†18,23.Ioan.6,26. 2.Corin. 4,18.

THOLA dux in Israel. Iud.10,1.

THOLOMAI rex Gessur.2. Regum 13,37.

THOMAS Didymus paratum se offert cum Christo ire in mortem. Ioan.11, 16. erat incredulus,20,25,27.

TIMENDVS est Deus, & ante oculos habendus. Gen.22,12 † 31,49. Exod.1,16 † 20, 20.Deut 4.9†6,2,13,24†10,12,20†13,4. Ios.24, 14.Iud.6,10.4.Reg.17,36. 2.Paralip.20,15. Iob 1,8† 28,28.Psalm,26,1 † 32,8† 33,8,10†110,5† 111,1 † 127,1.Prouerb.1,7† 3,7†9,10† 14,1,27 † 15,16 † 16, 6 † 22,4† 24,21.Eccl.12,11. Eccli. 1,11 *.† 2,7,12,18 † 7,31 † 10,23 † 15,1†25,16 † 33,1 † 34,16† 41,16. Isa.8,5 † 41,10 † 43,1 † 51,12.Ierem.10,7†32,39.Baruch.3,7.4.Eccl.16, 68.Matth.10,28.Lucæ 12,5.1.Petr.2,17 † 3,15. Apocal.14,7.

Timoris Dei fructus,vtilitas,& laus. Gen.20, 9 Psalm.102,17†124,1†117*.Prouerb.10,27† 14.27†19,23†22,4.eius defectus,causa peccandi Gen.20,11.

Timore punit Deũ,& terrore. Gen.35,5.Exo. 23,27.Leu.26,36 Deut.2,24†11,25 † 28,10,65. Ios 2,9†10.10.Iud.4,5†7,25.1.Reg.7,10.4 Reg. 7,6.1. Par 15,17.2 Par.14,14†17,10† 20,29.Ps. 9,20.Ier.49,37.Iud 14,14† 15,1.2.Mach.3,24.

Timoris Dei exempla. Exod.1,17† 14,31.3. Reg.18,3. 2.Paral.19,7.Tob.1*. † 2,9,13 † 3,18 † 9,12. Iudith 8,8.Iob 31, 23. Ionæ 1,16. Prou. 31,30 2.Machab.6,30. Lucæ 2,25. Acto,8,2† 9, 31†10,2,35.

Timor & solicitudo non repugnat fidei,aut spei.Psal.2,11.Eccle.9,1,2.Eccli.5,5.Ro.11,20*. 1.Cor.9,27†10,12.Philip.2,12*.†3,11,13.Heb. 3,14† 3,14†4,1*.1.Petr.3,17.

Timent & reuerentur bonos etiam mali,Genes.20,8.Exod.14,25.1.Reg.18,12.4 Reg.1,14. 2.Esd.6,16.1.Mach.3,25†12,28.Mar.6,20.Act. 5,13 † 16,19.

TIMOTHEVS circumciditur,& proficiscitur cum Paulo. Act.16, 3. mittitur cum Paulo in Macedoniam,19,22. accepit gratiam per impositionem manuum.1.Tim.4,14 2.Tim.1,6.

TITVM Gentilem noluit Paulus circumcidi. Gal. 2, 3. Titus à Paulo constitutus Episcopus Cretensis.Tit.1,5.

TOBIAS vir pius, & in pietate constans. Tob.1,1* fit cæcus,2,12.visum recipit,11,14.

TRA-

TRADITIONES etiam fine fcripto ab Apoftolis acceptæ, feruandæ nobis funt, 2. Theff. 2,15.
Tradiderunt Apoftoli quædam viua tantũ voce 1. Corinth. 13,34. Epift. Ioan. 2. verf. 12. & 3. verf. 13.
TRIBVLATIO, vide Crux.
TRIBVTVM, vide Exactio.
TRINITAS figurata, & declarata. Gen. 1,26 † 18,1. Exod 3,6,15,16†4,5. Pfal. 32,6. Ifa. 6,3 † 14,16†48,16†61,1. Matt. 3,16†10,20† 17,5 †28,19. Luc. 4,18. Ioann. 3,35†14,16,26†15,26† 16,3. 1. Ioan. 5,7.
TRIPVDIARE, vide Choreas ducere.
TRISTARI immoderatè propter temporalia, minimè laudandum. Prouerb. 12,25 † 15,13 † 17,22 Eccli. 30,22†38,19. 1. Machab. 6,8 2. Corinth. 7,10.
TRYPHON partium Alexandri tranfit ad Emalchuel Arabem. 1. Macha. 11,39. cupiẽs regnum Antiochi occupare, & fingens fe amicum apud Ptolemaida, dolo capit Ionathan, 12, 39, 49. à Simone accepta pecunia Ionathan occidit cum filijs, 12,19,23. interimit Antiochũ filium Alexandri, 13,31.
TVBA clangent angeli in confummatione feculi. Matt. 24,31. 1. Corinth. 15,52. 1. Theffalon. 4,16.

V

VÆ væ, quibus, & quas ob caufas interminetur Scriptura. Nume. 21,29. Ecclef. 4,10 † 10,16. If. 1,4,24 † 3,9,11 † 5,8,18 † 6,5 † 16,1 † 17,12 † 18,1 † 24,16 †28,1†29,1† 30,1† 31, 1†33,1 † 45,9. Ierem. 4,31 † 13,27 †22,13 † 23, 1 † 45,3 † 48,1. Ezech. 6,11 † 13,3,18 † 19,23 † 30,2† 44,2. Ofee 7,13. Ioel 1,15. Amos 5,18 † 6, 1. Mich. 2,1. Nahum 3,1 Abac. 2,6,12 Sopho. 2, 5†3,1. Iudith 16,20. Eccli 2,14†41,11. Matt. 11, 21 † 18,7 †23,13 *. Luc. 6,24 † 10,13 † 11, 42 † 17,1. 1. Cor 9,16. Iudæ 11. Apoc. 8,13 † 9,22†11, 14 †12,12† 18,10,16.
VASTHI fpernit regis imperium, & ab eo repudiatur. Efther 1,9,19.
VENDI non debent dona Dei. 4. Regum 5,22,16 *. Dan. 5,17. Matth 10,8. Actor. 8, 20 † 35. 1. Corinth. 9,15. 2. Corint. 11,9† 12,13. quære Emere.
VENTER pro Deo eligitur. Rom. 16,18. Philipp 3,19.
VERBVM Dei femper ob oculos ponendum Deut. 4,1 †6,6,17 † 11,18. Num. 15 39. Pf. 1,2. Prou. 3,1 † 4,1,20 † 6,20 † 7,1.
à Verbo Dei non recedendum, Deuteron. 4,2 † 5,32 † 28,14. Iof. 1,7†13.6. Prouerb. 4,27. Ifa. 30,21.
Verbum Dei vniuerfum non eft fcriptis traditum, Ioan. 14,26† 20,21 † 21,25. 1. Cor. 11,34. 2. Theff. 2,15. 2. Ioan. 12. 3. Ioan. 18.
Verbum Dei, non audiendum folum, & loquendum, fed & corde credendum, & factis præftandum. Deuteronom. 5,1, 27 † 6, 1 † 31, 12, Ifa, 29,13, Ezech. 33,31, Matth. 5,22 † 7,24 † 15,8† 28,20. Luc. 6,47 † 11,28 † 12,47. Ioan. 13, 17. Heb. 12,42. Iac. 1 22.
Verbi Dei contemptus, & punitio eius, 3. Regum 13,4. 4. Reg. 17,14, 19. 2. Paralipom. 30, 6, 10 † 39,15. Prouerb. 1,24, 28 † 28,9. Ifa. 28. 14 † 30,9,14 † 65,10 † 66,4. Ierem. 2,5 † 5,12,20 † 7, 13 † 16,9† 19 *. † 25,4 Ezech. 33 30. Matth. 10, 14 † 11,20. Luc. 10,10 Acto 13,45† 18,6 Rom. 1,21. 30. 2. Theffalon. 2,10. Heb. 2, 3. vide Inobedientia.
Verbum Dei manet in æternum. Num. 23, 19. Tob. 14,6. Pfalm. 32,11 † 116,2† 118,89. Ifa. 40,8 † 51,6† 54,14. Mat. 5,18 † 24,35. Marc. 13 31. Luc. 16,17 † 21,31. 1. Pet. 1,25.
Verbum Dei quantę fit virtutis, & efficacitatis. Genef. 1*. Pfalm. 32,9 Iob 38,11. Ifa. 46,10 † 55,11 Matth. 8,13,26. Mar. 1,27. Luc. 5,13,24 † 8,24 † 18,42.
Verbum Dei eft cibus animæ, Deuteronom, 8,3. Sap. 16,26. Ierem. 15,16. Ezech 3,3 Matth. 4,4. Luc. 4,4.
Verba funt ponderanda, & non leuiter effutienda. Pfalm. 111,5. Prouerb. 15, 2,23 † 13,3 † 20, 15 † 17,27 † 21,23,25,11. Eccle 5,2 † 12,10. Eccli. 5,12 † 20,7† 23,7† 28,29†32,18. Matt. 12, 36. Col 4,6. Iac. 1,19.
VERITAS, Ifaiæ 59, 15. 3. Efdr. 3, 12 † 4,33. 4. Efdræ 1,17. Zachar 8,16. Ephe. 4,25.
VESTIENDI funt nudi Ifa. 58,7. Tob. 1,17, Ezech. 18,7. Mat. 25,36. Vide Eleemofyna
Veftium abufus. vide Abufus.
Veftes fcindere Gen. 44,13. Iof. 7,6. Iud. 11, 35. 1. Reg. 4,12. 2. Regum 13, 31. 3. Reg. 21, 27. 4. Regum 5,7†6,30 † 11,14 † 18,37 † 19,1† 22, 11,19. Efther 4,1. Iere. 36,24. Iohel 2,13. 1. Macha. 2,14† 3,47 † 4,31 † 11,71. Matt 26,65. Act. 14,13 † 16,22.
VIA, per quam iufti ambulant, quæ, & qualis fit. Pfal 118,5 Prouerb. 3,6,17 † 16,5,17. Eccli. 5,12. Ifa. 29.6 † 30,31 † 35,8†40,3. Ier. 31,21. Ofee 14,10. 1. Theff. 4,1. Heb. 12,13.
Via iuftorum à Domino dirigitur. Tob. 4, 20. Pfalm. 16,5†24 4† 118,35. Prouerb. 4,12,18 †13,6†16,9†20,24. Ifa. 48,17. Ierem. 10,23. Michææ, 4,2.
Via iuftorum remunerationem à Deo expectat. Pfalm. 24,12. Prouerb. 12,28. Ierem, 6,16 † 7,3.
Via impiorum qualis. Pfalm. 118,3. Prouerbiorum 4, 19, 26,27 † 12,15 †21,2 † 22,5. Ifaiæ 57,10.
Viæ impiorum exitus, & finis. Iob 6,18. Prouerb. 14,12† 28,18. Eccli. 2,16 † 21,11. Ierem. 2, 36 † 4,18.
VICTORIA à Deo expectanda eft. Genef. 14,14. Exod. 17,9. Deuteronom. 7,18. Iofue 11, 6. Iudic. 7,7. 1. Reg. 14,6† 17,45. 2. Paralip. 14,11 † 16,8†24 24 †21,8. Pfalm. 117,16 Prou. 21,31. Iudic. 9,15.
Victoria potiuntur pauci contra multos. Genef. 14,14. Iudic. 7, 2,4. Iof 11,1,7. 1. Reg. 14,6, 14. 2. Paralipom. 13,14 † 14,11,12†24,24. 1. Machabæor. 3,16,22. poft partam victoriam triũphus inftituitur. Numer. 31,13, Iud. 11, 34, 1. Reg. 18,6,2, Machab. 5,7.
VI.

VIDVIS benefaciendum eft, Exo. 22,22. Deut. 16,14 † 24.17,19 † 26,12† 27,19. Iudi. 16, 28. Iob 24,3 †31,16. Eccli. 4,10. Ifa. 1,23. Ier. 22,3 Zach. 7,10. Malach. 3,5. Mat. 23,14. 1. Timo. 5, 3,16. Iac. 1, 27.
Viduas pias quid deceat, Iudith 8,4. Luc. 2, 37. 1. Tim. 5,3,5. Tit. 2,3.
VIGILARE, vide Aduentus Domini.
VINDICTA foli Deo eiusque miniftris, ac magiftratui commiffa, vnde & alijs eft prohibita, Genef 15,14. Leuit. 19,18. Deuteron. 32, 35. Iudith 8,20 † 16,20. Pfalm. 7,7 † 9,13 † 93, 1. Prouerb. 17,11 † 20,22†24,29 † 28,22. Eccli. 28,1. Ezech. 25,12,14. Nahum 1,2. Matth. 5,39. Luc. 9,54† 18,6,7,8. Rom. 12,19. Galat. 5,10. 1. Theff. 5,15. 2. Timot. 4,14. Heb. 10,30. 1. Pet. 3, 9. Iac 5,4. Apoc. 6,10. vide Remiffio.
VINEA, Genef 9,20. Deut. 23, 24. Ifa. 5,1. Cant. 8,11. Mat. 20,1†21,33.
VIRGINITAS commendatur, Matth. 19, 12. 1. Cor. 7,25* Apoc. 14,4.
Virginitas præfertur coniugio, 1. Corinth. 7, 38,40.
Virgines feruantur, Num. 31,18 † 21,11.
Virgines olim vt nunc conclufæ, 2. Macha. 3,19.
VISITARE, & confolari infirmos, feu ægrotos, opus mifericordię, Gene. 48,1. 4. Reg. 8,29†13,14. Iob 2,21. Pfalm. 40,4. Ecclef. 7,3. Eccli. 7,28†38,13. Mat. 25,37,40. Ioan. 11,3†12, 9. 2. Cor. 1,4.
VISERE Sanctos defiderat Paulus Roman. 1,11†15,23,32. Galat. 4,20. 1. Theffaloni. 2, 17.
VITA fidelium ad quam regulam fit inftituenda, Gen. 17,1. Exod. 20,11. * Leuit. 11,44† 19,2†20,7,29 † 21,8. Marc. 5,48 † 11,29. Luc. 6, 36. Ioan. 12,26 † 13, † 15,12 † 21,15. Rom. 6,4, †8,29†13,14 † 15,2. Ephe. 2,9 † 4,1,23 † 5,1,9. Philip. 1,27† 2,5,14. Colo. 2,6†3,9,12 * 1. The. 4,3. Tit. 2,11 † 3,8. Heb. 12,2. 1. Pet. 1,15 † 2* † 3,17†4,1. 1. Ioan. 1,7†2,6.
Vitæ humanæ breuitas, & vanitas, Ge. 3,19, 2. Reg. 14,14. 1. Paralip. 29,15. Iob 3,20†7,6†8, 9 † 9,21,25 † 13,28 † 14,1. Pfalm. 38,6†89,5,9† 101,4,12 † 102,15†108,23 † 143,4. Eccl. 2,23 † 3, 10 † 1. Sap. 2,5 †5,9. Eccli. 14, 18 † 17, 31 † 18,8†46,6 † 41,1. Tob. 4,23. Ifa. 40,6. Lucæ 12, 18. Ephef. 5,16. Hebr. 13,14. 1. Petr, 1,14. Iacob. 1,10†4,14.
Vitam pro fratribus ponere, Efther 4,15. Iudith 13,3,25. Ioan. 15,13. 1 Ioan. 3,16.
VITIS, Genef 49,11. Iud. 9,12. Zach. 3,10. 1. Machab. 14,12 Ioann. 15,1. Vitis palmes appellatur populus Ifraeliticus, Ofee 10, 1. Ioan. 15,5.
VITVLVS erigitur in idolum, Exod. 32, 4. Deut. 9,16. 3. Reg. 12,28. 4. Reg. 10,29†17,16. Pfal. 105,19. Ofee 8,5. Act. 7,40.
VIVENDVM Deo non fibi, Rom. 14,7, 2. Corinth, 5,15. Galat. 2,20. 2. Theffalonic. 5, 10. 1. Pet. 4,2.
VNCTIONIS extremæ facramentum, Iac. 5,14.
VOLVNTAS noftra accommodanda voluntati diuinę, 1. Regum 3,18. 2. Regum 10, 12†15,26. 1 Machab. 3,60. Matth. 6,10 † 26,36. Mar. 14,36. Luc. 22,42. Act. 21,14. 1. Corinth. 4, 19. Hebr. 6,3. Iacob 4,15. vide Abnegatio.
Voluntas Dei Matth. 7,21†12,50 Mar. 15,3. 35. Ioan. 6,39. Rom. 12,2. Ephef. 5,17. Col. 1,9, 1. The 4,3. 1. Tim. 2,4. 1 Ioan. 2,17.
Voluntas Dei non eft vt aliquis pereat, Eze. 18,23. Ioan. 6,39. 1. Tim. 2,4. 2. Pet. 3,9.
Voluntatem pro opere acceptat Deus, Gen. 20,3,6 † 22,9. 2. Reg. 11,14†12,9. 3. Reg. 21,19. vide Cor.
VOLVPTAS carnis, vide Concupifcentia.
VOTVM, Genef. 28,20. Leuit 27,1. Num. 6* †21,2 † 30 * Deut 23,21. Iudi. 11,30. 1. Reg. 1,11. 2. Reg. 15,8. Pfal. 75,12. Eccl. 5,3. Baruch 6,34 Mat. 14,7. Act. 18,18†21,23†23,12.
Votum caftitatis feruandæ, feu non cognofcendi virum, Luc. 1, 34.
Non fine damnatione violatur, 1. Timoth. 5,12.
VRIAS defert literas Dauidis ad Ioab, 2. Reg. 11,14
Vrias prophetat contra Ierufalem, ideoque eductus de Ægypto, occiditur à Ioacim, Iere. 26, 20,23.
Vrias facerdos iuxta præceptũ regis Achaz extruit altare, 4. Reg. 16,11.
VRIEL angelus Dei, 4. Efd. 4,1†5,20.
VSIA rex Iuda pugnat aduerfus Philiftheos fumit fibi officium Sacerdotum, adolere volens incenfum, lepra punitur, moritur, 2. Para. 26,17,20,23. appellatur Azarias, 4. Reg. 15,1. appellatur Ozias, Matt 1,9.
VSVRA, Exo. 22,25. Leuit. 25,35. Deut. 23, 19. 2. Efd. 5,7. Pfalm. 14,5. Prouerb 22,16†28,8 Ierem. 15,10. Ezech. 18,8,13†21,12. Lucæ 6,34 † 19,8.
VXORIS officium, Gen. 2,22†3,16. Num. 30,7,13. Deuter. 22,5. Efther 1,10. Tob. 10,12. Prouerb. 11,16 † 12,4. Ifa. 3,15,17. 1. Cor. 7. * † 11,5,9† 14,34. Eph. 5,22. Coloff. 3,18. 1. Tim. 2,11†3,11 † 5,2,10. Tit. 2,4. 1. Petri 3,1. vide Mariti officium.

Z

ZACHÆVS excipit Chriftum fuis ædibus, Luc. 19,6.
ZACHARIAS filius Ioiadę fiue Barachiæ facerdotis lapidatur, 2. Paralip. 24, 20. Mat. 23,35.
Zacharias propheta tempore Darij. Zacha. 1,1.
Zacharias pater Ioannis Baptiftæ, Lucæ 1,5.
ZADOCH filius Abiathar fit fummus Sacerdos, 3. Reg. 2,35.
ZALPHAAD filiæ poftulant hereditatẽ, Num. 27,1,7† 36,2. Iof. 17,3.
ZARVIA filia Ifai foror Dauidis genuit Abifai, Ioab, & Afael, 2. Regum 2,18. 1. Paralipom. 2,16.
ZEBEDEVS pater Iacobi, & Ioannis,
Matth.

Matth.4,21. vxor eius Salome intercedit pro filijs apud Christum, Mat.20,20.
ZEBEE & Salmana reges Madianitarũ capiuntur, Iudit.8*
ZEDECIAS, qui & Mathanias, patruus Ioachim substituitur pro eo in regno Iuda, 4. Regum 24,18 Ier.37,1. obsessa a Nabuchodonosor Ierusalem, Zedecias effossis oculis, ac vinctus, necatusque coram se filijs, in Babylonem ducitur, 4.Reg.25,1,6,7. Ier.39,4,7†52,3. quemadmodum ei prædictum erat, Iere 27,12†37,16. Ezech.12,3†17,16†21*
ZELVS & Zelotypia, Genes.34,2,25,27. Exod.32,19,27. Num.25,7. Iud.20,1,8,1.Reg. 11,6†15,11,32,3. Reg 18,4*† 19,10,14,4.Reg. 10*1.Machab.2,24. Matth.21,12. Ioann,2,17. Act.9,1.Philip 3,2.
ZIBA seruus Saulis constituitur procurator Miphiboseth,2. Regum 9,9. donantur ipsi omnia bona Miphiboseth, 16,2 procedit obuiam regi Dauid,19,17.
ZICELEG donatur regi Dauid,1.Reg 27,5.exuritur ab Amalechitis, 30,1.
ZIPHORA vxor Moysi, Exod.2,21.circũcidit filium tuum,4,25.
ZOROBABEL, vide Sorobabel.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M DC XXVII.